EXAMEN APVM SIVE CONCLVSIONVM LEGALIVM.

QVÆ INGENIOSE DELIBATÆ FVERVNT EX FLORIBVS Decisionum Rotalium totius Orbis, & præcipuè Romanæ Rotæ, quæ, aut typis impressæ, aut manuscriptæ leguntur.

IN QVIBVS RERVM DIFFINITIONES, OMNIAQ; NECESSARIA AD materiam Iudiciorum Ciuilium, & Criminalium; necnon ad Decisionem beneficialium, & spiritualium causarum, varijs, verisq; rationibus enucleantur, ibiq; dogmata Theorice, ac modernæ praxis, & rituum quorumcumq; Tribunalium Itali—. & extra, facillimè congeruntur.

Præterea de differentijs inter vtrumq; Forum ad partes disputatur, eædemq; præclaris dictis sacrarum, ac humanarum litterarum studiosè illustrantur.

Opus alphabetico ordine dispositum, cunctisq; virtutum professoribus perutile, ac necessarium.

AVCTORE LAVRENTIO VRSELLIO FOROLIVIENSI I.V.D.

Tomus Secundus. Cum Priuilegio.



ROMAE,
Ex Typographia Andreæ Phæi. MDCXXXVII.

Superiorum permissu.

Eminentiſs. et Reuerendiſs.

FRANCISCO
BARBERINO
S. R. E. CARDINALI
VICECANCELLARIO.
Vrbani VIII. Pont. Max. ex fratre Nepoti.

LAVRENTIVS VRSELLIVS P. P. F.

VRSA partus ſuos, quos in lucem edit prę cœteris animantibus informes,paulatim deinde lambendo figurat,eorum quodammodo bis parens. Noueram equidem Eminentiſs. Princeps hunc morem, cum primum Legalium Concluſionum volumen omninò rude,atq; informe produxi, neq; tamen ei elegantius efformando mentem, ac manum admoui, ſed ſatius putaui illud Apibus ingenioſiſſimis,atque humaniſſimis VRBANI VIII. committere; quarum ſolertia, vt Ciuitatum mores egregiè formantur;quidni etiam fœtum illud meum ad optimam ſpeciem effingendum, ac illuſtrandum pro certo haberem? Quod cum ex voto ſucceſſerit, redeo nunc ad Apes,quas expertus ſum Vrſa benigniores; quippèquę alienos quoq; partus(quod de Vrſa non legimus) amanter fouent,atque condecorant. Alia igitur duo volumina ſubijcio tutelæ tuæ Franciſce Princeps Eminentiſſime operis inconcinnitatem tua, nedum excuſabit, imò elegantiorem in formam conuertet humanitas: Formatorem, ac Patrem te illis exhibebis,ea planè ratione,qua te Parentis loco ſibi eſſe Bonę artes,Probi mores,Inopes familię, Sacrati cetus, Egentes aduenæ, Omnes calamitoſi, ac ſubſidio deſtituti, non minus verè, quam glorioſè profitentur. Et ipſe quidem liber ſub patrocinium tuum libentiſſimè properat; quaſi non ignoret quanto amore libros complectaris,quibus videlicet domi tuę Bibliothecam ampliſſimam, atq; ornatiſſimam conſtruxiſti. hoc eſt,aut Regiam Sapientię,quam in Regno tibi à Magno Patruo communicato Aſſiſtricem habes, excitaſti, aut eruditarum deliciarum Paradiſum arboribus ſcientię,ac vitæ refertum propè hortos tuos amęniſſimos prudenter collocaſti. Huc nimirum feſtinat hic etiam liber, & iure meritò, non ſolùm decorem, ſed etiam æternitatem vitæ ſibi pollicetur,ſi in illa Arce munitiſſima,& multò magis,ſi in Sapientiæ,ac Beneuolentię tuę ſinu conquieſcat. Vale Sacri Cardinalium Senatus maximum decus, atque Pręſidium meum iterum Vale.

Candide Lector.

QVamuis ea, quę mihi vni lucubraueram, alijs in lucē ed[illegible] cogitarem, memini tamen sæpe à prudentissimis v[illegible] cis meis dici solere: auaritiæ quoddam genus esse, lib[illegible]s, quibus ali possint ingenia supprimere, & ad officium p[e]r-tinere publicæ potius causæ consulere, quàm suæ. Quare quod priuatum esse volebam, ecce publici Iuris facio. Decem volumina (benigne Lector) longo, atq; nunquam interrupto cursu triginta duorum annorum in hac Alma Vrbe elaboraui, quibus quicquid primæ notæ Iuris Consulti, tàm veteres, quàm recentes de controuersijs forensibus dijudicandis conscripsere, quicquid vsquam gentium, & præsertim apud sapientissimos Auditores, tum Rotæ Romanæ, tum cæterarum totius Orbis terræ definitum fuit; quàm diligentissimè potui complexus sum. Neque tamen id satis ad hanc duorum meorum voluminum editionem esse putassem, nisi attestationes, acclamationesque sapientissimorum virorum de felici euentu mei Primi voluminis intercessissent, quæ adeò efficaces, & vndique crebræ fuere, vt propterea magis illorum communi desiderio, quam priuatæ meę voluntati morem gerere deliberauerim. Septem vero, quæ supersunt (cæcutientis hominis instar, qui suum baculo timidè prætentat iter, siue potius Viatorum more, qui vbi ad turbidum torrentem peruenere, præmittunt aliquem, qui vadari necne possit, exploret) ea (inquam) non ante ibunt in publicum, quam agnarorum suorum exitum spectauerint; nempe nosti mi Lector, quàm varia; & plerumq; turbido, rapidoq; torrenti similia sint de libris humana iudicia. Non desunt (scio) qui postea quàm lectorem per humanitatem ipsius obsecrarunt, vt quæ literis mandata sunt, æqui, boniq; consulat, quasi si Quadrigas Iouis conscendissent, sese incolumes euasisse arbitrentur. At suam demum viri boni simplicitatem agnoscunt, cum libros suos, quos per manus, oraque virorum volitaturos putabant, in salsamentariorum Tabernas detrusos deprehendunt. Mihi igitur fauorem tuum nullis omnino precibus eblandiri decretum est. Nam si quæ nunc edo, ac deinceps edam, digna tibi videbuntur, quibus faueas, tu, vel me tacente, faue bis; Sin minus, longa licèt humiliquè vtar prece, surdo tamen canam. Hos denique laborum meorum fructus erudito palato tuo non iniucundos fore spero; si suauissimo Regnantium Apum nectare condiantur. Vale Lector, & vnà mecum Apes cole.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. M. S. Palatij.

A. Torniellus Vicesgerens.

EGo Yuo Gattula Rom. I. V. D. & in almo Vrbis Gymnasio Cæsarei iuris in ordinarijs interpres primarius matutinus, ex mandato Reuerendiss. Sacri Apost. Palatij Magistri Tomum Secundum operis inscripti EXAMEN APVM, SIVE CONCLVSIONVM LEGALIVM, Auctore Doctissimo viro LAVRENTIO VRSELLIO I. V. D. nobili Forolíuiensi, legi, & diligenter conspexi, nihilq; in eo, quod Catholicæ Fidei, ac bonis moribus aduersetur deprehendi, quapropter ipsum, ob publicum commodum imprimendum, & in vulgus largiter proferendum censeo. Romæ, 4. Id. Februarij 1637.

Ego idem Yuo Gattula.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Palatij Apost. Magister.

EXAMEN APVM

SIVE

CONCLVSIONVM LEGALIVM.

Auctore

LAVRENTIO VRSELLIO I. C. DE FOROLIVIO.

Tomus Secundus.

ARGVMENTVM.

ALIVD PRO ALIO, QVANDO inuito creditore solui possit, & quando non.

CONCLVSIO XCI.

1 ALIVD, pro alio, nora, quòd inuito creditore solui non poteſt, *l. 1. §. mutui datio, ſi cert. pet. authen. hoc niſi, C. de ſolut.* & ibi ſcribentes omnes *Grat. deciſ.* 141. *num.* 4. *& in lib.* 1. *diſceptat. cap.* 130. *num.* 7. vbi ait, id procedere etiam ſi melior conditio offeratur, *Surd. deciſ.* 30. *num.* 9. & ita fuit deciſum in vna *Bononien. dotis coram Card. Lancellotto iuniore, quæ eſt in prima par. recent. deciſ.* 42. *num.* 1. *& ſeq. & in alia Romana diſcuſſionis, ſeu dotis coram Gregorio XV. quæ eſt in eius impreſſ. deciſ.* 382. *num.* 1. *Card. Mantic. in deciſ.* 306. *num.* 2. *& Caroccius deciſ.* 53. *num.* 7. & ita fuit vltimo loco deciſum in *Foroliuien. dotis* 9. *Iulij* 1625. *coram Durano.*

2 Vnde ex hoc infertur, quòd creditor in pecunia non poteſt cogi recipere ſpeciem, ſiue corpus in ſolutum eo inuito, vt dicunt *Doctores omnes, & Rota in præallegat. deciſionibus, & ſignanter in illa Romana diſcuſſionis, ſeu dotis coram Gregorio.*

3 Amplia primò, idem procedere veluti ſi quantitas legaretur vti ſpecies, quę nihilominus vti corpus debetur, nec propterea aliquam permutationem patitur, vt ait *dictus Carocc. dicta deciſ.* 53. *num.* 9. *cum ibi alleg.*

Et ratio eſt, quia legatum factum cer-

tæ quantitatis, non potest solui in bonis stabilibus, & præsertim, quando ita de vera mente testatoris apparet, vt ait *Rota decis.* 203. *num.* 1. *& 6. parte prima recentior.* Quod procedit etiam si fuisset dictum, quod ea solutio esset facienda de bonis testatoris, siue debitoris; quia tunc non est locus solutioni facultatiuæ bonorum, & præsertim, quando hæres fuisset in mora; at secus, quando de tali mente testatoris non constaret, quia tunc electio esset legatarij, non autem debitoris, vt ait *Rota ibi supra*, vbi colligitur, quando testator voluerit in pecunia solui, & non in bonis.

Subamplia prædicta procedere, circa solutionem legati in pecunia, etiam si in hæreditate, siue in bonis legantis non reperiretur pecunia, nisi tamen hæres hæreditatem adiuerit cum benef. legis, & inuent. vt ait *Rot. dec.* 696. *n.* 1. *&* 2. *d. p.* 1. *rec.* licet secus si ea esset opulenta, *d. dec.* 203. *n.* 9. *& Surd. dec.* 30.

4 Contrarium tamen esset, si ab vno, solutio alicuius summæ, in bonis fieri deberet; quia tunc ea in pecunia fieri poterit, cum electio in contractibus sit debitoris, vt dicunt *Corneus, & Aymon* allegati à Gratiano *in dicta decis.* 141. *num.* 3. & pluries ita fuisse decisum à *Rota eadem met testatur in Sancti Seuerini dotis Veneris* 23. *Martij* 1618. *coram Vbaldo.*

Extende eodem modo quoque procedere in vltimis voluntatibus, in quibus, si aliqua species monetæ fuerit legata, cuius plura genera reperiantur, tunc est intelligendum de illa minoris valoris; licet tamen secus sit fauore dotis, & piæ causæ, vt ait *Surdus in sua decisione* 298. *num.* 1. *cum sequentib.*

5 Subextende idem procedere, quando facultas fuisset data à Testatore Vxori eligendi in repetendo suam dotem, quod ipsi videbitur; quia tunc prima opinio cessaret, cum ea solum regulariter procedat, sed non in casu à Testatore ordinato, vt ait *Rota ibi coram Vbaldo.*

6 Amplia secundò, procedere, & è conuerso, nempè, quod creditori aliud pro alio inuito debitore solui non possit, vt dicunt *Doctores, & Rota vbi supra.*

7 Amplia tertiò, quòd neque etiam vna res pro alia retineri potest, vt ait *Rota decis.* 691. *num.* 2. *parte prima in recentior.* Secus autem, veluti, si essemus in vno creditore, cui aliqua res per viam subhastationis, seu aliqua cessione fuerit adiudicata; quia tunc data etiam dictæ adiudicationis nullitate, poterit nihilominus ille eam rem pro alio vero credito retinere, etiam si illa res ad illius manus peruenerit cum titulo infecto, siue si eam non haberet obligatam, vt ait *Surd. decis.* 46. *num.* 9. *&* 12. & ibi multa ait in hac materia, & ita quoque fuit dictum à *Rota per Cardinalem Caualerium decis.* 543. *num.* 1. *& in Anconitana prædij* 29. *Nouembris* 1630. *coram Verospio.*

Licet tamen secus sit, si res pro credito non fuisset adiudicata; quia tunc retentio non daretur, siue etiam si in subhastatione non fuissent citati citandi, aut si auctoritate Iudicis ea non fuisset facta, sed priuata, vel si de eius credito liquido non constaret; quia tūc illi dicta retentio competere nullo modo posset: & ratio est, quia tunc ille tanquam spoliator in illius spolio confouendus non esset, etiam, quod essemus in iudiciali, nam tali casu Iudex vti persona priuata processisse, & per consequens attentasse diceretur, vt fuit dictum à *Rota ibi coram Verospio, & prius in Romana spolij* 28. *Iunij* 1628. *&* 14. *Maij* 1629. *coram eodem.*

Subamplia prædicta, eodem modo procedere in creditore in saluiano possidente, qui finito tempore illius satisfactionis per viam perceptionis fructuum, non poterit eandem rem pro alio credito retinere si illud non sit prorsus liquidum, vt fuit dictum in vna *Romana Vineæ, siue pecuniaria* 4. *Iulij* 1625. *coram Pirouano, & prius in Romana domorum de Roncionibus* 4. *Martij* 1616. *coram Buratto, & Statil. Pacif. de Salut. ino inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 724. *& Rota decis.* 433. *nu.* 2. *par.* 2. *recent. & apud Zachiam de obligat. Camer. dec.* 130. *num.* 8.

Et tunc creditum per quod quis retinere velit, dicetur liquidum ad prædictum effectum, si illud constet, aut

per

per confessionem partis, siue per rem iudicatam, vel per instrumentum adeò clarum, vt illud vllo modo controuerti nequeat, vt fuit dictum in vna *Romana de Marescottis 24. Maij 1624. coram Remboldo, & per Cardinalem Caualerium decis. 539. numero sexto, & in dicta decisione 433. nu. 3. & 4. par. 2. recentior.* vbi ait; quòd licet debitum possit esse liquidum respectu obligationis, sed non respectu quantitatis, id tamen non sufficeret pro retentione concedenda.

Declara præterea illud, quod fuit dictum de retentione spolianti pro suo credito concedenda, non procedere de tota re, quando spoliato, & spoliatori posset ratione excessus, qui interuenit satisfieri, vt ait *Rota per Card. Caualer. dicta decis.* 543. *num.* 2.

8 Amplia quartò, id quoque procedere, etiam si esset alicui facienda solutio in pecunia numerata; quæ postea in bonis stabilibus veniret inuestienda; quia licet tali casu, si bona stabilia à debitore creditori insolutum dari offerantur, nihilominus, idem creditor ad pecuniam promissam agere poterit, vt ad eius libitum valeat postea eam in bonis stabilibus tutis inuestire, sed non in oblatis; quia forsan ea prius alijs hypothecata esse possunt, *text. est in l. ordo, cum ibi notat. per Bald. Salicet. & alios, C. de exequut. rei iudic. & l. 2. & 3. C. si in caus. iud. pign. cap. sit, & Rota ibi coram Lancellotto, & Ludouisio.*

9 Amplia quintò, multo magis procedere, quando in obligatione esset appositum iuramentum; quod enim obligat præcisè ad factum, & illius efficacia, etiam ad hæredes transit, vt ait *Iason. in consil. 9. num. 10. versic. Illud etiam, Gozadin. consil. 32. num. 9. & sequen. Surdus decis. 30. num. 1. Benintend. decis. 28. versic. Item limitatur, Thesaur. decis. 153. num. 14. & Rot. in Bononien. pecuniaria 4. Iulij 1603. coram Cardinali Pamphilio, & Rota ibi coram Durano*, vbi in specie firmat etiam hæredes debitoris ad obseruantiam iuramenti teneri; & *Franch. decis. 81. num. 3. & sequen.* & veluti latè dicam *in conclus. 167.* in verbo *Auditor Cameræ, in Ampliatione secunda, versic. Subamplia tertiò, & Rota per Gregor. dec. 352. num. 5.*

10 Subamplia, id eò magis procedere, quando in specie fuisset derogatum beneficio *Authent. hoc nisi, C. de solut.* vt ait *Scipio Rouit. in suo consil. 18. num. 10. & 11.*

11 Amplia sextò, eodem modo conclusionem procedere, quando fuisset renunciatum per specialem, & expressam renunciationem omni, & cuicumque iuris, & legum auxilio, sub qua generali renunciatione venit etiam renunciatio, *dictæ Authent. hoc nisi, C. de solutionib.* vt ait *Rota in dicta Romana discussionis*, & fuit etiam decisum in *Bononien. pecuniaria 29. Ianuarij 1610. coram Manzanedo, Bertazol. de clausul. clausul. 41. gloss. quinta, sub num. 3.* vbi enumerat nouem requisita esse necessaria ad hoc, vt *dictæ Authent. hoc nisi sit locus*, septem vero enumerat *Guttier. de iuramen. par. prima cap. 29. num. 2. Barzius decis. Bononien. 40. num. 5. & 6. & Rota per Gregorium dicta decisio. 352. num. 10.* & ibi per *Addent.* multa dicuntur in hac materia.

12 Contrarium, quod scilicet sit locus *dictæ Authent. hoc nisi*, non obstante Iuramento solutioni pecuniæ apposito, ait *Honded. consil. 34. num. 25. & sequen. lib. 2.* sed pro resolutione istius conclusionis, vide *Seraphinum de priuileg. iurament. priuileg. 74. num. 207. & sequen. & Bertazol. de clausulis dicta claus. 41. gloss. 7. num. 4. & Guttier. dicto cap. 29.*

13 Concorda, vt prima opinio procedat, iudicio meo, per modum necessitatis. Secunda verò procedit per modum Consilij, & ex benignitate creditoris, quibus dictus creditor vti deberet ad euitandum circuitum inutilem, quando tamen essemus in casu, quod pecuniæ essent in bonis stabilibus inuestiendæ, & quod æquè benè illud in inuestimentum esset ei resultandum, ac si in alijs bonis stabilibus tutis ad eius satisfactionem per eum inuestimentum fieret, veluti id annuere videtur *Rota dicta decis. 42. num. 3. in recentior. & nouissimè Scipio Rouitus* pulchrèque ait *in suo consil. 18. num. 7.*

14 Amplia septimò, id in tantum esse verum, quòd licet extaret statutum disponens creditorem in quantitate teneri recipere stabilia insolutum, tamen illud intelligendum est, si emptor non inueniatur, vt latè ait *Natt. in cons. 344. nu. 5. & seq.* & id quod deducitur *ex l. ordo, & l. 2. & 3. C. si in caus. iudic. pig. cap. sit superius allegat.* ibi (bona esse creditori secundum veram æstimationem adiudicanda, quando emptor non reperitur) illud procedit in creditore volente, non autem in inuito, & sic igitur illa prouisio fit ad obuian. calliditati debitoris, ne vẽditionem impedire possit, vt ait *Rota in d. dec. 42. in 1. p. recen. in fi. & idem Rouit. in præcitato loco, & Rota per Gregor. decis. 352. num. 3.*

Declara tamen, quòd habilitas talis statuti, tunc amitteretur si debitor esset morosus in solutione in tot bonis facien. quia tali casu ille fieret debitor in pecunia, veluti eodem modo dicitur de debitore, qui teneretur soluere; aut in bonis, siue in pecunia ad sui electionẽ, quia si sit morosus in solutione in bonis, tunc fieret verus debitor in pecunia, & sic licet bona dicantur esse in facultate soluendi à principio per moram tamen venit quãtitas in obligatione, veluti quoque idem sequeretur, quando quantitas promissa fuisset certa; species verò incerta, vt pulchrè fuit resolutum à *Rota per Baratt. in sua dec. 287. nu. 2. 4. & 7.* vbi ait idem esse vbi quantitas esset promissa de bonis soluenda.

15 Amplia octauò, quòd, nec etiam creditor possit cogi ad recipiendum illius creditum minutatim, & non integrum, vt fuit decisum in *Romana census 29. Nou. 1593. coram Card. Seraph. & in alia Anconitana pecuniaria Lunæ 23. Ian. 1612. coram Pirouano, quæ est in 2. par. rec. dec. 373. n. 6.*

Subamplia eodem modo procedere in emphiteuta, qui non potest cogere Dominum ad recipiendum canonem pro decem annis futuris, cum omninò, & toto interesse Domini, illumque recognoscendo in Dominum per viam instrumenti. Et ratio istius subampliationis est; quia si canon solueretur in vino, oleo, & frumento, tunc interest dicti Domini canonem prædictum suo debito tẽpore solui, & quamuis emphiteuta interesse promitteret, si illæ res tempore augerentur, nihilominus, quia Dominus grauaretur saltem eò onere verificandi interesse illud. Idcircò excusatur si canonem non recipiat pro annis futuris, vt ait *Corbul. de iure emphit. tit. de caus. priuat ob rei deter. fol. mihi 461. num. 4.*

16 Amplia nonò, id quod fuit dictum de creditore, procedere etiam in adiecto solutioni, cui aliud pro alio solui non potest, veluti dixi supra in verbo *Adiectus solutioni*, & ibi recurras.

17 Amplia decimò, idem procedere in causa dotis, quæ in materia istius *authent. hoc nisi*, non reperitur priuilegiata, vt dicunt *Thesaur. in decis. 153. & Riminal. & alij allegati in dicta Foroliuien. dotis coram Durano*, & aliàs sæpè, vt inferius dicam.

18 Limita tamen primò, conclusionem non procedere, quando ob difficultatem soluendi, & debitoris impotentiam solutio in pecunia fieri non posset; quia tunc locum haberet dicta *Authent. hoc nisi, vt dicunt Doctores, & Rota superius allegat.*

19 Sublimita tamen illud esse verum, dũ hæc requisita concurrant, nempè, quòd debitor probet se fecisse diligentiam solertem vendendi bona, & inueniendi pecunias, & quod eas non inuenerit. Secundò, quòd ille ad electionem creditoris meliora bona offerat. Tertiò, quòd de euictione caueat. Quartò, quòd dominium cum traditione instrumentorum transferat. Quintò, quòd hæc omnia tempore oblationis fiant, vt dicunt *Doctores allegati in dicta decis. 42 num. .. & Rota in dicta Foroliuien. dotis coram Durano.*

20 Extẽde id eò magis procedere debere in Patre, qui non tenetur in plus, quàm facere potest, vt ait *M. Ant. de Amatis decis. Marchiæ 16.*

21 Contrarium, quòd immò, si melior conditio etiam offeratur tamen aliud pro alio inuito creditore solui non debeat, ait *Gratian. in dec. Marchiæ 147 num. 3. & 4.*

22 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende eam quoque procedere, vbi essemus in casu, quando nullus emptor inuenitur, qui dare vellet iustum

pre-

pretium: quia hoc non obstante creditores pecuniarij, non possunt cogi recipere bona debitoris in solutum. Quin immò, nec etiam hæredibus suffragaretur illud allegare, quòd scilicet non reperiretur emptor rerum hæredirariarum, cũ non sufficiat, 9 simpliciter emptor non reperiatur, sed opus est probare, quod non reperiatur talis, qui velit dare iustum precium, habita tamen ratione, quod euictio non debeatur, vt ait *Surd. in decis. 30. num. 15. & Rota in dicta Foroliuien. dotis coram Durano*, vbi ex illius benignitate statuit hæredibus terminũ, vnius mensis ad vendendum bona hæreditaria habita ratione euictionis non debendę, quo elapso, & non reperto emptore essent assignanda tot bona in solutum pro dote, & supradote quarta parte minus iusto precio ratione euictionis, iuxta formam statutorum Ciuitatis Foroliuij, vt refert illa *decisio, ibi coram Durano*.

23 Declara igitur illã contrariã opinionem procedere creditoribus volentibus, nõ autem illis inuitis. Itẽ dicta contraria opinio procedere posset, quando hæreditas non esset soluendo. Secunda verò procedit, quando ea esset opulenta, ita vt ex ea omnibus creditoribus remaneret consultum eam vendendo, *idem Scipio Ruit. in d. conf. 18. nu. 1. & ita ait Rota in dicta Foroliuien. dotis coram Durano*.

24 Opulenta autem hæreditas, in dubio præsumitur, nisi contrarium ab hæredibus probetur, vt ait *Card. Seraph. in dec. 1394. num. 5. Rota dec. 696. num. 2. par. 1. recent. Surd. dec. 30. nu. 14. & 15. Morot. in conf. 13. nu. 10. & Rota in sancti Seuerini dotis 17. Martij 1621. coram Vbaldo, & alij allegati in dicta Foroliuien. dotis coram Durano*.

25 Limita secundò, conclusionem non procedere, quando essemus in hærede debitoris, qui hæreditatem cum beneficio legis, & inuenrarij adiuerit ex ea ratione; quia inuentarium istud beneficiũ operatur, vt aliud pro alio solui possit, vt *dicunt DD. & signanter Surd. in dec. 318 num. 2. vbi plures allegat, & Rota in d. Foroliuien. dotis coram Durano*.

26 Extende huiusmodi limitationem, eò magis procedere, quando in hæreditate pecunia nõn extaret, & id ex inuentario appareret, vt ex opinione recepta *Bart. in l. fin. §. licentiam, C. de iur. delib.* ait *Ias. in l. si constante n. 122. ff. solut. matrim.* qui dicunt isto casu licere soluere in bonis stabilibus iusto pcio ęstimatis.

27 Contrarium, 9 scilicet hæres cum benef. leg. & inuentarij huiusmodi priuilegium non habeat dandi bona hęreditaria creditoribus in solutum, ait *d. Scipio Rouit. in d. conf. 18. n. 13. & seq. Gizzarel. in sua dec. 7. nu. 1. Regni Neapolit. Idemq. ait Surd. in dec. 30. n. 12. & seq. cum alijs per eum relatis, quos omnes sequuta fuit Rota in Bononien. de Amorinis 4. Dec. 1609. coram Card. Marcomontio, & in Sancti Seuerini dotis Merc. 17. Mar. 1621 coram Vbaldo, & in alia Romana restitutionis dotis Lunæ 26. Iunij 1623. coram Remboldo, & prius in eadem 23. Martij 1618. coram eodem*.

28 Et tenendo hanc secundam opinionẽ extende primò, eam procedere, si essemus in casu, quando quis vellet restituere vnum censum emptum ex pecunia alterius census in dotem dati; quia illud forsan procedere posset, si idem census in dotem assignatus extaret. At secus in subrogato, & ratio est, quia in particularibus, subrogatio non intrat, vt ait *Tiraquell. alleg. à Rota in d. Sancti Seuerini dotis coram Vbaldo*.

29 Extende secundò, eam multò magis procedere, veluti si essemus in inuentario hęredis facto non à proprietario, sed ab vsufructuario tantum, vt fuit dictum à *Rota 16. Dec. 1619. & 4. Maij 1620. vt eademmet testatur in d. Sancti Seuerini dotis coram Vbaldo*.

30 Extende tertiò, eam quoque procedere, quando hęrediras non esset in discussione ex eò, quia soluendo nõ esset, sed ea esset opulenta, & soluendo, veluti ea soluendo in dubio pręsumitur, quia tunc in casu opulentiæ inuentarium hæredi non prodesset; secus autem in primo casu, scilicet, quando ea soluendo non esset, quia tunc ad euitandas expensas, & circuitus inutiles bona non venduntur; sed pro rata creditoribus adiudicantur, vel de eorum consensu venduntur, vt postea iuxta gradus ipsis satis fiat; & sufficit, quod hæres cum benef. legis, & inuent. in re propria præferetur indem-

indemnis, non autem in illa hæreditaria, vt ait *dictus Scipio Rouit. conf.* 18. *n.* 16. *& Rota in dicta Sancti Seuerini* 1621. *corã Vbaldo*, vbi ait, quod hæres in tali venditione bonorum, nil aliud consequitur, quàm se eximere à promissione de euictione, quod secus esset in hærede non beneficiato; quia tunc teneretur de proprio; Vndè hęres beneficiatus tenetur solum ea bona vendere si emptorem absque illa promissione inuenire poterit, & ad hoc, vt ille omne periculum euitet, poterit creditoribus dicere; *Vos vendite, & ego consentio*, & id à creditoribus euitari non poterit, & eo casu illi emptorem inuenire tenentur, vt animaduertit idem *Scipio Rouit. in dicto conf.* 18. *num.* 19. *&* 21. *& Nic. Gizzarel. in sua decis.* 7. *num.* 17. *Regni Neapolitani*, vbi de hac materia latè tradit, idemque firmat *Rota in dicta Foroliuien. dotis coram Durano.*

31 Extende quartò, illam secundam opinionem, eò magis procedere, quando debitum esset iuratum, quod præcisè obligat ad factum; vel illud esset obligatione Camerali vallatum; quia tunc per eam censetur omni legum auxilio renunciatum, vt de magis communi testatur *Rota in dicta Foroliuien. dotis coram Durano.*

32 Fallit tamen, veluti si essemus in nominibus debitorum; quia tunc ea hæres exigere non tenetur; sed potest illa in solutum crediroribus assignare, vt ait *idem Nicol. Gizzarel. in dicta sua decis.* 7. *num.* 19.

33 Limita tertiò, nõ procedere, quando v.g. essemus in aliqua specie monetę debitæ, quæ amplius non reperiatur; quia tunc rectè illius æstimatio solui potest, *vt ait Gayll. in sua decis.* 73. *num.* 8. *lib.* 2. *practic. obseruat.* & aliàs viginti fallentias, ad hanc regulam ponit *Iason. viden. in l.* 2. *§. mutui datio, num.* 8. *ff. si cert. pet.*

34 Limita quartò, quòd scilicet creditor teneatur de iure communi, bona debitoris in solutum recipere, quando illud in pecunia soluere non potest in subsidium, & ad effectum effugiendi carcerationem. *Dec. in l.* 2. *§. Mutui datio, in* 3. *lectura, n.* 24. *ff. si cert. petat. & fuit dictum à Rota in vna Mediolanen. pensionis* 7. *Nouembris* 1612. *coram Vbaldo seniore, & in alia Romana, seu Camen. societatis* 5. *Iulij* 1617. *coram Vbaldo Iuniore.*

35 Quod ego tamen puto verum, quando obligatio Cameralis non extaret, aliàs secus, quia per illam omni legum auxilio renunciatum censetur, vt superius dixi, & veluti fuit latè dictum in vno *Voto coram Robusterio, facto* 12. *Maij* 1594. *de ordine Signaturæ Iustitiæ.*

36 Vltimò sciendum erit, quod si contingeret aliud, pro alio creditori solueretur; tunc soluens ipso iure liberatur; secus verò, si solueret aliud, pro alio alteri de consensu creditoris; quia tunc liberatur solués ope exceptionis, iuxta ea, quæ ait *Surd. in sua decisione* 187. *num.* 10.

ARGVMENTVM.

DE SIGNIFICATIONE PRO- nominis, Alius, alia, aliud, & de eorum virtute, & importantia.

CONCLVSIO XCII.

1 ISTVD Pronomen *Alius, alia, aliud*, Nota, quod est comprehensiuum similium, & diuersorum; etiam ab expressis, vt ait *Magon. decis. Florentin.* 38. *num.* 14. *& ita fuit decisum à Rota in Viterbien. bonorum Mercurij* 10. *Iunij* 1615. *coram Remboldo, quæ est decis.* 714. *num.* 5. *in* 2. *par. recentior. & in alia Lunen. Sarzanen. Mercurij* 10. *Iunij* 1615. *coram Sacrato; quę est in* 2. *par. recentior. decis.* 719. *nu.* 4. *& Gratian. decis.* 5. *Rotæ Marchiæ num.* 8.

2 Amplia primò, quòd ista dictio *Alius alia, aliud*, est relatiua, & præparatiua præcedentium, veluti fuit dictum in vno *Voto, quod est inter decis. erim. Farinae. decis.* 61. *num.* 25.

3 Amplia secundò, quòd ista dictio sit relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis, vt ait *Magon. decis. Florentin.* 146. *num.* 9. *& Rota decis.* 391. *nu.* 5. *in prima par. recentior.*

4 Declara tamen, quòd ista dictio *Alius,*

lius, non ſemper implicat omnimodam qualitatem, veluti fuit deciſum à *Rota in dicta deciſ. 719. num. 5.*

5 Declara 2. ꝙ iſta dictio, *Alia*, ſolum ſimilia, & paria non autem diſſimilia, nec maiora, aut alterius naturæ includat, tradit *Caſſad. deciſ. 4. tit. de priuileg.*

6 Amplia tertiò, quòd iſta dictio *Alius*, excludit expreſſa, & omiſſa includit, vt ait *Pariſ. conſ. 78. num. 31. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 117. num. 45. & 47. lib. 3. & Magon. d. deciſ. 38. num. 5.*

7 Amplia quartò, idem procedere de dictionibus, *Aliquis*, & *aliquid*, quæ vti vniuerſales, ne dum omnia comprehendunt, ſed etiam ad quid minimum referuntur, ita vt ſufficiat eas aliquo modo, vel in aliqua parte verificari, vt ait *Surd. deciſ. 283. num. 7. & 8. & deciſ. 346. num. 23. & Magon. deciſ. Florentin. 45. num. 12.*

8 Amplia quintò, idem operari illa verba, *Aliquo modo*, quæ vti vniuerſalia comprehendunt caſus, res, & perſonas, quę alias non includerentur, *idem Surd. deciſ. 254. num. 33.*

9 Amplia ſextò, quòd illa dictio *Aliquis*, licet ſit concepta in numero ſingulari, tamen eſt apta comprehendere plures, & ſic numero plurali æquipollet, vt fuit deciſum in *Leodien. domus clauſtralis Lunæ 13. Martij 1615. coram Card. Caualerio, quæ eſt deciſ. 668. num. 5. par. 2. recentior.*

10 Limita tamen, & declara primò, quòd hæc dictio, *Alius*, ſemper ponatur comparatiuè, non autem contrariè, vt ait *Magon. deciſ. Florent. 146. num. 11.*

11 Limita ſecundò, quod dicta dictio veniat reſtrictiuè, non autem ampliatiuè, *idem Magon. dicta deciſ. 146. num. 12. & Surd. deciſ. 265. num. 24.*

12 Limita tertiò, quòd illa dictio propriè ſumpta diuerſitatem ſignificat in ſuppoſito, ſed identitatem in ſubſtantia, vt ait idem *Magon. ibi ſupra num. 13. & ita fuit deciſum in Carpentoraten. penſionis Mercurij 29. Maij 1602. coram Card. Lancellotto iuniore, quæ eſt deciſ. 327. nu. 7. par. 1. recent.*

13 Extende, idem procedere de dictione, *Similis*, quæ ſignificat identitatem in effectu, vt ait *Rebuff. ſuper concord. in for. lit. exequut. mand. apoſt. in verbo Similis forma, alleg. à Rota in d. dec. 327. num. 7.*

14 Limita quartò, quòd illa dictio *Alius, alia, aliud*, aliquando ſimilia non repetit, *l. non ſolum, ff. de procurat. §. quatuor, & ibi gloſ. in verb. creditores, & l. prima, ff. de conſtit. pecun. §. debitum, & gloſ. in cap. ſedes, de reſcript. in verb. minores, in fin. & gloſ. in l. in cauſa. ff. de minor. & in authen. de mandat. Princip. §. oportet*, dicitur nulla alia actio, niſi officium Iudicis, & tamen officium non eſt actio. Item in *authen. vt defuncti, ſeu funera eorum*, ſic eſt Milites, & Seruos alios plurimos, & tamen Serui Milites eſſe non poſſunt *l. ſuper ſeruis, C. qui milit. poſſ. lib. 12.* Immò etiam in ſacris litteris aliquando ea dictio, *Alius*, non eſt repetitiua ſimilium, nam ſanctus Lucas ait: *ducebantur alij duo nequã cum eo ducebatur .n. Chriſtus ad crucifigẽdum tamquam improbus, & nequam falſa opinione impiorum Iudæorum*, licèt in hoc ſit reſpondendum Euangeliſtam more vulgi fuiſſe locutum, ſed vide in hac materia *Gonzales ſuper regula octaua, glo. 3. num. 22. cum ſeqq.*

ARGVMENTVM.

RES ALLODIALIS, QVAENAM dicatur, & quæ feudalis, ac Emphiteutica.

CONCLVSIO XCIII.

1 ALLODIALIS res, nota, quòd ea dicitur, quæ aliundè niſi à Deo recognoſcitur, vt ait *Surdus deciſ. 177. num. 5.* & ibi ſubiungit, quod allodium dicitur quaſi aliunde non recognitum, *idem ait Alberic. in l. ſi familiæ, C. famil. hærciſcun. idem Surd. conſ. 15. num. 11. Franciſc. Marc. deciſ. 455. num. 27. par. prima, & Rota in vna Bononien. vſusfructus Lunæ 9. Aprilis 1612. coram Pirouano, quæ eſt in prima par. recent. deciſ. 404. nu. 1. & Guidopap. deciſ. 112. num. 2.*

2 Item allodium dicitur ius purum, & liberum, & eſt illius, qui illud poſſidet, *Guidopap. deciſ. 560. num. 2. & prius deciſ. 112. eodem num. 2. Surd. deciſ. 177.*

num.

num. 5. *Franch. decis.* 131. *num.* 11. *& infiniti alij, quos allegat Camill. Borell. in sua summa decisionum, tit.* 38. *de allod. num.* 1.

3 Sed notandum tamen est, quòd istud nomen à Barbaris originem habuit, & pro reliquijs apud nos conseruatur, vt ait *Iacob. Cuiac. de feud. lib.* 2. *cap.* 17. late *Petr. Gregor. Syntagm. iuris vniuersal. lib.* 6. *cap.* 1.

4 Amplia primò, conclusionem prædictam, adeò esse veram, vt propterea res semper in dubio potius præsumatur allodialis, quàm feudalis, & emphiteutica, vt latè ait *Gabr. concl.* 3. *tit. de feud. per tot. Roland. consil.* 46. *num.* 39. *& consil.* 98. *num.* 11. *& sequen. lib.* 3. & ratio est, quia quęlibet res in mundo nascitur libera, *Natt. consil.* 519. *num.* 3. *lib.* 3. *Papien. in forma libelli seruit. confess. in verb. pleno iure, Afflict. decis.* 267. *num.* 4. *& ita quoque fuit decisum in vna Romana census Mercurij* 10. *Decembris* 1589. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 894. *& in alia Mantuana bonorum Lunæ* 14. *Maij* 1612. *coram Vbaldo, quæ est in prima par. recent. decis.* 409. *num.* 4. *& in alia Ciuitatis Castelli bonorum Lunæ* 17. *Iunij* 1613. *coram Pirouano, quæ est in dicta par.* 1. *recent. decis.* 508. *num.* 1. *& Cacher. decis. Pedemont.* 26. *num.* 13. *& Rota decis.* 276. *num.* 1. *& decis.* 426. *penes Buratt.*

Subamplia id, in tantum esse verum, vt propterea onus probandi rem esse feudalem, ne dum incumbat Domino, siue agnato ad feudum agenti; verum etiam talis præsumptio operatur, vt non ordinariæ, sed vrgentiores probationes sint per agnatum, siue Dominum deducendæ; vt fuit decisum in vna *Mediolanen. legati* 24. *April.* 1626. *coram Durano.* Quinimmò, neque, vt feudalitas probetur, sufficit expressio generalis, sed requiritur specialis illius corporis, de quo agitur, & præcipuè præsumeretur allodialitas si ea comprobaretur ex obseruantia, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in dicta decis.* 276. *nu.* 3. *&* 10 *cum ibi allegatis per addent.*

5 Et ratio prędictorum est, quia feudum dicitur species seruitutis, & illi obnoxium, quæ ob id in dubio talis non præsumitur, vt ait *Bellon. in suo consil.* 10. *n.* 9. *& Rota in d. decis.* 404. *num.* 1. *in* 1. *par. recent.* Et quando causa est tractanda, an sit feudalis, vel non, tunc id coram Domino cognosci debet. *Rota per Buratt. dicta decis.* 276. *num.* 13.

6 Amplia secundo, quòd licet vna res sit sita in territorio alicuius, veluti Romani Pontificis, ob id non feudalis, & emphiteutica, sed libera, & allodialis pręsumitur, *Roland. dicto consil.* 46. *num.* 49 *Gabr. de præsumpt. concl.* 9. *per totam, Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 101. *lib.* 3. *per tot.* & ibi distinctionem adducit.

7 Contrariũ tñ esset, qñ essemus in bonis per emphiteutam in loco emphiteusis possessis; quia tunc illa bona non allodialia, sed emphiteutica pręsumerentur, veluti fuit decisum in *dicta Ciuitatis Castelli coram Pirouano.* & ita vltimo loco fuit dictum in vna *Romana laudemij, Veneris* 3. *Martij* 1629. *coram Vbaldo.*

8 Concorda tu tamē, quòd scilicet prima opinio procedat, quando Baro, de cuius inuestitura constat, & Vassallus aliquod territorium possideret, quia tunc illud in dubio feudale præsumeretur, nisi liberum, & allodiale probetur. *Magon. decis. Florent.* 2.

Secunda verò procederet, quo ad alium priuatum non inuestitum, vt ait *Vrsill. ad Afflict. decis.* 267. Rursus, & melius concorda, vt prima opinio procedat respectu dominij, quòd ad fauorem Domini ex ea ratione, quòd res sit intra fines illius iurisdictionis præsumendum non venit. Secunda verò procedit quo ad iurisdictionem tantum; quia super his, quæ intra suos fines possidet intentionem fundatam habet; quia differunt hæc duo inter se, nempe habere dominium agrorum, qui in territorio extant, & habere iurisdictionem ratione feudi super toto territorio, vt fuit dictū in illa *Mediolanen. legati coram Pirouano.* Secus autem, si Dominus haberet intentionem fundatam super dominio directo, iuxta tradita per *Afflict. in sua decis.* 265. *num.* 87. *& Guidopap. dec.* 55. Immò, nota, quòd non potest requirere Dominus directus Vassallum ad ostendendum titulum; quo illud prædium intra suos fines possideat, quia illum ostendere non tenetur, & tunc sufficiet dice-

re Vasallo, ego mihi soli possideo etiã si initium suæ possessionis non ostendat, vt fuit dictum in *illa Mediolanen. coram Pirouano*.

Secus autem, quando vltra confessionem dantis, & recipientis in emphiteusim, quæ benè dominium, & proprietatem probat côcurreret etiam reseruatio consensus, & beneplaciti dantis; & recipiens assumeret in se onus soluendi canonem, cuius enim solutio vtique arguit dominium ex parte illius cui soluitur, & subiectionem ex parte soluentis, & sic quod soluens nô sit directus, sed bene vtilis Dominus, vt ait *Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 3. num. 16. & Rota dec. 400. num. 8. par. 1. recent.* & prædicta præcipuè procederent si vltra illud instrumentum concessionis côcurrerent etiam plures aliæ concessiones in eamdem emphiteusim factæ, quia tunc ea nedum sufficerent pro probanda emphyteusi contra primum acquirentem; verum etiam contra illius successores, tàm vniuersales, quã singulares, *Guidop. dec. 272. n. 2. Serap. dec. 1424. nu. 3. Rota dec. 776. n. 1. p. 1. diuers. & decis. 193. num. 2. par. 2. recentior. & in Romana Canonum 13. Maij 1624. coram Vbaldo, & ita latè fuit ponderatũ in Romana Laudemij Veneris 30. Martij 1629. coram Vbaldo Iuniore*, Vbi ait prædicta procedere etiam si Inuestituræ non probentur per instrumenta, sed solum per scripturas dominium Domini directi respicientes: quia tunc præsumitur scripturam inuestituræ interuenisse, & præsertim quando non agitur ad effectum deuolutionis; sed solum solutionis laudemii, quo casu leuior probatio sufficere solet, *vt ait Rota dicta decis. 400. num 6. par. 1. recentior. & in 2. decis. 12. num. 2. & decis. 331. num. 2. & ibi in dicta Romana Laudemij coram Vbaldo vide quæ dixi in conclus. 78. sub num. 40. & seqq.*

9 Declara præterea, quòd licet illa secunda opinio prima facie videatur vera nempè, quòd dicta bona prædicto modo existentia præsumantur emphiteutica; nihilominus potest etiam euenire contrarium, quod scilicet illa bona quãuis intra fines illius emphiteusis existentia sint libera, & allodialia, & quod dicti confines, & aliæ demonstrationes potuerint mutari, vel per errorẽ appositi vltra quod non omne id, quod continetur intra limites bonorum in emphiteusim concessorum præsumitur emphiteuticum; sed potius contrarium, vt post alios consuluit, *Surd. in cons. 311. num. 6. & 7. & ibi respondet contrarijs lib. 3. & ita fuit decisum in vna Asten. feudi 27. Aprilis 1584. coram Bubalo, & in Romana Castri Orciani 1. Aprilis 1591. coram Orano, & in alia Ciuitatis Castelli bonorum 4. Iunij 1590. coram Cardinali Pamphilio, & in Mediolanen. bonorum 25. Februarij 1611. coram Pirouano.*

10 Sub declara tamen, quòd bona allodialia facillimè possunt transire in naturam feudalium, & id per simplicem oblationem, & recognitionem euenire potest, *vt ait Coler. in decis.* 80. vbi duo requisita adducit, per quę bona allodialia fieri possint feudalia de iure Saxoni licet *idem Coler. in dec.* 219. dicat, quod allodialia per Vasallum incorporata feudo non sint feudalia *ex dec. Lipsien.* 162. quam opinionem tenuit *Cauagnol. in decis. 78. volum. 2.* vbi testatur, quòd allodialia bona nullò modo feudalia fiant, per recognitionem, etiamsi recognitio fuisset facta per longa tempora, itaut esset inducta præscriptio, vt in simili, *ait Anna in suo sing.* 194. vbi fuit decisum, quòd feudum in Regno præscribi non possit ex spatio 30. annorum absque præsentia Regis, *latè Camil. Borel in præcit. loco num. 4.*

11 Extende id, quod fuit dictum de eo, quod bona allodialia possint fieri feudalia procedere etiam in feudatariis, qui essent ab omni seruitio liberi; quia possunt aliquando ad seruitium personale cogi, *vt ait Marta decis.* 34. & in hac materia videndus est *Reusner. decis. 23. 24. & 25. volum. 3. & Reiecius in sua collect. 1855. par. 1.*

12 Et ad id nota, quod prius non poterat aliquis Dominus siue Baro propria auctoritate rem allodialem siue Burgensaticam feudalem facere, sed tenebatur eam Principi offerre illumque in Dominum recognoscere, & ab ipso illã rem recipere, & tunc illud naturam noui feudi sapiebat neq; propterea transuersales

les ad illius successionem tali casu admittebantur, vt ait *Vulasc. & alij Doctores allegati à Bouellis in prætitato loco num. 9.* licet ibidem subdat, quod olim viri in magna, ac summa auctoritate constituti, infeudare solebant, sed hodie rustici quoque id facere possunt si suorum bonorum liberam administrationem habeant, idem ait *Petr. Gregor. syntagmat. iuris vniuers. lib. 6. cap. 6. num. 9.*

13 Amplia tertiò, principalem conclusionem adeò esse fauorabilem, quod si Castrum, siue feudum esset concessum cũ Villis, Terris, Pratis, nemoribus, ac alijs iuribus, & pertinentijs, non per hoc tamen dicuntur concessa bona, quæ ibi cũ dicto Castro, siue feudo possidebantur, vt sunt possessiones, & cætera bona stabilia, nisi de illis in inuestituris fuerit facta specialis, ac indiuidua mentio. Quia immò, neque ista indiuidua specificatio aliquid operaretur contra tertium possessorem, quia tunc ea non obstante bona præsumerentur allodialia, & ea verba quo ad Dominum solum verificarentur in iurisdictione, non autem in dominio, vt fuit dictum in illa *Mediolanen. legati 24. Aprilis 1626. coram Durano.*

Secus autem veluti si essemus in illis terminis, vt dixi superius sub *num. 8. vers. Secus autem. Roland. cons. 32. num. 22. cum seqq. lib. 4. Menoch. cons. 191. num. 81. idem Roland. consil. 82. num. 8. cum sequen. lib. 2. & Papien. omninò viden. in for. libel. act. real. in verbo Cum pertinentijs suis*, & ibi latè in *Addition. Crauett. consil. 1030. num. 428. lib. 6. & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptio. 10. & melius in suo consil. 391. lib. 2. & præsumpt. 91. lib. 6. & Rota decis. 508 num. 1. & prius decis. 404. par. prima in recentior.*

14 Contrarium tamen videtur sentire *Menoch. consil. 181. num. 97.* vbi alios allegat dicens, quòd concesso Castro, censetur etiam concessum Molẽdinum, nisi probetur, vt ad particulares spectet, *vt per Bald. in cap. 1. post num. 2. & ibi Afflict. num. 11. de Capitan. qui cur. vend. Corn. consil. 321. num. 8. lib. 4. Iason, & Rip. alleg. in Romana census Mercurij 8 Nouembris 1589. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis dec. 894. per totam.*

15 Et tenendo hanc secundam opinionem, amplia eam multò magis procedere, quando maior pars bonorum in dicto Castro sitorum, esset de bonis feudalibus, vt dicunt *Doctores allegati à Menoch. in dicto consil. 181. num. 98. & Rota ibidem coram Card. Seraph. & per Buratt. dec. 276. n. 5. & 10.* vbi ait, id eò magis procedere, quando obseruantia subsequuta concurreret, *Menoch. consil. 2. num. 264. & consil. 32. num. 46 & 64. & consil. 191. nu. 19. & præsumpt. 91. num. 28.*

16 Extende secundò, eam procedere, quando concurrerent præsumptiones, quæ rem ita se habere suaderent, veluti quando essemus in Molendino; quia illud potius præsumitur feudale, quàm alia bona, & præcipuè, quando illud nunquam tale fuerit semper possessum, vt fuit decisum à *Rota in dicta Romana census coram Cardinali Seraphino sub num. 2. & 4.*

17 Extende tertiò, quando illa probatio concurreret, quod scilicet per antecessores, ne dum fuerit vti feudale possessum; sed etiam altera probatio adesset, vt ex publicis dictis Vassalli fuissent prohibiti, ne alibi auderent ad Molendinum accedere, vt pulchrè distinguit *Rota ibi supra coram Seraphino sub num. 3.*

18 Extende quartò, dictam secundam opinionem procedere, quando Molendinum extaret in tenuta, quæ fuit in inuestitura expressa, siue quando adessent testes de publica voce, & fama deponentes, quod scilicet Molendinum illud esset de iurisdictione Castri, vt benè declarauit *Rota in dicta Romana census coram Seraph. sub num. 3.*

19 Sed in hoc nota tamen, quòd si testes deponant de auditu, quòd res sit feudalis, si causam suæ scientiæ, etiam interrogati, non reddant, tunc huiusmodi rem esse feudalem non probant, nisi tamen vlterius progrediendo attestarentur de inuestitura, & quod pro feudo fuisset præstitum seruitium Domino, vel asserent eos legisse registra feudalia in quibus huiusmodi bona essent descripta, vel etiam si per triginta annos ea fuerint vti feudalia possessa; secus autem prædicta procederent si res, siue fundus vti

But-

surgensaticus per triginta annos fuisset possessus, & de hoc constaret; quia eo casu antiqua possessio præsentem iustitiam habere dicitur, vt ait *Afflict. in sua decis. 277.*

20 Amplia quartò, quòd principalis conclusio, adeò vera est, vt ob id ex huiusmodi præsumptione libertatis rei filia, debeat manuteneri contra agnatos in possessione feudi, nisi tamen præsumptiones in contrarium vrgerent, veluti, quia extaret fama feudi, vel essemus in Antiquis, siue si Princeps in inuestitura bona esse feudalia dixerit, aut Ecclesia iurisdictiones concesserit, quæ semper presumuntur in feudum concesse, aut si de latitudine prædiorum feudalium dubitetur, quia tunc ea omnia esse feudalia præsumuntur, nisi tamen ratio diuersitatis allegari posset, siue etiam quando possidens in signum subiectionis aliquid in præteritum Principi Territorij fecerit, siue personaliter inseruierit, quia istis casibus præsumptio alodij tolleretur, vt pulchrè dicit *Ioachim. Misinger. decis. 25. par. 5.* & facit quoque *dicta decis. Card. Seraph. 894.*

21 Fallit tamen, quando aliqua res fuisset concessa cum præstatione iuramenti fidelitatis; quia hæc non est præsumptio, per quam arguatur ipsam rem concessam esse feudalem, vt ait *Rolandus consil. 1. num. 6. & seq. & cons. 51. lib. 4. Menoch. dicto consil. 191. num. 30. & 31. idem Roland. consil. 53. lib. 2.*

22 Et reassumendo principalem conclusionem, vbi habetur quamlibet rem alodialem, & liberam in dubio præsumi. Declara eam non habere locum in Francia, vbi nihil allodiale reperitur, veluti testatur *Franc. Marc. in decis. 451. num. 14. par. prima,* & ibi tollit ea, quę in contrarium allegantur, quem per te videre poteris.

23 Limita secundò dictam conclusionē non sibi locum vendicare, quando in contrarium pręsumptiones concurrerent ad ita non credendum, vt superius dictum est ex illa *decisione Cardinalis Seraphini 864. per totam.*

Sed nota, quòd testes deponentes vnam rem esse feudalem, debent reddere causam sui dicti: & ratio est, quia feudalitas est quid iuris, quæ sensu corporis percipi non potest, *vt ait Rota per Burattum decis. 276. num. 2. & Afflict. decis. 277. num. 3.* Er ideò in casu probationis istius feudalitatis non erit sufficiens expræssio generalis, sed est necessaria specialis illius corporis, de quo quæstio habetur, *vt dicunt Doct ores allegati in dicta decis. Buratti 276. num. 3.*

ARGVMENTVM.

ALLVVIO QVID SIT, ET cui accrescat, & quomodo probetur.

CONCLVSIO XCIV.

1 ALLVVIO, nota, quòd est latens incrementum, quod crescit paulatim, & decrescit, ita vt videre non possimus, quantum quoquo momento temporis illud adijciatur, *text. est in l. adeò, vbi Doctores in §. primo, ff. de acquir. rer. domin Corn. consil. 287. num. 9. lib. 3. Rimінal. iun. consil. 237. num. 54. & Thesaur. decis. 140. in princ.*

2 Et propterea dici solet, quod in alluuione sit incerta possessio, nam quod mihi hodie adiectum est, quandoque ad priorem Dominum reddit, vt scribit *Frontin. in lib. de limit. agrorum.*

3 Amplia primò, id tantum esse verũ, quòd regulariter quicquid per alluuionem augetur illius efficitur, qui prędia cohærentia habet, vt ait *Socin. consil. 181. num. 2. versic. confirmatur, lib. 2. §. præterea, Instit. de rer. diuis. l. prima, §. adeò, ff. de acquiren. rer. dom. l. prima, secunda, & tertia, C. de alluuio. idem Socin. consil. 15. & Cassador. decis. vnica, de rer. diuis. quæ est post decis. super regula Cancellar. in fine; & Rota in Mediolanen. bonorum Vener. 7. Februar. 1629. coram Coccino Decano.*

4 Amplia secũdò, quòd huiusmodi augmentum ipso iure fiat etiam absenti, & absque apprehensione, licet alueus in totum sit derelictus; quòd tamen secus est in insula quoad possesionem, vt ait *Franc. Marc. in decis. 111. num. 33. par. secunda, Cassad. ibi supra. Bart. in tract. Tiberiad. colum. 5. vers. acquiritur nobis*

bis in princip. Bald. in rubr. ff. de rer. diuis. colum. 6. vers. Sed an istæ actiones, Aretin. in l. 3. col. 5. vers. reperitur tamen ff. de acquir. poss. & Tiraq. in tract. de continuan. possess. in præfat. declar. 6. num. 10.

5 Subamplia etiam procedere vbi contingeret possessionem apprehendi partis alicuius fundi, quia censetur ille apprehendere possessionem totius; etiam illius, quod per alluuionem creuit, veluti eodem modo dicitur de eiecto à possessione fundi, qui habet publicianam etiam pro incremento per alluuionem, & ratio est quia alluuio est de natura fundi *Gratian. lib. 3. discept. cap. 425. num. 11. & seq.*

6 Amplia tertiò, quòd si quis occuparet alicui vicino fundum, qui postea fuerit à flumine corrosus, tunc non teneturt illé dictum fundum restituere si post corrosionem de nouo suus fieret per alluuionem, quod tamen contrarium esset, quando alueus fluminis incontinenti post corrosionem recederet, quia tunc ille effectus acquisitionis per alluuionem, & sic per latens incrementum cessaret, & consequenter primo Domino restituendus esset, vt mox dicam, & veluti ait *Alex. cons. 91. num. 6. vers. non obstat lib. 5.*

7 Et ratio est quia illa vti momentanea possessio incontinenti caussata perinde acsi acquisita non fuisset, nec propterea in consideratione est habenda, vt dixi supra *in tit. de alien. rer. Eccles. & Marsil. in l. is, qui cum telo num. 52. & seq. C. ad l. Cornel. de Sicar. & in rubr. de fideiuss. num. 440. & Rota in Romana domus 29. Octobris 1582. siue 1571. coram Clemente VIII.*

8 Amplia quartò conclusionem adeò valere, vt ob id illud, quod per alluuionem fuit deperditum non restituatur, & ratio est, quia flumen habet vim censitoris, & sententiæ, quæ in rem iudicatam transit; sed secus est in alueo, quandò ex impetu fluminis agrum occuparet, sed vicino non applicaret, quia tunc esset alluuio, & sic primo Domino recuperaretur licet *Angel. Aretin. Instit. de rer. diuis. §. Quod si naturali*, tali pacto distinguat nempè si forma esset mutata de rigore non restituitur, quia inundatione possessio perditur, sed non dominium, nisi faceret ibi alueum, secus autem de æquitate, quia ex ea fit restitutio; si tamen illud non fuerit præscriptum, *vt ait Cepol. tit. de Alueo, & Aretin d. §. præterea, & Franc. Marc. d. dec.* 111. *num.* 23.

9 Amplia quintò, quòd alluuio quoque acquiratur emptori cum pacto redimendi, quando ea medio tempore fuit acquisita *ad trad. per Thesaur. in sua decis.* 140. *num. 4. & seq.*

10 Contrarium licet multi teneant ab eodem *Thesaur. alleg. vbi supra num.* 1. *& seq.* vbi dicunt quod pactum factum super prædio etiam ad alluuionem extendatur, & sic illud in augmento repetitum censeatur ea præcipuè ratione, quia alluuio pars prædii dicitur, vt dicunt *DD. à dicto Thesauro ibi sup. alleg.* vbi pro hac secunda opinione aliam distinctionem adducunt, nempè quandò augumentum naturaliter, & non facto hominis contingit, quia tunc, siue illud sit latens, seu patens fundo accrescit; quod idem etiam contingit, quandò essemus in materia maioratuum, de quibus etiam ad feudum argumentum valet, *vt ait Molin. de primogen. hispan. cap. 27. num. 17. lib. 1. alleg. à Thesaur. ibi sup. num.* 3.

11 Tenendo autem hanc secundam opinionem extende eam multò magis procedere, vbi fundus fuisset venditus ad corpus, & sic nulla facta mentione mensuræ, siue dinumeratione iugerum, quia isto casu augumentum esset venditoris, quod secus esset si prædium fuisset datum mensuratum in tot iugeribus, & eodem modo fuisset retrouenditio promissa, nam eo casu incrementum esset emptoris, *vt ait Zoanett. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. num. 128. tom. 6 tract. par.* 1. & ante eum ita distinxit *Gozad. in dicta l. 2. num. 177. cum seqq.* pro qua distinctione allegat *text. in l. Iulianus, § Si Titius ff. de act. empt.*

12 Licèt enim eidem Thesauro non valdè placeat ista distinctio, & rationem istius suæ displicentiæ assignat *ibi supra num.* 4. concludens illud augumentum ad fauorem emptoris, non autem venditoris acquisitum censeri.

13 Tenendo autem primam opinionem exten

extende eam procedere, siue alluuio facto hominis, siue à natura proueniat, & siue incrementum sit latens, siue patens, quia nihilominus ad venditorem istud nullo modo spectare debet, sed in hoc solum succuritur venditori in eo, quòd ipse possit totum prædium, etiam cum augumento redimere, soluto tamen emptori prætio acquisitæ alluuionis, vt ait idem *Thesaur. ibi supra sub num. 4.*

14 Ratio autem istius opinionis Thesauri ex duobus fundatur, & primò super eo, quòd venditio cum pacto redimendi dicatur perfecta, & absoluta, ita vt emptor re tradita statim efficiatur Dominus, & fructus suos faciat, & quòd eam rem venditor alienare quoque possit, pro eo tempore, quo durabat venditio, vt optimè comprobat *Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. glos. vnica num. 41.* & ita fuit decisum in vno *Voto coram Robusterio* super bulla iuris congrui, veluti latè dicam in verbo venditio, & quòd per consequens omne periculum, & commodum rei venditæ contingens sit emptoris, & non venditoris *Rota in Bononien. pecuniaria Lunæ 1. Decembris 1603. coram Cardinali Seraphino.*

15 Secundò illa opinio Thesauri super eo fundatur, quòd veluti credendum est, vt si prædium ob alluuionem decreuisset, vel pro maiori parte periisset, venditor illud amplius non redemisset, & sic huiusmodi damnum ad emptorem spectasset, ita quoque augumentum rei superueniens ad emptorem, non autem ad venditorem spectare debet *iuxta text. in l. secundum naturam, & ibi scribentes ff. de regul. Iuris, & Thesaur. ibi supra numer. 4. & ferè in fine*, vbi respondet illi rationi, quam tenentes contrarium adducunt, dum arguebant, quòd cum augumentum alluuionis dicatur pars prædii, igitur illud ad venditorē, nō autem ad emptorē spectare debet, addens *Thesaur.* quòd satis est, quòd dicta alluuio naturam illius prædii sequatur, in quantum, quòd vnà cum prędio à venditore redimi possit, sed non quoad illud, vt idem venditor non teneatur soluere æstimationem incrementi, subdens huiusmodi opinionem esse veram, vti Euangelium; quòd tamen ego nunquam dicere auderem; sed semper in dubio potius pro contraria inclinarem, ea ratione, quia cum satis grauetur venditor, quando rem vendit cum hoc pacto redimendi; quia semper in eo res satis vili pretio vendi solet, idcircò debet in alio releuari, nempè vt augumentum per alluuionem, siue alio modo contingens ad illum spectet, & non ad emptorem, qui nunquam perdit licèt venditor rem non redimeret, & propterea videmus, quòd ista venditio ex modicitate pretii arguit contractum esse vsurarium, quod tamen intellige verum, quando essemus in solito fœnerari vt dicunt communiter *Canonistæ*, & ita quoque ait *Franc. Marc. in sua dec. 484. n. 8. p. 1.* & maximè quādo pretium esset modicum, vt post d. *Franc. Marc. ibi sup.* ait nouissimè *Gratian. lib. 2. discept. cap. 258. & Rota viden in dec. 240. & 256. intercrim. Farin.* vbi habetur, quòd modicitatis probatio est necessaria vsque ad dimidiam iusti pretii, & licet pactum de retrouendendo faciat rem valere minoris pretij, nihilominus testes ad probandum verum valorem rei debent deponere de tempore anteriori, & posteriori contractus, de quo agitur, & debent esse informati, de qualitate rei, aliàs verum valorem non probarent, vt ait *Rota in dictis decisionibus 240. & 256. num. 1. cum seqq. & sub num. 7.* docet de quanto tempore ante, vel post contractum debent de illius rei valore deponere, & ratio, quare fiat rei diminutio ob istud pactum, ea est, quia cum illud onus imponat seruitutem rei; ob id facit etiam minoris valere, quàm si liberè vendita fuisset, & ideò ęquum est, vt quantò minoris, vel maioris temporis fit pacti; tantò etiam minorem, siue maiorem inducat pretii rei diminutionem, vt fuit dictum *in Romana domus de Mentegatijs 29. Nouembris 1591. coram Orano.*

Item cum pretia rerū iuxta qualitates, & onerum circumstantias augeantur, & minuantur, vt ait *Pinellus in l. secunda, C. de rescind. vendit. parte tertia num. 18. capitulo quarto, & ita Rota in prædictis decisionibus superius*

allegatis. Idcircò quantò minus, vel maios onus rebus imponitur, tantò magis, vel minus res de pretio augetur, vel diminuitur nisi tamen pactum de retrouendendo fuisset negatiuè conceptum, & in damnum venditoris limitatum, nempè vt ille non posset rem redimere, nisi elapso tanto tempore, quia tunc pactum illud nihil de vero valore minueret, vt ait *Tiraquel. de retract. conuent. in præfat. num. 26.* & fuit quoque resolutum in *Romana Simulationis contractus 14. Febr. 1631. coram Dunozetto.*

Animaduertendo, quòd ad dignoscendum iustum pretium est habenda ratio, si illud prædium cum hoc pacto venditum sit aliis oneribus obnoxium, veluti si solueretur canon, siue census pro eo, vt ait *Surdus in consil. 451. num. 97.* Item si illud sine cautione de euictione fuisset venditum, vt ait *Bartolus in l. prima, §. si heres numer. tertio, ff. ad Trebel. & ibi Iason num. 9. & Ripa num. 27. & 28. Pinellus in l. secunda parte 3. num. 24. & sequenti, C. de rescind. vendit.* & ita fuit decisum à *Rota in Bononien. Affrancationis 26. Ianuarij 1622. coram Reuendissimo Coccino Decano.*

16 Et prædicta eò magis procederent super præsumpta prauitate vsuraria in vendente, quando pactum redimendi esset concessum ad certum tempus, quod enim est adeò suspectum; quia adimit facultatem redimendi, vt propterea equipolleat illi adminiculo, vt quis sit fœnerari solitus, secus autem dicitur de eo, per quod quandocumque quis redimere possit, quia tunc illud præsumptionem soliti fœnoris tollit, vt pulchrè ita distinquendo ait *Rota in dicta decisione 240. numero tertio.*

Vndè ex prædictis hæc conclusio infertur, vt scilicet læsio in hoc contractu exstimetur in sexta parte tantum, si pactum sit temporale, iuxta opinionem *Rotæ, vt fuit dictum à d. Rota per Burattum decis. 62. num. 8. & decis. 471. num. 3.*

Secus autem, quando pactum esset perpetuum, & ad libitum venditoris; quia tunc illud minueret valorem rei, circa quartam partem, vel in tertia parte, aut paulo minus, vt ait *Tiraquell. de retract. conuention. in præfat. num. 20. Couarruu. variar. resolut. lib. 3. cap. 10. num. 1. Riminald. iunior. consil. 218. num. 137. & alij allegati à Gratiano lib. 3. disceptation. forens. cap. 600. num. 8. & Rota decis. 240. inter criminal. Farinacc. post secundum volumen Consiliorum, & ibi reprobat Gabriel. contrarium tenentem, & in Romana fideiussionis 13. Martij 1617. coram Andrea, & decisione 256. num. 21. inter dictas crimin. Farinacij.*

Concludendum est igitur, quòd ad dignoscendum, an contractus sit fœneratitius, cum pacto redimendi, debet regulariter esse læsio vltra dimidia iusti pretij, vt ait *Ancharan. consil. 4. num. 2. Roland. consil. 96. num. 33. & sequen. lib. 2. & consil. 58. num. 18. lib. 4. Roman. consil. 304. in principio, Iason. consil. 1. num. 4. lib. 4. Cephal. consil. 289. num. 17. lib. 2. Honded. consil. 31. num. 69. lib. primo, & consil. 33. num. 62. lib. 2. Gratian. lib. 3. disceptation. dicto cap. 600. nu. 2. Franc. Marc. decis. 484. num. 30. par. prima, & ita fuit dictum à Rota in Bononien. de Ballis 19. Martij 1607. coram Martomontio, & decis. 240. num. prima, & decis. 256. num. 9. post secundum volum. Consiliorum Farinacij, & in Romana fideiussionis 13. Martij 1617. coram Andrea, & in una Bononien. ... 1630. coram Pirouano.*

Declara tamen prædicta, non procedere, si concurrerent adminicula, & coniecturæ, ex quibus argueretur fœneratitius contractus, quando etiam læsio vltra dimidium non probaretur, vt ait *Barisin. consil. 54. num. 69. lib. primo. Afflict. decis. 46. num. 19.* vbi ait, quod non reperitur limitata in hoc certa quantitas, & ita quoque fuit resolutum in una Placentina Vsurarum 1. Martij 1625. coram Olemeo te Octauo.

Quinimmò sufficere læsionem vsque ad tertiam partem tantum, vbi alia coniecturæ concurrunt, fuit sæpè resolutum à Rota

Rota, & signanter in dicta Bononien. affrancationis 26 Ianuarij 1622. coram Coccino, & ibi allegatur alia decisio in Romana Palatij de Incoronatis 1. Iunij 1563. coram Vicecomite. Item quòd sine modicitate pretij sufficiant aliæ coniecturæ, ait *Rolan. consil. 40. num. 42. lib. 2. & ita quoque resolutum fuit à Rota in Mediolanen. pecuniaria 22. Ianuarij 1593. coram Card. Mellino.*

Contrariũ tamen, & sic, quòd modicitas pretij cum eo pacto redimendi tantum sufficiant ad hoc, vt contractus fœneratitius dicatur absque quod quis sit fœnerari solitus, fuit pluries determinatum à *Rota, & Cassador. decis. prima, num. 1. de vsur. & in Imolen. bonorum coram Orano, quæ est decisio 99. sub num. primo post secundum volum. consil. Farinacc. & in 4. par. nouiss. est decisio 801. & in Bononien. de Ballis 19. Martij 1607. coram Marcomontio, & prius in Turritana Palatij 5. Maij 1604. coram Ortembergo, & in Romana simulationis contractus 24. Februarij 1620. coram Remboldo, & in Bononien. affrancationis 26. Ianuarij 1622. coram Coccino, & in alia Romana simulationis contractus 14. Februarij 1631. coram Dunozetto Iuniore.*

17 Limita tamen primò, conclusionem principalem, non procedere in feudalibus, ea ratione, quia accessiones bonorum feudalium non fiunt feudales, nisi tamen cursus triginta annorum fuerit lapsus, & intra illud tempus feudatarius huiusmodi bona semper tanquàm talia possederit, & id ob diuersitatem, quæ inter dicta dominia viget. *Baldus in cap. primo, §. ex contrario, de inuestitur. de re alien. fact. latè ait Brun. in consil. 117. colum. 40. & sequen. versic. Quod si, & Rota per Cardinalem Caualerium decisio 161. num. primo.*

18 Limita secundò, non procedere in iurisdictionalibus; quia iurisdictio numquã per alluuionem augetur, neque perditur, sed bene corporalis possessio sic, *vt ait idem Card. Caualer. dicta decis. 161.* Et ratio est, quia iurisdictio est introducta de publico, & propterea numquam mutat iura publica, veluti publicam viam, & similia, secundum *Bald. & alios allegat. à Francis. Marc. in sua decis. 111. num. 22. par. 2. Bart. in tract. Tiberiad. versic. acquiritur nobis, Cæpoll. de seruit. rustic. præd. tit. de flumine in princ. Boss in sua prax. tit. de Princip. num. 277. & num. 280. & in tit. de aquis num. 15. vbi testatur de communi; Hieronym. de Mont. in tract. de confinibus cap. 24. num. 6. vbi de communi, Benincas. in tract. de Alluuion. nu. 20. & ibi de communi, Curt. Sen. consil. 56. num. 4. vbi ait banc esse communem,* licèt inferius postea contrarium teneat *Riminald. iun. §. primo, num. 79. inst. quib. alien. lic. & in consil. 237. num. 44. & 49. Bertaz. consil 41. num. 118. in ciuil. Aretin. in §. Præterea instit. de rer. diuis. num. 21. Socin. consil. 181. num. 2 lib. 2. Iason consil. 146. lib. 2. Colleg. Ferrar. inter consil. Riminal. Sen. consil. 64. & consil. 460. Corn. consil. 322. lib. primo, & consil. 283. lib. 3.* Item communem ait *Socin. consil. 127. num. 8. lib. primo*, & ab ea non esse in iudicando recedendum, *ait Paris de Puteo in tracta. de sindicatu c. 28. & Card. Caualer. dicta decis. 161. num. primo.*

19 Fallit tamen, quando loqueremur de Insulis naturalibus, & accidentalibus, quæ sunt Principis, & quæ ei pari modo acquiruntur per alluuionem, quo ad iurisdictionem, *vt ait dict. Fran. Marc. decis. 111. num. 17.*

20 Quod secus tamen esset, quando Insula esset alicuius priuati, & quæ esset fundo illius vicinior; quia licèt per alluuionem versus vicinum crescat, ita vt magis vicino proxima efficiatur, nihilominus durat esse mea, vna cum alluuione dicta insula, *text. est in l. insula, ff. de acquir. rer. domin. & ibi DD.*

21 Limita tertiò, quòd alluuio non habet locum in paludibus, stagnis, & in lacubus priuatis, sicuti nec in priuato flumine; quia licèt crescant, & decrescant; nihilominus acquisitio, quæ ex eis prouenit non accrescit illis, qui prædia coherentia habent; *text. est in l. lacus, & stagna, ff. de acquir. rer. domin. l. Rutilia pola in fin. ff. de contrah. empt. Bar. in d. tract. Tiberied. in vers. Flumen num. 8. Bald. in rubr. ff. de rer. diuis. nu. 11. Areti. in d. §. præterea, num. 5. Corn. consil. 287. num. 2.*

lib. 3. Capoll. d. tract. de seruit. rust. præd. tit. de lacu, num. 6. Rimin. iun. §. 1. nu. 15. & 16. inst. quib. alien. lic. Benincas. d. tractat. de alluuion. num. 13. Bertaz. consil. ciuil. 72. num. 14. Baptista Aym. in tract. de alluuion. lib. 1. cap. 15. num. 2. & 7. & Franc. Marc. decis. 110. num. 6. & decis. 111. num. 31. par. 2.

22 Secus autem, si lacus esset publicus; quia tunc alluuio haberet locum; Priuatus autem dicitur Lacus, siue Vallis (licet essent Principis, siue alicuius Reipublicæ) quando in eis nemini piscari licerer, nisi conductoribus, *vt ait Alexan. consil. 57. num. 10. lib. 7.* Publicus autem diceretur, quando omnes per eum deambulare possunt, & ibi in eo piscari, *vt ait Corn. d. consl. 287. nu. 2. vers. ideò in flumine, & nu. 9. vers. & licet, & Alex. d. consl. 57. num. 9. in fine.*

23 Et propterea videmus, quòd actio iniuriarum datur contra prohibentem piscari in mare, & in loco publico sedere, & similibus, *vt ait Gratian. in discep. cap. 658. num. 31. lib. 4.*

24 Sed in dubio in istis Stagnis, Paludibus, & Lacubus vsus præsumitur priuatus, *vt testatur Baptista Aym. in dicto tract. de alluuionib. lib. 1. cap. 15. num. 7. & 8.*

25 Extende id, quòd fuit dictum de paludibus, & alijs prædictis, procedere etiã in agris priuatis, in quibus dicta alluuio non habet locum, at secus in publicis, *vt ait Bart. in d. tract. de Tiberiad. lib. 1. in verb. per alluuionem, & Bal. in rub. ff. de rer. diuis. & Franc. Marc. d. dec. 111. n. 21. par. 2.*

26 Limita quartò, quòd ius alluuionis non habet locum in agris limitatis; quòd tamen secus esset, si illud ius esset præscriptum decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, *vt ait Francisc. Marc. d. dec. 111. num. 16.*

27 Limita quintò, procedere etiam in diœcesibus limitatis Episcoporum, in quibus alluuio non procedit, quoad iurisdictionem; quo verò ad commodum priuatum dicitur Imperij, & iurisdictionis temporalis, *Angel. Areti. in §. insula alleg. à Franc. Marc. d. dec. 111. num. 32.*

28 Sed in materia probationis alluuionis videndus est, *Baptista Aym. in suo tract. de alluuion. cap. 4.* vbi ait, quod ille, qui contendit aliquid agro suo per alluuionem adiectum hæc duo coniunctim probare tenetur, nempè illud accreuisse paulatim, & ex cuius agro illud incrementum fuerit detractum, animaduertendo, quòd in eo probando testes debent reddere concludentem rationem eorum scientiæ, & tunc erit concludens, quoties testis interrogatus de causa scientiæ dicat se scire, quia vicinus est, & melius erit si ille testis quotidie culturæ illius aucti agri vacaret, quia iste talis potuit sæpè, ac sæpius animaduertere, & paulatim videre fundum augeri, licèt *idem Aym.* det cautelam, quòd quis non dicat, si examinetur se cognouisse illud, quod quoquo momento temporis in dies auctum fuit; quia temporis momẽtum per sensum corporis percipi non potest; & sic vti impossibilia deponens nimis affectatum se ostenderet; nam regula est, quòd quando testis assignat rationem sui dicti, quæ à communiter accidentibus non sit vera, siue per sensum corporis esset incongrua non probat, *Corn. consl. 191. n. 10. lib. 3. Rota in vna Bononien. de Pepulis 8. Nouembris 1598. coram Card. Mantica, & in alia Ariminen. Castrorum Lunæ 13. Martij 1600. coram Card. Lancellotto.*

29 Contrarium tamen dicit *Bart. in dicto tract. de Tiber. tit. de alluuion. vers. per alluuionem, nu. 3.* vbi ait, quòd testes probant, si dixerint se minutatim vidisse incrementum, & alluuionem perexiguè à flumine additam fuisse, licèt hanc opinionem, *idem Aym. ibi sup.* damnet dicẽs hmôi probationem impossibilem reddi.

30 Ego verò teneo, quòd opinio *Bartoli* possit hoc modo sustineri, videlicet, capiendo illud perexiguũ incrementũ, q naturaliter per sensum visus qualibet die percipi possit, & id optimè fieri potest, p vt quotidie etiam experientia videmus in flumine Tiberis tempore æstiuali, siue hyemali crescente, aut decrescente, cuius. n. diminutio, siue augumẽtũ optimè in ripis, siue in lecto dignoscitur, cũ in illis sẽper signũ minutatim remaneat, ex eo, quia cũ paulatim crescit, & decrescit, *ad trad. per Socin. consl. 19. n. 8. & in fi. lib. 3.* & eò magis illud apparebit, qñ aliquo temporis interuallo alluuio fiet, quod enim incrementum, licèt exiguum, facile

facilè dignoſcitur ab agriculis ſtante eorum ſolerti diligentia, ac verſutia, quibus ſuper facto alluuionis, & agriculturæ ſemper recurrendum erit, vt ani maduertit *Franc. Marc. deciſ.* 795 *num.* 4. *lib.* 2.

31 Extende prædicta, quæ fuerunt dicta de alluuione procedere pari modo in alueo:qui à vi fluminis vnico impetu mu tari poteſt, vt fuit deciſum *in Sabinen. Alluuionis* 15. *Martij* 1619. & 15. *Nouembris* 1621. *coram Pirouano*.

32 Et circa illius probationem, quando in antiquis verſaremur ſufficerent teſtes,qui deponerent de publica voce, & fama de toto tempore eorum vitæ, & quòd à ſuis antenatis illud audierint dicere,& quod ab eis contrariũ non fuerit auditũ,quia tunc illis plenè veniret credendum ad quemcunque effectum, & ratio ea eſt,quia opinio illa generalis pro veritate habetur *Caſſad. deciſ.* 2. *de prob. Innoc. Felin. Bald. & Crauet. alleg. à Rot. in d. Sabinen. Alluionis.* 15. *Mart.* 1619. *coram Pirouano*.

33 Subextende primò, prædicta eò magis procedere, ſi cum publica voce, & fama prędicto modo probata concurrerent etiam adminicula circa illius Aluei mutationem, vt puta ſi ex articulis partis aduerſę, ſiue ex confeſſione illius procuratoris aliquo modo illius mutatio argueretur, vt fuit dictum *à Rota ibi ſupra*.

34 Subextende ſecundò, procedere etiam ſi exaduerſo prætenderetur vnam famam negatiuam probari, quia in concurſu probationum fama negatiua cedit affirmatiuæ *iuxta gloſ. in l. diem proferre* §. *ſi plures in verbo conſenſerunt ff. de arbitr. Gabr. concl.* 4. *de teſtib. alleg. à Rota ibi ſupra, & per Gregor. deciſ.* 449. & *deciſ.* 455. & *Rot. in Calaguritana puritatis ſanguinis* 13. *Nouembris* 1619. *coram Card. Satrat. Card. Mantic. deci.* 274. *num.* 12. & *deciſ.* 182. *num.* 9. & *deciſ.* 494. *num.* 12. *par.* 1. *recent.*

35 Declara tamen prędicta primò procedere, dummodo teſtes in huiuſmodi probatione percutiant tempus ante litis conteſtationem,at ſecus ſi poſt eam; quia tunc fama probata non cenſeretur, *Abb. in cap. licet ex quadam num.* 3. *de teſtib. Dec. conſ.* 82. *num.* 2. *Gabr. concl.* 3. *num.* 9. *eodem tit.* & *Rot. in prædictis deciſionibus Sabinen. Alluuionis coram Pirouano*.

36 Declara præterea prædicta eſſe vera dummodo fama prouenerit à perſonis fide dignis, & non intereſſatis, vt fuit dictum *à Rota in hac eadem cauſa ſub die* 19. *Nouembris* 1605. *coram Gregorio XV. quæ eſt in eius impreſſ. deciſ.* 449. *nu.* 3. & *in illa Sabinen.* 15. *Martij* 1619. *coram Pirouano*.

Subdeclara tamẽ ea, quæ fuerunt dicta de teſtibus deponentibus de fama negatiua, nempè eoſdẽ tũc præferri illis deponentibus de affirmatiua,ſi per viam negatiuæ tolleretur delictum, at ſecus quando eſſemus in concurſu probationis bonæ, ac malę famæ alicuius; quia tunc magis creditur illis, qui deponunt de bona, quàm deponentibus de mala, vt fuit dictum *à Rota in Toletana, ſeu Militen. babitus* 16. *Iunij.* 1604. *coram Card. Lancellotto*.

Rurſus declara,quòd quando famę ſunt inter ſe contrariæ ea ſemper venit attendenda, quę pluribus teſtibus eſt probata, aut ea, quæ pro ſe habet præſumptionem, ſiue illa quæ malum excludit, vt fuit dictum *à Rota inter crim. Farinac. dec.* 315. *nu.* 12. & *per Gregor. XV. deciſ.* 498. *num.* 16.

37 Et nota, quod tempus antiquum in huiuſmodi probatione per teſtes fienda dicitur ſexaginta annorum à die motæ litis, *iuxta opinionem Rotæ, vt ait in deciſ.* 490. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.* & *deciſ.* 494. *num.* 2. *par.* 2. *in recent. Caputaq. deciſ.* 5. *num.* 3. *par.* 3. *Card. Seraph. dec.* 75. *in fine, & Rota in dicta Sabinen. Alluuionis* 15. *Nouembris* 1621. *coram Pirouano*.

Item quam ætatem habere debeant teſtes in huiuſmodi probatione famæ,& quomodo deponere debeant, dixi in *verbo articuli ferè in fine*.

ARGVMENTVM.

ALTARE QVID SIT, ET VNDE dicatur, & quomodo conſtruatur.

CONCLVSIO XCV.

1 ALTARE nota, quòd dicitur lapis continens sigillum, quia qn̄ cōsecratur fit vnū foramē paruū, vel in superiori parte in ipsa mensa lapidea, siue ante altare, aut in latere dextro altaris, & post illius consecrationem clauditur paruo, & quadrato, vel rotundo lapide, & ille lapis paruus vocatur sigillum, & consecrationem denotat, in ipso autem foramine apponuntur reliquiæ, & nomen Episcopi consecrantis, item nomen Sancti, in cuius honorem consecratur; si autem ibi reliquiæ deficerent, tunc Corpus Christi apponi posset, vt ait *Ioann. in cap. placuit de consecr. dist.* 1. tam *Hugo eadem dist. in cap. nullus*, tenet illud non esse de substantia consecrationis, *Francisc. Marc. in decis.* 1022. *num.* 1. *par.* 1.

Et nota, quòd reliquiæ debent esse Sanctorum ab Ecclesia approbatorum, vt fuit decisum *à Sacr. Congreg. Episcop.* 15. *Septembris* 1593. & veluti etiam dicitur de titulis Altarium, qui nisi sint in Calendario Romano nullum recitatur officium, vt fuit ordinatum *à Sacr. Congreg. Rituum* 28. *Aprilis* 1628. *vt refert Gauantus in suo manuali Episcop. in verbo Altare num.* 30.

2 Sed si in Altari, neque Corpus, neque reliquiæ alicuius Martyris extarēt, tunc venit demoliendum, vt ait *Loterius de re beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 18. *& in nu.* 19. dat rationem, cur non consecretur, nisi inclusis martyrum reliquijs.

3 Contrarium licèt teneat *Hostiens. in summa tit. de consecrat. Eccles. & Altar.* §. 3. *& Innoc. Pap. super illo dicto Ioan.* qui dicunt, quòd Corpus Christi loco reliquiarum apponi non possit, quia illud est cibus animæ, nec debet consecrari, nisi causa infirmorum, vel alia necessaria, vt ait *Ioann. Andr. quem allegat Panormit. in cap.* 1. *de consecrat. Eccles. vel Altar. Sylu. in verbo Altare nu.* 4. *& est tex. in c. vnic. de custod. Eucharist.* licèt *idem Panorm. ibi referat*, quòd Leo Papa deficientibus reliquiis dedit partem corporalis, & Eucharistiæ in consecratione cuiusdam Ecclesiæ, vt refert *dictus Franc. Marc. dicta decis.* 1022. *in fin.* Sed si enormiter læderetur Altare, aut sigillum reliquiarum frangeretur, vel iunctura fuisset mota, qua mensa stipiti adhæret, tunc noua consecratione indigeret, vt ait *Barb. de pot. Episcop. alleg.* 27. *num.* 26. Secus autem si Ecclesia esset execrata, quia tunc non execratur Altare, quod non esset ita dicendum, si ea esset polluta; quia Altare quoque pollueretur, ita vt ibi amplius celebrari non posset, vt ait *Sylu. in verbo Altare num.* 7.

4 Rursus nota, quòd Altare dictum est ab antiquis etiam Ethnicis ab altitudine, quia in eleuatis ædificijs à terra sacra faciebant Dijs superis quos sibi effingebant, iuxta illud Poetæ, bis seruos cui nostra dies Altaria fumant, In locis humilibus, & depræssis illi sacrificabant Dijs terrestribus super Aris, quæ vt erāt ansatæ ob id, dictæ sunt Aræ, iuxta alterum dictum Poetæ, talibus orabat dictis, Arasque tenebat, licèt non deficiant aliqui, qui existimauerint Aram dici, ex eo quia pura esset Area, vbi victima ardebat, à latinis verò istud nomen dictum est à forma, & ritu quasi altum, siue alta Ara, quod apud nos adhuc retinetur ad significandum locum illum, in quo sacrificium fit Deo Cœli reiecta ea voce Aræ, in qua veteres sacrificabant suis falsis Diis, vt ait *Bella. controuers. tom.* 3. *de Miss. lib. primo cap.* 14. *vers. denique, idem Paul. Tholos. Syntagm. Iuris lib.* 2. *cap.* 2. *vers. Sextum argumentum, Turrecrem. in can. de fabrica, num.* 1. *&* 2. *de consecrat. dist.* 1. *Cittadin. & Lamberteng. alleg. à Loterio ibi supra num.* 5.

5 Altare autem debet esse lapideum ex Institutione Beati Syluestri, qui ordinauit, vt in futurum Altare non fieret, nisi lapideum, & id in reuerentiam illius lignei, quod hodie in Basilica Sancti Ioannis Lateranensis honorificè reconditur, vel etiam illud debet esse lapideum, quia lapis significat Christum, iuxta illud Petra autem erat Xp̄s; nec autem fieri debet de auro, vel argento, & simili, quia de facili hæc metalla haberi nō possunt, & propterea materia in hoc debet esse communis, quæ de facili inueniri possit, vt ait *Franc. Marc. in sua decis.* 1021. *num.* 6. *par. prima*, *& prius in decis.* 1012.

1012. *num.* 4. Rursus prius fiebat ligneũ, vt facilius de loco ad locum veheretur instante infidelium persecutione contra Ecclesiam; hodiè verò fit lapideum, vt potissimum significet Christi sepulchrum, quod fuit tale, vt refert *idem Loterius in praecit. loco num.* 20. *& seq.*

Vnde nota, quod Altaria maiora Parochialium Ecclesiarum debent consecrari, & memoria consecrationis eorum debet incidi in lapide, vt ait *Gauant. in suo manual. Episcop. in hoc eodem verbo Altare num.* 7. *&* 8. Secus autem, vbi essemus in altaribus, sub quibus essent recondita cadauera mortuorum, quia tunc non sunt consecranda, vt fuit decisum *à Sacr. Congreg. Episcop.* 8. *Nouembris* 1599. & quando fit consecratio Altaris, tunc possunt eodem die plura Altaria consecrari, vt ait *Sylu. in verbo Altare num.* 4.

6 Præterea erit notandum, quòd etiam aliud genus Altaris reperitur, & illud portatile vocatur, & dicitur portatile; quia portatur de loco ad locum, & est paruus lapis in se continens foramen cum consecratione, & signo supposito, & illud non execratur, nisi illud sigillum continẽs consecrationem remoueatur, & in hoc differt ab alio Altari, quod dicitur stabile ex eo; quia stat firmum in loco, & istud tunc execratur, quando locus cõsecrationis violatur, vel etiã, qñ moueatur mensa, seu lapis consecratus, *cap.* 1. *de consecrat. Eccles. vel Altar. & ibi Panorm. quem allegat Franc. Marc. decis.* 1021. *num.* 5. *par.* 1. *& Loter. ibi supra num.* 20.

7 Et proptereà ex prędictis infertur, quòd licet Episcopo peregrinanti habere huiusmodi Altare, & cum eo celebrare, vt ait idem *Franc. Marc. in dicta dec.* 1012. *num.* 1. *par.* 1.

Sed nota, quòd illud Altare portatile debet esse capax pedis calicis, & hostię consecratę, vt ait *Sylu. in verbo Altare num.* 1.

8 Extende idem procedere in fratribus prędicatoribus, & minoribus, qui priuilegium habent celebrandi cum Altari viatico, etiã sine licentia Episcopi, si tamen sine pręiudicio Parrocchialis Ecclesię id fiat, licèt idem *Franc. Marc. referat ibi supra* quòd quidam tenent hodie huiusmodi priuilegium in prędictis fratribus locum non habere, ea ratione, quia antiquitus tempore illius priuilegii dicti fratres non ita habebant Ecclesias in multitudine consecratas, veluti hodie; licèt *Panormitanus* dicat, id procedere etiam, quòd huiusmodi fratres habeant aliqua loca non consecrata, vbi celebrare possunt cum Altari portatili, seu viatico, vt refert idẽ *Franc. Marc. ibi supra*.

9 Coutrarium tamen tenet *Ioann. Andr. & Hostien. alleg. à Francisc. Marc. in d. decis.* 1012. *sub num.* 2. vbi dicunt, quòd hodie fratres prædicatores, vel minores huiusmodi priuilegium non habent.

10 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat semoto Parrochialis Ecclesię præiudicio. Secunda verò quando ex huiusmodi celebratione sequeretur pręiudicium Ecclesię Parrochiali, vt declarat idem *Franc. Marc. decis.* 1013. *num.* 9. *d. par.* 1.

11 Declara primò, quòd quando Episcopus celebrat missam in aliquo altari non est inde licitum illo die celebrare in eodem, nisi de eius licentia, vel ex causa necessitatis, vt ait idem *Franc. Marc. d. decis.* 1013. *nu.* 10.

12 Declara secundò, quòd fratribus, & alijs non licet celebrare super huiusmodi Altare in naui, mare, & fluminibus, secundum *Alberic. in suo dictionar. in verb. Altare, vt refert idem Franc. Marc. ibi sup. num.* 10.

13 Declara tertiò, quòd nec minus super huiusmodi altari celebrare licet in domo priuata, sine licentia Episcopi, vt ait *d. Franc. Marc. in decis.* 1012. *num.* 2. licet hodie id non permittatur, nisi ex licentia ipsius Pontificis, vel saltem Illustrissimorum Cardinalium Sacrę Congregationis regularium; sed id magna difficultate concedi solet, vltra quod vetitum reperitur; ex *sacro Concil. Tridentin. in sess.* 22. *de obseruatione in celebrat. miss. vt dicunt DD. allegati à Loterio dicta quæst.* 30. *num.* 15. *lib.* 1. *de re benefic.* quamuis tamen paulò inferius non neget, quin hodie possit quoq; per Episcopum in sua Diœcesi talis vsus concedi ex aliqua iusta causa, *iuxt. text. in can. concedimus de consecr. dist.* 1. *&*

Nauar.

Nauar. de priuileg. conf. 5. num. 2.

14 Extende primò, quòd veluti Papa in toto terrarum Orbe concedere potest illud priuilegium celebrandi cum Altare portatili, & viatico, ita etiam Episcopus in sua Diœcesi id facere potest de iure communi absque licentia Rectoris; dummodo tamen de graui præiudicio Ecclesiæ Parrochialis non agatur, veluti dicunt *D.D. quos allegat Franc. Marc. in d. dec.* 1013. *num.* 1. *par.* 1.

15 Extende secundò, quòd pari modo Episcopus possit in loco destinato ad construendum Hospitale pauperum licentiam concedere, vt Altare fiat, & vt Sacerdos ad audiendũ confessiones inducatur, cœteraque Sacramenta ministrandum; quod tamen intellige verum, si loca sint ipsi Episcopo subiecta, & eiusdem auctoritate erecta, aliàs secus, vt ait idem *Franc. Marc. ibi supra num.* 2.

16 Extende tertiò, quòd si aliquis locus non esset auctoritate Episcopi erectus, neque consecratus, tunc ibi Hospitale construi non posset; sed benè oratorium priuatum ad orandum facere valeret, & ibi antequam locus esset consecratus poterit de auctoritate Episcopi altare portatile, vel viaticum fieri, & ibi commorantes Diuina officia recitare, & alia in Oratorijs solita exercere absque quod consensus Rectoris Ecclesiæ Parrochialis requiratur, licèt tamen id procedat si cum modico eius præiudicio fiat, secus autem si cum magno, idem *Franc. Marc. in præcit. loco.*

17 Contrarium tamen erit dicendum in illis locis, quæ nondum essent consecrata, sed à primordio erant dedicata pro diuino cultu, quia tunc ibi etiam sine licentia Episcopi cum Altari viatico celebrari posset licèt *Panorm.* contrarium teneat, subdens, quod in illis locis non consecratis non posset celebrari etiã sine altari viatico cum licentia Episcopi, quæ ad id non esset sufficiens, idem *Franc. Marcus decis.* 1012. *ferè in fine par.* 1.

18 Extende quartò, quòd si huiusmodi Oratoria fuerint auctoritate Episcopi cõstructa, & de proximo essent consecranda, tunc immunitate Ecclesiæ gaudere debent, secus autem si Oratoria essent priuata, & nullum signum Ecclesiasticum haberent, veluti campanile, altare, & similia, quia tunc dicta immunitate Ecclesiæ non gauderent, vt ait *Rota per Greg. Decimumquintum dec.* 4. *&* 8. idem ait *dictus Franc. Marc. decis.* 1021. *in fine par.* 1. & ad hoc vt Oratorium, siue Hospitale dicatur religiosum, ita vt immunitate gaudere & ab ordinario visitari possit, & quæ ad id sint necessaria *vide Abb. in cap. fin. num.* 9. *de censib. Felyn in cap. de quarta num.* 9. *de præsumption. Clar. in sua praxi crimin. quæst.* 30. *num.* 7. *Mascard. de probat. conclus.* 869. *Farinacc. de immunitat. Eccles. cap.* 17. *num.* 267. *cum seqq.* & ibi latè de hac materia *Menocch. de præsumption. lib.* 3. *præsumption.* 132. *& Sanchez. de Matrim. tom.* 2. *lib.* 9. *disputat.* 15.

19 Et rõ est, qa huiusmodi oratoria, neque auctoritate Episcopi constructa, neque consecrata de facili reuocari possunt, & ad primeuam naturam reuerti, animaduertendo insuper, quod locus per altare viaticum, & portatile efficitur Sacer vt ait idem *Franc. Marc. ibi supra num.* 3. & quando Oratoria possint reduci ad profanos vsus, & quando possint ab Episcopis construi, ait *Barbos. de offic. & auctoritat. Episcop. alleg.* 75. *per totam.*

20 Rursus in hac materia notandum est, quòd altare maius in vna Ecclesia habet eundem titulum, quem habet Ecclesia principalis, veluti fuit decisum *à Rota in Hipporegien. Cappellæ* 16. *Nouembris* 1609. *coram Penia; & in alia Mediolanen. Iurispatronatus Veneris* 29. *Aprilis* 1611. *coram Sacrato, quæ est decis.* 313. *num.* 1 *par.* 1. *recent.*

21 Altare nota, quòd potest per constructionem, dotationem, & fundationem, erigi, & his tribus modis iuspatronatus altaris acquiritur, nisi tamen esset portatile, sed si altare, siue Cappella erigeretur in Ecclesia sine licentia Episcopi erigens veniret puniendus, vt ait idem *Loterius in d. tract. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 41. licèt sit bene verum, quod aliquando illud erigi potest in corpore alicuius Ecclesiæ inuito illius Rectore, vt ait idem *Loterius ibi supra quæst.* 30. *num.* 27.

Sed animaduertas, quòd altaria construi

ſtrui non debent, niſi cum redditibus, ſiue cenſibus, qui ſint ſatis ad clericos, & ſacerdotes ſuſtentandos eorum miniſterio idoneos, aliàs debent deſtrui; quia altaria poſtquã ſunt conſtructa, aut debent dotari, aut deſtrui, cum auctoritate tamen Epiſcopi, *vt ait Sylu. in verbo Altare, num. 2. & Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 27. quæſt. 6.* vbi ait, ſecus eſſe in Eccleſia non conſecrata: quia tunc ea, abſque licentia conſtrui, atque deſtrui poteſt.

22 Sed nota, quòd ſi in aliqua diſpoſitione altariſtæ vocentur, qui alicui altari inſeruire deberent, tunc illud nomen potius ſonat in præsbyterum, quàm in ſimplicem Clericum, & ratio eſt, quia licet nomen præsbyteri ſit æquiuocum, & poſſit verificari tàm in Præsbytero, quàm etiam in ſimplici Clerico, nihilominus propriè, & in potentiori ſignificatu illud nomen ad Sacerdotes refertur, & eò magis ſi ſermone latino proferatur, vt fuit deciſum *in vna Recanaten. beneficij. Veneris. 14. Martij 1608. coram Card. Lancellotto Iuniore, quæ eſt in 2. p. recentior. deciſ. 216. num. 2. & 3. & nouiſſimè Loterius de reb. benef. lib. 2. q. 47. num. 72. & ſeqq. & num. 77.*

23 Animaduertendo inſuper, quòd ſemper altare præſumitur conſtructum ab eo, ad cuius commodum, & vtilitatem tendit illa conſtructio, veluti etiam cenſetur conſtructum ab eo, cui mandatum fuit datum ad conſtruendum. Item præſumitur erectum in titulum beneficij, ſi id oſtendatur ex illius vltimo ſtatu, *vt dicunt Doctores allegati à Loterio ibi ſupra in quæſt. 30. num. 37. cum ſeqq.*

24 Extende, quod ad vnum Altare poſſunt inſtitui plura beneficia ſub diuerſis tamen inuocationibus, *vt ait idem Loterius ibidem num. 40. & ita fuit quoque deciſum à Rota in Hipporegien. Cappellania ſancti Martini 5. Decembris 1608. & 28. Maij 1609. coram Penia.*

25 Vltimò nota, quòd Altari inſeruiens de Altari viuere debet, *vt ait idem Loterius dicto lib. 1. quæſt. 2. num. 9. & in quæſt. 13. nu. 42.* docet, quomodo conſecrentur Altaria ad hoc, vt illis rectè inſeruire quis valeat, & ex eo fructus legitimè percipi poſſit, & ibi in ſumma concludit; quòd conſecratio requirit definitionem chriſmatis, & benedictionem Epiſcopi; quia ſolis Epiſcopis demandata fuit huiuſmodi conſecratio vſque de tempore Apoſtolorum, ſed præſertim altaria debent eſſe lapidea ex rationibus ibi in principio concluſionis adductis, & ita *Loterius firmat in dicta quæſt. 13. num. 42. & quæſt. 30. num. 24.* Sed ſi fortè Epiſcopus ipſe celebraret in aliquo Altari, tunc eodem die in reue rẽtiam ab alio ibidem celebrari non debet ſine licentia ſaltem tacita, *vt ait Concil. Antiſſodoren. cap. 10.* Et multò magis ſi celebraretur à Legato, ſiue à Papa, *vt ait Gauantus in Theſauro Sac. rituum, tomo 1. par. 1. tit. 20. & in ſuo Manuali Epiſcop. in verbo Altare num. 28.*

ARGVMENTVM.

ALTERNATIVA, AVT, SIVE, Vel, cuius ſit naturæ, & quid operetur, & quomodo verificetur.

CONCLVSIO XCVI.

1 ALTERNATIVA eſt eius naturæ, vt ſufficiat alteram partem eſſe veram, *cap. inter cæteras, & ibi Doctores, de reſcrip. & eſt regul. in Alternatiuis, de reg. iur. in 6. & Rota in Lunen. Sarzanen. Mercurij 10. Iunij 1615. coram Cardinali Sacrato, quæ eſt deciſ. 719. num. 2. par. 2. inrecentior. & in prima par. deciſ. 248. num. 8. & deciſ. 569. nu. 2. & Franc. Marc. deciſ. 869. num. 1. par. 2. & Card. Mantic. deciſ. 25. num. 4. deciſ. 54. num. 7. & deciſ. 118. num. 6. & Rota per Coccin. deciſ. 137. num. 6. & deciſ. 139. nu. 1. & deciſ. 611. num. 3. par. 3. recent.*

2 Limita tamen primò, quòd quandoq. Alternatiua fauore filiorum, intelligitur copulatiuè, *vt ait Rota per Card. Mantic. deciſ. 249. num. 8. & ſeq.* Veluti eodem modo dicitur e conuerſo, nempè, quia copulatiua aliquando inſeruit pro disiunctiua, ſecundum ſubiectam materiam, necnon diſponentis voluntatem, *vt fuit reſolutum in Meliten. baiulatus 17. Decembris 1617. coram Dunozetto, & in Valliſoletana Parrochialis 31. Ianuarij*

nuarij 1625. coram eodem, & latè post alios, tradit in hac materia *Rebuff. in l. coniunctionem, versic. si dices, ff. de verbor. signific.* Item, quod copulatiua stet pro disiunctiua, quando duo copulantur principaliter, & sic, quòd tunc non requiratur concursus vtriusque copulati, sed quod sufficiat alterum esse verum, vt dicitur de alternatiua, fuit dictum in *Bononien. Canonicatus 21. Iunij 1610. coram Penia.*

3 Limita secundò, quòd quando alternatiua est negatiuè concepta, tunc neutrum extare requirit, *vt ait Rota decis. 575. num. 1. par. 1. nouiss. & Rut. decis. 47. lib. 3.*

4 Amplia primò, quòd etiam vna pars alternatiuarum aliam declarat; & præsertim, quando vnico contextu verborum concipiatur, *Caphal. consil. 450. n. 3. & 31. l. 1. vbi Bart. num. 1. & 2. & ibi Socin. ff. de rebus dub. Ias. in l. is qui pro emptore num. 4. ff. de vsucap. Roman. consil. 231. num. 2. Decius consil. 93. nu. 1. Rui. cons. 13. n. 7. lib. 1. & Rota in vna Firmana restitutionis dotis 5. Apr. 1585. corã Bubalo, & in alia Romana dotis Ven. 25. Febr. 1611. coram Card. Sacrato.*

5 Amplia secundò, quòd alternatiua obligatio non vitiatur, quando vna pars est impossibilis; veluti fuit decisum in Romana affictus Casalis Sabbati 5. Nouembris 1605. coram eodem Cardinali Sacrato, *quæ est decis. 130. num. 8. par. 2. recentior.*

6 Subamplia, eodem modo procedere, quando, verbi gratia, alternatiua esset posita inter summas dispares; quia tunc maior habetur pro non adiecta, *vt ait Rota per Gregorium XV. decis. 431. num. 7.* Licèt *nu. 9.* declaret quomodo sit intelligenda, secus autem veluti si essemus in alternatiua probatione, quã testes in eorum examine deponunt, quæ non sufficit, vbi præcisa probatio est necessaria, *vt ait Rota decis. 703. num. 6. par. 2. recentior.* Et ratio est, quia si deponat testis per illam dictionem, vel, nempè, si diceret plus, vel minus, tunc non dicitur certè, & constanter deponere, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 277. num. 15.*

7 Declara tamen, quòd alternatiua semper solet poni inter æqualia, aut parum distantia, *l. prima, & ibi notat Socin. ff. de reb. dub. & Marsil. in rubr. tit. de fideiuss. num. 3. & Rota decis. 264. num. 1. par. 1. recent.*

8 Subdeclara quòd licèt alternatiua, seu disiunctiua aliquando ponatur inter diuersa; tamen arguit similitudinem, & conformitatem, ea ratione quòd inter parum distantia semper poni soleat, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 393. num. 8.*

9 Vndè videmus etiam quòd vbi alternatiua esset posita inter genus, & speciem tunc exponitur pro idest, videlicet, nempè, & similibus, quæ quidem dictiones nedum declarant, sed etiam restringunt ad *trad. per Bart. in l. 1. ff. ad l. falcid.* & in casu, quo vna pars istarũ alternatiuarũ sit licita, alia vero illicita, tunc dispositio resoluitur in simplicem, licitam, & vtilem promissionem *text. est in l. si duo rei, & ibi Bart. & post eum Castr. num. 3. & Ias. num. 3. de verb. oblig. Aretin. cons. 121. in fin. & Rota in Calaguritana census Lunæ 29. Aprilis 1602. coram Seraph. dec. 143. in impress.*

10 Extende eodem modo contingere in alternatiua posita inter personas, inter quas affectio cadit, quæ in coniunctam resoluitur ordine successionis seruato, & sic vt prius verificetur in primo, & postea in secundo, vt ait *Grat. lib. 2. disc. c. 338. num. 11. & facit decis. Mag. 2. num. 25. Rotæ Lucens.*

11 Contrarium, quod scilicet alternatiua posita inter personas honoratas inter quas ordo charitatis cadit non resoluatur in coniunctam, ait idem *Grat. lib. 3. discept. cap. 575. num. 23.*

Vndè si à testatore vocentur mater, vel filii, tunc id intelligitur factum per vulgarem, nõ autem per fideicõmissariã substitutionem, & sic igitur isto casu alternatiua posita inter istas psonas, inter quas ordinata charitas cadit, non resoluitur in coniunctam; sed benè suam naturã retinet, & vocatur alternatiua ordinis ita vt pars vltima intelligatur posita in defectum prioris, & quòd per consequens sufficiat matrem admitti, vel in eius defectum filios, & hæredes. *Grat. ibi sup.*

12 Sed tenendo hanc secundam opinionem vti veriorem. Amplia eam procedere, etiamsi clausula codicillaris fuerit

appo-

apposita, quæ non operatur fideicommissum, quando constat testatorem ex illa alternatiua voluisse grauare in defectum primi nominati, non autem primò vocatum, *idem Gratian. dicto cap. 576. num. 25.*

Subamplia prædicta procedere, etiã quòd in præfatione non adessent verba alternatiua, sed ibi testator fuerit locutus per copulam, *&*, veluti destinando sua bona matri, & filijs, & descendentibus; quia id non procedit quoties dictus testator non absolutè, & simpliciter illos nominauit, sed cum ea dictione, vt infra, quo casu dicta dispositio habet relationem ad inferius dicenda, *vt ait Menoch. consil. 86. num. 9. & 71. lib. 1.* & sic intelligitur testatorẽ voluisse intelligere de filijs, & hæredibus eo modo, & forma, prout inferius eius voluntatem declarauit, quo loci dum per alternatiuam fuerit locutus, idcircò non est amplius curandum de illa destinatione per eum facta in præfatione: quia destinatio semel facta non solum expressè, sed etiam tacitè reuocari potest, & sic ipitur huiusmodi distinctione possunt concordari prædictæ opiniones, nempè, vt prima procedat, quando aliquo modo apparet testatorem voluisse vnum alteri succedere ordine successiuo, & sic alternatiuam in coniunctam resolui. Secunda verò, quãdo secus, quia verba sunt intelligenda secundum testatoris voluntatẽ, cum illa inseruiant menti, & non mens illis, *vt ait Grat. lib. 4. discept. cap. 690. n. 17. Amat. decis. March. 41. num. 24. & seq. & Rota in Romana societatis 16. Febr. 1596. coram Iusto.*

13 Declara id, quòd fuit dictum de alternatiua, solita poni inter ęqualia, vel parum distantia procedere in dubio, quando, scilicet vnum ex alternatis esset illiquidum, & declaratione egeret; secus autem, quando esset certum, & taxatum, *Rota per d. Gregorium XV. in decis. 451. num. 5. & alij per eum alleg.*

14 Amplia quartò, quòd in alternatiuis semper electio est debitoris, *vt fuit decisum in vna Romana bonorum de Ceulis 29. Martij 1585. coram Clemente Octauo, & in eadem Veneris 25. Octobris eiusdem anni coram Orano, & Magon. decis. Lucen. 16. num. 4. & Rota decis. 49. n. 2. par. 3. recent.*

15 Declara tamen primò, id esse verum regulariter, sed potest etiam euenire contrarium, nempè, quando alternatiua ad fauorem creditoris esset posita, *vt ait Rota decis. 264. num. 1. par. secunda recentior.* & exemplum est in electione exigendi, quæ fauore creditoris apposita censetur, *Gratian. lib. 2. discept. cap. 338. num. 12.*

16 Declara secundò, quòd quando alternatiua est posita in stipulationibus semper interpretatur secundum verisimilẽ mentem stipulantis, *Magon. decis. Lucen. 33. num. 11.*

17 Declara tertiò, quòd si debitor seme elegerit amplius ei variare non licebit, *vt ait idem Magon. decis. Lucens. 16. num. 10.*

18 Quòd tamen secus esset in creditore remediorum, quia per electionem vnius, non censetur præclusa via alijs, veluti esset in eo, qui esset creditor rerum, cui hæc variatio denegata dicitur, iuxta veriorem opinionem, *vt ait Math. Col. de process. allegat. à Gratiano libro secundo disceptat. cap. 338. num. 9. & 10.*

19 Quod tamen intellige verum post litis contestationem, & multò magis post sententiam, vel consumptam executionem; quia tunc non facta electione in tempore, ob moram illud ius eligendi ammittit, & sic in alium transfunditur, vt fuit dictum *à Rota per Gregorium XV. decis. 516. per tot. & in alia Romana Electionis 11. Decembris 1617. coram Buratto, & per Gratian. lib. secundo disceptat. cap. 239. num. 10. vbi alios allegat.* At secus ante litis contestationem, sententiam, atque executionem consumptam; quia tonc in electione semper variare poterit, *l. si quis ita stipulatus, ff. de verbor. obligat. & l. eum qui, & ibi Doctores eodem tit. & Rota in dicta Romana de Ceulis coram Clemente Octauo.*

Extende eò magis procedere, quã vni esset adiunctũ onus, verbi gratia, in sententia, siue à testatore soluendi legatum in bonis, aut in pecunia, quia tunc electio duraret etiam post sententiam, & in ipsa executione, licèt tamen non post eam consumptam, & in actu deliberationis,

inxta

text. in l. eum, qui, §. fin. & ibi glos. in verbo Quoties, ff. de verb. oblig. allegat. à Rota ibi per Gregorium in decis. 316. in fine.

20 Declara igitur quartò, dictam quartam ampliationem non procedere, si mora debitoris intercedat: quia tunc electio in creditorem transit dicta regula in alternatiua de reg. iur. in 6. & l. Statu liberum, §. fin. ff. de legat. secundo vbi Bartol. Bald. & cæteri DD. quod enim procedit, etiamsi solutioni terminus statuatur, quia natura termini, & dilationis ea est, quæ dum pendet respicit fauorem illius, cui assignatur postea ad fauorem aduersarii, Cuman. in dicto §. fin. ff. de legat. secundo, num. secundo, & Flor. num. 6. & Rota ibi coram Clemente Octauo, & Orano, & in alijs decisionibus ibi sup. alleg.

21 Extende id in tantum esse verum, quòd illo casu cēsetur electum id, quod magis debitori nocet, & quod vtilius est creditori, DD. in l. eum, qui, §. 1. & ibi Castr. num. 1. & secundo, ff. de verb. oblig. & Rota in dicta Romana bonorum de Ceulis Mercurij 26. Iunij 1602. coram Penia.

22 Declara quintò, dictam ampliationem procedere in casu decisionis Cardinalis Mantica 281. num. 3. vbi quidam fuerunt condemnati ad restitutionem omnium fructuum, vel ad illorum pretium; & licèt Rota ibi dicat, quòd regula sit, vt electio in alternatiuis sit debitoris, nihilominus resoluit id in illo casu non procedere, sed quòd illi intelligerentur condemnati ad restitutionem fructuum si extarent, & si non extarent ad eorum pretium, & sic animus Iudicis talis fuit in sententia, vt fuit decisum ibi coram Mantica.

23 Et reassumendo dictam quartam ampliationem extende eam procedere, etiam in alternatiuis rerum, bonorum, vel personarum, quæ veniunt in electione debitoris, vt ait Magon. decis. Lucen. 34. num. 4.

24 Extende secundò, id nedum procedere in alternatiuis quantitatis, rerum, bonorum, & personarū; sed etiam in illis loci, & temporis; quia tunc minus onerosum in obligatione venit, DD. in d. l. si uisita stipulatus, & signanter Iason, & Magon. dicta decis. 16. num. secundo, & sequenti.

25 Contrariū, vt scilicet in alternatiuis loci semper electio sit creditoris, qui post eligere in quo loco de alternatiis sibi satisfieri velit, & ratio est ne debitor variando creditorem cōsumat, ait idem Magonius dicta decis. 16. num. 10. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 42. num. 44. 45. & 46. & ibi docet quomodo id sit intelligendum.

26 Item electio dicitur debitoris, quando vtrumque est in obligatione, & solutione; secus autem quando vnum est in obligatione, aliud verò ad cautelam; licèt regulariter vtrumque soleat esse in obligatione, idem Magonius dicta decis. 16. num. 3.

27 Extende, quòd vtrumq; alternatum et sit in obligatione, quando alternatiua est posita inter duas species, vt ait Rota per Gregorium Decimum quintum decis. 431. num. 8.

28 Vltimò Afflict. concludit in decis. 197. num. 5. quòd alternatiua exigendi est in electione agentis, & soluendi debitoris, idem ait Magon. decis. Lucen. secunda in annotat. in littera C. vbi ex mente Bart. & Bald. ait, quòd sunt quatuor species alternatiuæ, & Gratianus lib. secundo discept. cap. 338. num. 12.

29 Sed est benè verum, quòd alternatiua non datur in his, quę sunt stricti iuris vt ait Gratian. lib. secundo disceptat. cap. 338. num. 16.

ARGVMENTVM.

DE ALTERNATIVA CIRCA COLlationes beneficiorū Ordinarijs, competen. & quę sint necessaria, vt ipsi ea gaudere possint.

CONCLVSIO XCVII.

1 Alternatiua concessio nota, quòd dicitur quasi contractus, & permutatio mensium, in gratiam ordinarij inuenta, itaut per eam menses alternati, loco aliorum subrogentur, vt ait Rota decis. 379. num. 9. par. 3. recentior Put. decis. 481. num. 1. lib. secundo, & veluti fuit decisum in vna

Paduana

Paduana Prioratus Veneris 5. *Decembris* 1614. *coram Pirouano, quæ est in* 2. *par. recent. decis.* 608. *num.* 2. *& Cassad. decis.* 2. *tit. de restit. spoliat.* ait, quòd alternatiua non est prouisio de aliquo beneficio, sed facultas prouidendi cum remotione obstaculi, *Rota decis.* 600. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & Put. decis.* 492. *num.* 2. *lib.* 2. & propterea cum alternatiua intret ex quasi contractu inter Papam, & Episcopum hinc fit, vt sequuta acceptatione amplius Episcopus illi renunciare non possit, *vt ait Rota decisio.* 289. *num.* 7. *par. tertia recent.*

2 Et ideò nota, quòd in concessione alternatiuæ solet apponi clausula, quòd ordinarius renunciet quatuor mensibus sibi per regulam concessis, vt animaduertit *Rota per Puteum decisio.* 387. *num. tertio, lib. tertio*, & sic ea acceptata quoad sex menses confert, in alijs verò conferre non poterit, idem *Puteus decisione* 495. *libro secundo.*

Declara tamen, quòd illius concessio habet in ventre illam clausulam (dummodo beneficia alias reseruata, vel affecta non fuerint) vt ait *Rota per Buratt. dec.* 36. *n.* 13. Et ratio est, quia ea solùm comprehendit illa beneficia, quæ sunt liberæ concessionis Episcopi, *vt ait Rot. per Card Caualer. dec.* 97. *n.* 1. *&* 4. secus autem fieret in illis simultaneæ collationis cum Capitulo, quia tunc non intrat alternatiua, *vt ait Rota dec.* 165. *num.* 3. *& decis.* 683. *num.* 1. *& decis.* 6?7. *num.* 4. *par.* 3. *recent.* & veluti latius dicam inferius sub *num.* 38. *& seq.*

3 Amplia primò, quòd cum illius acceptatio sit mentis, & voluntatis declaratio, idcirco si sit etiam facta ab excõmunicato, tenet, & debet fieri per literas patentes manu propria ipsius Episcopi signatas, & suo sigillo munitas, cum aliis requisitis, de quibus per *Garz. de benef. c.* 1. *n.* 481 *cum plur. seqq.* quæ per te videre poteris.

4 Fallit tamen hodie, si Datarius, qui dicitur Organum Papæ, alio modo, & sic non seruata omninò prædicta forma acceptationem alternatiuæ admitteret; quia valeret, vt fuit decisum *in Salamantina fructuũ Archidiaconatus de Monleon.* 3. *Ianuarij* 1587. *coram Gipsio.*

5 Quod extende procedere etiam non obstante forma acceptationis, & decreto irritante, *vt ait Cassad. decis. secunda num.* 7. *de vnion. alleg. à Garz. ibi supra num.* 496.

6 Amplia secundò, quòd istius alternatiuæ acceptatio scripturã requirit; & de illius reseruatione nõ sufficit taliter, qualiter docere, sed debet esse clara, & euidens probatio, vt fuit decisum in *Neapolitana Rectoriæ* 15. *Febr.* 1598. *coram Card. Pamphilio, & in Toletana Capellaniæ* 1. *Dec.* 1606. *coram Card. Sacrato.*

7 Subamplia, quòd ea ante expeditionem literarũ Ordinario non suffragatur, veluti dicitur de Executore, & Delegato ante expeditas literas, *vt ait Put. dec.* 387 *num.* 1. *& seqq. lib.* 3.

8 Amplia tertiò, quòd quando alternatiua est concessa, & recognita operatur, quod si Papa moriatur in medio mensis ille mensis desinat esse Apostolicus, & ille ordinarius efficitur; quod tamen declara verum, quando concessio, & recognitio esset facta in Dataria, veluti fuit decisum *in Salamantina beneficij de Almennaxa Lunæ* 20. *Iun.* 1605. *corã Manzanedo, quæ est dec.* 144. *n.* 10. *p.* 2. *in recent.*

9 Fallit tamen in mense, qui ab initio esset Apostolicus, vigore regulę octauæ, quia si medio illius mensis alternatiua acceptetur, non ob id efficitur, quoad residuum ordinarij, quia alternatiua loquitur de mense integrali, non autem de singulis illius diebus, & illius vsus incipit a principio mensis habilis, vt fuit decisum a *Rota in d. dec.* 144. *num.* 1. *& seqq. & num.* 12.

Et ideo magis procederet, quando acceptatio alternatiuæ esset recepta in Dataria, & in aliquo mense Apostolico, quia tunc illius vsus non incipit currere, nisi toto integro mense peracto; secus autem si ea esset recepta in mense ordinarij, *vt ait Barb. de potest. Episcop. alleg.* 53. *num.* 38.

Secus autem, si alternatiua fuerit acceptata incæpto iam mense, qui cessante alternatiua esset ordinarius, & per alternatiuam efficitur reseruatus, quia tunc incipit currere statim à die acceptationis, & sic mensis Ordinarius isto casu à dicto die efficeretur reseruatus, *vt ait Rota decis.* 349. *num.* 1. *par.* 3. *recentior.*

10 Vnde ad id notandus venit, quòd mensis, quando est proprio nomine vocatus tunc computatur à media nocte vltima mensis præcedentis vsque ad mediam noctem vltimam mensis de quo agitur, secus autem si mensis nomine appellatiuo (mensis) esset vocatus, quia eo casu fit computatio à die termini, ita vt si terminus vnius mensis incipiat, verbi gratia, die 20. Aprilis, finietur 20. Maij, veluti fuit decisum à *Rota ibi supra in d. decis. 144. n. 2. & Put. dec. 432. lib. 2.* vbi docet pro quot diebus mensis accipiatur, & quomodo cõputetur, item notitia vacationis qualis esse debeat ad effectum acceptationis termini, Item si terminus computetur in termino, & quomodo mensis datus ad acceptandum intelligatur, & ibi ad eum recurras.

11 Amplia quartò, quòd alternatiua nõ impeditur ex eo, quia collatio fieri debeat cum approbatione, & testimonio alicuius, quia ob id non deficit esse libera & sic huic non obstat *dec. 309. par. 1. diuers. coram Card. Blanchetto, vt ait Rota dec. 600. n. 10. par. 2. recent.*

12 Subamplia, idem etiam procedere in Parochialibus, quæ per Episcopum possunt præuio examine, & cum approbatione examinatorum conferri, iuxta constitutionem Pij V. & dispositionem sac. Conc. Trid. Sed est benè verum, quòd licèt pro parte Episcopi dicta collatio dicatur libera, cum, vt dixi, ipse solus conferat, absque præsentatione, electione, assensu, vel aliorum consilio, *vt fuit dictum in Vrgellen. Canonicatus 7. Maij 1593. coram Card. Blanchetto.*

13 Non ob id tamen sequitur, quòd in his Parochialibus alternatiua locum non habeat, *vt fuit decisum in Abulen. Parochialis 26. Aprilis 1596. coram eodem Card. Blanchetto.*

14 Amplia quinto, quod alternatiua remouet omne obstaculum inductum ex reseruatione octo mensium, *vt fuit decisum in Salamantina beneficij coram Mãzanedo, quæ est dec. 144. nu. 10. p. 2. recen. Put. decis. 492. nu. 2. lib. 2. & Rota decis. 600. n. 2. par. 2. recent. & Garz. de benef. cap. 1. num. 22. par. 5.*

15 Et sic igitur ea nullũ ius tribuit ordinarijs de nouo, quia non est noua concessio, sed est tantum obstaculi remotio, & ob id videmus quòd sub regula reuocatoria indultorum non comprehenditur alternatiua, sed de ea in specie derogatio requiritur, *vt ait Rota per Put. decis. 209. & prius decis. 205. nu. 3. Caputaq. decis. 88. num. 6. & decis. 214. nu. 6. & 7. par. 2.*

16 Subamplia quòd si à Papa concedatur indultum Episcopo, sine vlla restrictione ad certos menses, non ob id illud impedit quominus dictus Episcopus alternatiuam, etiam acceptare possit, & simul vigore illius indulti gaudere priuilegio omnium mensium in ipso indulto contentorũ, vt pulchrè ait *Rot. per Card. Seraph. in dec. 160. per tot. & Put. decis. 209. lib. 1. num. 1.*

17 Amplia sexto, quòd quando Episcopus habet alternatiuam, si vacat beneficium in suo mense, tunc ab alio impetrari non potest, nisi Papa derogaret alternatiuæ, & ratio istius necessariæ derogationis est, quia decretum irritans in alternatiua appositum ligat Papam, *vt ait Mohed. dec. 1. de concess. præb. & Rota in alia Craccouien. 21. Iunij 1557. coram Chisanensi, & Balb. decis. 91.*

18 Contrarium tamen esse verius, quòd scilicet præfatum decretum non liget Papam, & sic quod eius prouisioni non obstet, nec illius derogatio sit necessaria, *ait Rota in vna Corduben. Cantoriæ 15. Februarij 1557. coram Quiroga,* vbi fuit dictum huiusmodi derogationem non esse necessariam in prouisionibus Papæ, etiam si Papa prouideat in mẽsibus alternatiuæ, quia Papa cõcurrit cũ ordinario, nec ordinario cõcedendo alternatiuam videtur sibi manus ligare; Nam Princeps nunquam tantum dat quantum sibi reseruat, *vt ait Rota in decis. 27 penes Farinacc. inter crimin.* & & quod Papa concurrat cum omnibus ordinariis, *ait text. in cap. si à Sede de præbend. in 6. & ita seruare stylum Rotæ, ait Ricc. in sua collect. decis.* 1595. vbi subiungit, quòd per regulam alternatiuæ remouentur tantum obstacula, vt ordinarii in sex mensibus præseruentur; idẽque ait *Rota in vna Meten. Canonicatus 8. Nouembris 1577. coram de Rubeis vbi plures decisiones allegantur, idem ait Rota in vna coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est apud Marches. de commiss.*

commiſſ. in ſecunda par. fol. 607. *num. ſecundo.*

19 Preterea animaduertẽdum eſt, quòd regulariter dictum decretum inducit ſolum proteſtationem defectus voluntatis in diſpoſitione ſequenti *ad trad. per Bar. in l. ſi quis in principio teſtamenti n.* 3. *ff. de legat.* 3. *Pariſ. conſ.* 41. *num.* 26. *lib.* 4. *Roman. conſ.* 436. *num.* 9. *verſ. Ego illud, Sylua. de benef. par.* 3. *quæſt.* 14. & propterea numquam ligat Papam, quando ſuper eo ſcienter diſpoſuit, etiam quòd de dicto decreto nullam mẽtionem fecerit, *Alexan. conſ.* 111. *num.* 19. *volum.* 6. vbi ait, quod ſi Papa reſcribit in præiudicium tertij, etiam quod reſcribat in caſu, in quo lex ſpecialiter reſcripto deroget, ſi tamen apparet de eius certa ſcientia, ea ſufficit abſque clauſula non obſtante, *dictus Alex. ibi ſupra n.* 10. vbi teſtatur ita ſeruari in Romana Curia *Aym. conſ.* 102. *num.* 3. *verſ.* 3. *videndus eſt lib.* 2. *Ioann. Annan. conſ.* 56. *num.* 3. *vbi de communi, & conſ.* 81. *num.* 4.

20 Contrarium, vt ſcilicet non ſufficiat ſcientia prædicti decreti, niſi etiam Papa appoſuerit clauſulam illi derogatoriam, ait *Rota deciſ.* 48. *num.* 11. *par.* 1. *diuerſ.*

21 Concorda tu tamen opiniones prædictas tali modo, & ſic quòd prima procedat, veluti ſi eſſemus in gratia præuentiua; nempe in ea, quæ vacationem præuenit, & hoc caſu derogatio alternatiuę eſt neceſſaria, *vt ait Put. deciſ.* 215. *& deciſ.* 222. *lib.* 1. *Mohedan. deciſ.* 1. *de conceſſ. præbend. & Rota ibi pœnes Marcheſ.* vbi tenet iſto caſu ſpecialem mentionem alternatiuę neceſſariò requiri; ſecunda vero opinio procedit, quando Papa vult cum ordinario concurrere, & in hoc caſu non eſt opus alternatiuæ derogare, *vt ait Rota in dicta Meten. Canonicatus coram de Rubeis, & in alia pœnes Marcheſ. in dicta* 2. *parte fol.* 608.

22 Ratio autem, quare in gratia præuentiua derogatio alternatiuę requiratur, & in alia non, ea eſt; quia quando Papa concurrit optimè ſcit, quòd ordinario præiudicat; ſecus enim in gratia præuentiua; quia in hoc ſecundo caſu beneficia, tàm poſſunt vacare in menſe alternato, quàm in non alternato, & ideò non eſt præſumendum Papam ordinario prǽiudicare voluiſſe, *Puteus in deciſ.* 229. *num. ſecundo, & tertio, & Rota ibi pœnes Marcheſan. folio* 609. *num.* 11.

23 Sed tenendo hanc ſecundam opinionem reſtringe eam non procedere, quãdo Papa in clauſula decreti dixerit etiam per nos, &c. quia tunc alternatiuæ non prǽiudicaret, quia licèt Princeps ſit ſolutus legibus, tamen ſecundum illas viuere profitetur; nam inconueniens, quodammodo eſſet, qu d Princeps, qui leges in ſcrinio pectoris habet, eaſdem obſeruare renueret, *DD in l. digna vox C. de legib. Caſſad. deciſ.* 1. *de conceſſ. præbend. & Rota in vna Canonicatus Sancti Martini* 2. *Maij* 1561. *coram Caputaq. & in vna beneficiorum* 19. *Nouembris* 1597. *coram Orano, & in alia Tridentina Canonicatus* 21. *Aprilis* 1570. *coram Card. Lancellotto ſeniore*, vbi fuit dictum, quòd prouiſio Apoſtolica anterior facta de Canonicatu vacante in menſe alternato, etiam reſidente, & acceptante alternatiuam Ordinario, & eidẽ alternatiuæ non derogan. tũc dicta prouiſio ſemper eſt præferenda illi ab Ordinario factæ; dummodo tamen illa clauſula (etiam per nos) non interuenerit, *Mohed. dec.* 22. *Caſſad. dec.* 8. *de præbend. & in Rom. Caſalis* 23. *Octobris* 1574. *coram Robuſterio, & eſt etiam dec.* 106. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.*

24 Contrarium licèt videatur ſentire idẽ *Caſſad. dec.* 5. *de conceſſ. præbend. vt teſtatur Ricc. mox alleg.*

25 Concorda tu tamen, quòd prima opinio indiſtinctè procedat, quando prouiſio prouenit ab ipſo Papa, quia tunc niſi dicat (etiam per nos) ipſe Papa non comprehenditur, *vt ait Anton. Auguſt. in ſua deciſ.* 29. *par.* 1. *& Rota in vna Calaguritana beneficij de Ariola* 24. *Nouembris* 1596. *coram tunc temporis Decano*, vbi fuit deciſum, quòd decretum irritans motu proprio Papæ non annullat, nec compræhendit prouiſiones ab eo factas, cũ nõ dicat in eodem (pro uiſionibus per nos factis, imò neque de Apoſtolico &c.) vt tenuit *Rot. etiam in d. Romana Caſalis coram Robuſterio, & ita intelliguntur deciſiones Putei* 141. *num.* 4. *deciſ.* 418. *num.* 5. *deciſ.* 492. *lib. ſecundo,*

secundo, *& lib. 3. decis.* 387. *& Mohed. dicta decis. 1. de concess. præbend.* Secunda verò opinio eiusdem *Cassad. in dicta decis.* 5. *& Rotæ in decis.* 106. *num.* 3. *par.* 1. *diuersorum* vbi habetur (decretum irritans quamcumque comprehendere auctoritatem, etiam Apostolicam) procedit in illa auctoritate Apostolica à Delegatis Apostolicis non autem ab ipso Papa proueniente, veluti refert *Riccius in sua collect. decis.* 1596. *propè medium*.

26 Sed illam primam opinionem tenendo extende eam procedere, quando decretum irritans apponatur, siue in lege generali, siue in concessione speciali, dummodo tamen in tali concessione addantur illa verba (etiam per nos, aut successores nostros attentari contingerit) prout sæpè apponi solent, & tunc illud decretum Papam ligat, secus autem quando illud non esset ita appositum, nec in lege generali, neque in speciali, *vt ait Mohed. in d. dec.* 1. *de concess. præb. et Put. dec.* 492. *lib.* 2. *et dec* 387. *li.* 3.

27 Contrarium tamen esset in decreto irritanti posito in regula octo mensium, quia tunc illud inficeret titulum prouisi ab Abbate, quando tamen reseruatio esset notoria, & iustificata: quia eo casu etiamsi decretum non sit positum in reseruatione in corpore iuris clausa, vel aliàs super certo corpore beneficii, nihilominus d. reseruatio notoria, & iustificata supplet, quia ea duo à pari procedũt, *vt ait Rot. per Coccin. in dec.* 51. *n.* 1. *& seq. Put. dec.* 290. *n.* 5. *& ait Rota in Cortonen. Decanatus.* 20. *Maij* 1585. *coram Orano & in alia Regien. Canonicatus* 17. *Nouẽb.* 1595. *coram Card. Pamph. à d. Cocc. alleg.*

28 Vndè videmus, quòd electio Penitentiarii, & collatio præbendæ spectat ad Papam vigore alternatiuæ, quando scilicet quis moritur mense Decembris, vel alio in vim dictæ alternatiuæ effecto Apostolico; secus autem si moreretur in mense ordinarii, quia tunc collatio prædicta spectaret ad Episcopum, & Capitulum simul; sed est benè verũ, quòd electio spectat ad solum Episcopũ, nec de hoc Capitulum potest conqueri, vt ait *Rot per Card. Seraph. dec.* 1218. & ibi contrariis respondetur, & istius conclusionis ratio mox dicetur.

29 Amplia septimò, quòd d. alternatiua mensiũ conceditur Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis; secus autem Capitulis Archidiaconis, & aliis inferiorib. collatoribus, quibus ex priuilegio, vel consuetudine ius conferendi sit concessum, vt fuit decisum in vna *Salamantina Alternatiuæ* 27. *Nouembris* 1581. *coram Robusterio*.

Quinimmò nota, quòd etiam Cardinalibus conceditur priuilegium alternatiuæ, sed id intellige procedere illis volentibus, aliàs secus, cum priuilegium non conferatur in inuitum, *vt ait Achill. de Graff. decis.* 347. *aliàs* 1. *de priuileg.* & eò magis si officio Nunciaturæ gererent, possent beneficia conferre; animaduertendo tamen, quòd Nuncius, & Pontifex facilius prouident de beneficiis in suis mensibus, quàm quod velint ordinarios collatores grauare, *vt ait Achill. de Graff. decis.* 264. *aliàs prima de præbend.*

30 Declara tamen primò, prædicta non procedere vigore modernæ regulæ, *vt ait Achill. de Graff. decis.* 3. *de præbend. Put. decis.* 88. *lib.* 3. *& Rota decis.* 12. *lib.* 3. *diuersor.* vbi dicunt, quòd alternatiua concessa Episcopo prodest etiam Capitulo in illius beneficiis ad collationem vtriusque spectantibus, sed est benè verum, quod in huiusmodi collationibus Episcopo, & Capitulo communibus, Episcopus vti dignior benificium confert, & ratio est, quia actus communis videtur ad digniorem spectare. Vndè huiusmodi occasione nota, quod Episcopus potest acceptare alternatiuam in præiudicium illorum mensium collatoribus ordinariis concessorum, etiam inuito capitulo, quod tamen intellige verum in beneficijs spectantibus ad collationem Episcopi; sed ad nominationem Capituli, quia tunc actus attribuitur Episcopo, & disponitur de eo tamquàm de beneficio ad collationem Episcopi spectante; quod etiam in odiosis procedit, *vt ait Bisignett. decis.* 10. *de præbend. & decis.* 2. *de concess. præbend. & tali pacto declaratur cons.* 22. *Calder. de præbend. vt ait Acchill. de Graff. ibi supra in fine*.

31 Declara secundò, quòd alternatiua nõ cõceditur Patriarchis, Archiepiscopis,

pis, & Episcopis in illis beneficijs, quæ ad eorum collationem non spectant, & id de iure hodierno, at secus erat in alternatiua antiqua, *vt ait Puteus decis. 472. lib. 2. Rota diuers. in dicta decis. 12.* & ita quoque fuit resolutum in vna *Vrgellen. Sacristia, Lunæ 3. Iunij 1614. coram Reuerendissimo Patriarcha Hierosolimitano alias R.P.D. Manzanedo.*

32 Declara tertiò, quòd alternatiua non competat Vicarijs Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, qui habent potestatem conferendi quæcumq; beneficia, etiam liberæ collationis in mensibus illorum vacantia, & ratio est, quia in generali potestate Vicarijs concessa, numquam veniunt ea, quæ vigore priuilegij Episcopo competunt, & ideò cum illud sit personale, ad alium extendi non debet *Rota dec. 9. de offic. Vicar. in antiq. Bisignet. dec. 3. eod. tit. & Garz. mox alleg.* vbi ait, quòd neque Sede vacante ea est inferioribus concedenda.

33 Contrarium tamen de iure est verius, veluti tenuit *Rota in vna Portugallen. 27. Octobris 1546. coram Puteo, quæ est in eius impræss. decis. 477. lib. 1.* & ratio illius differentiæ ea est, quia concessio alternatiuæ non est priuilegium Episcopis factum, sed illa solùm ei conceditur, vt obstacula remoueantur, & ad residentiam inuitentur, *vt ait Garz. de benef. cap. 1. num. 22. cum seqq. par. 5. & d. Put. dec. 209. & dec. 215. lib. 1. & dec. 442. lib. 2. & dec. 93. & decis. 140. & dec. 163. & dec. 190. & decis. 396. lib. 3. Crescent. dec. 11. Verall. dec. 214. par. 2. & Ioan. Paul. in sua dec. 11.*

34 Et tenendo hanc secundam opinionē extende eā procedere, etiamsi de alternatiua nulla mentio in Vicariatu fiat, *Rota per Put. d. dec. 477. lib. 2.*

35 Quod tamen restringe procedere, qñ Vicarius haberet facultatem conferendi, vt Episcopus; secus aūt si huiusmodi facultas eidem nō fuisset concessa, sed solum ea, quam alij Vicarij Generales habebant, & sic non sufficeret, quando istis Vicarijs Generalibus in specie non fuisset attributa illa facultas conferendi, vt facere possunt Ordinarij, idem *Puteus ibi supra in fine Rota decis. 9. de offic. Vicar. in antiq. & Bisignett. decis. tertia eodem tit. & nouissimè Sbrozz. de offic. & potestat. Vicar. quæst. 30. cum seqq. lib. secundo*, vbi multa ait in hac materia.

36 Declara tertiò, quòd neque Abbati alternatiua concedatur, cum sit de illis inferioribus collatoribus, quibus alternatiua cōcedi non solet, vt fuit decisum in vna *Beneuentana beneficiorum Veneris 14. Decembris 1601. coram Coccino, quæ est in eius impræss. decis. 51. num. 1. & apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 955. num. 1.*

37 Extende id in tantum esse verum, vt propterea possessio capta à prouiso ab Abbate (vti infecta, & nullius momenti, sed potius pro vacanti habita, ex quo decretum irritans ei resistit) non est manutenibilis, *vt ait Rota per Coccin. ibi supra sub num. 2. Cressid. decis. 20. de prabend. Put. decis. 350. num. primo, lib. primo, & Verall. decis. 334. num. 6. lib. secundo.*

38 Declara quartò, quòd alternatiua non intrat in beneficiis simultaneæ collationis, vt in principio conclusionis dixi, & veluti latè ait *Gonz. super regul. 8. glos. 45. & latè Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 474.* vbi refert plures decisiones Rotæ, & ibi declarat quomodo dicatur libera collatio Episcopi, & *Rota in alia Egitenien. Canonicatus Lunæ 12. Nouembris 1607. coram Scotto, quæ est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 343. num. 3. & prius in Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram Card. Pamphilio, & in Terraconen Sacristia 26. Iun. 1602. coram Iusto, & coram eodem in Abulen. Canonicatus pœnitentiariæ Lunæ 7. Maij 1607. & per Cardinalem Caualerium decis. 359. num. 7. & decis. 390. num. 1. & Rota decis. 683. nu. 1. & dec. 687. nu. 4. par. 3. recent. & prius in decis. 165. num. 3. d.p. 3.*

39 Extende idem procedere, etiamsi fuerit facta concordia, in qua Capitulum concessisset Episcopo concessionem Canonicatuum in suo turno vacantium, sed postea in confirmatione dictæ cōcordiæ fuisset expræssè conuentū, q̄ Episcopus nō posset vigore alternatiuæ conferre, nisi in mensibus, in quibus Capitulum conferre potest, & ratio est, quia cùm vltra confirmationem Capitulum nihil

prætendere possit, nec per consequens etiam Episcopus, qui iure Capituli vtitur, vt fuit decisum in *Colimbicen. Canonicatus 24. Maij 1599. coram Cardinal. Mellino.*

40 Contrarium ait *Card. Seraphin. in decis. 1296. num. 8. quem sequitur Garz. de benefic. dicta par. 5. cap. 1. num. 708. late Gonz. dicta glos. 45. §. 1. num. 13. & seq.* & hanc opinionem tenuit *Rota in decis. 232. sub num. 4. par. 1. recentior. & in alia Tirasonen. Canonicatus 17. Iunij 1610. coram Pirouano*; vbi dicunt, quod quando Episcopus, vel Capitulum diuidunt per Turnum ius conferendi beneficia simultaneæ collationis, tunc Episcopus respectu dictorum beneficiorum gaudet alternatiua in suo turno, & liberè eo casu confert, veluti de hac veritate testantur *Addent. ad Gregor. Decimum quintum in decis. 95. num. 7.*

41 Concorda vt prima opinio procedat, quando dicta diuisio fuisset confirmata à Sede Apostolica, cum illa clausula (saluis affectionibus, & reseruationibus, & sine eorum præiudicio) quia tunc licet Episcopus haberet liberam collationem illorum beneficiorum in eius Turno va cantium, nihilominus alternatiua non gauderet, *vt dicunt Doctores mox allegandi*. Secunda verò opinio procederet si diuisio simpliciter, & absque illa clausula esset facta, *vt ait Gonzal. in dicta glos. 45. §. 1. num. 64. & seq. Garz. dicta par. 5. cap. 1. num. 724. & seq.* & ita fuit quoque decisum in vna *Bonbastien. Archipræsbiteratus 15. Iunij 1615. coram Pirouano*, & latissimè in eadem 15. *Aprilis 1619. coram Vbaldo*.

42 Item quod alternatiua non tollat reseruationes, & affectiones, quibus beneficia antea erant reseruata, vel affecta, fuit dictum in *Salamantina beneficij, Lunæ 20. Iunij 1605. coram Manzanedo, quæ est decis. 144. num. 11. par. secunda recentior.*

43 Et ideò ad id notandum erit, quòd Ordinarius non impeditur, quin possit acceptare alternatiuam, & postea vigore indulti eo priuilegio gaudere omnium mensium in ipso indulto contentorum, quando tamen indultum illud à Papa esset concessum sine restrictione ad particulares menses, *vt ait Rota per Cardin. Seraphin decis. 100. num. primo.*

44 Sed animaduertendum est, quod si quis excipiat, quod collatio per turnum fieri debet, tunc duo probare tenetur, nempè quòd adsit Turnus ex conuentione, vel consuetudine; & quod illa vice collatio sit in Turno, *vt ait Rota per Card. Seraph. in decis. 1296. num. 9. & dicta decis. 232 nu. 3. in 1. par. recent.*

45 Declara quintò, quod alternatiua non habet locum, nec Episcopis suffragatur, quando de tempore vacationis beneficij in sua Diœcesi ille non commoratur, veluti fuit decisum in *Salamantina Canonicatus 1572. coram Oradino, & in Faventina Canonicatus 16. Dec. 1586. coram Cardinali Blanchetto, & in Sulmonen. Canonicatus 3. Martij 1593. coram Cantuccio, in Eluen. beneficij 21. Martij 1599. & in eadem die 20. Octobris 1602. coram Gregorio Decimo quinto, quæ est in eius impress. decis. 70. num. 2. & est decisio 64. num. secundo, par. secunda recentior. & in alia Segobien. beneficij Veneris 26. Martij 1604. coram Iusto, & in alia decis. 239. num. 9. penes eumdem Gregorium XV.*

46 Extende primò, id in tantum esse verum, quod neque absentia suffragatur: etiamsi esset animo redeundi, vt fuit dictum in illa *Segobien. beneficij coram Iusto.*

47 Contrarium licèt videatur sentire *Rota in vna Romana nullitatis contractus Luna 12. Iunij 1604. coram Gregorio Decimo quinto, quæ est in eius impress. decis. 182. num. 3.* vbi habetur, quod quis habitare non desinit in loco, à quo animo redeundi recessit.

48 Concorda, quod prima opinio procedat in materia alternatiuæ, quia ea solum conceditur ijs, qui animo, & corpore adsunt; sed si animus, vel corpus deficiat, tunc ius conferendi statim cum Sede Apostolica consolidatur, vt pulchrè dixit *Rota in dicta Segobien. benefic. coram Iusto*. Secunda vero opinio procedit, quoad incolatum, qui animo retinetur, *idem Gregor. in decis. 182. per tot. & per Buratt. decis. 244. num. 4.* dummodo tamen per decennium continuum inhabitet, intra quod animus perpetuò inhabitandi præsumitur, licet

cèt fecus, quando quis declararet se velle in aliquo loco habitare, quia tunc statim domicilium contraxisse censetur, neque tunc esset aliud tempus expectandum, quod tamen declara esse verum in personis, quæ animum, siue illius exercitium habere possunt, at secus in pupillis, qui in aliquo loco haberent maiorem partem suorum bonorum, quia tunc illi dicuntur re, & facto domicilium habere, vt dicunt *Addent ad dict. dec. Buratt.* 244. *num.* 10. & ita fuit quoque resolutum in *Ariminen Gabellæ* 10. *Decembris* 1625. *coram Merlino*, & *in Toletana Matrimonij eiusdem dici*, & *anni coram eodem Merlino*, & *faciunt decis.* 150. *num.* 7. *part. secunda diuersorum*, & *decis.* 188. *num.* 3. *par. secunda recentior.*

49 Extende secundò, declarationem quintam procedere, etiamsi absentia esset recreationis gratia, quia nihilominus id non suffragatur ad hoc, vt Episcopus alternatiua gaudere possit, veluti fuit decisum *in illa Segobien coram Lusso.*

50 Contrarium licèt teneat *Ioann. Franc. Leo in sua praxi Archiepis. tit. de collatione beneficij cap.* 18. *num.* 9. *part. secunda*, vbi ait, quòd si Episcopus sanitatis recuperandæ, vel amicum, aut cōsanguineum visitandi causa sit absēs, vel pro Ecclesiæ, siue Cleri negotiis puta quindecim, vel viginti dies abesse contingat, tunc rediens ad residentiam poterit beneficia conferre in eius absentia, in mense tamen per alternatiuam sibi reseruato, dummodo absuerit animo retinendi, non autem transferendi domicilium; sed ea intentione breui tempore redeundi, & eò magis si in Palatio Episcopali eius familiam reliquisset, quia tunc à Diœcesi abesse non videtur, *Bart. in l.* 1. *num.* 7. *ff. de liberis agnosc. Felyn. in cap. quoniam frequenter num.* 10. *vt lit. non contest.* & *Concil. Tridentin. cap.* 1. *ante med. vers. quoniam autem tit. de reformat.*

51 Et hanc opinionem tenendo extende eam quoque procedere, tàm in Episcopo, quam in Coadiutore, qui lucrantur fructus in illis tribus mensibus absentiæ, qui dantur pro quiete, & recreatione à *Concil. Tridentin. in cap.* 12. *§. Præterea sess.* 24. dummodo illi tres menses non sint diuersi inter Coadiutorem, & Proprietarium; quia vnus non debet habere tres menses, & alter alios tres, sed vtriq; illi soli suffragari debent, vt fuit dictum à *Rota in Salamantina Coadiutoriæ* 25. *Iunij* 1593. *coram Penia. Genzal. de alternat. ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 9. vbi amplias ad aliud legitimum impedimentum infirmitatis, carceris, & similis, quia tunc pro præsentibus habentur, & sic fructus faciunt suos, *Nauar. conf.* 21. *de Cler. ægrot.* & *Grat. ibi sup. num.* 12.

52 Quibus tamen minimè obstantibus prima opinio est de iure verior per illam rationem, quòd scilicet alternatiua quis non gaudeat, nisi animo, & corpore per integrum mensem adsit, & veluti dicitur, de eo, qui non videtur adesse, vbi est corpus, sed mente, & animo abest, ita è conuerso in alternatiua procedit, ad quam fruendam non sufficit, si quis tantum animo adsit, sed corpore absit, vt fuit dictum in vna *Elnen. beneficij san. cti Saluatoris Mercurij.* 30. *Octobris* 1602. *coram Gregorio Decimo quinto, quæ est in eius impress. decis.* 70. *num.* 6. & 7. *idem in decis.* 239 *num. primo*, & *per Candin. Caualerium decis.* 363. *num. secundo.*

53 Quod enim amplia procedere, etiam in tribus mensibus absentiæ permissis à *Concil. cap.* 1. *sess.* 23. *de reform.* in quibus nedum Episcopi, sed etiam Cardinales in dictis tribus mensibus corporaliter non residentes alternatiua vllo modo frui non possunt, licèt videatur esse regula, quòd scilicet Cardinales teneantur Romæ residere, quia à *Concilio* fuit determinatum contrarium in *prææalleg. cap.* 1. per illa verba (personaliter resederint) addita in alternatiua *Gregorij Decimitertij*, & *Sixti Quinti*, *vt ex pluribus decisionibus Rota fuit decisum, quas allegat Garz. de benefic.* 5. *par. cap.* 1. *num.* 461. *cum seqq.*

54 Extende tertiò, quòd adeò sit necessaria residentia animo, & corpore in Episcopo, vt propterea si contingat, quòd ille de ordinario, & vt plurimum in suo Episcopatu non resideat; sed solum ad tale, & quale tempus, & non animo permanendi, sed recedendi, isto casu nec etiam gauderet alternatiua de

bene-

beneficiis, tunc vacantibus, dum reside bat, vt fuit decisum à Rota in Elnen. beneficij 12. Martij 1599. coram Cardin. Mellino, quæ est registrata à Garz. de benefic. cap. 1. num. 699. in 5. parte omnino viden.

55 Immò nec in casu istius prætensionis fruitionis alternatiuæ erit standum assertioni Episcopi circa animum residendi, veluti fuit decisum in dicta Elnen. beneficij Sancti Saluatoris coram Gregorio.

56 Extende quartò, dictam declarationem procedere non solùm, quando Episcopus abesset ex causa necessaria suæ Ecclesiæ, sed etiam ex illa sedis Apostolicæ; quia alternatiua conceditur residentibus cum dictione taxatiua verè, & personaliter duntaxat, quæ dictio casus similes excludit, & omne aliud tempus, omnemque alium effectum negat, vltra quod habet etiã decretum irritans, quod omnia in contrarium gesta penitus annullat, *vt ait dictus Ioan. Franc. Leo ibi in sua praxi Archiepisc. num. 5.* pro quibus optimè facit *decisio in dicta causa Elnen. beneficij coram Card. Mellino* vbi allegabatur, quod Episcopus Elnen. aberat ab eius Diœcesi, & sæpè morabatur in Vlixbonen. vti summus Inquisitor, sed illo impedimento minimè refragante, fuit cõclusum alternatiuam sibi non competere, etiam in beneficio tempore, quo residebat vacato, & *Grat. lib. 1. discept. cap. 166. num. 13. in fine, vbi allegat Gonzal. super regul. 8. glos. 43. num. 85.* qui loquitur de Episcopo causa Reipublicæ absente, licèt *Paris.* contrarium tenuerit *de resign. benef. lib. 1. quæst. 10. num. 58.* cuius tamen opinio hodie non seruatur, ob verba in illa regula octaua, ibi veram residentiam, & ita resoluit Congregatio Concilij, *vt ait Gonzal. & Grat. ibi supra.*

Subextende prædicta procedere, etiam si ordinarius abesset ex causa à Concilio approbata, vt fuit decisum à Papa, veluti refert *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. in addit. nu. 463.* & quod amplius est ea quoq; nõ gaudet, licet in obsequiũ Papę abesset, vt fuit decisum *à Sacr. Congregat. Episcop. 11. Septembris 1584. vt refert Bartholom. Gauant. in suo Manuali Episcop. in verbo Alternatiua num. 6. & 7.*

57 Et ratio prędictorũ ea in effectu esse dicitur, quia residentia vera, vbi exigitur nunquam dispositioni satisfit per fictam, vt est ea in absente, ex iusta causa, quæ nullo modo admittitur: nisi in casibus à Iure expressis, & non aliàs *Rota decis. 3. de iurepatron. in nouis & in Segobien. beneficij 24. Martij 1604. coram Iusto, & nouissimè Loterius de re beneficiaria lib. secundo, quæst. 40. num. 94. cum sequentibus.*

58 Contrarium tamen esset dicendum, si Episcopus tempore vacationis beneficij esset in loco exempto; quia isto casu alternatiua ei benè competeret, vt ait *Gratian. lib. 5. disceptat. cap. 918. num. 14.*

59 Sed est benè verùm, quòd Ordinarius, qui habet ius originaliter, & naturaliter conferendi, si ex accidenti absit, quo sit impeditus, & tamen conferat, tunc titulum coloratum præstat, *vt ait Rota per Puteum decis. 26. num. 3. libro tertio.*

60 Secus autem in eo, qui potestatem conferendi non haberet, quia tunc neq; etiam titulum coloratum tribuit, vt distinguit pulchrè *dictus Puteus vbi supra num. secundo.*

61 Extende quintò, eam quoque procedere, veluti si ordinarius esset absens in principio mensis sibi per alternatiuam reseruati, sed postea in eodem mense redeat, & beneficium vacet, quia isto casu Episcopus illud conferre nullo modo valebit, & ratio est, quia cum ab initio mensis Ius Papæ ob ordinarij absentiam fuerit quæsitum, tunc semper ille mensis eidem Pontifici reseruatus remanebit, veluti dicitur de beneficio, quod semel fuerit affectum; quia illud semper durat affectum: cum illa tamen distinctione, de qua supra dixi in verbo affectio, &c. & in hoc pulchrè ait *Gonz. de mense alternat. glos. 4. num. 136.* & ibi ad id comprobandum plures Rotę decisiones allegat, & idem ait *Rota per Gregor. XV. decis. 70. num. 6.* & de hoc dixi quoq; in principio cõclusionis *in versic. Fallit, & Rota in Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1585. coram Card. Blanchetto.*

62 Et ratio est, quia alternatiua exigit integram residentiam in toto mense alternato, ex sententia Rotæ, reiecta illa Gonzalis,

talis, & Garziæ, vt fuit dictum in *Papien. beneficij 10. Aprilis 1617. coram Andrea, & nouissimè d. Loter. ibi sup. n. 87.*

Vndè ad id hic opportunè erit notandum, quòd menses Aprilis, & Octobris semel facti Apostolici ob absentiam ordinarii semper remanent Apostolici licèt ipse redeat, vt supra dixi; secus autem dicitur de mensibus Februarij, & Augusti, quia licet semel per absentiam ordinarij sint facti Apostolici, desinunt tamen esse tales, redeunte ordinario; Menses autem Iunij, & Decembris nunquam sunt Apostolici, licèt ordinarius non resideat, vt de his omnibus ait nouissimè *Barb. de potestat. Episcop. in alleg. 53. num. 38. & seq.* & ibi assignat rationem,

63 Subextende illam quintam extensionem adeò procedere, vt si Episcopus fuerit præsens in principio mensis, & tempore vacationis; nihilominus, si ante ipsam vacationem ad modicum tempus discesserit, etiam causa salutandi Regem, & sic honestissima, tamen quia residentia non est intregralis, vt requiritur, propter ea beneficio alternatiuæ Episcopus nō vtitur, vt fuit dictū in illis *Fauentina, & Papien. coram Cardin. Blanchetto, & Andrea.*

64 Et licèt in hoc puncto Rota ob æqualitatē votorū inter Dominos mandasset concordari sub die *Veneris 26. Maij 1628. coram Pirouano*, Nihilominus *Loterius ibi supra sub num. 90. & seq.* ait, quòd Rota non potest compellere, sed hortari ad concordiam, si tamen diu fuisset litigatum, vel si de iure non liqueret, & propterea illi non placet ea resolutio Rotæ, & sic ait prouisionem Episcopi isto casu non valere; sed non est mirandum de hac opinione D. Loterij, quia ipse contra ordinarium scripserat, ego autē in omnibus valdè ordinationi tanti Tribunalis semper tribuerem.

65 Præterea notandum est, quòd allegās alternatiuam Episcopi non tenetur probare illius residentiā; sed sufficit solū de illius acceptatione docere, quia postea onus probandi non residentiā incumbit venienti aduersus alternatiuā, vt fuit decisum in *Bracaren. beneficij Lunæ 3. Martij 1603. coram Gregorio Decimo Quinto, quæ est in eius impræss. decis. 49. num. 9. & Loter. ibi sup. num. 77.*

66 Contrarium tamen fuit decisum in vna *Elnen. beneficij Sancti Saluatoris Mercurij 15. Nouembris 1602. coram Penia, & prius coram eodem firmauit Rota in illa Illerden. portionis 2. Iunij 1600.* quam opinionem sequitur *Gonzal. super regula 8. glos. 43. num. 92. & seq. & Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 501. & seq.* vbi limitat, quando prouisus ab ordinario esset actor, at secus si esset possessor, & reus, veluti quoque sentire videtur *Rota in dec. 652. nu. 4. par. 1. in recent.*

67 Sed prædicta limitatione nō obstante, contrarium fuit decisum *in illa Illerden. portionis* ex hac bona ratione mota; nempè cum prouisus Apostolicus eius intentionem fundet super regula reseruatoria octo mensium, & sic vti actor intentionē plenè probet, tunc reus, & possessor suā exceptionē plenè probare tenetur *Dec. cap. in præsentia num. 48. & 49. de prob. Rota decis. 75. num. 1. & dec. 618. num. 5. par. 1. diuers.*

68 Vndè ex hoc infertur, quòd cum prouisus ab ordinario fundet suam exceptionem in alternatiua, & ea requirat illam qualitatem residentiæ, ita vt sine ea Eps in mense sibi reseruato beneficium conferre non possit, vt ex supradictis satis abundè demonstratum fuit; propterea non proderit ei sola alternatiuæ acceptatio, nisi etiam residentiæ qualitatem verificet; nam regulare est, quòd qui se fundat in aliqua dispositione aliā qualitatem requirente, nihil facit, si dictam qualitatem non probet, *vt ait Paris. cons. 56. num. 14. lib. 3. Franch. in cap. 1. in 1. not. de rescript. Osasch. decis. 165. num. 6.* & ita fuit quoque decisum *à Rota in vna Romana incendij 24. Nouembris 1606. coram Gregor. XV. quæ est in eius impræss. decis. 278. num. 1. & seq.* & ibi datur exemplum de excipiēte de resignatione, qui docere debet de resignatione publicata, ad hoc, vt eius exceptio suam intentionem concludat *Cardin. Seraph. decis. 371. num. 5.* vbi ait, quòd absentia ex eo probatur, quòd quis est Episcopus, qui de iure communi in sua Ecclesia residere tenetur, *idem ait Rota in Placentina Capell. 31. Maij 1604. coram Card. Pamphilio,*

quam

quam allegat Garz. de benefic. cap. 1. nu. 502. cum seqq. in hac materia viden. & ibi docet, quòd genus probationis requiratur in probanda per prouisum ordinarij residentia.

69 Rursus notandum est, quòd alternatiuæ acceptatio pluribus modis probari potest, veluti ex protestatione facta, Item per testes deponentes Episcopum in mense alternato contulisse; nec non etiam per alteram prouisionem factam eiusdem alternatiuæ vigore, veluti fuit decisum in Astoricen. Archidiaconatus 3. Decembris 1571. coram Cardin. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 146. num. 1.

70 Item probatur alternatiua ex aliqua narratiua Papę, cui in facto proprio plenè est credēdum, & factum propriū illud dicitur, etiamsi sit cum alieno admixtū, dummodo secum fuerit gestum, vt fuit decisum à Rota decis. 361. num. 1. in 2. par. recent. & ibi allegatur decis. Seraph. 171. num. 10. par. 1. diuers.

71 Extende, quòd etiam Romę satis probatur acceptatio alternatiuæ, per fidem alicuius notarij, quòd reperiatur in libro Datariæ, & tali casu illius assertioni creditur, cum facilis sit recursus ad dictum librum, qui in Dataria extat, & propterea videmus, quòd in Curia fides facit fidem, ob facilitatem habendi veritatem ex inspectione librorum, vt ait Rota decis. 349. n. 1. p. 3. rec. & prius fuit decisum in Caurien. præstimonij 9. Iunij 1592. coram Pentia, & prius in Aretina Commendæ 7. Nou. 1586. coram Seraph. vbi fuit decisum, quòd satis probatur reseruatio ratione familiaritatis, de qua per assertionem computatoris Palatij docetur. Secus autem extra Curiam, & quando fides esset extraiudicialis, quia tunc ea nō probaret absque partis citatione, vel nisi esset verisimilis, & adminiculata, siue alicuius, qui esset omni exceptione maior, nec non iuramento firmato, vt ait Rota decis. 780. num. 1. par. 1. diuers. Card. Seraph. decis. 106. num. 3. Rota Ianuen. dec. 76. n. 11. & Rota dec. 255. num. 3. & seq. & decis. 441. num. 6 par. prima in rec. & dec. 471. n. 5. & dec. 709. n. 6. par. 2. recen. Card. Mantic. decis. 177. num. 4 & Rota in Romana census 21. Maij 1627. coram Vbaldo, & decis. 122. num. 7. par. prima recent. & per Burattum decis. 113. & ibi in addit. num. 36. & seq.

72 Sed quando ea acceptatio non erit probata, tunc si beneficium in mense alternato erit ab Episcopo collatum, illius collatio non erit legitimè facta, vt ait Rota in Bobien. Canonicatus Lunæ 27 Februarij 1595. coram Gypsio.

73 Declara, quòd quando non erit acceptata alternatiua ab Episcopo, tunc ei collatio non competit, nisi pro quatuor mensibus, nempè Martij, Iunij, Septembris, & Decembris; secus autem si fuerit acceptata; quia tunc in sex mensibus confert Episcopus, vt ait d. Io. Franciscus Leo in dicta sua praxi, num. 4. & Rota in dicta Bobien. Canonicatus coram Gypsio.

74 Si autem contingat, quòd Episcopus eam recuset, tunc amplius alternatiua non reuiuiscit, sed consumpta censetur, vt ait Card. Seraph. in dicta decis. 146. num. 3.

75 Secus autem, si eam ammitteret Episcopus per contrauentionem, & violationem, quia isto casu, si eam velit ordinarius rehabere, debet ad Papam recurrere ei narrando, qualiter ipse habebat alternatiuam acceptatam, & eam per contrauentionem amisit; & propterea petit eam iterum sibi concedi ex gratia speciali, vt animaduertit Garz. de benef. in 5. par. cap. 1. num. 751.

76 Quod tamen restringe procedere, si id scienter Ordinarius egerit; at secus si ignoranter; Et propterea videmus, quòd si Episcopus se intromisit in prouisione beneficiorum reseruatorum, ob ignorantiam reseruationis, tunc si ignorantia prouenit ex errore facti probabili excusatur, at secus, si ignorantia reseruationis proueniret ex errore iuris; quia in secundo casu non excusatur, licèt secus in foro animę, vt exemplificando tradit Garz. in præcitato loco, n. 52. & 53.

77 Extende, quòd nempè eam amittit Episcopus, quando se intromisit in prouisione litigiosi beneficij, si cum præcedenti distinctione id ab eo fieret, aliàs secus, vt ait idem Garzias ibid. n. 761.

78 Limita tamen, quòd scilicet alternatiuam amittat Episcopus per indultū obtentum, quòd in omnibus mensibus conferre posset; quia in sui odium eam ipso

ipso iure omninò amittit, etiam quoad illos quatuor menses, sibi ante acceptationem alternatiuæ de iure competen. nisi iterum recurrat ad Papam, & eum siue Datarium de illius amissione certiorer, vel illi coram eisdem renunciet, veluti pluries fuit decisum à *Rota, vt ait Garz. ibi supra num 7*37. *cum pluribus seqq.* & ibi quoque decisiones per extensum inuenies.

79 Sed est benè verum, quòd cum ista alternatiuæ acceptatio sit voluntaria, igitur ea semel acceptata, non est amplius locus pœnitentiæ; nisi tamen Papa renunciationem acceptasset, veluti fuit decisum *in Vicentina Præceptoriæ* 14. *Decembris* 1592. *coram Card. Blanchetto, & Garz. de benefic. cap. primo num.* 741. *in quinta parte, & prius ibidem num.* 484.

ARGVMENTVM.

Alueus quid sit, & quando diuerti, ac mutari possit.

CONCLVSIO XCVIII.

1 ALVEVS nota, quòd dicitur venter, & lectus fluminis secundum naturalem, & consuetum aquæ cursum, qui est publicus, prout flumen, *Bart. in tract. de Alueo circa principium in vers. naturali, Ripa in l. quominus num. secundo ff. de flumin. & ita fuit decisum à Rota in vna Bononien. pecuniaria Veneris* 20. *Nouembris* 1604. *coram Ludouisio postea Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis.* 155. *num.* 10.

2 Amplia id in tantum esse verum, quòd si flumen dictum cursum naturalem egrediatur, tunc dicitur inundatio, quæ tali casu speciem fundi non mutaret, *vt ait Bart. & Rota ibi supra.*

3 Declara tamen non procedere, si illa terra, ob illius aquę inundationem fieret Stagnum, quia tunc illa qualitas aquæ dicto fundo adiecta illum taliter qualificat, vt in diuersa specie constituatur, & propterea de eo fundo amplius non solueretur collecta; immò præscriptio incæpta eo casu diceretur interrupta, nam mutato primo elemento, qualitas quoque mutata censetur, vt hic, quia prius erat terra, hodie vero est aqua & sic mutato rerum statu, dispositio quoque iuris mutatur. Item mutata per naturei status mutatur, *vt fuit dictum in vna Alben. Gabellæ seu oneram, Veneris* 28. *Iunij* 1630. *coram Merlino*, & in materia mutationis elementi *ait Surd. decis.* 236. *n.* 13. *§. præterea instit. de Inut. Stipul. cap. licet canon iuncto cap. statutum de elect. in 6. & text. est in l. si cui balnei, ff. quibus mod. vsusfr. amitt. Marsil. in suo singul.* 520. *& ita fuit dictum in vna Gerunden Statuti Lunæ* 17. *Maij* 1591. *coram Orano.*

4 Extende primò, hic obiter id quoque procedere in stupro, quod quidem delictum, licèt quinquennio tollatur, iuxta *text. in l. matri lenocinium, §. fin. ff. de adult.* tamen id non vendicat sibi locum si illi delicto stupri violentia addatur, quia tunc illa qualitas violentiæ reponit, illud delictum stupri in diuersa specie, ita vt amplius quinquennio præscribi nõ possit. *Bald. in l. vnica, C. de confess. in antepenult. colum. vers. sed numquid, & Marsil. in dicto singul.* 520. *Gratian. lib.* 5. *discept. cap.* 913. *num.* 38. *& cap.* 927. *num.* 13. *& prius lib.* 2. *cap.* 314. *nu.* 34. *& Rota in Gerunden. statuti Lunæ* 27. *Maij* 1591. *coram Orano.*

5 Extende secundo, idem procedere, quando qualitas esset alicui contractui adiecta, quia tunc contractus etiam mutatur, & propterea videmus, quòd si quis fuerit obligatus in forma Cameræ, si postea contingat illi contractui aliquid minui, vel addi, tunc dicta obligatio Cameralis euanescit, veluti si quis esset obligatus in forma Cameræ de aliqua ratione reddenda, quia si postea modus, & qualitas administrationis mutetur, tunc prima obligatio cessat, & noua administratio efficitur, *vt fuit decisum in vna Marsicana seu Romana pecuniaria Lunæ* 21. *Maij* 1601. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis.* 30. *& in secunda par. recent. est dec.* 108. *num.* 5.

6 Et ratio est, quia dicta obligatio Cameralis, vti odiosa nunquam censetur repetita, nisi id expresè dicatur, & ideo videmus etiam, quòd licèt in tacita reno-

renouatione locationis censeantur repetitæ omnes conditiones primi contractus, non tamen censetur inducta noua obligatio Cameralis, *vt ait Zacch. de oblig. Camer. quæst. 36. num. 20. & 21.* vbi alios cumulat, & ita fuit decisum à *Rota in Romana Euacuationis 26. Ianuarij 1615. coram Vbaldo.*

7 Declara tamen illud, quòd fuit dictum de qualitate adiecta contractui procedere, quando mutatio esset contra substantialia, ar secus si circa accidentalia, quia tunc nouus contractus non fieret, vt pulchrè distinguit *Surd. in decis. 70. num. 3. & 15.* Extende idem procedere in re aucta, quæ non desinit esse prout antea erat, quia non per hoc dicitur esse diuersa à prima, *vt ait Gemin. cons. 70. num. 7. vers. tamen in isto, & o.*

8 Ampla secundò principalem conclusionem adeò esse veram vt propterea in alueo, vti loco publico plantationes, nec aliud vllo modo immitti possit, vt fuit decisum *in illa Romana pecuniaria coram Greg. XV.*

9 Fallit tamen hæc ampliatio in duobus casibus, & primò, quando non officeretur, neque publico, neque priuato vsui. Secundò, si flumen esset priuatum, quia tunc vsus aluei esset permissus, vt in eo, v.g. clusa fieret, dummodo tamen aquarum vsus in aliorum præiudicium non impediatur, vt benè ait *Bald. conf. 463. incipien. Quatuor sunt num. 5. vers. tertio viden. lib. 4.*

10 Ampla tertiò, quòd mutato alueo ius arrendamenti gabellarum non augetur, & ratio est, quia attenditur locus tempore contractus, *vt ait Franc. Marc. in dec. 110. par. 2.*

11 Contrarium tamen videtur dicendum in materia iurisdictionis, quæ augetur, quando est mutatum flumen, *vt ait Corn. cons. 287. lib. 3.* licèt multi contrarium teneant relati à *Card. Tuscho in verbo Alueus conclusio 319. num. 7.*

12 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando sumus in fluminibus publicis, in quibus non fit mutatio, neque iurisdictio augetur. Secunda verò procedit in illis priuatis, quia eo casu fundus, & iurisdictio per alluuionem augetur, veluti contingit etiam in lacu publico, in quo habet locum dicta alluuio, secus est in priuato, quamuis etiam in hoc multi contrarium teneant allegati à *Corn. in dicto cons. 287.* vbi subiungit, quòd qui habet dominium, & iurisdictionem in aquis fluminis, dicitur etiam habere dominium, & iurisdictionem in fundo, & alueo dicti fluminis subtus aquas, quia terra cedit aquis, *l. alueo, §. quod si toto, ff. de acquir. rer. domin. Bapt. Aym. de alluuion. lib. 1. cap. 12. num. 9. & Bald. in l. si plures num. 13. C. de cond. insert. idem Aym. in d. tract. lib. secundo cap. 6. num. 52.*

13 Declara iterum, quòd si aqua ab alueo recedat, nihilominus remaner alueus, nisi tamen fuerit mutata prorsus illius forma, & adeò per longum tempus recesserit, vt amplius redire non consueuerit, quia tunc censetur præscriptum terrenum, itaut amplius non reuertatur ad Dominum, cuius prius erat antequã inundatio fieret, & ratio ea, est, quia flumẽ præscribit sicut homo *Bart. de Tiberiad. p. 7. vers. sed ius est Areti. in §. quid si naturali instit de rer. diuis. Iason in l. prima num. 48. ff. de acquir. possess. Corn. cons. 191. nu. 6. lib. 3. Benincas. in tract. de alluuion. num 5. idem Bart. de Tiberiad. tit. de Alueo vers. relicto in princip. Bald. in rubr. ff. de rer. diuis. num. 10. Capol. de seruit. rust. præd. tit. de Alueo lib. 1. num. 3. 7. & 11.*

14 Contrarium, quòd scilicet Princeps etiam vtendo longissimo tempore valli. bus ad piscationem fundum vallium non præscribat, *ait Alex. cons. 57. incip. in causa, & lite num. 6. vers. tutius etiam lib. 7.* Vbi ait, quòd tantum abest, quis possidendo aquas dominium fundi acquirat, vt potius si esset Dominus fundi illius, dominium per inundationẽ aquarum amitteret.

15 Declara, quòd illo casu, quando alueus remanet exiccatus, & derelictus, tunc ille spectat ad confinantes, vndè si duo sint, vterque ratam consequitur, prout est frons, & testa suæ possessionis, veluti eodem modo dicitur, quando flumen corrodit agrum, quia tunc Dominus agri potest sequi flumen iuxta suæ possessionis restam, *vt ait Alex. cons. 177. incip. in causa, & lite col. 2.*

in

in fine, versic. Cum probata sint, libro sexto.

16 Sed si partes discordarent, tunc Iudex cum Architectis ad locum accedat, ad effectum concordandi, *vt animaduertit Alexand. in dicto consilio 177. col. 2. lib. 6.*

17 Extende primò, quòd si totum terrenum vnius vicini fuerit à flumine corrosum, tunc alter vicinus subintrat, qui cum flumine confinat, adeò vt, si flumen denuo recederet, & terrenum restitueret, eo casu illud non efficitur primi Domini, quando fuit totum corrosum, sed fit illius, qui vltimo loco in flumine confinat, *vt ait idem Alexander eodem consilio 177. num. 16. versic. Praeterea.*

18 Extende secundò, quòd etiam si alueus facto hominis mutetur, tunc vendicatur per habentes praedia vicina, veluti dicitur quoque de insula, siue facto hominis, aut casu, vel potestate Diuina orta, quae acquiritur praediis vicinis, *vt ait Cassadorus decisione vnica, tit. de acquiren. rer. domin. nu. 5. 6. & 8.*

19 Reassumendo autem illud, quòd fuit dictum, quòd scilicet alueus mutatus, & exsiccatus ad illos confinantes aequaliter spectet, Declara procedere, si alueus fuerit in totum mutatus, at secus, si ab vna parte tantum, quia tunc erit illius, qui magis suo praedio cohaeret, *vt ait Castrens. in consil. 377. incip. Licèt Iudex, in fine, versic. Super alio, lib. 1.* vbi loquitur de alueo fluminis Rhodani derelicto.

20 Contrarium *ait Curtius senior in suo consilio 72. incipien. Magnificè vir, num. 9. versic. Ad aliud motiuum, & ibi ait,* quòd alueus Padi derelictus sit Principis, vel eorum, qui eum occuparunt, & possessionem apprehenderunt, non autem eorum, qui praedia coherentia habent; licèt tamen secus sit in alluuione; quia illa acquiritur Dominis praediorum absque apprehensione, etiam si alius occuparet, *vt ait idem Curt. senior ibi supra, & veluti dixi in verbo Alluuio.*

21 Sed praedictis non obstantibus *Alexand. in suo consil. 91. vbi allegat text. in l. adeò, §. insula, cum l. sequen. ff. de acquir. rer. domin. ait,* quòd alueus fluminis derelictus fit eorum, quibus bona à dicto flumine ablata fuere, & id de aequitate, quę rigori est praeferenda, & propterea *Alexand. ibi in dicto consilio 91. lib. 5.* infert ex hoc, quòd licèt spolians liberetur à restitutione spolii, si res spoliata, fuit à flumine tota corrosa, etiam si post corrosionem per alluuionem fuerit bonis spoliantis acquisita; tamen secus esset, si alueus fluminis in totum recederet, qaia eo casu ille alueus derelictus esset spoliato restituendus.

22 Concorda tu tamen, quòd, quando confinia fuerunt destinata à Principe, vel à censitoribus, tunc ea mutari non possunt, neque per alluuionem, neque per impetum aluei mutati in totum. Secus autem esset, quando non appareret de limitatis confinibus; & de eis apparere dicetur, quando in hoc tempus immemorabile concurrat; quia illud vim limitatorum confinium habet, *vt ait Corneus consil. 287. num. 5. & seq. lib. 3.* vbi subiungit, quòd quando alueus in totum, & ex abrupto mutatur, tunc dicitur facere vti tyrannus, & sic sine causae cognitione, & eo casu non dicitur constitui confine ex nouo alueo, quia non more censitorum constituit, sed benè illud constitueret, si id more alluuionis fieret.

23 Amplia quartò, quòd neque alueorum mutatio fieri possit, nisi suadente magna causa vtilitatis, seu alia necessitate publica, *vt ait Cassador. dec. vnica, titul. de acquiren. rerum domin. numero 13.*

24 Fallit tamen, quando quis enorme damnum pateretur, veluti muniendo ageres, & defensiones Ripę; quia tunc alueus non solùm diuerti posset; sed etiam illa diuersio alibi, quàm aqua praecedenti aestate fluebat fieri poterit, *vt ait Franc. Marc. in decis. 344. num. 5. par. 2.*

25 Praeterea animaduertendum erit, quòd alueus fluminis magis in ęstate, quàm in hyeme considerari potest, quia in hyeme aqua crescit, cum non sit permanens, vt plenè ait *Socin. consil. 79. incip.*

incip. Super quæstione in fine, versic. Ex quibus concluditur, lib. 3.

26 Secus autem si ageretur de cognoscendo an alueus esset derelictus, nec ne; quia tunc id in hyeme considerari debet, *ut ait idem Socin. dicto cons. 79 num. 8.*

ARGVMENTVM.

Ambasciatores quales sint, & quomodo tales probentur, Quid facere teneantur, Necnon donata illis, cui acquirantur, & multa alia in materia.

CONCLVSIO IC.

1 AMbasciatores nota, quòd illi dicuntur qui pro eorum Principe, vel sua Republica ambasciatas alteri Principi exponunt, & isti regulariter tales per viam literarum probantur; licèt etiam sine literis quando persona sit nobilis, ad tradita per *Mascard. de probat. concl. 84. in litera A. in verbo Ambasciatores.*

2 Extende primò istud officium adeò esse Principi, seu Reipublicæ importans, vt propterea Ambasciatores, siue legati eorum officio legationis durante non possint ea facere, per quæ ab istius exercitio aliquo modo impediri, vel diuerti possent; & si secus ab eis fiat, pœna sunt afficiendi, *vt ait Angel. cons. 319. vers. super puncto, & Card. Tuschus in verbo Ambasciatores in conclusione 323. num. 3.*

3 Extende secundò, quòd Ambasciatores debent esse grati Principi, & ab eodem dilecti, *vt ait Magon. decis. Florent. 26. num. 50.* & ibi rationem assignat, dicens, quòd quando quis transmittitur ad Principes, qui esset diffidatus, vti iratus in locum intercedendi illius animum ad deteriora pronocat, *vt ait Lucas de Pen. in rubrica de legation. columna secunda libro decimo, & Iulius Ferrettus in tractatu de ora. & legat. Princip. num. 1.*

4 Extende tertiò, quòd etiam litigare, atque libellum conuentionale dare prohibetur, idem *Angelus dicto consil. 319. in princip. & Card. Tusch. num. 1. in praecit. loco.*

Subextende prædicta in tantum esse vera, vt neque orator Regis admittatur ad defendendum causam Regiam, etiam cum cautione de rato pro obtinenda sententia; nisi producat verum, & indubitatum mandatum ante sententiam; secus autem in præparatoriis causæ, & ille per literas haberet mandatum ad eius causam defendendam; quia tunc ille esset admittendus præterquam ad obtinendam sententiam inclusiuè, quia etiam per literas de vnius voluntate constare censetur, quòd quidem esset sufficiens præterquam in obtinenda sententia, *vt ait Rota per Verallum in sua decis. 183. parte secunda, & per Burattum decis. 190. num. primo, & ibi per addent. sub litera B.*

Sed in exponenda ambasciata pro Rege Sſmo Pontifici quomodo se gerere debeat Ambasciator, & Papa cum eo, docet *Franciscus Marcus decis. 456. sub numero 54.* & ibi in specie animaduertit, quòd Regia Maiestas debet destinare apud Pontificem viros literatos, & magnę auctoritatis, & qñ erunt Romę, quòd petant audientiam à Papa ad partem, vt ei causam ambasciatæ explicent, sed obtenta licentia, tamen, quia non sufficeret eam petere, nisi illam etiam obtinerent, aliàs esset velle Pontificem diludere, dum eam peterent, sed postea ex se facere vellent, quod nullo modo in illius reuerentiam permitti debet; sed illi in omnibus venit obtemperandum, veluti latè dixi *in conclus. 128. num. 128. cum sequentib. & ibi multa inuenies.*

5 Extende quartò, quòd neque etiam pro amico consulere possunt, si id auiditate pecuniæ fiat: aliàs secus, *vt ait idem Angelus consil. 319. versiculo super puncto, & Cardinalis Tuschus in verbo Ambasciatores conclusione 323. numero sexto.*

6 Extende quintò, multo magis pro cedere, si extaret Statutum, vt est Ianuæ, quod nullus Rector, Officialis, Potestas, & Consul possit aliquod præmium, siue gratiam accipere; quia tunc illud Statutum seruandum erit, *vt ait Baldus consilio* 378. *libro quinto*.

7 Contrarium licèt consuluisset super eodem Statuto *idem Baldus consilio* 149. *lib. secundo*, in casu donationis factæ à Rege Cypri vni Consiliario Ciuitatis Ianuæ, vbi subdit, id sine difficultate de iure communi transire, at secus, si in vim Statuti id facere prohiberetur, cum qua igitur distinctione possumus optimè huiusmodi opiniones concordare.

8 Declara præterea primò, conclusionem non procedere, si id de Principis licentia fieret, *idem Angel. dicto consilio* 319. *versiculo In contrarium*, & *Cardinalis Tuschus in verbo Ambasciatores concl.* 323. *num.* 2.

9 Declara secundo, veluti si essemus in hæreditate, quæ sibi delata fuisset, quàm ipse eius officio non obstante adire posset. Et ratio est; quia officium suum nemini debet esse damnosum, & præsertim, quando ex necessitate officium esset assumptum; *Menochius consilio* 58. *num.* 6. *Angel. ibidem num. quinto, Surd. decisione* 309. *num.* 6.

10 Declara tertiò, quòd dictus Ambasciator, non impeditur supplicare Principi, vt gratiam obtineat prout fecisse Legatum Bononiæ, apud Papam, *testatur idem Angel. ibi supra per totum*.

11 Declara quartò, quòd Ambasciatores non prohibentur sibi à Principe donata acquirere; dummodo tamen eorum contemplatione, non autem sui Principis donata fuerint, quia tunc eorum Principi, & non sibi acquisita censentur, *Bald. consil.* 194. *incip. Præmissis verbis lib.* 1. *vbi de communi testatur & Cardin. Seraph. dec.* 1958. *nu. quinto*.

12 Amplia primò, huiusmodi declarationem in tantum esse veram, quod ob id in dubio semper Ambasciatores, non autem eorum Principes contemplati censentur, & propterea sibi, & non Principi donata acquirunt, *Bart. in l. si vero, S. item quicquid, ff. solut. matrim. quem sequitur Bald. dicto consilio* 194. *lib.* 1. qui loquuntur in vna donatione facta per Imperatorem Constantinopolitanum Ambasciatori Mediolani.

13 Amplia secundò, multo magis procedere, quando rerum donatarum valor potius adæquetur qualitati Ambasciatoris, quàm sui Principis: veluti, si donantur vestes, vel pecunia, vel aliud simile, *vt dicunt Doctores in l. si verò, S. item quicquid, ff. solut. matrim. & in l. sea si plures, S. in arroga o, vbi gloss. ff. de vulgar. & pupillar. & Bart in l. socium qui in eo, S. fin. ff. pro soc Canonista in cap. postulasti, tit. de concess. praben.* & eodem modo dicitur de donatis à Sponso Sponsæ, quæ præsumuntur donata attenta qualitate personæ, vel si non sint valoris excessiui, sed potius exigui respectu nobilitatis personarum, de quibus agitur, *vt fuit decisum à Rota in Romana localium Luna* 19. *Martij* 1590. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 914. *per tot.*

14 Vltra, quod generositati Principis, non conuenit, vt quicquid eius Ambasciatori donatur sibi exigere prætendat, quia, *vt ait Diuus Augustinus de diff.* liberalitas est, quidã motus animi faciens, & approbans liberas largitiones sine spe retributionis, & id eo magis in Principe fulgere debet, & propterea ad id *ait Euripid. in med.* quod Fabius Maximus cũ Captiuos quosdam Romanos ab Annibale pecuniis pollicitis excepisset, nec Senatus promissis, dataque fidei staret; fundum quem vnicum habebat vendidit, pecuniasque Annibali numerauit; meminit etiam, quòd Alexander interrogatus, vbi suos conderet Thesauros, respondit, Apud amicos suos significans facultates nusquam tutius reponi.

15 Sed ad istius materiæ faciliorem intelligentiam declara iu, quod, aut id, quod est donatum, fuit datum personæ in aliena potestate constitutæ, & sic quando essemus inter personas, inter quas vna ex suis dispositione, alteri acquirat;

vt est inter Patrem, & Filium, non tamen emancipatum, inter Dominum, & Seruum, & sic in casibus tamen à iure expressis, & non aliàs, quia regulariter alteri per alterum non acquiritur; Aut verò sumus extra tales personas; nam primo casu datum vni ex illis, alteri acquiritur, & sic illi personæ contemplatæ, & non sibi donatum censetur. *Bart. in l. sed si plures, §. in arrogato, de vulgar. & pupillar. Alciat. de præsumptionib. regula prima præsumption. 18. & Rota in vna Hispalen. pensionis 11. Ianuarij 1574. coram Robusterio, cum pluribus ibi allegatis.* In Secundo verò casu nequaquam, *vt pulchrè fuit decisum in illa Tarraconen. pensionis, Lunæ die 16. Ianuarij 1595. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 1108. per totam, & prius decis. 914. & Surd. de aliment. tit. 8. quæstione septima, nu. 23. & sequenti*, vbi loquitur, quando auus censeatur relinquere contemplatione filij, vel nepotis. *& Menoch. consil. 192. num. 10. & Capell. Tholosan. decis. 337. per totam, idem Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 28.*

26 Restringe præterea id, quod fuit dictum de donatione Ambasciatoribus facta absolutè non procedere in Thesaurario, cui si aliquid fuit donatum, seu remissum, aut ab eo extortum, tunc Principi acquirit, si eius, siue officij contemplatione fuerit datum, secus autem, si sui amore, & gratia, *vt ait Cuman. consilio 176. versiculo Ad secundum.*

Extende, eodem modo procedere in donatis sponsæ, à consanguineis viri, quæ præsumuntur data contemplatione mariti, & non vxoris, *vt dicunt Doctores allegati in illa Tarraconen. pensionis Lunæ 16. Ianuarij 1595. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 1108.*

Contrarium licèt multi teneant allegati in *Rota ibi supra, & signanter Bisignett. in decisione vnica, de donatione inter virum, & vxorem*, ex cuius enim sententia prædictas opiniones talimodo ego concordarem, & sic, vt primo procedat, quando aliquis coniunctus viri sponsæ donaret, vel alio modo vrgerent coniecturæ, vt sponsæ fuerit donatum contemplatione viri.

Secunda verò procedat, quando extranei donarent, siue etiam coniuncti, sed aliquo modo appareret, vt illi contemplatione sponsæ, & vt ei acquiratur donassent; licèt etiam id contemplatione viri facerent, & præsertim, quando dona consisterent in rebus ad vsum vxoris destinatis, & vsu consumatentur, neque valdè pretiosa essent, *vt dixi in conclusione 115. num. 12. & sequent.* Sed si vxor probare non posset, vnde quomodo, & a quo ea acquisierit, tunc omnia præsumuntur esse de bonis viri, & propterea tali casu cautius erit, si vxor occasione mortis viri, ponere ea omnia curauerit in inuentario, cum protestatione tamen, quod non intendat confiteri ad fauorem viri, siue eius hæredum eas res peruenisse, vel pertinere debere, sed quod illas potius ibi posuerit animo rehabendi, vti ad se, non autem ad virum pertinentes, aliàs sine protestatione illas simpliciter ponendo in inuentario videretur confiteri easdem ad maritum, siue illius hæredes spectare: nam talis protestatio preseruat ius protestanti in futurum, *vt ait Bisignettus in supra allegata decisione vnica de donatione inter virum, & vxorem, & Surdus decisione 246. num. undecimo.*

Quamuis, si ego verum fatear magis mihi placet ea opinio, quæ sponsæ fauet ex pluribus, & primo, quia, cum donatio sit mera liberalis traditio ab aliquo facta nullo iure cogente, ergo coniunctio respectu viri non est in consideratione habenda, aliàs esset velle deludere Sponsam, & sic hunc actum liberalitatis reddere elusorium.

Secundò, quia plerumque amor, pulchritudo, atque nobilitas Sponsę magis contemplatur in eo actu donandi, quàm coniunctio Sponsi; quia cum non sit vinculum, quod non frangat amor, & dilectio, ergo in hoc debet amori Sponsę coniunctio Sponsi cedere; præterea videmus experientia,

tia, quod omnis homo semper perdit, qui cum vxore ludit; aliàs valdè indignatur mulier ob eius genus auarissimum, si ludendo non lucratur cum viro, idcircò concludo, quod potius debent homines se abstinere à donando sponsæ, quàm quod vir possit huiusmodi largitionibus se iuuare; est benè verum, quod de æquitare deberet ipsa dona filiis viri forsan secundariò contemplati, iterum se nubendo conseruare.

17 Declara quintò, quòd scilicet Ambasciatores habeant ius reuocandi domum, ita vt in loco vbi sunt Ambasciatores conueniri non possint, *vt ait Ancharanus consil. 297. incipien. efficacibus num. 7. versic. 7. & vltimo*, vbi loquitur de illo Angliæ conuento per Cardinalem in vna causa beneficiali, *Castrens. consil. 298. incipit Ad primam num. secundo libro primo, text. est in l. secunda, §. legatis, ff. de Iudicibus capitulo finali de foro competen. & Socinus in regula 27.* vbi ad id ampliat etiam procedere in vniuersalibus.

18 Declara sextò, quòd neque possunt cogi ad contestandam litem, nec ad iurandum, *l. Sed etsi restituebatur, §. Ex quibus autem causis, ff. de Iudicibus*. Sed est benè verum, quod possunt cogi ad constituendum in loco ambasciatæ vnum procuratorem, licèt dictus procurator non possit conueniri, nisi postquàm Ambasciator ad eius Patriam fuerit reuersus, si tamen per eum, & non per fideiussorem cautionem præstiterit, vel de redeundo ad Curiam, vbi fuit citatus, ad effectum se defendendi, postquam in Patria eius facta ordinauerit, vel quòd in domicilio suo respondebit, & id ad electionem creditoris, ne sit in eius posse, vt à Iudicio se eximeret, *vt ait Castrens. consil. 398. num. secundo libro primo; Curtius Iunior in d. l. secunda, §. legatis num. secundo in fine; Colerius de process. execut. par. 2. cap. 3. num. 183. versic. Ambasciatores.*

19 Declara tamen, quòd licèt post expletam ambasciatam, siue legationem amplius illius priuilegium non duret. Nihilominus Ambasciatori, ac illius famulis non denegatur illud beneficium: ne conueniatur etiam in reditu, *vt ait Innocentius in capit. finali num. secundo versic. Item qua ratione de foro competen. & idem Colerius ibi supracitatus num. 185. versic. Licet.*

20 Contrarium tamen tenent multi, & præsertim *Curtius Iunior vbi supra num. 6. vers. 3.*

21. Extende primò, id quoque procedere in Romipetis, vel Peregrinis, qui Romam ad visitandum Limina Apostolorum pergunt; quia nec illi pro repræsaliis, nec pro debitis antea contractis conueniri possunt, *Auth. Omnes Peregrini, C. commun. de success. glos. in l. 1. §. Item Claudio, ff. de Iudic. & DD. in d. §. legatis, & ibi præcipuè Bart. Alber. & Curt. ff. eo. tit. de Iudic. Coler. ibi sup. nu. 190. vers. quod idem Iacob. à canib. ibi supra fall. 29.*

22 Extende secundo, idem procedere in famulis peregrinorum: dummodo tamen insignia gestent, *vt dicunt DD. superius alleg. & Mauson. de caus. execut. limit. 20. num 8.*

23 Extende tertiò procedere in Patre, qui iret advisitandum filium studentem, qui pro debito, neque pro repræsaliis detineri potest, *vt est glos. in d. §. legatis in verbo ob aliam Alberic. ibidem num. 7. vers. sequitur, & Curt. Iunior ibi id clarè affirmat, vt ait Mauson. ibi supra num. 9.*

24 Extende quartò procedere in omnibus aliis, qui ex causa necessaria, & probabili peregrè proficiscuntur, veluti testes causa testificandi, Iudices causa iudicandi, qui ad aliquem locum vocantur, *Felyn. & alij allegati à Mauson. ibi supra.*

25 Extende quintò procedere in rebus, quas necessitatis causa Ambasciatores, siue eorum famuli vehunt, vt sunt æqui, vestes, & alia necessaria; non autem in aliis rebus, *vt ait Ioannes de Lignan. in tract. repræsal. secūda parte 2. quæstionis principalis quæst. prima Coler ibi sup. num. 187. vers. quod tamen, & Mauson. ibi sup. nu. 11.*

26 Restringe tamen non procedere in contractibus celebratis tempore legationis, siue in aliis prædictis casibus;

quia dum ibi contrahunt, priuilegium amittunt, vndè pro illis conueniri possūt *Bart. Coler. & Curt. in dicto S. legatis & Mauson. ibi supra in fine*.

27 Declara septimò, quod tàm Ambasciatores, quàm legati debent esse securi eundo, stando, & redeundo pro ambasciata, & propterea nec represaliæ, neq; executiones contra eos fieri possunt, etiam sub prætextu quòd essent ex Principe, siuè ex Populo inimico, *vt ait Bal. in cons. 103. inc. punctus talis est lib. 4.*

28 Et ratio est, quia dum ex causa illa necessaria dant operam legationi, ex fictione Iuris supponitur ibi eos non adesse *iuxta tex. in c. fin. de for. compet. & nouis. Mauson. de decret. execut. lib. p. limit. 20. text. est in l. Sanctum ff. de rer. diuis. l. 2. S. legatis ff. de iudic. & ibi Alberic. n. 2. vers. Ambasciatorib. & Curt. Iun. n. 2. vbi testatur de communi*.

29 Extende primò, quòd immò si Ambasciator fuerit derobatus, dum in Ambabasciata extat, tunc eidem omnia damna restituenda veniunt, *vt ait Bart. in l. serui communis S. quod vero ff. de furtis, & in l. inter causas S. non omnia ff. eo tit. & ibi cōiter DD. Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 4. n. 115. & ita quoque fuit decisum in Romana mercium, seu repetitionis indebiti Vener. 18. Maij 1601. Coram Card. Pamphilio*.

30 Extende secundo, quòd illud, quod fuit dictum de Ambasciatoribus, procedit etiam in eorum famulis, qui arrestari non possunt in itinere, neque in loco legationis, *vt ait Iacob. à canib. in suo trac. repræs. nu. 21. fallent. secunda vers. & item Gothofred. in sua prax. ciuil. lib. 2. tit. 4. de Iuris voc. fol. 772.*

31 Extende tertio, quòd illud, quod fuit dictum de Ambasciatote, procedit etiā in Procaccio & Mulione, quibus si res, & merces, quas conducebant, fuerint derobatę, tunc eorum damnum spectat ad Dominum, *text. est in l. p. & ibi Bald. nu. primo C. depositi l. quæ fortuitis & ibidem Bald. Salicet. & alij C. de pignorat. act. l. prima C. locati l. contractus in fin. ff. de reg. Iur. Alex. cons. 74. nu. 4. lib. 1. Corn. cons. 318. lib. 4. Dec. cons. 474. n. 7. Gabr. consil. 159. n. 28. lib. 1. & Rota ibi coram Pamphilio*.

32 Fallit tamen quando Mulioni fuisset consignata vna capsa benè signata & custodita, sed ea dissigillata, & non signata reddita fuisset ab eo, quia tunc in odiū doli mulionis capsam dissigillatam restituendo, tenetur ad damnum, & emendationem rei amissę, & quoad illius valorem standum est Iuramento consignātis, attenta qualitate tàm consignantis, quàm recipientis, siue eorum bona, aut mala opinione, & fama, in quibus tamen valdè Iudicis arbitrio venit deferēdū; nec qcq̄ faceret, q̄ res particulariter non fuerint mulioni consignatæ, ad hoc vt verè de earum valore sciri possit, quia nostra interest secreta Patrimonij non pandi, aliàs si valor rerū ingens esset, id eò magis alliceret Mulionem ad furandum *vt pulchrè ait Paris. in suo cons. 74. per totum lib. 1. vide Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 5.*

33 Licèt ego valdè dubitem, quando res magni valoris essent, & depositarius esset quoque vir bonus, quia tunc Iuramento consignantis non esset standum; aliàs esset velle dare materiam peierandi in graue præiudicium tertii, *vt fuit dictum in hac materia in vna Romana de positi 9. Iunij 1595. coram Card. Pamph. Seraph. decis. 692. & Mascard. de prob. conclus. 1230. & multa dixi in verbo amissio*.

34 Extende quarto multò magis procedere, quando ipsemet Mulio, siue Procaccius vna cū mercibus fuisset captus, quia tunc ex quo eandem diligentiam in rebus alienis adhibuit, quam in propria persona fecit, itaque omni culpa carere debet *l. si constante S. si maritus ff. solut. matrim. Dec. cons. 473. sub n. 7. & xi. Aym. cons. 8. n. 23. & cons. 247. n. 6. ad fin. decis. Ianuen. 56. n. 6. & Rota ibi supra coram Pamphilio*.

35 Extende quinto idem procedere in depositario, siuè custode rerum, qui ad earum æstimationem non tenentur, si incursu lattonum illę deperdantur, & ratio est, quia incursus latronum inter fortuitos casus reputatur, veluti *fuit decisum in vna Romana Mercium Veneris 27. Ianuarij 1604. coram Card. Sacrato, quę est inter criminal. Farinacij decis. 208. n. 1. & Scacc. de comerc. S. 1. quæst. 1. nu. 134. cum seqq.* docet, qui casus dicantur fortuiti, quos per te videre poteris,

& Surd.

& Surd. in sua dec. vltima.

36 Fallit tamen primò, si id prędictorum culpa fuerit sequutum, & culpa præcesserit casum, alias secus, *vt fuit decisum à Rota ibi supra coram Card. Sacrato.*

37 Sed ad id notandum est, quòd culpa per allegantem probari debet, aut in agendo, aut in omittendo consistat, quod tamen intellige verum, quando Depositarius, vel alij similes nullam in illa re custodienda mercedem receperint, alias dicta mercede recepta, custos, siue depositarius, vel similes tenerentur nō suam culpam probare, & sic onus probandi illo casu in eum transiret; licèt id quoq; non procederet, quotiescumque ille casus euenire soleret sine culpa amittentis, vt est de solemni incursu bannitorum Regni, *vt loquitur illa decisio coram Car. Sacrato, vbi ait*, q̃ solitū, & reputatio cōmunis culpam excludit in Procaccio *text. est in leg. pignus verf. & alij solent de pignor. act. Ancbar. conf. 348. numero 2.*

38 Fallit secundò, quando depositarius, siue custos, vel mulio, seu Procaccius receperit pro custodia mercedem, quia tunc (vt superius dictum est) ad rei restitutionem tenebitur, quod tamen secus esset si merces fuisset soluta, pro transportatione mercium tantùm, & non pro earum custodia, quia isto casu non tenetur *vt ait Rota ibi coram Cardinali Sacrato.*

39 Fallit tertio quando Procaccius & similes modum securiorem in onerandis, & custodiendis mercibus non elegerit, quia tunc illud damnum esset eius culpę imputandum; nisi tamen Dominus mercium ità voluisset, quia eo casu ad illarum restitutionem non teneretur, *vt est tex. in l. fin. §. si ea conditione verf. si id sciuerit, ff. ad l. Rhod. de iact. & l. item quæritur §. 1. verf. siue inuito Domino ff. locat. & Rota in dicta Romana merciū coram Card. Sacrato.*

Sed quādo Hospes, Caupo, Nauta, & similes teneantur de furto commisso in bonis forensium vide *Marsil. in suo conf. crim. 23. per totum.*

40 Vltimò animaduertendum est, quòd antequam prætendatur rerum amisarū æstimatio, earundem identitas prius manifestis rationibus est probanda; licèt quando difficultas in ea probanda adesset, probationes aliàs non concludētes, nec non etiam coniecturæ sufficerent, quia isto casu illæ dicerentur probationes manifestæ, & præsertim quando essemus in probanda rerum identitate à bannitis raptarum, quod est difficillimū de sui natura, vt dicunt *D.D. allegati in illa Romana mercium coram Card. Sacrato.*

ARGVMENTVM.

De Amicitia, ac eius effectibus, & quomodo ea probetur.

CONCLVSIO C.

1 AMICITIA est mens eadem in duobus, pluribus ve inter se inuicem ad aliquod obeundum, & propterea Cicero de finibus bonorum, & malorum ait, quòd omnium rerum, quas ad beatè viuendum sapientia comparauit, nihil est maius amicitia, nihilque iucundius; neque verò hoc ratione solùm, sed multò magis vira, & factis, nec non moribus comprobauit *D. Thom. in 2. 2. quæst. 23. art. 1.* vbi ait, quadruplicem esse mutuam communicationem beneuolentiæ, scilicet naturalem, domesticam, ciuilem, & Diuinam.

2 Triplicem autē eam esse definit *Aris. lib. 8. Ethic.* nempè propter bonum vtile, delectabile, & honestum, Amicitia propter bonum vtile in senibus fieri videtur, qui non quod est delectabile, sed q̃ tantum est vtile, curant, Illa vero quæ est propter bonum delectabile, fit inter iuuenes, qui id, quod non est vtile, sed benè quod est delectabile curant, iuxta illud trahit sua quemque voluptas, Amicitia verò bonorum honestorum permanens ac stabilis est, ceteræ vero fragiles.

3 Et propterea *Hugo lib. primo* de claustro animæ, animaduertit, viro bonū necesse esse quatuor habere, & primū, vt oēs sibi amicos faciat. Secundū, vt si nō potest amicos facere, non faciat sibi inimicos. Tertium, vt si non illud operari possit, discedat. Quartum, vt si quis disce-

scedentem persequitur non vindicet.

4 Sed reassumendo illud genus amicitiç, quæ vocatur bonorum honestorum, ex tende primò, eam adeò inter amicos pollere, vt propterea illa veræ sanguinis coniunctioni comparari possit, *Iason in l. quæ dotis num. 75. ff. solut. matrim. Alciat. de præsumpt. regula prima præsumption. 28. & Afflictus decis. 304. num. 13.*

Et hinc fit, vt confidentialis institutio fieri possit in persona amici, ad fauorem incapacis, quæ aliàs fieri minimè posset, *vt ait Peregrin. de fideicom. artic. 3. num. 19. & veluti fuit dictum à Rota in decis. 557. num. 3. par. prima in recent.*

Vndè hic erit opportunè animaduertendum, quòd quis hæres fiduciarius esse dicetur, si ille, cui testator relinquere volebat, erat eidem testatori dilectus, & ille, qui fuit hæres relictus erat eidem testatori fidus, & amicus, & de tota hæreditate ageretur, veluti quoque talis probatur, si ille, cui testator erat relicturus in contumacia Curiç extabat, vt fuit dictum *à Rota per Cardinalem Caualerium in sua decis. 381. num. 4. & seq.*

Item fiduciarius hæres ille dicitur, de quo testator dixit *mi fido esseguirà la volontà mia conforme che sà*, vt ait *Rota ibi supra num. 3.*

Declara tamen, vt non sit opus per septem testes probare aliquem fiduciarium hæredem esse cum tali casu de substantia voluntatis non agatur, sed de illius declaratione tantùm, *vt ait Rota ibi supra num. 6.*

Declara præterea, quod fiducia in testamento, ac institutione ex coniecturis probatur, & per quas tradit *Rota ibi supra coram Caualerio num. 10.*

Subdeclara, quòd postquam talis fuerit probatus hæres fiduciarius, tunc ille tenebitur omnia vna cum fructibus restituere, nulla quarta retenta, *vt ait idem Cardin. Caualerius in sua dec. 284. num. 3.*

5 Extende secundò principalem conclusionem, vt scilicet nedum amicitia magna præferatur sanguinis coniunctioni, *vt ait Menoch. de præsumpt. vlt. vol. præsumpt. 89. num. 70.* Verum etiam, & illi fraternitatis, vt ex illius effectibus id optimè comprobari videmus; Nam talis amicitia, primò facit, vt vnus sit custos animi alterius, & consiliarius intimus, & alter ego, & vna anima. secundò operatur coniecturam volũtatis testatoris. tertiò inducit scientiam gestorum amici, itaut facultas iurandi concessa defuncto transeat in hæredem amicum intimum, & ratio ea est, quia secreta amicis intimis committuntur, & illorum consilia in negotijs adhibentur, vt optimè ait *Gratian. lib. 5. disceptat. capit. 930. num. 15. cum seqq. & prius libro primo disceptat. capit. 200. num. 10. & nu. 12. & Gaill. de pace public. lib. 2. decis. 10.*

6 Quinimmò nota, quòd amicitia apud Philosophos in tanta æstimatione fuit reputata, vt propterea inter eos aliquando contigerit dubitari, an quis amici causa deberet contra patriam sentire, vt amico morem gerat, item an oporteat, vt filium deferat dum indulget, atque commoditatibus amici intẽdit, ad quod enim dicere solebat *Diuus Ambrosius lib. 3. officiorum cap. 15.* quod claua, & gladius, & sagitta ferrata homo est testimonium dans falsum aduersus amicum suum, & ibidem ait loquendo de amicitia honesta, quod ea est præferenda opibus, honoribus, & potestatibus, subdens tamen ibidem, quod amicitia probabilis ea dicitur, quæ honestatem tuetur, & sic, quod ea præferri non soleat honestati, sed eam sequi, sicut fuit de Ionatha, qui pro pietate amici, nec offensam Patris, nec propriæ salutis periculum refugiebat, item legitur de Abimelech, qui pro hospitalis gratiæ officiis necem potius sibi, quàm proditionem fugientis amici subeundam arbitrabatur, & multa alia priuilegia amicitiç ponit *Gaill. de pace publ. lib. 2. dec. 10. num. 17. cum seqq.*

7 Extende tertio, quòd si quis alicui amico, siue eius filio alimenta prçstiterit, tunc ea donata prçsumuntur, itaut illa prçstans amplius repetere nõ valeat, *text. est in l. is, qui amicitia, & l. ex duobus, §. fin. ff. de negot. gest. Alex. cons. 110. incip. videtur vol. 7. Decius cons. 624. incipien. in casu num. 6. Crauett. cons. 86. incip. Magister num. 2. & Angel.*

Angel. in auth. de Monachis. §. Cogitan. quem citat *Alexan. consil. 39. num. 10. vers. Sed vltra, lib. 6. vbi ait,* quòd amici illi dicuntur, ex quibus est vnum velle, & nolle, *idem ait Gayll. in præcitato loco.*

8 Declara tamen id esse verum, dummodo hæc tria concurrant, veluti dicitur de coniuncto, cui alimenta a persona coniuncta præstita fuissent, nempe primò, quod expresse sint factę in persona, non autem in rebus, vt sunt illę alimentorum. Secundò, quòd illa persona alita sit non leuis, sed magnę amicitiæ. Tertiò, quòd expensæ in alimentis sint modicę, & non magnæ. Addo quartum, quod est, vt alimenta præstans non debeat esse pauper, quia tunc non animo donandi, sed repetendi præstita pręsumuntur. *Rota decis. 742. num. 6. par. prima diuers. & Marilia decis. Rota Ian. 68. & Card. Tusch. in verbo Alimenta conclus. 301. & 302. & veluti dixi supra in verbo Alimenta, vbi recurras.* Et istud vltimum requisitum mihi reuera valdè rationi consentaneum esse videtur, cum sit inconueniens dicere, vt pauper debeat in eius pręiudicium ad fauorem amici liberalis existere; quia sufficit, vt in paucis amici labore consulatur, *vt ait Magon. decis. Florentin. 57. num. 58. & est text. in l. Tutori, C. de negot. gest. & Rota decis. 864. in antiq. sub num. 5.*

9 Extende quartò, quòd disposita de consanguineis ad amicos magnos trahuntur, *vt ait Gratian. dicto cap. 200. num. 5. & Farinac. in sua praxi crimin. quæst. 13. num. 32. par. prima.* Et propterea videmus, quòd amicus potest appellare pro amico absente, dummodo tamen ratificatio sequatur intra tempus debitum, & cum cautione de rato, *vt ait Scac. de appell. quæstione quinta, num. 67.*

10 Extende quintò, quòd amicus possit eligere sepulturam pro amico, veluti pater pro filio, quod tamen intellige verum, quando id à consuetudine admitteretur, aliàs secus, *vt ait Franc. in cap. licèt, de sepult. in 6. num. 3. & Gratian. dicto lib. 1. cap. 94. num. 80.*

11 Extende sextò, quòd amico quoque ius accusandi competat super nece amici defuncti, etiam ad exclusionem hæredis scripti, licèt non ad eam consanguineorum, & quando essemus in amico simplici, at secus, quando amicus iam esset inueteratus, *vt ait Farinac. in prima par. suæ praxis criminal. quæst. 12. num. 33. & seqq. fol. mihi 128. & 129. cum ibi alleg.*

12 Extende septimò, quòd etiam amico liceat pro alio amico vitam ponere, quod tamen declara id habere locum, non quando quis mortem opeteret pro saluanda illius vita, sed benè, quando id faceret amore virtutis, & ad aliorum exemplum, aliàs inconueniens esset, vt quis pro salute alterius propriam poneret, nam solum vita debet poni pro Patria, quando eam ponere esset salus Patrię, & Ecclesiæ, adeò, vt in pari necessitate sui ipsius, & Patrię semper prius sit Patrię subueniendum, quam sibi, patri, aut filijs, & id fit, quia charitas illius est ciuibus Romanis antiquior & carior, quàm illa patris, aut liberorum, *vt ait Cicero, & Gratian. lib. primo discept. cap. 176. num. 16.*

13 Extende octauò, quòd donatio amico facta non reuocatur ex dispositione, *l. si vnquam, C. de reuocand. donation.* quando tamen amicitia sit magna, *vt ait Socin. consil. 39. colum. vltima lib. 3.* Quod tamen intellige verum, iuxta declarationes quas ponit *Surd. de alimen. tit. 6. quæst. 21. num. 11. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 200. num. 9.*

14 Extende nonò, quod in legato amico relicto intelligitur clausula codicillaris, ita vt illud etiam ex testamento minus solemni debeatur, *vt ait idem Gratian. dicto lib. primo, cap. 200. num. 8.*

15 Extende decimò, quòd legatum relictum amico, qui sit Rector alicuius Ecclesiæ, illud contemplatione amicitię, non autem Ecclesię relictum censetur, veluti dicitur de eo facto seruitori coniuncto, & consanguineo, quia illud censetur relictum seruitutis, non autem consanguinitatis contemplatione, & propterea si illa legata ab illo testatore relicta reuocabuntur, illud quoque consanguineo relictum reuocatum censetur, quia seruitus, & non coniunctio contemplata pręsumitur, *idem Gratianus vt supra num. 7. & ita quoque fuit decisum in dicta Romana de Casarinis Luna 19.*

Mouem-

Nouembris 1601. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1. 09.

16 Extende vndecimo quod istud genus amicitiæ in tantum ligat, vt propterea vnus qui sit talis pro amico idoneus testis esse non possit; quia amicus ita facilè pro amico, veluti inimicus de inimico mentitur; licèt talis non sit verè amicus, qui pro amico mentitur, nec minus amat Iudicium, ita faciendo, *vt ait Mascard. de probatio. conclus. 86. num. 14. & concl. 1357. num. 57.*

17 Et propterea adagium vulgò circumferatur, amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas, *vt ait Afflict. decis. 96. nu. xi.*

18 Limita tamen primo, non procedere, quando quis esset vtrique parti amicus, *vt ait Rota per Card. Mantic. decis. 372. num. 5. Bartol. in suo tract. de testibus Marsil. in suo singul. 178. & ita sæpè decisum à Rota, & signanter in vna Ferrarien. matrimonij 19. Iunij 1610. coram Ortembergo.*

19 Limita secundò, non procedere, quãdo ille testis esset vir multæ sanctitatis, & famæ; quia tunc fidem faceret pro amico, veluti faceret si esset coniunctus pro alio coniuncto, iuxta ea quę *ait Iason in repet. l. admonendi nu. 180 vers. limita ff. de Iure iuran.* & ratio prædictorum ea est: quia amicitia magna ęquiparatur coniunctioni sanguinis, *vt ait Surd. dec. 346. nu. 15. & Afflict. dec. 304. num. 13.*

20 Limita tertiò, q̃ testis amicus nõ repellatur, qñ deponit super re aliqua, ex cuius depositione neq. cõmodũ neq; incõmodum resultari potest, veluti si deponeret super re vendita, & amicus vendens de euictione nõ teneretur, *vt ait Abb. in l. tertia ff. de testib. lib. 2. nu. 18.*

21 Limita quarto, non procedere si in admissione testium nihil fuit oppositum à principio, *vt ait gloss. & DD. in l. si quis testibus, C. de testib. & ibi Salicet. col. 6. &* in quibus verè testimonio amicorum sit credendum, tradit *Rebuff. in tract. de priuil. schol. priuil. 104 nu. 15. fol. 402.*

Extende prædictas limitationes multo magis procedere, quando testis amicus, siue alio modo affectionatus in principio sui examinis fuerit protestatus non intẽdere velle partibus præiudicare, nisi quatenus ius assistat, & non aliàs, quia tunc amicitia non repellit testem à testificando: cum re vera probis iuris debeat esse magis cara veritas, quã amici dilectio, & verus amicus nisi bonum, & honestum ab amico quærit, *vt dicunt doctores allegati a Gratia. lib. 2. discept. cap. 277. n. 1. & seq.*

Subextende prædicta, eò magis procedere, si essemus in teste clerico, siue alia persona legali, & fide digna, *vt dicunt Aneh. q. 32. n. 5. l. 1. & Bursatt. cons. 87. nu. 3. lib. primo, & Grat. ibi supra n. 3. vbi ait,* quod isti admittuntur in testes dicta amicitia, siue affectione non obstante.

22 Quinimmò notandum est, quod ad hoc, vt amicitia quem a testificando repellat, debet esse immoderata, veluti fuit decisum *à Rota in vna Turritana tertiaria, tertia Iunij 1595. coram Card. Seraph. in alia Parmeñ Status quinta Iunij 1596. & in eadẽ coram eodem 20. Nouembris eiusdem anni, quæ sunt in eius impress. decis. 1147. & decis. 1191. nu. 3. & decis. 1205. nu. primo.*

23 Secus autem, quando ea esset ordinaria, prout est in actu virtuoso, & veluti si quis esset amicus communis, quia tunc ea non repellit à testificando, & id arbitrio Iudicis est remittendum, qui debet causas amicitiæ considerare, *Felin. in cap. primo de testib. Alex. cons. 78. n. 3. lib. 1. Salicet. in l. eos vers. quæritur an amicus C. de testib. & ibi Bartol. n. 1. & in l. testium §. ideoque ibi tu magis de testibus & ·. si vere tale ibi veruntamen si hoc Iudicis prudentia, & cap. 3. loco & ibi glos. vers. testium ibi tunc considerabit Iudex de prob. Bal. in l. scripturas in princ. C. qui pot. in pign. hab. vers. statur ergo. Corn. cons. 131. circa fin. lib. 4.* Et ratio est, quia testibus solet fides adhiberi iuxtà illius arbitrium, *Abb. in cap. cum Ioan. nu. 3. in fin. vers. Ergo concorda Felin. n. 44. vers. & in hoc de fid. instr. & Rota in dicta Ferrarieñ. matrimony coram Ortembergo.*

24 Rursus, quod amicitia ad prædictum effectum debeat esse magna, item quod in hoc sit standum arbitrio iudicantium *ait Gratian d. libro primo discept. c. 200. nu. ·.* vbi subiungit, quod ea quæ est apta ad repellendum testem, eadem erit, potens ad recusandum Iudicem, veluti dicam

dicam in verbo appellatio in ampliatione 59. & ibi recurrere poteris, & de circumstantijs, & effectibus amicitiæ probandis, *ait Natt. in suo cons. 95. n. 13. & cæteri alleg. à Grat. ibi sup. n. 15. & Tiraq. de pœn. temperan. caus. 23. viden.*

25 Secus autem erit dicendum, quando essemus in teste turpis ac inhonestæ amicitiæ, & sic ob bonum delectabile, vt esset Amasius pro Amasia, quia cum amor sit species furoris, vt ait Plato in Phedro, & veluti latius dicam in verbo Amor, & sic cum multos malos effectus hmõi amor operari possit, propterea à testificãdo repellit; nam possibile est, q Amasius omne fas, & nefas pro Amasia committit, quia vt dici solet talis amor omnia vincit *l. secunda, §. & cum placuisset, ff. de orig. Iuris, & ob id Bald. ibi ait*, q amor puellarum rectum iudicium subuertere solet, *quem sequitur Bauer. in §. Pater col. 4. Instit. de testib. Abb. in c. quoties n. 5. de testib. & Mascard. in concl. 86. nu. 20.* vbi adducit exemplum de Cleopatra cum Cęsare *Tusch. in verbo Testes concl. 202. & Farin. in tract. de testib.* ad quos recurrere poteris, quando casus euenerit, & veluti ego quoq; latè dicam in verbo Testis.

26 Item amicitia quomodo probetur tradit etiam *Mascar. de prob. concl. 85. per tot.* vbi in primis ait amicitiam per duos testes probari, sed deponere debent inter tales esse idem velle, & idem nolle: quia amicus est alter ego, *Bald. in l. errore col. 1. vers. item amicitia, C. de test. Ang. in Auth. Demon. § cogitandũ Felyn. in c. cũ causam col. 5. circa fi. de testib. Bart. cons. 3. n. 27. vol. 7. Io. de Amic. cons. 148. n. 11. Natt. cons. 298. num. 4. vol. 2.*

27 Contrarium tamen *ait Gratian. libro 1. discept. cap. 200. num. 20.* vbi dicit quòd per confessionem amicitię à teste factam non dicitur probata taliter amicitia, quę reddat illius depositionem inualidam; sed debemus intelligere non de carnali, sed de ea charitatiua, secundum quam proximũ diligimus, & sic non per nostras vtilitates; sed solum quia est naturę nostrę particeps, & verę veritatis custos; & tunc talis dilectio charitatiua in amicum non repellit à testificando veluti facit altera ex illis rationibus, quę superius deductę fuere, & veluti in istis terminis ait *d. Gratian. lib. 2. discept. cap. 277. num. 1.*

28 Quam quidem opinionem extende procedere, etiamsi testis in depositione dixisset, se esse amicum talis, & quòd pro eo vitam exponeret, quia non per hoc sequitur, quòd ipse esset perditurus animam pro eo deponendo falsum, cum anima sit valdè preciosior corpore, & cunctis rebus, nec de vno ad aliud tenet consequentia, *vt ait Farinaccius alleg. à Gratian. ibi supra in dicto cap. 200. nu. 21. & seq.*

29 Contrarium licèt videatur tenere *Alex. cons. 186. num 6. lib. 7.* dicens, quòd quando testis dicit esse amicum talis, id venit intelligendum de magno, quia appellatione amicitię venit magna amicitia, cum leues amici non dicantur propriè amici, veluti exemplificando de debito, vulnere, febri, & similibus, quorum appellatione non venit modicum debitum, leuis febris, vel vulnusculum, *vt ait idem Grat. ibi sup. n. 18. & 19.* licèt inferius testetur primam opinionem esse veriorem.

30 Extende primò, quòd ex salutatione, & assidua conuersatione amicitia arguatur, & propterea ex huiusmodi conuersatione amicus pręsumitur informatus de gestis alterius amici, *vt ait Rot. decis. 711. n. 2. par. 2. recent. & Marc. Mant. cons. 173. vol. 2. & Abb. in cap. repelluntur n. 2. de accusat. & Grammat. cons. 42. nu. 12. & dec. 34. nu. 6. & Ioan. de Amic. cons. 41. & 85. nu. 17. & Rota per Card. Mantic. dec. 372. nu. 3.*

31 Subextende, quòd ex salutatione reconciliatio quoque pręsumitur, si prius inimicitia inter aliquos aderat, vt docet idem *Marc. Mant. cons. 225. nu. 15. cum seq. vol. 1.*

Quod tamen secus esset, quando non sponte quis salutaret inimicum; sed ductus à patre, & sic illũ metu reuerentiali salutasset, & alter eum salutantem resalutasset, vt in hoc puncto multa ait *Fariuacc. in suo consil. 98. per totum volum. 1.*

32 Extende secundò, quòd amicitia arguatur: veluti si quis fuisset electus ad aliquid peragendum pro eo, cum ex hoc maxima confidentia pręsumatur, *ad trad. per Bartolum in l. amicissimos, ff. de*

ff. de excusat. tutor.

33 Extende tertiò, quòd ea arguatur etiam ob hæreditatem, & legata alicui relicta, *vt ait Bart. in dicta l. amicissimos, & Bald. ibi de excusat. tutor. & Ioan. de Amic. consil. 4. num. 18.* Et ratio est, quia ea per affectionem, & benemerita fiūt, *Doctores in l. necnon adiecit, ff. pro socio, & Farinac. d. cons. 98.*

34 Extēde quartò, q si in præteritum probetur amicitiam semel inter duos extitisse, etiam ad præsens extare præsumitur, quia valet argumentum de præterito ad præsens, *l. cum ipsius, C. famil. hercis cun. Felin. in cap. scribebam, num. 3. vers. Item, de præsumption. & est text. in l. ex persona, C. de probat. & l. si hi qui, C. de adult. & Maceraten. variar. resol. resol. 50. num. 4. lib. 3.* vbi colligitur istud argumentum in delictis quoque procedere, & propterea videmus, quòd vxor committens stuprum in viduitate, censetur commisisse etiam adulterium ante mortem viri, *iuxta ea quæ dixi in verbo Adulterium, ex doctrina Menoch. in suo cons. 31. num. 24.*

Contrarium, quòd scilicet de præsenti, regulariter non præsumatur in præteritum, *ait text. in cap. si eo tempore, de rescript. in 6. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26.* & ideò contrarium volens illud probare tenetur, *vt ait Maceraten. in præcitato loco, num. 5. & Gozadin. cons. 66. num. 6.*

35 Declara tamen primò, quòd licèt istud argumentum de præterito ad præsens valeat, tamen id procedit, dummodo aliqui actus intermedii contrarii non probarentur, & sic igitur Amicitia, quæ olim fuit, hodie quoque præsumitur. Si tamen inimicitiam inter eos superuenisse non probetur, *Afflict. decis. 104. cum aliis allegatis à Rotæ in Hipporegien. Capella veneris 4. Iulij 1608. coram Penia, & dec. 233. par. 1. recent.*

36 Sed est bene verum, quòd illa qualitas extrinseca inimicitiæ de nouo superuenta esset ab allegante probanda, veluti erit etiam dicendum de eo, qui amicitiam allegat; quia ista qualitas, quæ foris eminet non præsumitur nisi ab allegante probetur; quod quidem intellige verum, quando tractatur de probanda amicitia in specie; Secus vero, si tractaretur de ea probanda in genere, quia omnes generaliter præsumuntur amici, licèt tali casu vocētur amici *à Dio, à Dio, text. est in l. si quis, & ibi Bald. volum. fin. versic. Nota, quod ille, C. de testibus, & Maceraten. in præcitato l. co, numero quinto.*

Declara secundò, illud argumentum valere de præterito in præsens dūmodo status non sit difformis a statu, qui necessariò aliquo tempore fuit in præteritum, *vt ait Ias. in l. si prius num. 44. ff. de nou. oper. nunciat. Alciat. in d. præsumpt. 26. & Maceraten. dicta resolut. 50. num. quinto.*

Declara tertiò, eam opinionem non esse veram, quando non constat de initio, & sic de continuatione non dubitatur, *vt ait Hondcd. cons. 79. num. 43 lib. primo.*

Declara quartò dictam primam opinionem esse veram, dummodo actus licitus non efficeretur illicitus, veluti si donatio licita præsumeretur illicita, nempè cum fraude, & quod per consequens ea elusoria redderetur, *vt ait Bald. in dicta l. ex persona Alciat. d. præsumpt. 26. & Maceraten. resol. 50. sub num. 5. vers. 3. quia cessat;* secus autem si breuitas temporis intercedit ab vno tempore ad aliud, quia tunc eò magis illud argumentum procederet, *vt dicunt Doctores prædicti allegati à Maceraten. ibi supra num. 4.*

37 Extende quintò, quòd id, quod fuit dictum de istis talibus, qui ob amicitiam à testificando repelluntur, procedit etiam in mulieribus, vt consuluit *Bald. cons. 40. vol. 2.*

38 Sed quomodo amicitia magna probetur tradit etiam *Abb. in cap. quoniam de offic. deleg.* & pro ea probanda, quomodo Articuli sint formandi, docet *Franc. Marc. in tract. de testib. nu. 65. tom. 13. fol. 62.*

ARGVMENTVM.

Amissio feudi ob quas causas sequatur.

CON-

CONCLVSIO CI.

1 AMISSIO feudi, nota, quòd ex eisdem causis fieri soler, quibus potest filius à patre exhæredari, & donator suam donationem inter viuos reuocare, vel ex similibus, atque maioribus Vasallus feudo priuari potest, & hoc iudicis discretioni remittendum erit, *vt ait Andreas Gayl. decis. 157. par. 2. & Marta in compil. decis. tom. 4. in verbo Amisso, cap. 3.*

2 Et ad probandam ingratitudinem Vasalli, per quam postea amissio feudi sequatur, nota, quod quinque testes integræ opinionis, & famæ requiruntur; & licèt quis præsumatur bonæ opinionis, & famę; non tamen ista præsumptio ad gradum superlatiuum extenditur, vt in materia fellonię probandæ erit necessarium ad hoc, vt dignè priuatio feudi sequatur. Quinimmò volens Dominus ad felloniam agere tempore, & locum, vt in criminalibus accusationibus exprimere debet, etiam si ad id ciuiliter agatur, *vt ait idem Gayll. in dicta dec. 157. & Marta ibidem ferè in fi.*

3 Quo enim delicto sic probato, tunc Dominus, si sumus in feudo nouo, potest illud ad se auocare, si verò sumus in antiquo, ad agnatos reddit, veluti ita seruari in Camera *testatur idem Gayl. in præcitato loco, & Marta in vlt. verb. in d. c. 3.*

4 Declara tamen, quòd ad hoc, vt legitimè ad commissum agi possit, hæc sunt necessaria, nempè feudi probatio ex parte agentis, ingratitudo ex parte Vasalli, & quod delinquens sit maior quatuordecim annis, & sciat, vel scire debeat rē esse feudalē, quia eo casu poterit postea Dominus rei vendicatione directa, aut cōdictione ex moribus ex vsu feudorū agere, *iux. trad. per Guidop. dec. 54. n. 2. & seq.*

5 Extende id in tantum esse verū, quod licet Vasallus ob felloniam commissam ipso iure feudum amittat; tamen quoad illius priuationem sententia declaratoria erit necessaria, præcedente prius cognitione causæ, per legitimas probationes, vt superius dictū est, necnon citato prius Vasallo, ad viden. declarari se incidisse in pœnas felloniæ, &c. cum in re tàm graui non sit procedendum iuris ordine non seruato, *vt animaduertit Andreas Gayll. dec. 51. par. 2. Grammat. dec. 15. consil. Neapol.*

6 Animaduertendo præterea, quòd post eius mortem, amplius declarare non poterit, si de hoc in vita Vasalli scientiam habuerit, & de eo conquestus non fuerit, *vt ait Octau. Cacher. decis. 29. Senat. Pedemont.* Veluti quoque eodem modo dicitur de marito, qui post mortem vxoris, non poterit dotem superlucrari ob illius adulterium, si ea viuente de hoc maritus non fuerit conquæstus, quia per huiusmodi taciturnitatem delictum remissum censetur, vt latè dixi supra in Verbo Adulterium.

7 Quod tamen limita non procedere, quando essemus in rebellione notoria actu persistente; quia tunc in hoc altera probatio non est in contrarium admittēda; sed tunc Dominus de facto, & sine sententia possessionem feudi accipere potest, *vt ait idem Andreas Gayll. ibi supra, & Marta in præcitato loco cap. secundo.*

8 Et reassumendo principalem conclusionem, Amplia eam procedere, quòd scilicet Vasallus feudum amittat, si illud, vel partem eius ex certa scientia, dolo, vel lata culpa Domino negauerit, aut crassa, vel supina ignorantia se nescire dixerit, quia cum in hoc erit conuictus illud feudum amittet, *ad trad. per Cacher. dec. Pedem. 29. & Guidop. ibi sup.*

9 Amplia secundò, quod Vasallus amittit feudum, & fructus, si illud vti rem Burgensaticam alienat; quia ex hoc Dominus taliter iniuria afficitur, vt propterea illud ei apertum fiat, & in quemcumque, etiam singularem successorem transit, *vt ait Affl. dec. 255. num. 1. & 3.*

10 Amplia tertiò, quod feudum per Vasallum amittatur, si intra annum mortem non denunciauerit, & iuramentum fidelitatis non præstiterit, aut renouationem inuestituræ intra tempus non petierit, licèt id non ipso iure, sed per sententiam faciendum veniat, *vt ait Guidopap. in decisionib. 165. 166. 167. 168. & 169. Afflictus dicta decisione 255. num. 3. & Franch. decisione 425. num. 1.*

11 Subamplia id in tantum esse verum, quòd vnum sine altero adimplere non sufficit. Vndè dolus, & contumacia ex eo solo non cessat, si quis canonem soluerit, sed Dominum non recognouerit; fidelitatis iuramentum non præstiterit, nec inuestituram intra tempus debitum petierit. Nam veluti soluens partem canonis à iure suo cadit non soluens integrum, ita etiam dicitur de eo, qui soluit censum, sed cætera non adimpleat: siquidem inuestitura est signum deuotionis, siue recognitionis, & propterea si illud non fit, quis à iure suo cadit, quasi signum reuerentiale facere omittens, & magis interest Domini, vt recognitio fiat, quàm quod census soluatur; quia per inuestituram probatur feudum, & eius substantia conseruatur, census autem extra causam feudi potest solui. Vndè ex prædictis defectibus Senatus Mantuæ censuit reos conuentos non esse excusandos, *vt ait Surdus in decisione 221. num. 19. & sequen. cum alijs in eius per eum allegatis.*

12 Declara tamen primò, id non procedere, si moram Vasallus celeri satisfactione purgabit, & ad hoc annus assignatur, qui incipit currere à die adeptæ possessionis, vt ait *idem Guidopap. ibi supra in prædictis decisionibus.*

13 Declara secundo, non procedere, quando Vasallus esset minor, quia tunc excusatur, *vt ait Vrsill. ad Afflict. dec. 265. num. 91.*

14 Declara tertiò, non procedere, quando Vasallus si non denunciauit duplicatum releuium tamen persoluit, quia tunc excusandus venit, *idem Vrsil. in d. dec. 265. num. 95. & Franch. dec. 425. num. primo.*

15 Amplia quartò, etiam procedere in fratribus, quando non petunt inuestituram feudi ab alio fratre defuncto in communi possessi, nam isto casu feudum ipsi amitterent; *vt ait Surdus decis. 221. num. 1.*

16 Subamplia, quòd neque allegatio ignorantiæ prædictis fratribus prodesse poterat, quando inter eos habitatio erat communis, & communio bonorum, & insimul versabantur, quia ex coniunctione sanguinis, communione bonorum, & conuersatione scientia præsumitur, etiam si essemus in actis momentaneis, & non successiuis; quod tamen declara, verum quando agitur de pœna pecuniaria, ad quam enim incurrendam præsumpta scientia sufficit; secus vero vbi ageretur de corporali, quia tunc ignorantia excusat, dummodo crassa, & supina non esset, *vt dicunt Surd. dicta dec. 221. num. 1. & 9. cum seqq. & Marta ibi sup. in cap. 8.*

17 Extende idem procedere, & è conuerso, nempe, quando Dominus delictum Vasalli ignoraret; quia si postea seruitium ab eo recipiat sibi præiudicasse non censetur, & multo minus, si id à factore Domini causaretur, vt si postea censum, aut canonem post incursam caducitatem reciperet: & ratio est, quia potestas factoris est debilior illa Domini. Quinimmò cum actus petendi inuestituram, & recognoscendi Dominum, sit successiuus, & per consequens contineat continuum contemptum, donec recognitio fiat. Hinc propterea fit, quòd licet aliquando possit esse, quòd Procurator, siue Dominus, seruitium à Vasallo receperit, nihilominus cum contemptus non sit extinctus, sed adhuc duret, igitur de nouo caducitas declarari poterit, *vt ait Marta in dicto cap. 8. ex doctrina Surdi in dicta dec. 221. num. 18.*

18 Amplia sextò, quòd Vasallus feudum amittat, si cum hostibus Domini armatus, & eis opem ferens fuerit visus; at secus, si sine armis, & simpliciter fuerit inuentus cum eis, *vt ait Grammat. decis. 15. consil. Neapolit. & Marta ibi supra cap. primo.*

19 Amplia septimò, quòd si Vasallus interpellatus non soluerit canonem amittit feudum, nisi tamen id ex eius impotentia facere cessauerit, veluti quia ei nati essent multi filii, licet tamen excusatio impotentiæ ei non suffragaretur, quando ex eius culpa impotentia euenisset, *vt ait Vrsill. ad Afflict. decisio. 252. num. 11.*

20 Amplia octauò, idem procedere, quando Vasallus videret Dominum periclitantem, & eum nō adiuuaret, quia tunc si absque interpellatione etiam ei

ei non subueniat feudum amittit, *idem Vrsill. ibi supra num.* 2.

21 Si verò vassallus duos Dominos habeat, tunc antiquiorem adiuuare tenetur, *idem Vrsill. dec.* 265. *num.* 55.

22 Amplia nonò, quòd feudatarius pater feudo priuatur, ob delictum filii, quod tamen secus esset, si dictum filium Domino præsentaret, *vt ait Iacob. de Frauch. tit. de ijs, qui feud. da. poss inter decis. Vincentij de Franch. car. mihi* 135. *num.* 48.

23 Declara tamen primò, quòd illo casu si filius à patre Domino sit præsentatus non debet pœna capitali puniri: & ratio ea est secundum *Iacob. de Franch. ibi supra*, quia posuit in manibus Domini vti in Arbitratorem, qui in criminibus publicis sententiam exequi non potest.

24 Declara secundò, quòd sit in electione patris, vel se à filio separari, vel eum ad Dominum conducere; quia altero ex istis casibus ab amissione feudi se defendit, & quando fit per patrem adductio filii ad Dominum, id operatur, vt eum misericorditer tractet, ne videatur pater vti carnifex proprium filium ad macellum conduxisse, *vt ait Vrsill. ad Afflict. dicta decis.* 265. *num.* 202. *&* 203.

25 Amplia decimò, quòd feudatarius feudum amittat, si merum, & mixtum imperium sibi vsurparet, quod tamen declara procedere, si id scienter tentauerit, at secus si ignoranter, veluti, quia credebat id sibi competere, cum vidisset suos maiores in huiusmodi possessione extare, illusque effectus exercere, *vt ait Vrsillus ibi supra*, *numero* 105.

26 Amplia vndecimò, quòd Vasallus feudo priuatur, si occidat Patrem Domini, at secus, si proprium fratrem, & multo magis, si delinquat in proprium Dominum; quia tunc feudum fit franchum, *vt ait Matth. singular.* 122. *incip. Vasallus*, *& Vrsill. ibi supra num.* 58.

27 Amplia duodecimò, quòd feudatarius amittat feudum, quando illud vendat sine consensu Domini; secus verò, quando alienaret cum illa clausula, Reseruato consensu Domini, nec aliàs, nec aliter, nec alio modo; quia tunc per eam Vasallus feudum non amittit cum tunc ius Domino illæsum præseruetur, *Vrsill. ibi supra*, *& ego latè dicam in verbo Emphiteuta*.

28 Amplia decimotertiò, quòd feudatarius feudum amittat ob crimen læsæ maiestatis à quo omninò cauere debet, *vt ait Vrsillus ad Afflictum decis.* 265. *nu.* 65. & quibus modis illud committatur, *tradit Capic. decis.* 18. *& latius per Hieronym. Aegid. in suo tract. læsæ Maiest. per tot. & idem Affl. decis.* 21. *& ibi Vrsillus eum sequitur*.

29 Extende, quòd ne dum Vasallus cauere debet à proditione contra Dominum, sed etiam contra eius fratrem, vt superius dixi, & animaduertit, *idem Afflict. dicta decis.* 265. *num.* 63.

40 Et tunc dicitur proditiosè occidere, quando sine diffidatione occiderit, *idem Afflict. ibid. num.* 64.

ARGVMENTVM.

AMISSVM IN LVDO quando sit repetendum.

CONCLVSIO CII.

1 AMISSVM in ludo Taxillorum ad hoc, vt repeti possit, nota, quòd distinguendum est *cum Innocent. in l. finali, ff. de aleator. & in capitulo Plerique, de Immunitate Eccles. vbi ait*, quòd si ille, qui traxit, alterum ad ludendum lucretur, tunc illud, quod est amissum alteri restituere tenetur; si autem ille, qui perdidit, fuit qui traxit, tunc ille non repetit, *vt ait Guidopap. decisione* 581. *num. secundo*, *idemque ait Diuus Thomas secunda secundæ, quæstione* 32. *articulo septimo*, *& plenius in summa Confessar. libro secundo, titulo octauo, quæstione secunda. & Hostiens. in summ. de pœn. & remiss. §. Quæ pœnitentia sit pro peccatis, vers. quid de lusoribus, colum.* 18. *& Cappell. Tholos. decis.* 193. *num.* 1.

2 Contrarium, quòd scilicet ludus alearum

rum nullam actionem pariat, & quòd neque etiam actio oriatur ex contractibus occasione illius ludi celebratis, puta mutuo, deposito, & similibus, *fuit decisum à Rota in Romana pecuniaria, Veneris 15. Martij 1602. coram Gregorio Decimo quinto, quæ est in eius impressis decisione 47 num. secundo, & sequen.*

3 Et ratio istius secundæ opinionis ea est; quia illa consuetudo, quæ inducit homines ad peccandum (vt est in ludo, qui dicitur pabulum Diaboli, cum ex eo inducantur facile Furta, Blasphemiæ, Rixæ, & mali tractatus in familiis ludentium, quia solent cum ad domum redeunt sed perdiderint sæpè eam funditus euertere, & sic dicta consuetudo, in qua n, vti de re turpi dicitur abusus, & per consequens non tolleranda argumento, *l. quod non ratione de legibus, & Adden. ad Cappell. Tholos. in decisione 93. num. 7. & nouissimè Merlin. de legitima, lib. 2. tit. primo, quæstione 13. per tot.* & ibi multa ait in hac materia ludi.

4 Sed tenendo hanc vltimam opinionem, Amplia eam primò, multò magis procedere, veluti, si amittens esset filius familias, & pecuniam amissam in ludo confiteretur eam recepisse mutuo; quia tunc ex duplici ratione ad id teneri non deberet, & primo, quia filius familias de iure ex causa mutui obligari non potest. Secundò, & eò minus si mutuum ex causa ludi proueniret, *vt ait Rota ibi supra coram Gregorio Decimo quinto.*

15 Amplia secundò, idem procedere, si amittens pecuniam in ludo suarum rerum liberam administrationem non haberet, veluti, quia seruus, vel Monachus esset, quia cum isti dominium pecuniæ non habeant, meritò si illud in alium transferre non possunt; nam nemo dat, quod non habet, *vt dicunt Adden. ad Cappellæ Tholosanæ in decisione 193. nu 3. & 4.*

6 Amplia tertiò, illud multo magis procedere, quando fraus, & dolus lucrantis interuenerit; puta, quia cum taxillis, vel cartis falsis; siue alio modo fuerit abusus, quia tunc amissum absque difficultate erit repetendum, *vt ait Cappell. Tholos. in præcit. loco, nu. 5. in addit.*

7 Licèt etiam aliqui dicant, quòd huiusmodi pecunia sit pauperibus eroganda: Et ratio ea est, quia turpitudo ex vtraque parte, tàm vincentis, quàm perdentis versatur, *vt ait dicta decisio. Cappel. Tholos. ibi supra num. 5.*

8 Amplia quartò, dictam opinionem in tantum valere, vt propterea si vincens pecuniam lucratam non habuerit, neque minuspro illa consequẽda actio dari debet: Et ratio est, quia facilius datur alicuius rei retentio, quàm acquisitio de nouo; deinde semper facilius impeditur faciendum, quàm quòd factum tollatur, *vt ait Rota per Gregorium Decimum quintum in decisione 48. num. secundo. & Caccialup. in tractatu de ludo, num. 63. versic. Punitur etiam, Paris de Put. in eodem tractatu num. 25. & 45. Albert. in l. 1. §. si rapinam num. 2. ff. de Alea vsu, & aleat. & ibidem Oddofred. num. 3. vers. verius est, August. ad Angel. de Malefic. in verbo Mentitor de male dadi num. 4. Viuius opin. 470. num. 2. & Sanchez de matrim. disput. 38. num. 33. cum seqq. tomo 1.*

9 Amplia quintò, quòd etiam Pater, siue Dominus possit repetere pecuniam amissam à filio, vel seruo in ludo; & sic eis contra victores ad id actio datur, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaceio in quæstione 109. num. 176. in secunda par. suæ prax. crimin. & ibi plures Doctores allegat.*

10 Amplia sextò, Id habere locum in Tutore, Curatore, Monasterio, Vxore, Marito, ac in aliis denique, qui suarum rerum administrationem non habent, quibus personis repetitio pecuniæ amissæ contra victores conceditur, *vt ait Florian. & alij allegati à Farinac. ibi supra num. 177. 178 & 179. & Sanchez in præcitato loco.*

10 Amplia septimò, quòd etiam aduersus Patrem, & Dominum eorum, qui vicerunt repetitio pro pecunia amissa datur, quatenus tamen eam saluam habeant, vel si ex ea pateret Dominos fuisse factos locupletiores, *text. in l. finali. §. Item si seruus, & §. aduersus, ff. de aleæ vsu, & aleatoribus,*

Oddo-

Oddofred. Angel. & Azo allegati à Farinaccio ibi supra num. 180.

12 Amplia octauò, quòd etiam filij repetere possunt alienationem bonorum, quæ pater ludendo dissipauit, vsque ad eorum legitimam, quod tamen ego non credo verum, quando eorum alienatio esset facta in personam extraneam; secus forsan, si ad fauorem victoris, veluti, quia bona ipsa ei pro amisso in ludo fuissent assignata; Et ratio est istius meę opinionis, quia valet argumentum de delictis ad contractus, *vt ait Sigismund. Scaccia de iudic. cauf. ciuil. & crimin. cap. 92. nu. 2624. vbi plures allegat.*

13 Vndè veluti Pater potest contrahendo filiis præiudicare in legitima, & ita etiam in delinquendo, & ludendo, & propterea hinc infertur, quod filij in vim istius argumenti non possint huiusmodi alienationem bonorum repetere, quandò in extraneum esset facta, secus verò, si in victorem, & eò magis, quia filio non debetur legitima viuente Patre, sed benè eo defuncto, *vt ait Surdus decisione 167. per totam, & Puteus decis. 237. num. 5. lib. 2.* & veluti latè dixi in verbo *Legitima*, & vide *Merlinum de Legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 13. & ibi multos Doctores allegat*, qui docent, quando amissum in ludo legitimā minuat, item quando ea sit detrahenda ex acquisitis in ludo, necnon qui ludi dicantur honesti, & qui prohibiti.

14 Amplia nono, prædicta adeò esse vera vt propterea si victus pecuniam amissam recuperare non curet; victor tamen eam restituere tenetur in foro conscientiæ, vel pauperibus erogare; quod tamen intellige verum, attenta illa distinctione inter allicientem, & allectum ad ludendum, quam in principio conclusionis firmaui, & veluti *ait Florian. in dict. lege prima, § si seruus, num. 2. & 4. & omnes alij allegati à Farinacio in dicta quæstione* 109. *num.* 182. Immò *Menoch. de arbitr. iud. cas. 399. num. 12 ait*, quod compellens socium ad ludendum punitur.

15 Subamplia id, quod fuit dictum in foro conscientia, eo magis procedere, quando amissum nondum esset victori solutum, quia, vt mox diximus, facilius semper impeditur faciendum, quàm quod factum tollatur; immò neque sine peccato perdens potest pecuniam amissam sponte soluere, veluti fuit decisum ab *Eminentissimis Cardinalibus Bellarmino, & Monopola, deputatis à felic. record. Papa Paulo Quinto*, vt viderent si Ioannes Grimaldus, qui religionem Cappucinorum profiteri volebat, poterat tuta conscientia soluere Illustrissimis Dominis Ioanni Lucæ, & Ioanni Augustino de Spinolis, scuta vndecim millia in ludo cum eis amissa. Qui enim Eminentissimi Cardinales partem negatiuam fore tenendam responderunt, licet dictus Grimaldus sponte, & titulo donationis, dictam pecuniam eis soluere vellet, licèt aliàs ipsemet Grimaldus à dictis Spinolis pecuniam eis lucratam exegisset, *idemque firmant Doctores allegati à Sanchez in dicta disputatio. 38. num. 33. & seqq.* vbi ad partes hæc quæstio disputatur.

16 Amplia decimò, quòd perdens possit propria auctoritate pecuniam amissam accipere, & furari, *vt dicunt Doctores allegati à Farinacio ibi supra num.* 187.

17 Amplia vndecimò, quòd si officiales, & Domini Terrarum in eorum locis ludos non prohibeant, tenentur ad restitutionem eorum, quæ in ludo fuerunt amissa, quod tamen intellige in foro conscientiæ, *vt dicunt DD. allegati à Faria. ibi supra num.* 181.

18 Reassumendo iterum primam opinionem super eo, vbi dicitur, quod amissum in ludo permisso, amplius repeti nō possit. Amplia eam primò, quoque procedere, etiam si id, quod fuit amissum in magna quantitate consisteret, *vt ait Marian Socin. in c. inter dilectos num. 29. de excess. Prælat. Paris de Pus. in suo tract. de ludo num. 7. & 8. Henrich. Boich. de vita & honest. cleric. in c. clerici, num. 13. Stephan. Costa in eodem tractatu de ludo sub num. 3. & 4. Conrad. in sua praxi in tit. de lusoribus, num. 18. in fine, & cæteri DD. allegati à Farinac. in dicta quæst.* 109. *num.* 134.

19 Amplia eam secundò, in tantum procedere, vt immò sà consuetudine illa, fundata *in l. fi. C. de aleis, & aleatoribus*, idest, vt plus vno scuto nō perdatur, iura

abrogata fuerint, *vt testatur Augustin. ad Angel. de Malefic. in dicto verb. Metitor de male dadi, post num. 4. Bursatt. consil. 116. num. 6. Clar. in S. ludus, vers. Scias tamen, num. 4. Caccialup. in tract. de ludo, num. 72. & Thom. Oetius in tractat. de ludo scacch. in quaest.* 11.

Sed quid de eo, quod quis lucratur ex circumuentionibus adhibitis in ludo? an scilicet illud possit retineri in consciẽtia, siue potius sit restituendum perdenti, distingue cum *Azor. in 3. par. instit. moral. lib. 9. cap. 24. 25. 26. & 27. & seqq.* vbi plurima inuenies in hac materia, & prius *lib. 4. cap. 21. fol. 272. & seq.*

ARGVMENTVM.

DE AMISSIONE PRIVILEGII, & quanto tempore illud dicatur omissum.

CONCLVSIO CIII.

1 AMISSIO priuilegii, notã, quòd inducitur per non vsum spatio decennii, dummodo tamen euenerit casus illud exercendi, & priuilegiatus non exercuit, *vt ait Caputaquen. decis. 379. par. 2. & Anna. singul.* 400. *& ita fuit decisum à Rota per Cardinalem Seraph. decis. 1043. nu. 3. & in alia coram Card. Blanchetto 11. Martij* 1596.

2 Quod tamen declara esse verum, quando sumus in priuilegio mero, quod scilicet contra iuris communis obseruantiã tendit; secus antem, si essemus in facultatiuo, veluti in eo, quod conceditur in mera voluntate alicuius, quia tunc, nec spatio decem, nec minus centũ annorum amittitur, *vt ait Put. in decis. 369. lib. 2. num.* 5. vbi ait, q in dubio simplex præsumitur.

3 Declara secundò, conclusionem procedere, quando priuilegium esset ob seruitia concessum; quia tunc illud saperet naturam contractus; & sic per non vsum reuocatum non censetur, *vt ait Mastril. in decis. 96. par.* 1.

4 Sed est benè verum, quòd huiusmodi priuilegium ad tempus suspendi posset, sed non in totum tolli, *vt ait Rota per Crescent. in dec. 21. de priuil.*

5 Declara tertiò, eam non habere locũ, veluti, si essemus in casu *decis. Capic.* 134 vbi habetur, quod Canonici numquam amittunt priuilegium optandi præbendas in Ecclesia, etiam si nunquam vllo quouis temporis spatio optauerint. Et ratio est, quia in facultatiuis præscriptio non cadit, vt dixi superius, & *vt ait Rota per Coccinum dec. 402. num.* 10. & ibi subiungit id procedere, etiam si quis steterit per mille annos, quòd non fuerit vsus priuilegio, nisi tamen antecederet prohibitio, & postea acquiescentia subsequeretur.

6 Subdeclara igitur, non procedere, quando vsus à voluntate alicuius non dependeret, quia tunc priuilegium, si quis eo non vtatur, perdit, *vt ait Triuis. decis. 15. par. 1. & Put. ibi supra.*

7 Amplia primò, conclusionem, vt scilicet priuilegium multò magis amittatur, si priuilegiatus contra priuilegium fecerit; quia tunc talis vsus in contrarium factus, illud perdere facit, *vt ait Mastril. decis. 79. par. 1. & Doctores allegati à Papien. in suo pract. libell. form. appos. contra instr. versic. Penitus car. mihi* 177.

8 Quod tamen secus esset, si quis fecerit actum, licèt renunciationi proximum, sed non ei de directo contrarium, *vt ait Rota per Put. decis. 171. num. 4. & 5. lib. 1.*

9 Amplia secundò, quòd illud amittatur per concessionem secundi de directo iam primo concesso contrarii, *vt ait Papien. in præcitato loco, & Caputaquen. dec. 378. par. .. alleg. à Riccio in sua collect. decis. 274. par. 2.*

10 Amplia tertiò, quòd priuilegium etiã amittatur ex reuocatione concedentis; licèt secus si transisset in contractum, & titulo oneroso fuisset concessum, *vt ait Rota per Crescent. decisione quinta, tit. de priuileg.*

11 Quod tamen intellige verum, si priuilegium alicui subdito fuisset concessum; at secus si non subdito; quia tunc, quando ex causa onerosa acquiritur à concedente amplius reuocari non potest, *vt ait Viuius decis. 207. & Papiens. ibi sup. & Riccius in dicta collect.* 274. Et propterea videmus in simili, quòd si alicui priuato fuerit per Principem concessã aliqua exemptio titulo oneroso, & sic

per

per viam contractus, tunc ius illius pacti continuat in quibuscunque personis, quomodocumque exemptis, & priuilegiatis. Vndè, si, verbi gratia, Princeps concessisset tributum pacto expresso inter ipsum, & priuatos inito, siue ex particulari dominio illius prædii reseruata sibi pensione, censu, siue collecta, tunc illud onus soluendi tributum continuat, quocumque vadat ipsa res, & sic etiam si fuisset translata in ecclesiam; secus autem si ex particulari dominio illius prædii illud tributum acquisiisset; & sic ex sola Regiæ potestatis illud exegisset; quia tunc illud penitus expiraret, si prædium ad Ecclesiam perueniret, veluti vltimo loco *fuit dictum à Rota in Alben. Gabellæ, seu onerum Ven. 28. Iunij 1630. coram Merlino.*

12 Secus autem, vbi essemus in aliqua reuocatione priuilegii possibili, & ibi certa forma requiratur; quia tunc ea non seruata illud reuocatum diceretur, *vt ait Amat. in sua decis. 17. cum ibi allegatis.*

13 Subamplia idem procedere, quando Princeps ex certa scientia contra priuilegium iam concessum iudicaret, & licèt id procedat cum prædicta distinctione, si illud non fuit acquisitum titulo oneroso alicui concessum, nihilominus id neque sufficeret, si vrgeret aliqua iusta causa reuocationis illius, *vt ait Menoch. in cons. 461. num. 12. & 35. & prius in cons. 103. num. 70.*

Secus autem, quando illud titulo lucratiuo acquisitũ fuisset, veluti eodẽ modo fieret, vbi essemus in confirmatione priuilegiorum, quæ si sit facta ex certa scientia, tunc ea vim nouæ concessionis, & ampliationis habet, *vt dicunt Doctores allegati in vna Leodien. collectarum Ven. 19. April. 1619. coram Buratto, & prius in Toletana admissionis 17. Iunij 1609. coram Patriarcha Antiocheno.* & denique *in eadem Veneris 7. Aprilis 1628 coram Coccino, & prius in eadem 24. Apr. 1623. coram Buratto, & in Meliten. collectarum 7. Maij 1627. coram Vbaldo.* Sed quando fuerit priuilegium concessum ex certa scientia, id deprehendi potest ex verbis constitutionum, veluti si ibi narraretur tenor aliarum constitutionum super priuilegio concesso emanatarum, & maximè si adiungatur ea clausula ex certa scientia, ac de nostra liberalitate, ac Sedis Apostolicæ plenitudine, quia tũc ad obtinẽdam huiusmodi gratiã nõ est necessaria partis citatio; licèt secus, si Papa procederet per viam iustitiæ, *Felinus in cap. ex parte num. 42. de rescript. & Rota ibi coram Coccino.*

Secus autem si dicta priuilegiorum confirmatio fuisset facta in forma communi, & non ex certa scientia, quia tunc ea non afficeret, *vt ait Rot. ibi sup. coram eodem Coccino.*

14 Amplia quartò, quòd illud quoque dicatur amissum per expræssam, vel tacitam renunciationem, vt dicunt *DD. alleg. à Papien. in præcit. loco*, & quomodo id inducatur, *tradit Amat. in dec.* 81 *quem allegat Riccius in dicta collectanea 274. par. 2.*

15 Amplia quintò, quòd per delictum priuilegium amittitur, & ratio est, quia tunc in illius delicti odium priuilegiatus eo abuti censetur, *idem Papien. & alij DD. quos ibi sup. allegatos videre poteris.*

16 Amplia sextò, quòd si quis priuilegium, quod habet, illud clarè, & liquidè, non ostendat, tunc illud sibi proficuum non erit, *vt fuit decisum à Rota in vna Elboren. Decimarum Mercurij 28. Nouembris 1608. coram Cardinali Marcomontio.*

17 Amplia septimò, quòd etiam Ecclesia priuilegium amittat, si ex lapsu quadraginta annorum eo non vtatur; quamuis per prius per Rectores Ecclesiæ ei renunciari non potuisset, *ad not. per Innocen. & alios in c. cum accessissent, de constit. & Rota ibi supra.*

18 Quod tamen intellige verum attenta illa prædicta distinctione, quando scilicet eueniṭ casus illud exercendi, & Rectores Ecclesiæ non exercuerunt, *vt ait Card. Seraph. in d. dec. 1043. num. 3. Caputaquen. dec. 79. par. 2. & Put. dec. 251. in fine lib. 3.*

19 Declara tamen primò, illud, quòd fuit dictum de amissione priuilegii, tàm à persona priuata, quàm etiam ab Ecclesia inducta, procedere data scientia illorum, circa illud priuilegium sibi concessum, alias secus, & propterea videmus etiã, quòd illud incipit habere effectum à die notitiæ per priuilegiatum, Nec refert, quòd

quòd illud transeat in notitiam eius contra quem conceditur, *vt ait Iason in l. fin. ff. de constit. Princip. colum. 6. & Rota per Put. in decis. 169. num. 1. lib. 1. & decis. 21. num. 1. & 2. lib. 2.* vbi distinguit, id esse verum, quando priuilegium alicui priuatæ personæ conceditur, at secus, vbi daretur ratione alicuius officij; quia tunc acceptando illud videtur simul acceptare cum omnibus oneribus, & honoribus, idemque *ait Iason ibi sup. in dicta colum. 6. & 7. & Castrens. in l. Ruffinus, C. de testam. milit.*

20 Declara secundò, quòd si priuilegium plura capita contineret, & priuilegiatus in vno tantum illo fuerit vsus, non ob id tamen censetur amissum, quoad alia, *vt ait Rota per Cardin. Seraph. in dicta decis. 1043.*

21 Declara hic obiter tertiò, idem è côuerso procedere in concordia, quando. s. ea fuerit in vna parte tantum effectuata, quia tunc quoad alia capita ea effectuata non censetur, sed in vsu, & obseruantia esse dicuntur, *vt fuit decisum à Rota in vna Terracinen. Sacristia 9. Iunij 1600. coram Iusto.*

22 Declara quartò, idem habere locum in Parocho decimas, quoad certos fructus exigente, quia isto casu dicitur etiã in possessione quoad omnes, nec quoad illos nõ exactos ius exigẽdi amittit, & ratio est, quia ius decimandi prouenit ex quodam iure vniuersali Parochialitatis. Et propterea verificato in vno, in omnibus quoque ab eo ius acquisitum censetur. *Ruin consil. 142. num. primo, & secundo, lib. 5. & ita fuit decisum in Coruen. Decimarum 11. Martij 1611. coram Cardinali Sacrato, & Cardin. Seraphino in decis. 1047. nu. primo, & faciunt, & quæ ait Surdus in cons. 429. n. 42. & 43.*

23 Declara quintò, idem esse verum in Pensionario, qui sit in quasi possessione exigendi partem pensionis, quia tunc censetur etiam in quasi possessione respectu totius, ob illam vniuersalitatem tituli pensionis, *vt fuit decisum in Pampilonen. pensionis 26. Ianuarij 1613. coram Card. Sacrato, quæ est penes Marchesan. de commission. tomo 1. fol. 545.*

Subdeclara tamen id esse verum, dummodo probatio plena, & indubitata, concurrat ad istum effectum constituendi quem in quasi possessione iuris exigendi, *vt ait Rota decis. 389. num. 1. par. prima diuers.*

24 Declara sextò, idem habere locum in soluente partem debiti, qui totum debitum agnouisse censetur, *Decius consil. 618. num. 2. versic. quia qui partem, & Surd. decis. 335. num. 6. Med dec. Marcb. 16. & Gratian. lib. 2. discept. cap. 310 num. 39. in hac materia viden.*

Extende eam declarationem sextam, pari modo procedere in solutione facta per principalem, quæ constituit creditorem in quasi possessione, quæ postea eundem iuuat, contra fideiussorem, veluti ea solutio facta per fideiussorem constituit creditorem in quasi possessione exigendi contra principalem, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis. 534. nu. 6. & seq.*

25 Declara septimò, quòd possessio etiam conferendi respectu quorundam beneficiorum extenditur etiam ad alia beneficia, quæ sint eiusdem speciei, nec ius istud collationis respectu aliorum amittitur, *vt fuit decisum in Seguntina dimidiæ annatæ 4. Februarij 159. corã Cotta,* vbi fuit dictum, quòd probata quasi possessione conferendi vnum ex beneficiis sub indulto comprehensis, censetur etiam acquisita possessio conferendi quoad alia sub eodem indulto contenta.

Subdeclara id esse verum, vt scilicet capta possessione beneficii, censeatur quoque capta possessio omnium bonorum; secus autem si è conuerso ageretur, veluti si quis cepisset possessionem Terrarum, non ob id censeretur acquisita possessio Cappellaniæ, *vt fuit dictum in vna Pistorien. beneficij 25. Ianuarij 1613. coram Cardinali Caualerio allegata à Buratto in sua decisione 80. num. 5. idem Cardinalis Caualerius dicta decisione 240. num. 2. in eius impress. & decis. 565. num. 2 & in Mediolanen. beneficij 27. Maij 1611. coram Vbaldo, & in Brixien. Parochialis 20. Nouembr. 1617. coram eodem, & in alia Leodien. Parochialis 4. Iulij 1625 coram Merlino, & prius in Astoricen. Parochialis 10. Mart. 1617. coram Buratto.*

26 Declara octauò, idem procedere, veluti si vnico contextu fuerit fundata plura

ra beneficia; quia eo ipso, quòd quis est in quasi possessione præsentandi respectu vnius, censetur etiam in quasi possessio ne præsentandi quoad alia, *vt fuit decisum à Rota in Viterbien. Iurispatronatus 4. Maij 1601. coram Cardinali Sacrato.*

27 Declara nonò, idem esse, quando plura beneficia essent simul vnita, quia si probetur effectuatio vnius, tunc vnio dicitur sortita suum effectum quoad omnia, ob illam vniuersalitatem causæ, *vt fuit decisum in Gerunden. vnionis 12. Decembris 1613. coram Verospio, & in alia Allerien. & Matianen. vnionis 16. Nouembris 1616. & 26. Ianuarij 1618. coram Card. Caualerio. & Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 294.*

28 Limita tamen prædicta tribus modis non esse vera, & primò, quando constat pensionarium voluisse agnoscere debitum pensionis solùm in parte, quia tūc non obligatur quoad totum, *vt declarauit Rota decisione 547. num. 8. par. 1. in recentior.*

29 Limita secundò, quando alius reperitur in possessione particulari, respectu certi actus, vel rei, quia tunc illa possessio deducta ex illa vniuersalitate causæ, respectu illius rei, siue actus particularis non suffragatur, *vt ait Put. in decis. 301. num. 1. lib. 2.* & in puncto istius limitationis *fuit decisum à Rota in Calaguritana Decimarum 19. Nouembris 1610. coram Coccino.*

Secus autem, quando causa possessionis esset vniuersalis, quia tunc, si quis vtatur quoad vnam speciem conseruat possessionem, etiam quoad aliàs species sub eodem genere contentas *vt ait Socin. consil. 111. num. 4. lib. 1. Crauet. consil. 55. num. 1. & fuit latè deductum à Rota in Assisien. Canonicatus 14. Iun 1600. coram Cardinali Sacrato, & dec. 150. nu. 3. par. 3. recent.*

30 Extende prædictam limitationem, eò magis procedere, quando resistentiæ iuris concurrerent, quia tunc possessio vnius actus; ad alios non se extendit, etiā eiusdem speciei, *vt ait idem Put. d. dec. 301. num. 1. & ita quoque fuit decisum in vna Gerunden. Iuris interessendi in Capitulo, 11. Decembris 1609. coram Coccino, quæ est in eius impressis decisio. 497. num. 2.*

31 Vnde ex prædictis inferri potest, quòd possessio non probetur ex testibus deponentibus, non de possessione totius prędii, sed solùm de aliqua parte illius, neque de perceptione omnium fructuum, sed per verba indefinita tantùm; quia tunc in testibus verba indefinita non æquipollent vniuersali. Secus autem, si testes deponerent de habitatione alicuius domus, siue prędii perceptione omnium fructuum, ac eorum conuersione in proprios vsus, quia tunc ex tali depositione rectè possessio probata diceretur, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. dec. 566. num. 2. & 7. cum alijs deductis in alia Vratislauien. prædiorum 23. Iunij 1608. coram Manzanedo.*

32 Declara tamen esse verum, vt scilicet ex perceptione fructuum possessio probetur, qn̄ nō constaret aliquem esse in possessione fructuum licèt id fallat pluribus modis, & primo quando fructus essent ab alio occupati, *vt fuit dictum in Romana beneficij de Cacabarijs 13. Nouembris 1623. coram Nauarro, & per Burattum dec. 133. num. 2. & prius dec. 83. num. 6.* vbi ait, quòd per actus æquiuocos possessio non probatur, at secus, quando testes deponerentur de visu, & interessentia, *vt ait Rota in dicta decis. 233. num. 1. & per Cardinalem Caualerium dec. 205. num. 3. & dec. 311. num. 3 par. prima recentior. & in par. secunda decis. 171. num. 3. & fuit quoque dictum in Farsen. seu Nullius Monasterij, & Prioratuum 26. Aprilis 1624. coram Vbaldo.*

33 Fallit secundò, quando appareret perceptionem fructuum iure familiaritaris fuisse secutam, *vt dicunt Doctores allegati ab Addente ad dictam decisionem Buratti 233. num. 14. & signanter Mastril. decis. 184. num. 12. & seqq. par. secunda, & Gratian. lib. 3. disceptat. cap. 450. num. 13. & 14.* vbi ait id procedere in omnibus, in quibus ratio familiaritatis cadere potest.

34 Fallit tertiò, respectu eorum bonorum, in quorum possessione ecclesiam, verbi gratia, non extare appareret, siue si possessio esset controuersa, *vt fuit decisum*

cisum in Pistorien. Prioratus 13. *Martij* 1615. *coram Cardinali Verospio*, *& Beltramin. ad decisionem Gregorij XV.* 54. *num.* 3. *& decis.* 364. *num.* 6. *in litt. A. & Ferentill. ad dictam decis. Burat.* 80. *num.* 7.

35 Extende prædicta, quæ fuerunt dicta de perceptione fructuum ad illum effectum probandi possessionem, in tãtum procedere, vt propterea etiam testes singulares, & plenè probẽt, qñ deponũt de visu, & eorum liquidatio probatur à solito, & coniecturas, *vt ait Rota per Burattum decis.* 173. *& per Cardinalem Seraphinum decis.* 1061. *num.* 1. item multa dixi in hac materia in *Conclusione* 128. *num.* 120.

36 Subextende prædicta, sine difficultate procedere, quando quis per viam familiæ possessionem cępisset bonorum claudendo, & aperiendo ianuas, & glebas, & arborum folia contrectando cum expulsione colonorum in signum veræ possessionis, & cum præcepto eisdem colonis facto, vt ipsum in Dominum recognoscerent, quæ omnia sunt signa veræ possessionis, *l. qui vniuersas*, §. *quod per colonum*, *ff. de solutionib. Rota decis.* 131. *num.* 3 *par.* 1. *recent. & in Ariminen. spolij* 4. *Martij* 1633. *coram Motmanno.*

ARGVMENTVM.

AMISSIO REI, VEL SCRIpturæ, quomodo, & à quibus sit probanda.

CONCLVSIO CIV.

1 AMISSIO rei, siue scripturarum, nota, quòd non præsumitur, & ideò eorũ deperditionem allegans, tãquàm quid facti, eam probare tenetur, *vt dicunt Bartol. Alexand. & cæteri Doctores in l. si quis argentarijs*, §. *an verò*, *ff. de eden. & Bald. consil.* 476. *incip. Factum tale est*, *colum. secunda*, *num.* 5. *lib. primo*, *Corn. consil.* 318. *num. primo*, *lib. quarto*, *Specul. in tit. de pignor.* §. *primo*, *versic. Et nota*, *& vers.* 509. *& ibi Ioan. Andr. & Iacob. Butrigar. in l. si quis fundum*, §. *Imperator*, *ff. locati*, *Aretin. consil.* 83. *num.* 10. *versic. Vnde ista*, *& num.* 11. *versic. Præterea dato*, *& ita fuit decisum in Perusina pecuniaria Mercurij* 28. *Nouembris* 1611. *coram Manzanedo*, *quæ est decis.* 366. *num.* 10. *inter crimin. Farin. & Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 262 *nu.* 50. *& Rota decis.* 452. *numero octauo*, *par.* 3. *recent.*

2 Et res, nota, quòd eo ipso dicitur amissa, quando facta diligenti inquisitione ea non reperitur; quod tamen declara verum, quando huiusmodi diligentiæ fuerint factæ auctoritate Iudicis, & non aliàs, *l. tertia*, §. *Nerua*, *ff. de acquiren. possess. l. deperditæ*, *de petit. hæredit. Bart. in dicta l. si quis ex argentarijs*, §. *An verò*, *num. primo*, *& in l. is potest*, *num.* 6. *ff. de acquiren. hæredit. Felin. in cap. cum bonæ*, *num. primo*, *versic. Nota octauo*, *de probation. & cap. sicut*, *colum.* 6. *de sent. & re iudic. Mascard. de probat. conclus.* 1230. *num.* 22. *lib. tertio*, *Aretin. consil.* 119. *& ita fuit decisum in vna Tullen. attentatorum Veneris* 20. *Decembris* 1602. *coram Ortembergo.*

3 Amplia primo, id in tantum valere, vt asserenti amissionem eam probare non sufficiat, nisi etiam probet illam absque eius culpa euenisse, aliàs pœnam non euitabit, *gloss. in* §. *finali*, *institut. quib. mod. re contrah. oblig.* & ibi communiter scribentes *Bartol. Alexand. & Ias. in dicta l. si quis ex argentarijs*, §. *An verò*, *ff. de eden. Paris. consil.* 156. *num.* 5 *volum. quarto*, *Corneus consil.* 318. *numero sexto.*

4 Et propterea, si culpam non interuenisse non probetur, tunc infertur eam huiusmodi amissionem præcessisse, & sic inirraret pœna, *l. si creditor*, *& l. si nulla*, *C. de pignor. act.* quę est damnorum, & interesse, *Corn. consil.* 108. *in princ. volum. primo*, *& consil.* 2.. *volum. tertio*, *Roman. consil.* 395. *colum. final. & Paris. dicto consil* 156. *num.* 6. *& Rota penes Farinac. in decis. criminal.* 97. *num. primo.*

5 Amplia secundò, idem procedere in amissione scripturę, quæ esset in aliquo

quo

quo officio producta, quę præsumitur à Notario dolo, & culpa occultata, quando eam ex officio custodire tenebatur, *Rota in dicta Romana depositi, quæ est decisio 97. penes Farinac. in criminal. num. quinto.*

6 Amplia tertiò, idem procedere in successore Notarii, qui si non exhibet scripturam productam in officio tempore sui antecessoris ad interesse tenetur, *d.l.si quis ex argentarijs, §. cogentur, & l. quadam, § nihil interest, ff. de eden. & Rota ibi supra num. 2. & Gratian. lib. 2. discept. cap. 262. num. 52.*

7 Amplia quarto, quòd neque ille excusatur, si cum iuramento asserat scripturam deperditam fuisse; etiam si prius diligentem inquisitionem fecerit de inueniendo inter scripturas officii, sed plenè & concludenter illius amissionem probare tenetur, & aliter, quàm per iuramentum, quia illud non dicitur probatio, sed releuamen ab onere probandi, *vt dicunt Bartol. Alexand. & alij allegati à Rota in dicta decisione 35. num. primo, & decis. 79. num. 4. & decis. 339. num. 5. inter crimin. Farinac.*

8 Amplia quintò, multò magis procedere, quando essemus in eo, qui occasione officii ad scripturarum custodiam teneretur, & sic illam iure actionis exhibere deberet; quia tunc etiam non probato eius dolo illius iuramento standum non erit; at secus, quando eas, quis custodire non teneretur, & illarum exhibitio officio iudicis petatur; quia illo casu earum amisio, iuramento probatur, *vt ait Rota ibi supra num. 3. & decis. 167. num. 4. & 5. superius allegat. & Cardinalis Seraphinus decisione 554. & decis. 692.*

9 Et id, quod fuit dictum super eo, quòd stetur iuramento amittentis, quando ille ex officio, vel alia obligatione non tenebatur scripturas custodire. Extende illud multo magis procedere, quando cum iuramento alia adminicula concurrerent, & qualia esse debeant, *docet Gratian. dicto cap. 262. num. 29. & Guidop. dec. 244. num. 2.*

10 Et sic isto casu illud iuramentum optimè libri, seu scripturæ amissionem excusat, & merito quidem cum mitius semper agatur cum eo, qui non est obligatus, quàm cū obligato, *vt fuit decisum à Rot. in Rom. Mercium 14. Octobr. 1588. coram Orano; quæ est inter crimin. Farinac. decisione 35. num. primo in fine, & sequen. & in alia Valentina pratensa illegitimitatis Lunæ 9. Februarij 1609. coram Card. Caualerio, quæ est inter crim. Farinac. decis. 267. num. quarto, & quinto, & in eius impressis decisione 92. num. 7. & seqq.*

11 Extende primò, procedere quoque, quando huiusmodi diligentiæ fiant, & apud auctorem scripturę res non inueniatur, quia isto casu diligentiæ prædictę sufficiunt, at secus, vbi essemus in Notario, Mercatore, vel similibus; quia tunc diligens perquisitio non sufficeret; quia isti de facili possunt occultare; & propterea alio modo causa amissionis erit probanda, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 468. num. 29. & 30.*

12 Extende secundò, idem procedere, etiam in amissione rerum, vel scripturarum facta ex excidio Vrbis, quia tunc eo ipso, quòd est probatum saccomannum, statim amissio rerum, postea ex coniecturis admittitur, immo, nota, quòd probata violentia, statur iuramento damnum passi contra subtrahentem, *vt ait Vrsil. ad Afflictum decisione 13. num. 12. & 13.*

13 Extende tertiò, idem esse verum in amissione actuum ex incendio causata, quia amissio tali modo facta, maximam excusationem affert parti, *vt ait Rota decis. 179. num. primo, par. 1. diuers.* nec nō inducit præsumptionem solemnitatū pro eis, vt mox dicetur, & *idem ait Rota decis. 143. num. primo, par. secunda diuers. & in num. 12. docet,* quomodo probetur amissio, & veluti quoque dixi in *concl. 85. sub num. 148.*

14 Amplia sextò principalem conclusionem, multo magis procedere, quando ageretur de magno præiudicio, quia tunc simplici iuramento amittentis, non erit standum, at secus si de modico. Et ratio est, quia facilius quis ex magno, quàm paruo interesse ad delinquendum allicitur, *vt fuit decisum in dicta Valentina Illegitimitatis coram Cardinali Caualerio, & Gratian. lib. secundo discept. cap.*

cap. 262. num. 34. vbi ait, quòd quis ratione magni commodi, præsumitur peieraturus, licèt tamen ampliatio prædicta non procederet, quando concurrerent coniecturæ, & verisimilitudines, ex quibus facile posset moueri iudex ad credendum iurantem non esse peieraturum; quia tunc licèt summa, de qua ageretur esset magna, & considerabilis, nihilominus posset iudex huiusmodi iuramentum deferre, *vt ait Afflict. in decis. 91. & Rota in decis. 467. num. 3. & sequen. par. prima diuers.* Secus autem, quando ageretur de magna summa, & adessent etiam testes, sed minus integri, & qui neque in dictis probarent, quia tunc iuramentum suppletorium non esset deferendum, *vt ait Card. Seraphin. decis. 821. num. 4.* & eò magis, si vrgeret præsumptio contra iurare volentem, *idem Card. Seraphin. dec. 893. num. 12.* Immò iuxta stylum Rotę numquam admittitur iuramentum in defectum probationis, nisi adsit plusquā semiplena probatio, & maximè in causa magni momēti, *idem Seraph. dec. 566. num. 1. & 3.*

15 Declara tamen primò, non procedere, quando amissio non à Notario, sed à tertio fuisset allegata, quia tunc per assertionem Notarii probari potest, veluti *fuit decisum à Rota ex Doctrina Mandell. in consil. 101. num. 8. in fine in vna Conchen. Decimarum dell'Infantado luna 2. Iunij 1614. coram Andrea, quæ est in prima par. recent. decis. 611. num. 4. & in secunda par. dec. 604. num. 2.*

16 Declara secundo, quod scripturarum occultatio pręsumatur facta ab eo, cuius eam occultare interest, *veluti fuit decisum in Romana dotis de Sfortia Veneris 14. Decembris 1612. coram Manzanedo, quæ est inter criminal. Farinac. dec. 368. num. 6. in fine, & in hoc viden. est Farinac. in suo consil. 23. num. 13. libro primo.*

17 Declara tertiò, quòd in odium surripientis scripturam simplex copia, & non authentica, probat, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 1097.* alias talis copia sine originali non probaret, & maximè stante partis protestatione, super illius recognitione, *Oldrad. cons. primo, num. 3. Paris. consil. 115. num. 5. lib. 4. Rota decis. 1156. n. 1. lib. 3. diuers. & decis. 452. num. 1. par. 3. recentior.*

Extende, hic obiter, dictam declarationem, eodem modo procedere in hęredibus cum beneficio legis, & inuentarii, quia cum illi expensis superfluis grauandi non sint, sed potius immunes, & à minimo damno præseruandi; idcircò ad eorum fauorem standum est simplici copię, atque scripturarum indicationi, quia maxima æquitas suadet, vt huiusmodi hęredes non grauentur citra vtilitatem partis aduerię, & præsertim, si scripturę cum originali concordent, *Rolan. de inuentar. par. 4. vtilit. prima, num. 3. & ita fuit resolutum à Rota in Romana separationis bonorum Mercurij 4. Decembris 1630. coram Pirouano, & prius in Cesenaten. de Aldinis 4. Februarij 1608. coram Coccino.*

Secus autem, regulariter in aliis casibus, quia copia etiam à Notario rogato extracta, non probat, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis. 543. num. 1.* neque propterea vllam executionem meretur, & præsertim stante protestatione partis super illius recognitione, *vt ait Rota in decis. 452. num. 1. par. 3. recent.*

18 Declara quartò, quòd in amissis semper id, quod deficit adesse, pręsumitur, quia vltra quod amissio actorum pręsumptionem inducit, quod solemnitas fuerit seruata, vt mox dixi, deinde dicta amissio actorum tollit iniustitiam sententiæ, quę ex illis constare reperitur, *Rota decis. 6. num. 2. par. prima diuers. & dicta decisione 143. num. primo, & fuit decisum à Rota in dicta decisione 611. nu. 4. par. prima recent. & in 2. par. decis. 604. num. 2.*

19 Extende idem procedere in scriptura quæ fuerit enunciata, quia tunc pro ea, probata tamen illius amissione, pręsumitur, *vt dixi in conclusione 85. num. 148.* Secus autem, quando e contra, siue vbi essemus in sententia à qua fuerit appellatum, quia tunc acta deperdita non præsumuntur facere pro sententia *vt ait Rota decis. 684. num. 2. par. 3. libro tertio diuersor.*

20 Sed amissio scripturæ, quando, & quo- modo

modo probetur, ad hoc, vt vim instrumẽti habentis executionem paratã habeat, latè tradit *Valasch. de Emphiteus. cap. 7. nu. 36. & 37. allegat. à Gratian. lib. 4. disc. cap 749. num. 29.*

21 Declara quintò, quòd si occasione scripturæ amissæ reperiatur vnus testis, qui tenorem scripturæ, siue instrumenti probet, tunc ex illius dicto semiplena probatio resultat, *vt ait Rota d. dec. 368. n. 1. inter crim. Farin. & Grat. ibi sup. alleg.*

22 Extende, quòd etiam institutio hæredis probatur per duos testes deponentes de tenore illius, quando protocollum reperitur amissum, *vt ait Gratian, lib. 3. discept. cap. 468. num. 1. & 3.*

23 Sed nota tamen, quòd prius erit probandum de illius protocolli existentia, sed quomodo ea probetur, docet *idem Gratian. ibi supra num. 30. & seqq.*

24 Rursus erit animaduertendum, quòd illa existentia debet probari tempore mota litis, vel paulò ante, ad hoc, vt illius libri exhibitio concedatur, veluti latè dicam in verbo *Librorum exhibitio, & idem ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 262. nu. 12. sed in nu. seq. ait,* quomodo id procedere debeat, quem per te videre poteris.

Quemadmodum etiam dicitur de amissione actorum, ad quam enim probandam, quis iuramento non est admittendus, nisi aliquis adsit, qui afferat se fecisse actum illum, qui deperditus reperitur, *vt ait Cardinalis Seraphinus decisione 554. num. 2.*

25 Extende, idem procedere, quando agitur de probanda alterius rei amissione, quia tunc illius identitas manifestis rationibus erit probanda, veluti *fuit dictum in Romana Mercium 27. Ianuarij 1604. coram Card. Sacrato, quæ est inter crim. Farinac. dec. 208. num. 7.*

26 Subextende, idem procedere in petente rem exhiberi, qui semper eius signa dicere debet, si ea scire potest, *vt ait Gratian. in dicto cap. 262. num. secundo.*

27 Declara vltimò, quòd amissio instrumenti, non probatur, donec imbreuiatura Notarii existit, quia ea dicitur originale, & sic ex ea illud haberi potest, *vt ait idem Gratia. lib. secundo discep. d. cap. 262. num. 21.*

ARGVMENTVM.

AMOR CVPIDINEVS QVID SIT, & de eius effectibus, & quid sit amor, erga sanguine coniunctos, & quomodo probetur.

CONCLVSIO CV.

1 AMOR, nota, quòd est quædam animi concupiscentia, quæ celerem habet ingressum, tardum verò egressum, quia cum alis ingreditur, sed sine alis discedit, *vt ait Theophrast.* & id in tantum est verum, quòd propterea Plutarchus ad hoc dicere solebat, quòd Amor, neque nos statim, nec vehementer ab initio, quemadmodum ira solet, inuadit, neque facile ingressus discedit, & quamuis alatus ingrediatur, & molliter tamen diù in sensibus, & vigorosè manet, qui quamquàm discedit, aut tempore, aut ratione motus, non tamen penitus liberum relinquit animum, remanetque in eo vestigium, veluti siluæ exustæ, aut fumantis, neque penitus ex ossibus eiicitur, ignoraturque quid sit, vnde veniat, & quomodo ingressum faciat, & ille est adeò potens, vt species furoris à Platone in Phœdro vocatur, & id benè comprobatur à Iure Consulto in §. *illud autem quibus mod. effic. legit. & Tiraquellus de pœn. caus. quarta, Boer. decisione 300. & Balb. decisione 722.* & in quo differat ille amor à beneuolentia in proximum, *tradit Azor. in secunda par. institut. moral. fol. 968. in littera A omnino viden.*

2 Vnde in materia amoris, notandi sunt tres casus, qui ob amorem impuniti remanserunt, & primò quædam mulier, quæ res furatas ab eius amasio receptauerat fuit absoluta, licèt nõ benè iudicio meo, quia licèt aliquid fit ob amorem tolleran dum, non tamen illud est permittendum, quod in aliam speciem delicti transire videtur, & propterea videmus, quòd plerumque mulieres non pro fame, sed pro sua libidine explenda, alicui

Amasio in totum se tradunt, ita vt sæpè etiam ob Amasios fame pereant; & hinc est, quòd illæ, vti molles, & necessitate ob strictæ, necnon etiam ab Amasijs allectæ huiusmodi furtis, vt viuant sæpè consentire solent; & propterea hęc occasio pro bono pacis omnino est auferenda.

Secundò, Alter fuit libèratus, qui libellum famosum publicauerat contra puellam, cuius amore erat captus.

Tertiò, fuit liberatus quidam, qui sortilegia propter amorem fecerat, *vt ait Riccius ita euenisse in sua collectanea dec. 1843. par. 5. & Reusner. dec. 14. cum alijs ibi per eum allegatis.*

3 Quapropter ex hac conclusione infertur, quod si quis amore delinquat mitiori pœna puniatur, *Ioseph. Ludou. conclus. 64. vers. Quę ratio cessat. Boer. d. dec. 23. Marta dec. Reggi Aragon, 15. num. 67.*

4 Sed animaduertas tamen, quòd ille, qui dicit aliquid esse amoris causa gestum, illud probare tenetur, *Franciscus Herculan. in tractatu de cautione de non offenden. cap. 17. num. 7. & Angel. in l. verum, ff. de furt.*

5 Et amor facilè probabitur ex continua inter eos conuersatione, veluti, quia vnus domum alterius frequenter inuisat, *Parisius consil. 10. num. 33. lib. 2. & cap. tertio loco, de præsumpt. vbi Doctores, & gloss. Bart. in l. capite quinto, de adulter.* Item Amor probatur per famam, veluti, quando fama esset in Ciuitate Marcum Antonium amare Franciscam, & eò magis, quando venustas esset talis, quæ facile oculos omnium in se conuertere posset, *vt ait idem Franc. Hercul. ibi supra num. 8. & Mascard. de probatio. concl. 89. num. primo.*

6 Extende primò, id in tantum valere, quòd ob id mulier persona turpis, & infamis non dicitur. quæ ex nimio amore suo amanti de se copiam facit; nam *iuxta illud Diui Augustini de amore Eccles. contra Manich. Nil tàm durum, neque ferreum, quod non amoris igne frangatur.* & Diuus Hieronymus scribens ad Matrem, & Filiam in Gallia commorãtes, ait, *Quod qui luxuriam perfecta vicerit continentia sanctior erit Dauide, sapientior Salomone, fortiorque Samsone; Item nil est vilius, quàm in carne vinci, nil gloriosius, quàm carnem vincere.*

7 Et propterea hinc fit, quòd talis mulier potest ab vno hæres institui, absque quod possit à suis fratribus, & sororibus exhęredari, vti persona turpis ab hereditate excludi, *l. fratres, C. de inoffic. testamen. Caroc. decis. 124. num. 4. Menoch. de arbitr. iud. cas. 328. num. 4. & per tot.* Idque ea ratione fundatur, quia, meretrix propriè ea dicitur, quę non vni tantum, sed publicè de se copiam facit, vt quęstum mereatur, *l. athletas, §. ait Prætor, ff. de infam. l. palam, §. non est ignoscendum, ff. de rit. nupt. Alciat. in l. maturius in fine, ff. de verbor. signific. & ibi Rebuff. colum secunda, vers. Et ad propositum, Alex. cons. 99. num. 10. lib. 6. Roland. consil. 74. num. 19 lib. primo, Ripa in cap. 1. num. 96. de iudic. Tiber. Decian. in sua tract. crim. lib. 8. c. 7. n. 10. Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 40. n. 1. fol. 35. Idem Menoch. de arbitr. casu 291. num. 7. & Rota dec. 445. n. 5. p. 1. recent.*

8 Extende secundò, quod si aliquis iudex, alium ob amorem puniat in vindictã ille plus amore ligabitur; ideò caueat iudex ait *Neuizan. in sua Sylua nuptial. libro primo, num. 109.* Aliquem pro amore punire.

9 Nota tamen, quod ex amore vnus effectus infelix inter Amasium, & Amasiam euenire solet, & est, quod vnus non possit testificari pro alio; & ratio est, quia amans facile pro amata mentitur, pro ea excusanda; nam adeo ille in corpore amasiæ viuere dicitur, & amati faciem in animo suo insculpit, vt propterea vni pro alio meritò testificari non liceat, *vt ait Mascard. de probat. concl. 340. num. 8. & prius conclus. 89. num. 3. & Erasmus ad hoc in Apophtegm. lib quinto aiebat*, quòd anima est vbi amat potius, quàm vbi animat, & caro amantis in alieno corpore viuit; Item amans viuit, vbi non est, & moritur vbi est, & nil de se cogitat, & sibi non prospicit, vt amico consulat, & denique cęcus depingitur, *vt ait Diuus Thomas, idemque ait Azorius in prima parte institutionum moralium libro tertio, fol. 190. sub littera D, & in materia Amoris, vide Farinacc. in secunda parte prax. crimin. quæst. 98. num. 77. cum sequentib.*

Extende prædicta adeò esse vera, vt propterea donatio inter Amasium

&

& Amasiam facile præsumatur, nisi amans sit miles, aut aliqua dignitate decoratus, *vt ait Mascard. ibi supra num. 5. & Cardinalis Mantica de tacit. lib. 13. tit. 17. num. 20.*

10 Amor verò pudicus, & qui solet versari inter coniunctos, veluti ille patris erga filios, nota, quòd solet afferre argumentum ad filiationem probandam, quia ex sola di ectione dignoscitur, quando quis sit filius alicuius, *vt ait Rota decisione 238. in prima parte diuersor. num. 4.*

11 Extende, quòd etiam amor reciprocus inter eos afferat magnum signum copulæ, *vt fuit dictum à Rota in decis. 9 num. 8. par. prima diuers. & decis. 95. nu. 6. par. 2. diuers.*

12 Sed amor debitus parentibus in quo consistat, *tradit Azor. in secunda par. instit. moral. fol. 76. in littera D, & ibi multa inuenies in hac materia.*

13 Amor verò, siue dilectio viri erga vxorem, nota, quòd deprehenditur ex diuturna coniunctione, iuxta illud adagium non enim amatur incognitum, sed ex conuictu oritur mutuus amor, & oculi præcipuè sunt ad amandum illices, in iis enim peculiaris sedes est, & in iis aiunt Poetæ cupidinem excubantem sua iacula mittere. Item Senarius Græcus dicebat, quod mortalibus ex videndo, nascitur amor; vndè ista dilectio probatur, quando eam absentia non extinxit, quæ solet esse potissimum amoris remedium, iuxta illud: *Amor fugiendo fugatur.* Tertio, quando pulchritudo concurrit, quia omne pulchrum amabile, *vt ait Tiraquel. in l. 10. num. 45. de leg. connub. & Rota decisione 338. num. 4. par. prima diuersor.*

14 Amor denique filialis ex duplici fonte oriri dicitur, à natura scilicet, & ab educatione, & propterea videmus, quod sæpè deprehenditur amor ab educatione, non autem educationem ab amore prouenire, vt pulchrè ait *Rota ibi supra num. 5.* nec est vllus amor, qui vincat paternum affectum, *Rota per Card. Mantic. decis. 442. num. 3.* Licèt ille diminui dicatur per conu larionem patris ad secunda vota, erga filios primi matrimonii, ob blanditias secundæ vxoris, quæ semper solet esse molesta filiis ex prima vxore natis, & propterea ad id dici solet, quòd tunc cornix albescit, quando mala nouerca quiescit. Et id quod fuit dictum de parentibus, qui transeundo ad secunda vota præsumantur affectionem mutasse, erga filios prioris matrimonii, adeo est verum, vt propterea pater possit ex huiusmodi ratione à tutela filii remoueri, *vt fuit dictum à Rota per Burattum dec. 120. num. 33.*

15 Licèt sit benè verum, quòd amor patris, & matris, debet esse æqualis, tàm erga filios primi, quàm secundi matrimonii, nec illi ex secundo matrimonio debent esse deterioris conditionis ob blanditias noui coniu ii, *vt ait Rota dec. 432. num. 9. par. prima diuers.*

16 Et licèt dici soleat, quòd regulariter amor descendit, non autem ascendit; id tamen verum est, quoad ordinem dilectionis tantum, secus autem quoad effectum obligationis, *vt ait Rota dec. 94. num. 14 par. 2. diuers.* & veluti dixi supra in verbo *Affectio in fine.*

17 Quibus prætereà addatur, quòd licèt inter patrem, & filium semper præsumatur amor, non tamen id procedit in matre, quę non pręsumitur filium amare, *vt ait Mascard. de probat. concl. 89. n. 6. & 7.*

18 Sed ego puto contrarium esse verius per eam regulam, vt scilicet eas res magis amare solemus, quas cū duriori labore acquisiuimus, vndè cū filius sit doloro sus matri ante partū, in partu, & post partū ante partū in eo gestando, in partu ob dolores in parturiendo, & post partum in educādo, ergo debemus dicere, quòd ex prędictis, plus mater, quàm pater filium diligere debeat, & præsertim, quia mater est magis certa de filio, quàm sit pater, qui ab vxore deceptus, potest facile credere aliquem esse certum filium, qui postea putatiuus existat, vt sæpè euenire solere puto.

19 Declara tamen id, quòd fuit dictum de amore patris erga filios, non procedere, quando essemus in concursu amoris filiorum, & patrię simul, quia tunc magis pręsumitur patriam diligere, quàm filios, iuxta illud Ciceronis, dum ait, quod charitas patriæ, est antiquior, & charior parentibus Romanis, quàm illa liberorum, pro quo facit doctrina *Mascardi in dicta conclus. 89. num. 8.*

ARGVMENTVM.

DE ANGARIIS, ET PERANGARIIS, & qui dicantur Homines Angarij.

CONCLVSIO CVI.

1 ANGARIA, & Perangaria onera, nota, quòd dicuntur impositiones insolitæ, quæ sunt Principi seruatæ, prout subditos compellere ad conducenda frumenta, ligna, paleas, stramina, & similia; Quę enim onera, licèt à subditis supportentur, id tamen metu reuerentiali, & non spontè factum censetur, cuius quidem metus causa, dum durat nullum ius Baroni acquiritur, *vt ait Socinus iunior consil. 98. num. 31. & sequ. libro tertio*, vbi in hac materia plura notanda tradit, & ratio est, quia dicta causa, metus durante, idem iudicatur, ac, si ipsemet duret, *vt fuit decisum in Romana repetitionis indebiti 30 Aprilis 1610. coram Pirouano, & in hoc multa dicam in verbo Aucupium, & ibi recurras.*

2 Et nota, quòd Angaria dicuntur ea onera, quę cum pecunia fiunt; Perangaria autem sine, *vt ait Vrsill. ad Afflict. dec. 265. num 76.*

3 Amplia primo, id procedere, etiam si spontaneam voluntatem subditi in conducendo fructus ostendant, quia præsupposito metu omnia indè meticulosè gesta præsumuntur, vt in materia metus *fuit pluries decisum à Rota; & signanter in vna Africana matrimonij 6. Martij 1587 & in alia Toletana professionis 15. Decembris 1595. & 16. Martij 1596. coram Seraph. & est doctrina Bart. in l. 2. ff. quod met. caus. & in l. penult. ff. de cond. ob turp. caus. Alex. cons. 98. num. 67. lib. 3.*

4 Amplia secundo, quòd id, nedum procedit in istis præstationibus metu factis; sed etiam in illis, quæ vrbanitatis causa fiunt, veluti in dubio ista ab eis fieri præsumitur, quia neutro casu ius Dominis acquiritur, *vt ait Bertaz. cons. 420. num. 2. & seq. lib. 2. & Socin. iun. dicto cons. 98. num. 32. & seq.*

5 Amplia tertiò, id adeò esse verum, vt propterea non nisi Principi; liceat imponere angarias, & onera subditis, quia sunt de eius regalibus, & solùm supremo Principi, non autem Castrorum Dominis illorum impositio competit *Alex. consil. 145. in princip. lib. 2. Ioan. de Imol. cons. 121. num. 3. & seq. & nouissimè Loterius de re beneficiaria, lib. 1. quæst. 21. n. 65. & seqq.*

6 Amplia quartò, quòd neque etiam dicta onera possunt, nisi per immemorabile tempus, aduersus subditos præscribi, *ad trad. per Ruin. cons. ... n. 21. & seq. lib. 5. & Vrsil. supra alleg. in illa dec. 265.*

7 Amplia quintò, quod etiam confessio Vasallorum circa prædicta onera non est valida sine assensu, vel nisi concurrat priuilegium clarum, vel præscriptio immemorabilis ad fauorem Domini, *vt ait dictus Vrsill. ibi supra num. 78.*

8 Et ad id nota, quod Vasalli Baronum, qui venerunt ad habitandum in terram Regiam nō dicuntur angarij, si illi ad dandum Camirlingum obligentur, *vt ait Capic. in decis. 64. allegat. ab Vrsillo in præcitato loco num. 81.* licèt id non inuenerim apud Capicium.

9 Contrarium licèt teneat *Dominicus Marin. in suo tract. de subfeud. in auth. 15. fol. 211. quem laudat, & sequitur idem Vrsil. in dicto n. 82. in vlt. verbis.*

ARGVMENTVM.

ANIMA, QVID SIT, ET QVANTO inter cæteras sit pretiosior, ac de eius priuilegijs in vtroque iure, necnon de illius affectibus iuxta Theologos.

CONCLVSIO CVII.

1 ANIMA, nota, quòd est substantia creata, inuisibilis, incorporea, immortalis, Deo simillima, imaginem nullam habens, nisi Creatoris sui, *vt ait D. Augustin. in libro diffinitionum.*

2 Et anima dum corpus viuificat, anima

anima est, dum vult animus est; dum scit mens est, dum recolit memoria est, dum rectum iudicat, ratio est, dum spirat spiritus est, & dum aliquid sentit, sensus est, *vt ait Isidorus libro vndecimo Ethimolog.*

3 Extende primò prædicta adeò esse verā; vt propterea DD. tàm Iuristę, quàm Canonum dicant animarum regimen esse cūctis rebus, & corporibus præciosius *iuxta trad. per Gratian. lib. 1. discept. for. cap. 123. num. 6.*

4 Rursus ea dicitur salus, quæ est omnibus preciosior, *Gratian. dict. lib. discept. cap. 105. num. 22. & lib. quarto, cap. 771. num. 22.*

Et propterea videmus, quòd imminente animarum periculo, plura conceduntur, quę aliàs non concederentur, cum illa sit cunctis rebus præferenda, *vt ait Rota penes Burat. in sua decisione 565. num. 3. & 4.*

5 Extende secundò, quòd anima est magis coniuncta omnibus consanguineis, & amicis, *idem Gratian. dicto lib. 4. discept. cap. 611. nu. 14. & 35. & cap. 935. num. 36. & cap. 955. num. 49. & 52. lib. quinto.*

6 Vndè videmus etiam, quòd si ob amicos animam negligamus, nec corpus etiam saluare poterimus; nam non anima pro corpore, sed corpus pro anima creatum est, & ideò qui id, quod primum est, negligit: & quod inferius est extollit, vtrumque corrumpit. Qui verò ordinem seruat, & sic, quod primum est colit; etiam si negligat, quod secundum est, tamen per primi salutem saluabitur, & secundum, vt pulchrè ait *Io. Chrysostom. de recuperatione lapsi.*

7 Extende tertiò, quòd si pro anima, aliquod feudum fuerit relictum, tunc illud legatum quoad æstimationem valebit, quod procedit, etiam si fuerit relictum pro alia causa, quando tamen testator sciuisset rem esse feudalem, licèt respectu animæ illud sustineatur, etiam si rem esse talem testator ignorasset, veluti ita fuisse decisum testatur *Card. Mantic. de coniect. vlt. voluat. lib. 9. tit. 11. n. 8. & seq. & alÿ alleg. à Grat. lib. 4. discept. c. 611. n. 38. & 39.* vbi de veriori, & magis communi opinione testatur.

8 Extende quartò, quòd omnis dispositio, quæ fauorem animæ respicit est semper amplianda, veluti, si essemus in donatione facta pro maritandis puellis, vel alendis pauperibus, seu pro redimendis captiuis, quia istis casibus vtique dispositio deber augeri, nec tunc vllam restrictionem recipere debet. *Surd. decis. 298. num. decimo, & Gratian. lib. quarto, disceptation. forens. cap. 782. num. 16. & cap. 995. num. 10.*

9 Extende quintò, quòd dispositio pro salute animę recipit extensionem, etiam si sumus in pœnalibus, & odiosis, *idem Gratianus disceptationum forens. cap. 809 num. 10.*

10 Extende sextò, quòd vbi tractatur de salute animarum, tunc de apicibus iuris non est curandum, *vt ait idem Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 238. num. 86. cum ibi allegatis.*

11 Extende septimò, quòd si sententia feratur pro salute animæ, tunc ea erit exequenda, non obstante appellatione, *idem Gratian. lib. 4. discept. cap. 665. num. 1. & 24.*

12 Extende octauò conclusionem principalem, adeò esse indubitatam, vt propterea Deus magis expetat animas, quam sacrificium ipsum, *idem Gratian. c. 298. n. 69. lib. 2. suarum discept.*

13 Extende nonò, quod licèt Regularis exemptus non subsit iurisdictiori Ordinarii, attamen id in eo fallit, qui curæ animarum præsit, quia tunc, ob illarum curam, & fauorem, quamuis exemptus dictæ iurisdictioni ordinarii dicitur esse subiectus, *vt ait Rota in Burgen. concordia 14. Ianuarÿ 1594 coram Cardinali. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 1058. num. 5.* & ibi ratio assignatur.

14 Sed hic obiter erit notandum, quòd Monachis est regulariter interdicta cura animarum, quod tamen intellige verum in Monachis particularibus, & quando Monasterium non habet populum, aliàs secus, quia de iure, aut saltem ex consuetudine à iure approbata, id non est prohibitum, *vt ait Rota dec. 204. nu. 8. par. secunda in recentior.*

15 Extende decimò, id quoq. habere locū in Canonico exēpto à iurisdictione Ordinarii per concordiam, quia, ea non obstāte illius subditus efficitur, si curā animarum habeat, *vt ex decreto Concil. Triden. sess.*

sess. 25. cap. 11. de Regularib. Rota ibi supra coram Cardinali Seraphino, & Gratian. d. cap. 298. num. 48.

16 Extende vndecimò, quòd habens curam animarum, dicitur habere administrationem maiorem, & ideò incedendo præfertur, & cum illius exercitium in se magnum periculum contineat, ob id ars artium vocatur, & hinc etiam fit, vt cura animarum tanto pręcisior dicatur, quanto est periculosior, *idem Grat. in dicto cap. 998. num. 95.* Et propterea clarum de hoc exemplum videmus in filio, qui dicitur carior matri, quàm patri, ea ratione, quia non tàm patri, ve luti matri est onerosus, dolorosus, & laboriosus, Nam ei est onerosus ante partum in eo gestando, dolorosus in partu in eo procreando, & laboriosus post partum in eo educando, vnde ad id optimè facit illa regula, quòd scilicet semper eas res magis amare solemus, quas cum duriore labore acquirimus, vt latè dicā, Deo dante, in verbo *Matrimonium.*

17 Subextende, quòd animarum cura adeò est difficilis, vt propterea ea inexperto nullo modo sit danda, & in dubio nemo ad illarum curam idoneus præsumitur, nisi prius examinetur, & pro tali probetur, *vt ait Cappell. Tholos. dec. 450. num. 1. & 3.*

18 Prǽterea, nec ea vnquam censetur annexa beneficio, quòd personalem residentiam non requirit, & ob id inferri non potest, quod beneficia curam animarum habeant ex eo, quia sunt patrimonialia, veluti *fuit dictum in Burgen. congruæ de Cudeyo Veneris 26. Nouembris 1593. coram Cardinali Mantica, quæ est decisio 7. num. 2. par. secunda in recentior.*

19 Sed est benè verum, quòd cura animarum potest esse absque parrochialitate, *vt fuit decisum in Recanaten. Parrochialis vltima Ianuarij 1594. coram Orano, & in Ciuitaten. Decimarum 1596. coram Gipsio, & in Sabinen. Decimarum 10. Aprilis 1599: coram Cardinali Pamphilio, & in decis. 228. num. 6 par. secunda in recentior.* & ibi pulchrè docetur, quando Parrochialitas curam animarum habere dicatur, ad quem per te, si vis de hac materia scire recurrere poteris.

20 Rursus, si vis scire qui sunt affectus animæ, & vnde dicti, quomodo generentur, & an sint quatuor, siue potius vndecim, an cadant in sapientem virum, & an penitus euelli possint, & hominibus tantum propriè insint, & quæ virtutes hisce affectibus moderentur; An Deo conueniant, Item an sint in Angelis, & Beatis, an in Primis parentibus fuerint, aut ex peccato primorum parentum fuerint orti, vide de his omnibus *Azorius in prima par. institution. moral. lib. 3. fol. 182. cum seqq.*

21 Sed *Diuus Augustinus lib. 12. de Trinitate cap. 12. 13. & 14.* distinguit duas esse partes animæ, nempè superiorem, & inferiorem; & superiorem eam vocat quæ æterna contemplatur, & perspicit, aut de temporalibus secundum ęterna diiudicat; Inferiorem verò, quæ tantummodo temporalia curat, vnde ex hoc rectè infertur, quod omne lethale peccatum sedem in parte superiori habet, & ratio est, quia lethaliter non peccatur, nisi cum æterna Dei regula directè deseritur, quia peccatum est dictum, factum, vel concupitum, & contra legem Dei, & propterea sicut omne peccatum, quatenus est voluntarium in voluntate residet, ita omne lethale crimen, cum sit legis æternæ violatio residet in parte superiori, licèt tamen actus qui sit lethalis per substantiam suam insit in parte inferiori, vt exemplificando, & resoluendo dubitationes, quæ in hac quæstione contingere possunt, tradit *Azorius in dicta prima parte institutionum moral. fol. 379. lib. 4.*

ARGVMENTVM.

DE ANIMALIVM LOCATIONE, & de damno ab eis dato, necnon de eorum, ac suorū Dominorum pęna, ac damni dati solutione.

CONCLVSIO CVIII.

1 ANIMALIA, nota, quòd possunt, & solent dari ad ęstimationē, atque locari, veluti *fuit decisum à Rota*

ta in vna Pientina afflictus Mercurij 27 Iunij 1582. coram Orano, & id procedit, siue locentur singula animalia bruta, siue armentum, siue pręcodium in genere, *vt fuit dictum in Romana vsuraria prauitatis Veneris 4. Iulij 1597. coram Peregrino, quæ est apud Statil. dec. 275. num. 2.*

Declara tamen, quòd quando animalia dantur ęstimata, tunc transeunt in mutuum, aut venditionem, ex ea ratione, quia ęstimatio rei venditionem operatur, *vt dicunt Doctores, & præsertim Conrad. de contract. quæst. 87. concl. 4. & Hostien. in cap. 1. de commod. Bart. & Accurs. in l. sicut certo, S. nunc videndum, ff. de commod.* quod tamen Subdeclara verum, vbi is, qui recipit animalia expresse promittit, se redditurum, aut quantum importat ęstimatio, siue animalia ipsa, vel eorum pretium; secus autem, quando ęstimatio fieret, vt eorum valor sciretur, ad effectum, & si ea dolo conductoris, vel illius culpa perirent, iustum pretium locatori restitueretur, veluti ita distinguendo, *ait Azor. institut. Moral. tit. de Societate animalium cap. 7 fol. 709. parte tertia*, & ibi multa in hac materia.

2 Circa verò Societatem animalium animaduertendum prius erit, quòd ea fit animalium maiorum, & minorum, de maioribus fit Equorum, Bouum, Asinorum, Bubalorum, & Gregum, de minoribus verò fit Ouium, Caprarum, Porcorum, & similium, & in huiusmodi societatibus communicantur fœtus animalium, lac, butirum, lana, pelles, & alii fructus illius generis: Item communicantur impensę, quę fiunt, & omnia damna, quæ circa ea animalia eueniũt, & illa societas animalium maiorum solet fieri ad quinquennium; illa verò minorum, ad triennium. De huiusmodi societatibus animalium tractat *Sanctus Bernardus parte secunda, serm. 40. art. 1. cap. 1. 2. & 3. & art. 2. cap. 1. 2. & 3. sanctus Antoninus par. secunda, tit. primo, cap. 7. nu 39. & seq. & alij Summistæ, vt est Armill. in verbo Societas, num. 19. Hostiens. in sua summa, par. prima, lib. 3. tit. 22.*

3 Amplia primò, quòd ea æstimata in locationem, possint dari etiam cum pacto, quod in eadem bonitate, vel qualitate restituantur. Et eo casu, si moriantur, illud cedit in damnum illius, qui ea restituere tenetur, & licèt illa æstimatio emptionem non faciat, sed potius ea fiat ad sciendum valorem gregis, quam quòd, vt dominium de eis transferatur in conductorem, nihilominus huiusmodi pactum, nempè, quòd in eadem qualitate, & bonitate restituantur, operatur, vt illud periculum mortis ad affictuarios, non autem ad locatorem spectet, aliàs huiusmodi pacto numquam fieret locus, si periculum, tàm deprædationis, ac aliorum casuum, quàm etiam mortis naturalis dictorum animalium semper esset locatoris, *vt fuit decisum à Rota ibi supra coram Orano.*

4 Contrarium, quòd scilicet huiusmodi animalia domino moriantur, non autem conductori, quando aliquo casu, & non culpa illius perierunt, *ait Francisc. Marc. decis. 888. num. 8. par. prima*, pulchrè *ait Azor. in tertia parte Institutionum Moralium fol. 678. in littera D, & Rota decis. 540. num. 8. par. prima in recentior.*

5 Imò, quòd illa æstimatio operetur, & inducat mutuum, & non locationem, *ait idem Azorius ibi supra fol. 708. vers. Quinto.*

6 Concorda igitur, vt prima opinio procedat, quando animal daretur, sed non cum ea facultate, vt illud recipiens eo modo quo voluerit, vtatur. Secũda verò procedit, quando è contra, *vt distinguunt Doctores allegati ab Azor. ibid. vers. Sextò quæritur.*

7 Sed est benè verum, quòd tenendo primam tenementarius, siue conductor casum probare debet, & coram Domino deferre, *idem Franc. Marc. num. 9. in dicta decis. 888.*

8 Rursus concorda secundum me, vt prima opinio procedere possit, quòd scilicet capitale reintegraretur, ex augumento, ex dictis animalibus facto. Secunda verò, potest procedere, veluti, quando omnia perierint, nec quicquam restaret, ex quo, aut in totum, aut in parte capitale reintegrare posset, *ad tradita per dictum Franciscum Marcum in d. dec. 888. num. 8.*

9 Immò nota, quòd sufficit probare per con-

coniecturas mortem animalium. *Rota decis. 690. par. prima recent.*

10 Quod ramen declara esse verum in animalibus gregatim, quia tunc eorum mortem per coniecturas probare sufficit, at secus in aliis, *ad tradit. per Bart. in l. quod præsens, C. de murileg. lib. decimo*, quod quidē dictum singulare reputat *Decius in l. pascendis, C. de pactis*, vt refert *Vrsil. ad Afflict. dec.* 150. *num.* 26.

11 Et ratio differentiæ circa probationē mortis animalium gregatim, & aliorum segregatim ea iudicio meo potest esse, quia in his quæ confusim viuunt, non potest nisi difficulter eorum morbus, & obitus cognosci, & præuideri, sicut in his, quæ in secundo casu ponuntur, & sic optimè in his adaptari potest illa regula, quod scilicet casus fortuitus ille dicatur, qui nulla hominum prouidentia pręuideri poterit; casus verò improuisus ille dicitur, cui causam culpa præcedens dedit, *vt ait idem Vrsil. ad Afflict. ibi supra nu.* 27. & 28.

12 Et quando animal dicatur mortuum ex eo, quia in venditione erat morbosum, *vide Mascard. de probat. in sua conclus.* 92. *per totam.*

13 Et quæ actio tali casu sit intentanda pro illius restitutione, vide quę supra dixi in verbo *Actio redhibitoria*.

14 Amplia secundò, idem procedere, si de animalibus æstimatis societas fuerit constituta, cum pacto, quòd capitale ex fœtibus reintegretur, & quod illud finita societate restituatur; quia id non dicitur vsurarium, ob æstimationem, quæ præsupponit venditionem medietatis illorum animalium, & sic contrarium operatur æstimatio in societate, in qua emptionem inducit, quod non sequitur in locatione, in qua dominium non transfertur, sed penes locatorem remanet, veluti dixi *sub num.* 1. *vers. Declara tamen, & ita fuit decisum à Rota ibi coram Orano, in dicta Pientina affictus* 27. *Iunij* 1582. & in hac materia societatis animalium latè ait *Rota in Romana pecuduum Mercurij* 16. *Nouembris* 1611. *coram Penia.*

15 Ratio diuersitatis inter hos duos cōtractus, nempè locationem, & societatē, ea mihi videtur, quia in locatione casus fortuiti ad locatorem spectant, nisi aliter inter partes fuerit conuentum, vt superius dictum est. In societate verò, lucra, & damna, ne dum sociis communia sūt, veluti *fuit decisum in vna Cornetana Compromissi, Lunæ* 24. *Octobris* 1588. *idemque ait Bero. consil.* 96. *num.* 12. *volum.* 3.

Verùm etiam in hæredes transeunt, etiam post mortem socii, veluti quoque transit ius conductionis factę ab ipsis sociis viuentibus; licèt secus veniret dicēdum, si vnus ex sociis solùm operam, & industriam posuisset, quia tali casu eo moriente, etiam lucra, & damna cessarent, *vt ait Rota decis.* 557. *num.* 1. & 4. *par.* 3. *recentior.*

Extende prædicta adeò esse vera, quòd nedum liber rationum plenè probat inter socios, verumetiam partitæ in eo descriptę, sed si reperiantur erroneę, tunc ab vno ex sociis absque aliorum consensu, siue non docto de errore distornari non possunt, *vt fuit dictum a Rota in Romana pratensæ participationis, seu laudi Luna* 15. *Decemb.* 1614. *coram Buratto, quę est in eius impressis decisio* 85. *num.* 11. Sed quando verè animalia dicantur data in societatem, & quot conditiones in huiusmodi animalium societatibus sint necessariæ, tàm in foro fori, quàm in illo animæ, videndus est *Azor. instit. moral. lib.* 9 *cap.* 7. *de societat. animalium par.* 3. *fol. mihi* 710 *sub littera F, versic. Decimo quæritur, & toto titulo*, vbi multa habebis in hac materia.

Sed si fortè fuerit facta conuentio inter socios, vt finita societate fiat æqualis diuisio, detracto prius capitali, tunc ea viam executiuam operatur, pro reddenda ratione administrationis ex eodēmet instrumento in quo fuit promissa diuisio, *vt ait Gratian. lib.* 5. *discep. cap.* 852. *num.* 25.

16 Ratio autem illius communionis damni, & lucri inter socios, ea est, quia regulariter quilibet socius est dominus partis rei in societate; licèt possit quoque societas contrahi ex partibus inæqualibus, vel quòd vnus præstet pecuniam, alter verò operas, & quòd tàm periculum, quàm lucrum sit commune, *vt ait Azor. ibi supra fol.* 709. *versic. Quartò, & Francisc. Marc. decis.* 889. *num.* 9. & 10.

in

in prima parte, vbi etiam tradit, quomodo periculum sit diuidendum, quando capitale fuit deperditum, *& Gratian. lib. 5. discept. cap. 948. num. 43.*

Et propterea hic obiter erat notandũ, quòd in dãmno dato in re communi, ambæ partes querelare, & sic querelas diuersas proponere possunt, *vt ait Bart. in l. si in re communi, ff. de noxalibus act.* licèt sit benè verum, quod vnum tantum damnum, & vnica pœna sit soluenda, *vt ait Cassan. in consuetud. Burgund. rub. prima. §. 7. colum. 287. num. 19. & Fulu. Benignius ad Statut. Agricultura Vrbis cap. 41. in littera L.*

Extende, quòd etiam socius possit rem communem alienare, *vt ait Rota decis. 40. num. 2.* sed si aliter socius erit minor, tunc in illius rei venditione solemnitates statuti erunt necessariæ, *vt ait Rota ibi supra num. 4.*

17 Amplia tertiò, quòd etiam societas fieri possit absque vlla æstimatione, & cum pacto, quòd capitale ex fœtibus animalium reintegretur, quo quidem casu non intrat Bulla Sixti Quinti super contractibus à man salua, quando tamen partes protestatæ fuerunt, quòd intendebant contrahere secundum eam, & non aliàs nec aliter, nec alio modo, *vt ait Rota ibi supra*, & quemadmodum etiam seruari solet in Bulla Pii Quinti super creandis censibus, *vt fuit decisum in vna Foroliuien. census 13. Nouembris 1589. coram Orano, & in alia Beneuentana census 29. Martij 1593. coram Cardinali Pamphilio, postea confirmata 22. Decembris 1595. coram Cardinali Mantica, quæ est inter impressas decisio 302. num 11. pulchrè Azorius in tertia par. institution. moral. fol. 678. & 679. & fol. 708 & seqq.*

18 Et ratio est, quia pactum illud, quòd capitale sit saluum, & quod periculum ad accipientem spectet, & quòd inde partem lucri reportet, tenet, & valet, *vt refert Franc. Marc. in decis. 889. num. 6. par. prima ex opinione Panormitani ibi per eum allegati.*

19 Contrarium tamen *fuit decisum à Rota in vna Ferrarien. societatis 20. Decembris 1599. coram Cardinali Mellino, & in eadem coram eodem 17. Martij 1600. & Rota in decisione 552. num. 11. parte prima in recentior. & facit in puncto dicta Constitutio Sixti Quinti super contractibus societatum ad caput saluum*, quæ loquitur in specie de animalium societate, damnans pactum factum, vt eorum capitale reddatur saluum, & ob id vim iuramenti, ac obligationis Cameralis tollit, cui optimè concordat *decisio Rotæ 773. num. 6. par. secunda recentior. & dec. 558. num. 11. in prima parte, & veluti dicam in verbo Auaritia, conclus. 161. num. 71. & 80.* sed hic pro declaratione istius pacti super eo, vt scilicet capitale sit restituendum, animaduertendum est, quod si fuerit conuentum, vt saluum, ac illud restituendum veniat, intelligendum est de eo, quod remanet ad hoc, vt ille contractus sustineatur, vt licitus, veluti in dubio, ita præsumendus venit, & non vsurarius, at secus, si concurrerent verba, quæ totalem restitutionem capitalis importarẽt, quia tunc vti contra Constitutionem Sixti Papæ V. tendens damnandus veniret, vt optimè ait *Rota decis. 304. num. 6. par. secunda in recentior.*

20 Sed tenendo primam opinionem, quæ est *Hostien.* declara secundum eum, illam procedere, quando non est periculum in capitali, at secus si è contra, quia tunc Dominus in foro animæ dimittere deberet, veluti refert *idem Franciscus Marc. dicta decisione 889. sub eodem num. 6. Azorius ibi supra fol. 708. & 712.* vbi hoc genus contractus damnat, & ibidem docet, quomodo sit celebrandus contractus, tàm locationis, quàm etiam alterius generis animalium, ad hoc, vt sustineatur in foro fori, & in illo animæ.

Subdeclara tamen id non procedere, quando mercatores capitale assecurarẽt recepta aliqua competẽti mercede, quia tunc id eis fieri liceret, & id procedit, tam in eodem contractu cum eadem persona, quàm in diuerso contractu, & persona, *vt ait Rota decis. 304. num. 7. & 8. par. secunda recent. & vide quæ dixi in hac materia in concl. 161. num. 72.*

21 Amplia quartò, quòd etiam boues, siue cętera animalia, possunt per Dominum ad Collacticum, & veluti dicitur in Patria mea ad Iuuaticum sub certo redditu, siue censu dari, *vt ait idem Franc. Marc. in decisione 888. num. 10. in par. prima.*

Declara

22 Declara tamen, id non esse verum, si ea darentur ad Collacticum, & æstimationem insimul, quia tunc pactum illud esset vsura, ea ratione, quia duæ causæ lucratiuæ simul, & semel, circa vnam, & eandem rem concurrere minimè possit, *vt ait Caualcan. qui infinitos allegat in sua decisione tertia, num. 11. par. secundâ, & decisione 44. in prima par. & in dicta decisione tertia docet*, quomodo ista conductio sit facienda.

23 Si verò animalia darentur ad Soccitā, siue ad æstimatiunem, tunc licèt in pastorē fuerit translatum dominium animalis æstimati, nihilominus Dominus, qui qui vtilitatem animalis habet, tenetur ad periculum de illius interitu in communi, siue morte naturali, siue culpa pastoris illud mori contingat, *vt dicunt Doctores allegati ab Vrsill. ad Afflict. in in dec. 150. num. 24.*

24 Quod secus tamen erit, veluti si essemus in animali morboso dato, & quòd intra tertium diem post illius consignationem obierit, quia tunc ex illo morbo præcedenti, non autem alterius culpa obiisse præsumitur, *vt pulchrè ait Surdus dec. 46. num. 18. cum ibi alleg.*

25 Fallit tamen veluti, si Lupus rapuerit ouem, siue alter eam furto surripuerit, aut diuino iudicio perierit; nam istis casibus, nota, quòd pastor non tenetur ad emendam, nisi tamen ipse casum probaret, & eius culpam excluderet, *vt ait idem Vrsill ibi supra num. 28. in fine, & 29. in princip. & Francisc. Marc. dicta decis. 888. num. 9.* Sed quando animalia diuino iudicio periisse probetur, *vide Fuluium Benignum inferius allegan. cap. 86.*

26 Præterea erit bonum scire, quid seruetur inter socios in diuidenda Soccita, quando ea fuerit dissoluta, & propterea nota, quod de consuetudine, in multis locis seruatur, quòd Dominus animaliū, siue eorum pastor apponat precium, alter verò optionem habet; aut retinendi animalia, aut soluendi partem incrementi alterius, sed si animalia sine pastoris culpa deterioraucrint, tunc Dominus animalis illud retinet; Item fit quoque de cōsuetudine, vt accipiatur pecunia mutuo super animalibus, siue ponatur capitale pretii minus, *vt pulchrè docet Francisc. Marc. dicta decisione 888. num. 21. in prima parte.*

Sed in hac materia societatū animaliū quæ dantur ad Soccitam, quanto tēpore, illæ durent, & quomodo in illis sit procedendum, *vide Fuluium Benignum ad statutum Agriculturæ Vrbis cap. 86. & ibi multa inuenies in hac materia.*

27 Amplia quintò, quod si pecudes, siue alia animalia fuerint pluribus locata, cum eo pacto, quod illa in eadem bonitate, & qualitate restituantur, tunc licèt ea sint diuidua, tamen respectu solutionis dicuntur indiuidua, ita vt singuli in solidū dum ad eorum restitutionem ratione illius indiuiduitatis teneantur, nam habemus, quod ea quæ diuidi non possunt singula à singulis debentur, *Bart. in l. 2. n. 4. ff. de duobus reis, Cuiacius in l. si vt certo, §. si duobus vehiculum num. 3. ff. commod. Gomes. variar. resolution. resolutione secunda, cap. 12. num. 1. Bolognett. in repet. l. 4. §. Cato num. 150. ff. de verbor. obligat. & in materia fuit ita decisum in vna Romana pecudum Mercurij 16 Nouembris 1611. coram Penia.*

28 Rursus in hoc proposito, nota quòd animalia non recipiunt diuisionem, nisi in pretio, *vt ait Franch. in decis. 228. num. secundo, & tertio*, & id sequitur rationem paleati, quo sic vtuntur habentes, siue pauca, siue plura animalia; & prædicta procedunt etiam si in sententia fuisset, omissum, quomodo animalium solutio esset facienda, quia tunc ad hoc, vt ea elusoria non reddatur, erit intelligendum de dicta solutione, quæ de animalibus fieri solet, & sic in pecunia, non autem in bestiis, vt pluribus rationibus id comprobando ait, *idem Franch. in præcitato loco.*

Subamplia, quòd equus quoque potest locari, & dari ad vecturam, cum eo pacto, vt scilicet in eadem bonitate illū conductor restituat, qua ei locator dictū equū dedit, sed id procedit cū ea distinctione, de qua per *Azor. institution. moral. lib. 8. cap. vndecimo in prin. fol. mihi 678. parte tertia, & prius in cap. 7. fol. 667 & seq. & ibi multa in hac materia notanda tradit.*

29 Hucusque fuit dictum de pactis, & conditionibus, quibus Domini animalium ea locare possint, modo bonum erit scire, quæ

quædam onera, quibus eorum animalia subiiciuntur.

30 Et primò nota, quòd decimæ animalium soluuntur, quando tamen lacte abũdant; et secus, si eo indigerent, *vt ait idem Franch. in sua decisione 114. num. primo.*

31 Extende huiusmodi animalia adeò esse Domino Casalis proficua, vt propterea si ea in aliquo Casali pascua recipiãt, vel ibi commorentur, tunc illorum pretia sunt dicto Domino Casalis hypothecata, ita vt omnibus creditoribus sit præferendus, *vt fuit decisum in Romana discussionis de Magonibus Lunæ 26. Ianuarij 1615. coram Vbaldo.*

Subextẽde, q datur etiã retentio animalium pro expensis pabuli, quod enim procedit etiam ad fauorem illius, qui diu ea retinuerit ignorando eorum Dominum, *vt ait Gratian. lib. prima disceptation. cap. 80 num. 11. & seq.* & illud, quod fuit dictũ de hypotheca concessa Domino fundi, siue de dominio super animalibus in prędio locato existentibus, procedit etiam in fructibus ex dicto fundo recollectis, & ne dum pro integra satisfactione affectus, quamdiu affectus durauerit, verum etiam procedit quoque contra subconductorem pro rata temporis, & rei sublocatæ, in vim statuti Agriculturę sub c. 73. & licèt fuerit resolutum aliàs *à Rota in Romana pecuniaria 1. Iulij 1598. coram Penia, quæ est inter impress. post illud statutum Agriculturæ decisione prima*, subconductorem teneri pro integra pensione debita à primo conductore; Nihilominus fuit postea declaratum illud statutum non habere locum, nisi quãdo sublocatio esset de omnibus fructibus, at secus, quando aliqua pars Casalis esset sublocata tantùm, quia tunc non teneretur, nisi pro rata temporis, & rei, aliàs illud iniquitatem contineret, si vnus pro alio soluere cogeretur, *vt fuit dictũ à Rota in Romana Casalis Lunæ 18. Martij 1606. coram eodem Penia, quæ est post illud statutum Agriculturæ decis. secunda, & postea confirmata in alia Romana affictus 20. Nouembris 1606. corã Cardinali Montemontio, quæ est dec. 3. post illud statutum.*

32 Contrarium, quòd scilicet, solùm detur anterioritas pro pensione illius anni, non autem pro futuris, in preiudicium anteriorum, veluti eodem modo dicitur de locatore in fructibus ex agris locatis perceptis, qui pro pensione vnius anni, & non vlterius est præferendus, *ait text. in l. si in lege, §. si colonus, & in l. qui fideiussor, ff. locati, Bald. in l. ede sub num. 3. C. eodem tit.* vbi ait posse Dominum prohibere, ne colonus fructus, etiam à solo separatos asportet, donec sibi pensio soluatur, quem sequitur *Iason in l. item quia num. 15. & 17. versic. & dicit, ff. de pact. Card. Mantic. de Tacit. lib. vndecimo tit. 14. num. 25.*

Sed concorda, vt prima opinio procedat in vim statuti Agriculturæ Vrbis ad fauorem Dominorum Casalium. Secunda verò procedit ex dispositione iuris communis.

33 Extende prædicta procedere, siue fructus sint à solo separati, siue non, quia veluti fructus antequam essent separati, erant in dominio locatoris tamquam pars ipsius fundi, cui cohærent, *l. fructus pendes, ff. de rei vendicat. Rota per Gregorium Decimumquintum decisione 430. num. 3. Thesaur. decis. 55. & 56. & Decision. Pedemont. 82. & Caualcan. decisione 44. per totam, & Gratian. lib. 5. discep. cap. 953. num. primo.*

Ita quoque post separationem eorum conductoris efficiuntur, sed iure pignoris remanent affecti locatori, pro mercede sibi soluenda, *text. est in l. seruus communis, §. locaui, ff. de furt. & Mantica ibi supra, tit. 23. num. 15.*

34 Declara tamen, quòd soluta mercede, pro illo anno, quo fructus recollecti erunt, hypotheca cessabit, *l. Paulus, §. primo, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soll. Surd. consil. 331. num. 22. lib. 3. & Rota ibi coram Vbaldo.*

35 Illud autem quod fuit dictum de priuilegio locatoris. Limita pluribus modis, non procedere, & primò, quando sumus in actione dotis, cui locator non præfertur, quando tamen actio de dote esset locationi anterior, *vt ait Rota ibi coram Vbaldo in dicta Romana discussionis de Magonibus.*

36 Limita secundò, quòd neque locator ei præferatur, qui semen pro seminando mutuauit, *Rota ibidem coram Vbaldo.* Licèt contrarium dixerim in Conclusio-

ne

ne 119. *num.* 12. vbi recurras, & ibi *num.* 13. concordantiam inuenies.

37 Limita tertiò, quòd nec minus in rebus in domum inuectis, & illatis locator ſit præferendus; & ratio eſt, quia tacita hypotheca, quam locator habet, huiuſmodi priuilegium non tribuit, vt anterioritati præiudicet, & propterea ex hoc inferri poteſt, quòd licet locator agere poſſit pro penſionibus in futurum decurrendis, tamen in caſu, vbi conductor rem conductam, ante finitam locationem deſereret, id in præiudicium anteriorum creditorum ſequi non poteſt ob illam rationem ſuperius allegatam, ex mente *Rotæ in illa Romana de Magonibus corã Vbaldo.*

Sed quando re verà res in domum inuectæ ſint hypothecatæ pro penſione domus, vide *Affl. in deciſione* 184. & *ibi Vrſill. per tot.*

38 Extende ſecundò, quòd etiam animal, pro expenſis de ſtabulario, ſiue ab alio eidem factis, & pro cuſtodia, adeò eſt illis obligatum, vt propterea eis dicatur orta hypotheca, quæ præfertur omnibus, & quibuſcumque anterioribus creditoribus, *vt ait Caualcan. dec.* 23. *num.* 31. & *in repertorio in verbo Creditor Hoſpes, & dec.* 44. *num.* 47. vbi loquitur in eo, qui vendit paſculum pecurariis, quo beſtiamina alita fuere. & *Gratian. lib. primo diſcept. cap.* 80. *num.* 11. & 12. & *Rota in Romana ſalarij* 1. *Iunij* 1569. *coram Oradino.*

39 Et ratio eſt, quia ij, qui fecerunt impenſas cauſas cuſtodiendi aliquã rẽ, veluti etiam in educando animalia, vel reſtaurando, aut reficiendo domum, aut in reaptanda Naui, & ſimilibus, iſti inquam omnibus ſunt præferendi, etiam priorem hypothecam habentibus, vt pulchrè ait *Caualcan. deciſ.* 23. *num.* 9. & *deciſione* 44. & *prius deciſione quinta*, & *Gratian. ibi ſupra*, & *Fuluius Benign. ad Statutum Agriculturæ Vrbis cap.* 41. *ſub littera F.* & *cap.* 85. *littera C.*

40 Amplia idem eſſe verum, & generale in omnibus, qui fecerunt expenſas in cuſtodienda, reſtauranda, vel reficienda aliqua re, & in hoc erit ſtandum iuramentum impendentis, *vt ait Gratian. ibi ſup. in fine*, & *idem Caualcan. in deciſ.* 5. *nu.* 9. & *deciſione* 23. & 44. *par. ſecunda*, & *pulchrè ita fuit deciſum in dicta Romana Salarij* 1. *Iunij* 1569. *coram Oradino in hac materia videri.*

41 Extende tertiò, quòd animalia damnum dantia in terris meis poſſum ea retinere, donec eorum dominos ſciam, & licèt eo caſu, quis teneatur illa eidem reſtituere, id tamen procedit præſtita cautione de reficiendo damnum, *vt ait Capic. deciſione* 45. *num. primo*, & *Franciſc. Mart. deciſ.* 275. *num. primo, par. ſecunda*, & *facit doctrina Gratiani in præcitato loco*, & *ibi ſub num.* 10. ait eſſe credendum iuramento capientis illa, ſi ea ad iudicem adduxerit, ſi tamen contrarium non probetur, vel niſi ille, qui iurat, deberet habere lucrum confiſcationis animalium, ſiue aliquam partem illius. Quinimmò licèt quoque hominem damnum dantem capere, & ad iudicem ducere, *vt ait Natta conſil.* 412. *num.* 17. *lib.* 2. *Bald. in l. prima, nu.* 2. *C. locat. Plot. de in litem iur.* §. 53. *num.* 7. & *Papien. in forma inquiſitionis, verſic. contractando num. quarto.*

Contrarium licèt dicant multi, quos allegat *Fuluius Benignus ad Statutum Agriculturæ Vrbis, in cap.* 41. *ſub litt. F.* qui propterea dicunt, quòd ſi interim animal periret, periculo retinentis, & nõ Domini periret.

Concordari tamen poſſunt prædictæ opiniones hoc modo, nempè vt prima procedat, vſquequo ſciatur Dominus animalium, & ſic id permitti cauſa cognitionis, ſed non in pignus, iuxta communem, *vt ait Fuluius Benignus ibi ſupra cum alijs ibi per eum citatis*, ſiue ſi eſſemus in animalibus affidatis, quia tunc animalia poſſunt capi, & retineri donec ſida ſoluatur, immò tali caſu, ſi ea pereant periculo Domini perirent.

Secunda verò opinio procederet, quãdo eſſemus in animalibus non aſſidatis, & quorum Dominus optimè ſciretur, quia tunc ea reſtituenda venirent præſtita cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, ſed quando Dominus ignoraretur, poteſt vendi animal, ſi dari pro noxa, *vt ait Benign. ibi ſupra*, & *in cap.* 47. *fol.* 113. & *Capic. dicta deciſione* 45. Sed ſi forte eſſent plura animalia diuerſorum Dominorum, vbi damnum dederunt, & damni ſeparatio difficilis eſſet, tunc omnes tenentur inſolidum; At ſecus ſi dam-

si damnum, & æstimatio separati posset, quia quilibet de facto suo tantùm tenebitur, cum pœna suos auctores egredi non debeat *Benignus ibi supra cap.* 51. *littera A. & l. sancimus, C. de pœnis.*

42 Et nota, quòd ea esse alicuius probantur per stigmata, quia res censentur illius cuius signo signatæ sunt, *vt ait Mascard. de probation. concl.* 91. *per totam, Rubin. decisione* 29. *vbi ait*, quòd ex signo cognoscitur signatum, *Rota Genua decis.* 201. *Boer. decision.* 109. *num.* 5. *Benignus ad statut. Agricult. Vrbis cap.* 47. *sub littera D, & cap.* 85. *Cacheran. decisione* 40. *Ripa decis.* 66. *vbi ait*, quòd Epitafia inscripta in aliqua Cappella Iuspatronatus probant. Et quòd stigmata in corpore gregis impressa animaliũ, identitatem probent, ac ea, quoad possessionem, & dominium sufficiant, *ait text. in l. stigmata, C. de fabric. lib.* 10. *& ibi Bart. & Lucas de Penna num. quinto, l. penultim.* §. *penultim. C. de aquæduct. lib. vndecimo, & l. quod si, ff. de peric. & com. rei vend. Iason consil.* 170. *num.* 16. *lib. secundo, Menochius de præsumptionib. in præsumption.* 15 *nu.* 22. *Osasch. decis.* 40. *num.* 2. *& Rota in Carpentoraten. restitutionis ouium* 23 *Iunij* 1625. *coram Pirouano.*

43 Contrarium licèt dixerit *Reccius in sua decisione Curiæ Archiepiscopali Neapolit.* 700. *titul. de præt.* & in hoc proposito pro recognitione animalium ait *Anna allegat.* 110. *& Fabr. decisione* 13. *C. de probat.* vbi loquitur de signis appositis in Ballis, *& Afflict. decis.* 23. *num.* 3. *&* 4. *& Cacher. decisione* 40. *nu. primo, & secundo*, vbi loquuntur de signis in scripturis appositis, sed quid si animal haberet signum duorum? In hoc videndus est *Caualcan. in decis.* 7. *num.* 4. Licèt ego semper in dubio signo antiquiori fauerem, per ea, quæ ait *Thesaur. in decis. prima per totam.* Et ratio est, quia actus iunior, semper præsumitur clã destinè, & vitiosè factus.

44 Illud autem, quod fuit dictum de retentione animalium, non procedit in Dominis, qui non possunt retineri ob damnum à suis animalibus datum, *vt ait Gratian. disceptation.* 80. *num.* 4. *&* 5. *vsque ad* 12. vbi ait, quando credatur iuramento damnum passi.

45 Fallit tamen, si ageretur de soluenda fida, & diffida, quia tunc cum cautione non relaxantur; sed solum prius soluta diffida, & non aliàs, vt superius dixi, *& vt ait idem Capicius ibi supra num.* 4. *&* 5. *& Benign. d. c.* 41. *sub litt. F.*

46 Quod secus tamen esset, quando Dominus terrarum non haberet suam intentionem fundatam de iure communi, quia tunc etiam si ageretur de diffida, nihilominus animalia deberet restituere, data cautione de soluenda diffida, & id bonum erit, ne illa in hospitio consumentur, & ita distinguit *d. Capic. in præcitato loco in fine.*

47 Subextende prædicta multò magis procedere, quando creditum erit modicum, quia tunc causa breuioribus dilationibus erit terminanda, & id quoque creditori valdè prodesset, si animalia ab eodem essent sequestrata, quia eo casu expensę pro illis alendis per dictum creditorem fieri debent, vltra quòd sequeretur illud inconueniens, quando creditum esset modicum, quod est, vt expensę absorberent capitale, quòd deinde fieri non debet, *vt ait Caualcan. decis.* 25. *n.* 27. *&* 28. Et ad id nota, quod occasione damni dati diebus feriatis agi poterit, *vt ait Fuluius Benign. dict. cap.* 41. *sub littera P.*

48 Et reassumendo eam conclusionem, vbi loquitur de his, qui damnum dant, Extende quarto, eam in tãtum valere, vt etiam illorum bona sint pro damnis passis tacitè obligata, *vt ait Iulius in sua decisione* 454. *& ibi plures allegat, & Benignus ad statut. Agricult. Vrbis cap.* 41. *sub littera A.*

Sed si forsan nesciretur à quo verè fuerit illatum damnum, tunc quilibet tenetur insolidum, vt ait *Rota decis.* 245. *num.* 3. *par.* 3. *recent.*

49 Extende quintò, quòd etiam damnificans, teneatur ad pœnam, & damnũ insimul, quando tamen territoria fuit bannita, *vt ait Anna in suo sing.* 138. *cum cæteris ibi per eum alleg.*

50 Sed est benè verum, quòd ille damnum dans prius tenetur soluere damnũ, quàm pœnam, quando tamen sumus in territorio bannito, vt superius dixi, *idemque tradit dictus Anna in suo singul.* 139.

51 Extende sextò, prædicta adeò esse vera circa damnum datum, quòd Custodes laici, animalium Clericorum possunt accusari cum ipsis animalibus de damno dato, nec non ipsi tenentur de eo, *vt ait Viuius decision.* 280. *vbi multa adducit Affl. in constit. incip. Cum per partes in 2. quæst. notab. 6. Cassan. in consuetud. Burgund. rubric. prima*, §. 6. *colum.* 282. *num.* 15. *vers. Videtur*, vbi testatur de consuetudine Burgundiæ huiusmodi statuta clericos quoque comprehendere, quòd enim sine difficultate transit, quando sumus in statuto, quod esset cõfirmatũ à Papa, quia tunc clericos quoque ligat, *vt ait Rolan. cons.* 86. *num.* 29. *lib.* 1. *Ceph. cons.* 601. *num.* 32. *lib.* 4. *& veluti sæpe fuit decisum à Rota, & signanter in Romana de Caris* 11. *Maij* 1589. *corã Card. Blanchetto, & in alia Romana separationis T[illegible]i Veneris* 2. *Decemb.* 1605. *coram Card. Marcomontio, & per Card. Seraph. dec.* 1170. *num.* 3. vbi ait id procedere, dummodo statuta sint confirmata à Papa in specie, & ex certa scientia, at secus, si in forma communi, *Honded. cõs.* 15. *lib.* 2. Item, quòd ob damna data, possit procedi contra pastores clericorum, & contra eorum bona, licèt non contra personas, latè ait *Surd. cons.* 301. *lib.* 3. *num.* 88. *& Gutier. pract. quæst. lib.* 1. *cap.* 4. *cum ibi per eum alleg. & Benign. ad statutum Agricult. Vrb. cap.* 41. *sub lit. B. viden. & Plot. in hac materia de in litem iuran.* §. 53. *num.* 5. *vers.* 1. *quæst.* 20. *& seqq. &* §. *seq.*

52 Extende septimò, quòd damnificans seminata, seu segetes, sortitur forum illius in cuius territorio damnum fuit illatum, *vt ait idem Ann. in suo singul.* 137 & quomodo damnum per animalia datum veniat æstimandum, quando illud consistit in segetibus, tunc temporis in herba existentibus, hoc enim casu tria tempora ad istud appretiandum diuersis vicibus concurrere debent, *ait idem Viuius in dicta sua decisione* 280. *in secundo dubio, & ibi pulchrè in hac materia ait.*

Sed *Baldus consil.* 182. *colum.* 2. *lib.* 1. *Aym. cons.* 40. *n.* 10. *& Menoc. de arb. casu* 149. *n.* 21. qui dicunt damnum in segetibus datum eodem modo fore æstimandum, ac si in prato fuisset datum, quæ enim opinio vocatur iniqua *à dicto Benigno ad statutum agricult. Vrb. cap.* 44. *sub littera D.*

Altera opinio fuit *Speculat. tit. de iniur. & damno dato*, §. 2. *num.* 21. *& ibi Io. Andr. in addit. dicens*, quod æstimatio venit facienda pro frumento verisimiliter recolligendo tempore messis.

Tertia autem opinio ea est, vt damnũ debeat æstimari secundum tempus quo fuit datum damnum, idest iuxta æstimationem, quam tunc temporis frumentũ valebat, habita tamen consideratione dubij euentus perceptionis, & recollectionis, & hanc opinionem secuti sunt *Iacob. de Aren. in l. certè. ff. arb. furt. Cæsar Flor. in l. ex hac lege. ff. si quadr. paup. fecisse dic. Affl. super constit. peruenit. rubr.* 36. *num.* 5. *lib.* 3. *Alber. de stat. q.* 78. *Cassad. in cons. Burgund. rub.* 1. §. 6. *col.* 280. & hanc opinionem æquiorem vocat *Benign. ibi supra*. *Sed Viuius in dicta sua decisione* 280. *num. quarto, lib secundo ait*, ter esse faciendam æstimationem damni dati, & primò in Herba ad recognoscendam quantitatem fundi damnificati. Secundò, ante tempus messis, vt sciatur, an frumentum illud sit renatum in totum, siue in parte, vel nullo modo renatum. Tertiò, tempore messis, & sic expectatur illius perceptionis euentus, quòd enim obseruatur in Cõsulatu Agriculturæ Vrbis, *vt testatur Fuluius Benignus ibi supra*; sed si forsan plures æstimatores fuerint electi, & vnus vno modo, & alter alio modo æstiment, tunc omnes summæ per Iudicem sunt coacervandæ, & per eum æstimari debet in tertia parte totius summæ, *vt ait Gerardus in suo singular.* 35. *Cassan. in consuetud. Burgund. rubrica prima*, §. 6. *glossa Intellige, & facit decisio Gratiani Rota Marchiæ* 32. *per totam*. Et nota, quòd in relatione non est necessaria partis citatio, veluti est in eorum electione, *idem Fuluius Benignus ibi supra in litt. O.* de pœnis aũt eorum qui sata conculcãt, & similia faciũt, vide *Azor.* 1. *par. inst. mor. lib.* 7. *fol.* 867. *in fin.*

53 Extende octauo, quòd etiam Dominus teneatur soluere pascua sumpta pro animalibus per vnam diem, & noctem per transitũ; sed nõ tenetur ad pœnã illius bãni cõtra pascentes publicati; dum-

dummodo tamen eius ignorantia extet, quæ ad euitandam accusationem delicti multum operatur, veluti etiam non teneretur Dominus in casu, quòd bannum inualidum reperiretur, *ad tradita per Affl. decisione 290. num. 1. & seq. & ibi Marc. Ant. in addit. idemque ait Vrsill. ibidem num. 1. & 5.* vbi docet, quomodo ignorantia probetur, & quando bannimenta ligent, & quo tempore præscribantur, & in hoc omnino est videndus *Gratian. lib. primo disceptation. cap. 80. per totum.*

54 Animaduertendo, quòd ista probatio damni, potest fieri per duos testes, quamuis debitum principale scripturam requireret, *vt ait idem Gratianus dicto lib. primo disceptation. forens. cap. 168 num. 18. & 19.*

55 Immò etiam per coniecturas probari potest, & si essemus in singularitate testium, tunc erit locus iuramento suppletorio, *vt ait idem Grat. d. lib. 1. discept. cap. 33. num. 55. & 56.*

56 Sed si in aliquo loco extaret statutũ, quòd super damno dato, stetur iuramento damnum passi, tunc iuramentum diceretur propriè probatio. Immò etiam si statutum non exprimeret, quòd credatur cum iuramento; nihilominus illud veniret per subauditum intellectum, quia quando lex ait, quòd stetur damnum passo, id semper intelligitur cũ iuramento, nisi forsan contrarium probaretur, *vt dicunt Doctores allegati à Fulvio Benigno ad statutum Agricultura Vrbis cap. 41. & pulchrè Cotta in memorial. V. statuto Ciuitatis Mediolani cautum reperitur*, vbi limitat, nisi statutum pedes figeret, & ibi quoque docet, quo modo contrarium probetur *Mascardus de probationib. conclusione 471. num. 34. cum sequen. Afin. in prax. iudic. §. 19. cap. 5. limit. 9. num. tertio*, & hanc regulam ponit *Tiraquell. cum ampliationib. & limitation. de retract. lign. §. 4. gl. 1. num. 1. cum seqq.*

Sed si forsan ille iurans, aliàs falsò iurauerit, tunc sibi iterum standum non erit, *vt ait Garz. in sua decis. 63. & Ioannes Aloysius Riccius in sua collectanea 103. par. prima.*

Et stante huiusmodi statuto, an tunc sit iuramento simpliciter standum super quantitate damni, siue etiam de illatione, ac super incidentibus videndus est *dictus Fuluius Benignus ad statutum Agricultura Vrbis dicto cap. 41. sub littera H.*

Animaduertendo, quòd iuramentum nedum debet esse de credulitate; sed etiam de veritate, quando vera possit haberi notitia, *vt dicunt Doctores allegati à dicto Fuluio Benigno ibi supra sub littera N., Mascard. de probation. conclusione 1169. num. 49. lib. 3. Riminald. Iunior consil. 81. num 24. lib. primo.*

Et ideo nota, quòd æstimatores debent reddere rationem congruentem, quia non sufficit, si dicerent, quòd pro tali pretio res suas vendidissent, & quales æstimatores sint ad id eligendi *ait dictus Fuluius Benignus ibi supra, cap. 42 sub littera A.*

57 Item, quando valeat statutum, quòd damnum debeat resarciri à Villa, & loco in quibus illud datum sit, *ait Bald. alle gat. à Gratiano lib. primo discept. cap. 171. num. 20.*

58 Extende ergo, quòd, si à Venatore animal ferum in alterius territorio venatur, si erit verbi gratia, Aper, tunc venator tenetur tradere Domino caput; si verò erit Ceruus, tenetur ei dare patulam. Et licèt homines nobiles possint in alieno fundo venari, non tamen licèt eis in dicto territorio retia tendere, nisi venia petita, *vt ait Franc. Marc. decisione 533. num. primo, & parte prima.*

59 Contrarium, quòd scilicet animalia feræ natura capta in fundo alieno contra voluntatem Domini ingressum pro hibenris, fiant capientium, *ait Azor. in 3. par. instit. moral. fol. 371. vbi de communi testatur.*

60 Quinimmò subiungit, quòd leges, vel edicta quæ infligunt his, qui venantur pœnam mortis, vel mutilationis membri, aut publicæ verberationis, dicuntur iniqua, nisi ea ad terrorem publicentur, & propterea satis est, vt transgressor pœna pecuniaria afficiatur, *vt ait idem Azorius ibi supra*, vbi latissimè de huiusmodi materia venationis discurrit.

Secus verò, si essemus in statuto, per quod permitteretur animalia dãnificantia

cantia occidi, quia tūc valet, veluti valet illud, ꝙ imponit pœnam dantibus damnum, & est obseruandum, *ait Natta consil 600. num. tertio, & sequen. lib. tertio, idemque ait dictus Fuluius Benign. ad statut. agric. Vrbis c. 44. sub littera A. & cap. 47. sub littera B.*

Amplia, quòd si statutum permittat occidi animal in fundo, censetur etiam permittere illud fieri extra fundum, si id in continenti fieret, veluti etiam permittitur sequi damnificantem extra fundum, vt ab eo pignus exigatur *vt ait idem Fuluius Benignus ibi supra in cap. 48. sub littera B.*

Alias animalia damnum dantia, non licet occidere sine licentia, siue fugando illud perdere, vel præcipitare, *vt dicunt Capol. Marsil. Salicet. & alij allegati à Benigno ibi supra cap. 47. sub littera B*, neque illo casu damnificatus, posset cogi recipere carnem, siue coirum ad computum refectionis damni, *idem Fuluius Benignus ibi supra, sub littera C.*

61 Extende decimò, quòd si animal, veluti canis de sui natura mordens, non fuerit à Domino ligatus, & aliquem vulnerauerit, tunc Dominus illius de culpa tenetur, *vt ait Abb. in cap. ad audientiā, num. 7. in fine. & ibi Ann. nu. 16. & Soc. num. 244. de homicid. Nouell. in sua prax. crimin. in form. inquisit. pro casual. homicid. num. 13. & 110. Petr. à Plac. de delict. lib. primo, cap 26. num. 9. & Farin. in suis fragm. in lit. C. n. 5. 10. & 11. fol. 47.* docet, quando retinens Leonem, Vrsū, Lupum, Aprum, Pantheram, Verrē, Canē & similia, teneantur ad omnia damna, & interesse, ad quē per te recurrere poteris

62 Subextende id in tantum esse verum, quòd immò animalia ipsa solent ob facti memoriam aliquando puniri in casu, quo hominem aliquem, siue puerum vulnerauerint, siue interfecerint, *vt testatur Francisc. Marc. in decisione 954. nu. 9. par. prima.*

63 Et hoc modo fuit seruatum à quodā Barone, qui processum fabricare fecit contra vnam Felim, quæ illum momorderat in ludendo nimis acriter cum ea, quo enim perfecto, et audito sępius dictæ Felis Procuratore, & Aduocato, vna cum illo Fiscali in contradictorio iudicio, in hanc causam ne Felis indefensa remaneret ab eodem Domino deputatis, postmodum ferre fecit sententiam ab eius Auditore in qua dictam Felim ex capite læsę Maiestatis condemnauit, in vim, cuius fuit ea inde Furcis suspensa, & immeritò quidem secundum me, ne dum ex ea ratione, quia ille morsus ex nimia prouocatione, & Domini insolentia peruenerat. Verum etiam, quia veluti in homine difficillimum est iustū dolorem temperare, ita, & in belua esset quidem contra propriam naturam in dolore, & instigatione se continere argumento, *text. in l. iura sanguinis, ff. de regul. iur.* vbi cum colligatur ex illis verbis naturalia esse immutabilia, Vndè sequitur, ꝙ cū proprium Felis sit mordere, igitur pro ea facit illa regula, vt scilicet, quos natura non obligat, iustitia nō liget, quibus pręterea illud adagium addatur, quòd dicit, *Che colpa è del Gatto, quando il Padrone è matto?*

64 Vltimo loco animaduertendum est, quòd appellatione animalium, regulariter non veniunt, nisi ea, quę sunt ferę naturæ; de vsu autem communi, qui est attendendus in materia statutorum veniunt omnia animalia, etiam domestica, & quæ sub nostra potestate existunt, & propterea statutum puniens eum, qui sine custode bestiam dimittit procedit etiam in dimittente pecudes sine custodia, veluti sub eorum appellatione veniunt etiam anseres, & gallinę, *vt dicunt Doctores allegati à dicto Fuluio Benigno ad statutum agricult. Vrbis cap. 44. sub littera B.*

ARGVMENTVM.

ANIMVS QVID SIT, QVOMODO probetur, & probatus quos producat effectus.

CONCLVSIO CIX.

1 ANIMVS est Cęlestis, & ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locū diuinę naturę, æternita-

nitatique contrarium, *vt ait Cicero in Catone maiore, vel de Senectute, & in lib. primo Tusculan. quæst.* ait, quòd animorum nulla in terris origo conueniri potest; nihil enim est in animis mixtum, atque concretum, aut quòd ex terra natum, atque fictum esse videatur; his enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mẽtis, cogitationis habeat, quod, & præterita teneat, & de futura præuideat, & possit præsentia complecti, quæ sola Diuina sunt. Nec denique inuenietur vnquam, vndè ad hominem venire possint, nisi à Deo.

2 Et ideò hinc fit, quòd secundum Iuristas, animus, quando est in mente retentus, nihil operatur, *vt ait Rota decis. 354. num. 6. par. 1. in recent.* & propterea notandum est, quòd cum sit imperscrutabilis; quia solus Deus est nostrorũ cordium scrutator, ideò ex indiciis, & coniecturis probari debet, veluti *fuit decisum à Rota in materia probandæ residentiæ in Eluen. beneficij Lunæ 17. Februarij 1606. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decisione 239. num. 4. & prius in decisione 70. num. 8. Afflict. decis. 265. num. 66. & decis. 319. num. 5. Magon. decis. Lucen. 26. num. 13. & Rota decisione 64. num. . par. secunda recent. & Cardinal. Mantic. decis. 313. num. primo, & seq.*

Extende illum multò magis probari ex testibus, etiam, quòd sint singulares, *vt ait Rota dec. 579. n. 7. par. 1. in recent.*

3 Animaduertendo, quòd ille numquã præsumitur, nisi probetur, *Benint. dec. 70 n 16.* Sed ad illum cognoscendum, duobus modis procedi potest, à priori scilicet, & à posteriori, nẽpè, aut verbis præcedẽtibus, aut factis subsequentibus, *vt fuit decisum à Rota in Oriolen. beneficiorum Lunæ 6. Martij, & confirmata 28. Apr. 1595. coram Card. Mantic. quæ est in eius impress. præalleg. dec. 313. n. 3. & Rota dec. 306. n. 3. par. 2. recent.*

Immò testes etiam singulares, sufficiũt ad probationem animi, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. dec. 205. n. 2.*

4 Amplia primò, quòd animus circa præcedentia colligatur ex subsequentibus, tàm in Rescripto Papæ, quàm etiam in verbis articulorum. *vt ait Verall. decisio. 148. num. 4. par. prima, & decis. 308. nu. 7. par. secunda, & Rota per Greg. XV. in dec. 511. num. 21.*

5 Sed quod reuera animus in antedictis, & gestis dignoscatur, *fuit decisum à Rota in Mediolanen. Canonicatus Veneris 9. Ianuarij 1615. coram Pirouano, quæ est dec. 644. num. 6. par. prima in recent.*

6 Amplia secundò, quòd sat erit, si animus ex quibuscumque verbis colligi possit, *vt ait Rota per Verall. decis. 210. n. 5. par. prima.*

Licèt melius ex facto, quàm ex verbis ille probetur, *vt ait Rota per Buratt. dec. 205. num. 3. & Rota decisione 779. num. primo, par. 3. recent.*

7 Amplia tertiò, quòd animus quoque dignoscitur qualis fuerit ab euentu, & talis semper in dubio esse præsumitur, qualis de iure esse debet, & propterea videmus, quòd Episcopus non dicitur desinere residere ex parua mora, quam alibi animo redeundi ad Ecclesiam facit, secus autem, si quis, vtputa aliundè familiam, & supellectilia transportasset, quia isto casu domicilium ibi contraxisse dieeretur, *vt fuit decisum à Rota in Eluen. beneficij sancti Saluatoris Lunæ 2. Martij 1604. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est decisione 103. n. 1. & 4. in 2. par. recen. & Card. Mantica in sua dec. 15. per tot.*

8 Et veluti eodem modo dicitur de Barone, qui, si tempore Tyrannidis sententiam ferat, ea sustinetur, quia in dubio præsumitur voluisse exercere actum licitum, & sic eum facere auctoritate veri Domini, & non Tyranni, *vt ait Afflict. decis. 77. num 4.*

9 Subamplia idem procedere, & è conuerso, vt scilicet animus non redeundi præsumatur in eo qui numquam redijt, *vt ait idem Card. Mantica in decis. 313. num. 8.* vbi exemplificatur in animalibus & brutis, quæ solent ire, & redire, sed animus non reuertendi, tunc dicitur, quãdo consuetudinem reuertendi deseruerunt, quia fortissimum est argumentum, quod deducitur ab effectu subsequuto, *vt dicunt Doctores allegati à Cardinali Mantica in præcitata decisione 15. per totam.*

10 Amplia quartò, q animus d. gnoscitur

ex modo, & qualitate procedendi, & propterea, si fiat responsio, vel qualitatis declaratio ad alium finem, quàm de quo quæritur, nullum effectum operatur, quia, vt dici solet animus, & intentio distinguunt maleficia, & mentem agentis demonstrant; *Rota decisione* 121. *num.* 16. *&* 17. *parte prima diuersor. & Verall. decisione* 148. *num.* 5. *in parte prima, Rota in decisione, siue voto* 61. *num. quinto, &* 19. *inter criminal. Farinace.*

11 Amplia quinto, quòd animus adeò est difficilis probationis, vt ob id in his, quæ alicuius animo resident, potius illius iuratæ assertioni standum sit, quàm factis in contrarium indicantibus, & propterea *Angel. in suo consil.* 256. dat exemplum in Iuda, qui animo erat cum Iudæis; corpore autem erat cum Christo, *Rota dicta decisione, seu voto* 61. *num.* 5. *&* 19. *inter dec. criminal. Farinac. & Afflict. decis.* 265. *num.* 65. *idque ait Rota in dicta decisione* 113. *nu.* 2. *&* 5. *in secunda par. recentior. & per Gregorium Decimumquintum decisione* 268. *num.* 7. *& decis.* 460. *num.* 13. *in eius impress. & decis.* 158. *num.* 4. *& dec.* 276. *num.* 5. *par.* 3. *recentior. & ibi in decis.* 497. *num.* 3. *in fine.*

12 Immò isto casu, quando scilicet sumus in his, quæ dependent in solo animo gerentis actum, potius inspicitur opinio illius, qui illum gerit, quàm ipsa veritas; *vt ait Gratian. lib.* 2. *discep. cap.* 224. *num.* 82. Veluti quoque in multis aliis opinio veritati præfertur, vt in fauorem contrahentium, odium decipientium, fauorem prolis, vel testamenti, siue sententiarum, vt in his duobus versibus continetur.

Testamenta, fauor, odium, sententia proles,
Ex istis causis præfer opinio veris.

cap. nuper de bigam. non ordinan. vbi *Alagona in eius compendio.*

13 Extende præterea ea, quæ fuerunt dicta de his, quæ in animo consistunt, vt propterea animus alicuius, non potest declarari, nisi per personam specialiter deputatam, *vt ait idem Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 752. *num.* 12.

14 Amplia sextò, quòd animus acquirentis, cui scilicet, quis voluerit acquirere ex præcedentibus, & subsequentibus pa-

ri modo dignoscitur, *vt fuit decisum à Rota per Gregorium Decimumquintum in decis.* 401. *num.* 11. veluti quoque è conuerso procedit, quòd scilicet possessio non acquiratur, vbi animus acquirentis non concurrit, cum sit regulare, quòd actus non operetur vltra intentionē agentis, vt dicunt communiter Doctores in *l. non omnis, ff. si cert. pet. idemque ait Rota per eundem Greg. Decimū quintum in decisione* 252. *num.* 4. *& in decis.* 14. *num.* 5. *lib.* 2. *diuers.* vbi ait, quòd possessio non acquiritur inuito, & *Rota decis.* 700. *num.* 13. *par. secunda recentior.*

15 Ex his autem inferri potest ad Episcopum, qui in dubio semper censetur acquirere suæ Ecclesiæ; sed secus tamen erit, si constaret alteri acquirere voluisse, *vt ait idem Gregorium decis.* 476. *nu. primo, & seq.* vbi docet, quomodo id cognosci possit.

16 Amplia septimò, quòd etiam possessionis retentio ex animo dignoscatur, & propterea ille retinuisse præsumitur, vbi constat eum se pro spoliato non habuisse, *vt ait Rota decis.* 560. *num.* 3. *par. prima recent.* & docet *Card. Mantic. in dec.* 185. *num.* 5. quomodo probetur animus retinendi possessionem.

17 Quinimmò notandum est, quòd si quis haberet animum continuandi possessionem, etiam si prius non possideret; nihilominus id nouam acquisitionem induci, *vt ait Rota per Cassad. dec.* 2. *tit. de reseruat.*

Contrarium autem esset dicendum de eo, qui aliquo modo possideret; sed nihilominus de nouo immitti peteret; quia tunc se non possidere fateri videretur, & sic animo possessionem amitteret, *vt ait Rota per Cardinalem Manticam decis.* 20. *num. primo, & decis.* 174. *num.* 5. *par. quarta diuersor. & ita fuit late deductum in Romana hæreditatis de Cincijs* 15. *Decembris* 1623. *coram Pirouano, & in alia Romana Casalis Veneris* 21. *Iunij* 1630. *coram Durano.*

Sed tenendo hanc secundam opinionem, Declara tamen eam non procedere, quando petens immitti non in specie peteret immissionem alicuius rei particularis, sed in genere in possessionem bonorum hæreditariorum, quia tunc illa

petitio

petitio non se extenderet ad id, quod iam possidebatur à petente immissionẽ, quia frustra, quis petit, quòd intus habet aliàs extensio fieret ad præiudicialia, *iuxt. text. in l. cum in generali, ff. de regul. iur. Castrens. consil. 336. num. 2. lib. primo, latè Corn. consil. 225. lib. secundo,* & in terminis istius mandati de capiẽda possessione *fuit dictum à Rota in vna Placentina bonorum prima Iulij 1611. coram Card. Lancellotto.*

Et sic igitur prędictę opiniones hoc modo concordari possunt, nempè, quòd prima procedat, quando petitur in specie immissio in possessionem alicuius rei particularis, quia tunc talis videretur fateri se non possidere. Secunda verò, quando immissio fuisset petita in genere, & sine difficultate, addita clausula, Et omni meliori modo, &c. quia tali pacto intelligeretur petita ad corroborandã, & cõfirmandã possessionem antiquã prout de iure, ita peti potest ex deductis per *Menoch. de adipiscen. remed. 4. quæst. 44. num. 348. & seq. & veluti* de prædictis omnibus *fuit dictum à Rota in illa Romana Casalis coram Durano.*

18 Amplia octauò, quòd ea, quę animo resident, non possunt per procuratorem explicari, nisi id ex speciali mãdato procurę fiat, *Verall. decis. 168. num. primo, par. prima, Surd. decis. 89. num. 20. & Rota per Gregorium Decimumquintum in decis. 79. num. 3.* & multa dicam in verbo *Articuli*, in hoc proposito, vbi recurras.

19 Amplia nonò, quòd etiam ex actu nullo animus agnosci possit; & proptereà notandum est, quòd dispensatio obrenta erit maxima coniectura ad probandũ matrimonium, licèt ex aliquo defectu, postea detegeretur imperfecta, *Rota per Gregorium Decimumquintum decis. 247. num. 3. & prius decisione 194. num. 23. & Rota decisione 612. num. secundo par. prima diuersor. & decis. 92. num. 5. par. prima recentior. & in secunda decis. 768. num. 9. & in Placentina beneficiorũ 6. Iunij 1605. coram Cardinali Pamphilio.*

Declarata tamen eam ampliationem esse veram, quando essemus in actu simpliciter nullo, at secus, quando vltra nullitatem adesset conditio, quæ faceret, ꝙ ea voluntas non esset volũtas, *vt fuit dictum à Rota in Tiburtina Castri Viuarij 4. Nouemb. 1588. coram Card. Seraph.* Et ratio est, quia voluntas colligi nequit ex actu aliquo modo resoluto, *vt ait Puteus decisione 290. lib. 3.*

Rursus declara dictam ampliationem esse veram, & sic quòd animus, & voluntas, etiam ex actu nullo colligatur, quando nullitas prouenirer ex defectu solemnitatum. At secus, si ex illo consensus, veluti ita distinguendo, *ait Rota in decisione 93. num. 2. par. secunda diuersor. & decisione 768. num. 9. par. secunda recent. & Card. Seraphin. decisione 1200. num. secundo, & prius decisione 638. num. 3. & latè Honded. consil. 23. n. 26. & seq. lib. primo.*

20 Amplia decimò, quòd ad excludendum animum fraudulentum ab his, quæ sequuntur maximè dignoscitur. Vndè, si hæres in inuentario in primis fuerit protestatus de addendo id, quòd apparebit omissum, cum ad notitiam peruenerit, si dictus hæres prius antequam fuerit appositum de defectu bonorum curauerit bona omissa in inuentario describi, Item si fuerint factæ diligentię pro illis inueniendis, tunc hæc omnia animum rectũ, & ab occultando alienum demonstrant, *vt ait Rota in decisione 118. num. secundo, & tertio in secunda par. recentior. & prius in decisione 692. num. secundo, par. tertia, lib. 3. diuersor.*

21 Extende, idem versa vice, procedere, nempè, quòd animus calumniandi in lite, ex pluribus dignosci potest, & primò, si quis iurasset de stando vnicæ sententię, & postea tres conformes contra se reportare curauerit. Secundò, si non obstante re iudicata obtinuit causam restitutionis in integrum committi, quæ postea deserta remansit, & nedum per quadriennium, sed etiam per longiora tempora, ex quibus omnibus animum calumniandi, quem ab initio habuisse præsumitur, *vt ait Rota decis. 625. nu. 4. par. secunda recentior.*

22 Amplia vndecimò, quòd animi declaratio, quandocumque fieri potest, etiam absente parte, & quocumque loco etiã extra iudicium, *iuxta tradita à Surdo in decisione 111. num. 8. & decisione 194. num. 19.*

Limita

23 Limita tamen primò, vbi ageretur de præiudicio tertij, quia tunc, ante, vel post incontinenti ante consumationem tamen, dicta declaratio fieri debet, & præsertim, quando præsumptio contra declarantem vrgeret, *vt fuit decisum à Rota per Gregorium decimumquintum in dec. 7. num. 10.*

24 Limita secundo, non procedere in actu, qui aditionem hæreditatis importaret, quia tunc animus præcedere, non autem sequi debet, & ratio est, quia in materia hęreditatis animus qualis fuerit maxime ex inuentario dignoscitur, *vt ait Rota decis. 692. lib. 3. par. tertia diuersorum, & Rota per Gregorium dicta dec. 7. num. 9.*

25 Limita tertiò, non habere locum in declaratione facta ab eo, qui fuit deputatus ad emendum censum, quia tunc ille amplius post emptionem dicti censūs illum impugnare, nec vllam declarationem in præiudicium emptoris facere poterit, *vt ait Rota penes Greg. XV. in dec. 375. num. 4.*

26 Limita quartò, quòd declaratio animi non est facienda in materia mutandæ possessionis, nisi noua causa, vel nouus titulus superueniret, & ideò videmus, quòd si animus fuerit probatus, & voluntas possidendi in vno, vti hærede, si postea vellet vti creditor incipere possidere, nec de eius voluntatis mutatione constaret, id in consideratione non haberetur, *vt ait Rota decisione 254. lib. secundo diuersor. & decisione 601. num 3. lib. 3. diuersor.*

Veluti videmus, quòd possidens iure familiaritatis aliquo iure verę possessionis non iuuetur nisi dominium rei, siue alium titulum possessionis ostendat, *vt fuit dictū à Rota in Perusina pecuniaria Veneris 1. Iulij 1622. coram Merlino, & in eadem 28. Iunij 1623. coram Nauarro.*

27 Contrarium, quòd scilicet semper mutatio tituli pręsumatur absque alia sui animi declaratione, *ait Rota per Gregoriū Decimumquintum in decisione 546. nu. primo, & Rota decisione 143. nu. 4. par. secunda diuers. & decisione 761. num. 2. par. secunda in recentior. & decisio. 224. num. secundo, par. prima diuers. & in Romana Casalis Veneris 21. Iunij 1630. coram Durano.*

28 Concorda vt prima opinio procedat si titulus superueniens esset cum primo compatibilis, & sic non faceret possidentem nouam personam censeri, quia eo casu, quis ex vtroque possidere censetur, nec primum titulum sibi mutasse præsumitur. Secunda verò procederet, quando secus, *vt ait Rota per Crescent. in dicta decisione 5. tit. de restitut. spoliator. & ita quoque fuit decisum in Concben. Decimarum 12. Ianuarij 1615. coram Coccino.*

29 Declara tamen primò dictam secundam opinionem non procedere, quando non constaret de scientia superuenientis tituli, quia tunc facerer optimè illa regula, quòd scilicet non habenti animum acquirendi possessio non tribuatur, *Crauett. consil. 171. num. 19. versic. eodem modo, pulchrè ait Put. decisione 287. lib. 3. & Rota in decisione 14. nu. 5. lib. secundo diuersor. & ita fuit quoque dictum in dicta Romana Casalis Veneris 21. Iunij 1630. coram Durano.*

Et nota, quòd scientia noui tituli ad prædictum effectum, satis probaretur, saltem pręsumptiuè ex testamēto à quo dependeret titulus, si illud esset factum in domo, vbi eum acquirens cohabitabat cum testatore; sed plene, quando acquirens titulum testamento interfuisset, & de illius præsentia fieret mentio in testamento, *Bald. in consil. 392. num. primo, lib. primo, Aym. consil. 193. num. 7. & consil. 168. num. 6. Honded. consil. 83. num. 85. lib. primo, & Rota in illa Romana Casalis coram Durano.*

30 Declara secundò, quando titulus superueniens esset nullus, & inualidus, quia tunc nemo censetur mutare causam possessionis, sed benè posset tunc cumulatiue venire, *vt ait Rota decisione 205. num secundo par. prima diuersor. Menoc. consil. 381. num. 4. & facit Surd. in dec. 51. num. 19. Rota decisione 97. num. 6. par. prima recent.*

Rursus concorda, siue declara secundum me, vt scilicet prima opinio, & sic quòd declaratio mutationis possessionis sit necessaria, & quòd possessio iure familiaritatis tantum non suffragetur, pro retentione bonorum, quando alio modo de possessione, siue de dominio rei non consta-

constaret; *veluti fuit decisum in terminis retentionis à filio in bonis patris pratensa in Perusina pecuniaria Veneris prima Iulij 622. coram Merlino, & in eadem 28. Iunij 1623. coram Nauarro*, & ibi fuit resolutum alio modo de dominio, siue possessione constare debere. Secunda verò opinio, quando secus, & præcipuè, vbi essemus in vxore fauore dotis, & ob miserationem, qua est digna dicta vxor ob amissionem sui viri, & tunc eò magis id tollerari potest, quia secundi creditores eidem suá dotem soluendo se liberare possent, & ex dictis bonis postea sibi satisfieri. Aliàs vxor posset (soluto tñ matrimonio) omnia bona sui viri iure pignoris, & hipothecæ, donec de dote esset satisfacta retinere, *veluti dixi in concl. 152. num. 55*, licèt tamen etiam in isto casu possit ea forma seruari, de qua *dixi in d. concl. 152. sub num. 48.*

Et hic opportunnè erit notandum, quòd possessio iure familiaritatis tunc dicitur, quando constat de non iure ingredientis, & de iure alterius in proprietate *iuxta doctrina Castrensi in l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. possess. alleg. à Put. in decis. 73. lib. 2.* vbi subdit, quòd ad euitandum delictum, & sic ad hoc, vt non dicatur possessio vitiosa ea iure familiaritatis in dubio est præsumenda.

31 Extende præterea, quòd ad probandam scientiam, & qualitatem animi alicuius testes possunt testificari per actus exteriores, quos in eo viderint, & ratio ea est, qa exteriora indicãt interiora, & propterea si vellẽt probare (v. g.) alicuius dementiã; tũc sufficiet eos signa exteriora dementis referre; sed est benè verum, quòd insania, siue dementia vnius non censetur probata, per actus potius tendentes ad quandam leuitatem, seu imbecillitatem ingenii, vel memoriæ, quàm ad exemplum ipsius dementiæ, & eò magis ea excludetur, quando quis prudenter sua negotia administraret, & ad Ecclesias quotidiè accederet ibique Missas audiret, & Sanctissima Sacramenta frequentaret, *vt ait Rota decis. 792. num. 3. 6. 7. & 8. par. 3. recentior.*

Item, si animus alicuius in occidendo considerate velimus id ex gladii, & loci, ac vulneris qualitate dignosci poterit, *vt ait Francisc. Marc. decisione 504. num. 3. par prima, Mascard. de probation. concl. 95. num. primo cum sequentib. & pulchrè Magon. in decisione 26. versic. Verborum videlicet, & actionum, & ibi in num. 18. docet*, quod ad veram cognitionem eorum, quæ ex alicuius animo pendent non solum actus, & verba sunt incipienda; sed etiam tempus, occasio, causa, personarum qualitas, & omnia alia, quæ acciderint, sunt attendenda.

32 Amplius erit notandum, in hac materia, quòd animus illius, qui accipit semper plus operatur, quàm animus illius, qui tradit, licèt id in verberibus fallat. & ideò nota, quòd si procurator intendat acquirere domino suo; tradens verò intendat, quòd alteri acquiratur, tunc in hoc animus accipientis alteri tradentis præfertur, *ad trad. per Afflict. decisione 301. sub num. 3.*

33 Hucusque melius, quàm fieri potuit ostendimus, quomodo animus probetur, & in quibus illæ præsumatur; Modo restat videndum, quando, & in quibus non præsumatur. Et in primis erit notandum, quòd licèt pater semper præsumatur habere animum capiendi in cõtractibus bonum consilium pro filio, id tamen non procedit, quando damnum filii in aliquo contractu esset euidens, *veluti fuit decisum à Rota in Bononien. census Lunæ 17. Martij 1608. coram Card. Marcomontio, quæ est in prima par. recentior. decisione 153. num. 8. Mascard. de probat. conclus. 99. per totam, & ego latius dicam in hac materia in verbo Donatio.*

34 Extende primò, quòd, si verbi gratia probaretur facta donatio de aliqua re, siue aliqua specie rerum, de qua donans teneretur aliquid de illa re donatario soluere, tunc ea facta præsumitur animo compensandi, & non aliàs, cum nemo suum iactare præsumatur, nec minus, quis in necessitatibus liberalis existit, quod tamen secus esset, quando donans, nil deberet cum quo compensandum veniret, *vt ait Surd. decisione 119. num. 8. & 14. Mascard. in concl. 96. per totam*, vbi tradit ex quibus donatio animo compensandi facta præsumatur.

Extende

35 Extende secundò, quòd, neque animus renunciandi vnquam in dubio præsumatur, *vt ait Surdus decisione 317.nu. 23.* sed verbis claris, & expressis talis animus est probandus, *vt fuit dictum à Rota in vna Cesenaten. Lucri dotis Lunæ 5. Nouembris 1601. coram Coccino, quæ est in eius impressis decis. 43. num. 5.*

36 Extende tertiò, quòd etiam animus iniuriandi, & nocendi in dubio non præsumitur, *vt ait idem Magon. decis. Lucen. 19. num. 14. Surd. decisione 89. nu. 31.* & latè dixi in verbo *Actio iniuriarum*, & veluti dicam in verbo *Iniuria*.

37 Contrarium tamen *fuit decisum à Rota Florentina per Magon. decisione 25. & decisione Lucen. 26. num. 14. Paris. consil. 149. num. 9. lib. 4. Socin. consil. 146. num. 7. & Clarus in §. Iniuria, versic. Quæro nunc.*

38 Concorda tu tamen, vt prima opinio procedat, quando verba de sui natura non sunt contumeliosa, vel quando inferens iniuriam protestatus fuit, id animo iniuriandi non facere, veluti dicitur de mentira.

Secunda verò opinio, procedit, quando verba de sui natura essent contumeliosa, siue quando nulla pœnitentia, siue protestatio, ac declaratio intercessit, quia tunc id animo offendendi fecisse præsumitur; secus autem, quando verba possent ad vtramque, nempè in bonam, & in malam partem applicari, quia tunc nō animo malo prolata censentur, *vt ait idem Magon. dicta decisione Lucen. 26. num. 17. & in alia decisione Florētina 25. & Surd. dicta decisione 119.*

Veluti hic obiter eodem modo dici potest de his actibus, qui possunt sonare in delictum, vel non delictum, quia tunc ea interpretatio est facienda, quæ delictum excludit, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaceio in sua prima parte prax. crimin. quæst. 2. num. 9. cum seq.* vbi loquuntur de homine reperto suffocato, siue strangulato, qui cum possit ita facile ex natura, & improuisa morte suffocari, veluti ex violenta, & sic facto hominis causata, Idcirco in dubio illius mors potius naturalis, quàm violenta venit præsumenda, cum habeamus de iure ex eo solo delictum non probari, quando homo reperitur mortuus, nisi etiam constet eum fuisse scelere interemptum, animaduertendo Iudices, vt sint cauti in habendis probationibus super corpore istius delicti suffocationis, cuius signa multa reperiuntur, quæ sunt communia, tàm suffocationi violentæ, quā etiam naturali, vt sunt liuores, & nigredines in partibus corporis, & præsertim in illis superioribus, veluti in facie, collo, pectore, & brachiis, sanguinis profusio ex naribus, linguæ grossities dentibus obstricta: quæ enim signa, ac etiā peiora, nedum possunt euenire ex aliquo veneno ad strangulandum, siue suffocandum apto, vt sunt fungi, feniculi, & similia. Verum etiam in malignis, ac pestilentialibus febribus, prædicta signa concurrere possunt, vt asseueranter affirmat *Hipocrat. lib. primo Acutorum, tex. 36. & lib. 4. Epidem. text. 80. & Valles. in lib. 5. Epidem. text. 87.*

Signa autē reperiuntur, quæ non sunt æquiuoca, sed solū mortē violentam significātia, vt sunt cutis circa collū corrugatio, quando suffocatio fune, laqueo, aut simili instrumento fuisset secuta, & sic ab externa, & violenti causa, siue si dictę funis, aut laquei manifesta vestigia remāsissent, aut capitis laceratio, asperæ arteriæ secundę, ceruicis vertebrę luxatio, spuma in ore, vrinę perfusio, ac etiam aliquando Penis tentio, cum similibus signis, quæ connumerantur *à Puteo lib. de renunciat. & à Fortunat. fidel. lib. primo relat.*

Et propterea sequuta suffocatione alicuius debet Iudex adhiberi peritos in visitando cadauer, qui diligenter inquirant super illis signis non æquiuocis, sed vere suffocationem violentam inferentibus, eorum rationem arti Medicinæ, & Chirurgiæ congruentem reddēdo, aliàs curpus delicti concludenter non probarent. Sed immò potius eorum dictū in nihilo valeret, vt in simili fuit resolutū *à Rota in Romana pratensæ causæ partus Lunæ 6. Iunij 1580. coram Clemente Octauo.*

Ratio autem Physicorum de morte ex laqueo, aut per manuum iniectionē, aut funem sequuta, ea est, quia adeò venę iugulares, atque insimul asperæ arteriorum ductus, & respirationes obstringuntur, vt propterea homo necessariò

succum-

succumbere cogatur, quemadmodum item quoque eadē facilitate succederet si eædem venæ iugulares ita ex nimio sanguine opprimerentur, vt spiritus eandem interclusionē inducerent, vt ex auctoritatibus tot præclarissimorum virorum probat *Marcel. Donat. lib. 11. histor. Med. Mirab. cap. 6. & idem ait Schen. lib. primo obser. na. & admirab. tit. de Aphor. & lib. secundo, tit. de suffocat. & Hippoc. 2. Aphorism. 43. & ibi Galenus in commentar. & Taddeus ibidem Aphorism. 43. & Iseb. Aphorism. 48. eiusdem sect.* qui omnes istorum euentuū plura exempla adducunt.

39 Sed redeundo ad ea, quæ fuerunt dicta de mentita data, cum illa reseruatione, *Saluo honore*, tradit quoque *Menoch. consil. 41. in fine.* Et licèt id forsan alicui ridiculum videatur, cum protestatio non suffragetur, quando est cōtraria facto; nihilominus contrarium in hoc casu est verius, ob eam rationem, quia iniuria conditionalis, neque aggrauat, neque punitur, *vt ait Decius consil. 487. num. 6. Socin. Iun. consil. 122. num. 19. lib. secundo.*

40 Quā tamen opinionem Decii, Socini, & Menochii, Declara non procedere, etiam quod iniurias fuisset protestatus, *Saluo honore*, quando detegeretur animus iniuriandi, nec adesset causa, nec minus crimen fuisset probatum, quia tunc illa iniuria conditionaliter illata, non excusaret, sed puniretur.

41 Secus autem, si causa adesset, sed cōuitiū nō probaretur, vel per impedimentum aduersarii, siue quia fuerit à testibus deceptus, nam isto casu, quoties malus animu abfit, tūc iniurians, aut protestando, vel non, excusatur, vt pulchrè ait *Surd. decisione 89. num. 26. & seqq. cum ibi per eum allegatis.*

42 Amplia id, quod fuit dictum de illatione iniuriæ, procedere tàm in scriptis, quàm in voce, quia illa in scriptis illata, dicitur quoque vocalis, cum vtroque modo bonus, & malus animus dignosci possit, attenta tamen distinctione, quam superius adduxi, ex doctrina *Magon. dec. 25. num. secundo.*

43 Item id procedit attenta qualitate, tàm iniuriantis, quàm iniuriati, quia sciendum est, quod multi iniuria oon afficiuntur, si eis daretur super caput, *del Cornuto*, veluti sunt Lenones, vel alii qui publica Lupanaria sequuntur, quia, si isti dant, vel eis datur del *Becco*, id pro iniuria non reputant: Alii vero secus, & propterea hinc meritò fit, quod eorum qualitas sit attendenda, veluti *ait Magon in præcitato loco num. 13.*

44 Amplia secundò, quòd iniuria tàm præsenti, quàm etiam absenti infertur, *vt ait idem Magon. ibidem num primo,* qui, docet inferius sub *num. 7.* quotuplex sit iniuria, de qua etiam per *Oldradus consil. 53. Roman. consil. 56. & Bottr. in decisione 4.*

ARGVMENTVM.

ANNATAE EX QVIBVS BENEFICIJS soluantur, & de differentia earum, quæ soluuntur Capitulis ab illis Cam. Apost. soluendis.

CONCLVSIO CX.

1 ANNATAE, nota, quòd debentur de iure Diuino, vel saltem ex iure Diuino scripto originem trahunt, *vt ait Azarius in tertia parte institutionum moralium fol. 519. sub littera B.* & duobus modis soluuntur, vno modo Capitulis, altero verò Cameræ Apostolicæ, & illæ, quę soluuntur Capitulis, differunt ab illis, quæ soluuntur Camerę, tàm respectu facti, quàm ratione iuris; nam illę, quę soluuntur Capitulis non in pecunia, sed in propriis fructibus soluuntur, & illos Capitula propria auctoritate percipere valent, & non vnius anni tantum, sed anni totius cum dimidio; Illæ verò, quæ Camerę soluuntur, in pecunia consistunt, & regulantur à valore in impetratione expresso, nec valorem vnius anni excedunt. Item huiusmodi annatæ differunt inter se in eo, quia illæ, quæ debentur Capitulis titulo merè lucratiuo percipiuntur, & a iure communi exorbitant; cum habeamus, quòd bene-

ficia

ficia sine diminutione de iure sint conferenda, illæ verò, quæ soluuntur Cameræ Apostolicæ dicuntur ex causa onerosa, ob illud præiudicium, quod eidem Cameræ resultat, propter vniones, quæ de beneficiis fiunt, *vt fuit resolutum in Burgen. Quindenniorum, Mercurij 5. Decembris 1605. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 1410. num. 18.*

2 Et nota, quòd dictæ Annatæ debentur Papæ tanquàm stipendium in subsidium ministrorum, quorum opera Sua Sanctitas quotidie vtitur, & illæ omni vitio Simoniæ carent, quia, *vt ait Ferdinan. Corduben. in suo tractatu de Annatis*, huiusmodi subsidium Summo Pontifici de iure Diuino, vel saltem ex iure Diuino scripto originem trahente debetur, id comprobando ex veteri lege iussu Dei, dum dixit, decima pars fructuum Leuitis, & Sacerdotibus soluebatur, & deinde Leuitæ, & Sacerdotes ex decimis sibi a Populo redditis Summo Pontifici vnam Decimam soluebant, quæ Decima Decimarum vocabatur, veluti testatur *Azor. in prædicato loco fol. 519. & in hoc vide Tamburin. de Iur. Abbat. disput. 9. quæstione tertia per totam, & est decis. in Palentin Abbatia de Bene viue re Veneris 14. Decembris 1618. coram Coccino Decano, versiculo Secundo principaliter.*

3 Declara igitur, quòd non erit necessarium exprimere illud ius exigendi annatam Capitulo competens in vnione fienda, quando sit incertum, & conditionale, veluti, quia solùm Capitulo esset soluenda annata, quatenus beneficia vacarent, per obitum, quia cum possit euenire, quòd ante vnionem ea possint solùm per resignationes, vel permutationes, & non per obitum vacare. Hinc est, quod illud ius tanquàm incertum, & euentuale non est in consideratione habendum, nec minus illud omissum subreptionem inducit, veluti *fuit decisum in Burgen. Quindenniorum Lunæ 16. Martij 1615. coram Andrea, quæ est decis. 659. num. 13. par. 2. recent.*

4 Fallit tamen primò, quando ius conferendi Capitulo competens esset certum, & radicatum ita, & taliter, quòd siue vacatio contingeret per obitum, siue per resignationem, vel permutationem semper auctoritas Capituli esset necessaria in conferendo, & consentiendo, quia isto casu, ob non factam mentionẽ illius iuris Capitulo competen. vnio esset subreptitia, *iuxta textum in cap. vnico, iuncta gloss. in verbo Collationem, & ibi Doctores de rerum permut. in sexto, quem allegat, & sequitur Rota ibi coram Andrea.*

5 Fallit secundò, quando essemus in vnione Ecclesiæ, per quam Status Ecclesiæ vnitæ non alteratur, nec illius titulus extinguitur, *vt fuit decisum in vna Parmen. Prioratus 14. Apr. 1600. coram Penia.*

6 Fallit tertiò, veluti, quando essemus in his, in quibus non incompatibilitas, sed compatibilitas datur, veluti, quia posito vno, non sequitur alterius negatio, vel exclusio, *vt fuit decisum in illa Burgen. coram Andrea.*

7 Vnde ex prædictis concluditur, quòd sequuta vnione, siue beneficiorum suppressione de eis annatæ non soluuntur ob impossibilitatem vacationis, quæ in futurum amplius euenire non potest, sed solum priuilegiatus suam annatam primæ vacationis consequitur, quòd tamen declara verum, quando sumus in vnionibus, quę mutant statum, & beneficii titulum extinguunt, secus autem esset in his, quæ in pristino statu conseruantur; & ratio prædictorum ea est, quia priuilegium annatæ, non comprehendit casum, in quo amplius beneficium non vacat, *vt dicunt Doctores allegati à Rota in dicta decisione 659. num. 14. & 15. in secunda par. recent. & ita fuit quoque decisum in illa Burgen. Quindenniorum coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 1401. & decisione 1410. num. 18.*

8 Declara tñ, quòd quando tollitur possibilitas vacationis alicuius beneficii, veluti, quia illud esset vnitum, applicatũ, ac annexum alicui Communitati, Collegio, siue Capitulo, vel Mensę Capitulari pro distributionibus inter Canonicos diuidendis, tunc loco annatarum soluitur Camerę Apostolicæ quindennium, nomine tantum, non autem specie ab annata differens, *vt pulchre ait Galeſ. in libro de Annat. circa finem.*

Quod

Quod quidem quindennium hoc modo originem duxit. Nam scire debes, quod plures Pontifices multa beneficia Monasteriis, Collegiis, atque Capitulis vnierunt; ita vt eorum vacatio in futurum fiebat impossibilis, quia corpus Capituli, vel Collegii tamquam aeternum numquam moritur, licèt aliqui de Collegio, siue Capitulo decedant, vnde cum ex eorum non vacatione illorum annatæ Cameræ Apostolicæ cessarent, & sic cum in hoc valde grauaretur Camera. Idcircò fuit prouisum, vt saltem ea per viam Quindenniorum esset releuanda, quæ soluenda forent ab illis in quorum commodum vniones fierent, solutis tamen ab eisdem integris fructibus, vel saltem dimidia eorum parte, *vt dicunt Doctores allegati ab Azorio par. secunda institut. moral. lib. septimo, cap. 13. & Cardinalis Seraphinus decision 1401. nu. 4. & decisione 1410. Cherubinus in sua compilat. Bullar. par. prima, folio mihi 69. quæstione prima, & Bonaccin. de horis canonicis disputatio. 21. quæst. sexta cum alijs per eum allegatis.*

9 Verùm, quia solutio huiusmodi quindenniorum, solebat fieri certis conuentis temporibus, vtputa, quòd ea soluerentur de octo, siue decem annis in alios octo, siue decem annos in perpetuum, at iis in quorum commodum fuerat facta beneficiorum vnio. Idcircò fuit hæc varietas temporum soluendi quindennia sublata per Paulum Secundum in eius Bulla incip. *Decet Romanum, &c.* & sic eorum solutiones reduxit ad initia singulorum quindecim annorum, quia cum tali tractu temporis beneficium vacare fingatur, hinc est, quòd quindennii nomen, fuit inde appellatum, pro cuius enim solutione datur terminus vnius anni *in* prædicta Bulla in §. quarto, necnon de se obligandò soluere cętera in futurum, alioquin vniones beneficiorum irritæ reddantur. Quæ quidem Constitutio fuit confirmata à Iulio Tertio in Bulla quæ incipit *Cupientes, &c.* iubens omnes de beneficiis vnitis participantes soluere quindennia in sustentationem, & subsidium Ministrorum Papæ.

Postmodum Paulus Papa Quartus, & Pius Quintus in Bulla trigesimaocta ua prædictas Constitutiones circa solutiones Quindenniorum approbarunt; Declarans insuper Pius, quòd de omnibus beneficiis vnitis, valorem tamen vigintiquatuor ducatorum excedentes, sit soluendum Quindennium, *vt dicunt Doctores superius allegati, & præsertim ab Azorio in secunda parte institutionum moralium lib. septimo, cap. 13.* vbi multa notanda ait in hac materia, quæ per te videre poteris.

10 Modo redeundo ad materiam annatarum de beneficiis soluendarum, Extende, quòd etiam annata dimidia solui debet ex Iurepatronatus, quod pro dimidia parte esset quæsitum ex beneficiis vnitis, siue ex fructibus, *vt ait Rota per Card. Mantic. decisione 320. num. 3.*

11 Sed an soluatur ex beneficiis permutatis, in hoc vide *Azor. in secunda parte institutionum moralium fol. 564. in littera D. versiculo Decimo quinto, & ibi plura.*

12 Animaduertendo, quòd annata est soluenda de beneficio taxato, iuxta illud, quòd in libris Cancellariæ reperitur, *vt ait Cassador. super regula Cancellariæ decisione 19. num. 6.*

13 Nec ea soluitur, quando litteræ expediuntur sub narratiua intrusionis, sed bene fit obligatio de illa soluenda post possessionem adeptam, iuxta stylum dictę Cancellariæ, *vt fuit decisum a Rota in vna Boianen. pensionis Veneris 4. Decembris 1609. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis dec. 440. num. 6.*

14 Sed si contingat ad euitandam solutionem annatæ, quòd sit apposita narratiua intrusionis in litteris, seu quòd quis, sine legitimo titulo beneficium detineat, tunc dicta narratiua iustificatione non eget, at secus, si esset expressa in supplicatione, *vt ait Rota decisione 531. num. secundo, par. prima diuersorum, Gonzal. super regula Octaua Cancellariæ gl. 15. §. primo, num. 70. cum alijs cumulat. per Garz. de benef. p. 5. cap. 3. num. 209. & sequen. & ita fuit decisum in Pampilonen. beneficij Mercurij die decima tertia Iunij 1612. coram Gregorio XV. quæ est in eius impressis decis. 577. n. 6. & prius in Abulen. beneficiorum* 30. Octo-

30. *Octobris 1609. coram Card. Sacrato, & coram eodem in alia Pampilonen. beneficiorum 14. Ianuarij 1613. & in alia Burgen. Canonicatus coram Ortembergo*, vbi fuit dictum, quod talis narratiua apponi solet de stylo in litteris, ad effectũ colorandi intrusionis narratiuam, *vt ait idem Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 28.*

15 Nota tamen, quòd annatę non soluuntur ob administrationem Cappellaniarum, & Hospitalium, & sic regula de valore, non comprehendit huiusmodi administrationes, sed solùm loquitur de Beneficiis Ecclesiasticis, quod enim applicatur non potest illis ministris, quia illa pars reddituum, quæ illis datur, non dicitur beneficium, nisi tamen daretur personæ habili in titulum, *vt ait Rota dec. 182. num. primo, & sequentib. par. 1. diuersorum.*

16 Declara tamen, quòd quando essemus in casu soluendi annatas, tunc illud ius percipiendi eas non includit de necessitare ius exigendi quindennia, cum non sint accidentia inseparabilia à iure annatarum, & propterea, quando haberetur initium quindenniorum certum, & indubitatum, tunc non posset ex immemorabili exactione annatarum ad exactionē immemorabilem quindenniorum inferri, quia eorum initium est certum; & sic consuetudinis immemorabilis exclusiuum, *vt fuit decisum à Rota per Card. Seraph. dec. 1401. n. 11. & dec. 1410. n. 9.*

17 Licèt sit bene verum, quòd quindennia loco annatarum, subrogata fuere eo modo, quo superius ostensum fuit & hinc etiam fit, quod Rota dixit huiusmodi quindennia non esse nota de iure communi, sed solùm ex Constitutione dicti Pauli Secundi, ad effectum prędictum adinuenta fuisse, veluti colligitur ex vna *Burgen. Quindenniorum Mercurij 27. Iunij 1601. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 1401. num. 2. & 4. & decisione 1410. num. 10.*

18 Declara, quòd ea exigi quoque possunt, nedum à Camera, sed etiam ab aliis ius habentibus ab ea, *Rota dec. prædicta 1401. n. 3. & in hoc pulchrè ait idem Azor. in præcitato loco, fol. 520. tit. de vectigal.*

19 Vltimò nota, quòd annatæ, & depututus sunt prohibitæ secundum pragmaticam sanctionem, *vt ait Franc. Marcus in sua dec. 91. par. 1.* vbi refert, quòd in Normandia, & Diœcesi Episcopus Parisius fructus primi anni percepit; licèt non se extendat ad beneficia vacantia ex permutationis causa, sed de iure Regaliæ ex consuetudine antiqua, vel Principis priuilegio Sede vacante.

20 Nec propterea Galli tenentur in impetratione exprimere verum beneficii valorem, sed solùm de illis quædam compositiones soluuntur, *vt ait Azor. dicto fol. 519. sub littera B.*

ARGVMENTVM.

ANNONA QVID SIT, ET VT conseruetur, quid sit faciendum, & de priuilegijs eam asportantium, & de pœnis in illius extractione delinquē- tium.

CONCLVSIO CXI.

1 ANNONA, nota, quòd propriè dicitur de rē Frumētaria, licèt promiscuè de quouis alimentorum genere prædicetur, vt est *tex. in l. 3. ff. ad l. Iuliam, de annon.* vbi habetur ęquum non esse Decutiones suis Ciuibus Frumentum vilius, quàm Annona exigitur vendere. Immò talis abusus vendēdi Frumentū Ciuitatis vilius, quo fuit emptum, nullo modo est ferendus, vt nouissimè ait *Io. Franc. de Ponte in suo tract. de Potest. Proreg. §. 5. tit. de Abund. Ciuit. n. 6 Gratian. autem in dec. 134. n. 1. ait*, appellatione tritici ordeum venire, & quicquid in area territur, quod tamen intelligi ge vetū sumpto isto termino in genere, iuxta latiorem significationem. Secus autem, si vsus communis loquendi accipiatur in specie, quia tunc legato Frumenti, & tritico solùm illud in specie veniret, non autē ordeū, nec minus alia, quæ ad ista cōtinentur, & sic solū de eo capietur, q sui nobilitate, alias fruges excedit.

2 Præterea istud nomen Annona, vsurpatur pro omni eo, quod in annum ad

ad alimonia prouisum est, & ideo hęc ciuilis Annona vocatur, *vt est tex. in l. iubemus, C. de sacrosancta Ecclesia.*

3 Item Annona, panis ciuilis vocatur in *l. vlt. §. praeterea, C. de iur. dot.*

4 Vndè hic in primis erit notandum, quòd ad hoc, vt Annona conseruetur, & ne carior fiat, item ne subditi facilius cogantur labi in mendicitatem famis, debēr propterea Principes in eorum Terris edicta facere, ne Frumenta, cęteręque fruges extrahantur, sub grauissimis pœnis, *vt ait Guidop. dec. 373. Anton. Thes. dec. Pedem. 152. Cabal. resol. 14. & Fran. Marc. dec. 238. in 2. p. & Io. Fran. de Pōte in pracit. loc. fol. 45. n. 1. & est tex. in l. 1. vbi Salicet. C. de Episcop. aud.*

5 Amplia primo, id in tantum esse necessarium, vt propterea isto casu etiā per sonas Ecclesiasticae id obseruare teneantur; vnde tempore penuriç poterunt cogi ad vendēdum Frumentum viliori pretio, pro vtilitate publica tantùm, cum in damnum etiam Ecclesię redundet, quādo publicę vtilitati non consulatur. Sed est bene verùm, ꝙ à Iudicibus Ecclesiasticis, non autem a saecularibus ad id cogi debent, *vt ait Vinc. de Franc. dec. 9. Cabal. resol. 9. Franc. Mart. dec. 290. p. 2. n. 1 & seq. Bar. in l. annonā. ff. de extraord. cri. & l. 1. C. de Episc. aud. Medices dec. Marchia 52. & Surd. decisione 275. num. 4.*

Et ratio istius primae Ampliationis ea est, quia sępius rem nostram vendere cogimur, & primò, fauore libertatis, *§. vltimo, instit. de donat.* Secundò, fauore publicae vtilitatis, vt hic, *§. sed & maior. instit. de his, qui sunt sui, vel al. iur.* Tertiò, modo, vtputa, si habeo domū proximam Ecclesiae, possum cogi eam iusto pretio vendere, *vt ait Iason in l. nec emere, C. de iure deliberan. Couaru. variarum resolutionum lib. tertio, cap. 14. num. septimo, & ita quoque fuit decisum à Rota in Neapolitana rescissionis concordiae, siue Monasterij, Mercurij 28. Nouembris 1601. & postea in eadem Neapolitana Monasterij 29. Aprilis 1602. coram Card. Lansellotto.*

6 Subamplia primò, hic obiter idem procedere in Collectis impositis, veluti pro Murorum Ciuitatis refectione, Pontium, & Viarum, ac Ciuitatis purgatione, necnon pro omni alia, & quacumque causa, quae communem vtilitatem, tàm Laicorum, quàm Clericorum respiceret, *vt ait Caualcan. decisione 44. num. 100. Rolandus consil. 2. in princip.* qui loquitur de refectione Pontium, & Viarum, *lib. quarto, Bursatt. consil. 161. num. vndecimo cum sequen. & ita fuit quoque decisum in vna Cordubensi. Gabellae Lunae vigesima sexta Martij 1601. coram Penia.*

Subamplia secundò, quòd Clerici possunt collectari, etiam pro soluendo Medico annuatim, necnon tempore Pestis, Bannitorum, & similibus temporibus suspectis, si ponuntur Custodes ad Portas Ciuitatis, pro certo salario, quia tunc illi contribuere tenentur, *vt ait Caroc. de locat. & conduct. quaest. 16 fol. mihi 85. & ibi allegat Ioan. de Amicis consil. 146. num. primo, Anch. in cap. non minus, de Immunitate Eccles. Festus de collect. par. quarta, cap. primo, num. decimo.*

Secus autem in exemptis, quia illi collectari non possunt, etiam ex magna necessitati, siue ex publica vtilitate, secus tamen, si alio modo huiusmodi necessitate prouideri non posset, *vt fuit resolutum à Rota per Burattum in sua decisione 391. propè finem. Sed Azor. in tertia parte institutionum moralium lib. quinto cap. 19. fol. mihi 385. & 386. sub littera D, E, & F.* hoc modo distinguit, nempè, duplicem esse necessitatem publicam, & prima est Laicorum, & Clericorum communis ęqualiter, vtputa, si hostilis exercitus, siue praedonum incursus Territorium Ciuitatis inuadit, & prędia deuastat, vbi tàm Laici, quàm Clerici prędia, & suas possessiones habent, veluti etiam dicitur de Ponte, qui dicitur communis ex eo, quia per eum Clerici ad sua prędia pertranseunt, & veluti est Fons in communi vicinia, siue Puteus ex quo ipsi quoque aquam hauriunt ad proprios vsus, Item, quando imminet Bellum, siue Pestis, & opus sit excubias, & custodias ad portas, & muros Ciuitatis facere, vt superius diximus, & sic de similibus, pro quibus, tàm Laici, quàm Clerici, collectari pos-sunt.

Secunda autem necessitas publica est illa, quæ solos laicos respicit, quamuis etiam per indirectum ad clericos quoque spectet, veluti, si imponeretur aliqua collecta soluenda, ob aduentum Principis in Vrbem, vel ob natiuitatem filij, siue filiarum matrimonium, vel ob publica spectacula, seu pro soluendis publicis debitis, pro quibus clerici non tenentur, sed solum pro necessitate primi generis, per regulam illam, qui tenet commodum primariò etiam ex proximo debet quoque sentire incommodum, at secus in ea necessitate secundi generis, quia tunc, neque Ecclesia, neque clerici collectas contribuere tenentur, quia licet illa necessitas sit publica, id tamen non venit ex æquo, sed ex longinquo, *iuxta distinctionem Panormitani, in cap. Non minus de immunitate Ecclesiæ, communiter approbatam, vt dicunt Doctores allegati ab Azorio in tertia parte Institutionum moralium lib. quinto, cap. 19. fol. mihi 385. & 386. sub littera F. & ibidem in præcitato cap. 19. in principio docet*, An Clerici iure Diuino, siue potius humano ab huiusmodi oneribus dicantur exempti, & optime fuit quoque dictum *à Rota in Alben. Gabellæ seu ontrum Veneris die vigesima octaua Iunij 1630. coram Merlino*. quæ decisio semper est viden. in hac materia, quia est Magistralis.

7 Subamplia tertiò, multò magis procedere in personis sæcularibus, quæ possunt non solum cogi ad vendendum proprium Frumentum pro Ciuitatis indigentia, etiam pro viliori pretio, quam exigat Annona, vt superius diximus, verùm etiam ad emendum illud Ciuitatis, quod fuerat paratum ad vendendum, vt illa minorem iacturam patiatur, neque aliquis excusatur, sub eo prętextu, quòd illo non indigeat cum publica vtilitas sit pręferenda priuatæ, *idem Ioan. Franciſc. de Ponte in præallegato loco, fol. 49. in prima columna nu. secundo. & Gratian. lib. 4. discep. cap. 626. num. 16.*

Contrarium tamen illi, quod fuit dictum super eo, quod Iudex possit statuere certum pretium uilius quam exigat Annona, *ait text. in l. tertia, ff. ad leg. Iul. de Annona.*

Concordari tamen possunt prædictæ opiniones hoc modo, nempè, vt prima procedat ratione publicæ vtilitatis, quæ præponderat priuatæ, *auth. res quæ, C. com. de leg.* & quando id à Maiori Magistratu statuitur tempore inopiæ, *vt ait text. in l. prima, §. cura carnis, & ibi gloss. ff. de offic. Præfect. Vrb.*

Secunda verò opinio procedit, quando illud determinaretur à Decurionibus extra tempus inopiæ, & pretium esset iniustum, *vt ait glossa in dicto §. cura carnis, & est decisio Mediolan. 52. & text. in l. vltima, §. item Episcopi ff. de vacat. munerum.*

Extende eodem modo procedere in solutione pretii Frumenti per ciues venditi, qui possunt cogi illud vendere, habita fide de pretio; & ratio ea est, quia, veluti, si flumen corrosit viam publicam, oportet, vt ex meo fundo illam conficiam, absque quòd Fiscus soluat æstimationem, *vt ait gloſsa in l. si locus, §. cum via, ff. quemmod. seru. amitt.* & id propter bonum publicum, quod præponderat priuato, ergo, multò magis poterit Respublica nos cogere ad vendendum habita fide de pretio.

Contrarium quamuis referat fuisse decisum *Alberus Valascus in sua decisione Lusitana vigesima secunda per totam*, sub ea ratione, quia, veluti in omnibus casibus, in quibus cogimur vendere rem nostram, quos quidem enumerat, *Glossa in l. Iulianus, §. item celsus, ff. de act. empt.* ita semper vendere cogimur recepto pretio, *l. venditor, §. si constat, ff. communia præd.* vbi datur exemplum de eo, qui habet Lapicidinam in fundo, ita quoque *in l. secunda, C. de seruis, qui pro præmio libertat.* vbi datur exemplum de seruo, quem Respublic. vult fieri liberum, quia actualiter soluenda est illius æstimatio.

Concordari tamen optimè possunt prædictæ opiniones hoc modo, nempè, vt prima procedat de consuetudine, Secunda verò de iure, *vt loquitur*

loquitur *gloss. in dicta l. Iulianus*, §. *cũ via, ff. de act. empt.*

8 Subamplia quartò illam primam ampliationem, idem pari modo procedere in Frumento Fisci, quia ille potest cogere Ciues ad emendum illud Frumentum, quod in suis horreis habet, *vt ait Afflict. allegat. à dicto Ioanne Francisco de Ponte in suo tractatu de Potestat. Proreg. §. quinto, tit. de Abundantia Ciuitatis fol. 49. num. 14. & Gratian. dicto lib. 4. disceptat. cap. 626. num. 16.*

9 Subamplia quintò, eam ampliationem primam in tantum procedere, vt Ciues tempore penurię cogi possint ad proficiscendũ in partes remotas, & longinquas, pro emendo Frumento, & ita pluries fuisse practicatum, *testatur dict. de Ponte ibi supra num. 15.* Item possunt cogi mutuare pecuniam Reipublicæ, vt est *text. in l. prima, C. vt nem. liceat. lib. decimo.*

10 Subamplia sextò, quòd ad istum effectum possunt cogi Domini animalium, & Nauium ad animalia tradenda, & Naues, siue etiam Currus concedendos pro vehendo Frumento, *D. de Ponte ibidem num. 16. & num. 19.* docet, qua pœna sint puniendi illi, qui naues, quibus Frumentum Ciuitatis vehunt, priuatis rebus onerant. Item si illas impediant, vt annonam non ducant, *l. 2. ff. ad leg. Iul. de annon.*

11 Amplia secundò, dictam principalem conclusionem, in tantum esse veram, vt vbi essemus in proclama extractionem prohibente, tàm ligat eum, qui in via publica bladas extrahere reperitur, quã si extra patriam extraxisset, secus autem si negauerit extra Territorium portare, & domum haberet vltra locum, vbi repertus fuit, aliàs secus, licet tamen tempore mitius tali casu puniretur delictum, si adhuc consumatũ non esset, *d. Fran. Marc. dec. 238. per tot. par. secunda, & 239. eadem par. 2.*

12 Extende, quòd etiam si quis fuerit repertus extrahere in itinere, nihilominus bonorum amissione erit condemnãdus, quia impossibile ferè est, posse vnum in fragranti crimine, vel in propriis finibus inuenire, vt fatetur *Ioseph. Ludouic. in sua decisione Perusina 86.* Licèt tamen ex aduerso dicar esse valdè rigorosum cum pœna ordinaria punire, quia cum confinia adhuc non attigisset, potest esse, eum forsan bona amplius extrahere pœnituisse, quamuis huiusmodi pœnitentia numquam in Romandiola contingere visa fuerit, quia ibi, vt plurimum potius Frumentum, Boues, Currus, Equos, & vitam amittũt contrabanderij, quàm quod illorum iter, & intentionem non assequantur, & eò minus, quis in itinere repertus excusabitur, si dixerit Frumentum ad eius domum asportare, & postea eum illo non indigere probabitur, & præsertim si in Constitutione fuerit decisum, ne quis etiam pro vsu proprio asportare auderet granum de loco ad locum, sed præsentis minimè obstantibus fuit decisum *à Rota Perusina*, eum extraordinariè puniendum fore, *vt ait dictus Ioseph Ludouic. in dicta decisione 80. & Bald. decisione 90. & Riccius in sua collectanea dec. 762. in fine par. 4.*

Contrarium tamen erit dicendum, quando essemus in Forensibus qui haberent prædia in aliquo loco, vbi ob carestiam fuisset prohibitum, ne victualia extraherentur extra Prouinciam, quia nihilominus possunt pro eorũ vsu Annonam ad suas domus asportare, *vt ait Franciscus Marc. decision. 155. num. 1. & seq. par. prima.*

13 Amplia tertiò, quòd proclama in huiusmodi materia, non dum Ciues, sed etiam Forenses comprehendit, *vt ait idem Francisc. Marc. in dicta decisione 238. num. primo, par. secunda, & facit decis. Afflict. 290. num. 9.*

14 Quod tamen declara procedere, quando proclama esset directum in rem, veluti, si in eo diceretur, ne extrahantur blada, quia tunc ibi Forenses comprehenderentur. Secus autem, si dirigeretur in personam, vt puta, si diceretur, quod nullus debeat extrahere blada, quia tunc Forenses non comprehenderentur, quia tum istud p[ræ]ceptum personam respiciens, ideirco de vna ad aliam non migrat, & in omnem euentum, quando verba essent in rem scripta, tunc Forenses mitius puniuntur, *vt dicunt Doctores allegati à Fran-*

à Francisco Marta dicta decisione 238. in fine.

15 Amplia quartò, quòd vendentes annonam aliquo modo corruptam, fractā, vitiatam, infectam, vel pollutam, debent arbitrio iudicantis puniri, *vt ait Franc. Mart. in decisione 540. par. prima, & Cabal. in sua resolut. 80.*

16 Quod tamen declara esse verum de granis, & bladis ad aliquem priuatum spectantibus, quæ ei nullo modo corrumpere, aut inficere licebit, secus autem de illis granis in publicis horreis reconditis, & ad publicum spectantibus; quia tunc dubio procul possent bona blada cum corruptis, & infectis commisceri, vt facilius aliis dicta corruptione velata vendi, & erogari possent, dummodo tamen talis immixtio aliquod nocumentum humanis corporibus afferre non posset, & id totum conscientiæ, ac discretioni ad id deputati remittendum venit, *vt ait idem Francisc. Marcus dicta decisione 540. Cabal. in sua resolut. 80. & Mart. in sua compil. decis. tom. 4. cap. 1. tit. de annona, Card. Tusch. in concl. 338. in verbo Annona.*

17. Verum huiusmodi opinio non mihi prorsus satisfacit, quia aliàs esset velle præbere materiam delinquendi illis, qui ad curam publicorum horreorum sunt destinati cum ipsi spe lucri allecti possent ad eorum priuatam vtilitatem, & in graue publicæ vtilitatis detrimentum, mille fraudes adhibere, & proptetea, si ego essem Iudex huiusmodi corruptelas, tàm in primo, quàm in secundo casu acriter prohiberem, quia nulli dubium est, vt melius sit aliquod detrimentum crumenis, quàm pestem ex corrupta annona humanis corporibus afferre, *Michael Mercat. de Peste cap. 2. Io. Bruyerin. Campeg. de re cibar. lib. primo, cap. vndecimo & decimonono, Paul. Anton. Fuscar. de Prognost. natural. parte prima, quæstione secunda, Cellinus Pintus de Peste parte prima, cap.* 8. Sed ante omnes *Galen. lib. primo de Morb. vulg. com.* 1. Veluti id contingere in patria mea propriis oculis vidi de Anno 1591. vbi ex infectis, & corruptis bladis, morbus pestilentialis ferè omnibus accidit, idem quoque in omnibus locis ferè totius Italiæ id euenisse, vidimus de anno 1630. & 1631. præter quam in Vrbe Romæ, ac illius districtu, quæ tàm à Bello, & Fame, quàm etiam à Peste prorsus immunis euasit, pro quibus quidem gratiis, quamuis sit prius Deo, atque illius Beatissimæ Matri tribuenda summa laus, quia nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilant, qui custodiunt eam. Nihilominus à nemine inficiari potest, quin immortalis gloria sit tribuenda illi incomparabili vigilantiæ, ac in cunctis rebus propè diuinæ prouidentiæ Sanctissimi D. N. Vrbani Papæ Octaui, atque Eminentissimorum DD. Cardinalium Francisci, & Antonii eius meritissimorum nepotum, qui quidem adeo diù, noctùque inuigilarūt, necnon etiam officiales ad huiusmodi Magistratus Vrbis destinati eorumdem exemplo, tàm egregiè sese exhibuerunt, vt propterea nemo fuerit tàm in Vrbe, quàm in illius districtu, qui re vera, (ne leui quidem famine pestis, famis atque belli læsus dici potuerit; & inter cæteros habuimus Illustrissimum Dominū meum Octauianum Ragium, Serenissimę Reipublicæ Ianuensis Nobilem, atque Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Clericum meritissimum, necnon etiam ob illius ingentes virtutes, tùm animi, tùm naturæ pręclarum, qui in Magistratu perdifficili Annonæ Vrbis, tam vigilanter, piè, laudabiliter, atque intrepidè Paterna præcepta, atque Sanctissimas ordinationes dicti Sanctissimi Domini Nostri Vrbani, in prouidendo indigentiis Vrbis, ac totius districtus exercuit, vt absque illis, atque eiusdem Domini Ragii accurata executione, quā si videretur impossibile illud commune exitium ferè totius Italiæ euadi posse, cum omnibus optimè compertum sit, vt Fames, Bellum, atque Pestis insimul fraternizare videantur. De quibus ergo prius gratias innumerabiles, atque iterū infinitas Deo agamus, & ab eodem conseruationem perpetuam Sanctissimi Domini Nostri, atque Excellentissimæ eius Familiæ imprecemur.

Modo redeundo ad id, quòd dicebamus circa euitandas fraudes eorum, qui curam Annonę gerunt super eo, ne bona, cum corruptis misceantur. Addo, ego, quod tempore penurię melius erit tàm

tàm diuites, quàm pauperes ad subueniendum huic necessitati pro modo facultatum collectare, quam illud prędictū incōueniens tollerare, nempè bona cum corruptis immisceri, *iuxta tradita per Francisc. Marc. in sua decisione 40. par. secunda, & Mart. in precitato loco cap. 10. & ad hoc omnino vide Ioan. Francisc. de Ponte in suo tractatu de Potestate Proreg. tit. secundo de abbundan. Ciuitat. fol. 49. num. 6. & seq.*

18 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende eam quoque procedere in aliis mercibus corruptis, vel cum corruptis immixtis, quę, aut sunt proiiciendę, aut concremandę, veluti aliàs fuisse factum in Frumento, Vino, Fructibus, & similibus, *testantur Paris de Puteo, & alij allegati à dicto Io. Franc. de Ponte ibi supra num. 21 fol. 50.* & veluti idem Illustrissimus Dominus Radius aliquando, tàm in Magistratu Grasciæ, quàm Annonæ, ita bono publico fieri curauit, & propterea Tacitus ad id dicere solebat, quod Princeps valde curare debet *Ne Plebs in victu acri Annona defatigetur.*

19 Sed primam opinionem tenendo, extende eam in tantum valere, vt propterea Ciuitas, & Fiscus possint Frumentū vetus corruptum commiscere cum nouo, illudque inter Ciues distribuere, sed ad id euitandum Annonę Præfecti curare debent, ne consumatur nouum Frumentum donec vetus superest, *idem de Ponte ibi supra fol. 49. num. 17. & 19.*

20 Amplia quintò, quòd Statutum extractionem Frumenti prohibens, comprehendit etiam Farinam, & Panem, licèt forma sit mutata, cum in istis eadem ratio Statuti militare videatur. Sed id sine difficultate sibi vendicaret locum, quando perspicuis indiciis id dolosè, ac in fraudem legis factum fuisse apparebit. In fraudem autem legis aliquid fieri dicitur, quando quis illius verba amplectitur, sed postea contra voluntatem eiusdem niti cogitur, *vt ait Franciscus Marc. in sua decisione 140. par. secunda, & Guidopap. decisione 373. & 572. & Mastrill. decisione 139. & Rota Auenionen 62. & Thesaur. decisione 152.* secus autem vbi de dolo non constaret, cum habeamus regulam appellatione Frumenti, Farinam non contineri, *vt ait idem Francisc. Marc. in decisione 162. par. secunda.*

21 Sed quòd sub nomine Annonę contineantur Panis, Farina, Vinum, Acetū, Lardum, Carnes, Ligna, Paleę, Fœnum, & denique omnia victualia, quę ad pondus, vel mensuram venduntur, *ait text. in l. prima, C. de erog. militar. annon. lib. 12. & l. secunda, cum l. prouincialium eodem titulo, Castrens. consil. 40. num. 3. lib. primo, latè Decian. in suo tractatu crimin. par. secunda, lib. 7. cap. 22. tit. de fraudantibus Annonam, & idem Io. Franc. de Ponte in prædicto tractatu, §. 5. fol. 72. num. 17. & Fulgos. in suo consil. 115.*

22 Amplia sextò, conclusionem in tantum procedere, vt extrahens prohibita, etiam animalia perdat, *vt ait Boerius decisione 178.* Quinimmò illa etiam non prohibita amittit, *vt ait Thes. filius in decisione 52. & Riccius in sua collect. 762 versic. Amplia ter tiò.*

23 Amplia septimò, quòd hęc materia adeò est fauorabilis, vt propterea Barones habentes merum, & mixtum imperium possint huiusmodi bannimenta, & proclamata tempore charestię facere, veluti pluries ita vidisse decisum, *testatur Franc. Marc. in sua decisione 130. & decisione 236. & decisione 522. parte secunda.*

24 Amplia octauò, quòd si quis carius emerit vnam totam speciem ad victum humanum pertinentem, vt postea aliis carius vendatur, iste monopolium inire dicitur, *vt est text. in l. Annonam, ff. de extraord. crim.* quod est delictum publicum, & adeò graue, vt propterea Serui, Mulieres, & Familiares ad accusandum admittantur, *l. vix certis, ff. de iudic.*

Item Mulieres, quę aliàs accusare non possunt, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequantur, *l. Mulierem, ff. de accus.* Sed in hoc delicto accusant, *l. vlt. ff. eodem tit.* & talis delinquens pœna arbitraria puniri potest, *idem Francisc. Marc. decisione 289. par. secunda.*

Quod tamen intellige verum, quoad pœnam criminalem, *l. Annonam, ff. de extraord. crim. & l. in dardanarios, ff. de*

de pœn. Sed quod reuera contra talem procedatur, veluti contra violatorem pacis, *ait Auend. & Alber. in l. qui metu, S. miles, ff. de re iudic. alleg. à dicto de Ponte in dicto S. quinto, fol. 72. num. 18.*

25 Fallit tamen in Cauponibus, & Hospitibus, quibus Annonam emere in magna quantitate permissum est, *vt ait Franc. Marc. decisione 540. num. 18. par. prima.*

Quinimmò extende, quòd liceat quoque rusticis ad Ciuitatem venientibus, illud totum, quod afferunt emere, & postea minutatim Ciuibus vendere, *ait text. in l. secunda, ff. de arrund.* si tamen id iudicis licentia, & sic publica auctoritate fiat, cum Reipublicæ valde interfit, ne rustici tota die sedeant otiosi in platea, & agri remaneant inculti.

26 Declara tamen primò, edicta prædicta non continere Forenses colentes in Territorio prohibentis, quia illam portionem ad eos spectantem ad proprias domos iure, ac meritò asportare possunt. Nam cum ratio illius prohibitionis sit conseruatio vbertatis, igitur eamagis conseruabitur, si Ciuitas laboratores exteros non impediat, eorũ partem fructuum secum asportare, quia illi tanto plus ad agros colendos alliciuntur, *vt ait. Mart. in compilat. decision. tom. 1. tit. de Annona, cap. 1. & Rota superius allegata.*

27 Subdeclara tamen, quòd si ipsi laboratores venderent fructus pro parte sua recollectos, tunc ementes eos asportare non possent, quia cum huiusmodi prohibitio sit directa in personam, & nõ in rem, & sic cum illud priuilegium sit merè personale laboratoribus concessum, idcirco eorum personas egredi nõ potest, *vt dicunt Rotæ superius allegata, & veluti latè dicam in verbo Priuilegium, & ait idem Francisc. Marcus in dicta decisione 238. per totam, par. secunda.*

Secus autem, si priuilegium illud fuisset bonis, & sic vni toto generi concessum, quia tunc gesta per aliquem particularem non possent illi præiudicare, veluti in materia exemptionis Ecclesiasticorum circa solutionum gabellæ laicorum, *fuit decisum à Rota in Alben. Gabella, seu antrum Veneris 28. Iunij 1630. coram Merlino.*

Quod secus tñ esset, vbi essemus in materia priuilegii clericis concessi, quia illi benè potest per vnum clericum renunciari, *vt dicunt Doctores in l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric.* Et nota, quòd illi tacitè renunciatum censetur pluribus modis, & primò per dimissionem Clericalis habitus, quia isto casu, ne dum quis priuilegium clericale amittit, sed etiam tacitè clericatui renunciasse præsumitur, *vt ait Faber. decisione 9. C. de Episc. & cler.* & quomodo habitus clericalis esse debeat, *ait Guido pap. dec. 38.* Sed est bene verum, quòd per vnicam habitus amissionem, illud priuilegium non amittitur, *vt ait Cappel. Thol. decis. 104.* multa de hac materia tradit *Faber. dec. 36.*

Secundo modo censetur tacitè huic priuilegio renunciatum per vsum secularis militiæ, & id adeo est verum, vt propterea ille tali casu ipso iure amittat beneficium Ecclesiasticum, *vt ait Faber. decisione 25. C. eodem tit. & Balb. decisione 91. & idem Faber. decisione 14. C. de iurisd. omn. iud.*

Tertiò, illud priuilegium amittitur, quando clericus beneficiatus petit inuestituram sui fratris, præ mortui, quia tunc tacitè illi priuilegio quis renunciasse videtur, nam actus est contrarius clericatui militare in seculo, *vt ait Aym. in allegat. 98. volum. primo, & Balb. decis. 139.*

Quartò, illud amittitur per contractum matrimonij, *vt ait Capic. in decisione 161. vbi multa ait in hac materia, & in eadem pulchre ait Vinius in decisione 512.*

Limita tamen prædicta non procedere in Curia Archiepiscopalis Neapolis, vbi numquam admittitur clericus ad renunciandum clericatui, nisi interposito decreto, *vt ait Riccius in sua decisione 100. eiusdem Curiæ, & in Collectanea decisionum collect. 891. in fine par. quarta, & in hac materia vide Garziam de benefic. cap. 3. par. secunda, num. secundo, & seq.* Sed quod per clericum priuilegio clericali renunciari non possit, *ait hic in decisione 512. allegat à Riccio in sua collect. 352. ferè in fine par. 2.*

Limita

Limita secundò, non procedere in Clericis in sacris constituti, qui huic priuilegio renunciare non possunt, *vt dicunt Doctores allegati ab Alexandro Ambrosino in Commentar. in Bullam Gregorij Decimiquarti de immunitate Eccl cap. 16. num. 12.*

18 Et reassumendo dictam octauam ampliationem, Declara eam secundò, nempè, quòd ratione necessitatis, quis excusatur à pœna pecuniaria extrahentibus irroganda, veluti si pro suo victu id faceret, in quo, nisi aliæ circunstantiæ apparerent, eius iuramento credendum erit, dummodo tamen probabilis ignorantia concurrat. At secus, si crassa, & supina, veluti, si per Ciuitatem publicatum fuisset generale proclama, quia tunc non excusaretur, cum habeamus, quod vbi scientia publica deprehenditur, tunc ignorantia particularis non suffragatur, *vt ait Francisc. Mart. decisione 237. num. primo, & seq. in secunda par.*

29 Declara tertiò, non procedere, quando quis nedum prohibitionem ignotaret, sed etiam extractionem, sine dolo faceret, quia in omni actu, qui de sui natura non est de genere prohibitorum, nec per consequens à iure communi damnatus reperitur, vt est in venditione rerum suarum, quarum vnusquisq. est moderator, & arbiter, & sic tunc ignorantia excusat. Vnde, si quis, verbi gratia venderet blada Forensi, & Fiscus prętenderet hanc venditionem fuisse prohibitam, fundans se in eo, quòd ille sit Forensis, tunc Fiscus huiusmodi qualitatem in qua se fundat, nedum probare tenetur, sed etiam venditionem scienter factam fuisse docere debet, quia vbi quis de crimine accusatur, & ignorantia eum excusare potest, eo casu Fiscus illius scientiam articulare tenetur, aliàs ignorantia ad delicti exclusionem semper iuuabit. Nam veluti scientia, & contrauentio contemptum, & contemptus dolum inducit, ita illo cessante, pœna quoque cessare debet, *Bart. in l. pater Seuerinam, ff. de conditionib. & demonstrationib. in fine, & Magon. decisione 49 num. 8. cum seq.*

30 Extende prędicta eò magis vera esse, si apparebit, quòd tanti Forensibus vendiderit, quanti incolis vědere potuisset, quia tunc ex hoc spes lucri excluderetur, sine quo delictum committi non præsumitur, *vt fuit decisum à Rota Lucen. per Magon. in dicta decisione 49 quem refert, & sequitur Mart. in sua cumpilat. decision. tom. 4. cap. quinto, tit. de Annona.*

31 Declara quartò, non procedere ignorante aliquo edicta Annonæ, quę die quadam particulari frumenta consignari iuberent, si postea die sequenti ipsis paruerit, & iste ex eo optimè excusabitur, si de Principis mandato non constare apparebit, nec isto casu officiali, quauis etiam dignitate ornato, erit credendum, licèt Princeps pręsens existeret, qui adiri posset, cum hic de præiudicio tertii agatur, nempè de pœna confiscationis incurrenda, *vt ait Octauius Cacheran. in decisione Pedemontana 71. & Mart. ibi supra cap. 6.*

32 Extende eò magis procedere in Forensibus, & Aduenis, quia edicta solùm Ciues habitantes ligant, sed non Forenses, qui neque Ciues, neque Incolæ dicuntur, etiam si aliquando in Caupona pernoctassent; & propterea videmus, quòd si ibi citatio fieret ea in eius domo facta non diceretur. Et ratio est, quia habitatio illa propriè dicitur, in qua quis pro maiori parte anni inhabitat, *vt ait Gratian. lib. 3. disceptation. cap. 541. nu. 23.* & illa qualitas solitæ habitationis tunc probata dicitur, si nuncius de ea fidem faciat, *idem Gratian. lib. 4. disceptation. cap. 697. num. 14.* & in hoc vide omnino quæ dixi *in Conclusione 128. sub sub num. 443.*

Vnde ex prædictis infertur, quòd si quis iuramento asseruerit illud proclama ignorasse, tunc à pœna bannimenti excusandus veniret, & præsertim, si die sequenti adimpleret, veluti frumentum consignando, & prædicta protestatio ignorantiæ pręcesserit. Nam iusta ignorantia, & mora modici temporis nocere non debet, & eò magis, quando ius alicuius non fuit effectum deterius. Nam quę incontinenti fiunt inesse videntur, *vt fuit decisum à Senatu Pedemontano per Cacheran. in dicta decisione 71. vt refert Mart. ibi supra.*

33 Contrarium, quòd scilicet proclamata

mata, etiam Forenses ligent, *fuit decisum per Francis. Marc. in decisione 238. num. primo, par. secunda Parlamenti Delphinatus*.

34 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando verba sunt directa in rem, quia tunc non solum domesticos ligant, verum etiam, & exteros. Secunda verò procedit, qñ in personam solum sunt directa, vt colligitur clarè ex *dicta decisione Francisc. Marc. 238.*

35 Sed contra huiusmodi opinionem Francisci Marci pluries fuit decisum a *Rota Romana*, quæ tenet, quod, siue statutum loquatur in rem, siue in personam, tamen nunquam suas vires extendit, vltra Territorium statuentium & sic neque Forenses, neque bona contra Territorium ligat, veluti *fuit decisum in vna Romana, seu Terracinen. hæreditatis 10. Februarij 1576. coram Cardinali Blanchetto, & in alia Perusina reintegrationis Lunæ 15. Ianua. 1596 coram Penia*.

36 Licèt sit benè verum, quòd Rota in prædictis decisionibus loquitur in materia ad. undæ hæreditatis, & sic de bonis, vel de personis, quæ non delinquũt, sed solùm de illis, quæ ad successionem bonorum extra Territorium venire prætendunt, & sic ibi agitur de actione mere ciuili. In alio verò casu vbi loquitur de pœnali, tunc licèt loquatur de Forensi, nihilominus, si ille delinquat, semper sit subditus illius loci in quo perpetratur delictum, *iuxta tradita per Bertaz. consil. 443. num. 1. cum sequenti, volum. secundo, & Franch. dec. 147. num. primo*.

37 Tenendo autem hanc secundam opinionem, extende eam multò magis procedere, quando in Constitutione a Papa promulgata fuisset appositum decretum irritans, quod quidem etiam ante promulgatam Constitutionem ignorantes ligat, veluti dicunt *Felinus, Decius, Bera. & alij in cap. cognoscen. de constit. alleg. à Rota in vna Seguntina Beneficio sum Lunæ prima Iunij 1592. coram Orano, & in alia Sanctæ Agathæ Gothorum præcedentiæ 29. Maij 1624. coram Buratto*, vbi ait, quòd decretum irritans, cum clausula Sublata, &c. operatur, vt cuicunque consuetudini contrariæ censeatur derogatum, nec minus non visus allegari potest, nisi scientia, & consensus Papæ concurrat, *vt ait Rota decis. 221. num. quarto, & seq. & decisione 246. par. prima recentior*. Item, quòd de bannimentis publicatis non sit dubitandum, quando ea reperiuntur impressa in Bullario, *ait Rota in decisione. 301 par te secunda diuers. & decisione 298. nu. 2. par. secunda recent.*

38 Sed prædicta intellige esse vera, quoad nullitatem actus, secus autem quoad incursum pœnæ, *Rota decisione 578. num. 3. par. prima diuersor.* vbi de communi testatur *Grattan. lib. 4. discep. cap. 631. num. 14. viden.*

39 Declara quintò, non procedere in eo extrahente, qui probaret præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum in extrahen. quia tunc prohibitio in contrarium eum non afficeret, *vt ait Rota Auenionen. decision. 40. & Recius in dicta collectanea 762. versiculo Limita secundo*.

40 Declara sextò, vt dictæ prohibitiones minorem non comprehendant extrahentem, *vt ait Rub. in sua decisione 21. & Recius ibi supra, versic. Limita tertio*.

41 Licèt hæc opinio non mihi placeat, quia hodie adeo creuit malitia hominũ in hac materia extractionum, vt propterea magis minores, quam maiores huic exercitio se immiscere videantur, vltra quod etiam à propriis parentibus ad id allicerentur ad hoc, vt dictas pœnas extrahentium euadere possent, & sic hoc modo esset dare materiam delinquendi ad caput saluum, & ideò ego nollem eos impunitos euadere, sed illis præter pœnam corporalem omnes alias eis infligi optimum esse putarem, si tamen necessitas ita expostularet, aliàs secus.

42 Et huiusmodi occasione notandum est, quòd tempore famis, possunt multa concedi, & sic vendi blada pretio vilio ri. Item homines possunt cogi ad facien dum panem pro militibus, & armigeris, horreaque Dardanariorũ possunt aperiri, & isto casu sunt deputandi Commissarii idonei ad inquirendum contra eos, qui carius emunt, vt postea aliis carius vendant, *vt ait Francis. Marc. decision. 230. par. secunda, & Ioannes Franciscus*

de

de Ponte in dicto tractatu de Potestate Prorey. fol. 45. num. 2. Quinimmo possunt diuites cogi tempore Annonæ, & Pestis, ne dum vendere Frumentum iusto pretio, sed etiam pauperibus illud gratis erogare, *vt ait Card. Mantic. de Tacit. & Ambig. contract. lib. 4. tit. 4. num. 12.*

43 Et nota, quòd Dardenarius dicitur Annonę, & aliarum mercium acerbissimus venditor, & vexator, idest ille, qui Annonã incendit, & excandefacit, *vt ait Cicero ad Atticum lib. quinto, cap. 21 l. in Dardenarios, de pœnis, & l. Annonam, de extraord. crimin.* vbi habetur, quòd Annonám vexare Dardenarii solent, *Alciat. lib. quarto, de verbor. signific. & Iul. Pol. scribit,* Nil fraudulentius, nihilq. iniquius fuisse, hoc genere hominum, & ideò variis constitutionibus fraudes calliditates, & stellionatus eorũ coercentur, & Dardani contumeliosè à Dardano dici videntur, quem Magum fuisse constat ex Apuleio, qui eum inter insignes Magos nominat, creditũ est enim eorum maleficiis, & venenis magicis Annonam auerti in eorum horrea, & mentiendo mensuram imminui, eiusque modo subtrahi. Hinc Dardanię artes Columella, idest magicę, & propterea dici solebat. At si nulla valet medicina repellere pestem Dardaniæ veniant artes.

44 Extende primò, quòd tempore egestatis ad subueniendum ciuibus, debent in Ciuitate fieri Granaria, & Subditi tàm diuites, quàm pauperes possunt collectari, vt præsenti, ac futuræ necessitati sit succurrendum, *idem Francisc. Marc. dicta decisione 40. par. secunda,* & veluti superius dixi, ex traditis *per Ioannem Franciscum de Ponte de Abundantia Ciuitatis tit. secundo, fol. 49. num. 9. & 27.*

45 Extende secundò, quòd deferre Annonam ad Vrbem tempore egestatis, adeò fauorabile est, vt propterea isti Delatores à quibusuis muneribus, etiam patrimonialibus immunes esse debeant, quod enim procedere debet in solutione quoque Pedagii illius, qui pro se, & sua familia, vel Reipublicæ vsu Annonam detulerit, & ad ita credendum, illi, qui ex his causis deferat, eius iuramento stabitur, *vt ait idem Franciscus Marcus decisione 41. & 230. parte secunda.*

46 Nec propterea erit licitum deprædare Armigeris, Villis, & Vrbibus Annonã asportantibus, *vt ait idem Fraciscus Marcus in sua decisione 154. num. 20. par. secunda.*

47 Quinimmò isti sunt prorsus ad Annonam asportandam afficiendi ad effectum seditiones euitandi, quæ sæpè à fame incitantur, vt legitur de Claudio Imperatore, qui fuit attritus fragmentis panis à Populo, itaut vix euaserit, & propterea dici solet, quòd nil lætius saturo populo, & nil seditiosius ieiuno, & & famelico, *vt ait d. Decianus in suo tractatu criminali lib. septimo, cap. 2. siue 22. num. 45.* & ibi remedia pro Annona recenset.

48 Et dicti conducentes Annonam pro Ciuitate, quomodo illam recipere, & consignare debeant, videndus est *dict. Io. Franc. de Ponte in præcitato loco num. 26. & 28. fol. 50.*

49 Extende tertiò, quòd in respicientibus Annonæ vtilitatem, quilibet testis, vt superius diximus, etiam inhabilis, admittitur, ergo, & multò magis eis de Vniuersitate erit credendum, quia depositio non pro particulari, sed pro cõmuni interesse Annonæ facta pręsumitur, vt in terminis *fuit decisum in Farfen. pecuniaria Lunæ 21. Aprilis 1603. coram Greg. XV. quæ est in eius impressis dec. 106. num. 8.*

50 Extende quartò, quòd pecunia frumentaria pro Annona nullam moram solutionis recipit, sed incontinenti est soluenda, *vt ait Rota ibi supra, num. septimo.*

51 Neque Depositarius potest illam pecuniam Frumenti in proprium vsum conuertere, sed eam debet promptam tenere, vt ad Communitatis solùm nutum illicò possit restituere, *vt fuit dictũ in dicta Farsen. pecuniaria coram eodem Greg. XV.*

52 Subextende, idem procedere, etiam in iudicibus, seu officialibus, & aliis, qui vsurpando Annonam, pœna vltimi supplicii sunt afficiendi, *vt ait Cardinalis Tusc. in sua concl. 338. num. 7. & seq. in verbo Annona.*

Vltimò

Vltimò erit animaduertendum, quòd huiusmodi materia adeò indiget celeri expeditione, vt propterea appellatio nō sit admittenda quando, verbi gratia, fertur sentētia de conuertendo Frumentū in vsum militum in subsidium Annonæ; Sed est benè verùm, quòd ea daretur è contra; nempè, si negatiuè pronunciaretur; quia tunc benè appellatio veniret admittenda, *vt ait Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 7. num. 8. & 20. cum alijs ibi per eum allegatis.*

ARGVMENTVM.

ANNOTATIO QVID SIT, ET quando probet, & quando non.

CONCLVSIO CXII.

1 ANNOTATIO, nota, quòd nil aliud est, quàm scriptura priuata sine testibus ad creditoris memoriam facta, *vt ait Rota in decisione 781. num. 2. & decisione 813. num. 51. par. prima diuers.*

2 Quæ enim annotatio non probat, nisi adminiculis adiuuetur, aliàs esset velle dare materiam falsum fabricandi, quia quilibet inuitaretur ad delinquendum faciendo annotationes, in quibus vnus fieret debitor, qui reuera non esset, *vt ait Rota ibidem num. 3. & Rota decisione 813. num. 51. parte prima diuersorum.*

3 Amplia primò, multò magis procedere, quando esset sine testibus, & facta absente debitore, quæ sine adminiculis non valet, *vt ait Rota ibidem n. 7. & 8. & dec. 751. n. 5. par. prima diuer.*

4 Et nota, quòd si adminicula non desumantur aliundè, quàm ex annotatione illa non suffragātur, quia desumi debent aliunde, quā ex annotationibus, *vt ait Rota dec. 375. n. 8. par. prima diuersor. & ita quoque fuit decisum in vna Romana pecuniaria, seu cābiorum Veneris 20. Maij 1611. coram Manzanedo.*

5 Limita tamen, quando adminicula essent desumpta ex annotationibus annexis; si tamen adeò essent annexæ, quæ commodè separari non possent, & quando erant modici præiudicij, aliàs secus, *Ripa in l. admonendi num. 124. ff. de iure iuran. & Bart. in l. quadam nummularios, ff. de edend. Decius in l. prima num. quarto. C. eodem tit. Paris. cons. 90. n. 25. Rota dec. 276. par. 3. lib. 2. diuersor. & in dicta Romana pecuniaria coram Manzanedo.*

6 Amplia secundò, eo magis procedere, quando in aliquo liber illarum annotationum reperiretur erroneus, siue aliquid in eo reperiretur omissum, quia tūc illius fides suspecta redderetur, nam quando liber in aliquo erratus apparet, potuit etiam in alio errari, veluti *fuit decisum in Romana pecuniaria Lunæ 9. Decembris 1602. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 79. num. secundo.*

7 Subamplia procedere, etiam si fuisset declaratum velle stare partitis, siue adnotationibus illius libri, quia ea declaratione non obstante si de errore constet dicta declaratio non afficit, quia ea semper intelligitur arbitrio boni viri, *vt ait Rota ibi supra coram Gregorio Decimoquinto, num. quarto.*

8 Amplia tertiò, procedere, etiam si liber annotationum reperiretur erratus in aliquo citra dolum, veluti, quia aliquid fuerit omissum, quod partitam annullaret, quia quemadmodum in eo erratum fuit de facili, potuit quoque errari in illa annotatione non iustificata, veluti *fuit decisum in Romana tutelæ de Ferrarijs 19. Iunij 1600. coram Cardinali Seraphino.*

9 Restringe primò, prædicta non procedere, quando annotatio esset scripta à persona proba, & legali, cui valdè deferendum erit, *vt fuit decisum à Rota in Vrbeuetana dotis Lunæ 7. Iunij 1610. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 468. num. 11. & in eadem coram eodem Ven. 17. Iunij 1611. quæ est in eius impressis decisio 521. num. vndecimo.*

10 Restringe secundò, non procedere, quando pro huiusmodi annotatione, maxima verisimilitudo concurreret, quia eo casu liber priuatus annotationis fidem faceret, *vt fuit decisum à Rota in decisione prædicta 468. num. 13.*

11 Extende prædicta eo magis procedere,

re, si postea scribens esset mortuus, quia mors scripturis semper fidem augere. so. let. *Bart. in l. admonendi, num. 27. ff. de iureiurand. Fulgos. cons. 532. num. 2. Deci. consil. 42. num. 6 Socin. consil. 187. num. 6. Bero. quaest. 65. num. 7. & ita fuit decisum in vna Romana extinctionis census 18. & 20. Maij 1583. quae est decisio vltima in prima par. diuersor. & Rota in dicta Vrbeuetana dotis 1610. coram Gregorio XV.*

ARGVMENTVM.

ANNVI REDDITVS, INTER QVAE connumerentur, & quomodo praescribantur.

CONCLVSIO CXIII.

1 ANNVI redditus, nota, quòd inter immobilia ponuntur; quod tamen intellige verum, quando ad longum tempus constituti fuere, *vt ait decis. Cam. Imper. fol. 17. in verbo Annui, & Riccius in collect. decis. 668. par. 3.*

Vndè in huiusmodi conclusione hic inferri potest, quòd si Fratribus Minoribus S. Francisci, tàm de familia, quàm Reformatis fuerit factum legatum annuorum redditŭum, sed perpetuorum, non valet, etiam si illud relinquatur cũ eo onere perpetuae celebrationis Missarum, & ratio in hoc duplex esse videtur; & prima, quia inter immobilia reputantur annui redditus, de quibus omnino sunt incapaces dicti Fratres, iuxta eorum Regulas. Secunda ratio ea est, quia nihil est, quòd magis repugnet vitae arctissimae Minorum, quam ea bona, quae certos, ac determinatos redditus habent, cum capiant proprietatem, & inter immobilia connumerentur, *iux. a Clemen. exiui. §. cumque annui, de verb. signif. & latè Borel. in suo consil. 17. num. 23. & ita diffusè fuit deductum à Rota in Romana computorum Mercurij 10. Aprilis 1630. coram Merlino.*

Licèt tñ secus esset, quando legatũ esset vnica solutione, siue praestatione adimplendum, tàm in pecunia numerata, quàm etiã in aliis speciebus, vtputa, Frumẽto, Vino, & Oleo, necnon etiã aliis stabilibus, dummodo tamen haec duo copulatiuè concurrant, & primò, quòd legatum fieret modo licito, & dictis Fratribus permisso, nempè, vt illae species in eorum indigentias cõuertantur, siue nullus exprimatur vsus, sed simpliciter illis legetur, quia tunc legatum factum, praesumeretur eò modo, quo sustineri posset. Secundò, quòd legati quantitas nõ sit ingens, sed modica, & quę thesaurizationem, ac proprietatem non sapiat, vndè votiua paupertas violari posset, & sic fraudulenter sub nomine legati, illis haereditatẽ relinqui; sed solùm debet esse sufficiens ad eorum necessitatem, ac executionem officiorum sui Ordinis tantum, omne id relinquendo arbitrio eorum Superioris attenta personarum, & temporum qualitate, atque locorum conditione, iuxta sanctiones Simmorum Pontificum Nicolai Tertij, & Clementis Quinti, *vt fuit dictum à Rota ibi sup.* Et ratio istius temperamentis ea fuit, quia tali modo non prouidetur totaliter dictorum Fratrum indigentiis, neque per consequens, ita eorum mendicitas totaliter excluditur, vt amore Dei, sibi victum quaerere ostiatim non cogantur. Veluti secus quoque esset, quando isti annui redditus non essent perpetui, sed solùm ad tempus, vtputa, ad vitam vnius fratris, vel ad decennium, & non vltra, & legatum sit modicae quantitatis, quemadmodum esset capaces quoque dicti Fratres annuorum redditũum perpetuorum eis, siue potius eorum Sacristiae, & Ecclesiae relictorum, non ad eorum victum, sed bene ad certum vsum Diuini cultus, vesum, ad dandum, vel emendum Frumentum, siue Vinum, quae sunt pro consecratione necessaria, aut Oleum pro Lampadibus, & ornamẽta Altarium, atque Calices emendos, quia tunc tale legatum sustineretur, etiã quod perpetuam praestationem contineret, cum hoc modo non respiciat Fratrũ commoditatem, sed ad diuinum cultũ tendit, neque ex eo mendicitas Fratrum, tàm commendata tolli videtur quicquid dicant caeteri contrarium tenentes *allegati à Rota in dicta Romana*

Romana computorum Mercurij 10. *Aprilis* 1630. *coram Merlino, & Grat. lib. quinto discept. cap.* 885. *num.* 3.

Et id quod fuit dictũ de dictis fratribus Minoribus, procedit etiam in Cappuccinis, in quibus, si aliquis fuerit professus, tunc ille amittit omnia bona per eum ante professionem possessa venientibus ab intestato deferuntur, ac si ipse naturaliter mortuus fuisset, & sic ille professus amplius ea recuperare non valet, etiam si de ea Religione ad aliã bonorum in communi capacem auctoritate Apostolica transiret, dummodo de voluntate Papæ in contrarium non appareret; quia beneficia Principum taliter sũt interpretanda vt nulli præiudicium inferãt, *vt ait Rota per Buratt. dec.* 510. *n.* 1. *& seqq.* Secus autem, veluti, si essemus in donatione facta causa ingressus Religionis, quia ea non valet, si ibi non profiteatur, quia cessante causa, effectus quoque cessare debet, & præsertim cum res adhuc sit integra, & sic ante professionem, veluti *fuit decisum in vna Romana domorum, seu spolij, Veneris* 16. *Decembris* 1605. *coram Cardinali Lancellotto, & nouissimè Gratian. disceptat. forensium lib. primo, cap.* 96. *num.* 23. *cum sequentib. & lib. quinto, cap.* 924. *num.* 35. *& cap.* 984. *num.* 22. *cum alijs ibi per eum allegatis.*

Declara tamen, quòd *dict. Clem.* exiui de Paradiso, habet locum in Fratribus Minoribus de Obseruantia, & Capuccinis, qui sunt in artissima paupertate fundati; at secus in alijs Mendicantibus, veluti Prædicatoribus, & Ministris Infirmorum, quia isti sunt capaces hæreditatũ, ad effectum vendendi, & cõuertendi pretium in emptionem domorum, & Oratoriorum, & ædificationem Ecclesiarũ, & in vsus suos proprios necessarios, *vt bene ait Rot. per Card. Mant. dec.* 225. *per tot.*

2 Contrarium tamen illi, quòd scilicet annui redditus cõnumerentur inter mobilia, vel immobilia, sed quod tertiã speciem de per se constituant, *dicunt Doctores allegati à Gratiano lib.* 1. *discept. c.* 29. *num.* 21. *& Rota apud Cincium de censibus decis. tertia, num.* 16. vbi ait, quòd illi dicitur ius immobile, & temperatum de per se, *& Rota in Romana de Bordesia* 1571. *coram Oradino.*

3 Et ratio est, quia mobilia, & immobilia propriè tangi, & palpari possunt, & de loco ad locum moueri, & loco circumscribi, quòd in redditibus annuis non cõtingit, *vt ait Gratian. ibi supra nm.* 22. *&* 23. *cum alijs ibi per eum alleg.*

4 Et nota, quòd tertia species bonorum constituta ex annuis redditibus, nihil aliud est, quàm ius, siue actio ad eos exigendum, *vt ait Rota apud eundem Cinc. d. decisione* 3. *num.* 13.

5 Extende primò hanc secundam opinionem in tantum procedere, vt propterea appellatione omnium bonorum, non veniant annui reddirus, & sic iura, & actiones, *vt ait Viuius dec.* 410. *lib.* 4.

6 Extende secundò, quòd in legato mobilium annui redditus, non veniunt, veluti, nec etiam in legato mobilium, & immobilium; & ratio est; quia nomina debitorum non sunt mobilia, nec immobilia; sed sunt quoddam genus de per se, *vt ait Guidopap. dec.* 499.

7 Extende tertiò, quòd in legato bonorum præsentium, & futurorum mobiliũ redditus annui non veniunt, *vt ait idem Guidop. decisione* 291.

8 Sed tenendo primam opinionem, extende primo, eam procedere in casu, in quo annui redditus sunt necessariò trahendi ad alterum eorum, quia tunc inter immobilia computantur, *vt ait Abb. in cap nulli, num.* 9. *&* 10. *de rebus Eccles. non alienan. & ibi Bero. num.* 77. *& sequen. Marian. Socin. de oblat. libelli quæst.* 5. *num.* 7. *versic. Sed iuxta, Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *glo* 6. *num.* 3. *& seq. & Foller. in sua prax. censual. fol.* 163. *num.* 25.

9 Secus autem, quoad effectum collectandi, quia tunc sub tertia specie remanent, & sic illa actio in prædicto casu data ad illos exigendos numquam venit appellatione mobilium, & immobilium, *Bart. in l. mouentiũ de verb. signif. Tiraq. in d. tract. §.* 1. *gl.* 7. *n.* 9. *Paris. cons.* 94. *vol.* 2. *Gabr. concl.* 1. *n.* 4. *de verb. sign. & hãc esse commun. opin. ait Iason cons.* 5. *vol.* 3.

10 Exrende secundò, quòd si annui redditus percipiantur ex certis fundis; & sic, quoties sint fructus fundales, tunc inter immobilia ponuntur, secus autẽ, quando ex redditibus generalibus, *vt ait Aret. in suo cons.* 10, *Cassan. in consuetud. Burgun.*

§. 1.

§. 1. *allegatus à Rota in Romana de Aburdesia* 1575. *coram Oradino*.

11 Extende tertiò, idem procedere, qñ illi actione reali, vel mixta deberentur, quia tunc inter immobilia computantur, *vt ait Rota apud Cincium de censibus dec.* 3. *num.* 20.

12 Extende quarto, pari modo procedere, quando illi de necessitate essent applicandi ad mobilia, vel immobilia, quia eo casu inter immobilia ponuntur *Rota ibi supra num.* 22.

13 Et nota, quòd huiusmodi actiones dicuntur esse de loco, vbi est persona creditoris, quia offibus illius dicuntur affixæ, ob illud ius exactionis, *vt dicunt DD. allegati à Grat. d. cap.* 29. *nu.* 26.

14 Et an dicti redditus annui sint de bonis Ciuitatis in qua constituti sunt, vel eius, vbi est facienda exactio, siue factum instrumentum, & loci contractus, *tradit idē Grat. ibi supra num.* 20. *& Rota d. dec.* 3. *num.* 17.

15 Extende quintò, procedere, tàm respectu dantis, quàm recipientis, quia quoad eos annui redditus inter immobilia reputantur, quod tamen intellige verum, *iux. distinct. traditam à Grat. lib.* 2. *discep. cap.* 242. *nu.* 22. *& seq.*

16 Extende sextò, quòd quando dicti redditus annui inter immobilia reputantur, & sint Ciuitatis, vel alicuius Ecclesiæ, tunc in eorum alienatione eædem solemnitates requiruntur, quæ sunt necessariæ in ea immobilium, *vt ait Thoming. dec.* 39. *par.* 2. *& Grat. lib.* 5. *discept. c.* 885. *num.* 1. *cum seqq.*

17 Secus autem, quando annua præstatio esset fundata super fructibus bonorū alicuius vniuersitatis, quia tunc licitè vē di potest, *vt ait Rota apud eundem Cincium dec.* 97. *num.* 2.

Subextende ea, quæ fuerunt dicta de annuis redditibus, qui inter immobilia reputentur, & sic, quòd eædem solēnitates, quæ requiruntur in alienationibus stabilium, sint quoq. necessariæ in alienationibus annuorum redditiuum, procedunt etiam In censibus super re immobili constitutis, quia tunc iudicantur tan quam stabilia, & iura cohærentia rei non impropriè, sed propriè, etiam, si essemus in materia odiosa, veluti in confiscatione immobilium, & similí, *vt ait Gratianus disceptationum foren. cap.* 885 *num. secundo, & sequentib. Surdus decisione* 204. *per totam. Cardinal. Mantica decisione* 14. *num. primo. Cardin. Seraphin. decisione* 224. *num. quarto, & sunt decisiones apud Cincium de Censibus* 81. 82. 84. *&* 85. *& multi alij Doctores quos allegat Gratianus ibi supra, num. quinto. & vltimo loco fuit ita firmatum in Romana Census* 13. *Februar.* 1632 *coram Merlinò.*

Declara tamen prædicta non procedere, quoties census rei immobili non cohærent, sed solùm actione personali deberentur, quia tunc isti tertiam speciem constituerent, quando tamen à persona priuata deberentur, at secus, si ex Publico, siue à Respublica essent debiti, veluti id bene comprobat *Surdus dicta decisione* 204. *& cæteri Doctores allegati à Gratiano dicto cap.* 885. *num. quinto.*

18 Extende septimò, quòd, veluti Immobilia possidens à satisdatione releuatur, ita etiam annuos redditus obtinens, *vt ait Iaffred. decisione* 90. *cum ibi per eum allegatis. & Gratian. ibi sup. num.* 3.

19 Extende octauò, quòd si statutum extet, quod admittat coniugem ad successionem bonorum mobilium, tunc ea excluditur ab annuis præstationibus, *vt ait Mysinger. decisione prima, & obseruat.* 69.

20 Extende nonò, quòd licèt in legato mobilium, veniat pecunia, Fallit tamen, quando talis pecunia erat ad emendum censum destinata, quia tunc desinit esse res mobilis, & inter immobilia connumeratur, *vt ait Gaspar Thesaurus decisiones Rotæ Pedemontanæ de* 160.

21 Subextēde, q̄ si pecunia ad emptionem bonorum destinata erit alicuius pupilli, sine solemnitatibus non poterit alienari, quia inter immobilia computatur, *vt ait Romanus consil.* 188. *numero quinto, versiculo Quoad tertium*, & ibi allegat textum singularem in *l. tertia*, *S. Vsuras, ff. de contr. & vtil. act. tutel.*

22 Subextende procedere, etiam In pecunia

nia depositata ad honestum lucrum, ex qua soluitur annuus redditus, quia ea dicitur res immobilis, *vt ait Romanus consil. 188. & ibi in appostill. in verbo Comparatur, & ibi dat plures concordantes.*

23 Contrariam opinionem, quòd scilicet pecunia ad emendam rem immobilem destinata inter immobilia non computetur, *ait Apostill. ad Roman. in dicto consil. 188. in versic. Notabilis*, vbi allegat alios de magis communi attestantes; & ratio est, quia ea, quę sunt ad aliquam rem, vel factum destinata, pro absolutis non habentur, nisi destinatio esset perfectioni proxima, vel nisi restaret necessariò cogeret ex pecunia, ex re immobili redacta aliam immobilem emere, *iuxta doctrinam Crass. in verbo Legatum, q. 19. n. 8. cũ alijs ibi alleg.*

24 Extende decimo, quòd siue actio detur ad rem mobilem, siue ad immobilẽ; nihilominus semper immobilis cẽsetur, *vt ait Gasp. Thesaur. dec. Rot. Taurinen. 2. par. 1.*

25 Extende vndecimò, quòd si publicatur immobilia bona, etiam annui redditus in publicatione veniũt, *vt ait Anton. Faber decisione 49. C. de pœn.* Veluti eodem modo dicitur de gemmis, quæ appellatione immobilium continentur, & ratio est, quia cum vsu non consumantur, ideo illæ quoque vti tales veniunt in restitutione fideicommissi, *vt ait Peregrin. de fideicommiss. art. decimo, num. 44 allegat. à Merlino de legit. lib. 2. quæst. 6. num. 18.*

26 Extende duodecimò, quòd interdictum vti possidetis, q datur pro tenendis rebus immobilibus, suffragatur etiã pro annuis redditibus, *vt ait Gayl. dec. 10. n. 2. obseruationum suarum.*

27 Animaduertendo tamen, quòd si annui redditus erunt ad vitam tantum, tũc est similis vsufructui, ita vt, si quis eos emat, vsumfructum emisse censetur, *vt ait Gutier. de tutel. & cur. par. tertia, cap. 35. col. 2. in princip. & text. est in l. si ita legauit, ff. de vsufruct. & quemadmod. quis vtatur. Garz. de expens. & mil. cap. 23. nu. 6. tom. 17. & Sarment. select. interpretat. lib. 3. cap. 10. num. 2.* Veluti quoque illi æquiparantur fructibus à solo separatis, postquam sunt cessi, sed ante eorum cessionem inter immobilia ponuntur, *vt ait Gratian. lib. 5. discept. cap. 811. num. 21. & 22.*

28 At secus, si erunt perpetui, quia eo casu inter immobilia reputantur, *vt ait Franc. dec. 362. nu. 7.* & tunc si quis promittat manutenere aliquem annuum redditũ, tenetur illum præstare exigibilem futuris temporibus, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 527. num. 35.*

29 Extẽde ꝗmò, si hmõi occasione aliquis promiserit eos soluere de propria pecunia, isto casu annui redditus, non solum bona designata, sed etiam totum patrimonium promittentis concernunt, *vt ait idem Franch. dec. 280. num. 2.*

30 Quod quidẽ subextende pari modo procedere, veluti si fuissent designati dicti annui redditus super feudo ab vno, cum promissione soluendi de propria pecunia, quia tunc omnes hæredes tenentur eos soluere actione personali, etiam re perempta, *vt ait idem Franch. decis. 159. num. 4. & seq.* Et si forsan dictæ annuæ præstationes denegarentur, tũc pro eis competit possessorium, *vt ait Rota per Puteum decis. 176. lib. 2.* Sed si præstationes essent personales, tunc datur officium iudicis, & qñ constaret de bono iure vtile interdictum quoque daretur, *vt ait idem Put. d. dec. 176. nu. 3. lib. 2.*

31 Vnde quando erunt perpetui notandum erit, quòd tot requiruntur præscriptiones, quot sunt annuę præstationes, & sic non potest dari præscriptio ab initio temporis, sed ab initio cuiuslibet anni, siue mensis, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 399. num. 29. & seqq.* vbi ait secus esse, si distributio esset facta nullis distributis temporibus, quia tunc vnica sufficeret.

32 Amplia id eò magis procedere, quando solutiones annuatim fiendæ essent assignatæ, cum præfixione temporis, quia eo casu plures solutiones dicuntur, & propterea præscriptio à principio non incipit, sed per plures præscriptiones dinumerantur; at secus, quando assignationes, siue solutiones fierent nullis tẽporibus distributis; quia tunc vna censeretur dispositio, & per consequens vnica præscriptio sufficeret, *vt ait idem Gratian. ibi supra dicto cap. 399. nu. 31. & 32.*

Item

33 Item secus esset, quando annua præstatio esset debita ex contractu, quia tūc vnica præscriptione tollitur, & sic ea sufficiet pro omnibus, *vt ait Rota apud Cincium de Censibus decisione 230. nu. 9. & dec. 303. num. 1.*

34 Sed prædicta Declara, non procedere, vbi essemus in facultatiuis, in quibus nulla præscriptio cadere potest, etiam, si quis steterit per mille annos, quòd sua facultate non fuerit vsus, *Rota decisione 389. num. quarto, parte tertia recent. & veluti latè dicam in verbo Præscriptio, & Thesaur. decisione 16. nu. 3.* Licèt secus tamen esset, quando præcessisset probibitio, & postea sequeretur acquiescentia, vt pulchrè *ait Rota per Co cinum dec. 402. num. 10.*

35 Rursus declara pdicta esse vera, qñ annuæ præstationes ex stipulatu sunt debitæ, quia tunc spatio triginta annorum præscribuntur, siue simus in decursis, siue in decurrendis; at secus in legato annuo, quia tunc tot requiruntur præstationes, quot sunt annuæ solutiones, & ratio diuersitatis ea est, quia annua stipulatio dicitur vna, sed legatum, quando est annuum, tunc dicuntur plura legata, *vt ait Magon. dec. Floren. 95. n. 2.*

36 Et propterea videmus, quòd quando sumus in promissione conditionali, tunc vnica præscriptio non sufficeret, *vt ait Rota ibi apud Cincium dictis decisionibus 230. num. 11. & decis. 303. num. 3. Balb. de præscript. 4. par. principali quæstione quarta, num. primo, Mohed. decis. 4. de præscript. & Rota in Romana saluiani 22. Iunij 1616. coram Vbaldo, & in alia Romana Palatij 30. Aprilis 1617. coram Coccino*, & propterea videmus, q ad ius præscribendum annuum censum vnica præscriptio non sufficit, quoniam est conditionalis, ex eo, quia illius fructus non debentur, si census fuerit redemptus, *Gratian. lib. secundo disceptat. cap. 490. num. 1. & lib. 5. cap. 883. num. 14. Cincius de censibus par. tertia, cap. primo, quæst. 8. art. 2. num. 17. & Rota apud Pacificum de Saluiano dec. 302. & apud Cincium decisione 230. num. 12. & in d. Romana Saluiani coram Vbaldo, & in Romana fructuum census corā Mellino, quæ est apud Pacificum dec. 303. & apud Cincium dec. 302. & 304.*

Veluti eodem modo dicitur de remissione alicuius iuris, in his quæ habent tractu successiuum in futurum, quæ tali casu solùm consideratur, quoad præterita, non autem quoad futurum, & sic si nolui aliquo iure vti in præteritum non prohibeor eo vti in futurum, *vt ait Caputaquen. in decis. 316. num. 3. & 4. lib. tertio, & ita fuit quoque decisum in Fauentina dotis Lunæ die vndecima Martij 1624. coram Coccino Decano me scribente, & obtinente.*

37 Item altera ratio adducitur à *Rota per Puteum in sua decisione 253. num. 6.* vbi ait, quòd legatum pro sequentibus annis dicitur conditionale, & sic ante actionem natam præscriptio induci nõ potest; at secus in annuis stipulationibus in quibus potest agi à principio pro omnibus annis, tàm pro sorte, quàm etiam pro vsuris, veluti si essent promissæ, quatenus vnus esset in mora soluendi sortem, vt pulchrè distinguit *Put. ibi supra*, qui hanc opinionem dicit esse Doctorum Citramontanorum, & eam communem appellauit Rota ibidem, quia contrarium tenuerunt Vltramontani super eo, quòd scilicet, tot requiruntur præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes.

Sed pro concordantia dictarum opinionum erit dicendum cum addente ad decisionem *Buratti 643. num. 26.* nempè, attenta illa Vltramontanorum, tot præscriptiones requiri quot sunt annuæ præstationes, licèt tamen id tenēdo procederet, quando obligatio esset conditionalis; Secunda verò, quando esset purè tempore stipulationis confecta, quia tunc vnica præscriptio sufficeret, *vt fuit dictum à Rota in præallegatis decisionibus, sub numero præcedenti.*

38 Sed hic est opportunè notandum, quòd, quando legatum est annuum, tunc illud debetur in principio cuiuslibet anni, quia ius ipsius in momento quæritur, *vt ait Franch. decisione 155. num. secundo, & Rota per Buratum decisione 643. num. decimo*, & spatio centum annorum præscribitur etiam, si esset factum Ecclesiæ, ne detur infinitas in rebus, *vt dicunt multi Doctores allegati ab Addente*

ad dictam decisionem Buratti 643. num. 25.

Sed hic erit bonum scire, quando legatum sit annuum, & quando vnicum, & ratio est, quia pro annuis legatis nulla competit hæredi detractio, dum illa sunt soluenda de fructibus bonorum hæredi tariorum, vnde nota, quòd legatum annuũ non dicitur, si testator mandauerit illud solui per hæredem, vt puta, infra terminum sex annorum, singulo anno eius ratam soluendo, post illius mortem, sed illud dicitur vnicum, *text. est in l. cum sine præfinitione, ff. quando dies leg. ced.* vbi expressè ait legatum in plures solutiones diuisum esse vnum, & non plura, quia diuisio oneris facta in gratiam illud soluere debentis qualitatem annuã non constituit, *vt fuit decisum à Rota in Assisien. fideicommissi Lunæ 13. Maij 1630. coram Pirouano, quicquid dixerit Fusar. ibidem alleg.*

Itẽ, qñ quis illud soluere teneatur, an scilicet hæres, siue vsufructuarius, & si sit pro alimentis factum, & fructus non sufficiant, quando possit cogi hæres ad vendendum bona, & multa alia in materia, vide *Buratt. decisione 73. per tota, & ibi quoque per addent.*

39 Vlterius nota; quòd annui redditus, dicuntur accessiones ciuiles, quæ debẽtur principaliter, & non accessoriè, *vt ait Franch. decisione 254. num. 4. & 11. & prius decisione 168. num. 15. vbi ait,* quòd illi etiam ad instar pensionis iudicantur.

40 Declara tñ, q̃ dictorũ redditũ emptio licèt omni iure sit permissa; tamen illi tamquam fructus ciuiles pendere non dicuntur, quia non sunt de corpore, veluti sunt fructus naturales, *vt ait idem Franch. ibi supra num. quinto, in dicta decisione* 254.

41 Extẽde, q̃ accessiones ciuiles dicuntur loca Montiũ Florentiæ, quæ in annuis redditibus consistunt, & ad instar rei corporalis immobilis rediguntur, *Bald. consil 424. lib. secundo, Parisius consil. 86 num. 6. lib. 3. Roman. consil. 159. & Tiraquell. de retract. lignag. §. primo, glossa 6. nu 4. & Rota mox allegan.*

42 Subextẽde q̃ eodẽ modo dicitur de illis locis Montium Salis, & Farinæ, quæ inter immobilia computantur, *vt ait Alexand. consil. 179. lib. 6. & in consil. 15. num. 3. versic. Immò etiam, lib. 7.*

Et propterea videmus, quòd in illis competit immissio, necnon locum habet statutum exclusiuum fœminarum, *vt fuit dictum à Rota in Collen. hæreditatis Veneris 28. Maij 1621. coram Buratto, & in Veneta pretij bonorum 3. Nouembris 1602. coram Cardinali Pamphilio, & postea in Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram Merlino, & denique in Auximana fideicommissi 4. Martij 1630. coram eodem.* Item, q̃ in illis quoque detur remedium saluiani, *ait Gratian. lib. quinto disceptat. cap. 943. num. duodecimo, & sequentib. & Rota penes Statil. Pacif. de Saluiano interdict. decisione 29. num primo, & penes Buratt. decisione 474. num. primo, & decisione 536. & decisione 921. num. 10. & apud Cincium de Censibus decisione* 118.

43 Declara præterea, si cõtingat, q̃ dicti annui introitus non fuerint exacti tempore mortis vsufructuarii, etiam si sint maturi, & debiti, tamen non ad hæredes vsufructuarii, sed ad proprietarium spectabunt, ea ratione, quia pendere ad illius fauorem non dicuntur, *vt ait idem Franch. decisione prædicta* 168. *num. septimo.* Licèt inferius *sub nu.* 16. dicat, q̃ in pensionibus, seu annuis introitibus, quando cessit dies solutionis eorum, tunc habentur pro perceptis.

44 Contrarium tamen esset absolutè dicẽdum, quando essemus in eorum locatione, quia tunc fiet diuisio pensionis pro rata temporis. Et ratio est, quia facta locatione, dicitur ius vsufructuario, quæsitum petendæ pensionis prædictę, ex permissione legis, *vt est text. in l. venditor ex hæreditate, ff. de act. vel hæred. vend. alleg. à Franch. in d. dec.* 168. *num.* 17.

45 Et sic igitur pro resolutione istius dubitationis super annuis redditibus, & pẽsionibus versantis, erit dicendum, quod, scilicet redditus inter immobilia reputẽtur, quando nondum sunt cessi, secus verò, quando illi, seu pensiones essent cessæ, quia tunc mobilibus æquiparantur, necnon pro fructibus à solo separatis habentur; sed si forsan pensiones, & redditus, partim essent cessi, & partim

non

non, tunc de iis pro rata temporis erit iudicandum, vt optimè ait *Gratian. lib. quinto disceptat. cap. 811. num. 20. & sequentibus.*

46 Quibus prçterea addatur, quòd, quando dubitatur de solutionibus annuarum prçstationum, an illæ, scilicet, fuerint factç ex causa census, seu potius ex illa canonis, tunc in dubio prçsumuntur factç in causam census, & non canonis, veluti *fuit decisum in Romana deuolutionis Veneris 23. Maij 1614. coram Vbaldo, quæ est in prima parte recentior. decis. 606. num. 2. & prius in Ostunen. locationis 14. Aprilis 1606. coram Marcomontio, cum alijs per Cardinalem Manticam de Tacit. lib. 27. tit. 3. num. 11. & 17.*

47 Fallit tamen, veluti, si in recognitione fuerit facta mentio de dominio, & si in alienatione fuerit requisitus Domini cõsensus, vel ei fuisset solutum laudemiũ, quæ quidem non iure censuali, sed solùm in emphiteutico sunt necessaria, *vt ait idem Card. Mantic. ibi supra lib. 22. tit. octauo, num. 15. & 16. & Rota in Romana Vinea Veneris 30. Maij 1612. coram Cardinali Sacrato, quæ est decis. 400. n. 7. & 8. p. 1. in rec. & est dec. 420 nu. 4. & prius 351. nu. 9. par. 3. recent.*

ARGVMENTVM.

ANNVLLATO PRINCIPALI contractu, quando sustineatur accessorius, & quando non.

CONCLVSIO CXIV.

1 ANNVLLATIO principalis cõtractus, nota, quòd regulariter corruere facit omnia ab eodem dependentia, & propterea videmus, quòd annullato principali contractu iuramentum, & obligatio Cameralis quoque annullatur, si super eo illa fuerint apposita, & ratio est, quia iuramentum, & obligatio Cameralis sequuntur naturam actus super quo interposita fuere, *vt ait Gratian. lib. tertio disceptat. cap. 423. num. 48. Rota in Bononien. pecuniaria 22. Martij 1602. coram Cardinali Lancellotto, & in alia Bononien. executionis apocharum 27. Iunij 1611. coram Vbaldo, & per Coccinum decisione octaua, num. primo, & decisione 161. eodem num. primo, Zacchias in addit. ad Galles. quæst. tertia, num. tertio, & sequentib. & quæst. 17. nu. 101. idemque ait Rota decisione 247. nu. quarto par. prima diuersor. Ioseph. Ludouic. decisione Perusina 27. Barz. decisione 99. à principio, vsque ad num. 7. & Rota in alia Romana de Alexijs 29. Martij 1585. coram Cantuccio, quæ est apud Boccac. de censib par. secunda, num. 159. & Card. Seraph. decisione 1324. num. primo, Maur. de fideiussor. sectione prima, cap. 5. Marescott. variar. resolutionum lib. secundo, cap. 65. num. primo,* qui huic regulæ plures Ampliationes, & Limitationes adducunt.

2 Amplia primo conclusionem prædictam procedere, etiam si essemus nedũ in contractu minoris, sed etiam alterius personç, *vt fuit dictum in Romana census de Prouanis 8. Aprilis 1583. coram Orano.*

3 Amplia secundò, procedere, nedum in contractu census. Verùm etiam cuiuscumque alterius naturæ, *vt fuit resolutum in Bononien. bonorum de Occellis 26. Iun. 1608. coram Card. Sacrato.*

4 Sed cum huiusmodi conclusio plures Limitationes patiatur de iure, idcircò pro concilianda istarum opinionum varietate, opus est hic per viam distinctionum procedere, vnde assumendo in primis naturam fideiussionis erit animaduertendum, an simus in fideiussore obligato principaliter, & insolidum, aut in eo, qui simpliciter fuerit obligatus; si in primo casu tunc regula, siue conclusio proposita erit vera, vt scilicet prima obligatione cessante altera fideiussoris firma remaneat; quod quidem secus erit in secundo casu, *vt ait Mohedan. decisione secunda de fideiuss. & fuit ita quoque latè deductum à Rota in dicta Romana census de Prouanis coram Orano, & in Romana fideiussionis 7. Iunij 1592. coram eodem, & in Tudertina census Veneris 26. Maij 1600. coram Iusto, & in dicta Bononien. de Occellis Veneris 26. Iunij 1608. coram Cardinali Sacrato, Gratian. lib. primo discept. cap. 122. num. 21. & omninò vide quæ dicam*

in

in conclusione 169. *sub num.* 16. quia ibi multa inuenies in hac materia.

5 Ratio autem prędictorum ea est, quia fideiussores, quando se obligarunt, vti principales, & insolidum, tunc eorum obligatio non dicitur habere aliquam dependentiam ab obligatione principali, sed perinde est, ac si quilibet solus, & insolidum se obligasset, *vt fuit dictum à Rota per Gregorium Decimumquintum decis.* 564. *num.* 3

Et ratio rationis est, quia isto casu fideiussor videtur voluisse se obligare animo nouandi, & sic vti principalis, non autem vti fideiussor efficaciter tenetur, *vt ait Decius consil. septimo, num. sexto, Parisius consil.* 16. *num.* 113. *lib. secundo & Rota penes Cincium de Censibus decis.* 139. *num. quarto, & Card. Seraphinus de cisione* 1324. *num. quarto, & Gregor. XV. decis.* 560. *&* 564. Secus tamen veniret dicendum, vbi essemus in casu, vbi fideiussores se obligarent ex interuallo temporis in alio instrumento, quia tunc non dicerentur rei debendi, sed simplices fideiussores, etiam si se obligassent, vti principales principaliter, & insolidũ, & per consequens isto casu talis obligatio diceretur accessoria, & haberet dependentiam à prima obligatione, at secus, quando insimul, ac in eodem instrumento se obligassent pro minore, quia tunc dicerentur correi omnes insolidũ, & sic idem esset, ac si soli se obligassent vti principales in contractu, *vt ait Castracan. de Societat. officij cap.* 64. *num. quarto, Zacchias in addition. ad Gallesi. de oblig. Camer. quaest.* 33. *num. quarto, Maurus in tractatu de fideiussor. par. secunda, cap. quinto, num.* 19. *sectione prima fol. mihi* 183. *Alexand. consil.* 32. *n. vndecimo, lib. quarto, Iason consil.* 58. *lib. tertio, Siluan. consil.* 84. *num tertio, Cardin. Tusc. conclus.* 292. *num* 16. *tomo tertio, Decianus consil.* 72. *num. quinto, & seq. lib. secundo*

Ratio autem illius differentiæ, ea potissimum mihi esse videtur, quia, quando fideiussores, vna cum minore in eodem instrumento coram iudice se obligant, tunc efficacius obligari videntur, cum sint magis informati, mediante causę cognitione, per iudicem in illo contractu maturè ad maiorem minoris securitatem adhibita; quod secus videtur dicendum, quando fideiussores ex interuallo, & in alio instrumento, neque coram iudice se obligant, quia tunc videntur id facere, vt rem gratam faciant minori amico, siue alio modo coniuncto, absque quòd sint informati de negotio, veluti eodem modo procedere videtur in simili de cessione facta correo à principali creditore contra alium correum, & fideiussorem pariter obligatum, ob solutionem debiti ab eo factam, quia ea est nullius momenti contra dictum confideiussorem, quando tamen principalis obligatio non est facta ipsius correi contemplatione, sed principalis debitoris, tñ; q; quidem procedit etiam, si confideiussores essent vti principales, & insolidum obligati; & ratio istius conclusionis est, quia, quando vnus non se obligauit contemplatione alterius, & sic mutui periculi causa, tunc ille non potest per viam cessionis se iuuare contra alios cõfideiussores, qui præsertim ex interuallo se obligarunt, quos primus fideiussor intercessisse ignorabat, & eò magis, si talis solutio non sponte, & vti ab extranea persona fieret, animo reportandi cessionem, veluti hoc modo illi facere licuisset, sed bene vti principalis, & coactè ad effectum se eximendi à carceribus soluisset, veluti in dubio eam coactè fecisse præsumitur, & eò magis, si cessionem ex interuallo obtinuisset, quę nullo modo tenet, *vt fuit latè deductum à Rota in Romana fideiussionis coram Litta, quæ est apud Statilium Pacificum de Saluiano interdicto decisione* 163. *per totam, Surdus decisione* 308. *num. octauo cum sequentibus.*

Vnde ex prædictis hic inferri opportunè poterit, quòd quando fideiussor vti accessoriè obligatus soluit debitum, pro quo fideiussit, non ob id tamen illud extingueretur respectu debitoris principalis, qualis est ille ad cuius manus pecunia peruenit; sed solum respectu sui ipsius, & ratio est, quia talis solutio potius dicitur pretium emptæ actionis, quàm veri debitoris liberatio, intantum quòd, si talis fideiussor à creditore cessionem, etiam ex interuallo reportabit; nihilominus poterit contra principalem debitorem pro restitutione

iam

iam soluti agere, nam dū fideiussor soluit nullo alio nomine expresso, tunc nomine proprio, atque ad sui commodum tantùm soluisse censetur; & sic, vt suam solùm, non autem aliorum obligationē tolleret, & id tantò facilius procederet, si expressè declararet fideiussor se proprio nomine soluere, veluti pro cautela, & ad tollendas omnes ambiguitates facere debet; quia tali casu, etiam reportata cessione ex interuallo, vt dixi, poterit à principali ab eo solutum recuperare, iuxta magis communem opinionem, & hodiernis temporibus plus accommodatam, *vt dicunt omnes Doctores allegati à Rota in vna Romana census Luna 15. Nouembris 1627. coram Domino meo Merlino, & postea confirmata die Veneris 16. Maij 1631. coram eodem, vbi pulchrè omnibus contrarijs respondetur.*

Contrarium licèt teneat *Surdus in decisione 308. num. vndecimo, & sequentibus*, ex ea ratione motus, quia fideiussores rei debendi dicuntur, quando principaliter, & insolidum se obligarunt alienam obligationem in se suscipiendo, sed quòd re vera differant hæc duo, nempè rei debendi à fideiussoribus, & sic, quòd illi principaliter, fideiussores autem accessoriè in obligatione conueniant, itē quod illa clausula, Insolidum, operetur solùm, vt respectu creditoris omnes fideiussores dicātur principales, ita vt possit quem vult eligere, cum illi solùm dicantur principales, ad quorum manus pecuniæ peruenerunt, & ad eos commodum contractus pertinet: alij verò fideiussores insimul nulla habita ratione ad distinctionem, *l. Modestinus, ff. de solut.* vti solùm ambagibus, & iuris subtilitatibus fulcitam, *fuit decisum à Rota in dicta Romana census 1631. coram Merlino, vbi ad id comprobandum plures Doctores allegantur, & præcipuè Rota in decisione 153. num. quarto, & sequentib. par. secunda diuersorum.* Et merito quidem, quia causa immediata, sem per potentius operatur, quam remota, vt dicam in *conclus. 167. n. 59.*

Concordarj tamen possunt prędictæ opiniones hoc pacto, nempè, vt prima procedat, quando solutio sit facta ab vno ex fideiussoribus. Secunda verò, quando ab vno ex correis debendi, quia cum plurium reorum debendi vna sit obligatio, *vt ait Surdus dicta decisione 308. num. 14.* Idcircò solutio ab vno eorum facta ipso iure aliorum obligationem tollit, ita vt isto casu optimè intret illa regula, vt scilicet per solutionem omnis actio tollatur, quia illi re vera sunt propriè debitores, non autem fideiussores, cum illud dicatur esse tale, quod magis est tale. At secus in primo casu, quia per solutionem vnius ex con fideiussoribus obligatio principalis non cessat, *vt ait Rota per Coccinum decisione 184. num. quarto, & decisione 153. num. quarto, par. secunda diuersorum. Gratian. lib. secundo disceptat. cap. 286. num. quarto, & lib. quarto cap. 793. nu. 23. Francb. decisione 55. num. duodecimo. Fontanell. de pact. nuptialib. clausula quarta, gloss. 18. par. secunda, num. 58. Henriq. de fideiussor. cap. quinto, num. 486. vbi ait decisionem Surd. 308.* solū procedere in pluribus reis debendi. Aliàs inconueniens esset, si cō fideiussores talis rigor attenderetur ad fauorem debitoris in cuius gratiam, & ex eorum sola benignitate se obligarunt, illusque indigentiis, tàm benignè succurrendo; & propterea ex huiusmodi ratione, etiā quod actio esset per fideiussoris solutionem extincta, quod absolutè negatur; nihilominus Iudicis officium illi nō deficeret, *vt ait idem Surdus decisione 536. num. quinto, & alij allegati à Rota in dicta Romana census coram Merlino, & Gratian. dict. disceptat. 793 num. 20. & seq.*

Quamuis ego forsan pro contraria opinione inclinarem, veluti, quando fideiussores aliquam grauem summam pro præstanda fideiussione recepissent; quia tunc, si principalis in eo grauaretur, in alio veniret releuandus, vt scilicet amplius contra eum fideiussor non posset ab eo solutum per cessionem ex interuallo repetere, at secus, si parum pro fideiussione recepisset, & incontinenti cessionem reportasset, quia parum, & nihil æquiparantur, vltra quod de iure potest fideiussor modicum recipere pro sua fideiussione præstanda, veluti dicam in *conclus. 151. sub num. 25.*

Extende primò id, quod fuit dictum ad

ad fauorem fideiussorum, in tantū procedere, vt propterea, si vnus pro principali soluat, & statim a creditore cessionem reportet, tunc, & eo casu poterit contra confideiussores agere, pro solutione totius summæ, & non dempta illius rata, *vt fuit dictum à Rota decisione 362. sub num. quinto, par. prima recentior.*

Contrarium licèt dixerit *Rota apud Gregorium Decimum quintum in sua decisione 502. vbi ait,* quòd fideiussor potest agere contra confideiussores, sed dempta eius rata, *& idem videtur tenere Rota in Romana pecuniaria, quinta Maij 1631. coram Pirouano.*

Concordari tamen possunt huiusmodi opiniones hoc modo, nempè, vt prima procedat, quando fideiussor declararet soluere vti tertius, & reportata cessione, vti cessionarius ageret, quia tunc veluti principalis potuisset totum exigere à quolibet eorum, iuxta illius electionem, ita quoque fideiussor prædicto modo soluens, & sic iura ipsius principalis repræsentans totum exigere valebit, illius portione non dempta, nec non etiam in vim obligationis Cameralis, cuius quidem beneficium per cessionem transfunditur in cessionarium, veluti *ait Rota decisione 614. num. primo, par. prima recentior & per Cardinalem Seraphinum decisione 1210. num. quinto, & cæteri allegati à Rota in dicta Romana census Veneris 16. Maij 1631. coram Merlino, & in illa Romana pecuniaria coram Pirouano,* & veluti in materia prædictæ distinctionis factæ, circa solutionem factam à confideiussore, & exactionem fiendam contra confideiussores *fuit dictum à Rota per Gregorium Decimumquintum decisione 192. & ibi in addition. num. tertio, & apud Zach. de oblig. cameral. dec. 17.*

Quamuis tamen *Henriq. de fideiussor. cap. 27. par. tertia, num. 28.* valde damnet eam opinionem, quam illi tenent, vt scilicet fideiussor possit non dempta illius rata totum ab eo solutum ab alijs confideiussoribus exigere, veluti quoque multi ex Dominis de Rota visi sint illius opinioni *Henriq. inhærere, vt colligitur ex illa decisione 362. sub num. quinto, par. prima recentior. dum ibi ait,* quod aliqui ex Dominis in hoc difficultatem habuerunt. Licèt ego, si verum fatear ea distinctio, quę datur an quis vti tertius, siue vti fideiussor soluerit, mihi videtur potius subtilis, quàm vera, quia nescio quæ differentia sit facienda inter confideiussores circa solutionem promissi, dum omnes ratione mutui periculi, siue ob amorem, aut sanguinis coniūctionem fuerunt vniti ad succurrendum indigentiis amici, siue alio modo coniuncti; & sic veluti in promissione fuerunt ęquales; ita eadem ęqualitas est quoque seruanda in euentum fiendæ solutionis, iuxta ea quę ait *Henriq. in præcitato loco,* & eò magis, quia Rota ipsa non figit pedes super huiusmodi opinione, *vt habetur in dicta decisione 362. parte prima rec.* Licèt tamen illi primę opinioni videatur valde conferre ea regula, vt scilicet iura vigilantibus, & non dormientibus subuenire soleant.

Extende secundò id, quod fuit dictū ad fauorem fideiussorum, procedere, etiam in materia pręscriptionis, quę quidem à principali debitore allegari non potest, etiam, si magna temporis longinquitas intercedat post solutionem factam à fideiussore, & illi cessę fuerint actiones, etiam quòd de solutione non fuerit facta intimatio debitori, & id non solum procedit ex dispositione *Statuti Vrbis cap. 157. lib. primo,* sed etiam *ex l. secunda, C. de nouat.* quę tamen limitatur non procedere in eo, qui ex necessitate, & sic ex causa onerosa soluit; *iuxta doctrinam Alexandri communiter approbatam in l. si cum emptor, ff. de pact. vt ait Rota per Acchil. de Graf. decisione prima de præscriptionib.* vbi ampliat id procedere quoque in qualibet soluente pro tertio, *& Rot. decisione 9. penes Statil. Pacific. de Saluiano interdict. & vltimo loco in Romana pecuniaria quinta Maij 1631. coram Pirouano.*

Secus autem extra illum casum à dicto Statuto comprehensum in *cap. 157.* & sic vbi ageretur non inter fideiussores & principalem debitorem, sed bene inter fideiussorem, contra alium confideiussorem, quo quidem casu, si ille qui soluit, non reportauerit cessionem, siue si eā reportauerit tū per longum tempus tacuerit, tunc debitorem non liberat, nisi

nisi interuenerit vnum ex tribus, *l. 3. C. de nouat.* quorum primum est, si creditor litem fuerit contestatus. Secundum, si partem debiti receperit. Tertium, & vltimum, si denuntiauerit debitori, vt sibi cessionario, & non alteri soluat, & sic igitur fideiussori non prohibetur allegare præscriptionem contra alium confideiussorem, si neglexerit per tempus à statuto ordinatum solutum ab eo, petere à confideiussore; & ratio est, quia fideiussor soluendo, & cessionem reportando, fit verè creditor, & per consequẽs comprehenditur sub statuto præsumente solutionem aduersus creditorem in agẽdo negligentem *Bald. Salicet. Roman. & alij allegati à Rota in dicta Romana pecuniaria 5. Maij 1631. coram Pirouano.*

Ratio autem differentiæ, quare illud statutum Vrbis *cap. 157. lib. primo* excipiens casum fideiussoris soluentis, non præferuat iura contra confideiussores, veluti facit contra alios debitores, ea est, quia illud intendit conseruare iura contra illos à quibus potest, & debet quis indemnis conseruari, quæ verba conuenire non possunt confideiussori, pro quo alter fideiussor soluerit, cum ille non teneatur conseruare indemnem alterum confideiussorem pro toto credito; sed dempta illius portione residuum soluere, *l. vt fideiussor, ff. de fideiussor. l. cum alter, C. eodem tit. Ronchegall. in l. reos, in princip. num. 54. Henriq. de fideiussor. cap. 27. par. tertia, num. decimo, Rota decisione 732. num. primo, par. secunda recent. & decisione 190. num. quarto coram Gregorio Decimoquinto,* quod secus est in principali, quia ille tenetur fideiussorem ab omni damno, & sic à propria etiam portione releuare, cum id importet conseruatio indemnitatis à statuto præscripta, *Surdus consil. 150. num. quinto, & sexto, lib. primo, Ossasch. decisione 48. num. octauo, & Rota in dicta Romana pecuniaria 5. Maij 1631. coram Pirouano.*

6 Modo reassumendo conclusionem primo firmatam in ea parte, de subsistẽtia fideiussoris, etiam principali obligatione corruente, loquentem. Extende eam, primò, procedere, si vltra prædictum modum obligationis fideiussoris concurreret etiam interpositio iuramẽti, quod de sui natura præcisè obligat ad factum, *vt dicunt Doctores superius allegati, & Natta consil. 262. num. 14. Mohedan. decisione secunda, de fideiuss. Rota apud Cincium de censibus decisione 21. versic. Quia diuersi sunt, & per Gregorium Decimum quintum decis. 560. & decisione 564. num. secundo, & tertio, quæ sunt penes eundem Cincium decisione 192. & decisione 193.* Immò iuramentum est tantæ virtutis, & efficaciæ, quod si in obligatione fideiussoris concurrit, tunc eam validat, etiam, si causa detegatur falsa in decreto Iudicis expressa, *vt ait Gratian. lib. primo disc. c. 122. num. 35.*

7 Extende secundò prædicta, eò magis procedere, quando vltra prædicta concurreret, etiam clausula, Omni meliori modo, &c. quia tunc vti principalis, & non vti fideiussor obligatus censetur, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 1324. num. 5. & Mohed. dec. 2. de fideiuss.*

8 Extende tertiò, quando fideiussor esset obligatus in forma Cameræ, *vt ait idem Cardinalis Seraphinus, & Mohed. in præcitat. locis.*

9 Extende quartò, dictam Conclusionem procedere, quando obligatio principalis esset nulla aliquo speciali fauore, vtputa, ex statuto, qui non militat respectu fideiussoris, secus, si essemus in actu, cui lex à principio resisteret, *vt fuit decisum à Rota in Bononien. pecuniaria coram Gregorio Decimo quinto, quæ est in eius impressis decisio 321. num. sexto, Cardin. Seraphin. decisione 787. num. vndecimo, & decisione 1324. in principio, & Rota penes Farinac. decisione 157. nu. 6. inter crimin. & penes eundem decisione 118. num. quarto, in impressis post secundum librum Consiliorum, Marescot. variarum resolutionum cap. 65. num. 9. Maur. de fideiuss. dicto cap. quinto, nu. 25. vbi multas decisiones Rotæ allegat, & Gratian. lib. primo disceptat. cap. 122. num. 14. & 15. vbi alias decisiones Rota ipse quoque allegat, Franc. decisione 247. & Riccius in sua collectanea decisionum collect. 1881. per totam, parte quinta.*

10 Declara igitur prædictam quartam exten-

extensionem esse veram, vt scilicet promissio fideiussoris pro minore subsistat, etiam corruente principali obligatione, quando nullitas resultaret ex defectu solemnitatum, & materiæ, at secus, si ex defectu formæ, & consensus, & sic quando nullitas contractus proueniret ex aliqua dispositione iuris communis, quia tunc ex huiusmodi defectibus contractus ab initio non tenet, quoad vtrumq. quod secus est, vt dixi, quando nullitas proueniret ex aliquo iure speciali, vt est defectus in contractu minoris ex omissione solemnitatum statuti, quia tali casu, si minoris obligatio non sustinetur, illa tamen fideiussoris remanet firma, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 787. num. vndecimo, & in alia bonorum coram Cardinali Sacrato, quæ est inter criminal. Farinac. decisione 157. num. sexto, Parif. consil. 16. num. tertio, lib. secundo, Cephal. consil. 437. num. 29. lib. tertio, & Rota apud Cincium de censibus decisione 21. num. vndecimo cum sequentib. & ibidem decision. 139. num. tertio cum sequentib. & per Gregorium Decimumquintum decisione 560. & decisione 564. & penes eundem Cincium de censib. decisione 192. & decis. 193. num. quarto, & idem Card. Seraph. dec. 1324. num sexto.*

11 Extende quintò, dictam principalem conclusionem, eò magis procedere, quando fideiussor se obligauit in euentum nullitatis, & inualiditatis contractus, quoad principalem, quia tunc corruente principali obligatione accessoria firma remanet, *vt fuit dictum à Rota in vna Amerina fideiussionis coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 560. num. quinto, & apud eundem decisione 564. num. quarto,* vbi habetur, quòd licèt census fuerit nulliter constitutus, veluti, quia non fuerũt numeratæ pecuniæ, tamen ille, qui se obligauit in euentum nullitatis, ad omne damnum, & interesse obligatus remaner, & per consequens, sub promissione damnorum, & interesse, venit sortis principalis restitutio, *vt ait Ruin. consil. 141. num. nono, versic. Non obstat, lib. primo, Rota decisione 741. num. primo, par. prima diuersor. & decisione 77. num. tertio par. secunda recentior. Gratian. lib. secundo disceptation. cap. 301. num. quinto, Alexand. consil. 32. num. quarto, & sequentib. lib. secundo, & Cincius de censibus par. secunda, cap. secundo, quæst. tertia, artic. secundo, idem Gratian. lib. primo, disceptat. cap. 122. & Rota in Romana Census de Prouanis 8. Aprilis 1598. coram Orano, & Angelus consil. 183.*

Sed hic obiter erit tamen notandum, quòd in materia census, tunc satis dicitur liquidum interesse ex eodemmet cẽsus instrumento, quoniam illud taxandũ venit ad eam quantitatem, quæ fuit cõuenta in dicto instrumento pro censu annuo, *vt ait Cardin. Seraphinus decisione 372. num. primo, & decisione 387. num. sexto, cum alijs decisionibus cumulatis per Cincium de censibus fol. mihi 36. nu. 45. & fol. 161. num. sexto.*

12 Extende sextò, procedere, si medio iuramento fideiussor promiserit nullitatem contractus non allegare, sed ea (si qua adesset) non obstante adimplere, *iuxta tradit. per Alexand. consil. 32. n. quarto, & sequentib. lib. secundo, vbi ait,* numquam contradictorem inuenisse, *& alij allegati à Rota in Romana census de Prouanis 8. Aprilis 1598. coram Orano, & Cincius de censibus in præcitato loco sub num. 13.*

13 Extende septimò, quando in obligatione accessoria non militat tanta ratio, quanta in principali, veluti; quia obligatio principalis fauore minoris annullaretur; nam eò casu subsistere potest altera fideiussoris, at secus, si æqualis ratio inter principalem, & accessoriam obligationẽ vigeret, quia tunc corruente vna, altera quoque cessat, *vt ait Cardin. Seraphin. decisione 1324. & prius in dec. 787. num 11.*

14 Contrarium, q; scilicet etiã, q; maior ratio in vna, quàm in alia fideiussoris obligatio subsistat multi intrepidè tenẽt, dũmodo tamen fideiussor esset in solidum, & cum iuramento obligatus, aliàs secus, veluti testatur *Riccius in sua collectanea decisionum collect. 1881. in fine parte quinta, vbi quoque allegat Rubin. in decis. 27.*

15 Præterea hic erit notandum, quòd annullatio actus, non dicitur pœna, *vt ait Bald. in l. nemo, C. de sacrosanct. Eccles.*

Bero.

Bero. in cap. 2. num. 27. de constit. veluti, nec minus actus annullatio ille dicitur, qui pœnam continet, quando fit in fauorem Ecclesiæ, *vt ait Rota decisione 457. num. 7. & decis. 578. num. 4. par. 1. diuersor.*

16 Contrarium tamen esset, quando dicta annullatio esset facta in odium personarum, non autem in defectum solemnitatum, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 631. num. 13. & Cassad. dec. 13. num. 9. de decret. in restruat.*

17 Declara, quòd qñ est pœna dicta annullatio, tūc error, incertitudo, necnon causa colorata excusant ab ea, *idem Gratia. dicto lib. 4. disceptat. cap. 742. num. 52. & sequen.*

18 Et tenendo hanc secundam opinionē extende eam procedere, etiam si adesset decretum irritans; si tamen illud esset appositum, tàm, verbi gratia, in constitutione generali, quàm particulari priuilegiaria; quia tunc illud numquam ignorantes ligat, ante publicationem quoad pœnam, *vt ait Gratian. d. c. 631. num. 14.*

19 Contrarium licèt tenuerint *Put. & Cassador. ibi supra, quos allegat, & reprobat dictus Gratianus in precitato loco,* veluti etiam damnat decisionem *Rotæ 570. par. prima diuersor.* hanc opinionem tenētem, sed contra eam tenuit *Rota in Calaguritana beneficij sanctorum Iacobi, & Andreæ, 17. Maij 1593. coram Cardinali Blanchetto, veluti refert Gratian. ibi supra num. 14. & in num. 15. & 16. ait,* quando fit necessaria publicatio constitutionis, ad hoc, vt decretum irritans ibi appositum ignorantes liget.

20 Sed tu, pro faciliori explicatione istius materiæ, distingue tres casus, iuxta mentem *Rotæ in Imolen. bonorum Veneris quarta Decembris 1615. coram Coccino, quæ est in prima par. recentior. decis. 693. num. tertio, & s. qq.* Et primus est, quando actus annullatur in odium personæ. Secundus, quando in fauorē. Tertius, quando propter formam, vel solemnitatem introductam, ob vtilitatem publicam; Vndè, si in primo casu fiat actus annullatio inhabilitando personā, tunc dicitur pœna. Sed si in secundo casu annullatur actus ad fauorem alicuius, tunc certum est, quòd non dicatur pœna, quia respectu illius in cuius fauorem actus annullatur illa pœna considerari non potest, nam quæ generant fauorem, non possunt retorqueri in odium, quod procedit, etiam si illa annullatio tenderet in præiudicium alterius partis, quia cum id in consequentiam veniat, ob id dispositio non dicitur pœnalis, sed fauorabilis. In tertiò verò casu, si actus annulletur iuxta regulas iuris communis, tunc non videtur pœna, et propterea iura quæ annullant testamenta, siue sententias, non seruata solemnitate de iure communi requisita, pœnalia non dicuntur, *vt pulchrè distinguunt Doctores allegati à Rota ibi supra coram Coccino.*

ARGVMENTVM.

DE ANNVLI DATIONE, AC DE eius effectibus circa Matrimonium, & Sponsalia.

CONCLVSIO CXV.

1 ANNVLI datio sponte facta, nota, quod facit arguere Matrimonium, nisi contrarium probetur, & est actus notus, & vulgare signum ad faciendum illud presumi, prout ex fumo arguitur ignis, *vt ait Lap. alleg. 57. num. 16. & ait, cap. fœminæ, & ibi gloss. 30. quæst. quinta, & cap. nostrates, eadem quæstione, & in cap. tuæ, de sponsal. impub. & Franciscus Marc. in decisione 704. num. primo, par. secunda, Cæpol. in consil. quarto num. primo, & consil. quinto, num. 15. in ciuil. Bero. consil. 40. num. 29. Didac. Epit. secunda par. cap. quarto, num. tertio, & Franciscus Aretin. consil. 13. num. quarto, & ita fuit dictum in Parmen. status Veneris die 30. Martij 1629. coram Coccino Decano,* vbi ait, id tantò magis procedere, si consensus aliquo modo sponsorum deprehēdatur, cū aliquo signo, vel nutu, etiam sine aliorū verborū expressione; cum in dubio semper sit matrimonio fauendum; & vt filij

K dicantur

dicantur legitimi, & ea tantò magis procederent, quando vltra illa signa cohabitatio, & copula carnalis subsequeretur, quia tunc oriretur pro eo præsumptio iuris, & de iure, *vt ait Boerius decisione 40. num. 106. & Rota ibi coram Coccino. & per Burattum decisione 530. num. nono, & ibi in addition. num. 32.* docetur, quomodo copula carnalis probetur, & matrimonium inter coniuges contractum præsumatur.

2 Sed tu declara conclusionem esse veram, si dictus annulus detur in Ecclesia, vt faciebant Romani in Sponsalibus, & illo die solemni nuptiarum, qui digitum maximo proximum annulo excolebant, & veluti amoris pignus præcipuũ ducebant, vt his in summo honore esset quo duce mutatus amor, vsque ad intima cordis penetraret, & propterea videmus, quod ille ponitur in digito annulari, in quo est vena sanguinis, quæ vsque ad cor peruenit, *vt ait Lap. alleg. 57. idem ait Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.* Secus, si daretur in domo coram parentibus, quia tunc illa datio annuli facit eã præsumere sponsam, sed de futuro, non autem Matrimonium verum de præsenti, quia ea est ad instar arrhæ, quæ non probat contractum, sed est signum futuri contractus, *vt ait Lap. dicta alleg. 57. num. 4. & veluti ait Franciscus Marc. in dicta decisione 704. num. primo par. secunda.*

Licèt secus esset, quando consuetudo extaret, quòd solùm annulus detur in Matrimonio contracto, quia tunc immissio illius Matrimonium probaret, *vt ait dictus Lapus in dicta allegatio. 57. num. 54.*

4 Et ratio prædictorum ea est, quia traditio annuli, est quoddam signum æquiuocum, quia ad plura tendere potest, & propterea Matrimonium non probat, *vt ait idem Franciscus Marc. ibi supra, & in decis. 755. subdit,* quod talis traditio annuli potest amoris causa sequi, & non animo Matrimonium contrahendi, sine quo Matrimonium non fieret, *vt dicunt Doctores, & Francisc. Marc. superius allegati.*

5 Licèt *Lapus in dicta allegat. 57. nu. 4. vers. Annulus dicat,* quòd annulus, ac eius immissio non fuit adinuenta ad substantiam Matrimonij; sed ille datur in signum mutuæ dilectionis, vt coniugum corda amoris pignore iungantur.

6 Extende primo, quod neque illius annuli gestatio per mulierem Matrimonium infert; & præsertim, quando non probatur, quòd præsente, & patiente prætenso viro fuerit ab ea portatus annulus, *vt ait Alexand. consil. 150. nu. 19. lib. 5.*

7 Extende secundò, quòd neque etiam receptio munerum, amplexus, & oscula, faciunt sponsalia de futuro, in Matrimonium de præsenti transire, *vt ait textus in dicto cap. fin. & Franc. Marc. ibid. num. 2.*

8 Extende tertiò, quòd nec minus attentatus copulæ, est sufficiens ad prædictum effectum; sed opus est, quòd mulier plenè cognoscatur, *iuxta text. in dicto cap. finali de Sponsal. & Francisc. Marc. ibi supra.*

9 Extende quartò, quòd nec etiam per illius traductionem ad domum Sponsi sponsalia de futuro transeunt in illa de præsenti, secundum *Ioannem Calder. Anton. de Butrio, & Panormitan. vt ait idem Franciscus Marc. in dicta decisione 704. num. quinto, & dec. 755. num. primo, dicta par. secunda.*

10 Extende quinto, quòd tacitus consensus mulieris per immissionem annuli in Ecclesia non sufficeret, veluti, si solùm capite annueret, nisi tamen dicta mulier ob verecundiam id faceret, vt in multis contingere solet, & præsertim illud habetet locum, si præcessetint verba Matrimonij ex parte alicuius, quia his concurrentibus solus consensus tacitus sufficeret, *vt ait idem Franciscus Marcus dicta decisione 704. numero quarto, & Nauar. in Manual. cap. 22. num. 20.*

11 Veluti idem obiter dici potest de inuestitura per annulum, quæ possessionem transfert, si alter eo tempore non possideat, at secus, si possideret, *vt ait Afflictus decisione 299. num. 29. & Gratian. lib. quarto disceptat. cap. 310 num. 19.*

12 Declara tamen, quòd si per immissionem annuli Matrimonium sequatur, tunc ille annulus Sponsæ datus, dum desponsatur donatus vxori censetur, ita vt

ita vt mortuo marito, illius hæredibus amplius non debeatur, *vt ait Romanus consil. 146. num. 2. Crauett. consil. 443. num. decimo, Natta consil. 317. num. tertio, Surd. decisione 166. num. primo, & tertio, Alberic. in l. cum te, num. 2. C. de donat. ante nupt.* & ratio est, quia ille annulus ex causa necessaria tunc donatus censetur, & propterea ad vxore non repetitur, sed sui ipsius efficitur, ita vt ea mortua, ad illius hæredes spectet, *l. si quis, pro vxore, ff. de donation. inter vir. & vxor. & l. si donatæ, §. si sponsus, ff. eodem tit. & ibi Oddofred. & Cuman. Parif. in Appostill. ibi ad Bart. & Bald. in authent. ex testamento, num. 10. C. de collation.*

13 Secus verò, quando constaret maritum dictum annulum non donasse, quia tunc vxoris non efficitur, sed si forsan in dubio essemus, eo casu erit standum consuetudini, quatenus adsit, si verò ea non extaret, tunc hoc modo erit distinguendum, nempè, aut annulus est preciosus, & magni valoris, aut modici, primo casu donatus non censetur, veluti præsumitur in secundo casu, quod enim procedetet, etiam si annulus esset alienus; sed maritus constante matrimonio alium subrogaret, quia tunc donatio isto modo facta valebit, *vt dicunt Doctores allegati à Cardinali Tuscho in verbo Annulus, conclus. 344. & vide quæ dixi in conclus. 99. sub num. decimosexto.*

14 Et quod in Regno Cataloniæ illa consuetudo vigeat, nempè, vt mulier vidua, vltra alia iura anni luctus, annulum datum tempore benedictionis consequatur; necnon vnum ex ornamentis aureis mediocribus arbitrio boni viri eligendum, dixi supra in verbo *Alimenta, in Ampliatione 29. vers. Sed est animaduertendum.*

15 Fallit tamen, si aliæ res præciosæ fuerint traditæ sponsæ, veluti vestis magni valoris, Stagialia, Bursæ, Coronę, & similia, quæ animo donandi data non pręsumuntur, sed solùm ad vsum, vt ea magis compta, & ornata incedat, veluti tenent *tenent Bald. in l. cum te, num. primo, versic. Sed pone, C. de donat. ante nupt. & Bartol. in l. si vt certo, §. interdum, ff. com. num. primo, & ita fuit decisum à Rota per Gregorium Decimumquintum in decisione 474. per totam.*

Sed quod ex coniecturis præsumatur donatio Iocalium facta à Marito vxori, *ait Cardin. Mantica de Tacitis lib. 21. tit. 6. tomo 2. fol. mihi 356.*

16 Et annulus quid sit, & cur in manu sinistra gestetur, & à quo fuerit inuentus, vide *Pacian. in suo tractatu de probation. cap. 42. ferè per totum lib. 2.* & illius opinionem vti rarissimam amplexa fuit, *Rota in vna Ferrarien. dotis 13. Martij 1606. coram Manzanedo, & Ascan. Tamburin. de Iure Abbat. disput. 20. quæst. 1. nu. 5.* vbi ait, loquendo de annulo Abbatis, quod quemadmodum ille datur Sponsę in signum Matrimonii, *vt est text. in cap. fœminæ 30. q. 5.* ita quoque datur Prælatis Ecclesiasticis in signum Matrimonii spiritualis, *vt ait Durand. in rationali diuin. offic. lib. 3. cap. 14.* dicens, quòd annulus est Sacramentum Fidei, quo Christus suam sponsam sanctam Ecclesiam subharrauit, *& Isidor. Moscon. in tract. de magnitud. militar. Eccl. par. 1. lib. 1. cap. 8. vers. Item annulus fol. 233. ait,* quòd datur annulus ad honorem Pontificiæ dignitatis, vt signaculum secretorum, & vt Sponso Fideli animarum Dei. Item significat integritatē fidei, vt scilicet Ecclesiam sibi traditam diligat, & custodiat; quia ipsi Abbates dicuntur contrahere Matrimonium cū eorum Ecclesiis, veluti illud contrahitur inter Episcopum, & suam Ecclesiam, & propterea videmus, quòd ipsorū morte, Ecclesiæ viduatæ dicuntur, *vt ait Innocent. in cap. quia propter, in princip. versic. Viduatis, de elect. & alij allegati à Tamburin. in præcitato loco.*

17 Extende prædictam opinionem locū habere, tàm in Sponsa, quàm etiam in Vxore, *vt ait Rota in dicta Ferrarien. coram Manzanedo, & in alia dec. 474. num. 2. coram Gregorio.*

18 Declara tamen, quòd Iocalia, & vestes magni valoris nutui donata in diuisione inter fratres fienda, sunt conferenda, cum ea non donata, sed commodata ad illius ornamentū cęnseantur, *vt dicunt Thesaurus decisione Pedemont. 46. num. 8. Gratian. decision. Marchiæ 118 num. septimo, & Surdus decisione 166.*

& Afflict. in dec. 315. num. 1. & seqq. vbi latè ait, quando huiusmodi res spon sæ traditæ donatæ, siue potius eidem commodatæ censeantur, quem per te videre poteris.

19 Secus verò, quando donatio esset iocalium modicorum, quia tunc valet, nec ea restituenda veniunt, *vt ait Card. Seraph. dec.* 914. *num.* 3. & quæ dicantur Iocalia, *ait Purpurat. consil.* 451. *num. secundo.*

20 Aliud quoque genus anuli, reperitur in Iure Canonico, & est ille, qui gestatur ab Episcopo in indice manus dexteræ, extra actum celebrationis, *vt ait Stephanus Durant. in l. secunda de rit. cap. nono.* In Missę autem celebratione gestatur in digito anulari eiusdem dexteræ manus, *vt ait Ceremon. Episc. lib.* 1. *cap.* 7.

Animaduertendo tamen, quòd il sit sculptum in gemma, *vt ait idem Stephanus Durantus in præcitato loco, & Prouerbior. cap.* 3. *de Sacra supellect. & nouissimè Gauantus in suo Manuali Episcopor. in verbo Anulus.*

21 Declara tamen, quòd illius vsus prohibetur Prothonotarijs, qui non sint participantes, nec non Doctoribus, & Canonicis Cathedralium, in illis quo que Dignitates comprehendendo, *vt fuit decisum à Sacra Congregatione Rituum, die* 11. *Februarij* 1623. *&* 20. *Nouembris* 1628.

ARGVMENTVM.

ANNVS QVOMODO COMputetur in iure, & quando incipiat, & dicatur perfectus, vel non.

CONCLVSIO CXVI.

1 ANNVS, nota, quòd diebus, & mensibus constat, & propterea hinc fit, quod eodem die quo incipit, finitur, & reuoluitur, *vt ait Bald. consil.* 457. *in fine, lib. primo.*

2 Item in duodecim menses diuiditur, veluti hæreditas in duodecim vncias, *ad tradita per Bartol. in l. fur est manifestus, ff. de furtis, & Alexand. consil. nono in princip. lib. septimo*, & ibi dat exemplum de eo, qui facit pactum de retrouendendo infra quatuor annos, quia tunc sufficit, quod pretium offeratur in principio quarti anni, videlicet, in principio primi mensis quarti anni, aliàs elapso dicto principio pactum expiraret; licèt, vt inferius dicetur, quando fit mentio anni, semper intelligitur de perfecto; quamuis in hoc quoque fallentiæ non desint.

3 Verum, quia diuersimodè, annus computatur, ideò animaduertendum est, quòd in Romana Curia, Italia, Hispania, Aragonia, Catalonia, Datia, & Vasconia, ille incipit currere à die Natiuitatis Domini, nempè 25. Decembris, non autem à Circumcisione, *vt ait Rota decisione* 27. *aliàs* 813. *de iudic. in antiquis, & decisione tertia, aliàs* 40. *eodem titulo in nouis.*

4 Secus verò in Anglia, Francia, & Germania, vbi annus incipit à die Incarnationis, qui est dies Annunciationis Beatæ Mariæ semper Virginis, & est dies 25. Martij, *vt testatur Rota in dicta decisione* 17. *de iudic. in antiq. & decis.* 3. *in nouis.*

5 Sed est benè verum, quòd Pisani in Italia, annum incipiunt ab Incarnatione, sed vario modo, quia finito anno à die Incarnationis computant annum vnum, & sic deinceps, vndè non à prima die Incarnationis eum computant, sed benè in fine, & propterea in secundo anno Incarnationis primum annum computant, & sic deinceps.

6 Declara tamen, quòd licèt annus Domini incipiat à Natiuitate illius prout in Ciuitate Paduæ de consuetudine, nihilominus, si apponatur annus ab Incarnatione, instrumentum valet, nec illud annullatur ex huiusmodi consuetudine, *vt ait Ioan. de Imola in suo consil.* 8. *in princip.*

7 Fallit tamen, veluti, si consideremus annum, quoad recollectionem fructuum, quia tunc incipit currere men-

se Septembris, & in simili mense finitur, *vt dicunt Feudistæ in cap. primo, §. his consequenter, titulo Hic finitur lex Corradi.*

8 Quibus ergo sic firmatis, erit iterum notandum, quòd quando fit mentio anni semper intelligitur de perfecto, *vt ait Surd. in decisione* 178. *nu.* 12. *&* 13.

9 Quod tamen erit cum hac distinctione intelligendum, nempe, aut sumus in fauorabilibus, & tunc sufficit, quòd annus sit inchoatus, ad hoc, vt dicatur perfectus, aut verò versamur in odiosis, & tunc non sufficit annum fuisse incœptum, sed impletum, *vt ait idem Surdus in dicta decisione* 178. *num.* 5. *&* 14. *& Rota in Lucana bonorum* 11. *Decembris* 1609. *coram Cardinali Mareomontio, quæ est dec.* 208. *num.* 3. *par. prima in recent.*

10 Extende primò, quòd annus debet esse perfectus, quando de eo fit mentio per genitiuum, vel accusatiuum casum; Vndè, si alicui fuerit factum legatum, cum erit ętatis annorum decem, vel viginti, tunc illud legatario non debebitur, nisi verè totum decimum, vel vigesimum annum compleuerit, & id ex natura genitiui casus procedit, in quo fuit appositum illud verbum Annorum, *l. si cui legatur in principio, ff. de legat. primo, & ibi Bart. quem in hoc sequuntur Iason. Castrens. Alexand. & communiter cæteri Doctores ibidem Natta consil.* 461. *Simon. de Prat. in tractatu. vltim. volunt. car.* 404. *num.* 50. *& Surdus in dicta decisione* 178 *num. quarto, & sexto, & Magon. decisione Florent.* 10. *num.* 24.

11 Extende secundò, id habere locum, quando legatum esset factum per casum accusatiuum, sed per dictionem *(Per) vt ait Surd. ibi supra, num.* 6. *Rota in vna Auximana Veneris* 24. *Nouembris* 1595. *coram Gipsio.* Et ratio est, quia illa dictio, *Per*, significat consummationem, & perfectionem illius rei, cui adiicitur, *l. vrbana, §. pernoctare, ff. de verbor. signif. l. secunda, §. peregisse, ff. de adult. Angel. Grat. de dict. dictione* 158. *Rota decisione* 637. *num. tertio, par.* 2. *recent.*

12 Extende tertiò, multò magis procedere, quando adesset dictio, *Ad, Post*, & præsertim illa, *Vsque*, siue esset facta mentio in plurali, de quibus omnibus videndus est *Surdus in præcitato loco nu.* 6. *&* 7.

13 Et ratio est, quia dictio, *Vsque*, adiecta numero, seu gradui, includit, non autem excludit; veluti quoque dicitur de dictione *Ad*, & *Post*, *vt ait Rota in vna Vrbeuetana Castrorum die quarta Maij* 1582. *coram Cardinali Blanchetto, & in Nucerina bonorum Lunæ quarta Martij* 1602. *coram Cardinali Sacrato, quæ est decisio* 51 *par.* 1. *in recentior.*

14 Restringe tamen id non procedere in materia odiosa, & exorbitanti, quia tunc dictio illa, *Vsque*, stat exclusiuè, non autem inclusiuè, *vt ait Rota ibi supra num. nono, & in dicta Auximana coram Gipsio.*

15 Restringe secundò, idem procedere de illa dictione, *Ad*, quæ de sui natura importat initium anni; sed si ei quoque addatur verbum *(Peruenerit)* tunc perfectionem operatur, *vt ait Surd. in dicta dec.* 178. *num.* 8.

16 Extende quartò, quòd vbi lex, vel homo aliquod tempus non declarat, tunc illud debet esse perfectum, & propterea videmus, quòd aliquid dicitur esse tale, quod est magis tale; & sic annus magis propriè dicitur, quando est perfectus, quàm si esset imperfectus. Quinimmò non dicitur esse in rerum natura, si non est perfectus; & ob id quis non reputatur verè maior, nisi perfecto vigesimo quinto anno, *idem Surdus in præcitato loco num.* 12.

17 Extende quintò, idem esse verum, quando sumus in maiore septuaginta annorum, qui non dicitur talis, si solùm fuerit ingressus septuagesimum, sed ille debet esse perfectus, *vt ait Gratian. lib. quarto disceptat. cap.* 607. *nu.* 7. Secus autem dicitur de anniculo, qui admittitur, quando quis extremo die anni moritur, *l. anniculus, ff. de verb. signif.*

18 Extende sextò procedere, quando sumus in dispositione statutaria, siue præscriptionum, quia his casibus annus incœptus, non habetur pro completo, nisi sit integrè lapsus, *idem Gratian. lib. quinto discept. cap.* 946. *nu.* 30. *&* 31. *& Rota dec.* 208. *num. tertio, par. prima in recen.*

19 Extende septimò, quòd annus probationis debet esse integer, & cõtinuus intra claustra, & non interpolarus; nec priuilegium in contrarium suffragatur, quia illud fuit sublatum ex resolutione sacri *Concilij cap. 22.* veluti testatur *Garz. de benef. cap. 9. num. 7. par. 11.*

20 Amplia huiusmodi extensionem intantum valere, quòd neque huic anno probationis renunciari potest, & id habet locum etiam in eo, qui ex voto religionem fuit ingressus, necnon in eo, qui si professus in vna, velit trãsire ad aliam, etiam laxiorem Apostolica auctoritate, nec minus ille annus abbreuiari potest in eo, qui post ratum matrimonium ingressus est religionem, etiam si de vna religione, ad aliam transeat, & ita tempus probationis differatur, *vt ait Garz. in precitato loco.*

21 Contrarium tamen *ait Gratian. lib. tertio disceptation. cap. 591. num. 23.* vbi ait, quòd iste annus probationis, fuit inductus ad fauorem profitentis, & Monasterij simul, & propterea, tàm per vnum, quàm per alterum illi renunciari potest, vndè hic notandum erit, q licèt professio ante finem anni fieri non possit, tamen volente Nouitio, & Monasterio fieri poterit, & eo modo facta valebit. Immò testatur ibi, quod Pontifex aliquando dispensat super eo, quòd quis possit profiteri non expectato anno, sed solùm per sex menses ob causas, quæ ibi numerantur à *Gratiano*, & aliàs similes expressis.

22 Et tenẽdo hanc secundam opinionem, extende eam, in tantum procedere, quòd immò professio potest etiam vsque ad biennium prorogari ex causa, veluti tradit *Franc. Marc. in sua decis. 514. num. 10.*

23 Extende 2. dictã secundã opinionem pari modo procedere in prouiso de beneficio curato, cui annus dari solet ad faciendum se ad sacros Ordines, & ad Sacerdotium promoueri, qui annus ei impedito non currit, veluti ob absentiam Episcopi, vel ob infirmitatem, & sic opus est, vt ei nouus annus assignetur, *vt fuit dictum à Rota in vna Salamantina Parochialis Veneris 23. Iunij 1589. coram Orano.*

24 Quinimmò subextende, q iste annus ipso iure impedito, datur, *vt ait Franc. Marc. in sua dec. 143. num. 17. par. 2.*

25 Extende tertiò, quòd tempus non currat ad faciendum se promoueri ad sacros ordines, quando lis est super beneficio obtento, quod tamen semper intellige verum, respectu beneficii prædicti, *vt ait Beltramin. in annotat. ad decisionem Gregorij Decimi quinti 451. num. nono.*

26 Et ratio est, quia regulariter legitimè impedito, tempus non currit, *l. prima in fin. C. de ann. incept. Rota decisione secunda, num. tertio, de dilat. in nou. Cassador. decisione nona, num sexto de appellat. & decisione octaua, num secundo de preben. & ita fuit decisum in vna Romana retractus domus Mercurij 8. Iunij 1588. coram Cardinali Mantica, quæ est in eius impressis decisione tertia, num secundo.*

27 Animaduertendo, quòd annus respectu illius, qui tenetur promoueri, ratione beneficii, incipit à die adeptæ possessionis beneficii, sed pacificæ, vt superius dixi, sed est benè verum, quòd si ille fuisset priuatus tanquàm non promotus, & postea obtinuerit prouideri de nouo, dummodo infra annum promoueretur, tunc annus inciperet à die datæ nouę prouisionis, *vt ait Egid. Bellam. decisione 153 & decisione 178. versic. Item, quòd si priuatus, & decis. 180.*

28 Extende quartò, idem procedere, quando lis est super beneficio secundo obtento, quia tunc non currit tempus decreti de dimittendo primum incompatibile donec quis patitur litem super secundo *capitulo commissa*, & ibi *Doctores de elect. in sexto, & fuit dictum in Corduben. Cappellaniæ 27. Iunij 1606 coram Card. Pamphilio.*

29 Fallit tamen veluti, si essemus in actione iniuriarum prætoria, qùia tunc etiam ignoranti annus currit, *vt ait Cappell. Tholos. dec. 127. num. 2.*

30 Extende quinto, quòd neque Vassallo currit annus pręscriptus ad suscipiendam inuestituram, dum patitur controuersiam super feudo, siue à Domino, siue à tertio illatam, *vt ait Gratian. lib. quarto disceptat. cap. 707. num. 20. & 21. & Surd. dec 189. num. 26.*

31 Extende sextò, quòd scilicet, annus peten-

petendi inuestituram, solùm computatur à die scientiæ; *vt ait Rota decisione 195. nu. 5. par. 2. diuersor.*

Declara tamen illam extensionem non esse veram, quando inuestitura fuisset concessa extraneo intra illud tempus, quia tali casu facultas reuocandi huiusmodi inuestituram durat spatio triginta annorum, & ratio quare debeat peti inuestitura infra annum, ea est, quia vassallus præstet fidelitatem Domino, *vt fuit decisum à Rota in Brixien. feudi Mercurij 23. Ianuarij 1585. coram Bubalo.*

Declara præterea illud, quod fuit dictum de onere petendi inuestiturã feudi infra annum per vassallum, non procedere, quãdo illius possessio esset penes alium; & ratio est, quia cum onus petendi inuestituram, & seruitium debitum sit personale per relationem ad feudum, idcirco vassallus ab isto liberatur donec possessio est apud alium, *vt ait Grat. lib. 3. disc. cap. 456. num. 60. cum alijs ibi alleg.*

32 Extende septimò, quod annus in materia iuris congrui, stante fideicommisso, pro quo obtinenda derogatio veniebat, incipit currere à die obtenti breuis, & illius exhibitionis in actis, *vt fuit decisum à Rota in Romana retractus Palatij ad Montem Iordanum Veneris 19. Nouembris 1604. coram Card. Pamphilio, quæ est apud Marchesanum de commission. par. prima, §. primo, fol. 1096. num. 3.*

33 Extende octauò, quòd annus non incipit currere ante implementum, sed à die illius implementi, & hanc esse veriorem, & æquiorem opinionem, *ait Rota ibi supra num. quarto, quam prius tenuerat etiam Rota in Romana domus in Monte Iordano 26. Decembris 1579. coram Brauo.*

34 Et reassumendo principalem conclusionem, Limita eam primò, non procedere, quando tempus esset in ablatiuo positum, quia tunc sufficit annum esse inchoatum; nam ille casus tempus imperfectum significat; vndè, si libertas fuerit alicui relicta in anno decimo quarto, quia tunc ea competit illi, si cœptus annus erit, *vt dicunt Doct. alleg. à Surdo in præcitato loco, siue dec. f. 178. num. primo, & quarto.*

35 Limita secundò, quando adesset dictio, *In, intra*, vel *iuxta* annum, quia tunc illius perfectio non est necessaria, *vt ait Surd. ibi supra num. 8.*

36 Et ratio est, quia illa dictio, *Intra*, vel *Iuxta*, semper sua extrema includit, *l. prima, §. primo, vbi Bart. & alij, ff. de offic. præfect. Vrb. & Rota ibi supra.*

37 Limita tertiò, quòd in quacunque parte anni non sufficit actum facere, quando ille debet fieri certo anno, *vt ait Surdus dicta decisione 178. num. 2.*

38 Limita quartò, idem procedere, quando ad diem vltimam anni peruenimus, quia tunc ea pro perfecta habetur, *vt ait Castren. in dicta l. si cui, in fine princ. & Rota ibi supra.*

39 Declara tamen id esse verum in materia fauorabili, veluti in vsucapionibus, in testamentis, vel libertatibus, & honoribus consequendis, & similibus. Secus autem, vbi essemus in odiosis, & præiudicialibus, vtpotè in *l. Aelia Sentia, in l. Iulia, de adulter.* in præscriptionibus, siue in denegãda restitutione, quia tunc de momento ad momentum fit computatio, nec sufficit diem esse cœptum, nisi omninò sit perfectus, *vt ait Rota decisione 175. num. septimo, parte prima recentior.*

40 Limita quintò, quòd defectus diei, vel anni, non attenditur, si agatur contra eum, qui scripsit, *vt ait Grat. lib. 5. discept. cap. 951.*

41 Limita sextò, quòd annus ciuiliter nõ mutatur ad momenta temporis, sed ad dies tantum, licèt secus sit in materia beneficiorum, vt latè dicam in verbo Ius patronatus, *Bellamer. decis. 726. car. 173. & Rota decis. 75. num. 44. par. secunda diuersor. Gratian. dicto lib. quinto, c. 607. num. 21.* sed si numeretur tempus ad momentum, tunc annus completus non dicitur nisi constet de omnibus suis momentis, *idem Gratian. lib. tertio disc. cap. 413. num. 27.*

42 Limita septimò, quòd quando fit mentio anni, biennii, vel triennii, tunc intelligitur de primo, *Surd. decis. 189. num. 2.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

DE PRIVILEGIO ANOTOMIAE.

CONCLVSIO CXVII.

1 ANOTOMIA ad hoc, vt fiat nota, quòd corpus sepulti exhumari potest, *l. ossa, ff. de religios. & sumpt. fun. & toto tit. de coaduer. punit. & Riccius in sua collect. dec. 1000. par. quarta.*

2 Et ratio ea est, ad hoc, vt Medicorum experientia in curandis corporibus magis acquiratur, & elucescat; quia Medicus nescit curare morbum, si illius causam ignoret.

3 Declara tamen id esse verum, quando cadauer esset alicuius puniti, alias secus, *vt ait Riccius in decisione Curia Archiepiscop. Neapolit. 90. & in d collect. 1000. in vers. Limita.*

4 Declara secundò, quòd neque etiam ad effectum videndi, & cognoscendi corpus, debet exhumari, quia vexatio corporis mortui semper est euitanda; & propterea hinc fit, quòd regula illa, vt scilicet quilibet spoliatus, etiam si sit prędo sit restituendus, in hoc casu non procedit, ob eam rationem, vt corpori mortuo vexatio auferatur; Deinde Ecclesię etiam diceretur iniuria illata; & pręsertim, quando ex ea exhumatione scandalum oriri potest, veluti ita fuisse decisum, refert *Maceraten. decisione 112. casu 23. & Caualcan. decisione 16. parte quinta, & Riccius ibi supra ferè in fine.*

5 Et quænam pœna irrogetur contra spoliantem mortuum, tradit *Marta in decisione Pisana 173.*

ARGVMENTVM.

ANTEFATVM QVID SIT, ET IN quibus conformetur, vel à lucro dotali differat.

CONCLVSIO CXVIII.

1 ANTEFATVM, nota, quòd dicitur lucrum Dotis, *vt ait Afflict. in sua decisione 262. & decisione 291. num. secundo,* & illud Græca voce vocatur Antifernæ, *vt est tex. in l fin. C. de dotat. ante nupt.* quæ enim vox apud nos sonat id, quod dicimus Contradotem, seu Dotalicium, & Doctores illud exponunt, quod vicissim à Marito loco dotis datur; Doctores verò recentiores illud vocant Augumentum, *iuxta tradita per adden. ad Affl. in sua dec. 37. in princ.*

2 Et illud adeò, cum dote conformatur, vt propterea, si nulla dotis, siue expræssa, siue tacita constitutio præcedat, neque vllum antefatum debetur, *vt ait Anton. Faber. in decis. 3. 4. & 5. C. de donat. & Afflict. decis. 154. num. 4. & Franch. decis. 182. num. 3. & decis. 477. num. 10. & Riccius in collectanea 1458. par. quarta, & Rota dec 316. num. 3. par. 2 diuers.*

3 Declara ꝙ illud quoq. dabatur olim loco arrhaū, hodie vero datur in detrimentum amissæ deflorationis, & in meritum pudicitię, quæ dicitur verum ornamentum mulierum, *vt dicunt Doctores in l. si qua illustris, C. ad Orfician. idem Franch. decis. 182. num. 9. & Vrsil ad Affl. in dec. 333. num. 2.*

4 Extende primò, conclusionem in tantum esse veram, vt quemadmodum res alienari prohibita potest pro dote alienari, ita quoque illius alienatio pro antefato erit permissa, *idem Franch. d. dec. 182. & decis. 519. & Riccius in sua collect. 1458.*

5 Extende secundò, quòd sicuti mulier Velleiano iuuatur, obligando se pro dote. ita etiam pro antefato, *vt ait Riccius ibi supra, vbi allegat. decis. Vincent. de Franc. 182. num. 15.* & propterea ibidē dat etiam cautelam, vt ad euitandas lites, impetretur dispensatio super ipsa obligatione ab Excellentissimo Prorege, licèt regulariter mulier possit intercedere pro dote, non obstante Velleiano, vt latè dicam in verbo *Dos*, & ex mēte *Rota Romana, & aliorum.*

Secus autem, quando mulier donaret,

ret, quia tunc Velleianum ei non succurrit cum solum mulieri se obliganti nō non autem donanti auxilium præstet, & ratio est, quia vbi maius est, est periculum ibi cautius venit agendum, vt dicsit *DD. allegati à Grat. lib. 4. discept. cap. 669. num. 14. & seq.*

6 Sed in omnem euentum nota, quòd mater minus obligatur promittendo antefatum vxoribus filiorum, quàm si promitteret dotem viris filiarum, *vt ait Franch. decis. 182. num. 13.*

7 Extende tertiò, quòd veluti dotis conditio non potest fieri deterior per *text. in l. Attilicinius, ff. de pact. & Capic. decis. 135.* ita quoque illa antefata, *vt pulchrè ait Afflict. decis. 154. num. 2.*

8 Et id adeò verum est, vt propterea, si fiat pactum, per quod dotis conditio, vel antefati fiat deterior nullius momenti erit, *idem Afflict. ibi supra.*

9 Imò, si fiat pactum de non petendo dotem, & antefatum ab vxore; nihilominus eo non obstante per eam peti poterit, quia pactum remissionis antefati loco pœnæ succedit, quæ non decetur, nisi quatenus interesse concurrat, *idem Afflict. in pracit. decis. 154. num. 3. & 9. & Rota per Card. Seraphin. dec. 794. num. 24.*

10 Licet tamen secus esset, quando essemus in promissione iurata; quia tunc quis nedum tenetur obseruare promissa cum iuramentum habeat vim clausulæ Rato manente pacto; verum etiam cogeretur ad pœnæ præstationem, necnon pacti obseruantiam, *vt ait Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 85. nu. 1. Vitall. de camb. §. clausula Rato manente pacto, num. 5. & Mantic. de tacit. in secunda parte tit. quinto, lib. 17. num. 13. car. mihi 295.*

11 Extende quartò, quòd sicut causa dotis differtur donec causa matrimonij tractatur in Curia Episcopali, veluti ita de iure requiritur, ita etiam illi antefati, *vt ait idem Franch. decis. 312. num. 3. & quarto.*

12 Extende quintò, quòd veluti vsuræ antefati non debentur, ita nec etiam illę dotis, *vt ait Vrsill. ad Afflict. dec. 291. n. 1. Thesaur. dec. 45.*

13 Contrarium tamen tenet *Grammat. decis. 103. num. 96. Thesaur. decis. 45. Capicc. decis. 65.* tenendo, quod vsuræ de antefato debeantur, veluti etiam dicit *Afflict. in decis. 93. & decis. 284.* qui tenet interusurium dotis deberi, vt diffusè etiam dicam in verbo Dos, & huic opinioni consentit *Riccius in collect. 87. parte 1.*

14 Sed est benè verum, quòd interesse antefati soluitur aliqualiter minus, quā in dote; *vt ait Vrsill. decis. 91. num. 5. Grammat. decis. 103. num. 9. & Franch. decis. 217. allegat. à Riccio* ibidem vbi ait illud interesse deberi ad rationem quinque pro centenario, sed *Afflict. in dicta decis. 284.* ait interesse vxori antèfati deberi ob moram in restituenda dote, si sit pauper, vel si passa fuit interesse, vel esset solita negotiari, alias secus idem *Afflict. in dicta decis. 284. & ibi in annotat. & Capicc. in sua dec. 24. & Riccius ibi supra dicta collect. 87.*

15 Extende sexto, quòd mulier antefatam lucratur, quando maritus eidem dedit dilationem ad soluendam dotem, *vt ait Vrsillus ad Afflictum decis. 242. num. tertio.*

16 Subextende idem procedere etiamsi pendente dilatione maritus moriatur *idem Afflict. in pracitato loco, & in dec. 333. num. 1. Guidopap. dec. 565. & Ricc. in pracit. loco.*

17 Extende septimò idem procedere, etiamsi nondum dies solutionis aduenit *vt ait Afflictus dicta decis. 333. & Riccius collectanea 87. in principio parte prima.*

18 Extende octauò, quòd mulier illud quoque lucratur dote promissa, licèt etiam non in termino soluta; & ratio est, quia dos promissa est dos, & illius fauore augumentum respicit, *idem Afflict. dicta decis. 333. num. 2.* Item quia mulieri non est imputandum, si maritus voluit facere tempus ad eam soluendam, *vt comprobat Afflictus ibidem decis. 333.*

19 Contrarium tamen ait *Vrsill. in dicta decis. 242. num. 1.* & ibi subiungit id quoque procedere, si statutum de lucranda dote extaret, vt pari modo, quod illud augumentum debeatur pro rata dotis solutæ, *ait Mohed. dec. 1. tit. de p. gn. & hippoth. & ibi in addit. & Ricc. collect. 87. par. 1.*

10 Extende nonò, multò magis procedere, quando Maritus confessus fuisset recepisse dotem, & postea contractus mutui fuisset celebratus. *Vrsil. dict. dec.* 333. *num.* 1.

21 Sed animaduertas vnum, quòd, scilicet in casu mutui facti, maritus non potest petere interesse antefati, *vt ait idem Vrsill. in dec.* 284. *num.* 3.

22 Extende decimò, idem procedere, etiam si illa dilatio esset data non mulieri, sed extraneo, *vt ait Sylua nupt. fol.* 73. *num.* 7. *cum seq. & Boer. dec.* 22. *num.* 21. *& seq.*

23 Contrarium tamen ait *Afflict. in constitutione Regni, incipien. Mulier, quæ, &c. veluti refert Vrsil. ibi supra in dicta decisione* 333. *num.* 1. Et ratio illius opinionis ab Afflicto assignata, ea est, quia in extraneo, qui promisit dare dotem pro muliere, non consideratur fauor ipsius mulieris.

24 Extende vndecimò, quòd illud etiam lucratur vxor, quando maritus potuit exigere dotem, & eam non exegit, nisi tamen pater in culpa fuisset, quo minus dotem eius genero, ob impotentiam solueret, quia tunc non viro, sed patri mulieris id esset imputandum, *Vrsil. decis.* 242. *num.* 2. *& dicta decis.* 333. *num.* 2. *& Guidop. dec.* 565.

25 Extende duodecimò, quòd illud antefatum debeatur, etiam si non fuerit promissum, *vt ait Boer. dec.* 22. *incipien. Quod licèt maritus, num.* 7. *& Vrsill. in dicta dec.* 242. *num. secundo.*

26 Contrarium tenet *Grammatic. decis.* 97. *num. tertio, & quarto, & Afflictus dec.* 242. *num. secundo, & Riccius dicta collect.* 87. *in vltimis verbis.*

27 Extende decimotertio, quòd illud penes matrem restat, si ea fideiubeat de vtendo, & fruendo salua rerum substantia, & sic de mano sua huiusmodi vsumfructum capiet, *vt ait Vrsill. ad Afflict. dec.* 37. *num. sexto.*

28 Extende decimo quartò, quòd promissio antefati, siue augumenti dotis retrotrahatur, quo ad dominium, ita vt creditoribus prçiudicet, *vt ait Rota p.r Mobedan. in decisione prima de pign. & hippoth.*

29 Declara tamen primò, quòd dos ab antefato differt, & quandoque inter dotem, & illius augumentum inequalitas tolleratur, *vt ait Guidopap. in decisione* 368. & præsertim id procedit in prçlatione, quæ competit mulieri pro dote, *iuxta textum in l. assiduis, C. qui potior. in pign. habeant.* quç enim prælatio ei pro antefato non competit, *vt ait Riccius in sua collectanea* 1458. *ferè in fine, Franch. decis.* 182. *num. secundo, & nu.* 16. vbi declarat, quomodo id procedat. Et propterea videmus etiam, quòd maritus non potest vigore Statuti Vrbis exigere lucrum dotis sibi delatum via executiua, etiam si causam haberet ab vxore, & quòd illud esset filiis reseruandum ex statuto, quamuis tamen benè competat huiusmodi via vxori in exigendo tale lucrum ex ipso statuto sibi delatum, *vt ait Rota per Acchil. de Graff. in sua decis.* 14. *per totam, de constitut.*

30 Contrarium autem tenet *Vrsill. ad Afflict. decis.* 291. *num. primo, & quarto.* vbi ait, quòd cum dos, & antefatum ad paria iudicentur, ita dispositum in vno, debet censeri quoque dispositum in altero, & sic quemadmodum mulier pro dote præfertur, ita etiam pro antefato, pro quo facit illa decisio prima *Mobedani de pignor. & hippothec.* & præsertim id procedit ex eo, quia illud antefatum non titulo lucratiuo, sed oneroso mulier in præmium amissæ virginitatis consequitur, vt sensit *Grammat. in decisione* 103. *num.* 96. & huic opinioni videtur se conformare, *Rota in Portuen. bonorũ vigesimaseptima Iunij, & prius vigesima sexta Februarij* 1580. *coram Cardinali Seraphino*, vbi ait, quòd dos, & illius augumentum à pari procedunt, *Franch. decis.* 182. *Borgn. decis.* 42. *num. quinto, par. prima, Magon. decis. Florent.* 34. *nu. quarto, & Mobedan. in dicta decisione prima de pignor. & hippothec. & Rota in Romana fructuum dotis Veneris* 9. *Ianuarij, & Lunæ* 23. *Martij* 1609. *coram Coccino Decano, quæ est in eius impressis decisio* 457. *num. tertio, & seq.* vbi propterea ait, quòd quando fructus debentur pro dote pari modo eriã debẽtur pro illius augumento, ac donatione propter nuptias, veluti quoque prius *fuit dictũ in Cesenaten. lucri dotis Lunæ* 5. *Nouembris* 1601. *coram eodem Coccino.*

31 Concorda tu igitur, vt prima opinio pro-

procedat, quoad effectum prælationis contra creditores, quia isto casu non est idem dicendum de augumento dotis da ta à muliere, & lucro dotis, quod proue nit à viro. Secunda vero opinio procedit, vbi agitur ad effectum, vt debeantur fructus lucri dotis, ob moram non solutionis illius, quia tunc dispositio à statuto de dote habent locum, etiam in illius lucro, & sic isto casu dos, & lucrum ex prædictis æquiparantur, *iuxta decisionem Grammatici 103. num. 98. vbi ait,* Consilium Neapolitanum recessisse à contraria opinione, quam alias tenuerat, *vt per Afflict. in decisione 291. & Capic. decisione 65. Thesaur. decisione 45. num. tertio, & Vrsill. in dicta decisione Afflicti 291. vbi alios allegat Surd. de aliment. quæst. 42. num. 75. versic. Limitat rursus, quos sequuta fuit Rota per Coccinum in sua decisione 457. num. 5. Franch. dec. 182.*

32 Et ratio est, quia nedum debentur de iure communi fructus dotis, quando concurrunt requisita, *Abbat. in cap. salubriter, num. sexto de vsur.* Verum etiã debentur fructus lucri dotalis, siue donationis propter nuptias, *vt ait Grammat. Capic. & alij allegati per Coccinum in dicta decisione 457. num. 6. & septimo.*

Quamuis tamen fructus dotis non sint priuilegiati, vt est ipsa dos, & propterea videmus, quòd quamuis bona pacto, siue fideicómisso subiecta possint alienari pro restituenda dote, id tñ non permittitur dictorum fructuum satisfactione, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum dec. 481. num 2. & dixi in concl. 89. num. 360. & ibi ratio assignatur.*

33 Sed re vera ea opinio, quod scilicet, illud antefatum onus dicatur, & non lucrum, prorsus non mihi satisfacit ex plu ribus, & primò, quia licèt illud dicatur debitum in præmium amissę virginitatis, & pudicitiæ, quæ esse solet præcipuum ornamentum mulierum; nihilominus, cum ea voluntas nubendi in mulieribus ne dum non sit coacta, sed immò potius prompta nimis, & ardens, vt quam citius cum viro copulentur, hinc fit, quod illud argumentum cessat, nẽpè, quod amissio virginitatis hoc modo sequuta, onus dicatur; sed est benè desiderium ingens, & vti tale nullo modo contemptum, & onus afferre potest, sed gaudium, & lucrum tribuere solet; & propterea videmus, quod omnes, tàm amici, quàm cognati congratulantur cum Sponsis; Quinimmò ob huiusmodi lætitiam, & in Sponsorum honorem sæpè superbæ dapes, necnon conuiuia, & tripudia fiunt; quod enim secus esset, si talis pudicitię amissio aliquam honestatis iacturam eis afferret. Vndè ego potius inclinarem, si diceretur, quòd illud antefatum mulieribus tribuatur in præmium futurę procreationis filiorum, quia ob eos gignẽdos mater tàm doloro sè patitur, & versa vice, pater tàm libenter illorum procreationem expectat, ob quam postea illius memoria, ac totius domus conseruatio perpetuatur, *l. liberorum app. in fine, ff. de verborum significatione.*

Secundo, Quia talis amissio pudicitiæ, cum sit actus à lege permissus; nec per consequens vllum dedecus mulieribus afferre potest, quia, qui facit actum lege permittente, nullam pœnam meretur, *vt dicunt Doctores in l. Graccus ad l. Iul. de adulter.*

Tertiò, quia mulieres ab hoc onere, pari modo se abstinere possent, sed id nullo modo volunt, & propterea ad id facit illa regula, quòd volenti non fiat iniuria, nec per consequens possunt mulieres per hanc suæ virginitatis amissionem, nisi de seipsis conqueri; immò potius ab hominibus etiam inculpari debe rent, *iuxta illud Diui Pauli*, à quo, tàm valdè pudicitia commendatur, dum ad Corinthios scribendo ait, Quòd mulier innupta, & virgo, semper cogitat ea, quę sunt Domini, vt sit sancta corpore, & spiritu; quæ autem nupta est, cogitat ea, quę sunt mũdi, & quomodo debeat placere viro; Subdens tamen potius, hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis inijciam, sed ad id, quod honestum est, & quòd facultatem præbeat obseruandi Dominum sine impedimento.

34 Vndè ex prædictis infero, quòd cum antefatum videatur esse quid lucratiuũ, igitur prælationem, veluti dos non meretur argumento eorum, quę ait *Afflict. in dicta decisione 291. num. 3.* qui testatur ita cum habuisse de facto in quadam causa

causa Madonnæ Camillæ Galliottæ.

35 Declara secundò, quòd antefatum mulieri non debetur, nisi sit cõsumatum Mattimonium, *vt ait Franch. decis.* 182. *allegata à Rota per Card. Mantic. in decis.* 243. *num.* 2.

36 Et id eò magis procederet, quando ex pactis dotalibus colligeretur illud doberi (Ogni volta, che si consumasse il detto Matrimonio) *vt fuit dictum à Rota ibi supra.*

37 Extende, quòd neque illud augmentum possit esse sine dote, vt superius dixi, & *vt ait Rota in decisione* 316. *nu.* 3 *par. secunda diuersor. Anton. Faber. in decisione tertia, quarta, & quinta, C. de donat. & Riccius in sua collect.* 1458.

38 Contrarium, quòd scilicet illud propter osculum mulier lucrifaciat, *ait Franch. decisione* 503. *& Gamm. decisione Lusitan.* 124. *allegata à Riccio ibi supra in fine.*

39 Declara tertiò, quòd istud antefatum, siue dotis augumentum tenetur pater reseruare filijs, etiam non hæredibus, *vt ait Afflict. decisione* 27. *& decisione* 314. *num. primo, & quarto, & ita fuit decisum in Romana de Cupis Lunæ* 14. *Decembris* 1609. *coram Marcomontio, & in alia Romana dotis Lunæ* 10. *Maij* 1610. *coram Manzanedo, & Vrsill. ibi supra in dicta decisione* 314. *& Riccius dicta collect.* 87.

40 Extende primò, huiusmodi declarationem adeò esse veram, quòd propterea, neque parentes possunt de huiusmodi antefato disponere; licèt tamen in hoc sit tali pacto distinguendum, nempè, aut loquimur de parentibus ad secũda vota non transeuntibus, & tunc ipsi possunt de iure Codicis affectione filiali ad libitum voluntatis de huiusmodi lucro disponere; Si verò loquimur de iure authenticorum, *per authent. si tamen, C. de secund. nupt.* & eo casu parentes non transeuntes ad secundas nuptias, possunt de his lucris disponere pro rata computando eorum personam pro numero filiorum, *vt pulchrè distinguendo, ait idem Vrsill. ibi supra num.* 2.

41 Subextende, quòd possit filius illud petere in re per patrem alienata; licèt illius hæres non esset, *vt ait idem Vrsill. in decis. ad Afflict.* 37. *num.* 5.

42 Extende secundò, idem procedere moriente matre, quæ tenetur istud augumentum eius filiis relinquere, licèt non hæredibus, *vt ait Afflict. & Vrsill. in præcitato loco, & Rota ibi coram Cardin. Marcomontio, & Manzanedo, & Franch. dec.* 182.

43 Extende tertiò, idem esse verum in casu parentum ad secunda vota conuolantium, in quorum pœnam filii, etiam si non sint hęredes patris, vel matris huiusmodi lucra consequi debent, *vt ait Vrsill. ibi supra, num.* 1. *& seq.*

44 Extende quartò, id etiam procedere ad fauorem filiarum, quæ à statuto excluduntur, ob existentiam masculorum, quia nihilominus in odium ad secunda vota transeuntium ad cõsequutionem illius antefati admittuntur, *vt dicunt Doctores allegati ab Vrsillo, ibidem num. tertio.*

45 Subextende, quòd immò soror vterina præfertur proximioribus in eius successione, *vt ait Afflict. decisione* 127. *& Riccius ibi supra in collect.* 87.

46 Extende quintò, quòd ne dum defertur illud augumentum ad filios, sed etiã ad filiarum filios, *idem Vrsill. in præcitato loco.*

47 Extende sextò, id etiam in tantum valere, vt propterea filij, tàm primi, quàm secundi Matrimonij, etiam si non sint hęredes illud augumentum consequuntur, veluti dicunt *Afflict. & Vrsill. ibi supra*, & ibi subdunt, id non solùm procedere de iure communi, sed etiam in vim consuetudinis illius Regni.

48 Contrarium tamen reperitur decisum *à Rota in Romana prętensi lucri dotis Lunæ* 21. *Decembris* 1594. *coram Corduba.*

49 Concorda tu tamen, vt scilicet prima opinio procedat, quando expressè per Statutum non fuisset derogatum, *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* Secunda verò opinio procedit, quando illius legis derogatio expressa concurreret, *vt ait Rota ibi coram eodem Corduba.*

50 Extende septimò, quòd illud augumentum dotis, quod fuit mulieri assignatum ex bonis fideicommissarijs amplius ad vocatos in fideicommisso non reuertitur, sed dicta vxore mortua, ad illins filios spectabit, *vt ait Rota in dec.* 209. *par. prima in recentior.*

51 An

51 Extende octauò, illud quoque Antefatum deberi filiis; etiam si hæreditati paternæ renunciassent, quia, non ob id ab huiusmodi lucro veniunt excludendi, *vt ait Vrsil. in d. decisione ad Afflict. 314. num. 3.*

52 Sed declara tamen prædicta, non procedere, quando filij essent ingrati, quia tunc in odium ingratitudinis ad lucrum illius antefati admitti non debent, *vt ait Afflict. in d. sua decisione 314. num. 4.*

53 Declara quartò, quòd vxor vsumfructum tantum lucratur, & quantum importat portio illius augumenti, & vsufructu finito, ille venit restituendus cui de iure, & sic ad fauorem filiorum consolidatur, *vt ait Afflict. ibi supra num. quinto.*

54 Vnde hic nota, quòd filij succedunt matri, tanquam filii secundum ius commune; sed in Regno Neapolitano succedunt filii vti hæredes patris, iuxta illius Regni Constitutionem, de qua per *Franch. in decisione 182. nu. 14.*

55 Secus verò, si liberi nõ extabunt, quia tunc illud tàm respectu vsusfructus, quã etiã proprietatis mulier superlucratur, *text. est in l. si quis prioris, §. illud, & l. hac edictali, C. de secundis nupt. quos allegat Rota in dicta Romana de Cuppis coram Cardinali Marcomontio, & est etiam decisio Gregorij XV. 398. per totam.*

56 Extende præterea, quòd mulier, quæ illius vsumfructum elegit, potest deinde variare, & sic dictum antefatum petere, *vt ait Afflict. dec. 291. in 2. dubio, & Riccius ibi supra allegatus.*

57 Sed quid erit dicendum, si remaneat onus soluendi antefatum in hæreditate? & sic eo casu quomodo erit facienda illius æstimatio, ac liquidatio defuncta matre, cuius erat vsusfructus antefati ante æstimationem liquidatam? videndus est *Franch. dec. 186. num. 1. & 7.* & ibi deciditur ille casus.

58 Vltimò erit notandum, quòd etiam vsuræ in illius restitutione debeantur, ob moram hæredum, *vt ait Grammat. decis. 103. num. 96. Thesaur. decis. 45. quicquid dixerit Affl. dec. 291. & Capic. decis. 65. allegata à Riccio in sua collectanea decis. 272. par. secunda.* Sed est benè verùm, quòd id non cedit lucro vxoris tãquàm vsura, sed cedit eius lucro tamquàm sors debita ex pacto, siue statuto, & sic non agitur de vsuris vsurarum, sed de vsuris percipiendis ex sorte, idest, ex quantitate. antefati debita, *vt dicunt Doctores prǣallegati, & signanter Riccius ibidem prope medium.*

Præterea notandum erit, quòd maritus tenetur pro rata lucri dotis ad expēsas funeris vxoris, *vt ait Rota per Gregor. dec. 573. num. 9.*

ARGVMENTVM.

DE ANTERIORITATE, ET POrioritate creditorum.

CONCLVSIO CXIX.

1 ANTERIORES creditores hypothecarii, nota, quòd regulariter posterioribus, tàm pro sorte principali, quàm pro fructibus sunt præferēdi quia prior in tēpore, potior dicitur in iure, *tex. est in cap. qui prior, de regul. iur. in sexto, & l. Lucius, ff. qui potior. in pign. habeant. Rota in Romana pensionis domus Mercurij 11. Februarij 1598. coram Corduba*, vbi ait, quòd tàm respectu sortis, quàm fructuum est attendendum tēpus obligationis, & non solutionis, *Magon. dec. Flor. 124. n. 4. Surd. dec. 271. n. 2. & no uiss. Cinc. de censib. par. 2. cap. 2. quæst. 5. artic. 9. num. 44. & Card. Seraph. in dec. 481. num. 5.*

2 Contrarium, quòd scilicet, secundus creditor quoad pœnam, & vsuras præferatur primo, *ait Afflict. dec. 186. per totam, & ibi Vrsil. num. 1.*

Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando vsuræ sunt promissæ ab eò, qui ad sortē erat obligatus, & poterat eam rem, tàm pro sorte, quàm pro vsuris hypothecare; Secunda verò, quãdo secus, *vt ait Rot. per Card. Seraph. d. dec. 481. n. 5.* vbi ait, quòd tàm respectu sortis, quàm fructuũ est attendendum (vt dixi) tempus obligationis, & non solutionis.

4 Extende secundò procedere, nedũ in ante-

terioritate ex tempore, verum etiam ex causa, puta, si ex eius pecunia res fuisset empta iuxta terminos, *tex. in l. priuilegia, ff. de priuil. credit. pulchrè D. de Ponte in sua dec. 34.*

5 Extende tertio, id habere locum, tàm in hypotheca conditionali, quàm puta, etiã si nouata sit obligatio cũ pignorum repetitione, *vt ait Iaffred. dec. 93. lib. 2. & Mising. in d. obseruat. 59.* Et ad id nota, quòd quando hypotheca sit constituta sub cõditione protestatiua debitoris, tunc ea non retrotrahitur, veluti etiam si eam non impleat, non obligatur, licèt tamen secus esset, si obligatio ita cõtracta sit, vt ab ea recedi non posset, veluti, quando stipulatio, siue iuramentum concurreret, quia tunc ea benè retrotraheretur, *vt fuit dictum in Romana pensionis domus Mercurij 11. Februarij 1598 coram Corduba, & vide Riccium in sua collect. 502. par. 3.*

6 Declara tamen id, quod fuit dictum de anterioritate fructuum, veluti de sorte, procedere, quando fructus siue vsuræ, fuerunt promissæ ab eo, qui ad sortem tenetur, & qui poterat rem, tàm pro vsuris, quàm pro sorte hypothecare, *vt fuit dictum à Rota per Card. Seraph. dec. 481. num. 5.*

7 Extende quartò, procedere etiã in bonis post obligationem vtriusque acquisitis, *vt ait Copin. in decisione 90. cum ibi allegatis.*

8 Extende quintò, vt anterior creditor præferatur quoque venditori in ipsamet re vendita, nisi tamen in contractu fuisset reseruata specialis hypotheca, siue illa generalis, cum iuramento, quæ vim specialis obtinet, aut fuerit approbatum pactum resolutiuum, siue reseruauerit sibi dominium, *vt ait Polid. Ripa in sua obseruat. 134. & Thesaur. fil. in decisione 74. & Baptista à Villa hanc esse communem ait in sua concl. 209.* vbi firmat, quòd creditor qui vendidit merces debitori, si ille debitor aufugiat, non ob id venditor illarum mercium dicitur potior aliis creditoribus, nisi super eis specialem sibi reseruauerit, & in terminis istis *fuit decisum à Rota per Burat. in sua decisione 223. num. primo, & sub num. secundo, tertio, & decimosexto ait*, id quoque procedere contra creditores anteriores ex causa dotis.

Declara tamen eam extensionem procedere, si venditor deuenerit ad traditionem rei, necnon fidem de pretio habuerit, aliàs secus, & fides de pretio verè habita censetur ex traditione rei, absque quod fuerit actum de exbursatione pretij, & præcipuè, quando esset datum tempus ad soluendum; licèt secus tamen esset, si (verbi gratia) fuisset vendita aliqua domus pro scutis quatuor millibus infra tempus decem annorum, & illis elapsis, eam venditor amplius redimere non valeret, solutis tamen per emptorem aliis scutis octingentis, quia tunc, cum ea res non fuerit data sponte quoad ea scuta octingenta, sed contemplatione solutionis dictorum scutorum quatuor millium, ex quibus per decennium emptor debebat absque solutione dictorum scutorum octingentorum dicta domo potiri, & sic cum non fuerit data dilatio ad soluendum, respectu dictorum scutorum octingentorum, sed correspectiuè ad illud pactum de retrouendendo, quod ad fauorem venditoris dutabat, & per consequens, cum traditio rei, & dilatio data ad soluendum illa scuta octingenta, tenderent ad alium effectum, ob id igitur non potest ex eis inferri, quod fuerit habita fides de pretio, ita vt quoad ea scuta octingenta, creditores anteriores essent in re vendita venditori præferendi, & præsertim cum essemus in dubio, quia tunc fides habita de pretio non præsumitur, *vt latè fuit deductum in Romana prælationis Lunæ 13. Maij 1606. coram Cardinali Sacrato*, ex ea potissimum ratione moti Domini, quia elapsis illis decem annis, non per hoc domus remanebat libera emptori, nisi soluto iusto pretio, & sic cum non fuerit habita fides de illo, solutio partis non suffragatur, sed ea integra esse debet, *iuxta doctrinam Tiraquell. de retract. conuentional. num. 70. in fine cum alijs adductis per Surdum in suo consilio 101. num. 13. & Rota ibi supra coram Card. Sacrato.*

9 Extende sextò, prædictam conclusionem procedere, etiam in locatione domus

mus ad habitandum, non autem ad conseruandum merces, quia tunc ille non præfertur creditoribus anterioribus con ductoris, at secus, si è cōtra, *vt ait Ioseph Ludou. in dec. Perus.* 84. quæ potest inseruire pro distinctione ad doctrinam *Bartoli in l. interdum, ff. qui potior. in pign. hab.*

10 Subextende quòd neque locator in fructibus rei locatę pręfertur anterioribus, licèt in eis tacitam hypothecam habeat, *vt ait Gasp. Thesaur. in sua dec. 29. cum alijs per eum allegatis.*

11 Fallit tamen veluti si illi fructus fuissent sati à locatore, siue essent naturales *vt ait Surd. decis. 97. per totam*, vbi latè *Iason in l. item, ff. de pact.* Et notā quòd tali casu non potest mala fides imputari colono, qui recepit semē mutuo pro seminando agro, neque minus creditori, qui illud dedit, *vt ait Card. Mantica de tacitis, lib. xi. tit. 23. num. 11. par. prima.*

12 Contrarium, quòd scilicet locatori detur anterior hypotheca in fructibus, qui ex eius prædio nascūtur, & q cuicúque præferatur, & etiā ei, qui semen posuerit, *ait Decian. cons. 50. nu. 4. lib. 3. Grat. lib. 5. disc. c. 953. nu. 1.* & ad id, vide quæ dixi in verbo *Animalia concl. 108. n. 31.* Et ratio istius secūdæ opinionis valdè vrgens mihi esse videtur ad fauorem locatoris, quia in hoc magis considerabilis esse videtur terra, quam frumentum mutuatum, cum sine ea vtiq. frumentum seminari non potuisset, vltra quod terra est de per se naturaliter apta producere alios fructus, quàm illum granū, cum possit producere fenū, & herbas, quibus animalia alūtur, & præcipuè in illis locis, in quibus abundè animalia extant, aliàs sua saltem naturali terrarum respōsione fraudaretur, quando mutuans granum, ob illud esset præferendus; licèt secus forsan procederet in mutuante pecuniā ad rem emendam, quia tunc ex quo dicta res, ob illam solutionem mutuatæ pecuniæ conseruatur, ergo alijs creditoribus in ea esset præferendus; secus autem, quando res non seruatur, quia tunc ea in tali obligatione non veniret, *vt ait Surdus in sua decis. 311. num. 1. & seq.*

13 Hanc tamen secundam opinionem tenendo, declara eam procedere, quoad fructus primi anni, quia solùm illi dicuntur tacitè hypothecati pro pensione eiusdem anni, at secus pro decurrendis, quia tunc in præiudicium anteriorum illud non esset concedendum, vt fuit decisum in *Romana discussionis de Magonibus Lunæ 16. Ianuarij 1615. coram Vbaldo*. Et sic ista declaratio inseruiet pro concordātia dictarum opinionum.

Animaduertendo tamen, quòd in casu, vbi mutuans frumentum satum esset præferendus, id solùm procederet illius identitate probata, aliàs secus, cum semper identitas rei contemplatæ sit probanda, & quomodo, *dicam in verbo Identitas, & facit dicta dec. Surdi 311. num. 1. & seq. itē facit decisio Gratian. 148. num. 2. in lib. 5. discept. cap. 897. ferè per totam*, & ibi ait in vino, grano, pecunia, mercibus, & alijs similibus identitatem esse probandam ad hoc, vt creditor sit alijs præferendus in hypotheca, Licèt sit benè verum, quòd hypotheca reseruata in mercibus, ac alijs rebus venalibus remanet, etiam in illis, quę earum loco subrogata fuere, licèt secus stante immixtione pecuniarum receptarum per creditorem, cum alijs suis pecunijs, quia tunc cessat earum identitas, quę tamen potest, etiam ex coniecturis probari, & quales esse debeant, tradit *idem Grat. d. c. 897. n. 9. & 12. & Afflict. dec. 23. n. 3. Surd. dec. 55. n. 12. & Rota dec. 407. n. 3. p. 2. in recent.* Licèt sit quoq. verum, quòd identitas illa pecuniæ probatur ex idētitate causę, *vt ait Card. Seraph. dec. 1093. nu. 1.*

14 Extende, quòd anteriori liceat pecuniam posteriori solutam auocare, etiam si eam posterior bona fide cōsumpserit, *vt ait Grammat. in sua quæst. 2. post decisionem Thesaur. 1. benè Rouit. in suo cons. 18. num. 17. & Marta in sua decis. 42. Rota Pisanæ.*

15 Contrarium, quòd scilicet creditor anterior non possit auocare pecuniam per secundum exactam, *ait Afflict. decis. 190. num. 1.* vbi subiungit, quòd ille dicitur anterior, cui primo numeratum est, *& Caputaq. decis. 98. Paleottus decis. 195.* & ita fuit dictum in *Romana pecuniaria 19. Iunij, & 13. Nouembris 1573. coram Clemente Octauo, & in*

& in alia Romana pecuniaria Lunæ 9. Maij 1594. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 1074. num. 3. & penes Statil. Pacif. de Saluiano inter dict. decisione 29. Honded. consil. 18. nu. 66. lib. primo, Capic. in sua decisione 78. & Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 36. & pulchrè ait Menoch. consil. 4. num. 12. lib. primo.

16 Sed tenendo hanc secundam opinionem vti magis verã, declara eã procedere, si pecuniæ fuerint in effectu exactæ, & bona fide consumptæ, secus autem, si dolo malo, & in fraudem prioris creditoris, quia tũc earum repetitio daretur, *vt fuit dictum in Romana pecuniaria de Brunis 1591. corã Card. Platto, & Card. Seraph. d. dec. 1074. n. 3. Capic. d. dec. 78. & Assi. dicta decisione 190. & prius decisione 78. & Gregorius XV. decisione 511. num. 18. & 20. & Paleott. dec. 159. & 195. & vide quæ dixi in concl. 88. num. 95. cum seqq.*

17 Quinimmò *Rota in illa Romana pecuniaria 13. Nouembris 1573. coram Clemente VIII.* Declarat, q in prædicto casu sufficeret pecuniã fuisse exactã, licèt nõ consumptam. Vnde ad id notandum erit quòd pecunia soluta, cũ cautione de restituendo prioribus, & potioribus, non consumpta, sed extare præsumitur, sub eadem hypotheca, & vinculo, ita vt à tertio auocari possit, *l. prima, & secunda, ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consum. Castren. consil. 285. vol. primo, Franch. decis. 75. num. 9. decisione 200. num. 4. decisione 614. & 636. & ita fuit quoque resolutum à Rota in Romana Census 22. Maij 1630. coram Pirouano.*

Secus autem, si pecunia non extaret, & sic esset consumpta, quia tunc dominiũ, & hypotheca super ea extinguitur, & propterea habemus, quòd pecunia, etiã aliena efficitur accipientis per eius consumptionem, vel immixtionem, & in casu, vbi consumptio pecuniæ est facta sine dolo, tunc in illius auocatione non datur creditori contra debitorem actio hypothecaria, quia dicta actio super ea, quando est consumpta, siue immixta nõ datur, sed bene condictio ex lege, quæ venit in subsidium, *ad trad. per Menonoch. consil. 4. num. 10. & seqq. lib. 1.*

Secus tamen, si solutio esset facta posterioribus, postquã fuerunt detecti anteriores, licèt videatur inuerisimile, vt quis voluerit soluere pretium posterioribus, dum sciret anteriores adesse, *vt ait Rota per Gregorium decisione 511. num. 18. cum seqq. & prius decisione 447. nu. 1. sed Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 304. num. 1. & seqq.* aliam pulchram distinctionem adducit in materia istius solutionis posteriori creditori factæ, quæ est talis; nempè aut summs in pecunia ex causa onerosa soluta, & tunc habens anteriorem hypothecam eam non reuocat à posteriori stãte earum commixtione, siue cõsumptione bona fide, etiam si per fiscum prætenderetur, eam esse sibi obligatam, item quãuis esset pecunia aliena, vel furtiua; Aut verò pecunia fuit ex causa lucratiua soluta, & tunc ex speciali priuilegio datur priori creditori, facta tamẽ prius principalis debitoris, ac fideiussorum discussione, quia istud remedium datur in subsidium, *vt ait Grat. ibi sup. cum ibi alleg.*

18 Amplia primò, huiusmodi opinionem adeò procedere, vt propterea hæres prædicto mõ soluẽdo, rectè soluisse dicatur, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 1311. n. 3. cum alijs ibi per eum allegatis.*

19 Secus verò, si hæres scienter secundo creditori soluisset, quia tũc si non procurasset fideiussionem de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus, malè soluisse diceretur, *vt ait idem Card. Seraph. dicta decisione 1311. num. 3 in fine.*

20 Sed declara tamen, quòd numquam dicta cautio de restituendo prioribus, & potioribus exigitur, nisi quando de alijs anterioribus constaret, vel nisi essemus in iudicio vniuersalis discussionis, *vt fuit dictum in Romana Vineæ de Pinellis Veneris 29. Octobris 1599. coram Card. Mellino, & idem Card. Seraph. dec. 1019. n. 1.*

21 Subamplia dictam 2. opinionẽ quoq. procedere, qñ anterior creditor fuisset citatus ante executionem, ad docendũ de iure suæ anterioritatis, qui si illud nõ ostendit, ius pignoris amittit; q tamen intellige verum his duobus concurrentibus, & primò, qñ præfixus esset terminus ad agendum, aliàs secus. Secundò, si ille personaliter fuerit citatus, cum citatio facta domi, non sufficiat, *vt fuit dictum à Rota in Romana de Nardonibus Veneris 19. Iunij 1592. coram Card. Seraph. dec. 994. num. 2. & 3. in impressis.*

Sed

22 Sed tenendo primam opinionem, extende eam duobus modis procedere, & primo, si creditores omnes parem diligentiam in exigendo adhibuere, & tamen fuerit posteriori gratificatum. Secundo, quando solutio fieret per decoctum, quia tunc, neque solutio facta valeret, etiam si anteriori fieret, cum decoctus habeatur pro mortuo, & illius actiones in creditores pertranseunt, *vt ait Rota per Burattum decis. 8. num. 8.* Et sic igitur illis duobus casibus anteriores possunt pecuniam auocare à posterioribus, *vt fuit dictum à Rota in dicta Romana pecuniaria coram Clemente VIII. & in alia Romana pecuniaria 29. Nouembris 1593. coram Penia, & Afflict. decis. 190.*

Quinimmò, quod anteriores creditores cum obligatione camerali repetãt per hypothecariam solutum per heredes debitoris, siue extet, siue non, quãdo par omniũ fuisset diligentia in exigendo credito *fuit resolutum à Rota per Buratt. in dec. 687. & ibi per addent.*

23 Extende octauo conclusionem principalem procedere, etiam in possessione anteriori, quæ semper manutenenda venit, cum iunior dolosa, & clandestina præsumatur, etiam si sit instrumentalis, alio non possidente capta, *Rota per Gregorium XV. in decis. 9. num. 6. & dec. 40. num. 3. & in Collonien. Monasterij 5. Decembris 1627. coram Vbaldo, & in Fesulana bonorum 15. Ianuarij 1629. coram eodem, & Rota decisione 674. num. 1. par. 1. recent. & per eundem Greg. dec. 307. num. 6. & decis. 458. num. 9.* Licèt secus esset, quando prius possidens pro spoliato se habuisset, quã uis in id in dubio non præsumatur, *vt ait Rota per Burattum decis. 342. & per Gregorium decisione 307. num. 10. & in dicta Collonien. Monasterij, & in alia Elnen. Canonicatus 11. Februarij 1628. coram Vbaldo.*

Item secus esset, quando posterior possessio esset capta auctoritate Iudicis, quia tunc alium possidentem priuat, *vt fuit dictum in Romana Cappellaniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Veneris 24. Februarij 1576. & in Ceruien. bonorum 20. Nouemb. 1578. coram Brauo, & in Licien. Beneficij Mercur. 6. Iun. 1607. coram Card. Caualerio, & in alia Conuersana beneficij Mercurij 23. Ian. 1608 corã eodem Card. Caualerio; & prius in vna Meliten. Parochialis 27. Iun. 1603. coram Coccino, quæ est in eius impressis dec. 124. num. 2. & 6.*

24 Et nota, quòd possessio anterior ea quoque dicitur, vbi esset apposita in illius adeptione hora, & est præferenda alteri possessioni eadem die sine appositio horæ adeptæ, *Rota dec. 514. nu. 1. par. 2. in recent.* Et ideò cautus erit ille procurator, si in capienda possessione faciet adnotare horam, & momentum adeptæ possessionis per Notarium.

25 Restringe tamen primò conclusionẽ, non procedere, quando anterioritas illius creditoris esset solùm vnius horæ, quia tunc ambo concurrere debent per æs, & libram pro rata, *vt ait Marta in sua decis. 75. Rotæ Pisanæ.*

Sed si forsan nullo modo de anterioritate constaret, veluti, quia instrumenta fuissent eadem die confecta, tunc esset præferenda causa dotis, vel altera magis priuilegiata, *vt aiunt Doctores allegati per addentem ad decisionem Buratti 639. num. 22.* Veluti eodem modo venit dicendum de possessione titulata, quæ in manutentione præfertur, quando sumus in concursu possessionum æqualis temporis, quod procedit, etiam si testes de possessione titulata deponentes essent pauciores, *vt ait Menoch. de retinend. remed. 3. num. 733. & Rota per Card. Caualerium dec. 242. num. 3. & dec. 379. nu. 5. & per Greg. dec. 249. nu. 5. & dec. 480. nu. 3. par. 1 recent. & dec. 595. num. 1. par. 1. diuer. Gratian. lib. 5. discept. c. 910. num. 5. Gabr. de test. lib. concl. 4. n. 82. & ita fuit dictum in Vercellen. Cappellaniæ 25. Maij 1622. coram Vbaldo.*

Et ratio est, quia in paritate probationum titulus præualere debet, vti possessionem iustam, & antiquiorem inferens, *vt ait Thesaur. decisione 206. & Rota in Cauallicen. Decimarum prima Iulij 1622. coram Pirouano.*

Secus verò, quando essemus extra cõcursum probationis æqualis tẽporis, quia tunc anterior possessio, etiam sine titulo illi posteriori, cum titulo venit

præferenda, *vt ait Afflict. decisione 363 num. quarto.* quod enim procedit etiam in re beneficiaria, *vt fuit dictum à Rota decisione 187. num. quarto, & quinto par. quarta diuersor. & Beltramin. ad Gregorium Decimumquintum in decisione 40. num. 6. vbi ait opinionem Menochij* contrarium sentientis non esse veram, ex ea ratione, quia in possessorio saltem summariissimò manutentionis titulus, etiam in beneficialibus, non venit attendendus, *Rota decisione 595. num. octauo, par. prima diuersor. & per Gregorium Decimumquintum decisione 323. et per Burattum decisione 262. num. 6. & decis. 263. num. 6.*

26 Restringe secundò, supradictam conclusionem non procedere in eo, qui mutuauit pecuniam pro aliqua re emenda, super qua mutuans cæteris creditoribus anterioribus erit præferendus, *vt ait Surd. dec. 311. sub num. 1.*

27 Quam tamẽ Surdi opinionem ego puto veram, quatenus mutuans sibi super eadem re hypothecam reseruasset, aliàs secus, veluti dixi supra in Extensione numero octauo, & quemadmodum colligitur etiam ex ipsa *decisione 311. Surdi in princip. & id expresse ait Mantica de Tacit. lib. vndecimo, tit. 23. num. 20. par. prima.*

Et ratio est, quia in mutuo dominiũ transfertur in recipientem, vt ex vulgat, & veluti in istis terminis *fuit dictum à Rota in Romana domus Lunæ 16. Iunij 1614. coram Buratto, & Gratian. libro quarto disceptation. cap. 616. num. quinto, & cap. 670. num. tertio, & Afflict. decisione 306. num. quarto. & ibi Vrsill. num. primo, & secundo, Franch. decisione 97. num. sexto. & decisione 369. num. secundo, Ioseph. Ludouic. decisione Perus. 45. num. 19. Negusant. de pignorib. & hypothec. membr. secundo, par. quinta, num. 22.*

28 Extende prædicta primò, procedere, etiam in mutuante pecuniam alicui, qui statim decessit, quia tunc ille omnibus creditoribus super ea, etiam anterioribus esset præferendus, *vt ait idem Surd. in sua dec. 55. num. 10.*

Et ratio est, quia vicinitas actuum, & breuitas temporis præsumptionem inducit, quòd sit facta solutio de pecunia paulò ante accepta, *vt ait Surdus ibi supra num. decimo. Gratian. lib. quinto disceptation. cap. 897. num. 11. & Cardin. Seraph. in dec. 1093. num. 2.*

29 Extende secundò, idem procedere in vxore emptoris alicuius rei, quia ea debet præferri venditori rei, etiam si specialem hypothecam sibi reseruasset contra, *text. in l. licèt, C. qui potio. in pign. habean.* & id procedit ex speciali priuilegio dotis in vxore, *vt ait Cephal. consil. 131. num. 4. lib. 1. cum ibi alleg.*

30 Extende tertiò, id quoque habere locum in rebus in domum illatis, super quibus licèt tacitam hypothecam pro pensione domus habeat locator, tamen id non procedit, quando mulier pro dote concurreret, quia tunc dictus locator non præfertur, si mulier esset anterior, & expressam hypothecam haberet, *veluti fuit decisum in Romana discussionis de Magonibus Lunæ 26. Ianuarij 1615. coram Vbaldo. & Cardinalis Mantica, mox allegan.*

31 Subextende primò procedere, etiam si creditores haberent expressam, & anteriorem hypothecam, quia nihilominus illis pro sua dote præfertur vxor, dũmodo dos verè fuerit data, necnon fuerit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, siue fuerit elapsum tempus ad illud opponendum, quòd est biẽnium, *vt ait Misinger. centuria quarta, obseru. 13. & Cappell. Tholos. decis. 217. num. quarto,* vbi subiungit idem quòque procedere in dote fictè data, idest, solùm confessionata; dummodo tamen requisita prædicta concurrant, licèt *nu. 5. d. Cappell.* hoc modò distinguendo dicat, aut vterque, tàm mulier, quàm alter habet expressam hypothecam, & tũc prior in tempore est potior in iure, Aut vterque tacitam, & eo casu mulier præfertur, vt mox dicam, subdens id, quod fuit dictum de dote habere quoque locum in eius augumento, *vt ait Anton. Faber. decis. 16. C. qui pot. in pign. habeat.* & veluti multa dicam in hac materia in verbo *Augumentum*, vbi recurras, & & dixi supra in verbo *Antefatum, conclusione 118. num. 30.*

Sed declara tu tamen eam opinionẽ, nempè, mulierem esse præferendam pro sua dote creditoribus, etiam expressam

pressam, & anteriorem hypothecam habentibus, esse veram, & solùm fuisse tentam à Camera Imperialis, sed Bartol. & cæteri communiter contrariũ tenent, & sic, quòd solũ mulier habẽs tacitam præferatur habẽtibus expressam posteriorẽ, *vt ait Misinger. dict. obseru.* 13.

32 Subextende secundò, multo magis procedere contra habentes anteriorem hypothecam, sed tacitam, quia tunc mulier pro dote omninò præfertur, *vt dicunt adden. ad dec. Greg. 421. sub nu.* 14.

33 Restringe tertiò, dictam conclusionem non procedere in impensa funeris, quæ adeò dicitur priuilegiata, vt propterea anterioribus creditoribus, etiam expressam hypothecam habentibus sit pręferenda, *vt ait Surd. decis. 112. num. 3. & adden. ad Gregor. XV. in dec. 421. nu.* 14. *Gratian. lib. primo disceptat. cap. 94. num. 2. & seq. vbi alios allegat, & ibi multa ait in hac materia, Facbineus conciuis meus in suis controuers. lib. 12. cap. 49.* vbi concludit huiusmodi opinionem esse probabiliorem, contra *Ripam allegatũ à Mantica ibi supra*, & ratio est, quia huiusmodi mercatores dicuntur creditores hæreditatis, & non defuncti, *vt ait Gratian. ibi supra*. Ego autem opinioni Ripæ inhærerẽ, & præsertim, quando funus fieret ad pompam, vltra quod nõ ita mercatores huiusmodi occasione locupletiores fierent, quia illi, aut ob inaduertentiam consanguineorum ingenti dolore defuncti affectorũ, aut eorũ indigentia, cum paratã pecuniã non habeãt, infimas merces ꝑ bonis expediũt, & pro eo pretio, quòd ipsi volunt, hæredibus inscribunt, & sic plura specialia ad fauorem eorum concurrerent. Vnde *Rota in decisione 421. Gregorij XV. in principio* decidit dictam impensam esse præferendam omnibus creditoribus, etiam anterioribus; sed non loquitur de illis expræssam, & anteriorem hypothecam habentibus, & hanc opinionem vocat magis communem *Mantic. de Tacit. lib. vndecimo. tit. 23. num. 23. cum sequen.* neque huic opinioni obstat ea ratio, vt scilicet isti dicantur creditores hęreditatis, non autem defuncti, quia hæreditas semper dicitur deducto ære alieno, pro quo facit *decis. Franch. 51. per totam, & Gratian. disceptat. 94. num. 2.* Sed ad illud priuilegium euitandum, melius esset, secundum me, quòd mendico vestitu, & sine pompa cadauer ad sepulturam veheretur, quia huiusmodi impensæ potius dicuntur lucra Clericorum, quàm suffragia mortuorum, vt dicunt ferè omnes *Summistæ in verbo Funus*, & ab opinione *Surdi, & aliorum recessit Senat. Neapol. vt testatur Franch. in dicta sua decis.* 51.

34 Sed tenendo opinionem Surdi, & sequacium, extende eam pari modo procedere in impensa vltimæ infirmitatis, quæ à pari procedit, cum ea funeralium, *vt ait idem Surdus dicta decisione 112. num.* 7.

35 Restringe quartò, non habere locum in custode animalium, siue in hospite, qui illis alimenta dedit; nam isti omnibus aliis creditoribus sunt pręferendi, & meritò quidem, quia per ea vita animalium conseruatur, *vt ait Borgn. in sua decis. 44. & Rota in Romana Salarij prima Iunij 1569. coram Oradino, & facit decis. 691. par. prima in recentior.*

Extęnde, quòd eodem modo dicitur de Marescalco, qui equum curauit, quia tũc aliis præfertur, & sic potest animal retinere pro suo salario, *vt ait Caroc. de locat. & conduct. quęst. vndecima, num. primo, & secundo, par. secunda, fol. mihi 123. idem ait Rota decis. 766. nu. 5. par. 3. recentior.*

36 Subextẽde procedere in omnibus illis, qui impensas fecerunt in custodiẽda re, siue reficienda, vel restauranda, & reaptanda; quia isti omnibus aliis creditoribus præferuntur, *vt ait Caualcan. decisione quinta, num. 9. & decis. 23. & 44. & Misinger. obseruat. 60. centur. prima, & Rota ibi supra, & Mantic. dicto tit. 23. lib. vndecimo, fol. 635. & seq. nu. 23. cum sequentib. par. prima*, vbi propterea ait, quòd mulier istis non præfertur, nisi sit anterior, quod tamen secus esset in eo; qui mutuasset frumentum, siue pecuniam ad illud emendum, quia tunc etiã de proprio tenetur, si tamen illud in sui vtilitatem versum fuisset, & vit non soluendo fieret, veluti dixi etiam in *concl. 89. num. 122. cum seqq.*

Secus autem, si ille, qui rem conseruauit, siue mutuasset pecuniam ad emendam militiam, vel domum, siue nauim

refecit

refecit, sed esset posterior, quia tunc doti non præfertur, etiam si expressam hypothecam haberet, nisi tamen essemus in casu, vbi mulier de ea militia manducasset, & illius vir effectus esset non soluendo, vt superius dixi, & veluti ait *Mantica in præcitato loco num. septimo cum sequentibus par. prima*. & si vis scire ad saturitatem, quando, & in quibus casibus mulier præferatur pro dote, vide eundem *Manticam dicto lib. vndecimo, tit. 23. ferè per totum, & in sequentibus titulis 26. & 27. fol. mihi 635. & 646. & 647.*

37 Sed nota igitur, quòd ad hoc, vt talis anterior hypotheca istis competat, opus est, vt hæc requisita concurrant, & primò, quòd nominatim illud pro conseruatione, seu refectione rei sit datū. Secundò, vt illud datum fuerit in vtilitatem illius causæ, & non in aliam versum. Tertio, vt dicta res conseruata existat, quia tunc isti tales ius in ea re habere dicuntur, *vt ait Gail. obseruat. duodecima, num. quarto, lib. secundo, Misinger. obseruat. 6. num. secundo, centur. prima, & Rota ibi supra coram Oradino.*

38 Restringe quinto, non procedere in procuratore, seu sollicitatore, quia istorum officia, & seruitia adeò sunt fauorabilia, ac hæreditati annexa, vt propterea ius in illa re habere dicantur, eam iuuando, augendo, & defendendo, & eorum actio æquiparatur illi funeratitiæ, aut inuentarii, & pro eorum mercede competit illis actio mandati, neque in concursu creditorum cauere tenentur, & ratio est, quia cautio de restituendo non exigitur ab eo, qui verè constat, vt aliis sit præferendus in exactione, vt pulchrè fuit decisum *à Rota in d. Romana Salarij prima Iunij 1569. coram Oradino, & facit decisio Card. Seraphini 1019. nu. primo, & Rota decisione 691. par. prima recentior.*

Quinimò, extende id adeò est priuilegiatum, vt neq. procuratores teneantur soluere mercedem Notario earum expeditionum, quas ipsi fecerunt pro eorum Dominis, nisi tamen ex propria promissione obligarentur, de qua tamen sufficienter constare non diceretur, ad hunc effectum ex libris earumdem expeditionum, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decisione 174. num. sexto.*

39 Restringe sextò, non procedere in negotiorum gestore hæreditatis iacentis, qui pro sua mercede omnibus creditoribus est præferendus, & tacitam hypothecam in bonis hęreditariis habet, *vt fuit dictum à Rota in Bellucana discussionis 24. Maij 1574. coram Cardinali Lancellotto Seniore*. Et nota, quòd ista actio vtilis negotiorum gestorum cuilibet competit, qui pro alio soluit, *vt fuit dictum in Romana donationis de Cangijs vigesima prima Maij 1614. corā Cardinali Sacrato, & in alia Romana Legitimæ de Columna, Sabbati vigesima tertia Ianuarij 1621. coram Buratto.*

40 Restringe septimò, non procedere in causa depositi, qui pari modo aliis anterioribus est pręferendus, *vt pulchre ait Peguer. in sua dec. 37.*

41 Fallit tamen in duobus casibus, & primò in Bancheriis nostri temporis, qui cum non dicantur verè depositarii, ideò in eis istud priuilegium pręlationis cessat, *vt ait Dominus de Ponte in suo consilio 56.*

42 Fallit secundò, vt scilicet creditor ex causa depositi, non sit præferendus creditori in causa funerum, *vt ait Marta in sua decisione 83. Rotæ Pisanæ.*

43 Restringe octauò, quando essemus in creditore commendatarii, qui in subsidium pręlationem habet super fructus commendę, *vt ait idem Marta dec. 16. eiusdem Rotæ Pisanæ.*

44 Restringe nonò, quando quantitas anteriori debita non esset liquida, illa verò posterioris liquida, *vt ait Faber. in sua decisione duodecima, C. qui pot. in pig. hab.*

45 Restringe decimò, non procedere in eo, qui pro se clausulam constituti, haberet, quia ea operatur, vt posterior sit anteriore potior, *vt ait idem Faber dec. 13. eodem titulo.*

46 Restringe vndecimò, quando ius anterioritatis esset per delegationem extinctum; quia tunc posterior esset anteriori per eam nouationem pręferendus, *vt ait idem Faber decis. 19. C. eodem tit. qui pot. in pign. hab.*

47 Restringe duodecimò, non habere locum in fisco, nam ipse potest repetere solutum à posteriori creditore hypothecaria

caria actione, *iuxta text. in l. pecunia, de priuil. fisci, & Riccius in sua collect. dec.* 241. *par.* 4.

48 Restringe decimotertiò, non procedere, quando creditor esset aliquo modo priuilegiatus, & in istis terminis intelligẽda venit doctrina *Bart. in l. si pupillus, ff. de his, quæ in fraud. credit. Rubin. in sua decisione* 43. *allegat. à Riccio in præcitato loco*.

Et talis quis diceretur, veluti quando aliqua res fuisset empta ex pecunijs Militis, Monialium, aut Ecclesiæ, siue pupilli, quia tunc istis duplex priuilegium datur; nempè illud tacitæ hypothecę, quę in alio non concurrit, & alterum, quod est, vt pręlatio detur contra anteriores creditores, etiam expressam in re empta habentes, Imò dominium ipso iure prædictis acquiritur, etiam si res fuisset empta ab eorum administratoribus nomine proprio, & quod plus est actio, etiam personalis eisdem competit, & præsertim ad fauorem Ecclesiæ, licèt (quicquid dicatur de vno ex prædictis) procedat quoque in aliis, cum inuicem æquiparentur, & priuilegium, quod in hoc habet præcipuè Ecclesia, adeò est potens, vt propterea si quis ædificet in aliquo solo, cum pecuniis Ecclesiæ, tunc ædificium dicto solo non cedit, vt regulare est, sed benè solùm cedit ædificio fauore Ecclesiæ, quicquid dicant aliqui, dummodo tñ Ecclesia pretium soli soluat, vt de prædictis omnibus dicunt *Doctores allegati à Gratiano lib. 5. discept. c.* 955. *num.* 8. *cum seqq.*

Extende dictam prælationem quoq. competere creditori in re ex propriis pecuniis empta, cum reseruatione specialis hypothecæ, quia tunc pręfertur anterioribus creditoribus, etiam ex causa dotis, & cum expressa hypotheca, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decisione* 223. *num.* 1. *& seqq.*

49 Restringe decimoquartò, prædicta de æquitate procedere, & non de iuris rigore, *vt latè ait Riccius in sua decis.* 93. *Curiæ Archiepiscop. Neapolit. & Parisius consilio* 65. *num. primo, & sequentib. lib. quarto*.

50 Vnde ad id notandum restat, quòd, si quis in contractu secundo loco facto sibi ius anterioritatis, & hypothecę non reseruat illud amittit, ita vt de priori, fit posterior; & propterea erit cautela, 9 ille de nouo contrahens, apponat illam clausulam, Sine pręiudicio anterioritatis, & potioritatis, *vt ait Veronen. in cautela* 123. *& idem dicunt cęteri Doctores allegati à Rota in vna Romana anterioritatis Lunæ* 23. *Iunij* 1603. *coram Penia*.

51 Extende prædicta, eodem modo procedere in secundo creditore anteriori soluẽte, qui in locum illius anterioritatis non subintrat, nisi expressa conuentio adsit, vel primo creditori notificetur, quòd ea pecunia, cum hac conditione soluatur, quia tunc ex eo quædam tacita cessio resultat, quę quoad acquirendum illud ius anterioritatis sufficit, *vt pulchrè fuit dictum in vna Neapolitana census* 25. *Octobris* 1593. *coram eodem Penia, & Rota decisione* 319. *num.* 2. *& decisione* 320. *per totam par. quarta diuersor. Franch. decisione* 97. *num. secundo, & tertio. Rota apud Cincium de censibus decisione* 202. *& penes Statil. Pacif. de Saluiano interdict. decisione* 148. *& alij quos allegat Gratian. discept.* 363. *lib. secundo, & cap.* 963. *in fine lib. quinto, & Rota decisione* 26. *num.* 3. *par. prima in recentior.*

52 Aliàs posteriores creditores non subintrant in ius anteriorum, etiam si cum pecunia habita à dictis posterioribus fuerit extinctum debitum anteriorum, quia tunc potius illi dicuntur se à proprio debito liberare, quàm in credito dicti anterioris succedere, *vt fuit dictum à Rota in Romana donationis de Cangijs Lunæ* 18. *Ianuarij* 1604. *coram Card. Lancellotto Iuniore, quæ est in crimin. Farinacc. decis.* 207. *num.* 3. *& in Romana Saluiani interdicti* 10. *Ianuarij* 1611. *coram Vbaldo, quæ est dec.* 294. *nu.* 15. *par. prima in recentior.*

53 Contrarium tamen, quando emptor solueret anterioribus creditoribus venditoris, quia tunc ille hoc modo soluẽs; etiam absque alia iurium cessione retentionem habet, quæ sufficit ad impediendam immissionem per alium creditorem posteriorem petitam, *vt fuit decisum in Placentina Saluiani interdicti* 16. *Iunij* 1589. *coram Card. Mantica, quæ est in eius impressis decis.* 69. *nu.* 3. *Gratian. in sua*

in sua discept. 734. *num.* 18. vbi ait hanc opinionem esse veriorem, licèt contrarium teneat *Siluest. Aldobrand. cons.* 7. *num.* 13. *lib.* 1. contra quem facit etiam *Surd. cons.* 183. *num.* 18. *lib.* 2. *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 29. *num.* 5.

54 Concorda igitur vt prima opinio procedat, quando quis agere vellet actione hypothecaria; quia tunc absque cessione, & expressa conuentione, quòd scilicet soluens in locum primi creditoris succederet ius istud anterius non acquirit; Secunda verò procedit, quoad excipiendum, & sic quoad rei retentionem obtinendam, & ratio est, quia nedum fauorabiliores semper sumus reo, quàm actori. Verum etiam, quia facilius datur retentio, quàm acquisitio, de nouo *Mantica in præcitato loco, & Rota per Greg. in dec.* 265. *nu.* 3. *& dec.* 425. *nu.* 2.

Item prima opinio procederet, quando solutio fuisset simpliciter facta, & non ad effectum satisfaciendi primo creditori, nec animo acquirendi illius anterioritatis iura; Secunda verò quando secus, & de effectuali solutione appareret, quia tunc soluens pro alio in locũ primi succedit, etiam absque cessione, *vt ait Rota per Buratttum decis.* 509. *num. primo.*

55 Declara tamen primò illud, quod fuit dictum de cessione à prioribus creditoribus reportata, non habere locum contra tertium, nisi solùm pro illa rata pecuniæ acceptæ, *vt ait Rota penes Statil. de Saluiano decis.* 76. *in vltimis verbis, & fuit dictum in Romana, seu Sabinen. census* 20. *Nouembris* 1624. *coram Vbaldo seniori, & Rota dec.* 294. *nu.* 4. *par.* 1. *in recentior.*

56 Declara secundò huiusmodi cessionem à prioribus creditoribus habitam non prodesse, si solutio fuit illis facta de pretio rei debitoris principalis, cum tunc lex dicat eam de ipsius pecunijs fuisse factam, per quam eorum actiones extinctæ dicuntur, *vt fuit dictum in illa Romana, seu Sabinen. census coram Vbaldo, & per Gregorium dec.* 68. *n u.* 4.

57 Subdeclara tamen prædicta non procedere, quando aliter inter emptorem, & venditorem fuisset conuentum, vt puta, quòd pretium rei emptæ iret in extinctionem debitorum reportata iurium cessione, quia tunc illud præcisè inter contrahentes esset seruandum, veluti fuit ita decisum *in Perusina pecuniaria* 10. *Maij* 1628. *coram Vbaldo Seniori.*

58 Extende id in tantum esse verum, vt propterea remaneat emptori consultum, ex cuius pecunijs fuit prioribus creditoribus satisfactum, vt nedum possit agere contra creditores posteriores, verum etiam contra fideiussores, pro cre dito anteriorum creditorum, à quibus ipse cessionem reportauit, casu, quo illud prædium ab eo emptum sibi fuisset euictum, *vt fuit resolutum in dicta Perusina pecuniaria coram Vbaldo.*

59 Declara tertiò, quòd illud pactum initum cum debitore reportandi cessionem, necnon etiam cessio ipsa creditorum anteriorum debent fieri incontinenti in ipso actu emptionis, seu solutionis, aliàs seruiret de vento, & incontinenti ea facta dicerentur, veluti si in eodem instrumento vnica structura verborum essent apposita coram eisdem notario, & testibus, licèt non essent in ipsamet rei traditione apposita, *vt fuit dictum in dicta Perusina pecuniaria* 24. *Ianuarij* 1629. *coram eodem Vbaldo.*

60 Quinimmò extende idem procedere, si ea in diuerso instrumẽto fuissent apposita, dummodo tamen id fieret eodem tempore, & coram eisdem notario, & testibus, *vt ait Franch. in sua dec.* 369. *& Afflict. decis.* 306. *in fin. & ibi Vrsill. num.* 1. *& seq.* & hanc sententiam esse, æquiorem, ac probabiliorem, *ait Straccha de mercat. titulo de decoctoribus in rubrica Qui potior. in pign. habeant. sub num* 6.

61 Vltimò nota, quòd quando ius anterioritatis, controuertitur tũc ille semper est præferẽdus, qui prius possessionẽ accepit, quamuis postea illud amittat; non autem is, qui fuit in possessione posterior, licèt possideret de tempore quo anterioritas controuerteretur, & ratio est, quia sufficit, quòd qualitas anterioritatis adfuerit eo tẽpore, quo dispositio effectum recipit, licèt postea cesset, *vt ait Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 402. *num.* 16. *&* 19.

62 Declara tamen prędicta procedere solùm pro ea summa, quæ creditoribus anterioribus fuit soluta, non autem totam

tam rem ei retinere liceret, sed benè illud, quod superest cœteris posterioribus creditoribus assignare tenetur, si tamen sit res diuisibilis, quia æquitas non patitur, vt creditor de suo credito satisfactus residuũ bonorũ quoq; retineat, aliàs locupletaretur cum alterius iactura, & retineret sine causa, *vt fuit resolutum à Rota in dicta Romana, seu Sabinen. census 20. Nouembris 1624. coram Vbaldo, & est decis. Card. Caualerij 652. num. 5. & decis. 559. num. 5. par. prima recentior.*

63 Extende prædicta procedere non obstante illa regula, q̃ possessor pro modico rem magni valoris retinere valeat, donec sibi satisfiat, siue creditum offeratur, ex ea ratione, vt res magni valoris ad effectum retentionis fiat hypothecata pro credito minoris summæ, quia illa regula posset procedere in præiudicium solius debitoris, cuius bona in totum pro tali credito hypothecata restant, *vt ait Afflict. in decis. 213. nu. 4.* Siue etiã dicta regula procedere posset, quando res esset indiuisibilis, quia tunc cum creditor non posset parte priuari, quin priuetur toto; idcirco ei pro toto predio datur retentio, donec de suo credito fuerit satisfactus; secus autem si res esset diuisibilis, vel quando ex illa re omnibus alijs creditoribus concurrentibus posset remanere consultum, quia in istis casibus res magni valoris pro modico credito retineri non potest, *vt ait Rota in decis. 559. num. 5. par. prima in recentior. & in illa Romana, seu Sabinen. census coram Vbaldo*; licèt sit benè verum, quòd creditor illo casu potest eligere melius pignus ad sibi satisfaciendum *vt ait Surd. dec. 44. nu. 6.*

ARGVMENTVM.

ANTIQVVM TEMPVS QVID OPEretur in iure, & quando tale dicatur.

CONCLVSIO CXX.

1 ANTIQVITAS temporis nota, quòd facit præsumere omnia fuisse solemniter gesta à principio, *vt ait Rota decis. 30. num. 4. par. prima diuersor. Cardin. Mantica decis. 101. & Rota decis. 221. num. 3. in 2. par. recentior. & pulchrè in Tusculana bonorum 18. Martij 1611. coram Card. Sacrato, & Balb. decis. 300. & Gratian. lib. 3. discept. cap. 520. num. 33. & Rota decis. 122. num. 6. parte prima in recentior. & per Coccinum decis. 75. num. 11. & decis. 249. num. 4. & decis. 470. num. 4.*

2 Fallit tamen ista principalis conclusio, veluti si ex facie Instrumenti appareret solemnitatem non interuenisse, vel quando Princeps, siue alter interesse habens, vel aliquid ita euenisse asserens non potuisset habere notitiam: quia tunc solemnitates interuenisse non præsumuntur. *vt ait Vrsill. in decisione 315. num. 13.*

3 Et nota, quòd res dicitur de antiquo, quando excedit sexaginta, & septuaginta annos, nec ad hoc tempus litis est subducendum, *veluti fuit decisum in Parmen. Status 25. Iunij 1590. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 928. num. primo.*

4 Et quòd in materia probationis faciendæ per testes in antiquis illud tempus annorum sexaginta dicatur antiquum, *fuit decisum in Spoletana bonorum 23. Maij 1569. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 75. num. 2. & Rota decis. 155. num. 13. parte secunda nouissim. & in alia Ciuitatis Castelli bonorum, Veneris 28. Februarij 1605. coram Ortembergo, & decis. 234. num. secundo, parte secunda recentior. & Gregor. XV. decis. 389. num. 3. & latè in annotat. ibidem num. 7. & nouissime fuit ita decisum in Parmen. Status Veneris 30. Martij 1629. coram Reuerendissimo Coccino Decano, & prius in Sabinen. Alluuionis 15. Nouembris 1621 coram Pirouano.*

5 Declara tamẽ, quòd illud tempus antiquum non probant testes, quando deponunt per dictionem (citra) absq; copula, *vt ait Rota decis. 170 num. 5. par. secunda in recent.*

6 Extende, q̃ etiam tempus quadraginta annorum dicatur sufficiens ad hoc, vt sententia de antiquo dicatur, *vt ait Rota coram eodem Card. Seraph. in Gerunden.*

runden. anniuersariorum Mercurij 6. Iunij 1582. quæ est in eius impress. dec. 580. num. 4. & dec. 235. num. 5. parte secunda in recentior.

7 Contrarium, quòd scilicet sit arbitrio Iudicis remittendum, quando sententia dicatur antiqua, *fuit decisum in Militen. præcedentia, Veneris 5. Decembris 1578. coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 381.* vbi de communi testatur, *& postea fuit dictum in vna Bononien. fideicommissi de Rubeis 22. Februarij 1618. coram Vbaldo, & in alia Bononien. fideicommissi de Luna 2. Decembris 1610. coram Dunozetto,* vbi Rota pro tempore antiquo inclinauit eius arbitrium per lapsum annorum sexaginta octo; Sed *Vrsill. ad Afflict.* ait, quòd tẽpus antiquum, sm magis communem opinionem, illud dicitur in omni materia, quod excedit cursum centum annorum; immò illud etiam nonaginta nouem annorum dicitur antiquum, *vt ait Put. decis. 204. num. 1. lib. 2. & Rota per Coccin. decis. 69. num. 8. & decis. 105. num. 7.* quamuis etiam dici possit, quòd sit arbitrium Iudici, vt in huiusmodi materia antiqua leuiores probationes requirere debeat, *vt ait idem Vrsill. in decis. 13. num. 33. & 34. & in decis. 245. num. 3. & Surd. decis. 103. num. 11.* ait, quod licèt tempus sexaginta, vel octuaginta annorum propriè dici non possit antiquum, tamen in eo plurimum arbitrium Iudicis potest, & maximam materiam præbet Iudici, quòd ex indicijs, & præsumptionibus probatio inducatur, *vt ait Alex. cons. 90. lib. 6. incip. in causa, & lite.*

8 Declara tamen, ꝙ in materia testium, tempus dicatur antiquum, vsque ad sexaginta annos, *vt ait Rota per Verall. decis. 5. num. 3. par. 3.*

9 Sed quod cursus centum annorum, & vltra, dicatur tempus antiquum in qualibet materia ardua, & stricta, *ait Rota decis. 167. num. 43. & seqq. parte prima in recentior.* & illud vocat longissimum, *Put. decis. 206. num. 4. lib. primo, Verall. dec. 20. num. 4. parte prima.* Item quòd tempus antiquum non existimetur minus, quàm cursus centum annorum, ait *Put. decis. 206. num. 4. lib. 1. & nouissime Loterius de re beneficiaria libro secundo, quæstione xi. num. 100.*

10 Extende, quòd illud quoque dicatur tempus antiquum, quod per plures generationes transit, *vt ait Rota dec. 167. num. 43. parte prima recentior.*

11 Extende secundò, quòd tempus octuagintaquinque annorum possit dici immemorabile, quando vltra instrumenta probaretur etiam fama per testes, & tunc quilibet titulus melior de mundo ex eo allegari posset, *vt ait Rota per Puteum decis. 206. num. 5. lib. prima.* Et quod absque alio adminiculo Rota voluerit centenariæ esse locum, etiamsi quinque anni deficiant, fuit dictum in *Ianuen. Abbatiæ 5. Martij, & 13. Ianuarij 1625. coram Buratto.*

12 Quod quidem tempus immemorabile ad hoc, vt probetur est necessaria probatio quadraginta annorum per testes facienda, & de visu deponentes, *vt ait idem Put. decis. 204. num. 3. lib. secundo, & Rota in Sabinen. Alluuionis 15. Nouembris 1621. coram Pirouano,* & veluti dixi in verbo *Articuli, & ibi late.*

13 Extende, ꝙ testes debent etiam deponere de auditu à suis maioribus, qui ab alijs audierint, & quòd ipsi, nec maiores sui nunquam viderint, nec audierint contrarium. Item debent deponere de publica voce, & fama per verbum fuit, & est, *vt ait Rota per Gregorium Decimum Quintum decis. 196. num. primo, & ibi in addit. num. 3. & in dicta Sabinen. Alluuionis coram Pirouano.*

Rursus, quòd testes, vt probent famam debeant deponere per verba præteriti perfecti, non autem præsentis, siue præteriti imperfecti, *fuit dictum à Rota in Aretina Cappellania Mercurij 8. Maij 1616. coram Buratto.*

14 Subextende, quòd testes concludere debent, & in requisitis debent esse contestes, *idem Gregor. decis. 252. num. 3. & decis. 434. num. 11.* Aliàs illam non probarent, *vt ait idem Greg. in dec. 449. n. 9.*

15 Declara, ꝙ ætas in illis testibus requiritur, vt saltem sit annorum quinquaginta quatuor, *vt ait idem Gregor. in decis. 298. num. primo, & in addit. num. 12.*

16 Subdeclara, ꝙ neque per eos posset probari, si deducto tempore litis non haberent dictam ætatem annorum 54.

de

de qua concludenter apparere debet, & testes de illa debent esse bene certi, & constantes, *dictus Gregorius XV. decis. 298. num. secundo, & vndecimo, & decis. 434. num. duodecimo.*

Et quòd tempus litis, quando contenditur, an simus in antiquo, sit deducendum, tàm in testibus, quàm in instrumentis, *ait Rota in decis. 160. num. 9. par. prima recentior. & in Aretina Cappellaniæ Mercurij 18. Maij 1616. coram Buratto, & in alia Nouarien. bonorum 7. Iunij 1619. coram Cardinali Sacrato, & decisione 185. par. prima diuersor. & decisione 233. in vltimis verb. par. quarta diuersor. & in Auriacen. iuris nominandi Lunæ 18. Maij 1615 corã eodem Buratto*, & ibi testatur, quod tempus sexaginta annorum in testibus, *iuxta stylum Rotæ* antiquum dicitur, si tamen tempus motæ litis fuerit deductum, *idem Buratt. decis. 178. & ibi in additionibus.*

17 Extende, quòd neque etiam probaret in hoc casu testis, si referret se ad articulum, & diceret omnia in eo contenta esse vera, *vt habetur in decisione 578 nu. 14. & ibi in additionib. Gregorij XV.* Licèt contrarium dixerim in verbo *Articuli, concl. 148. num. 323. cum seqq. & ibi concordantiam inuenies.*

18 Subextẽde, quod nec ea per scripturas probarent, nisi darentur scripturæ antiquæ vltra centum annos, & in illis immemorabilis enunciaretur, & ad minus duæ enunciatiuæ concurrerent à personis non suspectis emanatæ, *vt ait Addens ad Gregor. in sua decisione 51. num. 10.*

Et tunc nota, quòd tales enunciatiuę probarent iuspatronatus, etiam contra tertium, *vt ait Rota per Buratt. in decis. 172. & ibi in additionibus num. 33. vers. quando verò, & Rota in alijs decisionibus Squillacen. Iurisdictionis 4. Martij 1616. coram Andrea, & in Burgi S. Doni ni iurispatronatus 20. Iunij 1622. coram Merlino, & per eundem Buratt. dec. 807. num. 2.*

19 Declara tamen, quod licèt sit verum, quòd immemorabilis omnem malæ fidei præsumptionem excludat; tamẽ illud cessat, quando de certo initio daretur, cum ex actibus contrarijs excluderetur, quod tamẽ secus esset, si actus contrarij fuerint gesti post completam immemorabilis probationem. Immò ea etiam ex solo rumore, & tumultu excluditur, *vt ait Greg. in sua dec. 290. & prius dec. 51. & ibi in addit. nu. 13.* veluti eodem modo excluditur, quando extaret incapacitas, qu a tunc ea vim priuilegij non haberet, *vt fuit dictum in vna Cracouien. iuris eligendi 21. Maij 1627. coram Coccino Decano.* Et de hac materia latè dixi in verbo *Articuli nu. 360. cum plur. seqq. vbi recurras.*

20 Amplia primo, conclusionem principalem in tantum esse veram, vt propterea antiquitas temporis, cum adminiculis iuncta, probationem mandati, iuuet, *vt ait Rota decisione 187. num. 5. par. prima diuersor. Cassad. dec. 3. de procurat. & Garz. decis. 28. Put. decisione 4. de procur. & prius in decisione 3. eod. tit. ait*, id eò magis procedere, quando lata fit sentẽtia pro habente mandatũ defectuosum.

21 Quod tamen declara verum in iudicialibus, & quando solemnitas intrinseca est in instrumento enunciata, *vt ait Verall. decisione 194. par. secunda.*

22 Amplia secundo, quòd tempus antiquum facit, quòd in sententia præsumatur citatio, & eò magis si concurreret enunciatio, saltem in genere, quod fuisset ritè, & rectè processum, *veluti fuit decisum in dicta Gerunden. Anniuersariorum coram Cardinali Seraphino decisione 580. num. 3. & Gratian. decis. Marchiæ 97.*

23 Quod enim extende procedere, etiam in præiudicium tertij, *Rota in prædicta Gerunden. coram eodem Cardinali Seraphino.*

24 Declara tamen, quòd illa præsumptio, quæ pro sententia oritur ex antiquo tẽpore, facile eliditur per contradictionẽ, *veluti fuit decisum in dicta Meliten. præcedentiæ coram Cardinali Seraphino, num. 11.*

25 Amplia tertiò, quòd etiam ob temporis antiquitatem in alienatione depositum non præsumitur, *veluti fuit decisum in Anconitana bonorum 17. Iunij 1577. coram eodem Seraphino, quę est in eius impressis dec. 338. num. 7.*

26 Declara tamen id, non esse verum, si ex Instrumento de contrario appareret, *vt ait Rota ibi supra num. 7.*

27 Amplia quartò, quòd probatio per testes

testes de publica voce, & fama in antiquis sufficit, & concludit, *velutifuit decisum in Spoletana bonorum Veneris 13. Iunij 1608. coram Card. Marcomontio, quæ est inter criminal. Farinac. decisione 258. num. sexto, & prius ibidem decisione 57. num. quarto, & Card. Seraphin. decisione 75. nu. primo, & decisione 330. num. nono. & Put. decisione 62. nu. quarto, lib. secundo.*

28 Extende primò, dictos testes plenè probare, præsertim concurrentibus adminiculis, etiam quoad effectum grauis præiudicij, *vt ait Card. Seraph. dec. 449. n. 4.*

29 Extende secundò, quòd licèt testis isto casu esset vnicus, tamen, ad minus facit adminiculum, *vt fuit decisum in Reatina beneficij 6. April. 1576. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impressi. dec. 393. n. 2*

30 Secus autē inter alios essent examinat, quia tūc semiplenam probationem inducunt, *vt ait Rota per Put. dec. 62. lib. 2. nu. 3. & 4.* vbi rationem assignat quare fama in antiquis, plenè probet, testes verò inter alios examinati, non.

31 Extende tertiò, quòd ad corroborationem, & confirmationem antiquarum probationum admittuntur testes, etiam post didicita testificata, *vt ait Rota per Greg. decis. 583. num. quinto.*

32 Extende quartò, quòd testes examinati in iudicio antiquo, probant per modū iurium, absque totius processus exhibitione, & id, ob antiquitatem, *vt ait idem Gregor. dec. 535. num. septimo.*

33 Fallit tamen, quando aliquid in contrarium probatæ famæ adesset, quod eā debilitaret, *vt fuit decisum in vna Oueten. denegationis possessionis Canonicatus 28. Ianuarij 1578. coram eodem Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 355. num. quinto.*

34 Extende quintò, quòd vbi probatio requiritur de visu, si sumus in materia antiqua, & visus, non possit attingere metam annorum, tunc probatio per famam, supplet per probationem requisitam de visu, *vt ait Card. Seraphinus decis. 449. num. tertio.*

35 Extende sextò, quòd instrumenta antiqua continentia verba enunciatiua habent vim publicæ vocis, & famæ, *vt fuit decisum in Meliten. habitus, seu probationum, Luna 17. Decembris 1607. coram Card. Lancellotto, quæ est inter criminal. Farinac. dec. 248. num. tertio.*

Et quod plus est talis enunciatiua antiqua, probat etiam, si de relato non constaret, *vt ait Rota per Buratt. decis. 172. num. quarto, & decis. 260. num quinto, & sexto,* vbi subiungit, quod licèt enūciatiua non sit valde antiqua, tamen magnum adminiculum præbet.

36 Amplia, & imo, qui enunciatiuæ sunt antiquissimæ, tunc communem hominum opinionem probant, *vt ait Rota decis. 482. num. tertio, par. prima, in recentior.* & propterea, si in instrumentis prædictis enuncietur nobilitas alicuius, tunc eā illius nobilitatem probant, *vt fuit decisum in Comen. habitus, Luna 14. Maij 1607. coram Iusto, quæ est inter crim. Farinac. decisione 243 num. primo.*

37 Veluti eodem modo Nobilitas, & Puritas sanguinis probatur per testes, de publica voce, & fama, & sic per publicam populi reputationem, *vt ait Rota decisione 335. num. secundo par. secunda recentior.*

Extende hic obiter, quòd etiam Nobilitas probetur ex Historijs, & Chronicis, necnon ex insignibus in locis publicis affixis coadiuuatur Nobilitas, veluti quoq. ex officijs, & Magistratibus, probatur affirmatiuè, nō autē negatiuè arguendo, queadmodū etiā Nobilitas probatur ex Principis attestatione, atq. ex Matrimonijs initis cū nobilibus, & ex occupatione eorum honorum, qui viris nobilibus dari solent, *vt ait Rota per Burattum dec. 358. per totam.*

Subextende prædicta, adeò esse vera, vt propterea sententia lata super statu personæ faciat ius quoad omnes, *vt ait Rota per Burattum ibi supra num. sexto, & decisione 204. num. quarto par. prima recentior.*

Declara tamen prędictam subextensionem esse veram, dummodò sententia fuerit lata, cum legitimo contradictore, aliàs secus, *iuxta tradita à Bart. in l. ingenuum, num. primo, ff. de stat. hom. Alexand. in l. sæpè, num. 76. & 78. ff. de re iudicat. Couarruuias practicar. quæstionum cap. decimotertio, nu. quinto, cum alijs allegatis à Gonzale ad regulam octauam*

octauam Cancell. glo. nona, §. primo, num. 86. & Rota per Gregorium decisione 486. num. decimo, & per Cardinalem Caualer. decisione 250. num. quinto, & in hac materia, vide quæ dixi in *conclus. 147. sub num. 6.*

38 Extende septimò, quòd fama iuncta, cum longissima possessione præsentandi in iure patronatus in antiquis, illud probat, *Card. Seraph. dec. 1141. n. 6. & Puteus decis. 206. lib. primo*, Imò si concurrant plures enunciatiuæ diuersorũ notariorum centum annos excedentes, probarent ius patronatus, etiam contra tertium, *vt fuit dictum in vna Nullius, seu Squillacen. iurisdictionis quarta Martij 1616. coram Andrea, & in Burgi sancti Donnini iurispatronatus vigesima Iunij 1622. coram Merlino, & per Burattum decisione 172. & decisione 807. num. secundo, & ibi multa per Addentem in hac materia enunciatiuarum.*

39 Sed declara tamen, quòd antiqua melius per scripturas, quàm per testes probantur, *vt fuit decisum in Aesina bonorum vigesima Maij 1580. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 462. num. quinto, & decisione 45. num. secundo, parte secunda recentior. & Gregorius Decimusquintus decisione 434. num. octauo, & multa dixi in conclusione 148. num. 110. & seq.*

40 Et propterea ad id notandum erit, quòd Rota passim denegat remissoriam ad reprobandum id, de cuius contrario per scripturas probatur, *vt ait Rota in decisione 582. num. sexto, par. prima in recentior.*

Licèt tamen secus esset, vbi ageretur de probando aliquid per testes, per replicationem, quam impossibile esset probari per instrumenta, quoad omnia capita, quia tunc locus esset remissoriæ, *vt ait Rota decisione 44. de testibus in antiquis*, & eò magis, quando articuli continerent materias, tàm per testes, quàm per scripturas probandas, *vt ait Cæsar. de Grassis decisione prima nu. vndecimo de dilat.* quia tunc probationes non essent coangustandæ ad scripturas tantum, *vt fuit dictum à Rota in Turritana bonorum vigesima tertia Februarij 1615. coram Vbaldo, & tandem in Leodien. Castrorum Veneris decimaseptima Maij 1630. coram Motmanno.*

Et prædicta, eò magis procederent, vbi suspicio calumniæ cessaret, & tunc ea cessare diceretur, quando pars impetrasset restitutionem in integrum, in causa, quia tali casu, etiam non obstante exceptione rei Iudicatæ, remissoria concedenda veniret, *vt fuit dictum per Addentem ad Greg. dec. 184. sub num. 7. & apud eundem in dec. 276. num. 7.*

Quinnimmò id procederet, etiam cũ admissione nouorum articulorum, si tamen fuisset addita clausula facultatiua illos addendi, & à Iudice concessa, & præsertim, si alij articuli fuissent vltimo loco producti, qui continerent materiam doli, & læsionis depẽdentem à primis de vi, & metu alicuius contractus, qui licèt nõ videantur includere replicationem doli; nihilominus, quando possunt adiuuare intentionem petentis remissoriam, veniunt admittendi, cum quilibet possit pluribus defensionibus vti; cum habeamus, sufficere vnum ex articulis esse releuantem, & præsertim in causa profana, ad hoc, vt remissoria sit concedenda, vltra quòd ista materia est Iudici arbitraria, *vt ait Rota in Firmana, seu Maceraten. dotis, die quarta Iulij 1629. coram Pirouano, & Gregor. decis. 124. num. 4. & in illa Leodien. Castrorum coram Motmanno sup. alleg.*

41 Extende octauò, eò magis procedere, quando essemus in cursu centum, & vltra annorum, quia tales testes de auditu, & fama publica admittuntur pro plenis probationibus; & ratio est, quia, ob breuẽ hominum vitæ cursum, illi de visu deponere non valent, & lex nunquam super impossibili fundatur, *vt est text. in l. impossibilium, de reg. iur. & l. fin. ff. quæ sint sine appell. & Rota dec. 360. num. 4. par. secunda recentior.*

42 Extende præterea, quòd etiam plus fidei adhibetur testibus, & instrumentis antiquis, quàm modernis, quando illi solum de auditu deponunt, & id eò magis habet locum in controuersia antiqua, *vt fuit decisum in vna Rauennaten. Valliũ 26. Iunij 1581. corã Seraph.*

quæ est in eius impressis decisio 533. *num. primo, & idem Gregor. ibi supra num. nono*, vbi ait, quòd instrumentis antiquis lux veritatis assistit, *& Cardinalis Seraphinus decisione* 339. *num. septimo, Rota decis.* 91. *num. nono, & decis.* 582. *n. sexto, par. prima in recent. & in Pampilonen. Parochialis vigesimatertia Inn.* 1603 *coram Coccino, quæ est in eius impressis dec.* 121. *num secundo.*

43 Amplia 5. principalem conclusionem in tantū procedere, q in probatione rei antiquæ, etiā testes inter alios examinati probant, si illi essent mortui; & sic, quòd amplius repeti non possent; si tamen in actis appareret de aliis concernentibus validitatem examinis, *Mohedan. decisione* 178. *& Card. Seraphin. decis.* 171. *num. primo.*

44 Extende primò, procedere, etiam si dicti testes mortui essent nulliter examinati, quia licèt illi non possint repeti, cū mortui non loquantur, tamen quia amplius in humanis non sunt, idcircò eorum examen sępè ex æquitate sustinetur, *vt ait idem Mohedan. decisione vltima, num tertio, & quarto de testibus, & Gonzal. regul. octaua in annotat. contra null. num* 76.

45 Et p pa hinc fit, q isto casu, quando Rotę est datum dubium pro sanatione nullitatis examinis testium illius arbitrio, tunc ea solet respondere de facili, pro arbitrio, *vt ait Rota decisione* 462. *in fine, par. prima in recent.* Sed in hoc recurre in verbo *Arbitrium*, vbi plura inuenies.

Subextende, quòd immò testes mortui, magis probant, quàm si essent viui, veluti dixi infra in *Conclusione* 123. *sub numero* 62. & ibi ratio assignatur.

46 Extende secundò, illam Ampliationem quoque procedere in teste de auditu, qui licèt regulariter non probet; in antiquis tamen benè probat, *vt ait Riccius in sua collectan. decis.* 327. *par. secunda.*

47 Amplia sextò, quòd in antiquis leuiores probationes sufficiant, veluti, si ageretur de probanda scientia, quę in antiquis est difficilis probationis, *veluti fuit decisum in Romana de Valle, die nona Decembris* 1579. *coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisio* 431. *& in alia Visna bonorum* 20. *Maij* 1580. *coram eodem Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decisio* 462. *num. nono, & Puteus decisione* 62. *lib. secundo*, vbi ait, quòd probatio, quæ est in recenti semiplena, in antiquis fit plena, *& Rota decisione* 490. *num.* 1 *& decisione* 614. *num. primo, par. prima diuers. & dec.* 371. *nu. secundo. par. prima in recentior. & in Spoletana bonorum* 4. *Maij* 1607. *coram Cardinali Marcomontio.*

48 Extende, idem procedere, veluti, si ageretur de probanda parentela, cuius enim probatio in antiquis leuioribus probationibus, est contenta, veluti *fuit decisum in Calaguritana Decimarum de Alueria Luna* 17. *Iunij* 1585. *coram Gipsio.*

49 Extende secundò, quòd etiam illa probetur per testes de publica voce & fama, quando est vltra quartum gradum, *vt ait Rota ibi supra, & Archidiacon. consil.* 3. *num. secundo, & tertio, & Curt. Iun. cons.* 20. *n.* 44. Et veluti eodē modo dicitur etiā, quando tractaretur de probando, quem esse antiquiorem de progenie, quia id probatum diceretur, si testes deponerent de fama, & communi reputatione, & eò magis, quando alter non compareret, qui se antiquiorem prætenderet, neque probaretur alios extare antiquiores, *vt ait Rota per Burattum decisione* 260. *num. decimo, & decisione* 687. *par. tertia in recent.*

50 Subextende, quòd quando ea non requiritur in certo gradu, sufficit eam in genere probare, *vt fuit dictum in vna Valentina Beneficij de Mercato, die Veneris sexta Martij* 1598. *coram Card. Pamphilio.*

51 Amplia septimò, quòd cum simus in materia antiqua, spacium centum annorum excedente, præsumptio possessionis resultat, *vt fuit decisum in Placentina Decimarum de Vsillis vigesima prima Maij* 1576. *coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis dec.* 303. *num.* 2.

52 Secus autem, si essemus in minori spatio

spatio centum annorum, quia tunc illud tempus præsumptionem sententiæ non admittit, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decisione* 381. *num. quinto*, & quòd tempus antiquum in materia scripturarum dici non possit secundum stilum Rotæ, nisi sit centum annorum, *vt ait Rota decisione* 109. *lib. secundo, & decisione* 445. *num. tertio, eodem libro, & Rota in Melnitana iuris accrescendi decima tertia Iunij* 1607. *coram Scotto*.

53 Amplia octauo, quòd sententiæ antiquæ, vltra triginta annos, etiam sine processu probant, *Put. decisione* 338. *lib. secundo, & ita fuit decisum in vna Romana deuolutionis domorum* 20. *Maij* 1580. *coram Cardinali Lancellotto*, & quod huiusmodi spatio ritè, ac rectè latę præsumantur, *ait Cassadorus decisione tertia de proc. & fuit etiam decisum in vna Senecen. Decimarum Luna vigesima octaua Aprilis* 1608. *coram Cardinali Caualerio, & decisione* 235. *numero quinto, parte secunda in recentior. & decisione* 673. *num. primo. Cardinalis Mantica decisione* 296. *num. sexto, & septimo, & in Anconitana Saluiani nona Maij* 1622. *coram Vbaldo Seniore*.

Quinimmò, quòd sententia absque processu, etiam contra tertium, in antiquis probet in tantum, quòd asserenti eam ex actis non iustificari onus probandi incumbat, *ait Buratt. decisione* 376. *num.* 6. *& prius in decisione* 76. *num.* 26. *& Rota in decis.* 673. *num. primo, par. secunda recentior*.

54 Contrarium, quòd scilicet Rota non attendat sententiam sine processu, nisi essemus in illis valde antiquis, vt puta centum annorum, & in quibus clara sit obseruantia illius, *ait Rota per Seraph. in sua dec.* 381. *num.* 5. vbi propterea ait, quod præsumptio sententiæ, quæ ex antiquitate oritur facilè per contradictionem eliditur, idemque ait *Rota per Burat. in dicta sua decis.* 76. *num. secundo, & dec.* 94. *num.* 1. & ibi aliæ plures decisiones in additionibus allegantur.

55 Concorda tu igitur, vt prima opinio procedat, quando vltra tempus triginta, vel quadraginta annorum concurrerent etiam alia adminicula, vel obseruantia, siue quãdo essemus in terminis inducẽdæ consuetudinis, quia tunc longum tempus dicitur, etiam spacium decem annorum *Buratt. in dd. decis.* 76. *&* 376. Secunda verò procederet in terminis præscriptionis immemorabilis, seu quoad vitam hominis, siue etiam quando aliud adminiculum, nisi illud temporis non concurreret, *vt ait Menoch. de adipisc. remed.* 4. *num.* 668. *& Rota in Romana domus Luna* 2. *Maij* 1588. *coram Orano, & Card. Seraph. in sua decis.* 580. vbi ait in hoc esse standum arbitrio Iudicis, & præsertim stantibus adminiculis, *licèt Rota per Buratt. in decis.* 76. *&* 94. *& ibi per addent.* dicat, quod ad hunc effectum requiratur, quòd sententia fuerit lata ante triginta annos, iuxta opinionem Rotæ, *vt ait Put. in dicta decis.* 328 *lib. secundo, & in decis.* 235. *num. quinto, par. secunda recent idem Burat. dec.* 376. *& ita fuit dictum in Anconitana Saluiani* 9. *Maij* 1621. *coram Vbaldo*.

Et tenendo primam opinionem opinem, extende eam multò magis procedere, quando excipiendo ageretur, vel quando essemus in Tribunalibus, in quibus copia processus non datur, vt est in crimine hæresis, quia tunc sententia sine processu probat, *vt fuit dictum à Rota per Burat. in dd. decisionib.* 76. *&* 94. *nu.* 2 *& seqq.* Tenendo autem secundam opinionem extende eam, multò magis procedere, quando essemus in sententia criminali, quæ vtique sine processu de stylo Rotæ, non probat, veluti etiam fieret, quando ageretur excipiendo, sed de exequendo ipsam sententiam tractaretur, quia tunc sententia sine processu non probaret, *vt fuit dictum à Rota in dicta decis.* 94. *penes Buratt. & per Card. Seraph. dec.* 723. *n. xij. &* 391. *par. secunda in recentior. & in Bononien. legati die decima quinta Decembris* 1623. *coram Dunozetto*.

56 Extẽde primò, illã ampliationem, procedere nẽpè, vt sententię antiquę, nedũ titulum probent, *vt ait Rota per Coccin. decis.* 344. *num.* 7. verùm etiam, & multò magis antiquissima possessio illum præsumere facit, *vt ait Rota per Card. Caualerium decis.* 631. *num. secundo, & seq. in eius impress.*

Et nota, quòd, quando sententia est antiquissima alicuius Ordinarij, tunc probat iuspatronatus existentiam, ac illius naturam, ne dum in præiudicium ipsius Ordinarij, sed etiam successorum, *vt ait Rota decis.* 492. *num.* 4. *par. tertia recentior.*

57. Subextende, quòd etiam præsumptio tituli oriatur ex possessione decemnali sui auctoris, & est iuris, & de iure, quæ non recipit probationem in contrarium, nec talis præsumptio potest elidi ex productione tituli infecti, *vt ait Cardinalis Seraphinus decisione* 974. *num. quarto.*

58 Extende secundò, quòd si instrumen tum esset centum annorum, tunc recognitione non indigeret, *vt fuit decisum in Farfen. territorij Luna* 19. *Iunij* 1603 *coram Penia*. Quia tunc tale instrumentum dicitur habere faciem publici instrumenti, *Afflict. decis.* 245. *num.* 3. *& decis.* 251. *num.* 6. *Rota decisione* 52. *&* 54. *par.* 1. *diuers. & decis.* 61?. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & per Card. Caualer. dec.* 518. *& decis.* 625. *num.* 1. *in vtraque, & in Mutinen. plebis, seu iurispatronatus* 21. *Febr.* 1625. *coram Coccino, & per Gregor. dec.* 3. *& ibi in addit. num.* 5. *Put. dec.* 9. *de fide instrum. & dec.* 146. *lib.* 1. *& Gratian. lib.* 3. *discept. c.* 554. *num.* 39.

59 Amplia nonò, quòd etiam instrumentum antiquum exemplatum, & transumptum probat, ac si originale esset, & hoc, vt propter vetustatem non pereat, dummodo tamen exemplatio fuerit facta auctoritate iudicis, *vt fuit decisum in Vlixbonen. Prioratus, Mercurij* 27. *Martij* 1602. *coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisio* 1428. *num. primo, & Misinger. centuria sexta, obseruation.* 74. Nec eò casu esset necessaria notariatus probatio, in hoc, vide *Burattum in sua decisione* 290.

60 Extende, eò magis procedere, quando instrumentum esset antiquissimum, quia tunc illud notariatus probationem non requirit, *Afflict. decisione* 251. *nu. sexto.*

61 Et ratio est, quia illa qualitas notariatus præsumitur, immò etiam in instrumento transumpto auctoritas iudicis, cum citatione partis in antiquis præsumitur, *vt ait idem Vrsillus in decisione* 245. *num secundo, & Marta collect. decisione* 99. *& Burattus dicta decisione* 290.

62 Extende id, quod fuit dictum de antiquitate, procedere etiam in longitudine, quia ob eam non est necesse notariatum probare, *vt ait Gratianus lib. tertio disceptation. forens. cap.* 554. *num.* 37.

Et nota, quòd instrumentum dicitur antiquissimum, quando centum annos excedit, & propterea illud recognitione non eget, *vt ait Rota in præallegatis decisionibus sub num.* 58. Secus autem, quando tempus centum annorum illud non excederet, quia tunc non diceretur antiquissimum; & propterea illud tali casu, aut recognitionem manus notarij exigeret, siue ad illius fauorem adminicula concurrere deberent, ad hoc, vt formali recognitione non indigeret, *vt ait Puteus decisione* 146. *lib. primo, Rota decisione* 703. *num.* 3. *par. secunda recentior. Caputaquen. decis. quinta, par. tertia, & prius decisione* 99. *par. secunda, & Rota in Romana fideicommissi de Gaetanis* 7. *Febr.* 1619, *coram Card. Verospio, & decis.* 693. *num.* 7. *par. secunda in recent.*

63 Declara tamen, quòd sola data antiquitatem instrumenti, nec sola antiquitas defendit instrumentum in substantialibus, veluti si careret nomine, & Notarii subscriptione, quia potest esse, quòd scripturæ modernæ, sub antiqua data fierent, *vt ait Gratianus superius citatus, & veluti fuit decisum in Mediolanen. decursus aquarum Veneris* 19. *Decembris* 1608. *coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decisio* 393. *num. primo, & secundo, & in Romana bonorum de Columna vigesimasecunda Maij* 1615. *coram Card. Sacrato.*

64 Sed declara, quòd debent ad illius validitatẽ aliqua adminicula cõcurrere, & præsertim, quãdo de auctoritate archiuij nõ doceretur, *vt ait Rota per Burattum decis.* 290. *num.* 8. *& Put. decisione* 186. *lib. tertio, & decisione* 439. *libro primo, & fuit ita decisum in Firmana Iurispatro-*

tronatus prima Decembris 1589. *coram Penia, & in Hispalen. Decimarum de Aymonte* 12. *Maij* 1614. *coram Card. Pamphilio, & Rota per Coccin. decis.* 258. *num.* 3. *& per Card. Caualer. decis.* 518. *num.* 2. *& per Gregor. decis.* 393. *num.* 2. *& ibi per addent. num.* 5. *& fuit vltimo loco resolutum in Pacen. Cappellaniæ x. Nouembris* 1625. *coram Merlino, & Put. dec.* 430. *num.* 3. *libro secundo.*

65 Extende prædicta quoque procedere, quando scriptura ex inspectione oculari appareret antiqua, & instrumenti legalis speciem haberet, quod enim, ex eadem oculari inspectione subiecta Iudici, colligitur, quia tunc dictæ scripturæ antiquitatem probarent, *vt fuit dictum in Sulmonen. prætensæ vnionis* 3. *Iunij* 1619. *coram Andrea, & prius in eadem coram eodem* 3. *Iulij* 1613. *& in eadem* 7. *Februarij* 1620. *coram Dunozetto, & Rota per Coccinum decis.* 258. *num.* 4. *& in Viterbien. Castrorum* 15. *Iunij* 1615. *coram Card. Sacrato, & in Mediolanen. iurispatronatus* 23. *Februarij* 1615. *coram Pirouano, & in Romana Casalis Turris vergatæ* 22. *Iun.* 1622. *& prius in Mediolanen. Decimarum de Varisio* 27. *Ianuarij* 1617. *& in Tirasonen. Parochialis, seu Vicaria* 16. *Nouembris* 1620. *coram eodem Pirouano.*

66 Sed declara id non esse verum, veluti si essemus in antiquis simpliciter; at secus si essemus in antiquissimis, vt pura vltra centum annos, quia tunc ob difficultatem probationum illa præsumptio validitatis scripturæ, & notariatus admittitur, ad hoc ne (vt superius dixi) fides instrumenti pereat, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 554. *num.* 42.

Sed quòd in antiquissimis etiam sola data, sine adminiculis non probet, *fuit dictum in illa Pacen. Cappellaniæ coram Merlino*, & ratio est, quia veluti sola data antiquitatem non probat, cum possint confici scripturæ modernæ sub antiqua data, ita nec ea sola maximam antiquitatem probare debet, quia eadem facilitate possunt confici scripturæ de recenti sub antiquissima data, *vt fuit dictum in illa Pacen. coram Merlino*, & propterea erit concordandum, quòd prima opinio procedat, quando essemus in antiquis; secunda verò in antiquissimis, idest post centum annos, *& Rota decis.* 681. *num. primo versic. Et licèt sola data par.* 3. *recent.*

67 Et sic igitur erit concludendum, quòd adminicula concurrere non esset necesse, qn̄ scriptura instrumēti publici faciem haberet, siue esset antiquissima, *vt ait Put. decis.* 12. *de fide instrument. Rota decis.* 613. *num.* 3. *parte secunda in recentior. & ita fuit dictum in vna Mediolanen. Iurispatronatus* 13. *Februarij* 1615. *corum Pirouano, & in alia Mediolanen. Decimarum de Varisio* 26. *Ian.* 1617. *coram eodem, & in Sulmonen. vnionis* 7. *Februarij* 1620. *coram Dunozetto.*

68 Et sic declara, ꝙ ad illū effectū recognitionis instrumēti debet illud esse vltra centum annos, aliàs non diceretur antiquum ad prædictum effectum, *vt ait Put. decis.* 151. *lib. primo, Rota decis.* 185. *parte prima diuers.* vbi testatur Rotam huiusmodi opinionem tenere, *item fuit latè deductū in Falsen. Territorij* 19. *Martij* 1607. *coram Penia, & Rota dec.* 681. *nu. primo par.* 3. *recent.*

69 Secus autem, quando instrumenta essent infra centum annos, quia tunc recognitione indigent, *vt ait Rota decis.* 703. *parte secunda num.* 3. *in recentior.* Sed est benè verum, quòd si essent instrumenta septuaginta, siue octuaginta annorum, tunc non esset necessaria, tàm scrupulosa recognitio, sed eo casu sufficerent adminicula, *vt ait Rota dec.* 693. *num.* 7. *par. secunda in recentior. Puteus decis.* 206. *num.* 5. *lib. primo, & fuit decisum in Bononien. Fideicommissi de Cataneis xij. Iunij* 1614. *coram Pirouano*, sed quòd ad prædictū effectum tempus septuaginta annorum dicatur antiquum *ait Caputaq. decis.* 5. *par.* 3. Immò etiam vltra sexaginta annos, *ait Card. Seraph. decis.* 1481. *num. secundo Card. Caualer. decis.* 518. *num.* 4. *& Rota dec.* 234. *num. secundo, parte secunda in recentior. & in Nouarien. bonorum* 7. *Iun.* 1619. *coram Card. Sacrato.*

70 Extende prædicta procedere, etiam in scriptura priuata, quæ si sit vltra centum annos recognitione non indiget, *vt fuit dictum in illa Sulmonen. vnionis* 7. *Februarij* 1620. *coram Dunozetto, & per Gregorium decis.* 5. *& ibi per addent.* licèt

licèt contrarium teneat, *Gratian. in cap. 570. num. 29.* sed prædictæ opiniones possunt concordari eo pacto, quo superius fuit declararum.

71 Rursus extende prædictas declarationes procedere, etiam in litteris originalibus, quæ si ex inspectione appareant authenticæ probant, licèt sigillum perierit, *veluti fuit decisum in Cremonen. beneficij 5. Iunij 1596. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1192. num. primo.*

72 Amplia decimò, quòd sit tempus litis subducendum ad istum effectum antiquitatis instrumenti, quando instrumentum est tale, super quo fundamentum totius causæ consistat; secus tamen erit, si incidenter in progressu litis illud sit productum, quia tunc tempus prædictum non esset subducendum, *veluti fuit decisum in Tiburtina Castri Sancti Angeli coram Card. Lancellotto, vt dicunt addent. ad decis. 3. Papæ Ludouisij num. 8.*

73 Sed prius opinio Rotæ fuit varia, & pro ea opinione, quod illud tempus esset detrahendum, tenuit *in decis. 185. in princip. vers. secundo dempto tempore litis parte prima diuers. Card. Seraph. dec. 76. & fuit dictum in Aretina Cappellania 18. Martij 1616. coram Buratto, Put. decis. 430. in fine, & decis. 435. propè medium lib. 2. in nouis. Card. Seraph. in d. decis. 76. alleg. in Nouarien. bonorum 7. Iunij. 1619. coram Card. Sacrato, & in alia Romana fideicommissi de Gaetanis. 7. Februarij 1620. coram Cardinali Verospio.*

74 Contrarium tamem tenuit, *Rota per eundem Card. Seraph. decis. 928. num. 1. & penes Put. decis. 349. num. 5. libro secundo.*

75 Quæ quidē opiniones fœdere prædictæ distinctionis fuerunt concordatæ *in dicta Tiburtina coram Lancellotto*, nempè aut principaliter, aut incidenter fuit dictum instrumentum productum, *idem ait Rota dec. 822. par. 4. diuers.*

76 Sed hanc secundam opinionem tenendo, vbi habetur, quòd tempus litis non sit subducendum, extende eam quoque procedere, veluti quando ageretur de præsumenda aliqua gratiæ iustificatione, quia tunc tempus litis non esset detrahendum, *vt fuit dictum à Rota per Card. Seraph. decis. 642. num. 3. & decis. 534. parte prima diuers. & decis. 122. num. 5. & decis. 406. sub num. 3. parte prima recentior. & fuit dictum in Ossen. pensionis coram Card. Lancellotto, quæ est apud Marches. de commiss. tom. secundo sol. 578. & alias decisiones alleg. Garz. de benefic. parte prima cap. primo num. 478.*

77 Subextende, quòd ad hunc effectum tempora coniunguntur, adeò vt si essemus in materia pensionis, tunc vitæ transferentis coniungitur cum ea translatarij, *vt ait Rota decis. 122. num. 1. & 11. & pulchrè in decis. 406. num. 4. parte prima in recentior.* & ibi habetur quòd ad effectum præsumendi iustificationem narratorum in Apostolica dispensatione matrimoniali tempus ante mortem coniugum cum tempore successorum est coniungendum.

78 Amplia vndecimò, quòd antiqua monumenta, insignia, & arma probationem nobilitatis inducunt, *veluti fuit decisum à Rota in decis. 290. num. 6. 8. & 9. quæ est inter crimin. Farinacij coram Pirouano, & in Comen habitus Mercurij, 9. Iunij 1610. & decis. 676. num. 8. par. prima recent. & penes Buratt. decis. 358. num. 3.*

79 Extende primò idem procedere in inscriptione antiqua in aliqua Ecclesia posita, cui valdè defferendum est super veritate eorum, quæ in dicta inscriptione continentur, *vt ait Rota decis. 482. num. 4. parte secunda in recentior.*

80 Extende secundò idem procedere in scriptura in aliquo lapide alicuius monumenti insculpta, quæ in antiquis fidem facit, *vt ait Polidor. Ripa in sua decis. 68. cum ibi alleg.*

81 Amplia 12, quòd etiam antiquissimus status bonorū bonam fidem præsumi facit, *veluti fuit decisum in Reatina Iuris conferendi 5. Aprilis 1593. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1021. num. 6.*

82 Amplia decimò tertiò, quòd ex diuturnitate temporis, & etiam rationibus sæpius adductis, ac calculatis inter administratorem, & Dominum debitum remissum censetur, *ad tradita per Iason. in l. Quæ dotis num. 18. ff. solut. matrim.*

Dec.

Dec. conf. 269. colum. secunda cum alijs congestis per Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 88. num. 16. & seq. & Rota in vna coram Gipso Luna 28. Martij 1588.

83 Amplia decimò quartò, quòd duæ antiquæ assertiones, & enunciatiuæ supra hominum memoriam plenè probāt, *vt fuit decisum in Spoletana bonorum Veneris 13. Iunij 1608. coram Cardinali Marcomontio, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 258. num. 4. & Card. Seraphin. decis. 507. num. primo & dec. 1021. num. primo, & decis. 1141. num. 5. & Faber. decis. 28. de probat. & prius decis. 6. eodem tit.* Item quod tales enunciatiuæ antiquæ supra centum annos, & in diuersis scripturis probent, quòd beneficium sit regulare, *ait Rota in Sorana beneficij xi. Mart. 1622. & 26. Iun. 1624. & in illa Sorana beneficij 26. Iunij 1624. coram Merlino, & in alia Neocastren. parochialis xi. Martij 1630. coram Durano, & ibi aliæ decisiones allegantur, & per Buratt. decis. 636. num. 4.* & ibi ait de hoc eam esse rationem, quia enūciatiuæ excedentes metam centum an. notum habent vim famæ, & sic statum beneficij probant, *& Rota decis. 163. num. secundo, & decis. 202. num. secundo par. 1. in recentior. & Put. decis. 204. libro secundo, & Rota decis. 587. num. primo par. 4. diuersor. idem Put. decis. 149. lib. 3. & in Regien. Iurispatronatus Veneris 13. Iunij 1631. coram Coccino Decano.*

84 Declara tamen, quòd illę debent esse claræ, & debent prouenire à diuerso fonte, siue diuersis personis, alias si prouenirent ab eadem persona, eo casu, etiamsi essent plures reputarentur pro vnica, *Acchil. decis. 8. num. primo par. prima diuers. Card. Seraphin. decis. 437. num. 6. & Rota decis. 295. num. 7. par. prima in recentior. Menochius consil. 732. num. 26. Aldou. consil. 3. nu. xxij.*

85 Quinimmò nota, quòd requiritur, etiam quòd illæ personæ non sint suspectæ, *Acchil. decis. 8. de Iurepat. Cardin. Mantica de tacit. tit. 6. num. 23. & fuit ita resolutum à Rot. per Card. Seraph. dec. 1189. num. 3.*

86 Fallit tamen, quando concurrerent adminicula, quia tunc enunciatiuæ probarent, etiamsi emanassent ab interesse habentibus, *Rota decis. 175. num. 3. & prius decis. 91. num. secundo parte prima in recentior. Rimin. iur. conf. 314. num. 17. Acchill. decis. 6. ad finem de Iurepatronat. Rota decis. 130. num. secundo parte secunda diuersor. & dec. 176. num. 5. parte prima in recentior. & Card. Seraphin. decis. 1339. num. primo, & vltimo loco in dicta Regien. Iurispatronatus Veneris 13. Iunij 1631. coram Coccino,* vbi propterea fuit decisum constare de Iurepatronatus in vim enūciatiuarum emanatarum à partibus super illius existentia, & præsertim concurrentibus prouisionibus ab illis vti patronis de eo factis de anno 1393. vsque ad annum 1628. sub ea potissimum ratione, quòd non est verisimile, quòd Rectores prouisi de ea Ecclesia vti de iurepatronatus tam diu fuissent tollerati, & præsertim cum non agatur de familia potenti, quāuis tamen nobilissima, vt sunt Domini mei de Malagutijs in Ciuitate Regij à me ob innumerabiles eorum qualitates, & pręsertim Domini Comitis Gabrielis nunquam satis honorandi. Licèt tamen secus esset vbi essemus inter Magnates, & Potentes, qui cum alios perterere facilè possint, ob id illos ex vsurpatione iuspatronatus acquisiuisse facilè præsumi solet, *vt ait Bald. conf. 310. lib. 5. Dec. conf. 135. num. secundo, Ferret. conf. 293. num. 5. & 9. lib. secundo, & Rota in d. Regien. Iurispatronatus coram Coccino.*

87 Extende id in tantū procedere, quòd eo casu non est opus, vt de qualitate titu li constet, *vt ait Rota in d. dec. 91. n. 3. p. 1. recent.* quia prædicta procedunt, etiā si titulus esset infectus, & inualidus, *vt ait Capic. dec. 189. num. 10. & Verall. dec. 361. nu. 4. par. secunda.*

88 Secus aūt si enūciatiua esset vnica, quę eo casu nō probaret, nisi esset adminicu lata, *vt ait Rota per Gregor. XV. decis. 407. num. 5. & in Foroliuien. Iurispatronatus 3. Decembris 1607. coram Cardinali Lancellotto, Rota decis. 260. nu. 9. & decis. 432. num. 4. par. prima in recentioribus, & nouissimè in Ianuen. iuris honorifici Veneris 19. Maij 1630. coram Pirouano.*

89 Declara tamen, quòd licèt enunciatiua

tiua absque adminiculis non probet, tamen quando est antiquissima semiplenam probationem facit, *vt fuit decisum in Oritana Archipresbyterat. 2. Dec. 1598 corã Orano, & in Lancianen. Arpratus 2. Maij 1616. cor. Buratto, & id cõfirmauit Rota in Pistorien. beneficij xj. Maij 1618. coram eodem Buratto*, & præsertim qñ essemus, nedum in materia antiqua, verum etiam in ea, quæ esset difficilis probationis, quia tunc ea leuioribus probationibus, & demonstrationibus esset contenta, *vt ait Card. Seraphinus decis. 1141. & Rota penes Coccin. decis. 230. num. primo, & decis. 697. num. secundo parte prima in recentiorib. & in d. Ianuen. Iuris bonorifici 1630. coram Pirouano.*

90 At secus esset, quando essemus in facto recenti, quia tunc non probat, *Rota per Greg. decis. 387. n. 14.* id procederet etiam si ageretur de veritate enunciati, *Card. Seraph. dec. 1278. n. 2.*

91 Quod tamen falleret Iuramento concurrente, quia eo casu enunciatiuæ probatent, *veluti latè ait Nicol. Ger. de verb. enunc. lib. primo quæst. 4. num 32. & seq. & Rota per eund. Gregor. dec. 173. num. 3.*

92 Et nota, ꝙ ad hoc, vt dicantur antiquæ requiritur cursus centum ann. *vt ait Put. decis. 209. libro secundo, & Rota in Meliitana Iuris succedendi 15. Iunij 1607. coram Scotto.*

93 Extende illam decimam quartam Ampliationem in tantum procedere, quòd enunciatiuæ antiquæ instrumentorum identitatem bonorum probant, *veluti fuit decisum in vna Ciuitatis Castelli bonorum 28. Ianuarij 1594. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1061. num. 4.*

94 Extende secundò, idem habere locum, etiam in præiudicium tertij, dummodo tamen essemus in antiquis, *vt fuit decisum in Lucana beneficiorum 22. Iunij 1580. coram eodem Cardinali Seraphino. qua est in eius impress. dec. 474. num. 1. & Rota dec. 684. num. primo par. prima diuersor.*

95 Extende tertiò, ꝙ etiã ex concurrentibus pluribus enunciatiuis antiquorum instrumentorum manu diuersorum Tabellionum subscriptorum, dominium probatur, etiam in præiudicium tertij, quia eo casu dictæ enunciatiuæ famæ æquipollent, & sic plenè probant, *vt fuit decisum in vna Romana domus Lunæ 5. Maij 1588. coram Orano, & Card. Seraph. decis. 1025. num. 14. & decis. 1334. num. secundo, & in Sublacen. bonorum Veneris 21. Maij 604 coram Litta, & veluti latè dixi in consl. 78. nu. 40. & seqq.*

96 Contrarium, quòd scilicet Dominium ex verbis enunciatiuis instrumentorum antiquorum non probetur, *reperitur decisum in eadem Romana domus coram Orano.*

97 Cõcorda tñ, vt prima opinio procedat, quoad effectum deuolutionis. Secunda verò quoad illum solutionis canonis, *vt fuit decisum in alia Romana domus Lunæ secunda Maij 1592. coram Card. Mellino.*

98 Extende quartò, quòd etiam enunciatiuæ Papæ probant, quando in re antiqua eius dispositio esset fundata, *Rota in Salamantina Iurisdictionis 4. Martij 1580. coram eodem Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 449. num. secundo.*

99 Extende quintò, quòd ex enunciatiuis antiquissimis Pontificum vnio, siue annexio probetur, *vt ait Rota in Alben. Plebis de Doliano 8. Aprilis 1598. coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1272. num. primo.*

100 Extende sexto, quòd etiam insertum antiquarum litterarum de verbo ad verbum operatur diuersas enunciatiuas, quamuis litteræ ipsæ non exhibeantur, *vt fuit decisum in illa decis. 1272. num. secundo coram Cardinali Seraphino, & Mobedanus decisione tertia, de fide Instrument.*

101 Extende septimò, quòd filiatio in antiquis probatur per verba enunciatiua, *vt ait Faberius decis. 28. de probationibus.*

Subextende id procedere, etiam si non essemus in antiquis, sed enunciatiua ipso filio præsente emittatur, si tamen ea verba de filiatione fuerint principaliter probata, propter se, ad demonstrandam certitudinem personæ, & multò magis, quando cum enunciatiua concurrerent

currerent adminicula; at secus, quando verba enunciatiua essent propter aliud emissa, *vt dicunt Doctores alleg. à Rota in decis. 176. num. 4. & 5. parte prima recentior.*

102 Extende octauò, quòd enunciatiuæ antiquæ collationem corroborant, etiã Iurispatronatus, *vt latè dicam in verbo Iuspatronatus, & veluti ait Rota in Asturicen. Prioratus 18. Decembris 1598 coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 1305. num. tertio.*

103 Amplia decimoquintò, quòd antiquitas operatur, vt probationi imperfectæ sit standum, *vt ait Afflict. in decis. 251. num. 6.*

104 Amplia decimosextò, quòd semper Religio antiquior alijs eiusdem conditionis præfertur, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in decis. prima num. 14. & Grat. in lib. 5. discept. cap. 893. num. 29.*

105 Extende primò, quòd antiquior præferatur in congregationibus; licèt id fallat, si ibi adesset Episcopus, quia illius dignitas culmen dignitatum appellatur, & propterea cœteris antiquioribus de Congregatione præcedere debet; licèt tamen id non procedat, quando sederet in Vniuersitate Scholarium, quia tunc sederet post Rectorem, & in consilijs post Caput, *vt pulchrè ait Verall. decis. 307. num. primo, & seqq. par. prima.*

106 Extende secundò, quòd licèt Iunior debeat primo votare, tamen debet postea antiquioribus definitionem reseruare, *idem Vrsill. ibi supra num. 16.*

107 Amplia decimoseptimò, quòd ille, qui primo gradum Doctoratus accepit alijs præfertur, quòd enim procedit, veluti si essemus in eo, qui prius fuisset Licentiatus, sed postea Doctoratus, quia nihilominus prius Lauream Doctoratus acquirens illi prius Licentiato præfertur, *vt ait idem Vrsill. in præcitato loco num. 17. & 18.*

108 Declara tamen non semper procedere, quòd antiquior Doctor præferatur ratione creationis; sed sæpè ratione loci est consideratio habenda, & propterea videmus, quòd Doctores Salamantini præferuntur Ferrariensibus, etiã antiquioribus, *vt fuit decisum à Rota in decis. 125. num. prima libro 3. diuers.* & id procedit in vim statuti Vniuersitatis illius studij Salamantini, per quod licentiati in dicta vniuersitate facti præferuntur, tam in sessionibus, quam in omnibus alijs rebus, Doctoribus, & Magistris graduatis in alijs vniuersitatibus, *veluti testatur Rota per Put. decis. 340. num. primo lib. secundo.*

109 Rursus Declara, quòd in adeptione dignitatum antiquiores sunt præferẽdi, *vt ait nouissimè Loter. de re benefic. lib. secundo quæst. 15. num. 47. cum alijs ibi per eum alleg.*

110 Amplia decimo octauò idem procedere in vocatione antiquorum de domo, & generatione proprij nominis expressione, quia tunc habetur respectus ad qualitatem antiquitatis, adeò vt successore mortuo semper antiquior præferatur, *vt ait Gratian. discept. forens. cap. 834. num. 6. lib. 5.*

111 Antiquiorum autem appellatione venit ille, qui sit ætate natu maior, etiãsi minor ætate esset dignitate scientia, potentia, & gradu magis dicto maiore insignitus, & à testatore fuisset sub nomine dignitatis, atque gradus vocatus, quia tunc dignitas non censetur contemplata, ita vt ille, ob id esset existimãdus maior, quia illa demonstrationis causa apposita præsumitur, & nõ limitatiuè, & taxatiuè. Secus autem si ratione subiectæ materiæ, quis posset nuncupari maior alio respectu, quàm eo ætatis, veluti si ratione administrationis, siue alicuius ordinis, quis esset nominatus, vt si diceretur, quòd antiquior canonicus aliquid ageret, quia tunc non esset intelligendum de maiore ætate, sed de receptione in canonicatu, vt eodem modo diceretur, quando frater maior, & antiquior esset nominatus ad diuidendum bona, quia tunc non ille diceretur maior, & antiquior respectu ætatis, sed bene illo bonorum administrationis, veluti, quia diu in eorum administratione stetisset, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano in dicto cap. 834. num. 23. & seqq.*

112 Quod quidẽ procedit etiã non considerato, q alius existat, qui sit proximior, *idem Gratian. in lib. 4. discept. cap. 645. num. 13.* nam illa qualitas antiquitatis à testa-

à testatore considerata, facit vt proximitas non sit attendenda, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 364. num. primo.*

113 Declara tamen quòd si fuerit facta substitutio, tunc non restringetur ad duos primos antiquiores tantùm, sed illis duobus exclusis ad alios duos sequętes antiquiores deuolueretur, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum dec. 1486. num. secundo, & alij allegati à Gratiano in libro 4. disceptationum cap. 645. num. 9.*

114 Amplia decimononò, quòd antiquitas idem operatur, quòd Imperator cum causa, *vt ait Gratianus lib. primo disceptat. cap. secundo num. 24. cum ibi allegatis.*

115 Amplia vigesimò, quòd quasi possessio antiqua arguit eam pręsumptionę, quem fuisse promotum, *Rota dec. 44. tit. de probat.*

116 Amplia vigesimoprimò, quòd antiquitas temporis facit præsumere possessionem iustam, *vt ait Faber. decis. 44. eodem tit.* & propterea videmus, quòd ex longęua, & antiqua possessione datur vni manutentio resistentia Iuris non obstante, *vt ait Rota per Gregorium decis. 370. & ibi per addent. num. 10. & in Ianuen. Parochialis sancti Andreæ 19. Aprilis 1627. coram Durano, & prius in Calciaten. Decimarum x. Iunij 1611. coram Cardinali Pamphilio, & in Oneten. Iurisdictionis 22. Martij 1627. coram Vbaldo, & in Colonien. Præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram eodem, & dec. 595. num. 4. parte prima diuersorum, & decis. 685. nu. 3. par. prima in recentioribus.* Licèt secus sit, si longum tempus non intercederet, quia manutentio regulariter non datur possessori habenti contra se iuris resistentiam, absque legitimo titulo, *vt fuit dictum in Elnen. Decimarum 3. Iunij 1624. coram Remboldo, & per Gregorium decis. 404. num. primo, & Caputaq. decis. 296. num. 4. par. prima,* licèt sit benè verum, quod iuris resistentia debet esse vehemens, & ineuitabilis, alias manutentio non impediretur, etiam si esset contra iuris præsumptionem, *vt fuit decisum in illa Ianuen. Parochialis sancti Andreæ coram Durano, & prius in Hispalen. præeminentiarum 20. Februarij 1619. coram Vbaldo, & per Gregorium decis. 470. num. 7. & decis. 534. num. 7. parte prima diuersorum.*

117 Amplia vigesimosecundò, quòd diuturnitas temporis facit præsumere beneplacitum Apostolicum in alienatione rei Ecclesiasticæ interuenisse, & ad id præsumendum sufficit, quod fuerint lapsi triginta anni cum possessionis continuatione, & canonis solutione, *veluti dicunt omnes Doctores allegati à Rota decis. 187. libro secundo de probationibus, & Coccin. decis. 79. num. 11. & decis. 249. num. 4.* & eo magis si cum illo cursu, etiam vrgentes coniecturæ concurrerent, *vt ait Cardinalis Seraphinus decis. 706 num. primo, & secundo, & multa in hac materia dixi in verbo Alienatio rei Ecclesiæ conclus. 85.* Sed animaduertas tamen, quod obseruantia contractus debet plenè probari, aliàs secus si præsumptiuè tantum, *vt ait Rota decis. 706. num. 10. par. 3. recent.*

118 Declara tamen, quod illud tempus sine obseruantia, saltem pro adminiculo inseruit ad præscribendum, *idem Coccin. dec. 453. num. 5.*

119 Amplia hic obiter 23. quòd etiã libri in Archiuijs Monasteriorum reperti, contra tertium probant, *vt ait Anton. Faber. decis. 61. de probationibus.* Veluti eodem modo dicitur de libris mercatorum, qui pro tertio, & contra tertium probant, dummodo sint adminiculati, *vt fuit dictum in Romana Pretij officiorum Lunæ 7. Iunij 1630. coram Reuerendissimo Coccino Decano;* Secus autẽ quando nõ essent adminiculati, *vt ait Gratianus libro 4. disceptationum cap. 735. num. 25. & cap 767. num. 55.* licèt id tamen non procederet, si reperiretur cautum, vt libro mercatoris crederetur, quia tunc etiam respectu tertij probaret, *Surd. decis. 310. num. 3. & seq.* Licèt id neque etiam procederet in his, quæ non spectarent ad officium scribentis, quia tunc illis ex vi statuti, non esset credendum, *vt ait Rota dec. 766. num. 3. par. 3. recentiorib. Sed vide in concl. 123. sub num. 16.*

120 Contrarium tamen, quòd scilicet Archiuium non det robur scripturis contra non subditos, immò nec etiam contra

tra subditos, quando solemnitates, & requisita archiuii publici non concurrant, *ait Franc. Marc. in sua decisione 298. num. primo, par. prima, & Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 642. num. primo, sed vide quæ dixi in verbo Archiuium*, vbi plura inuenies.

121 Amplia vigesimoquartò, quod mors in antiquis probatur per publicam vocẽ, & famam, quando quis diù in lõginquis partibus morabatur, & de modico præsertim præiudicio ageretur, *vt ait Rota per Burattum dec. 260. num. 2. & veluti ait Put. dec. 508 lib. 2. Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 672. & Magon. in dec. Lucen. 44.* & ibi latissimè de hac materia discurrunt.

Extende eò magis procedere ampliationem prædictam, concurrentibus adminiculis, *vt ait Rota in Cæsaraugustana portionis coram Iusto, penes Marchesf. de commiss. par. prima fol. 340. & per Gregor. in decis. 78. & ibi per Addent. & in Toletana Capellæ 18. Maij 1615. coram Pirouano, & in Theatina beneficij 26. Iunij 1619. coram Buratto, & postea in Illerden. Canonicatus 4. Decembris 1623. coram eodem Pirouano.*

At secus, quando ex scientia mortis, aliqua induceretur vacatio, quia tunc debet esse certa, & vera, non autem interpretatiua per famam, quia, vbi requiritur scientia certa, tunc fama non sufficit, *vt fuit dictum à Rota per Burattum in sua decisione 459. num. quarto, & sequentib.* vbi ait; quod fama mortis, etiam plenè probata semiplenam probationem facit.

Ratio autem illius secundæ propositionis ea est, quia, qui allegat mortem alicuius eam vti fundamentum suæ intentionis probare tenetur, veluti quoque procedit in eo, qui se fundat in vita, qui illam portare tenetur, *vt fuit dictum à Rota per Gregorium Decimumquintum in sua decisione 228. nu. primo, & in Parmen. status veneris die 30. Martij 1629. coram Coccino, Gratian. lib. primo disceptation. cap. 78. num. tertio, & sequentib.* & propterea isto casu non valet illa regula, vt scilicet, quis præsumatur viuere vsque ad centum annos, *vt ait Rota decisione 102. num. sexto, par. prima diuersor. & Cardin. Seraphin. decisione 711. num. secundo, Puteus decisione 81. lib. primo, Achil. decisione prima, de præbend. Crescent. decisione secunda de except.*

122 Et prædicta quæ fuerunt dicta de probanda vita alicuius, & præsertim ad effectum succedendi, extende eò magis procedere, quando semel fuerit illius existẽtia probata, quia tunc defectus, siue mors illius venit probanda, at secus, si non appareret aliquem vnquam fuisse in rerum natura, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 1458. Card. Mantic. decis. 32. num. primo, & Card. Caualer. decisione 575. num tertio, cum alijs adductis in Romana fideicommissi, seu locorum Montium 29. April. 1630. coram Merlino.*

Contrarium tamen vbi ageretur de probando obitu alicuius absentis, & in longinquis partibus dimorantis, atque ad bellum profecti, ac de illius vita fuerit incœptum dubitari, & ab eo tempore quo talis dubitatio fuit suborta elapsum fuisset quinquennium, nec eo tempore aliquid de eo fuerit relatum, quia tunc mors probata censeretur, *iuxta Doctrinam Bart. in tract. de testib. num. 38. versiculo Mortuum hominem, per text. in l. vxor, C. de diuort.* vbi Imperator statuit, quod lapso quinquennio, mulier possit ad secundas nuptias conuolare. Quamuis tamen hodie iste textus correctus reperiatur respectu contrahendi matrimonij per alium *text. in l. hodie, C. de repud. vt ait Sanchez de Matrim. lib. primo, disput. 46. num. primo, & seq.* Secus autem in materia successionum.

Ratio autem illius differentiæ ea est; quia quando tractatur de succedendo, non agitur de tam graui præiudicio, veluti fit vbi ageretur de muliere ad secundas nuptias transire volente, cum in primo casu possit reparari per restitutionem rerum, quoties ille talis viuus reperiretur, quod non succedit in secundo, nisi cum magna verecundia illius vxoris, quæ secundo nupserat, eum relinquendo, & ad primum redeundo, veluti de iure facere tenetur, *vt ait Bal. cons. 90. lib. 1.* & ibi concludit, quod filius præsumitur mortuus, qui stetit absens per xx. ann.

Alexander consil. 43. *num.* 44. *latè de de hac materia ait Ioseph. Ludouic. decisione Perusina* 30. *per totam, Gratian. lib. primo disceptat. cap.* 78. *num.* 3. *& seqq.* vbi ait, quod quando quis non reperitur, mortuus præsumitur, quamuis in dubio potius vita, quàm mors sit præsumenda, *vt ait Castracan. de Societat. offic. cap.* 24. & ibi multa ait in hac materia.

122 Declara tamen prædicta, quæ fuerunt dicta in Ampliatione vigesimaquarta, de morte alicuius, per publicam vocem, & famam probata procedere, dummodo ea ab honestis, & grauibus viris originem ducat, aliàs secus, *vt ait idem Ioseph. Ludouic. dicta decisione Perusina* 30. *Magon. decisione Lucen.* 44. *Puteus decisione* 266. *lib. tertio in fine, Menoch. de adipiscen. poss. remed.* 4. *num.* 672. *&* 673. *Farinac. in sua praxi crimin. quæst.* 47. *num.* 98. *& melius in quæst.* 100. *par. prima, & Rota per Gregorium XV. in sua decisione* 166. *num.* 7. *&* 8. vbi ait, quod mors alicuius probatur plene per famam, si illi iungatur vnus testis de illius certa scientia deponentis, sed si concurrerent testes deponentes de vita hominis, & alii de morte, magis est credendum illis deponentibus de vita, quàm de morte, *vt ait Rota in decisione* 521. *num.* 6. *par. prima in recent.*

123 Amplia vigesimoquintò, quòd temporis diuturnitate, pœna minuenda veniat, *vt ait Thesaur. in decis.* 76. *& ibi alios Doctores allegat.*

124 Amplia vigesimosextò, quòd antiquitati maximè standum est in materia Pascuum, Confinium, Aquarum, Molendinorum, & Pontium, *vt ait Franc. Marc. decis.* 561. *num.* 6. *Rota per Gregor. XV. in decis.* 434. *num. primo, & secundo, & in additionib.*

125 Amplia vigesimoseptimò, quòd ex temporis diuturnitate solutio dotis præsumatur, *vt ait Rota decis.* 155. *num.* 9. *in secunda par. diuersor. & decis.* 124. *num. secundo, par. secunda in recen. & per Greg. dec.* 468. *num.* 8. *&* 9. *& dixi latè in verbo Alimenta.*

126 Animaduertendo, quòd isto casu cõiectura præstationis alimentorum vocatur non leuis *à Rota in Terracinen. dotis vigesimasexta Aprilis* 1619. *coram Pamphilio.*

127 Sed quòd non sit valdè vrgens, & præsertim, quando esset sola, *ait Rota decis.* 683. *num.* 13. *parte secunda in recentior.*

128 Et reuera licèt hæc præsumptio sit fundata ex eo, quia maritus potest è domo vxorem indotatam expellere; nihilominus cum id ex dispositione tantum Ciuili permittatur, non autem attenta Iuris Canonici æquitate, vnde ex hac ratione non erit omninò credendum, quòd vir probus, & timens Deum, alimenta vxori indotatæ negaret, quinimmò esset contra Euangelium; si secus ab eo fieret, vt latè dixi supra in verbo *Alimenta*, & ibi recurras. Et per consequens super tali coniectura non debemus nos argumentum solutionis dotis firmare; licèt sit benè verùm, quòd cum aliis coniecturis posset suffragari, *vt fuit decisum in Bononien. Dotis die vigesimaquinta Februar.* 1619 *coram Andrea.* Et in omnem euentum, dos soluta non præsumitur, quando pro ea non fuerunt datæ pecuniæ, sed pignora, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec.* 126. *num. primo.*

129 Amplia vigesimo octauò, quòd, ob antiquitatem temporis vniuersitas legitimè congregata censetur, *vt ait Crauett. de antiquitat. tempor. fol. mibi* 128. *num.* 21. *& Nicolaus Losaeus in suo tractatu de iure vniuersitatis parte prima, decisione tertia, num. octauo, fol. mihi* 71.

130 Amplia vigesimo nonò, quòd possessor antiquior ratione suæ possessionis tamquam meliori iure suffultus, est restituibilis, adeò vt spolium secundum commissum veniat purgandum, *vt ait Rota decisione* 535. *num. tertio, lib. tertio diuersor.*

131 Extende id, in tantum valere, vt propterea possessio iunior, semper clandestina præsumatur, & ideò anteriori possessori est concedenda manutentio, *vt fuit decisum in vna Ferrarien. Parochialis Luna prima Aprilis* 1596. *coram Card. Lancellotto, vbi aliæ decisiones allegantur, & prius in Mediolanen. bonorum die*

die prima Februarij 1591. *coram Cardinali Platto, & in alia Mediolanen. Decimarum Mercurij nona Iunij* 1610. *coram Pirouano.*

132 Subextende id procedere, etiam si secunda possessio esset titulata, licèt secus tamen diceretur, quando prior possessor fuisset seruatis seruandis à sua possessione eiectus, *vt fuit decisum in vna Lucana Cappella Veneris* 17. *Iunij* 1594. *coram Litta.*

133 Amplia trigesimò, quòd prouisus antiquior in die, alijs postea prouisis præferendus venit, *vt ait Rota decis.* 1277. *num.* 1. *lib.* 3. *diuers.*

134 Amplia trigesimoprimò, quòd ex spatio triginta annorum omnia solemniter gesta præsumuntur, vt latè dixi in verbo *Alienatio rei Ecclesiæ, & veluti fuit dictum à Rota per Coccinum in sua decis.* 75. *in Rom. Emphiteusis Merc.* 26. *Iun.* 1602. *& in alia Feltren. præbenda Luna* 19. *Nouemb.* 1605. *coram eodem Coccino quæ est in eius impress. dec.* 249. *nu.* 4. *& in Mantuana dationis insolutum Vener.* 15. *Maij* 1609. *quæ est in eius impress. dec.* 470. *num.* 4

135 Extende primò, quòd etiam spatio decem annorum, præsumatur interuenisse licentiã Domini, in alienatione emphiteusis, quod tamen intellige verum, si scientia, & patientia interuenerit, aliàs secus, *vt ait Rota per eundem Coccinum dec.* 75. *num.* 12. *&* 13.

136 Extende secundo, quòd ex obseruãtia triginta annorum solemnitates præsumuntur interuenisse in exemptione Decimarum, *idem Coccinus decisione* 279. *num.* 8.

137 Extende tertiò, quòd ex antiquitate temporis, præsumitur citationem in transumptatione interuenisse, *Rota per Coccinum dec.* 85. *num.* 5.

138 Extende quartò, quòd ex spatio longi temporis, nomen rei mutatum præsumitur, *vt ait Rota per dictum Coccinum dec.* 289. *num.* 2.

139 Extende quintò, quòd per acquiescentiam decem annorum, mutatio voluntatis præsumitur, *idem Coccinum dec.* 494. *num.* 9.

140 Amplia trigesimo secundò, quòd solutio ab aliquo debitore facta, semper cedere solet in antiquiorem causam, *vt fuit decisum in Vrbeuetana dotis Veneris* 17. *Iunij* 1611. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impressis decisio* 521. *num.* 9. *& alias sæpè, vt dicam in verbo Solutio, & Rota dec.* 679. *num.* 6. *par. prima diuersorum, & decisione* 113. *num. quinto, versic. Aut saltem, dicta parte prima diuersor.*

141 Sed animaduertas tamen, quòd ad cognoscendam antiquitatem temporis, ad hoc, vt vnum debitum, altero antiquius dicatur, tunc non dies creationis illius, sed dies solutionis attendenda venit, *vt ait Surdus decisione* 187. *num. septimo, Menoch. consil.* 121. *num.* 56. *& ita fuit dictum à Rota in Romana pecuniaria* 13. *Iunij* 1613. *coram Card. Pamphilio.*

142 Sed reassumendo principalem conclusionem, limita eam, non habere locum, quando essemus in iudicio spolii, quia tunc antiquitas possessionis non est in consideratione habenda, *vt fuit decisum in Aesina bonorum* 20. *Maij* 1580. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 462. *num.* 7. *& Fut. dec.* 27. *de restit. spoliat.*

143 Sed declara tamen id esse verum, si essemus in spolio violento, & res esset vitio reali affecta, quia tunc ad illud præscribendum spatium triginta annorum erit necessarium, veluti latè dicam in verbo *Reintegranda*. At secus, si possessor co nuentus esset cum titulo, & bona fide, & scienter non habuerit causam ab auctore vitioso, quia tunc potest obiicere præscriptionem decem annorum inter præsentes, viginti verò inter absentes, & eò magis, si spoliatus prædictus facto suo, & ex iusta causa à possessione cecidisset, *vt ait Meuoch. de recuperan. remed.* 15. *num.* 425. *&* 426. *Egid. consil.* 10. *num.* 25. *versic. Secundo opponas, & n.* 37. vbi ait hanc opinionẽ esse communem *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 375. *num.* 7. *& seq. Benintend. decis. Bononien.* 10. *vbi pulchrè, & Verall. decis.* 172. *num. primo, par.* 3. vbi ait, quòd spolio agere non potest ille, qui cecidit à possessione facto suo, si quadriennium fuerit elapsum, *& Rota dec.* 190. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

144 Extende primò limitationem illam, quòd neque antiquitas prodest quoad substantiam actus, *vt ait Gratian. lib. tertio disceptat. cap.* 447. *num.* 37. *& cap.* 474. *num.* 18. Secus autem quoad solemnitatem extrinsecam formalem, quam antiquitas temporis interuenisse facit præsumere, *vt ait idem Gratian. lib. secundo disceptation. cap.* 318. *num.* 38. & quando præsumatur eas solemnitates non fuisse habitas, tradit *Ossasch. in sua decisione* 173. *& Rota per Gregorium Decimumquintum decisione* 393. *num.* 3.

145 Extende secundo, idem procedere in titulo, aut substantia illius, qui ex antiqua patientia non præsumitur, *idem Gratian. ibi supra num.* 36.

146 Extende tertiò, in aditione hæreditatis, quæ ex longo cursu temporis, non præsumitur; sed est bene verum, quòd præsupposita illius substantia, erit postea credendum illam solemniter factam fuisse, *idem Gratian. ibi supra num.* 37.

147 Extende quartò, quòd etiam ex antiquitate non præsumatur purificata conditio, & quòd quis solemniter possederit; quod tamen declara verum, quando id actus substantiam tangeret; sed secus, si ageretur de probanda extrinseca solemnitate, quia tunc conditionem fuisse purificatam, & quem legitimè possedisse præsumeretur, *vt ait Gratianus ibi supra, num.* 31. *& sequentibus.*

ARGVMENTVM.

DE POENIS APERIENTIVM Litteras.

CONCLVSIO CXXI.

1 APERIENS Litteras alterius, nota, quòd pœna falsi punitur, cum falsitas quatuor modis in iure committatur, nempè, Verbis, Litteris, Facto, & Abusu, & vltra pœnam falsi, peccat etiam mortaliter; sed excommunicatus non efficitur, *vt ait Sayrus in sua decisione* 33. *de sentent. excommunic.*

2 Extende idem procedere in eo, qui dicitur acta iudicii corrupisse, sed in hoc distingue, quòd si id non probatur, non torquetur: sed si probatur vltra pœnam pecuniariam ad mulctam etiam honorariam condemnatur, *vt ait Anton. Faber. in sua decisione octaua, C. de falsis.*

Subextende hic obiter, quòd si quis, verbi gratia, laceraret instrumentum coram Iudice, tunc quoad vim probationis èrit standum iuramento aduersarij, *vt est text. in l. de possessione, C. de probat.* Quo verò ad pœnam criminalem distingue, aut quis per superbiam, & sic non ex proposito, sed ex quadam animi indignatione id fecerit, & tali casu debet lacerans extra ordinẽ puniri ex regula, quia animus, & intentio distinguunt maleficia, *Ioan. Andr. in cap. accipimus, de fide instrumentor. quem refert, & sequitur Bald. in l. debitores, num.* 2. *C. de fide instrum.*

Secus autem in lacerante priuatam scripturam, vt librum rationum, vel quid simile, etiam si in ea adesset creditum alicuius, quia tunc ille talis de falso non puniretur, *vt ait Thesaurus in sua decisione* 171. *num. primo, & sequen. & Menoch. de arb. Iud. cas.* 311. *num* 1. *& seq.*

Extende etiam tamen, quòd talis lacerans, tenetur ad interesse tertii, de cuius credito apparebat, *vt ait idem Thesaur. d. dec.* 171. *num.* 3. *&* 4.

Declara tamen, quòd licèt lacerans scripturam crimen falsi committat, id tamen non præsumitur in persona nobili, nisi vehementes coniecturæ, & ad illum finem tendentes vrgeant, *vt fuit dictum in Valentina pratensa illegitimitatis* 9. *Februarij* 1609. *coram Card. Caualerio, qua est inter crimin. Farinac. decis.* 267.

Sed vehemens suspicio est contra illum, qui est aduersarius in causa, *vt ait Grat. in sua decis.* 84. *& ibi in addition. num.* 4. Veluti quoque vrgeret contra eũ penes quem liber reperiretur, quando in eo laceratio foliorum inueniretur, *vt ait Rot. inter dicri. Farin. dec.* 278. *n.* 9. & vide

& vide quæ dixi in hac materia in *concl.* 123. *num.* 52. & 154.

3 Limita tamen primò, conclusionem principalem, non procedere, quando quis casu, & absque dolo Nizam litterarum fregisset, neque illas vllus vidisset, *veluti testatur Viu. in sua dec.* 62. vbi ait quemdam Scipionem dalla Rosa, & Doctorem de Leo fuisse absolutos, qui fuerunt inquisiti de aperitione litterarum Iuliæ de Ciuitate Bari, absque dolo, & malo animo aperiendi, & videndi eas litteras in plico dictæ Iuliæ existentes.

4 Limita secundò, non procedere, quoties, quis aperiret litteras sui aduersarij, suspicans illas aliquam sibi nō leuē perniciem allaturas, quia tūc aperiens, mortaliter non peccaret, *vt ait Rubin. in sua decisione* 60. *cum ibi allegat.*

5 Limita tertiò, in casu, vbi quis litteras sibi ad alium portandas aperuit; secus verò, si eas aduersario dantis legendas tradidit, quia tunc pœna falsi punitur; sed si solùm aperuit eas, & vidit, nec alijs ostendit, tunc puniretur pœna stellionatus Iudicis arbitrio, & extraordinariè, *vt ait Mant. in sua decisione* 25. *de iniur. & Franc. Marc. decisione* 740. *num.* 2. *par. prima.*

6 Limita quartò, non procedere, quando ex rationabili causa, quis aperiret litteras, veluti ad detegendas proditiones, vel si aperirentur litteræ Vassallorū per Superiores eorum, aut per Patres litteræ filiorum, seu per virum illæ vxoris suæ, nam isti non peccarent, *vt ait Riccius in sua decisione Curiæ Archiepisc.* 16. Et ratio est, quia illi prædicti, idest Dominus, Pater, & Maritus, eorum iure in hoc vtuntur, nec per consequens, alicui iniuriam faciunt, *vt ait dictus Viuius in dicta decisione* 62.

ARGVMENTVM.

APERITIO ORIS QVID operetur, & quando illius concessio sit necessaria.

CONCLVSIO CXXII.

1 APERITIO Oris, nota, quòd est necessaria, quando super aliquo negotio reperitur factus Motus proprius Principis, qui audientiam denegat partibus, & Iudici tollit facultatem aliter iudicandi per clausulam Sublata omni audientia, &c. *veluti fuit decisum à Rota in vna Auellina vnionis Merc.* 28. *Iunij* 1595. *coram Gipsio, & Cardin. Seraph. decisione* 764. *num.* 1. Et propterea ea obtenta, aperuit viam Iudici ad iustitiam administrandam, *vt ait Rota dec.* 621. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

2 Declara tamen primò, quòd quando dicta Oris aperitio conceditur, tunc solùm remouet obstaculum illius clausulæ Sublata, & dat facultatem impugnandi gratiam, non autem illam tollit, nec partem adstringit ad narratorum verificationem, nec virtus derogationis tollitur, sed onus probandi ei incumbit, qui gratiam non suffragari allegat, *vt fuit decisum in vna Romana domorum* 29. *Maij* 1595. *coram Orano, cum alijs decisionibus latè adductis in tract. de Clausulis per Martā par. prima, claus.* 154. *num.* 36. *Afflict. decis.* 228. *num.* 13. & 14. & *Rota in Paten. pensionis* 20. *Nouembris* 1609. *coram Cardinali Marcemontio, & in alia Barchinonen. pensionis* 19. *Ianuarij coram eodem, quæ est decisio* 281. *nū.* 6. *in prima par. recent. & in Burgen. pensionis, quæ est apud Marchesanum par.* 1. *fol.* 540. *num.* 5. & *Rota decis.* 8. *num. primo, par. prima in recent. & ibidem dec.* 602. *num. primo.*

Extende, quòd quando dicta oris aperitio conceditur cum reductione gratiæ, aliàs factæ ad viam iuris operatur, vt omnes clausulæ in eadem gratia contentæ, & impedientes audientiam, & iustitiam sint sublatæ, non aliter, ac si eadē gratia fuisset signata cum clausula Prout de iure, *vt ait Rota decisione* 607. *nu. primo, par.* 3. *recent.*

3 Declara secundò, quòd talis gratia de qua agitur, debet reduci ad terminos iuris per allegantem illius nullitatem, quia (vt superius dictum est) aperitio oris, id de per se non operatur, sed tantùm facit, vt ille possit subreptionē, & defectū

ntentionis Papæ aduersus motum proprium allegare, *vt ait Cotta decisione 18. & decis. 105. & Rota in Cæsaraugustana exemptionis 9. Martij 1594. coram Orano, & in eadem 13. Iunij eiusdem anni coram Decano, & in Romana fideicommissi de Veccijs Lunæ 29. Maij 1595 coram Litta, quæ est decisio 8. num. primo par. secunda in recentior.*

4 Quod tamen secus esset, quando Princeps processit per viam declarationis, quia tunc contra dictam declarationem opponi non potest de defectu intentionis, quia illa declaratio nihil de nouo inducit, sed tantummodo ius, quod competebat, manifestum facit, *Rota in Oscen. pensionis 21. Iunij 1601. coram Coccino, & in decisione 281 num. 8. par. prima in recentior.*

5 Declara tertiò, quòd aperitio oris nõ sit concedenda, quando Princeps gratiam alicui concessit plenissimè de negotio informatus, & ex certa scientia, *vt ait illa decisio Cotta 18. incip. Veneris 30 Decembris. Felin. in tractatu Quando littera Apostol. nec. &c. Limit. xj. num. primo, Lambert. de iurepatronat. tertia par. lib. 9. quæst. princip. art. 15. Egid. 746. & 748. Caputaq. decis. 51. par. secunda, & decis. 221. par. 3. & Rota dec. 27. de rescript. in nouis.*

6 Extende prædictam declarationem multò magis procedere, quando gratia fuisset concessa, tàm ex iustitia, quàm etiam ex gratia, *vt dicunt omnes decisiones superius allegatæ.*

7 Subextende primò, quòd neq; isto casu possit, ob illius efficaciã, quia admitti ad probandum contrarium, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 1251. num. 19.*

8 Subextende secundò, quòd illa clausula Sublata, iuncta vna cum ea (& quod de obreptione, & subreptione dari non possit) tollit omnem audientiam Iudicis, non obstante Oris aperitione, *vt fuit decisum in vna Vlixbonen. declarationis Concordiæ Mercurij quinta Maij 1599. coram Iusto, & in Bononien. de Dulphis Lunæ decimanona Iunij 1617. coram Cardinali Caualerio, & prius in Oscen. indulti, primæ Iunij 1598. coram Litta, quæ est apud Marchesanum de commissionib. par. secunda fol. 516 num. secundo, & tertio, & postea in Nullius, seu Aquinaten. Veneris duodecima Maij 1600. coram Litta, quæ est apud dictum Marchesanum dicta secunda parte, fol. 432. & prius in Calagurritana pretensæ confidentiæ Mercurij prima Iulij 1592. coram Penia, quæ est apud dictum Marchesanum in dicta 2. p. fol. 426. num. 1. & sequen. & in alia Calagurritana iurisdictionis 30. Maij 1580. coram de Rubeis, apud d. Marches. ibidem fol. 429. Card. Seraph. dec. 761. & decis. 764. num. primo.*

9 Subextende tertiò, quòd dicta clausula tollat etiam iudicibus iurisdictionẽ aliter iudicandi, *vt ait Put. dec. 50. n. 5. lib. primo, Verall. decis. 154. nu. quarto, par. 3. & millies fuit ita decisum à Rota, & signanter in Sabinen. fructuum dotis 26. Iunij 1606. coram Gregorio Decimoquinto, & in alia Placentina Decanatus x. Nouembris 1595. coram Penia, quæ est apud eundem Marchesanum in dicta secunda par. fol. 441. num. 3. & in Toletana admissionis veneris xj. Ianuarij 1608. coram Penia, quæ est ibidem apud Marchesan. fol. 425. & Card. Seraphin. dec. 351. num. primo.*

10 Subextende quartò, q; clausula illa Sublata, ne dum parti, verum etiam Iudici obstat, quando præsertim coniunctam habeat eam clausulam, & quod de Subreptione, & Obreptione dari non possit, *vt ait idem Card. Seraph. dec. 1020. num. primo, & secundo,* vbi firmat eas debere intelligi respectu quarumcumque personarum, & præcipuè si decretum irritans adsit.

11 Subextende quintò, quòd neq; minus per illam clausulam possit concedi mandatum de manutenendo, neque illud de immittendo, *vt fuit decisum in dicta Vlixbonen. coram Iusto, & in alia Bononien. de Dulphis, coram eodem Card. Caualerio.*

12 Fallit tamen, si disputaretur, an ea dispositio locum haberet, nec ne; quia tũc ea clausula, & decretum irritans manutentionem non impediret, *vt ait Cardin. Seraph. dec. 1471. num. quinto.*

13 Subextẽde sextò, quòd huiusmodi clausulæ operantur, vt contra tenorem pronunciari non possit, *vt fuit dictum in Barchinonen. Prioratus Sanctæ Annæ,*

16. Iunij 1605. coram Card. Marcomontio, quæ est apud Marches. d. par. 2. fol. 435. num. 2.

14 Subextende septimò, q ex illis clausulis præsumitur, quòd Papa voluerit omni casu, etiam de iure omnem litem prohibere, *vt ait Rota in prædicta Placentina Decanatus coram Penia.*

15 Secus verò, quando illa clausula cum decreto irritanti non esset coniuncta, cum altera (& quod de subreptione, & obreptione dari non possit) quia tunc oris aperitionem ea non impediret, *vt fuit dictum in Auellina vnionis Mercurij 28. Iunij 1595. coram Gipsio, & in eadem coram eodem Veneris 15. Decembris eiusdem anni, & in alia Vlixbonen. Præeminentiarum Lunæ 5. Maij 1600. coram Iusto, quæ est apud Marchesanum par. prima de commiss. fol. 286. nu. secundo.*

16 Declara, q qñ est sola illa clausula (sublata) tunc illa intelligitur veris narratis, at secus, quando ei esset iuncta illa (Et quod de subreptione, vel obreptione, &c.) Et ratio istius differentiæ ea est, quia cum gratia Papę (qui omnia potest, & præcipuè in beneficialibus, super quibus ius eminentissimum habet) non possit impugnari, nisi ex capite subreptionis, vel obreptionis, aut ex illius intentionis defectu: Itē cum ipse verbis expressis tollat facultatem parti eam impugnandi, & etiam Iudicibus potestatem aliter iudicandi, vtique dictæ clausulæ aduersus eam venientibus obstabunt, *vt ait Rota in Nullius, seu Aquinaten. 12. Maij 1600. coram Litta, quæ est apud Marchesanum parte secunda fol. 432. num. secundo, & prius fol. 435. & Cardinalis Seraphinus decis. 351. num. primo.*

17 Subdeclara quòd neque poterit de illius intētionis defectu vllo modo dari, nisi prius per Signaturam sanctissimi oris aperitione obtenta, *vt ait Rot. per Card. Seraph. dec. 746. num. primo.*

18 Subextende octauò, quòd neq. Signatura Iustitię; nec illius Præfectus habet facultatem os aperiendi, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 1020, in fine.*

19 Declara tñ primò, q oris aperitio nō sit necessaria, vbi aliqua defensio competere potest ex capite bonæ fidei, siue ex errore facti causatæ; siue ex errore iuris cũ eo facti admixto, *vt ait idē Card. Seraphin. in sua decis. 280. num. secundo;* Secus autem, quando non competeret defensio ex capite bonæ fidei, nec ex alia iuridica exceptione, veluti quia sententia esset iniusta: quia isto casu oris aperitio esset necessaria, *vt ait Cardin. Seraph. ibi sup. in fine.*

20 Declara secundò, quòd si prædictæ clausulæ (sublata,) & (quod de obreptione dari non possit) sint positæ absolutè ad validandam gratiam, tunc sunt generaliter intelligendæ respectu quarumcumque personarum, vndè illæ non solum obstabunt parti; sed etiam Iudici, & præsertim si coniunctum habeant decretum irritans, *vt ait idem Cardinalis Seraphinus in dicta dec. 1020. nu. primo, & secundo.*

21 Subdeclara prædicta procedere, siue gratia emanauerit motu proprio; siue ad instantiam patris, quia aperitio oris in hoc quoque casu dat solùm facultatem impugnandi gratiam, sed alios effectus non elidit, *vt fuit decisum in Pampilonen. Archidiaconatus 19. Maij 1591. coram Cardinali Pamphilio, & in Romana de Gabriellis 19. Nouembris 1595. coram Litta, & in Sutrina Monasterij nona Decembris coram Orano, & in Terdonen. Hospitalis 27. Iunij coram Iusto, & in Seguntina dimidiæ annatæ sexta Iunij 1593. coram Litta allegatæ à Marescotto variarum resolutionum libro secundo cap. 37. num. 69. & deniquè fuit decisum in Parmen. status Ven. 14. Dec. 1629. coram Reuerendissimo Coccino Decano.*

22 Subextende nonò, q si in litteris Apostolicis dicta clausula (sublata) apponatur, tunc ea ligat manus Iudicis, & ei adimit facultatem aliter iudicandi, donec illi per Papam os aperiatur, *vt fuit decisum in Calaguritana Confidentiæ Mercurij prima Iulij 1592. coram Penia, quæ est inter criminales Farinacij decis. 67. num. primo, & apud Marchesanum de commissionib. par. secunda fol. 426. & Card. Seraphin. decis. 351. num. primo.*

23 Rursus subextende id adeò esse verũ, vt propterea Iudices prudentes procedere

non

non soleant, nisi prius per Papam eis os sit apertum, *vt ait Rota in d. Calaguritana coram Penia.*

24 Limita tamen, quòd si à parte de ea coram Iudice non opponatur, processus non annullatur, & per consequens, si sententia post ea feratur, erit valida, *vt ait Bart. in l. eleganter; §. si quis post, ff. de cond. indeb. & Bald. in l. non dubium num. 30. C. de legib. alleg. à Rota ibi sup. coram Penia.*

25 Contrarium tamen, & verius fuit decisum *à Rota in prædicta Calaguritana Confidentiæ* ea sanè ratione, quia illa clausula sublata, &c. præstat impedimentum reale, & inferiori iurisdictionem adimit, & eum ad iudicandum inhabilem reddit, & sic quandocunque de ea opponi potest, *Rota ibi sup. in dec. 67. inter crim. Farinac. num. 3.*

26 Et tenendo hanc secundam opinionē vtiveriorem, extende eam primò in tantùm procedere, vt absque, quòd de dicta clausula aliqua exceptio opponatur processus ipso iure sit nullus; quia ipso iure Iudicis inferioris iurisdictionem tollit, *vt ait Rota Ianuen. decis. 180. incipien. Nomen debitoris num. 8. & Rota ibidem num. 4. coram Penia.*

27 Extende secundò, quòd cum in omni iudicio concursus trium personarum sit necessarius, nempè Iudicis, Actoris, & Rei *cap. forus de verb. signif.* igitur ob eam clausulam nullus Iudex esse potest, cum ei omnis iurisdictio abdicetur, *Rota ibi supra num. 4. in vltimis verbis, & ita dicunt infiniti alij Doctores allegati à Rota in Apruntina beneficij Veneris 14. Februarij 1631. coram Pirouano, & prius per Card. Seraphin. decis. 152. & decis. 266. num. 4. par. 3. diuersor. & in Calaguritana de Oliuerio 28. Ianuarij 1604. coram Penia, & in Placentina Cappella 31. Maij 1604. coram Cardin. Pamphilio, & in Parmen. beneficij 30. Martij 1609. coram Iusto, & in Gerunden. beneficij 26. Nouembris 1622. coram Cardinali Verospio, & prius in Lunana Iurispatronatus 20. Nouembris coram Archiepiscopo Seleucien.*

28 Extende tertiò, quòd quis nunquam censeatur beneficio illius clausulæ renunciare, si verbi gratia in Iudicium tractus, & condemnatus causam super nullitate, & iniustitia sententiæ commisit, *vt ait Rota ibi supra num. 7.*

29 Extende quartò, quòd illius beneficio non censeatur etiam renunciatum, quando verbi gratia causa non super indulto, sed super inualiditate prouisionis alicuius esset commissa; licèt ad effectum, vt causa remaneret in Curia in commissione diceretur, quòd agatur de interpretatione litterarum Apostolicarum, quia id intelligitur respectu executionis dictarum causarum, quæ in Curia melius cognoscuntur, quàm extra, *vt ait Rota in decisionibus mox allegandis.* Secus autem, quando committeretur causa super validitate, seu inualiditate gratiæ, prædictam clausulam habentis, quia tunc huiusmodi commissione beneficio illius clausulæ renunciatum dicetur, *vt fuit dictum in Aretina Cōmendæ 1. Iun. 1587. corā Orano, & in Pāpilonen. Archidiaconatus Vener. 19. Mart. 1593. coram Card. Pamph. quæ est apud Marches. de commiss. p. 2. fol. 424. nu. 2. & 3.*

30 Limita secundò dictam nonam declarationem non habere locum, quando illa clausula (sublata) esset apposita in litteris Apostolicis, quia tunc ea non suffragatur in litteris executionis, quando sunt in forma commissionis, quia illæ sunt executioni demandandæ quicquid sit post earum executionem sequutam, *Rota in Terraconen. Decimarum 8. Octobris 1576. coram Oriolen. allegata in alia Portugallen. dismimbrationis fructuum Lunæ 16. Iunij 1595. coram Cardinali Blanchetto, quæ est apud Marches. de commissionibus par. prima fol. 355. num. 3.*

31 Declara prçterea, quòd clausula (sublata) accessoria recipit omnes conditiones, quas ercipit clausula principalis, cui adhæret, & ea corruit, nisi sit iniuncta altera clausula (Et quod de subreptione dici non possit) *vt fuit dictum in Calaguritana Iurisdictionis de mense Octobris 1580. & in pluribus alijs, vt fuit dictum in Noualien. Canonicatus 12. Februarij 1593. coram Cardinali Pamphilio, quæ est apud Marches. parte prima fol. 451. & in Calaguritana Iurisdictionis 30. Maij. 1580. coram Rubeo, quæ est apud eundem Marches. ibi sup. fol. 429. num. 2. de commiss.*

32 Exten-

32 Extende, quòd etiam dicta clausula (sublata) in fine Orationis posita ad totam Orationem se refert, *vt ait Rota in Placentina pensionis Luna 8. Martij 1596. coram Penia, quæ est apud Marches. par. secunda de commission. fol.* 482. *num.* 4.

33 Declara vndecimò, quòd prædictæ duæ clausulæ, nempè illa (sublata) & (Quod de subreptione, & obreptione dici non possint) liberant à iustificatione litterarum, *vt fuit dictum in Pampilonen. Archidiaconatus Veneris* 19. *Martij* 1593. *coram Cardinali Pamphilio, quæ est apud Marchesanum de commissionibus parte secunda fol.* 424. *num. primo, & in alia Aquinaten. seu Nullius beneficiorum* 16. *Decembris* 1605. *coram Cardinali Marcomontio, quæ est apud dictum Marchesan. fol.* 436. *num. primo par. secunda*.

34 Declara duodecimò, quòd prædicta clausula (sublata) obstat, tàm principali, quàm etiam fideiussori, & præsertim quando fuisset additum, quòd de subreptione dari non possit, licèt non essent simul iunctæ istæ duæ clausulæ, sed benè in eadem legerentur supplicatione, *vt fuit dictum in Placentina pensionis Luna* 8. *Martij* 1596. *coram Penia, quæ est penes Marchesan. fol.* 482. *par. secunda, Emilian. cons.* 100. *num.* 8. *Cotta decis.* 18. *& decis.* 103. *Put. decis.* 311. *lib.* 3. *Iason in l. fin. num.* 3. *ff. quod quisque iuris Sotin. cons.* 18. *num.* 38. *lib.* 3. *& Rota in Calaguritana Iurisdictionis* 3. *Maij* 1580. *coram de Rubeis*.

35 Et ratio illius declarationis ea est; quia omnes qualitates expressæ in obligatione principali censentur repetitæ in fideiussione, *vt fuit dictum in Placentina pensionis coram Penia*.

36 Subdeclara tamen primò, quòd per dictam clausulam Papa enormiter læsis præiudicare non intendit, quia illæ clausulæ prædictæ ponuntur benè fauore supplicantis; sed non vt tertio præiudicent, *vt fuit dictum in Romana aperitionis oris Veneris* 8. *Martij* 1613. *coram Cardinali Sacrato, quæ est apud dictum Marchesanum ibi supra fol.* 439. *num. secundo, & in alia Toletana admissionis Veneris xj. Ianuarij* 1608. *coram Penia, quæ est apud eumdem Marches. fol.* 425.

37 Subdeclara secundò, quòd Papa per eã clausulam solùm intendat tollere friuolas exceptiones, & malè fundatas prætensiones ad instar alterius clausulæ appellationem prohibentis, quæ intelligitur de friuola, *vt ait Rota decis.* 361. *num. secundo par. prima in recentioribus*. Secus autem vbi essemus in clausula appellatione remota, cuius enim vigore sententia lata illius rem iudicatam operatur, *vt ait Rota decis.* 739. *num. primo par.* 3. *recentior.* Licèt sit benè verum, quòd ea non operatur notorio grauamine concurrente, *vt ait Rota decis.* 117. *num. primo in fine dicta* 3. *parte recentiorum*.

38 Subdeclara tertiò, quòd ea clausula non tollit vnquam priuilegium de iure speciali competens, *vt ait Card. Seraph. dec.* 1293. *nu.* 9.

39 Subdeclara quartò, quòd clausula huiusmodi (sublata) vltima priori derogat, *idem Cardin. Seraphinus decis.* 510. *num.* 7.

40 Subdeclara quintò, quòd dicta clausula (sublata) accipit semper conditiones rescripti, vbi posita fuit, *vt ait Rota in Vrgellen. Canonicatus* 30. *Octob.* 1592. *coram Cordinali Blanchelto, quæ est apud Marchesanum par. prima fol.* 272. *num.* 3.

ARGVMENTVM.

APOCHA PRIVATA QVID SIT quando probet, & quando non, & ad hoc vt probet quænam sint necessaria.

CONCLVSIO CXXIII.

1 APOCHA nota, quòd dicitur cautio solutæ, vel datæ pecuniæ, qua creditor se à debitore pecuniam accepisse testatur, *vt toto titulo, C. de apoch. public. lib. x. & l. plures, C. de fid. Instrument. & l. fin. S. Titius, ff. de condit. indeb. & ibi Doctores*.

2 Apocha autem differt ab acceptilatione, quia per acceptilationem omninò liberatio contingit; licèt pecunia non

non sit soluta; Apocha verò id non operatur, nisi ea soluta, *vt ait Vlpianus in l. si acceptolatum 19. §. finali, ff. de accept. & ibi Doctores.*

3 Huic opponitur antapocha cautio, qua debitor apocham recipiens creditori se persoluisse testatur, quæ quidem antapoca nota, quòd dicitur illud scriptum, quo quis debitor testatur se redditum illius anni Domino persoluisse, *vt est text. in l plures, C. de fide Instrumentor.*

4 Item apocha priuata illa dicitur, quando de rogitu Notarij non constat, *veluti fuit dictum in vna Salamantina Iurisdictionis 11. Martij 1577. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressi. decis. 320. num. primo.*

5 Rursus nota, quòd ea valdè quoque differt à publica, & propterea illa tamquàm non multum legibus in confidentia non probat pro scribente, *vt ait Magon. decis. Florent. 122. num. secundo, idem in decis. Lucen. 15. num. secundo, Rota decis. 181. par. prima nouissim. Cardinal. Seraphin. & Gregorius Decimusquintus decis. 273. num. 6. Rota decis. 139. num. primo par. secunda in recentioribus, Boer. decis. 105. & Rota Genuen. decis. 170 174 & 180. & decis. 111. par. secunda recentior. & decis. 515. num. 21. par. prima recentiorum, Afflictus decis. 181. Verallus decis. 185. parte secunda.*

6 Licèt secus sit in illius odiū, quia tunc nedum contra scribentem probat; sed etiam contra illius hæredes, quamuis sit sine testibus scripta, *vt ait Rota per Gregorium in decis. 328. num. secundo, & decis. 650. num. primo parte prima in recentioribus, & Surdus. decis. 267. num. secundo; & ita fuit dictum à Rota in Anconitana bonorum Veneris 4. Iulij 1614. coram Manzanedo;* Secus tamen esset, quando scriptura esset in forma memorialis, quia ea tunc non probat contra scribentem, neque illum obligat, licèt tunc videatur vim confessionis extraiudicialis habere, vel saltem adminiculum Iudicis arbitrio inducere, *vt ait Card. Seraphin. decis. 373. num. 1. & seqq.*

7 Et rō prædictæ extēsionis est, quia vna scriptura, quē probat cōtra vnū, pbat etiā contra alium habentem causam ab eo, & præsertim, quando essemus in hærede, qui tenetur seruare factum defuncti, necnon illius conscientiam exonerare, *vt ait Rota decis. 464. num. secundo par. secunda in recentioribus, & decis. Genuen. 196. & Gregorius dicta decis. 328. num. secundo, & Rota decis. 776. num. xj. par. prima diuers.*

8 Contrarium tamen, si essemus in recognoscente scripturam, quia illius recognitio non nocet tertio, à confitente, seu recognoscente ius habenti, *vt ait Magon. decis. florent. 122. num. 13. & Surd. decis. 312. num. secundo,* vbi ait, quòd scriptura priuata litterarum comparatione iuuata, contra tertium non probat.

9 Sed tenendo primam opinionem, extende eam multò magis procedere, & sic contra tertium scripturam priuatam probare, vt puta si esset mercatorum, vel similium, *idem Magon. dec. Lucen. 5. num. 18. & decis. 126. Genuæ in antiq.*

10 Subextende primò idem procedere, quando apocha esset à tertio scripta, sed ad eo subscripta, quia tunc contra scribentem probat, & idem est, ac si tota esset à subscribēte scripta, *Rota dec. 650. num. primo par. prima recentior. & decis. 47. num. 4. apud Statil. & Barz. decis. 21. & 36. Rota Bononiæ, Rota decis. 550. par. 4. nouissim. Gabr. conclus. 3. de præscript. num. primo, Menoch. cons. 313. num. 48. & Cardinalis Seraphinus decis. 973. num. primo, & fuit dictum in Hidruntina pecuniaria 13. Nouemb. 1620. coram Vbaldo, & in Fauentina census 2. Maij. 1622. & denique in Romana testamenti, Lunæ 9. Decembris 1624. coram eodem Vbaldo.* Veluti quoque pari modo probaret, quando apoca scripta de manu alterius non esset subscripta ab interesse habente in negotio, si tamen de illius commissione constaret legitimè; quod non sequeretur, si per vnicum tantum testem de illius mandato appareret, *Benintend. decis. 70. num. 5. & Grat. dec. 114. num. 8. & seq.*

11 Subextende secundò pari modo sufficere, quòd sit ab eo scripta, licèt non ab eodem subscripta, *vt ait Surdus in sua dec. 187. num. 5.*

12 Sub-

12 Subextende tertiò quoque procedere ad fauorem absentis, pro quo apocha probat, & præsertim de æquitate Canonica, & stante probationis difficultate, siue si esset aliundè adminiculara, & cœtera concurrerent, de quibus *à Rota per Cardinalem Seraphinum dicta decis. 373. num. 4. & 5. & Rota Genuen. dec. 197. ferè per tot.*

13 Et sic igitur hic erit firmanda conclusio, quòd nemo est, tàm priuilegiatus, vt propterea sit standum scripturæ propriæ ad sui fauorem, *vt ait Rota in Monestarien. Cappellæ Mercurij 10. Martij 1604. coram eodem Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 159. numero 3.*

14 Extende, quòd immò esset calumniosum eam in fauorem scribentis admittere, *vt fuit dictum à Rota in Tudertina dotium mox allegandæ coram Manzanedo.*

15 Fallit tamen primò, si ea verisimilia contineret, *vt ait idem Greg. Papa XV in decis. 273. num. 7.* Et ratio est, quia confessio verisimilis facilè pro scribente probat, *vt ait Surd. decis. 325. num. 6. Rota decis. 803. num. primo, & seq. par. prima diuersor. & ita fuit quoque dictum in Reatina fructuum census 6. Iunij 1610. coram Cardinali Lancellotto iuniore, & facit decisio Card. Seraph. 373. num. 5.*

16 Fallit secundò, quando ea aliquibus adminiculis iuuaretur, *vt fuit dictum in Tudertina Dotis, Lunæ 6. Iunij 1605. coram Manzanedo; quæ est dec. 139. par. secunda in recentior. idem Card. Seraph. ibi supra.*

Fallit tertiò in mercatoribus merciariorum, pro quibus in vim eorum statuti sub capitulo 21. datur fides eorum libris contra tertium, vsq. ad summã scut. sexaginta, etiamsi tertius non sit de arte, quod tamen intellige pro toto computo, non autem pro qualibet partita, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. dec. 267. nu. secundo.*

Secus autem in libris aliorum mercatorum, qui regulariter non probant pro tertio contra tertium, cum res inter alios acta tertio non præiudicet, *vt fuit dictum in Ciuitatis Castelli census 2. Decembris 1624. coram Pirouano, & prius in Romana Redditionis rationis 14. Decembris 1618. coram Cardinali Sacrato,* Et eò magis quando tales libri ea continerent, quæ ad officium scribentis non pertinerent; quia tunc illis non creditur, *vt ait Rota decis. 766. nu. 3. par. 3. recentior.*

Licet secus, quando adminicula concurrunt, *Rota decis. 375. num secundo & decis. 707. num. 3. parte prima diuersorum, & decis. 650. num. 2. par. prima in recentioribus, & in dicta Ciuitatis Castelli census 12. Maij 1617. coram Cardin. Verospio, & per Buratt. dec. 119. nu. 2. & dec. 199. num. 2.*

Declara tamen, quòd etiam sine adminiculis probant, quando non agitur, vt quis coueniri posset; sed ad ostendendum solùm illud factum, quod continetur in partitis, ita se habere, *vt ait Card. Mantica decis. 144. num. secundo, & Gregorius Decimusquintus decis. 362 num. 6.*

17 Extende prædicta multò magis procedere, quando scribens, seu subscribens apocam priuatam promitteret omnia contenta in scriptura obseruare, *vt fuit dictum in illa Ciuitatis Castelli lucri Dotis coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 328. num. primo, & est decisio 108. num. 3. par. prima recentiorum.*

18 Subextende illud in tantum esse verum, quòd neque producens potest amplius illam impugnare, sub eo prætextu, quod ea non sit in forma probanti, *vt ait Rota decis. 419. num. 5. dicta par. prima recentiorum, & prius decis. 249. num. 6. & in secunda par. decis. 274. num. 12. Surd. decis. 199. & decis. 267. & Rota per Burattum in sua decis. 381. & ibi per addentem sub num. xj. vbi infinitos Doctores allegat, & ibidem de magis communi, & veriori opinione testatur Surd. decis. 268. num. primo, & Rota decis. secunda de fid. instrumentorum in no. & per Coccinum decis. 450. num. secundo, & in Monopolitana Hebdomadæ 5. Decembris 1614. coram Cardinali Verospio, & in alia Monopolitana beneficij, seu Cappellæ. 6. Iun. & xiv. Nouembris 1622. coram Merlino, & est decis. Ofasch. 39. num. 23. & seq.*

Contrarium quamuis multi teneant, nem-

nempè scripturam informem producenti non præiudicare, quin illam possit impugnare sub eo prætextu, quòd eatenus productio noceat, quatenus scriptura probet, & non alias, *vt dicunt Afflict. decis. 25. nu. 5. & seq. Caputaq. decis. 199. par. prima, & Rota decis. 159. num. primo par. secunda diuersorum & per Gregorium decis. 432. num. 4. & in Illerden. Canonicatus 19. Aprilis 1624. coram Pirouano, & cæteri Doctores allegati ab addente ad decisiones Buratt. 381. sub num. 11.*

Concordari possunt prædictæ opiniones hoc modo iudicio meo, nempè vt prima procedat, quando productio fuit facta simpliciter de aliqua scriptura; secunda verò per viam compulsus, quia tunc non prohibetur producens, posse eam impugnare de nouo, ita vt sibi in præiudicialibus non noceat, quamuis tamen ista cautela producenti non suffragetur, nisi quando essemus in scripturis alienis, ar secus in proprijs, *vt dicunt Doctores allegati à Beltramino in addit. ad decis. Gregorij 238. sub num. 15. vbi allegat Verall. decis. 93. num. 5. par. prima, & Rota penes Marchesan. de commissionibus tomo primo, fol. 141 in vna Militen. Abbatia coram Gipsio, & in Auellina Vnionis x. Innij 1599. coram Corduba, & in Romana repetitionis indebiti 25. Iunij 1607. coram Penia.* Veluti eodem modo prædicta cautela per compulsum non suffragaretur, quando quis in scripturis productis eius intentionem fundaret, quia tunc valeret ea regula, vt quis non possit in aliqua scriptura se fundare, nisi etiam illam contra se approbare patiatur, *vt fuit dictum in Anconitana compulsorum 9. Decembris 1616. coram Cardinali Verospio, Ofasth. decis. 38. num. 29. & Rota Ianuen. dec. 72.*

19 Fallit tamen, veluti si essemus in casu, vbi fuisset scriptura producta ab eo, contra quem agitur pro aliquo debito; quia tunc ea illi non præiudicaret, si fuit producta non animo confitendi debitum, sed ad effectum puta interpellandi releuatorem tantùm, vt in se susciperet necessariam defensionem, *vt ait Rota per Cardin. Seraphinum dec. 946. num. secundo*

20 Extende igitur primò, quòd apoca priuata non plus operatur, quàm viua vox scribentis in præiudicium tertij, at secus in illud sui ipsius, *vt ait Magon. decis. Florent. 12. num. 16. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 727. num. x.*

21 Extende secundò, quòd scilicet apoca priuata tertio non noceat, quando non est à partibus subscripta, & testibus non sit munita, *vt ait idem Magon. decis. Lucen. sub num. x.*

22 Subextende primò, eò magis procedere, si ea sit sine die, mense, & anno, & in forma memorialis facta, vt superius diximus, quia tunc ea contra scribentem non probat, neque illum obligat; & ratio est, quia scriptura non est modus inducendæ obligationis, sed benè præsumptionem obligationis inducit, & sic potest ea deseruire ad probandum, sed non ad obligandum, secus tamen si illi aliquod admininulum, quod Iudici videatur sufficiens iungatur, & præsertim id eo casu haberet locum ad fauorem absentis de æquitate canonica, & stante difficultate probationis, & attenta qualitate scribentis, ac materia subiecta, Immò tunc ea etiam vim confessionis haberet parte absente facta, & præsertim vbi scriptura fuisset senio confecta, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 373. per totam, & decis. 548. lib. 3. diuersorum, Seraphinus de priuileg. iur. priuileg. 77. num. 67. & Scacc. de iudic. caus. ciuil. cap. x. nu. 77.*

23 Subextende secundò illud in tantum esse verum, vt proprerea non subscribens apocam conueniri non possit, *vt fuit dictum in vna Bononien. de Scappis Luna 30. Martij 1615. coram Remboldo, quæ est in secunda par. recent. dec. 671 num. 4.*

24 Fallit tamen veluti si esset facta de mandato vtriusque partis, confecisse, quæ si scribens nullum interesse habeat, plenè probat, etiamsi ab vna parte tantùm fuerit subscripta, *vt fuit dictum in vna Terentiana Matrimonij Lunæ 28. Iunij 1593. coram Gipsio, quæ est inter crimin. Farinacij decis. 73. num. primo, & Gratian. decis. 63. num. quinto,* vbi ait scripturam priuatam per auctorem posse probari, *& decisione 120. num. secundo inter*

inter crimin. Farinac.

Et prædictam Fallentiam extende sine difficultate transire, ex vi statuti Vrbis *lib. 1. cap. 83.* cuius enim dispositione apocha, sine causa consule, mense, die, anno, & loco, probat, quamuis tñ *Rota in Romana hæreditatis de Agazarijs, Lunæ xj April. 1622. coram Remboldo*, dicat quod si causa non sit specifica in contractu mulieris, & minoris, siue si esset nimis generalis, tunc ea actio ex illo contractu esset inefficax ad petendum, & sic licèt id videatur tendere contra statutum Vrbis *in dicto cap.* 83. vbi disponit apocham, absque intẽtione alicuius causæ probare; Nihilominus dico ego, quòd statutum loquitur non in obligatione minoris, & mulieris, vbi causa debet esse specifica, veluti latè dixi in *conclus. 86. nu. 26. cum seqq.* ex ea ratione, quia causa in contractu mulieris, & minoris est fundamentum decreti Iudicis, & propterea si ea cessat, illius decretum quoque corruit; at secus, quando essemus in contractu illius, qui sit ætate maior; quia tunc sibi est imputandum, si in obligatione causam non expressit, cum non ita facile sit eũ, veluti minorem, & mulierẽ decipere; Nam illi regulariter, ob eorum facilitatẽ, quæ quæ vident ignorant, veluti quoque opus esset diem consulem locum, & similia in contractu maioris apponere in instrumento cellebrato, cum ea sint substantialia ad instrumentum necessaria, & quibus cessantibus illud quoque corruit *Rota per Coccinum decisione* 101. *num. duodecimo.*

Declara tamen, quòd illud statutum Vrbis *lib. primo, cap.* 83 *&* 85. *de apocis exequendis*, dicitur ordinatorium, & ideò vti tale in foro Capitolino solùm venit seruandum, at secus, si esset decisorium, quia tunc vbique seruaretur, *vt fuit dictum à Rota in Sabinen. dotis coram Cardinali Sacrato, quæ est penes Marchesan. par. secunda, fol.* 32. *num.* 2. *de commiss.*

Extende prætereà, quòd neque tempus in apoca est necessarium, etiam extra terminos statuti prædicti, quando ius non esset in tempore, *vt ait Rota decisione* 739. *num. secundo, par. tertia recentior.*

25 Extende tertiò, prædicta, multò magis procedere, quando dicta apocha non esset recognita, quia tunc vti incerta non probat ad fauorem scribentis, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 767. nu. 56. & Rota decis. 114. inter crimin. Farinac. num. 5. & Rota decis. 158. num. 7. par. 2. recent. & est decisio 209. num. 8. apud Statilium Pacif. de Saluiano in tertio dicto, & Cardinal. Seraphin. decis. 1088 num. 3. idem Gratian. decisione 111. nu. 11. & Rota decis. 203. num. 2. penes Cincium de censibus, & dec. 452. num. 1. par. 3. recentior.*

26 Et ratio est, quia ad hoc, vt scriptura dicatur esse in forma probanti, requiritur, quòd su erit compulsata auctoritate iudicis, & citata parte, necnon præuia illius recognitione, *vt ait idem Grat. dicto lib. 4. discept. cap. 736. num. 18. & Rota decis. 416. num. 2. par. 2. recent.*

27 Fallit tamen, quando dicto tempore illius productionis, nihil de recognitione fuerit oppositum, quia tunc ea non esset amplius necessaria, *vt fuit dictum in Lucana Parochialis Lunæ 12. Maij 1603. coram Penia, quæ est decisio inter crimin. Farinac. 195. in vltimis verbis, & facit decis. Veral. 117. par. 3. & dec. 366. n. 1. inter dictas crimin. Farinac. & Vrsill. ad Afflict. dec. 181. sub num. 7. & Rota coram Buratt. dec. 347. n. 5. & seqq.*

28 Et ratio est, quia apocham priuatam, quis approbare censetur, quando non contradicit, & præsertim, si eam sæpius in manibus habuisset, *Surd. dec. 199. nu. 9. & Rota per Burattum decisione 539. num. primo.*

29 Contrarium licèt dicat *Gratian. lib. 5 discept. c. 944. n. 28.* vbi ait, quandocunq. opponi posse de non recognitione, etiã post sententiam in allegationibus iuris, *& Rota per Card. Seraph. dec. 1407. nu. 3. & per Burat. d. dec. 347. num. 8.*

30 Sed ad hoc nota, quòd apocha benè recognita, tunc non dicitur, si testes non dicant eam vidisse scribere, & illius confectioni interfuisse, & iste est verus modus recognoscendi apocham de rigore iuris, *vt fuit vltimo loco resolutum in Romana discussionis bonorum Vener. 26. Iunij 1630. coram Reuerendissimo Coccino Decano, & decisione 192. num. 2. par. 3. recen. idem ait Achil. de Graff. decis. 193.*

ſiue 2.*de fide inſtrum.* & ſic igitur, quãdo teſtes deponunt de præſentia in confectione apocę, tunc plenè probãt, *vt ait Afflict. in dec.* 181.*n.*8.*& Gram. deciſ.*84. *idem ait Ann. in allegat.*84. *par.*1. *cum quibus concordat deciſio Marta Rota Piſane* 45. *Theſ. quæſt.* 24. *num.* 5. *Granut. Theor.* 15. *ferè per totum, Mart. voto* 45. *Menoch. de arb. caſu* 114. *nu.* 22. *Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ.* 7. *nu.* 17. *cum ſeq. Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 70.*&* 80. *& ibi multas deciſiones Rotæ allegat.*

31 Contrarium licèt pluries tenuerit Rota Romana dicens ſufficere, ſi teſtes deponant ſe notam manum habere, quia tali modo deponendo recognitionem probant, *vt pulchrè teſtatur Rota in deciſ.* 124.*par.* 2.*diuerſor. Acchil. de Graſſ. deciſ.* 2. *de fide inſtrum. Paleot. deciſ.* 173. *Peguer. deciſ.* 273.*& Rota per Burat. dec.* 144.*num.* 27. *& ſeq. & dec.* 658. *num.* 1. *& prius in deciſ.* 582. *num. quinto, & Rota deciſione* 330.*num.* 7. *par.* 1. *in recentior. & in Bononien. de Manzolis* 13. *Mart.* 1629. *coram Remboldo, & prius in alia Romana cenſus* 17. *Dec.* 1627. *coram Merlino.*

32 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat ſtricto modo, & de iure loquendo. Secunda verò de ſtylo Curiæ Romanæ, quando alia adminicula concurrant, *vt teſtatur eadem Rota dec.* 570 *par.* 1. *diuerſ. & Saluſt. Tiber. in ſua praxi cap.* 33. *num.* 10. *lib.* 1. *& Riccius in ſua collect.* 774. *par.* 4. *& Theſ. filius in ſua dec.* 24. vbi hanc materiam mirificè pertractat, & de prędicto ſtylo Vrbis in recognoſcenda apocha, per habentes notam manum vltimo loco teſtata fuit, *Rota in Romana diſcuſſionis bonorum Mercurij* 26. *Iunij* 1630. *coram Coccino*, vbi ait, id ſecus eſſe attento iuris rigore.

Item, quòd Rota etiam non approbet eam recognitionem per habentes notã manum, niſi etiam adminicula concurrant, *fuit ſignanter dictum in Romana pecuniaria* 5. *Maij* 1627. *coram Dunozetto*. Sed quando adminicula concurrunt, tunc non eſſet opus, vt teſtes dicãt habere notam manum, & fuiſſe præſentes ſcripturæ, *vt fuit dictum à Rota in illa Romana pecuniaria coram Dunozetto, & per Buratt. deciſion.* 291. *nu.* 15. *& dec.* 330. *n.* 6. *& per Greg. dec.* 389. *n.* 2. *& in addit. n.* 6. *& Rot. dec.* 303. *p.* 1. *in recen.* Imò notandum eſt, quòd ſufficit, ſi adminicula ab extra prouenirent, *vt ait Rota ibi ſupra, & melius Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *glo.* 3. *par.* 7. *nu.* 23. *&* 24. *cum alijs ibi per eum adductis, & Rot. per Buratt. dec.* 624. *n.* 2. *cum ſeqq.*

33 Licèt ſit benè verùm, quod recognitio per comparationem aliquid operatur: etiam quòd dicta teſtium vrgeant in contrarium, *vt ait Magon. dec. Lucen.* 17. *& Ricc. in ſua collect.* 350. *par.* 2.

34 Declara, q; nec illo primo caſu vera identitas probatur illius apocæ, licèt teſtes dicant vidiſſe debitorem ſubſcribere; & ratio eſt, quia adeò creuit malitia hominum in imitanda manu, quòd vix dignoſci poteſt manus imitata ab imitante, & ob huiuſmodi rationem feci ego abſolui à præſumpta falſitate vnum Amicum, pro quo ſcripſi coram Domino Venturello de Venturellis, tunc temporis Illuſtriſſimi D. Auditoris Cameræ in criminalibus Locumtenen. & pro hoc facit *deciſio Surdi* 137. *num.* 8. *idemque ait Gratian. lib.* 5. *diſcept. cap.* 973. *num.* 5. *& deciſ.* 156. *& ibi in addit. num.* 2. *vbi plures Doctores allegat, Grammat. deciſ.* 84. *num.* 15. *& Card. Seraph. deciſion.* 1163. *& Rota in Auenionen.* 1560. *coram Oradino, & coram Oriolen. in Barchinonen. Matrimonij* 31. *Ianuarij* 1565. *& in Valentina Mercedis* 3. *Iun.* 1602. *coram Cardinali Lancellotto, & plures deciſiones in hoc adducit Mareſcot. variarum reſolut. lib.* 1. *cap.* 79. *&* 80. *per tot. Ioſeph. Ludou. deciſione Peruſ.* 7. *num.* 17. *Grammat. in ſuo Theoremat.* 15. *& Franciſc. Marc. deciſione* 935. *in vltimis verbis par. ſecunda*, vbi propterea dubitandum reliquit, an ſcriptura priuata continens libellum famoſum faciat inditium ad torturam ſufficiens, licèt dicat, quòd ſic quando eſt facta comparatio literarum; ſed non figit pedem. Et pro prædictis facit *dicta deciſio Ioſeph. Ludouic.* 7. *num.* 17. *cum ſeqq. Rotæ Peruſ. Granut. in ſuo Theorem.* 15. *per totum, Menoch. de arbitr. iud. caſ.* 114. *n.* 22. *& Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 79. *&* 80. *per totum. & ibi plures deciſiones Rotæ alleg.* Sed id fallit in Vrbe, ob eam rationem, quam inferius dixi ſub *num.* 47.

Licèt

35 Licèt videatur sentire contrarium in famoso libello, *Thom. Triuisan. decisione Venet. 52. parte secunda allegata à Riccio in dicta collectanea 350. propè medium par. 2.*

36 Sed quòd non sufficiat comparatio ad condemnandum, ob rationem prędictam, *ait Afflict. decis. 181. num. 7.* Et quę requisita in hac cōparatione sint necessaria, tradit *Auditor Perus. decisione 7. allegata à Riccio ibi supra*, & fuit latè deductum in materia recognitionis iurium per comparationem manus à *Rota in vna Nouarien. bonorum 26. Iunij 1628. coram Coccino Decano*, vbi præcipuè fuit dictum tria requisita esse necessaria, *iuxta text. in l. comparationes, C. de fide instrumentorum*. Et primum est, quòd iuramentum fieri debeat peritorum, à quibus comparatio erit fienda, necnon scriptura certa, ad quam fieri debet, & vna diligens examinatio eorundē peritorū, & peritimet etiā iurare tenentur, nulla spe lucri, neque prece, neque pretio, vel odio, neque amore ducti comparationem facere, & ita de forma debent interrogari tales periti, *veluti dicunt Doctores allegati in d. Nouarien. bonorum coram Coccino*. Secundum requisitum illud erit, quòd scripturæ, cum quibus est fienda comparatio, sint certę, & quomodo in hoc certitudo depręhendi possit, docet *tex. in d. l. cōparationes, & Menoch de arb. cas. 114. n. 29.* & non refert, quod scripturæ non sint publicæ, dummodo tamen habeant subscriptionem trium testium, *iux. l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.* Qui quidē tres testes, vel saltem duo in iudicio deponere debent illas scripturas à tali fuisse scriptas ipsis præsentibus, & postea subscribentibus. Potest deinde huiusmodi certitudo haberi ex scripturis per aduersarium, siue expresse, siue tacitè, nępè per productionē confessatis; Item dicta certitudo ex illis scripturis deducitur, qui bus ex Statuto, vel consuetudine plena fides sit adhibenda; Veluti eodem modo certitudo habetur ex illis scripturis in Archiuio publico existentibus. Animaduertendo, quòd de huiusmodi scripturarum certitudine constare debet in iudicio coram Iudice ordinario, non autem extra, & coram peritis electis, vt animaduertit *Menoch. in dicto casu 114. num. 29.*

Tertium requisitum illud erit, quòd periti diligenter inspiciant singulas litteras, siue elementa, dictiones, & elementorum, atque verborum tractus, & signa cum similibus, & debent eorum relationem facere in scriptis, vel eam in actis scribi curare, nec debent esse partibus suspecti; licèt sit benè verum, quòd Iudex, si velit poterit solus comparationem facere, licèt erit tutius, si duos peritos omni exceptione maiores quoq. adhibeat, cum vnus tantūm nō sufficiat, *ait Ricc. in dec. Arc hiep. Neap. 193. Mising. obser. 34. cent. 6.* & pręsertim in criminalibus, in quibus non creditur vni quātumuis perito, *l. hac edictali §. his illud, C. de secun. nupt. & ibi DD.* secus autem quando duo haberi nō possent, quia tunc vnus sufficeret, *vt fuit exactè deductum à Rota in d. Nouarien. bonorum coram Coccino Decano.*

Præterea erit animaduertendum, quòd petens comparationem fieri, nedum tenetur iurare de calumnia in causa principali; verum etiam in indiuiduo, quando recognitione per comparationē vti velit, & deinde iurare debet aliū modum recognoscendi nō habere, quę quidem duo iuramenta ex parte petētis cōparationem requiruntur de necessitate, & forma, *veluti dicunt Doctores allegati in dicta Nouarien. bonorum coram Coccino*, quos per te melius videre poteris, quia mihi sufficit hęc omnia sub hac verborum breuitate dixisse.

Rursus notandum erit, quòd à Iudice parte citata, siue de illius consensu sunt eligendi periti, aliàs dicta comparatio nō valeret, nullamque fidem mereretur, *vt ait Ruin cons. 79. num. 4. vers. Nec etiam dici potest, lib. 4. Natta cons. 632. Menoch. de arb. casu 114. nu. 26. Vulpel. cons. 135. per tot. & Farinac. cons. 70. n. 15. & cons. 108. num. 37.*

Quinimò extēde ꝙ talibus testib. pōt fides adhiberi, si illis per fenestras, & cancellos scriptura ostēdatur, qn̄ valdè notam manum alicuius habebāt, *iux. cons. Alex. 181. n. 4. in fi. lib. 2. & Vrsil. ad Affl. dec. 181. n. 3. alleg. à Rot. dec. 192. n. 3. p. 3. rec.*

37 Extende pręterea, quòd neque tollitur suspicio antidatæ, si ea non recognoscitur per testes, qui in ea se subscri-

pſere, *vt ait Rota penes Cincium de censib. dec. 253. num primo, & fuit dictum in Romana domus Veneris 14. Decemb. 1635. coram Vbaldo, quæ eſt apud Statil. de Saluiano dec. 170. n. 1. & per Card. Caual. dec. 492. num. 2.*

38 Sed nota, quod illi debent eſſe tres ſubſcripti, & illorum ſubſcriptionem recognoſcere tenentur, *vt ait Surd. dec. 71. num. 1. & Ricciùs in ſua collectan. 350. par. 2. & eſt tex. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pig. hab.*

39 Aliàs, ſi apocha illa non eſſet trino teſte ſignata; ſiue non eſſet publica, aut de Archiuio publico ſumpta, tunc litteratum comparatio fieri non poſſet, *Magon. deciſione Lucen. 17. nu. 5. melius Afflict. deciſ. 181. num. 6.* & ratio eſt, quia ad hoc, vt ad huiuſmodi comparationem deueniri poſſit ſcriptura, debet eſſe indubitata, *idem Afflict. ibidem nu. 5. & ſequen.*

40 Et ſic ex his tribus modis ſecurior erit ille, quando apocha eſt trino teſte ſignata; quia facilius contrafit ſcriptura vnius, quàm plurium, *vt ait idem Afflict. dicta deciſione 181. num. 6.* dummodo duo eorum ſubſcriptionem atteſtentur, aut probent per comparationem dictas ſubſcriptiones eorum manu fuiſſe confectas, *vt ait Afflict. ibidem num. 6.* & de hac materia antidatæ, vide omninò *Ioan. Dominic. Gaitum in ſuo tract. de credito cap. 2. tit. 8. per totum*, vbi multa notanda inuenies circa *l. ſcripturas, C. qui pot. in pig. hab.*

41 Subextende prædicta, eò magis procedere, quando valdè ſuſpecta eſſet ſcriptura antidatæ, *vt fuit deciſum in Romana domus Veneris 4. Decembris 1615. corã Vbaldo, quæ eſt deciſio 694. num. 1. par. 1. in recentior.*

Sed hic non erit prætermittendum dicere, quòd quando antidata probatur, tunc ea in illius odium ſcripturam annullat, etiam ſi ſcriptura ſit priuata, *vt ait Franciſc. Marc. deciſion. 655. num. tertio, & deciſione 671. & dec. 673. & deciſione 702. & 739. parte prima, cum alijs allegatis à Farinacio in ſuo tractatu de falſitate, & ſimulat. quæſt. 150 num. 99. & facit deciſio Coccini 44. num. ſecundo.*

42 Declara præterea, quòd licèt apocha ſit recognita; non tamen executionem paratam, ſicut Inſtrumentum publicum meretur, *vt ait Magon. deciſ. Lucen. 15. num. 3.*

43 Sed ſolum ſemiplenè probat, quod tamen ſubdeclara procedere, quando ſumus in apocha ſine teſtium ſubſcriptione, ſed tantum per comparationem approbata, *vt ait idem Afflict. ibi ſup. n. 7.*

44 At ſecus, quando teſtes in ea reperirentur ſubſcripti, & eorum bona fides fuiſſet probata, quia tunc in tantum eorum legalitati venit deferendum, vt propterea dicta apocha, docto de illius anterioritate eſſet publicis inſtrumẽtis præferenda, *vt ait Caputaq. deciſ. 112. par. 3. & Gratian. lib. 2. diſcept. cap. 291. nu. 28. cum ſeqq.* vbi ſubdit opus non eſſe, vt teſtes ſint integræ opinionis, *vt exigit d. l. ſcripturas*, ſed ſufficit, vt tales à iure præſumantur, licèt tamen ſecus eſſet, ſi iſta qualitas à ſtatuto requireretur.

45 Extende prædicta quoque procedere in teſtibus non deſcriptis in apocha tempus illius confectionis probantibus, qui abſque alia apocha ſufficerent ad probãdum creditum in præiudicium poſteriorum etiam hypothecam habentium, *vt fuit dictum in Romana pecuniaria 3. Decembris 1593. coram Card. Pamphilio, & Grat. dicto lib. 2. diſcept. cap. 291. nu. 31.* & multo magis, ſi dicerent illi teſtes habere notam manum ſcribentis, & aliàs eum vidiſſe ſcribere, quia tunc ex hoc eorum dicto, apocæ recognitio pro obata cenſetur, *Rota deciſ. 527. par. 3. lib. 3. in nouiſſ. Paleotti, & in par. prima deciſ. 570. Robuſterij, & Cardin. Seraphin. deciſione 840.* vbi ait, quòd Rota huiuſmodi ſtylum in recognoſcendo approbat, *& fuit dictum in vna Hiſpalen. illegitimitatis Luna 28. Aprilis 1614. coram Card. Sacrato, quæ eſt deciſio 582. n. 8. par. 1. in recent. & prius in Romana hæreditatis de Mazzocchis 9. Martij 1580 coram Lauretano, & in Mediolanen. de Cuſanis Veneris 4. Februarij 1600. coram Iuſto.* Et de ſtylo huiuſmodi recognitionis ſcripturæ per habentem notam manum in Vrbe, teſtatur *Rota in Romana diſcuſſionis bonorum Mercurij 26. Iunij 1630. coram Coccino Decano.*

Amplia

46 Amplia primò, huiusmodi opinionem procedere, si magna esset vis istius recognitionis eorum notam manum habentium, *vt ait Vrsill. ad Afflict. dicta decis.* 181. *num.* 3. & magna vis, tunc diceretur, si comparatio fieret per Iudicem in præsentia expertorũ, & testes essent valdè legales, & viri prudentes, quibus meritò esset credendum, *vt ait Afflict. ibi supra num. secundo, & tertio.* Et quando vis cognoscere, quando comparatio manus alicuius, aliqua hora particulari intimata partibus fuerit legitimè facta in tempore, omninò vide *dec. in causa Nouarien. bonorum 26 Iunij 1628. coram Coccino*, & ibi pulchra notanda inuenies in hac materia, quia ea decisio est Magistralis.

Quinimò ad id notandum erit, quòd Iudex potest compellere debitorem ad scribendum manu propria, ad hoc, vt fieri possit ista literarum comparatio, *vt ait Mascard. de prob. concl. 330. & seq. & ibi multa in hac materia.*

47 Amplia secundò, procedere, quando vltra notorietatem manus alicuius scripturæ, ea quoque fuisset reperta inter alias scripturas ipsius, à quo scripta præsumitur, *vt ait idem Vrsill. ibi supra, num. secundo.*

Subãplia eò magis procedere, qñ essemus inter Mercatores, vel qñ statutum mandaret recognitionem manus factam, sufficere per testes habentes notam manum, siue etiam, si consuetudo extaret in loco, vt recognitio manus hoc modo fieret, veluti testatur *Stracc. in suo tract. de Mercatura, rubr. Quomodo in causis Mercatorum procedendum sit, num. 11. Fontanella de Pactis nuptialibus clauſ. 6. glo. 3. part. 7. num. 26. & Rota Ianuen. decis. 16. num. 12. & decisione 18. nu. 3.* Imo ꝙ iste modus recognoscendi apocam per habentes notam manum in Vrbe Romæ seruetur de stylo, & id, ob legalitatem personarum Vrbis, vbi omnis suspicio adulterationis, & mutationis scripturarum cessat, *fuit dictum à Rota in Romana discussionis bonorum Mercur. 26 Iunij 1630. coram Coccino.*

Licèt fustigatio, quę sępe fit in Vrbe de istis, qui falsas depositiones faciunt, & scripturas adulterant, diminuat legalitatem personarũ, quę in hac Ciuitate morantur, sed hoc semper sit dictum salua reuerentia bonorum.

48 Amplia tertiò, quòd immò id procedit, licèt testes non viderint eam scribere, *vt fuit dictum in Valentina mercedis Lunæ tertia Iunij 1602. coram Cardinali Lancellotto*, Et præsertim, vbi essemus in scripturis publicis, & instrumentis, *vt fuit dictum à Rota decisione 582. num. 8. parte prima recent. & decis. 277. lib. 2. par. 3. diuersorum. & per Greg. decis. 38. num. 5. & in Tiburtina Castrorum 4. Iulij 1608. coram Cardinali Marcomontio, & in alia Marsicana beneficiorum die 27. Martij 1625. coram Pirouano.*

Et id eò magis ꝓcederet, vbi ageretur fauore piæ causę, quia tunc sufficit, vt recognitio fiat per testes habentes notã manũ, ẽt si scripturę non interuenerint, & in aliis causis, etiam de stylo Rotæ, quidquid sit de iuris rigore, licèt sit bene verum, quòd ex Statuto Vrbis *lib. primo, cap. 74.* Tres debent esse testes, qui priuatas scripturas recognoscant, *vt ait Card. Cavaler. dec. 553. num. 2. & seqq.*

49 Declara tamen id esse verum, dummodo deponant de confessione partis, & scripturam esse scriptam de partium voluntate, & mandato, & ratio prædictę extensionis ea est, quia paria sunt aliquid constare per partium subscriptionem, vel testium depositionem, *vt dicunt Afflict. & Vrsill. in decisione 104. num. primo, & secundo, & Boerius decisione 282.*

50 Amplia quartò, quòd si testes subscripti in recognitione rem gestam narrent, veluti, si dicerent pecuniam numerari vidisse, & omnia fuisse gesta ipsis præsentibus, videntibus, & intelligentibus, tunc probant ordinariè sine subscriptione, & multò magis, si cum subscriptione, *vt ait Magon. decis. 81. num. 4. Rotæ Florent. & Vrsillus mox citandus in decisione 181.*

51 Amplia quintò, idem procedere, si testes affirmant de visu cedulam fuisse confectam Die, & Anno, de quibus in ea, quia tunc omnis suspicio fraudis tollitur, *vt fuit dictum in Romana pecuniaria 1597. coram*

Cardinali Seraphino, quæ est inter crim. Farinac. dec. 120. num. 2.

52 Sed declara id, quod fuit dictum plenè scripturam censeri recognitam, quando testes deponunt se illam vidisse subscribere, non procedere in litteris missiuis, quæ absentibus scribuntur, vel cambij, in quibus testes adhiberi non solēt, quia tunc sufficit recognitio per comparationem, *vt fuit dictum in vna Colimbricen. Matrimonij Lunæ 14. Decembris 1615. coram Buratto, quæ est decisio 792. num. nono, parte secunda in recent. & Seraphin. dec. 1163. n. 3. Vrsill. ad Afflict. decisione 181. num quinto, & penes ipsum Burattum in sua decisione 582. nu. 5. & dec. 658. num. 1. & dec. 330. num. 7. par. 1. in recent. & in Bononien. de Manzolis 19. Martij 1626. coram Remboldo, & in alia Romana census 17. Decembris 1627. coram Merlino*, & ibi fuit decisum idem quoque procedere in scripturis, quæ fiunt parte absente, & in quibus testes adhiberi non solent, veluti ita de stylo Curiæ Romanæ seruari testatur *Rota in prælleg. decisionibus., idem testatur Gabriel Perer. dec. Portugal. 97. per totā, & Rota in decis. 570. num. 2. par. 1. diuers. & in Tiburtina Castrorum 4. Iulij 1608. coram Cardinali Marcomontio, & in illa Romana census coram Merlino.*

Immò nota, quòd si in casu recognitionis habentes notam manum testes dicant, *Io tengo, che questa mano, che mi mostrate, sia del Signor N., per la conuersatione, & prattica che hò seco*, probant; nam licèt regulariter deponens de credulitate non probet. Fallit tamen, quando vna depositio ab intellectu dependet, *vt ait Card. Caualer. dec. 553. num. 6.*

53 Amplia sextò, quando apoca à statuto æquipararetur publicæ scripturæ in omnibus, quia tunc paratam executionē & omnes alios effectus publici instrumēti habet, *idem Magon. d. dec. 15. nu. 31. Rota Lucen. & Grat. dec. 203.*

54 Declara propterea prædictam prouisionem vigere Florentiæ, vbi ex dispositione illius statuti apoca priuata vim publici Instrumenti habet, *vt ait idem Magon. dec. 122. num. 4. Rota Florentia.* Sed est benè verum, quòd hoc statutum vti exorbitans, non est extendendum; *vt ait idem Magon. ibid.* Idem est de statuto Genuæ de apodissis, q comprehendit etiam litteras missiuas, *vt ait dec. 181 Rotæ Genuæ in antiquis.*

Et sic erit igitur concludendum, quod tūc sufficeret recognitio facta per testes notam manum habentes, *vt ait Rota Ianuen. dec. 16. nu. 12. & dec. 18. nu. 3. Strac. loquendo de consuetudine Mercatorum in suo trac. de Merca. rubr. quom. in caus. mercator. sit proceden. num. 11.* & ita seruari de stylo in Tribunali Aud. Cam. testantur *Vestr. in sua praxi lib. 6. cap. 1, num. 8. & Salust. Tiber. in cap. 33. nu. 10. lib. 1.* Licèt iste stylus non admittatur à Rota, nisi alia adminicula concurrant, q̄uis tali casu sufficeret adminicula, vndequaque etiam ab extra prouenientia desumi, quia tunc recognitio prædicto modo facta sufficeret, licèt testes præsentes scripturæ non fuerint, *Vt ait Rota per Burat. dec. 292. num. 15. & decis. 330. nu. 6. & decis. 303. par. prima in recent. & in Romana pecuniaria quinta Maij 1627. coram Dunozetto.* Veluti, eodem modo, & multo minus prædicta recognitio esset necessaria in Instrumentis, & scripturis publicis, *vt ait Rota in decisione 582. num. octauo, par. prima in recentior. & decisione 38. num. quinto coram Greg. & decis. 277. lib. 2. par. 3. diuer. & in dicta Tiburtina Castrorum quarta Iulij 1608. coram Cardinali Marcomontio, & in alia Marsicana beneficiorum 27. Martij 1625. coram Pirouano.*

55 Vndè ad id notandum erit, quòd quando adest statutum, quod det apocæ executionem, tunc illud non habet locum extra Vrbem illius; quod tamen intellige verum, si sit ordinatorium, at secus, quando esset decisorium, *vt fuit dictum à Rota in vna Aretina pecuniaria Lunæ 23. Iunij 1603. coram Pena, & per Gregorium in sua decis. 352. num. 7. & 11. & prius in decis. 282. num. 8.*

56 Amplia 7. eam cōclusionē multò magis procedere, si super illa apocha fuisset iudicatum, & ratio est, quia licèt instrumētum publicum credibilius præsumatur, quàm priuata apocha, ob timorem antidatæ; ista tamen præsumptio, cessat veritate comperta, quæ oritur ex

ex sententia, quę in rem iudicatam transierit, *vt ait idem Magon. d. dec. 15. num. 20. & 21.*

57 Amplia octauò illam procedere, quando apocha esset coniecturis adminiculata, quia tunc adeò probat, vt propterea licet sit sine solemnitatibus, *l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.* & sic non trino teste, sed solùm duobus testibus subscripta; nihilominus præferatur instrumento; & per consequens admittitur in præiudicium posteriorum creditorum ius ex publico instrumento habentium; quia ex illis adminiculis suspicio antidatæ tollitur, *vt fuit decisum in Anconitana dotis Veneris vltima Ianuarij 1597. coram Cardinali Seraphino, qua est in eius impressis decis. 1221. num. 1. Afflict. decis. 182. Rota decis. 813. par. 1. nouiss. & Papa Gregorius decis. 273. num. 6. idem Seraphinus decis. 879. nu. 3. & 4. Gratian. lib. 2. discept. cap. 391. num. 9. & ita fuit vltimo loco dictum à Rota in Romana discussionis bonorum Merc. 26. Iun. 1630. coram Reuerendiss. Coccinò Decano.*

58 Amplia nono, quòd quoties possit apparere de tempore illius celebrationis, tunc ea etiam sine solemnitate dictæ legis scripturas pręfertur instrumento secundum suam anterioritatem, *vt fuit dictum in vna Romana pecuniaria 1. Iulij 1597. coram Cardinali Blanchetto, Verall. decis. 112. par. 3. & ita quoque fuit resolutum in Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram Buratto, & in Romana pecuniaria 16. Februarij 1626. coram eodem, & denique in illa Romana discussionis coram Reuerendissimo Coccino*, vbi ait, quòd ratio istius conclusionis ea est, quia tota vis illius legis scripturas est in suspicione fraudis fundata, qua cessante illius quoque dispositio cessat, & nota, quòd ea cessat, & tollitur aut ex veris, & certis probationibus, siue etiam ex adminiculis, *vt fuit dictum à Rota in Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram Buratto, & in alia Romana pecuniaria 26. Februarij 1626. coram eodem, & per Cardinalem Seraphinum decis. 879. num. 1. & Rota decis. 100. num. 1. par. 4. diuersorum, & decis. 53. num. 1. penes Statil. de Saluiano, & infiniti Doctores allegat Rota in dicta Romana discussionis coram Reuerendissimo Coccino Decano.*

59 Contrarium licet dicat *Gratian. lib. 3. disceptationum cap. 50. num. 14.* vbi ait, quòd dimensuratio hipothecæ in apoca priuata contentæ, solùm fit à die factæ recognitionis, & non prius ob timorem antidatæ, *idem Gratianus cap. 570. num. 30. eodem libro.* Et propterea videmus, quòd creditor instrumentarius semper præfertur in hipotheca creditori chirographario etiam anteriorem datam habenti; nisi tamen chirographum esset trino teste munitum, *vt fuit resolutum à Rota in illa Romana discussionis bonorum Mercurij 26. Iunij 1630. coram Coccino*, siue si de illius veritate constaret per instrumentum celebratũ super re à contentis in apoca dependente, *vt ait Rota per Cardinalem Caualerium in sua dec. 446. nu. 8. & dec. 492. nu. 3. & seq.*

60 Extende igitur primam opinionẽ, eò magis procedere, quoties ea esset trino teste munita, *vt ait Gratian. decis. Marchiæ 94. & Marta in compilat. dec. tom. primo in verbo scriptura cap. 9. Borgn. decis. 27. par. secunda, & Rota ibi coram Coccino.*

61 Vndè concluditur, quòd si non esset apocha subscripta ab aliquo, sed à tertio confecta, & à parte negata, tunc vt ea probet debet vno ex his tribus modis probari; nempè per litterarum comparationem, vel testium depositionem: aut per vtrumque, & in comparatione debent afferri duæ scripturę vna ad quã, altera ex qua comparatio fiat, illa ad quam debet habere subscriptionem trium testium si peritus litterarum se obligauit in summa libram auri exceden te, si verò imperitus, quinque testium subscriptionem habere debet, & est opus, vt testes subscripti viuant, aliàs nuda remaneret apoca, sicuti videtur annuere etiã *Surd. in dec. 72. sub num. 6. in materia testium à l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.* requisitorum, quo loci *Surd.* ait, quòd quando quis non potest inniti scripturæ, ex quo testes sint absentes, vel mortui, tunc potest alio modo factum probare. Animaduertendo pręterea, quòd recognitio per comparationem

nem admittitur, vbi alia probatio haberi non potest, quæ iureiurando firmari debet, *vt ait Ioseph. Ludouic. decis. 7. Rotæ Perus. & facit decis. Afflicti* 181. *num.* 4.

62 *Sed Gratian. in sua decis.* 94. *num.* 13. ait quòd testes mortui magis probant, quàm viui, & propterea ait, quòd si vnus ex tribus testibus sit mortuus sufficit, quòd alij duo recognoscant, *idem ait Gregorius Decimusquintus decisione* 468. *num.* 12. *& prius decis.* 434. *num.* 5. *& facit Surd. decis.* 199. *num.* 2. qui dicunt mortem fidem augere scripturæ inferendo ad instrumẽtum notarij mortui, quod probat eo mortuo, licèt eo viuẽte nil probaret ex defectu aliquarum solemnitatum, *vt ait idem Gratian. ibi supra num.* 12. & ratio ea esse videtur, quia nedum mortui non sunt corruptioni propriæ voluntatis subiecti, vt sunt viui. Verum etiam, quia cum mors vim iuramenti habeat, *vt ait Cæphal. consi.* 225. *num.* 7. *vbi alios allegat, & Natta cons.* 581. *num.* 13. *lib.* 3. Nimirum si augeat fidem scripturæ, *vt ait Gregorius dicta decis.* 434. *num.* 12. Et sic igitur cum testes mortui non possint repeti, idcircò semiplenam probationem faciunt, *vt ait Rota decis.* 371. *num.* 2. *par.* 1. *in recentioribus*.

Extende illud, quod fuit dictum de fide testibus mortuis adhibenda, adeò esse verum, vt propterea illis etiam nulliter examinatis sit credendum ex æquitate, & hinc igitur fit, quòd quando est datum arbitrium Rotæ, pro sanatione nullitatis examinis istorum testium ea solet de facili respondere pro arbitrio, *vt testatur addens ad eam dec. Greg.* 434. *num.* 18. *& est decisio* 462. *in fine par.* 1. *recent. & decis.* 490. *num* 1. *& dec.* 614. *num.* 1. *par.* 1. *diuersorum, & decis.* 371. *num.* 2. *par.* 1. *recentiorum, Mobedan. decis. vltima de testib. nu.* 3. *&* 4. *& Rota in Spoletana bonorum* 4. *Maij* 1607. *coram Marcomentio.*

Secus autem, quando essemus in aliqua scriptura, in qua solum testes mortui reperirentur descripti, quia tunc ex hoc præsumptio falsitatis arguenda veniret, *vt ait Rota decis.* 452. *num.* 7. *par.* 3. *recent.*

63 Declara tamen, quòd quando comparatio fieri debet, tunc tota scriptura, & non pars illius ostendenda erit, *vt ait Franch. decis.* 304. *Grammat. decis.* 8 . *& Afflict. in decis.* 181. *vbi multa in hac materia.*

64 Secus autem quando apocha esset confessoria de recepto, quia tunc non requirit subscriptionem trium testium, & præsertim quando cum publico instrumento conueniret, *vt ait Rota decis.* 515. *lib.* 3. *num.* 1. *&* 2. *nouiss.*

65 Prætetea hic erit bonum scire, quandò dispositio *l. scripturas* cesset, quia quando suspicio tollitur, tunc ille creditor præfertur, qui scripturæ priuatę innititur, *vt mox dicetur*.

Vndè nota, quòd ea primò excluditur ex certis præsumptionibus, & per adminicula, *vt fuit dictum in Romana pecuniaria* 1597. *coram Cardinali Seraphino, quæ est inter crim. Farin. dec.* 120. *num.* 1. *&* 2.

Secundo illa suspicio tollitur, quando vnus testis de visu affirmat eam apocam fuisse confectam ea die, & anno, de quibus in ea, *vt ait Rota ibi supra.*

Tertiò, si duò testes deponerent de veritate numerationis de eo tempore in apocha expręsso, quia id reddit valdè verisimile, quando de credito vero appareat, *vt ait Rota ibidem.*

Quartò, si apoca fuisset registrata in libro cedularum, vel in libris mercatorum subordinata ad alias, quia ea omnino fraudis suspicionem tollunt, *vt fuit dictum in illa Romana pecuniaria coram Card. Seraphino.*

Quintò, fides illius, qui scripsit cedulam, necnon ẽt recognitio illius manus valdè adiuuat scripturam, veluti etiam valdè prodest qualitas personæ, quæ scilicet sit ab huiusmodi fraudis suspicione aliena, *vt ait Rota in dicta decis.* 120. *num.* 2. *&* 4. *& per Buratt. decis.* 624. *num.* 6.

Sextò addas, quòd fraus in apoca non præsumitur, sed ea tollitur, quando nullum intercedit commodum ad fauorem illius, qui eam scripsit, quia dolus, & fraus numquam præsumitur, vbi nulla spes lucri adest, *vt latè, & nouissimè ait Ioannes Dominicus Gait. in suo tractat.* in

decredito cap. 2. tit. 8. nu. 3069. & fuit dictum in Romana pecuniaria 4. Maij 1589. coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 879. num. 6. & in d. dec. 120. num. 3. inter crimin. Farinac.

66 Extende prædicta eò magis procedere, quando apoca primordium veritatis haberet, & sic de credito vero appareret quia tunc sufficeret ad suspicionem tollendam fides illius, qui apocam scripsit vna cũ illius recognitione. Vndè quemadmodum videmus admitti adminicula ad probandam exclusionem præsumptionis fraudis, & falsitatis, & præsertim ex bona qualitate personæ, *vt fuit dictum à Rota in dicta decis. 879. coram Cardinali Seraphino, & in dicta dec. 120. num. 3. inter crimin. Farinac.* Ita vice versa ad eam probandam probationes concludentes sunt necessariæ, etiam si ageretur ad effectum impediendi immissionem, *vt ait Cardinalis Seraphinus decis. 1364. num. 6. & Rota decis. 422. num. 5. & 15. par. 1. in recentioribus*, & ea, quæ dicuntur de suspicione falsi in ciuilibus, in quibus pro falsitate habetur procedunt, & intelliguntur de vitio visibili, & non aliàs, *vt ait Rota d. dec. 422. num. 15. par. 1. recentiorum alleg. à Ferrarien. prætensæ falsitatis, Lunæ 10. Iun. 1624. coram Remboldo.*

67 Subamplia prædicta præcipuè procedere, quando essemus in promissione dotis, cuius quidem fauore dos nudo pacto debetur, *vt fuit dictum à Rota in Ciuitatis Castelli lucri dotis, Veneris 22. Iunij 1607. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 328. num. 8. & facit dec. 515. num. 1. p. 3. lib. 3. nouiss.*

68 Contrarium, quod scilicet apoca priuata non probet in præiudicium publici instrumenti, *ait Rota per Verall. dec. 217. num. 7. par. 1.*

69 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando verè constat de consensu in apoca præstito; secunda verò, quando non, *vt dicit Rota ibi superius allegata*, licèt *ibidem Verallus dicat*, quòd ille consensus numquam sit considerabilis donec præstitus non sit coram Notario.

70 Extende hanc secundam opinionem multò magis procedere, quando essemus in instrumento obligatione Camerali Vallato, quia illud creditori chirographario præfertur, *vt fuit dictum in vna Romana Affictus Veneris 10. Decembris 1610. coram Manzanedo, quæ est in secunda parte recentiorum decisione 322.*

71 Animaduertendo insuper, quòd de non recognitione potest quandocunque opponi etiam in allegationibus iuris, *vt ait Gratianus in lib. 5. disceptat. cap. 944. num. 28.* Immò etiam in gradu appellationis, *ait Papon. lib. 8. tit. secundo arrest. 1.*

72 Secus autem, quando scriptura aliundè veritatis adminicula haberet, quia tunc forsan recognitione non indigeret, *vt fuit dictum à Rota per Gregorium Decimumquintum in sua decis. 442. num. 4. in fine.*

73 In criminalibus verò quomodo fiat recognitio, *docet Thom. Triuis. decis. 52. par. 2.* nec ea debet fieri coram Iudice incompetenti, *idem Paponius arrest. 3.*

74 Modo reassumendo principalem conclusionem super eo versantem, quando scilicet apocha non probet ex eo, quia non sit in forma probanti. Extende eam quartò procedere, quando apocha non fuit exhibita in Archiuio, *iux. for. Const. Sixti Quinti*, quia tunc non probat, etiam si sit obligatione Camerali vallata; Animaduertendo, quòd illius exhibitio in Archiuio infra quindecim dies fienda venit, aliàs si post illud tempus fuerit præsentata, & cum Archiuista concordatum, non per hoc tamen dicta nullitas sanata dicetur, quia iuxta illam constitutionem talis concordia solum suffragaretur in publicis instrumentis, non autem in scripturis priuatis, quod quidem tantò magis procederet, vbi Archiuista expressè præiudicium partis non reseruasset; Vndè decretum dans executionem tali scripturæ ob prædictũ defectũ annullatæ fidei, nullius roboris esse censetur; & ratio illius differentiæ ea est, quia non tam viget præsumptio falsitatis, & antidatæ in publicis scripturis, veluti in priuatis.

Extende prædictam præsentationem apocæ in Archiuio, adeò esse necessariã

intra

intra illum terminum quindecim dierum, vt propterea ea nulla dicatur, etiãſi poſt illos quindecim dies de conſenſu Archiuiſtæ præſentetur, *vt ait Rota decis. 452. num. 2. par. 3. in recentioribus*, vbi ait ſecus eſſe in inſtrumentis publicis, quia ea probant, etiam ſi poſt illud tempus fuerint in Archiuio præſentata; ſi tamen ita fuerit concordatum cum Archiuiſta, & eò magis procederet inualiditas illius apocæ poſt illud tempus præſentatæ, ſi Archiuiſta ius partis reſeruaſſet, *vt ait Rota ibi ſuprà, & fuit quoque dictum in Peruſina pecuniaria, Mercurij 28. Nouembris 1612. coram Manzanedo, quæ eſt decis. 366. num. 2. inter crimin. Farinac. & Gratian. in ſua decis. 104.*

75 Subextende, quòd vltra illud prædictum requiſitum, eſt quoque neceſſaria notarij recognitio, ad hoc, vt Archiuium Vrbis det robur ſcripturæ, *vt ait Rota per Greg. dec. 389. num. 4.*

76 Declara tamen dictam cautelam non eſſe veram, quando de legalitate notarij conſtat, & timor fraudis ceſſet, *vt fuit deciſum in Signina bonorum 4. Iul. 1614. coram Vbaldo, quæ eſt in 1. par. recentior. dec. 662. num. 4.*

77 Extende quintò, quòd ſcriptura facta à Notario, vti ab amico non dicitur publica, ſed priuata, *vt ait Gratian. dec. 104. num. 1.*

78 Subextende primò, quòd neque iuuatur, ſi poſt mortem ponatur in protocollo, ſi ſignum, & ſubſcriptionem non habeat, *idem Gratianus decis. 167. num. 1.*

79 Subextende ſecundò, quòd ea tũc neq. ſuppleri, neque groſſari, neque in publicam formam redigi poteſt, *vt ait Franc. Marc. dec. 518. par. 1.*

80 Fallit tamen primò, ſi Iudex aliter mandauerit, *Seraphinus decis. 902. num. ſexto.*

81 Fallit ſecundò, quando adeſſet clauſula, (Actum) quia tunc poſſet redigi in publicam formam, *idem Seraphinus ibidem, & decis. 949.* & quando poſſit iuuari ſcriptura carens clauſula (Actum) *ait Cardin. Seraphinus d. dec. 949.*

Declara verſa vice, quòd clauſula illa (Actum) perfectionem non arguit, quando non in fine, ſed in principio, ſiue in medio eſſet poſita, ſiue etiã qñ ex inſpectione ſcripturæ, vbi fuit appoſita de illius imperfectione appareret, *vt ait Rota decis. 268. num. 5. par. 2. recentiorum, & in Bononien terrarum 12. Februarij 1629. coram Vbaldo, & alij Doctores allegati ab addente ad deciſionem Buratti 446.*

82 Limita tamen primò dictam principalem concluſionem non procedere, quando eſſemus in apoca donationem continente, quia eam probat, *vt ait Boerius in ſua decis. 179. allegata à Riccio in ſua collectanea 1107. in principio par. 4.*

83 Limità ſecundò, quòd quando apoca priuata eſſet à tertio ſcripta, & à teſtibus, licèt non à partibus ſubſcripta; tunc ea probationem inducit, ſi teſtes de partium voluntate, & mandato deponant, *vt ait Afflict. decis. 104. ſub num. 2.*

84 Limita tertiò, vt ea probet ad fauorem tertij, & præſertim abſentis, & maximè de æquitate Canonica, & ſtante probationis difficultate, *vt ait Card. Seraph. dec. 373. num. 4. & 5. & Rota Genuen. decis. 197. & Vrsill. in d. dec. 104. ad Afflict. num. 2.*

85 Limita quartò, vt concurrentibus requiſitis *dictæ legis ſcripturas* apoca anteriorem hipothecam continens præferatur creditori inſtrumentario poſteriorem habenti, *vt ait vltra ſuperius deducta, Viuius in ſua decis. 277.* & per conſequens rigor illius legis eo caſu ceſſat, *vt ait Thom. Triuiſ. dec. Rotæ Venetæ 40. par. 1.*

86 Sed eſt benè verum, quòd prætendens prælationem ex apoca requiſita dictæ legis probare tenetur, *vt ait Franchus dec. 644.*

87 Sublimita dictam limitationem procedere, dummodo anterior in data probet illius anterioritatem per teſtes, *vt ait Caputaq. dec. 112. par. 3 & Boer. decis. 295.*

88 Extende id adeò eſſe verum, quòd ad hoc, vt ceſſet rigor illius legis non poteſt de veritate illius apo e aliter, quàm per teſtes doceri, *vt ait Franchus decis. 95. cum alijs ibi allegatis.*

89 Vndè ſi teſtes deponant de præſentia in confectione apocæ plenè probant, *vt ait*

ait Afflict. dec. 181. *Ioseph Ludouic. dec.* 7. & *Anna dec.* 85.

90 Secus verò si deponerent solùm notam habere manum, quia tunc non probant, *vt ait Grammat. dec.* 84.

91 Contrarium tamen dixi superius *sub num.* 15. *vers. Fallit tamen, idemque ait Afflict. dec.* 104.

92 Concorda, quòd prima opinio procedat, si recognoscentes solum dicant notam habere manum, absque quòd addant scribentem aliàs vidisse scribere; secunda verò procedit, si deponerent notam habere manum, & eum sæpè vidisse scribere, *vt ait Acchil. de Graffis decis.* 193. *siue* 2. *de fide instrumentor.* & *dixi supra vers. Fallit tamen*; Et præcipuè prima opinio procederet, quando essemus in scritura absq. testibus fieri solita, *vt ait Rota per Burattum decis.* 624 *num.* 1.

93 Limita quintò non procedere, quando scilicet apoca esset facta à Patre, quæ inter liberos probat, *vt ait Grat. in sua dec.* 67. *nu.* 1. & *Vrsill. ad Afft. dec.* 181. *num.* 7.

94 Declara tamen id procedere, dummodo de illius verò consensu constet *Bald in l. finali col.* 2. *num.* 6. *C. famil. hercisc. Dec. cons.* 488. *col.* 2. *in fine vers. venio ad secundum num.* 8. & *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 235. *num.* 1.

95 Et qñ de illo cõsensu constat extende eam quoque valere inter liberos, etiãsi deficiat dies, & consul; & ratio est, quia in similibus testamentis est relaxatus omnis rigor solemnitatis iuris ciuilis, dummodo alia interueniant, quæ ad illius substantiam sunt necessaria, *vt in l. hac consultissima*, §. *ex imperfecto*, *C. de testament. Gabriel.* & *Ruin. alleg. à Gratian. ibi supra num.* 2. *Cardin. Seraphinus decis.* 1302. *num.* 6. & *Rota decis.* 721. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* & *prius fuit dictum in vna Terracinen. hareditatis* 16. *Ianuarij* 1577. *coram Cad. Blanchetto*.

96 Extende prædictam limitationem procedere, etiam in apoca facta fauore piæ causæ, quæ sine testibus valet, vt dicitur de testamento imperfecto, quod pari modo ad illius fauorem sustinetur, *vt ait Clar. in* §. *Testamentum in quæst.* 5. & 7. Nam valet argumentum de liberis ad pias causas in materia testamenti, *vt fuit decisum à Rota in dicta decis.* 721. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* & *Gratian. dec.* 207. *num.* 5.

97 Fallit tamen prædicta limitatio, quando inter filios magna oriatur inæqualitas, itavt nulla possit rationabilis causa dictæ inæqualitatis assignari, quia tunc potest meritò de vero consensu Patris dubitari, cum regulariter Patres æqualitatem inter filios, nedum commendẽt, sed etiam expræssè præcipiant; & sic tunc illa apoca, siue scriptura vitiaretur, *vt pulchrè ait Rota per Puteum in sua decis.* 431. *num.* 1. *lib.* 1. & *veluti latè dixi in verbo Aequalitas*.

98 Limita sextò conclusionem non habere locum, quando essemus in scripturis, in tabulis æreis, & lapidibus marmoreis repertis, quæ fidem faciunt, *vt ait Francisc. Marc. in sua dec.* 540. *nu.* 6. *par.* 1.

99 Limita septimò in apoca priuata sigillo authentico roborata, quæ probat, *vt ait idem Franc. Marc. dec.* 994. *num.* 2. *eadem par.* 1. Et ratio est, quia sigillum subscriptioni partis æquipollet, & præsertim, vbi de præiudicio signantis agitur, *vt ait Surd. decis.* 137. *num.* 2. & *Rota in Anconitana pecuniaria, Lunæ* 13. *Maij* 1613. *coram Buratto,* & *in Tridentina decimarum* 14. & 16. *Aprilis* 1620. *coram Cardinali Sacrato*, & *denique in Casalen. beneficij Lunæ* 28. *Iunij* 1627. *coram Merlino,* & *Francisc. Marc. dec.* 991. *num.* 4. *par.* 1. vbi subdit, quod sigillum in dubio facit fidem contra eum, cuius sigillum est.

100 Extende id in tantum esse verum, vt propterea probet etiam sine testium, & tabellionis subscriptione, *idem Francisc. Marc. in sua decis.* 51. *num.* 4. *dicta par.* 1.

101 Sublimita tamen dictam limitationem septimam non procedere, quando subscriptio requireretur pro forma, quia tunc sigillum non suppleret, & in omnem euentum, ad hoc, vt illud probet literas intelligibiles continere debet, aliàs secus, *vt ait Surd. in dicta dec.* 137. *num.* 4. & 8. Item neque sola oppositio sigilli regulariter sine subscriptio ne ad inducendam probationem sufficit, & præsertim quando concurreret suspi-

suspicio circa rasuram datę, siue alterius falsitatis, *vt ait Rota dec. 535. num. 4. & 5. par. 1. diuerf.*

102 Limita octauò, quòd apocæ priuatæ, quando nō agitur de supplenda substantia, & de probatione perficienda in sui substantia, sed de supplendis testibus ratione fidei, tunc faciunt aliqualem præsumptionem, *vt fuit dictum in Salamantina Iurisdictionis 11. Martij 1577. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis dec. 320. num. 4.*

103 Sublimita tamen id non procedere, quando ageretur de interesse absentis, quia tunc scriptura in folio simplici ad illius fauorem probat de æquitate canonica, & stante probationis difficultate, aliàs secus, *vt ait idem Card. Seraph. dec. 373. num. 4. & 5.*

104 Extende primò prædicta multò magis procedere, quando essemus in scriptura antiqua ex illius obseruantia, quæ facit, vt plena fides scripturæ priuatæ sit adhibenda, *vt fuit dictum in Parmen. status 25. Iunij 1590. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 928. n. 2. & dec. 1334. nu. 5. & Franc. Marc. dec. 670. num. 3. par. 2. & Rota in Lucana expensarum Mercurij 24. Maij 1600. coram Penia, & Afflict. decis. 181. num. 6. & Rota in Beneuentana domus 28. Aprilis 1617. & in Foroliuien. Parochialis 15. Maij 1626. coram Buratto, & prius in Burgen. Iurispatronatus 1. Iulij 1611. coram Cardinali Sacrato, & in Senogalien. quartæ 22. Iunij 1618. coram Cardinali Pamphilio, & in Monopolitana benoficij, seu Cappellæ 6. Iunij 1622. coram Merlino.*

Quàm quidem extensionem subextende procedere, etiam si non constaret de obseruantia scripturæ in omnibus capitibus in ea contentis, *vt ait Rota in vna Ferrarien. bonorum, seu Palatij 21. Aprilis 1603. coram Cardinali Mellino, & decis. 569. in fine par. 4. diuersorum,* licèt Rota videatur sentire contrarium *in dec. 375. nu. 8. par. 1. diuers. vt ait Beltram. ad decisionem Gregorij 469. num. 5.* Licèt tamen secus esset, quando obseruantia esset nimis remota a dicta scriptura, *vt ait Rota per Gregorium decis. 325. num. 1. & decis. 482. num. 1. par. 1. recentior. & decis. 39. num. 11. & dec. 39. num. 11. & seq. par. 2. diuersor. & in illa Monopolitana beneficij 17. Februarij 1620. coram Cardin. Pamphilio.* Quamuis etiam id non haberet locum, si vnà cum obseruantia remota concurrerent etiam adminicula, *vt ait Rota decis. 325. per Gregorium, & ibi addent. & decis. 482. num. 10. par. 1. recentior. & in alia Monopolitana Beneficij, seu Cappellæ 6. Iunij 1622. coram Merlino, & prius in Barchinonen. prioratus 11. Maij 1609. coram Coccino, quæ est in eius impress. decis. 469.* vbi dicitur, quòd etiam obseruantia remota suffragatur, quando non euenit casus ea vtendi.

105 Subextende prædicta pari modo procedere concurrentibus pluribus enunciatiuis illam scripturam adminiculantibus, quia tunc etiam scriptura informis *probat Rota decis. 502. num. 18. par. 1. in recentiorib. & in omnibus aliis decisionibus superius allegatis.*

106 Declara tamen, quòd quando non concurreret cum obseruantia in scriptura antiqua, tunc ea semiplenam probationem facit, *vt fuit dictum in Fauentina bonorum 16. Iunij 1578. coram eodem Card. Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 368. num. 2.*

107 Sudeclara tamen quòd quando essemus in antiquissima, tunc ea recognitione non egeret, *vt ait Rota coram eodem in Gadicen. administrationis Decimarum 7. Iun. 1577. quæ est in eius impress. decis. 333. num. 1. & Rota dec. 27. num. 2. par. 2. in recentior. & apud Greg. dec. 3. & ibi in addit. num. 5.* & ad hoc, vt dicatur talis debet excedere centum annos, *vt ait Rota ibi supra.*

108 Extende secundò, quòd scripturæ antiquæ ex archiuio extractæ probant etiàm contra tertium, *vt ait Magon. dec. Lucen. 93. num. 10.*

109 Extende tertiò, quòd scriptura antiqua eò magis probet, veluti si in ea ageretur de materia confinium, & præsertim si illa super hoc esset celebrata; quinimmò in hoc præsumptiones sufficiunt, *vt fuit dictum in vna Hispalen. seu Nullius Decimarum de Aymonte Veneris 20. Nouembris 1609. coram Ludouisio, postea Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 434. num. 1. & secundo.*

110 Exten-

110 Extende quartò, quòd maior fides semper sit adhibenda scripturis, quàm te stibus in antiquis, *vt ait Card. Seraphin. dec. 339. num. 7. & dec. 462. num. 5. & Rota dec. 91. num. 9. & dec. 502. n. 6. par. 1. in rec. & fuit ita quoque dictum in Pampilonen. Parochialis 23. Iunij 1603. coram Coccino Decano, quæ est in eius impressis decis. 121. num. 2.*

111 Et propterea ex hoc infertur, quòd passim Rota remissoriam denegat, quæ petitur ad probandum illud, de cuius cōtrario ex scripturis apparet, *vt ait in dicta decisione 582. sub num. 6. par. prima in recentior. & per Burat. in sua decisione 351. num. 1.* Licèt secus in casu, vt dixi in *conclus. 120. sub num. 40.* vbi omninò recurras.

Quemadmodum etiam solet esse renitens in dandis dilationibus ad reprobandum testes, quia cum testium reprobatio sit de sui natura odiosa; idcircò sine magna causæ cognitione dictæ dilationes dari non solent; Licèt sit bene verum, quod quando conceduntur, possunt dari à Iudice facultatem habente, etiam si sit concessa remissoria alteri parti tantùm ad probandum, quia cum ea communis fiat, ideò altera pars poterat ea vti ad reprobandū testes; licèt tamen secus esset, si talis facultas non daretur, quia tunc Iudex remissorialis recipere non posset testes, neque eos examinare super reprobatione; quamuis tamen teneatur recipere protestationes, *vt dicunt Doctores allegati ab Addente ad decisionem Buratti 501. num. primo, & tertio.* Sed quòd soleat dari iste terminus ad reprobandum testes coram Iudice remissoriali, *ait Rota per eundem Burattum in decisione 881. & Vitalin. in Clementin. Sæpè, §. verum quia, num. 15. de verbor. significatione.* Et ad id, hic nota, quòd terminus in remissorialibus incipit currere à die, qua litteræ portitori consignantur, *vt ait Rota dicta decisione 501. num. secundo, penes Burattum.*

Animaduertendo prætereà, quòd si alicui Iudici fuerint directæ litteræ remissoriales, tunc ille debet decernere citationes in loco in litteris pro examinandis testibus destinato, & non in alio, qui de sua iurisdictione non esset, cum citatio de processu, qui est extra territorium factus, non valet, si tamen non essemus in illis citationibus in principio iudicii emanantibus, quia in illis causæ cognitio non est necessaria, neque Iudex ad id decernendum sedere tenetur; & propterea etiam extra territorium fieri possunt; Immò possunt quoque fieri ab illo, qui iurisdictionem non haberet, veluti ea ad comparendum in tali loco, *vt dicunt Doctores, & præserti m Oldradus consil. 88. num. secundo, Federicus de Senis consil. 16. num. 13. & alij allegati à Rota in Argentina Coadiutoriæ Veneris 2. Maij 1631. coram Ghislerio.*

112 Sed in quibus alijs casibus fides detrabatur scripturæ, *docet Rota in Ciuitatis Castelli bonorum 20. Maij 1594. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1077. num. 3. ad quem per te recurras.*

113 Limita nonò, non procedere veluti si essemus in scriptura priuata, reperta inter alias authenticas eiusdem Notarii, quia tunc etiam quòd ea sit sine signo, atque subscriptione Notarii; Nihilominus ab eo rogata præsumitur, & quòd illam Notarius pro publica habuerit, *vt fuit dictum in vna Romana Fideicommissi de Veccijs die decimasexta Ianuarij 1615. coram Pirouano, quæ est in secunda parte recentior. decis. 628. num. tertio, & prius in decisione 437. num. primo, Rota decisione 250. num. tertio, parte prima diuersorum, & in Romana census Lunæ vigesima tertia Februarij 1615. coram Card. Pamphilio.*

114 Animaduertendo, quòd sigillum, & subscriptio Notarii, non sunt de substantia scripturæ, quando ea testibus non caret, & adsit clausula (Actum) vt inferius dicam, & veluti *ait Rota decisione 349. num. sexto, parte prima recentior.*

Contrarium, quòd scilicet sigillum scripturam roboret, ac fidem faciat sine testium, & tabellionis subscriptione, *ait Franc. Marc. decis. 511. num. quarto, fol. mihi 555. par. 2.* Et propterea vbi sigillū fuerit recognitū, semper pro eo erit

præsumendum, ita vt instrumentum validum sit censendum, *vt ait idem Franc. Marc. decis. 991. num. 1. par. 1.*

115 Sublimita primo, id non procedere, quando scriptura fuerit reperta in folio separato à libro, filcia, aut fasciculo aliarum rogationum Notarij, quia tunc licèt illa contineat clausulam (Actum) manu proprij Notarij conscriptam; nihilominus in publicam formam redigi non potest, nisi id à Iudice fuerit arbitratum, *vt ait Rota per Cardinalem Seraph. decis. 902.* Sed nota, quòd Rota in dicta *decis. 628. num. 4.* dicit, quòd scriptura non reperta inter rogationes authenticas ipsius suspicione non caret, sed quando verè in forma probanti dicatur, *ait Rota in decis. 50. num. quarto, par. secunda in recent.*

116 Sed declara tñ; quòd quando scripturæ reperiuntur in filcia non authentica, ex fide aliarum suppleri debent, si in aliquo deficerent, potius quàm ex eis fides omnium scripturarum & aliorum instrumentorum in ea contentorum subuertatur, & in omnem euentum, dicta filcia debet haberi pro authentica, si ex ea aliæ scripturæ fuerint extractæ, & in publicam formam redactæ, *vt ait Cardin. Seraph. decisione 902. num. octauo, & nono.*

117 Sublimita secundò, non procedere, quando scriptura esset ex archiuio extracta, cui ambæ partes non subessent, *vt ait Rota in Siracusana quartæ, Mercurij die vigesimaquarta Maij 1600. coram Litta, quæ est decisio 27. num. secundo, in secunda parte recentior. Cardinal. Seraphin. decisione 642. num. primo, & Rota decisione 271. num. 6. par. 1. in recentior.*

118 Et ratio ea est, quia scriptura ex archiuio extracta, probat in territorio; Secus verò extra illud, *vt ait Francis. Marc. decisione 439. num. quarto, parte prima, & decisione 334. num. secundo, par. secunda, & ita fuit dictum in Mediolanen. Parochialis, siue prætensæ falsitatis Instrumenti decimaquinta Februarij 1599. coram Litta, & Cardinal. Seraphin. decisione 642. num. primo, idem decisione 320. & Verall. decis. 3. nu. 10. par. secunda.*

119 Extende, idem procedere, quando lis esset inter subditos archiuio, quia tunc illud probat, etiam extra territorium inter eos, *Rota per Coccinum in sua decisione 128. num. secundo, & decis. 450. num. 3.*

120 Declara tamen prædicta procedere, dummodo essemus in archiuio requisita archiuij publici habente, aliàs secus in Archiuio priuato, & in scriptura priuata, omni requisito carente, quia tunc non probat, *vt ait Rota per Verall. in decisione 41. num. secundo, & tertio, par. 1.* vbi ait, quòd hmôi requisita sunt subscriptio Notarij, & alia necessaria in publico instrumento. *idem ait Magon. decis. Florentin. 81. num. tertio, & ita etiam fuit dictum in Cæsaraugustana Cappellaniæ 29. Aprilis 1579. coram Card. Blanchetto, & in alia Tiburtina Castrorum Mercurij quarta Iulij 1607. coram Card. Marcomontio, quæ est decisio 135. par. prima in recent. & Cardin. Seraph. decisione 320. & decis. Pedemont. 69. num. septimo, & octauo, & Borgnin. decisione 45. num. 95. par. prima, vbi latè, & Rota decisione 13. num. 3. dicta par. prima in recent.*

121 Licèt tamen legitimus Archiuista, & quilibet successor in exemplando scripturas in Archiuio possit id facere absque vlla solemnitate, nempè citatione, aut Iudicis decreto, *vt fuit dictum à Rota in dicta Siracusana Quarta quæ est decisio 27. in secunda parte recent. num. 1. & decis. 145. & per Card. Caualerium decisione 640.*

122 Fallit tamen primo, quando ea esset extracta post decretam citationẽ super lite mota; secus verò, si ante eam, *vt fuit dictum in illa Lucana expensarum coram Penia 24. Maij 1600.*

123 Et ratio est, quia scripturæ extractę ante litẽ motam non indigent compulsoria libus, *vt ait Card. Seraph. dec. 1481. num. 1.*

124 Fallit secundò, quando scriptura esset post litem motam in archiuio reposita, quia tũc ea etiã inter subditos nõ probaret, de quo constare debet; cum possit esse, quod post, sed non ante motam litem ibi fuerit reposita, *vt fuit dictum in illa Mediolanen. Parrochialis coram Litta.*

Item,

125 Item quòd sit necesse apparere de tempore repositionis scripturæ in Archiuio, *ait Rota per Verall. decis.* 41. *num.* 4. *par.* 1.

126 Fallit tertiò, nisi prius de deputatione Archiuistæ doceatur, & quòd in mittendo originale in Archiuio, siue in illud extrahēdo fuerit seruata forma, de qua per *Corn. conf.* 142. *num.* 6. *lib.* 3. *Decian. conf.* 24. *num.* 51. *lib.* 1. vel nisi prius fuerit recognita manus Archiuistæ, *iuxta Oldrad. in consil.* 1. *num.* 3. *Alex. in conf.* 166. *libro secundo, Puteus decis.* 323. *lib.* 1. *& ita fuit decisum in illa Romana, seu Tiburtina Castrorum quarta Iulij* 1607. *coram Cardinali Marcomontio*, Vndè quando scripturæ sunt extractæ, iuxta formam *l. final. de fide instrumentor.* plenè probant, *vt ait Rota decis.* 27. *num.* 1. *par.* 2. *in recentioribus.*

127 Sed est benè verum, quòd creditur assertioni Archiuistæ ad probandum, quem esse Archiuistam, *vt ait Rota decis.* 27. *num. primo parte secunda recentiorum.* Et aliquem esse talem, siue notarium ex subscriptione probatur, *vt fuit dictum à Rota per Cardin. Caualer. dec.* 640. *num.* 3.

128 Fallit quartò, veluti si essemus in Archiuio alicuius Monasterij, siue Cathedralis, quia tunc nisi solemnitates concurrant, scripturę ex eo extractæ nō probant, *vt ait Francisc. Marc. in sua decis.* 298. *num.* 1. *par.* 1. & ibi docet, quæ requirantur pro earum legitima extractione, *& Card. Seraphin. decis.* 642. *num.* 1.

129 Et nota, quòd Archiuium per se non potest supplere imperfectionem scripturarum, *Rota dec.* 349. *num.* 6. *par.* 1. *recent. & per Card. Caual. dec.* 580. *n.* 4. *& dec.* 613. *num.* 5.

130 Declara tamen procedere, quòd scilicet Archiuium non possit supplere defectum in substantialibus versantem; neque facere fidem de vna scriptura, quæ in Archiuio non extet, nec minus, quòd vnus actus, qui sit imperfectus fiat perfectus; secus verò si essemus in defectu resultante ex carentia sigilli, ac subscriptionis notarij, quæ non sunt de substantia, & ob id illis benè Archiuium robur præstaret, dummodo in alijs scriptura non deficeret, *vt ait Rota in dicta decis.* 349. *num.* 6. *par.* 1. *recentior. & per Card. Caualer. decis.* 193. *num.* 3.

131 Subdeclara prædictam fallentiam secundam hoc modo procedere, nempè quòd scriptura in Archiuio reposita lite pendente non probet, quando non habet requisita, nec minus sit authentica; at secus si è conuerso, quia tunc ea optimè fidem faceret, & probaret, *vt ait Verall. decis.* 41. *in principio, & in num.* 4. *par. prima, & Rota per Coccinum in sua decis.* 76. *num.* 31. *&* 32.

132 Extende prædictas fallentias eò magis procedere, si originale, ex quo sumptum est exemplum de recenti fuisset in Archiuio repositum, & repertum, nō in protocollo, sed in folio volanti in fasciculo scripturarum, absque signo notarij, *vt ait Angel. in suo consil.* 220. *cum alijs per Decianum ibi supra allegat. à Rota ibi coram Cardin. Marcomontio.*

133 Secus verò si scriptura esset subscripta à notario cum ipsius signo, & quæ postea esset extracta in vim compulsorialium parte citata, quia tunc plenam facit fidem *Rota decis.* 18. *num.* 2. *par.* 1. *recentior.*

134 Sublimita tertiò illam nonam limitationem non procedere, veluti si essemus in scriptura, quæ non sit perfecta, quia tunc non probat, etiam quòd sit scripta manu notarij, & alia requisita habeat, cum possit esse, quòd notarius diem, & alia necessaria in scriptura posuerit, & tamen actus ex aliquo accidenti non perficiatur, quia multa tractantur, quæ postea à partibus non concluduntur; Immò sæpè in ipso actu perficiendi actum, & stipulandi, partes ex aliqua differentia inter eas orta, illum excludunt, & sic gesta per notarium imperfecta restant, *Rota in dicta Romana Fideicommissi de Vectijs* 16. *Ianuarij* 1615, *coram Pirouano, quæ est decisio* 628. *num.* 5. *par.* 2. *recentior.*

135 At secus, quando scriptura esset subscripta à notario cum ipsius signo, & in ea adesset illa clausula (Actum) quia tunc vti perfecta plenè proba-

probaret, *vt ait Seraph. dec. 902. num. 2. & dec. 949. & Rota in d. dec. 18. num. 2. par. 2. in recent.*

136 Extende id præcipuè procedere, si dicta scriptura reperiatur cum alijs habentibus clausulam (Actum, & testes, & haberet relationem ad illas, quia tunc illa clausula (Actum) & testes repetiti censentur, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec.* 888. *num.* 1.

137 Contrarium verò esset, si scripturæ carerent illa clausula (Actum) & essent in filcia, in qua adessent aliæ informes, quia tunc non possent recipere robur ab illa filcia, quia nemo dat, quod non habet, *idem Cardin. Seraphinus decis.* 949. *num.* 4. & tunc illæ dicuntur prorsus imperfectæ, ob carentiam dictæ clausulæ (Actum) *idem Cardinalis Seraphinus in dicta decis.* 888. *&* 949. *num. primo.*

138 Extende hanc secundam opinionem etiam procedere, quando essemus in scriptura, in protocollo alicuius notarij reperta, sed manu alterius scripta, quia illa non dicitur authentica; secus tamen si in margine esset scriptum de manu eiusdem notarij de voluntate mea, *ait idem Card. Seraph. in d. decis.* 888. *num.* 3.

139 Sed tenendo primam opinionem, extende eam in tantum valere, vt non derogetur fides filciæ Notarij, tamquàm continentis scripturas æquiuocas, si notarius habuerit eas pro bonis, & authenticis, quod sufficit; *vt ait Cardinalis Seraphinus in dicta decis.* 888. *num.* 5.

140 Extende præterea procedere, etiam in apoca, aut illius exemplo registrato, & recognito in actis seruatis seruandis, & parte citata, quia tunc illa probat, absque productione originalis, *vt ait Rota decis.* 569. *num.* 1. *par.* 1. *recentior.*

141 Subextende idem procedere, quando essemus in scriptura in Camera Principis reperta, quæ ex consuetudine fidem facere potest, *vt ait Octau. Cacher. dec.* 69. *& Marta in compilat. dec. tom.* 1. *in verbo scriptura cap.* 20. *& Franc. Marc. in sua dec.* 439. *num.* 3. ait, quòd ratione loci publici scriptura priuata plenam fidem facit.

142 Limita decimò, quòd licèt scriptura priuata habeat prædictas infelicitates; nihilominus ea venit appellatione instrumentorum de propria significatione; secus tamen attento communi vsu loquendi, qui propriæ significationi præfertur, *vt fuit dictum in Fulginaten. Primogenituræ de Iacobillis, Veneris* 18. *Aprilis* 1597. *coram Litta, & Rota per Gregerium Decimumquintum decis.* 123. *num. primo*, & quòd scriptura veniet appellatione instrumenti, *vt ait Magonius decis. Lucen.* 15. *num. quarto.*

143 Sed est benè verum, quòd apocha priuata potest fieri, vt ex conuentione partium, vim obligationis Cameralis habeat, etiam, quòd in dicta apocha non fuerit data facultas extendendi formam Cameræ, *vt fuit dictum in vna Romana Pecuniaria de Fossettis* 14. *Maij* 1176. *coram Oriolen. & in alia Bononien. Pecuniaria, Veneris vigesimasecunda Martij* 1602. *coram Cardinali Lancellotto*, & tunc ea paratam executionem habet, & præsertim si manu promissoris fuerit scripta, vel subscripta ex statuto Vrbis, *vt ait Card. Mantica decis.* 238. *num.* 1.

144 Contrarium, quòd scilicet partibus non sit permissum pacisci scripturam priuatam vim publici instrumenti habere, dicunt *DD. alleg. à Mauson. in tract. de caus. execut. quæst.* 5. *de rescript. lib.* 1. *car. mihi* 41.

145 Et ratio est, quia si permitteretur illud in apocha priuata valere, sequeretur, quòd ea probaret, etiamsi non esset recognita, quod enim esset inconueniens, cum ei fides non sit adhibenda, nisi sit confessata: siue testes deponant fuisse præsentes, & vidisse debitorem eam scribere, & subscribere, *vt ait Marscardus de probationibus conclusione* 109. *& Marescottus variarum resolutionum libro primo cap.* 79. *& ibi de communi testatur, & ita fuisse decisum, ait Nicol. de Passer. de script. priu. lib.* 2. *num.* 2. *&* 8. *fol.* 95. *Rota dec.* 328. *num.* 8. *lib.* 4 *diuers. & decis.* 124. *num.* 1. *& decis.* 813. *num.* 1. *lib.* 1. *diuers.*

146 Et hanc secūdā opinionē tenēdo extende

tende idem procedere in pacto facto, vt debitor possit carcerari, quod non valet, licèt secus, si illud in instrumento esset factum, *Marescot. ibi supra, & quæst. 2. & Rota ibidem.*

147 Sed primam opinionem tenendo, declara, quòd dicta apocha obligatione camerali munita, non sit exequenda, nisi prius facta illius extensione, aliàs Iudex non diceretur certus de sua iurisdictione; Ideò sit cautus procurator citare ad videndum extendi formam Cameræ, *vt ait Rota in Lauretana pecuniaria* 5. *Aprilis* 1593. *coram Gipsio, & in alia Romana de Pinellis* 20. *Februarij* 1598. *coram Orano, & in Romana Releuationis à molestijs* 19. *Ianuar.* 1601. *coram Lancellotto*. Et in qua citatione sit facienda instantia illius extensionis, latè dicam in verbo *Auditor Cameræ ex mente Rota.*

148 Postea verò sit citatio ad videndum decerni mandarum, quando sumus in apoca priuata, & fit decretum, Nisi infra tres, & postea ad videndum relaxari, & tunc decretum fit, Nisi ad primam, cum intimatione, *vt ait Rota ibi supra.*

149 Quod tamen secus esset, quando ageretur in vim instrumenti, quia eo casu relaxatur mandatum, Nisi ad primam, cum intimatione, aliàs hoc non obseruato Dominus Auditor Cam. solet reuocare mandata, tamquam nulla, condemnando actorem in expensis, *vt fuit dictum in vna Romana pecuniaria de Pinellis Mercurij* 8. *Aprilis* 1598. *coram Orano, & in alia Perusina dotis Veneris die secunda Aprilis* 1606. *coram Ortembergo, quæ est apud Zachiam de oblig. Cam. dec.* 19.

150 Quæ tamen intellige procedere, quando debitor vnica citatione relaxationi mandati consensisset, quia tunc etiam in apoca priuata, veluti in instrumento, vnica citatione procedi posset, vt omnes practici, vbique fatentur, *idem ait Zachias de obligat. Cameral. & Picus adstatut. & Rota ibi in dicta decisione* 19. *num.* 4.

151 Quod enim in tantum extende procedere, vt neque etiam in extensione obligationis Cameralis susceptio mandati executiui comprehendatur. Et ratio est, quia si hoc generaliter verum esset, vtique superuacanea esset Constitutio Pij Quinti, & sic numquam esset locus huic nullitati, *vt fuit dictum in illa Perusina dotis coram Ortembergo*, & prædicta sint dicta in gratiam Tyronum, qui sæpè in principio professionis exercendæ, huiusmodi terminos ignorare solent, veluti mihi herclè contigit, quia istum terminum meis expensis edidici.

152 Quid si apoca reperiatur lacerata penes debitorem? nota, quòd tunc liberationem, & solutionem arguit *Mascardus de probationib. conclusione* 111. *num.* 15. *volum. primo, Felin. in cap. secundo de fide instrumentorum, Papiens. in forma libelli, in actione hipothecaria, in verbo Exceptionum solutionis num. secundo, & Decius in cap. tertio loco, num. secundo, de probationibus, Rota decis.* 443 *par. prima recentior.* Et ratio ea est, quia regulariter scriptura inregra penes creditorem stare debet, quando debitum contineat, *vt ait Rota per Gregorium Decimumquintum decisione* 439. *num. septimo, & vide quæ dixi supra in hac materia in conclus.* 121. *sub num.* 2. *& ibi multa inuenies.*

153 Fallit tamen, quando debitor allegasset se liberatum pacto de non petendo, quia tunc non præsumitur liberatus, *vt ait Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 40. *num.* 2. *lib.* 3. *declarat.* 16. Secus verò, quando allegaret se liberatum solutione, & debitor non esset persona domestica, sed extranea, quia tunc liberatio præsumeretur, *vt distinguit Papiens. ibi supra, Roman. consil.* 446. *nu.* 13. *& Mascar. de probat. concl.* 476. *num.* 3. *vbi de communi testatur.*

154 Et ad hoc propositum nota, quòd si quis dolosè apocam conficiat, siue laceret, tunc pœna falsi punitur, *vt ait Francisc. Marc. in sua decis.* 739. *&* 741. *par. prima.*

155 Et est quoque notandum, quòd si aliqua apocha reperiretur diuerso atramento scripta, non per hoc suspecta redditur, si tempore confectionis scripturæ ibi potuerint plura atramenta adesse, quia tunc consequentia super falsitate commissa non valeret, *vt fuit dictum à Rota in vna Parisien. pecuniaria Veneris die* 14. *Martij* 1611. *coram Car-*

dinali Lancellotto, qua est in 1. par. recent. dec. 303. num. 5.

156 Sed hic erit rnimaduertendũ, quod ad hoc, vt producens apocham, siue aliã scripturam possit de falso argui prius est citandus ad declarandum, an velit ea vti pro bona, legali, & fidedigna; & si ille respondet se velle eam pro tali habere, donec de contrario constet, tunc benè respondit; secus verò, si diceret velle habere illam pro bona, quatenus de contrario non appareat, *vt ait Bart. in l. Diuus la seconda, ff. ad l. Cornel. de fals. Lap. alleg. 119. Castrens. in l. 2. C. de fide instrumen. Capol. cautel. 59. Ripa in cap. cum illi colum. 56. num. 100. de constit. Cyn. Salicet. & Angel. in l. si falsò, ff. de falsis, Alberic. in l. 2. C. de fide instrum. Menoch. de Arbitr. quæst. 316. lib. secundo, latè Farinac. in tract. de falsit. & simulat. quæst. 159. num. 24. & 66 cum seqq. Afflict. decis. 189. num. 1. & ita fuit dictum à Rota in vna Romana Castri Riani 15. Maij 1555. coram Capizucco, & Caputaq. decis. 252. lib. 1. in manuscript.*

Sed quod dicta responsio, interrogati super eo, an scilicet velit vti iuribus pro veris, & legalibus sit sufficiens, si dicat se velle vti, donec contrarium probetur, & quòd ita seruetur *in Rota fuit dictum in in decisione 364. num. tertio, post secundum volumen. consil. Farinac. in vna Lunen. Sarzanen. Coram Card. Pamphilio, & in alia Romana, seu Ianuen. pecuniaria, Veneris 21. Maij 1621. coram Buratto*, vbi ait, id esse verum, quoties suspicio falsitatis cesset.

157 Contrarium, quòd scilicet respõsio debeat esse præcisa, aliàs, quòd nõ suffragetur, si fuerit facta conditionaliter, vt superius dictum est, *fuit decisum in Lunen. Sarzanen. Iuris patronatus 16. Aprilis 1612. coram Pamphilio.*

158 Et ratio est, quia ratione iuramenti, quod est indiuiduum non potest, Respõdens dicere *Ego volo vti scriptura in talibus verbis, vel in tali loco*, & propterea ista responsio debet esse sine aliqua plica, vt benè animaduertit *Vrsill. in dicta decisione 189. num. 1. & 2.* Vnde *Papiens. in sua praxi in forma producendi instrumenta, in verbo Appareant esse iusta, nu. secundo ait*, quòd iudex debet assignare terminum principaliter ad præcisè respondendum, an velit scriptura vti pro legali, & fidedigna, quo elapso pœnæ legali subiacebit, si tamen falsitas probata erit, sed si recusaret respondere, tunc red dit scripturam de falso suspectam, *vt ait Rota decisione 452. num. quarto, par. 3. recent.*

159 Sed declara tamen, quòd longior dilatio debet assignari, vbi responsio versatur circa factum alterius, quàm si essemus in proprio, quia tunc elapsa dicta dilatione ad respondendum assignata, debet producens simpliciter respondere, & eò magis, quando odor falsitatis daretur, neque obstaret dicere, quòd Rota solear abhorrere, vt de ciuili, fiat causa criminalis, quia ea non debet dare partibus occasionem se inuicem decipiendi, vltra quod, si producens vellt esse tutus, vt contra ipsum criminaliter non agatur, potest simpliciter declarare se nolle vti, aliàs à productione debebat se abstinere, *vt fuit deductum à Rota in illa Lunen. Sarzanen. coram Cardinali Pamphilio, & latius habetur in decisionibus allegatis post secundum librum consiliorum Farinacii, à Famiano Censulino, in eius additionibus in hac materia viden.*

160 Licèt sit quoque verum, quòd producens apocham, siue Instrumentum, aut testes, postquam declarauerit eis velle vti pro bonis, & fidedignis, poterit nihilominus illi velle vti renunciare, *text. est in l. si falsos, C. de fals. Bald. in l. si aduersarius, C. de fide instrumentor. & Ancharan. consil. 173. num. 3.* & tunc pœnam falsi euitabit.

Et licèt *Honded. in consil. 109. lib. primo*, dicat id posse fieri à producente scripturam, vsque ad sententiam; Nihilominus id poterit quandocumque, tàm ante sententiam facere, quàm etiam post eam, & sic in gradu appellationis, dummodo ea sententia sit talis, quæ rem iudicatam non inducat. Et ratio est, quia nemo punitur, nisi perseuerauerit in vtendo; & sic id, quod fuit dictum de valente renũciare illi vsui vsque ad sententiã, procedit etiam post eam, & etiam in gradu appellationis post tamen primam sententiam, quia appellatio pronunciatum rescindit, *ait*

Bart.

Bart. in l. 1. ff. de action. empt. in penult. col. & Angel. in l. & si post tres propè penult. colum. ff. si quis cauſ. & Alex. in ſuo conſ. 108. incipien. Viſo proceſſu num. 7. & 8. lib. 6. & vide Gratian. lib. 1. diſcept. cap. 109. num. 8. Aliàs ſi quis ea ſcriptura falſa, ſiue teſtibus falſis vtatur quomodo puniatur, & quando de illis dicatur habuiſſe ſcientiã ſufficientem, ſiue ſimus in ſcriptura propria, ſiue in facto alieno, *vide omnino Clar. in §. falſum num. 20. & ſeq.*

161 Licèt ego (ſi verum fatear) non ſim plenè ſatisfactus de prædicta opinione, Nam nimis grauè mihi videtur, vt ei, qui ad effectum euitandi ſolutionem alicuius debiti, vel vt ſaltem ſui ipſius conditionem aliquo modo meliorare prætendat, via huiuſmodi declarationem petendi aperta fiat, & iniuriç nota quodammodo creditorem inurere, quia dum debitor petir à creditore, an velit vti pro legalibus, & fide dignis illis ſcripturis, ſeu dictis teſtium per eum productis, vtique prębet occaſionem hominibus forſan credendi in illis poſſe aliquam falſitatẽ adeſſe, & ſic quod de iuſto, & probo, pręſumatur, vt poſſit eſſe fur, & latro, quod eſt euitandum, & pręſertim à Rota, quę criminalitates tàm ſummopere abhorrere ſolet, *vt fuit dictum in prædicta Lunen. Sarzanen. Iuriſpatronatus coram Cardinali Pamphilio;* Et propterea ommiſſa omni diſtinctione Rotę ſuper eo, an ſcilicet ſit concedenda dilatio ad declarandum, vel non, nunquam ego ad id quemquam libenter admitterem, niſi in caſu, vbi aliqua pręſumptio falſitatis vrgeret, neque propterea tali caſu exequutionem intereſſe ciuilis retardarem; licèt ſit benè verum, quod curarem ego, vt actor, ſiue creditor aliquam ſummam pecuniarum, vel quid ſimile pro eius credito recipiens, idoneam fideiuſſionem pręſtaret, de eã reſtituendo ad omne mandatum Domini, & ſic in caſu, vbi falſitas ſcripturarum detegeretur; & licèr poſſet replicari, quod quis ſciens ſcripturam eſſe legalem, & fide dignam deberet ob id liberè eam eſſe talem fateri; nihilominus reſpondeo, quòd ob dubium, quod facilè intercedere poteſt, vt ſcriptura legalis hominum malitia illicò falſa euadat, & ſic ſi falſo modo quis lędi poſſit, idcircò vnus non debet huic periculo ſe exponere, ſed in tuto ſtare, & pręſertim prędicta facilius procedere deberent, quando eſſemus in perſona bonę qualitatis, & famę, contra quam pręſumptio falſitatis non venit admittenda, & pręcipuè in parua ſumma, *iuxta tradita per Menoch. in conſ. 221. num. 1. & 230. num. 27. cum ſeqq. lib. 3. & facit illa deciſio in Ianuen. Pecuniaria coram Buratto.*

162 Declara tñ, q̃ ſi detegeretur illa apoca falſa, tunc producens vltra pœnam falſi, & nullitatis, etiam pro confeſſo haberetur, *vt ait Rota per Acchill. de Graſſis deciſ. 2. de confeſſ. & facit deciſ. Coccini 44. num. 2.* Veluti quoque dicitur de committente falſitatem in actis, qui perdit cauſam; Licèt tamen aduerſarius nõ obtineat, ſi plenè eius intentionem non probet, etiam ſi cauſa perderetur ob falſitatem in vim ſtatuti. Vndè hic obiter notandum erit, quòd ſi ſtatutum diſponat producentem falſum inſtrumentum amittere cauſam, & reus, & actor falſa inſtrumenta producant, tunc quia paria delicta pari compenſatione tolluntur, igitur tali caſu melior conditio erit rei, qui propterea abſoluendus veniret, *vt ait Rota per Buratum deciſ. 47. num. 23. & ſeqq. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 833. num. 16. & ſeqq. lib. 5. & facit dec. Coccini 44. num. 2.*

Secus autem ſi quis ignoranter ſcripturam, ſiue articulos, vel teſtes produxerit, quia tunc pœnam falſi euitabit, quę quidem ignorantia ad illud euitandum in dubio pręſumitur, & pręſertim in facto alieno, cum falſum abſque dolo, & dolus abſque ſcientia, & ſpe lucri non committatur, quod tamen ſecus eſſet in facto proprio, quia tunc ad eam pœnam euitandam error iuris non admittitur, quia in eo ſcire tenetur; animaduertendo tamen, quòd quamuis vnus in ſecundo caſu produceret falſos teſtes, ſiue articulos, ſed eorum vſum euitaret; Nihilominus pęnam falſi non euitabit, & pręſertim in Regno Neapolis, quia eos producens, & illis vtens ipſo iure amittit cauſam, at ſecus de iure communi, *vt ait Capicius deciſ. 67. num. 7. cum ſequentibus.*

Rurſus

Rursus & vltimo loco reassumendo pro coronide istius materiæ illud, quod superius dixi sub num. 74. in materia apocæ priuatæ, cui nulla fides sit adhibenda, si intra quindecim dies post illius confectionem non fuerit archiuiata, ex constitutione Sixti Quinti. Extende in tantum procedere, vt propterea (ex noua pro màgno bono totius status Ecclesiastici Vrbani Octaui prouidentia, per viã bannimentorum, quorum vnum fuit publicatum de anno 1628. die 21. mensis Martij, alterum verò de anno 1630. sub die 11. eiusdem mensis) nedum fides adimitur apocis priuatis, etiam Tipis impressis, intra illud tempus præfixum non archiuiatis, necnon etiam partitis librorum, ac alijs quibuscumque scripturis tàm publicis, quàm priuatis, ex quibus oriri possit actio, vel exceptio in Iudicio; Verum etiam, & publicis instrumentis, itavt illis tali casu nulla fides sit prorsus adhibenda; Licèt tamen Archiuista, siue illius substitutus possit huiusmodi nullitates, extra illud tempus determinatum sanare, si tamen à partibus, vel ab vna earum fuerit cum eo concordatum, & dummodo nullitas nõ fuerit in iudicium deducta, & ab altera ex dictis partibus acceptata; Animaduertendo præterea, quòd talis facultas attributa Archiuistę solùm procedit in instrumentis, & publicis scripturis, non autem in priuatis; quamuis illæ manu notarij fuissent conscriptæ; Nullitates verò prouenientes ex huiusmodi apocis priuatis, necnon etiam ex alijs quibuscumque instrumentis, & publicis scripturis sanari poterunt ab Eminentissimo Cardinali Camerario, seu ab Archiuiorum totius Status Ecclesiastici pro tempore Præfecto, quandocumque, & vsque ad quamcumque summam, si tamen à partibus non fuerint acceptatæ, neque in Iudicium deductæ; secus autem quando illæ acceptatæ, vel in Iudicium deductæ fuissent; quo casu à dicto Cardinali, & Archiuiorum Præfecto sanari poterunt; dummodo agatur de summa scuta vigintiquinque nõ excedente; aliàs si scripturæ prędictã quantitatem excederent, tũc erit recurrendũ ad Summum Pontificem in Signatura Gratiæ, pro obtinenda in integrum restitutione, si illius Sanctitati placuerit, vt in supra notato bannimento publicato de anno 1630. num. 8. & 11.

ARGVMENTVM.

APOSTATA QVID SIT, ET QVOtuplex sit, ac de illius effectibus, & pœnis.

CONCLVSIO CXXIV.

1 APOSTATA nota, quòd est nomen Græcum, per quod significatur ille, qui ab instituto prioris vitæ recedit, quod susceperat publica, & solemni professione tuendum, & propterea Apostata Græcis idem significat, quod latinis desertor. Vndè habemus in Ecclesiasticis capit. decimò, quòd initium superbię hominis est apostatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum recessit cor eius, & propterea debemus pari modo non ignorare, quòd Apostata tribus modis cunsiderari potest, & primo dicitur talis, quando quis est desertor prioris suscepti instituti. Secundò, quando quis à Clericorum statu recedit. Tertiò, qui discedit à professione susceptæ fidei, & religionis Catholicę, licèt hodie apostata accipiatur pro nefario, & impio Catholicæ fidei desertore; Item an apostata sit idem, quod hæreticus variæ sunt opiniones, & pro parte negatiua tenent, *Diuus Thomas par. 2. quæst. 12. num 1. & seqq. Syluester in verbo hæresis prima quæst. 11. Turrecremat. in summa lib. 4. par. 2. cap. 13. Canus lib. 12. de locis Theologicis cap. 9. ad secundum Simanch. de Catholic. instit. titulo 6. num. 5. quos omnes allegat Azor. in prima parte Instit. Moral. lib. 8. cap. 21. col. 1006.*

2 Pro parte verò affirmatiua, nempè Apostasiam non esse ab hæresi peccatum specie distinctum, sed solùm esse circumstantiam augentem deformitatem, & criminis turpitudinem, *tenent Alphons. Castrens. lib. 1. tit. de iust. hæretic. punit. cap. 17. Caietan. secunda secundæ quæst. 10. artic. 15. & quæst. 11. art. 1. Banness secunda secundæ quæst. 12. art. 1.*

3 Et

3 Et hanc opinionem affirmatiuam magis approbat, *idem Azor. ibi supra* respondendo contrarijs pro negatiua facientibus, quem per te videre poteris.

4 Rursus notandum erit, quòd tribus modis quis potest esse apostata, & primò, quando vnus sola mente à fide catholica recedit, & iste pœna iuris non venit afficiendus, & ratio est, quia id est peccatum in corde tantum commissum, & propterea in foro exteriori puniri nõ potest, cum solùm Deus sit scrutator cordium, & sic igitur iste solùm Deum vltorem habet. Secundò, si quis exterius mente, verbo, & facto fidẽ catholicã deserat, & iste potest esse prorsus occultus, adeò vt omnes illius crimen ignorent, siue potest esse manifestus, veluti quia plures pro comperto illud habere possunt; sed quoquomodo illud sit, talis peccati auctor excommunicatione ipso iure afficitur. Tertiò modo contrahitur apostasia per actus exteriores, nempè si quis verbis, vel factis; sed non animo à fide catholica discedit.

5 Declara tamen, quòd talis exterior apostata, veluti quando quis fidem catholicam abnegat metu malorum, nempè mortis tormentorum, perpetui carceris, & similium, sine tamen vllo mentis errore de fide, & tunc iste in foro exteriori pœnas apostasiæ meretur, quia pro tali habetur, & pro tali punitur, licèt secus sit in foro interiori, nempè conscientiæ, quia iuxta illud non dicitur apostata, cum non animo, & voluntate à fide recedat, pro quo facit illa regula, quòd non dicatur peccatum, nisi sit voluntarium, veluti in isto casu, quando quis metu mortis verbo tantum à fide recedit, quia tunc saltem primariò non est voluntarium, sed secundariò sic, & malè, vt mox dicam, sed pro huiusmodi excusatione videtur facere quoque altera regula, sed tamen disputationis gratia, loquendo nempè, quod quos natura nõ obligat, conscientia non ligat, vndè natura non me obligat, vt me mori patiar, ergo nec conscientia me ligare debet, si vt periculum mortis euadam, fidem solo verbo abnegem, veluti dixi supra in verbo Adulterium.

6 Sed prædictis minimè refragrantibus non possumus negare, quin illud sit peccatum mortale, & ratio est, quia cum abnegare fidem, etiam solo verbo, & nõ animo, sit de per se malum, ergo neque metus mortis iustam excusationem præbet in his, quæ sunt per se mala; quia Religionem Christianã ore profiteri, & animo credere debemus, & quamuis quis Religionem Christianam metu mortis oretenus tantùm fidem abneget; tamen eam sponte negare dicetur, sed est benè verum, quòd illud dicitur peccatum, non quidem contra fidem, sed contra fidei confessionem, vt ex communi Theologorum sententia, *tradit Azor. ibi supra in littera D, & Ricc. in sua collect. decis. 218. per totam par. 1.*

7 Declara præterea, quòd illæ duæ species apostasiæ, nempè perfidiæ, & inobedientiæ non contrahuntur ex sola trangressione, & temeritate, siue contemptu, *vt ait Rota per Acchill. de Grassis decis. 346. alias 1. de apostat. nu. 8. & Marta in compilatione decisionum tom. 2. cap. 1. in verbo Apostata, Direct. Inquisit. par. 1. quæst. 9. comment. 24. Summ. Angel. in verbo Apostata quæst. 9. Syluester ibidem quæst. 1. Rossel. in hoc verbo Apostasia, Tabien. in eodem verbo quæst. 3 Simanc. de Catholic. Instit. tit. 17. num. 36. Albertin. in sua repetit. rubr. de hæret. lib. 6. quæst. 13. num. 67. & Conrad. Brun. de hæret. lib. 1. cap. 4.*

8 Extende eodem modo procedere, veluti si Monachus, siue alius religiosus absque habita licentia ad laxiorem religionem fuerit ingressus; quia non per hoc apostata efficitur, *vt ait Cappell. Tholos. dec. 16. Ioann. Corset. & Marta ibi sup. cap. 2.*

9 Fallit tamen primò illa declaratio, si vltra contemptum, temeritatem, vel trangressionem, concurreret etiam animus non obediendi Pontifici, sub prætextu, quòd ille non haberet potestatem condendi canones, quia tunc his concurrentibus vera apostasia contrahitur, *vt ait idem Acchill. & Marta in præcit. locis.*

10 Fallit secundò, quando ille habitum dimittat, & tamquam laicus viuat, siue etiamsi vti Clericus se gerat; dummodo tamen prorsus obedientiã deserat; Imò neque ei isto casu suffragaretur, si subtus habi-

habitum deferat, quia paria sunt habitum non deferre, & illum coopertum ferre, quod tamen intellige verum, si apostasia largo modo, & impropriè sit sumpta, & hæc est sententia antiquiorum Pœnitentiariæ Præsidentium ex consulto Theologorum, qui dixerunt hanc esse veritatem, veluti testatur, *idem Marta, & Achilles ibi supra num.* 13. *& Petrus Garzias à Toleto decis.* 75. *& Thom. Triuis. in sua decis.* 19. *par.* 2. *Palatij Apostolici Venetiarum, & Riccius ibi supra, & Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 68. *num. primo.*

11 Et ad credendum, an ex longa habitus desertione, quis deseruerit religionem, adeò vt dicatur contracta apostasia, sunt quærendæ coniecturæ, & probationes, *vt ait Acchill. & Marta in præcitatis locis.*

12 Declara tamen, quòd licèt apostata hoc modo non sit vti talis puniendus; punitur tamen vti excommunicatus, & alijs pœnis à iure inflictis, *vt ait Rota per Achil. ibi supra, num.* 16. *& Marta ibidem, & Azor. ibi supra fol.* 1007.

13 Extende primò, quòd si dum ille vagatur absque habitu, celebraret irregularitatem incurrit, *vt ait Rota ibi supra nu. quinto.*

Sed Declara id esse verum, quando sumus in apostata manifesto, siue facti euidentia, siue propria confessione in iudicio, siue Iudicis sententia, quia tunc infamis efficitur, & sic irregularitatem incurrit, & propterea hinc fit, quod talis apostasia dicitur crimen depositione dignum, & quando est notorium infamiâ, & irregularitatem inducit ipso iure, *idem Azor. ibi supra in d. fol.* 1007. *vers. Octauo quæritur.*

14 Quod tamen secus esset, si loquamur in foro interiori, & ageretur de apostata occulto, quia tunc talis solùm incidit in excommunicationem, *vt ait Azor. ibi supra, dicto versiculo Octauo quæritur, in principio.*

15 Sed quòd etiam occultus, qui re vera sit hæreticus ipso iure irregularitatem contrahat, *firmat Azor. in præcitato loco, & ibi rationem assignat.*

16 Extende secundò, quòd etiam apostata solo verbo, vel facto metu pœnarum, vel mortis, sed non propria voluntate, & animo, si tamen manifestus ipso iure fieret infamis, & sic depositione dignus, *vt ait idem Azor. ibi sup. d. vers. Octauo quæritur.*

17 Extende tertio prædicta adeò esse vera, vt propterea neque verus apostata per veram pœnitentiam mentis, & per abiurationem à crimine absolutus, potest ad ordines, siue ad beneficia redire, & ad futura promoueri, absque Romani Pontificis auctoritate, secus in altero, qui irregularitatem non incurrit, sed tantùm in excommunicationem incidit, quia tūc talis ab illa excōmunicatione absolutus, potest ordines, & beneficia recipere, cum nullam irregularitatem contraxerit, *vt ait idem Azor. ibidem vers. Octauo quæritur.*

18 Declara tamen, quòd si talis suspectus de hæresi abiurat, tunc recuperat beneficia, etiam tertio collata; quia talis abiuratio maculam purgat, quando tamen nulla præcesserit sententia condemnatoria, sed solùm fuerint suspensa beneficia inquisiti, ob suspicionem de hæresi, *vt ait Rota per Achill. de Grassis decis. vnica de hæretic. alias* 345. *& pulchrè de hac materia ait Rolan. cons.* 63. *lib.* 3. exemplificando de Diuo Petro, qui Christum abnegauit, sed postea reuersus ad Apostolatum redijt, veluti dicitur de Dauide, qui post mortiferum peccatum pœnitentiam egit, & ea peracta in honore, & dignitate remansit.

19 Contrarium, quòd scilicet Apostata ex reditu, siue absolutione inhabilitate non careat, *ait Marta ibi supra in fine. & propterea fuit decisum à Rota in vna Gadicen. Canonicatus* 20. *Iulij* 1587. *coram Comitulo, quæ est decis. post primum volumen consil. Farinacij*, quòd si quis ferit condemnatus de hæresi, etiam per acta pœnitentia remanet infamis, nec per consequens dignitates consequi pōt, quia infamibus omnes actus ciuiles sunt interdicti, *c. infames de reg. iur. in* 6. *& cap. infamis*, §. *Porrò* 3. *quæst.* 7. *alleg. à Rota ibi sup.*

Concorda tamen, vt scilicet prima opinio procedat, quando crimen non est declaratum, *vt ait dict.* §. *porrò, & l. at læsus*, §. *calumniator, ff. de his, qui not. infam. allegat. à Rota ibi coram Comitulo*, nec non etiam imputatus de hære-

hæreſi abiurauit, quia tunc à crimine ſe purgaſſe cenſetur, cum ſoleat dici, quòd pœna publica ſubrogatur loco pœnę contentioſæ, *cap. ad abolendam, §. quæ verò, & cap. excommunicatus de hæretic. & cap. inter de purg. Can. & alij alleg. à Rota ibi coram Comitulo*, vbi ſubdit, quod per talem pœnitentiam irregularitas tollitur.

Secunda verò opinio procedit, quando crimen non fuit declaratum, & abiuratio ceſſauit, quia tunc ille talis non recuperaret beneficia, & honores, cum detentus in officio Inquiſitionis, ex cauſis dictum Tribunal concernentibus infamiam incurrit, *vt ait Cæſar de Graſſis deciſ. 2. in fine de accuſat.* Immò etiam abiurans ratione ſcandali remanet ſuſpenſus, licèt illud tollatur ex lapſu temporis, & ex alijs cauſis, quas ponit *Felin. in cap. cauſa de for. compet. allegat. à Rota ibi coram Comitulo.*

Sed tenendo eam ſecundam opinionem, vbi habetur, quòd hæreticus beneficijs ſit priuandus, & ad futura inhabilitandus, Extende eam quoque procedere in filijs hæreticorum, qui ipſo iure illis priuantur, vel ſaltem priuandi ſunt, & ad futura inhabilitandi, veluti latè, & pulchrè diſcurrit de huiuſmodi materia, *Rota deciſ. 123. inter crimin. Farinac.*

Subextende etiam, quòd quando filij hæreticorum beneficijs, & penſionibus priuantur, huiuſmodi priuatio extenditur vſque ad ſecundam generationem, per lineam maſculinam, *vt ait Rota in deciſ. 87. per totam, & deciſ. 123. inter crim. Farinae. vbi multa.*

20 Sed redeundo ad materiã apoſtaſiæ, extende quartò, eam procedere, vt neque apoſtata animo ad fidem, & religionem rediens recipi debeat; ſed potius capite plectendus venit, iuxta iuris ciuilis diſpoſitionẽ *in l. his, qui ſanctam, C. de apoſtat.* cui ius quoque canonicum in aliquibus conformari videtur, in quibuſdam verò differre, vt animaduertit *Azor. ibi ſupra, verſic. Nono quæritur, ſol.* 1008. *ſub litera A. & Arelatanus in tract. de hæret. notab. 44. & Matth. in conſtit. Ciciliæ tit.* 3.

21 Contrarium verò ſeruatur de iure canonico, ex diſpoſitione Conciliorum, quod in hoc ſeruare debemus, & non leges ciuiles, *vt ait Director. Inquiſitorum par. 2. quæſt. 49. comment. 24. Simanch. de Catholic. Inſtitut. tit. 7. nu. 4. Alphonſ. lib. 1. de iuſt. hæret. punit. c. 23.* & hinc propterea fit, quòd cum hæreſis, & apoſtaſia ſit Eccleſiaſticum crimen, & de quo ſolus Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere dẽt, vt inferius dicemus, & veluti de hoc eſt *tex. in c. vt inquiſitioni de hæretic. in 6.* Idcircò dictum ius canonicum venit attendendum.

22 Vndè videmus, ꝙ ſi quis fidelis apoſtata ꝑ infinita tẽpora ad Eccleſiã non acceſſerit, ſi tamen aliquando redierit nec fuerit idolatra poſt decem annos ad cõmunionẽ admitti debet, licèt Conciliũ Arelatenſe in cap. 23. *de his, qui apoſtatant, & poſtea infirmitate corrupti communionem petunt*, dicat eis non eſſe dandam communionem, niſi reuelauerint, & egerint dignos pœnitentiæ fructus; quæ quidem opinio ſupra eorum receptione mihi valdè placet, quia Eccleſia tanquam pia mater, & cultrix omnium nunquam claudit gremium ad ſe redeuntibus, & ita mandat *Conſ. Elibertin. in cap. 46. de apoſtatis, veluti teſtatur Azor. ibi ſupra, ſol.* 1008. *ſub litera A.*

23 Et hanc ſecundam opinionem amplia in tantum eſſe veram, vt propterea apoſtata ad ſuam religionem reuerſus, & à pœna iuris abſolutus, qui ſit bonæ famæ in Abbatem, & Præpoſitum eligi poſſit, *idem Azorius in dicta prima parte Inſtitutionum Moralium in repertorio in verbo Apoſtata, Achill. dicta deciſ.* 346.

24 Extende ſextò, quòd etiam verus apoſtata, ſicut hæreticus ipſo iure beneficijs priuatur, *vt ait Rebuff. alleg. ab Azorio in ſecunda parte Inſtitutionum Moralium lib. 7. cap. 17. ſol. 527. in principio, & Achill. de Graſ. d. deciſ. 346. num. 1.*

25 At ſecus in ſuſpecto ſolùm de hęreſi; quia tunc ſolùm beneficia ſuſpẽduntur, vt ſuperius dixi.

26 Et ad id nota, quòd apoſtata hoc modo conſideratus ab hæretico non differt ſpecie; ſed nomine, & accidente, Immò differt etiam in alio, quia apoſtata fidem Catholicam in totum deſerit, hæreti-

hæreticus verò in parte solùm deficit à fide, *idem Azor. in prima parte Institution. Moral. fol.* 1006. *vers.* 3. *& in vers. Ad Argumenta in litera B.*

27 Et propterea multi vocant tales apostatas fieri Paganos, Saracenos, vel Iudæos, cum tales sectas profiteri videantur; licèt sit benè verum, quòd apostasia differt à Paganismo, quia Paganus contradicit fidei, quam nullo modo antea susceperat; sed apostata repugnat fidei, quàm antea profitebatur; differt etiā apostata à Iudæo, quia Iudæus contradicit fidei, quàm in typis, vmbris, & figuris ante tenuerat, sed apostata recedit à fide, quàm antea puro, & sincero corde susceperat, *vt ait Alphons. Castrens lib.* 1. *de Iust. hæretic. punit. cap.* 17. *Caietan. secunda secundæ quæst.* 10. *art.* 15. *& quæst.* 11. *artic.* 1. *& alij allegati a b Azorio ibi supra fol.* 1006. *sub litera A.*

Subextende id, quòd fuit dictum de hæreticis, vt scilicet beneficiis ipso iure priuentur, procedere etiam quoad amissionem bonorum, quæ illis impunè auferri, atque deprædari possunt; quinimmò id procedit, etiam si domini illorum bonorum essent subditi Regis hæretici, *vt ait Rota decis.* 611. *num.* 3. *par.* 1. *diuers. & decis.* 480. *num.* 3. *par.* 3. *recent.*

Declara tamen primò prædictam extensionem esse veram; dūmodo prius per derobantem bona hæreticorum probetur, eos esse tales; quia cum hæresis sit maximum delictum, idcircò non præsumitur, nisi probetur, *Bald. in l. præcibus, C. de impub. & alijs substit. num.* 21. *Roman. cons.* 153. *in fine, Cephal. cons.* 76. *num.* 23. *& Iason in l. qui iurasse, §. si pater num.* 8. *ff. de iureiuran. & Rota decis.* 480. *num.* 3. *ferè in fine.*

Declara secundò id, quod fuit dictum ad id sufficere, vt Domini dictorum bonorum ablatorum sint subditi Regis hæretici, ad hoc, vt impunè ea deprædari possint, posse procedere, si ipsi quoque essent tales, at secus venit dicendum de Christianis Catholicis, qui opprimerentur ab hæretico Rege, siue in illius Regno negotiarentur, quia tunc illis non essent derobanda eorum bona; quinimmò illi sunt maiori commiseratione digni, quando à tali Rege opprimuntur, imò eo ipso, quòd quis probatur Christianus, tunc ipse præsumitur bonus, & Catholicus, *cap. fin. & ibi gloss. in verbo Idoneus de præscript. cap. vnic. de scrutin. l. omnimodo, C. de inoff. test. Imol. cons.* 44. *num.* 2. *Crauett. cons.* 60. *num.* 7. *& Rota dicta decisio.* 480. *numero* 3. *&* 4.

Declara tertiò, quòd licèt hæretici non possint esse testes contra catholicos regulariter; Fallit tamen, vbi essemus in casu difficilis probationis, vt est deprædatio facta in mari, vbi alij testes non adessent, veluti in istis terminis animaduertit *Bertran. cons.* 103. *incip. viso processu num.* 7. *volum.* 2. *par.* 2. *Gabr. conclus.* 7. *de testibus, cap. veniens il* 2. *in fine eodem tit. cap. fin. de testibus cogen. l. Consensum, §. super plagis, C. de repud. Dec. cons.* 341. *num.* 3. *& Rota dicta decis.* 480. *num.* 4. *in hac materia vide Doctores in auth. Nauigia, C. de furt. cap. fin. §. vanigia & ibi Præpos. de stat. & consuet. contra libertat. Eccles.*

Subdeclara tamen, quòd nemo apostata, siue hæreticus præsumitur, & ideò qui dicit vnum esse talem, id probare tenetur, *vt ait Rota dicta decis.* 480. *num.* 3. *& seq. & prius decis.* 23. *num.* 6. *dicta par.* 3. *recentior.* & ibi habetur, quòd hæresis non datur sine pertinacia, siue etiam si quis diceret propositionem hæreticalem, sine malitia, & ob lapsum linguæ, quia tunc, aut non faciliter talis veniret puniendus, aut leuiter, & extra ordinem, & maximè quando error versaretur in intellectu, ob quem quis malè de fide sentire non diceretur, *vt ait Rota ibi supra num.* 6.

28 Præterea videndum restat qui nam iudices possint super huiusmodi delicto, quòd dicitur irregularitatis, cognoscere, scilicet an Inquisitores, vel Episcopi, & in hoc duæ sunt opiniones. Et prima si isti institutum, siue regulam, quam professi sunt, deserunt, & publicè matrimonium contrahunt, & tunc Episcopi & Inquisitores in talem, vti de hæresi suspectum animaduertere possunt, *vt dicunt Ioann. Annan. Abb. Calder. & alij allegati à Simanch. de catholic. institution. titulo* 40. *num.* 8. *& Ricc. in pratic.*

præcitato loco, aliàs secus.

29 Secunda autem est de his, qui occultè Matrimonium contrahunt, quia tunc neque Episcopi, neque Inquisitores cōtra eos procedere possunt, *vt dicunt Doctores supra allegati.*

30 Concorda tu igitur, vt scilicet prima opinio sit magis iuri congrua. Secunda verò hodie in vsu reperitur recepta, & præsertim in Hispania, *vt testatur Azor. in prææalleg. loco, in vltimis verbis, & Simanc. in dicto tit.* 40. *num.* 9.

31 Vnde primam opinionem tenendo, extende primò, eam quoque procedere in his, qui excommunicatione, qua sunt affecti, *ex cap. vt periculosa ne Cler. vel Monach. in* 6. obdurato animo, & in contemptum clauium per annum insordescerint, veluti etiam in his, qui antequam annum in excommunicatione compleuerint, ad nuptias transierunt, *vt ait idem Azor. ibi supra in littera C.*

32 Extende secundò, illam procedere in Clericis, qui in sacris ordinibus initiati matrimonio se copulent, quia tunc, tàm Episcopi, quàm etiam inquisitores in eos animaduertere possunt, tamquàm de fide suspectos, *vt ait Simanc. in dicto titulo* 40. *num.* 12. *& Bernard. Diaz in sua praxi criminal. cap.* 27. *& Azor. ibidem, vers. Vndecimo.*

Subextende dictam habitus regularis, siue tonsuræ dimissionem, adeò esse legibus, ac sacris Canonibus odiosam, vt propterea isti tales priuilegium clericale, & fori amittant, licèt tamen Iudex Ecclesiasticus suam iurisdictionem in illos non perdat, in tantum, quod tale casu præuentioni esset locus, *vt ait Triuisan. decis.* 48. *par. secunda, Capyc. in decis.* 161. *& est text. in cap. primo extra de apostat. allegat. à Riccio in sua collectanea* 352. *parte secunda, & ibi alia dicit in hac materia.* Et ratio illius subextensionis est, quia clericus, & regularis, ad hoc, vt gaudeant priuilegio illis concesso, debent deferre vestem clericalem, tam exterius, quàm interius, *vt ait Gratianus lib. secundo discept. cap.* 229. *num.* 20.

33 Declara tamen, quòd antequam eo priuilegio priuetur, trina monitio præcedere debet, *iuxta text. in cap. contingit il* 2. *de sent. excommun. & Riccius in sua collect.* 1610. *in princ. par.* 5. *& ib multa ait in hac materia.*

Subdeclara id esse verum, vbi essemus in clerico beneficium habente, at secus in eo primæ tonsuræ tantùm, quia tunc illa trina monitio, neque incorrigibilitas esset necessaria, sed ipso iure illud amittunt, veluti ita distinguendo, & exemplificando, *ait Grat. lib.* 3. *discept. c.* 440. *nu.* 7. *& seq. ex Constitut. Clem. VII. & Pauli III. de quibus per Menoch. cons.* 912. *nu.* 34. *Vrsil. ad Afflict. dec.* 24. *nu.* 7. *Clar. in prax. crimin.* §. *vlt. quæst.* 36. *vers. Hac autem, & Viuius dec.* 512. *num.* 17.

Rursus subextende quòd ne dum clericus, siue regularis, sine habitu, & tonsura incedens, post trinam monitionem priuilegium amittens remanet subiectus iurisdictioni Ecclesiasticæ, sed etiam id procedit, si ille vti laicus in enormibus delictis, siue criminibus fuerit deprehensus, quia nihilominus à Iudice Ecclesiastico erit puniendus, *vt ait Tho. Triuis. in sua dec.* 48. *par.* 2.

34 Vltimò erit notandum, quòd apostata, & vagabundus, non nocet Ecclesiæ, quando sumus in iure quæsito, *vt ait Magon. decis. Florent.* 141. *num.* 10. Imò ei vaganti Monasterium succedit. *vt ait dictus Magon. dicta decis.* 141. *num.* 5.

35 Et quòd fuit dictum de Monacho vagabundo nō valente iuri Monasterio acquisito præiudicare, Extende procedere etiam si apostata Episcopatum adeptus fuisset, *Curt. iun. in cons.* 48. *in fin. & Magon. ibi supra in vltimis verbis.*

Item quòd ius acquisitum alicui contra vnum ex superuenientia clericatus illud non tollatur, *ait Grat. lib.* 2. *disc. c.* 368 *n.* 9. *&* 12. *& lib.* 3. *c.* 464. *n.* 1. *& seqq.* vbi habetur in simili, quod clericus non potest testari de bonis aduentitiis ante clericatū acquisitis in præiudiciū patris, cui iā fuerat acquisitus eorum vsusfructus; secus autē, vbi ageretur de acquisitis post clericatum, *vt ait Amat. dec.* 71. dūmodo non essemus in Vrbe, vbi extat Statutū, vt filii clerici de suis bonis testari non possint, *Grat. disc.* 667. *in disc.* 713. *&* 781.

36 Et ad probandam illius professionem, quæ est necessaria ad hoc, vt in huiusmodi delictum, quis labi dicatur,

tunc duo testes sufficerent, etiam si essent Monachi eiusdem Monasterij, sed ad hoc, vt dicatur vnus professus, saltem tacitè sufficit habitus amictus, & quòd probetur per testes, vt habeatur pro tali, quia paria sunt in his, quæ iuris sunt, vt quis sit talis, vel habeatur pro tali, *vt ait Magon. ibi supra, num. 6. & seqq.*

37 Sed mihi ista opinio non placet, quia vbi agitur de infligenda pœna, requiritur liquidissima probatio, *vt ait Rota per Card. Manticam in dec. 321. num. 2. & sub num. nono ait*, quando perfectè liquidum dicatur.

38 Extende præterea apostatatus crimen adeò esse exorbitans, vt propterea illud nulla præscriptione tollatur, veluti, neque tolluntur crimen læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ, suppositi Partus, Parricidij, Assassinii, Falsæ monetæ, Simoniæ, Concussionis, Abortus, & sic de, similibus, *vt ait Farinac. in prima par. prax. crimin. quæst. 10. num. 29. cum seqq. & de quibus dixi in conclus. 59. num. 76.*

Declara præterea, quòd ad conuincendū professum de apostasia, tunc professio per scripturam venit probanda, *vt fuit decisum à Rota per Cardinalem Caualerium dec. 271. num. 3.*

ARGVMENTVM.

APOSTILLA IN INSTRVMENTO, siue testamento apposita, quãdo reddat illud de falso suspectum, & quando non.

CONCLVSIO CXXV.

1 APOSTILLA, nota, quòd est quædam interlineatio in margine alicuius scripturæ facta, quæ aliquando reddit scripturam suspectam de falso; veluti, si fuerit apposita in parte substantiali, & apta cuique nocere, & ex eo vitium visibile appareret; quia, si talis apostilla extaret in testamento, tunc redderet illud adeò suspectum, vt propterea immissionem impediret, *vt dicunt Doctores in l. finali, C. de edict. Diui Adrian. tollen. & ita fuit dictum a Rota in vna Maceraten. hereditatis Veneris decimaquinta Februarij 1585. coram Robusterio, & per Cardin. Manticam decis. 357. num. 1. & per Card. Caualerium dec. 122. num. 9.*

2 Extende id, in tantum esse verum, vt si reperiretur instrumentum in filciis, sed in folio volanti, habens apostillas, & cancellationes in locis substantialibus à Notario non subscriptas; tunc illud in nihilo probaret, *vt fuit dictum in Bononien. Fideicommissi de sancto Petro, Veneris die decimanona Ianuarij 1596. coram Cardinali Mantica, quæ est inter crimin. Farinac. decisione 106. num. primo, & apud eundem est decisio 357. num. primo.*

3 Extende secundò, multò magis procedere, quando apostilla est manu alterius, quàm Notarii scripta, quia id est contra ius commune, cum illa sit scribenda, & subscribenda à Notario rogato, *vt dicunt infiniti Doctores alleg. à Rota ibi supra num. 2. & 4.*

Declara tamen id, non esse verum, quando apostilla non esset in parte substantiali alicuius scripturæ, quia tunc etiam si fuerit scripta aliena manu, quàm Notarii, non vitiat, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Caualerium decis. 122. num. 9.*

4 Extende tertiò, procedere in apostilla in margine matricis instrumenti à Notario non subscripta, nec approbata, & per quam augeatur substantia instrumenti, personam in eo contentam obligando, quia tunc non probat, & præsertim si plures cancellationes ibi adessent, *vt fuit dictum in Romana dotis Lunæ 28. Februarij 1600. coram Card. Mellino, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 146. num. primo.* licèt ibi non sit tota extensa illa decisio. Secus autem, quando apostilla reperta in matrice esset manu Notarii conscripta, quia tunc ea non vitiat, etiam si approbatio non adsit, *vt fuit dictum à Rota per Card. Caualer. dict. dec. 122. num. 6.*

5 Extende quartò, multò magis procedere, quando plures præsumptiones concurrerent, vt dicta obligatio, quam con-

continet dicta apostilla nō interuenerit, *Rota ibi supra coram Card. Mellino.*

6 Extende quinto, procedere, quando aliquis actuarius scripsisset apostillam in margine absque mandato Curiæ, quia tunc falsitatem argueret, *vt ait Francisc. Marc. in sua dec. 655. par. 1.*

7 Extende sextò, quòd apostilla sine die, & consule apposita sine causæ cognitione, nullam fidem facit, *vt ait idem Franciscus Marcus decisione 703. num. primo, par. prima.*

8 Subextende primò, procedere, etiam si Notarius attestaretur de apostillis, cancellationibus, & interlineaturis, quia si illæ neque diem, neque consulem habeant, præiudicium non inferunt, *idem Franc. Marc. dec. 744. par. 1.*

9 Subextende secundò, quòd talis apostilla in margine sine die, & consule facta, potest cancellari de consensu partium, nec per hoc alicui præiudicium infertur, *idem Francisc. Marc. dicta dec. 655. num. 4.*

10 Secus verò, si ex se auctoritate priuata corrigeret instrumentum, mutando substantiam postquam partibus fuit lectum, & de eo copia data, quia tunc sine pœna falsi id facere non posset, *idem Franc. Marc. decis. 745. num. 1. & seqq. par. prima, Aegid. decis. 371. Boer. decis. 252. & fuit dictum in vna Taruisina fundationis Missæ 30. Octobris 1573. coram Card. Lancellotto Seniore, Surd. in decis. 223. num. 1. & seq. & Gratian. lib. 5. discept. cap. 889. num. 1. & seqq.*

Licèt sit benè verum, quòd bona fama Notarij valdè operatur, & præsertim in eo, quòd Iudex facilius illi det licentiam corrigendi errorem, *vt ait idem Gratian. in sua decis. 161. num. 16. & in decis. 163. num. primo, & seqq.* ait, quando soli tabellioni sit credendum, quoad errorem, quamuis in dubio potius error, quàm falsitas sit præsumenda, *vt ait Rota in decis. 135. par. secunda, num. 3. nouiss.* Licèt ibi subiungat, id procedere in errore tollerabili, & quando ex nimia simplicitate proueniret; at secus in intollerabili, & quando aliquo modo esset admixtus cum dolo, *vt ait Rota ibi supra num. 4. & seq.*

11 Extende septimò, quòd si quis apostillam fabricatam in actis redigi curat, falsum committit, *idem Franc. Marc. decis. 755. n. 2. par. 1.*

12 Extende octauò, quòd apostillās, siue interlineans scripturam alterius, falsum committit, *idem Fran. Marc decis. 699. num. 5. par. 1.*

13 Extende nonò, etiam procedere in Iudice, qui fecerit apostillationem adiudicationis, quia illa de falsò suspecta redditur; & præsertim, quando ea fuit in loco substantiali apposita, *vt ait idem Franc. Marc. decisione 699. num. 2. par. prima.*

14 Limita tamen, & declara conclusionem non procedere, quoties apostilla non sit facta post tempus confecti instrumenti, neque in loco substantiali, & suspecto, & in parte apta cuique nocere; sed quòd ibi adsit legalitas Notarii, & sint testes subscripti, & similia; quia tunc suspiciones falsitatis cessarent; & propterea videmus, quòd instrumentum continens rasuras, & cancellationes redditur suspectum, sed ex subscriptione scribentis corroboratur, *vt fuit dictum in Patauina decimata die decima Martij 1603. coram Coccino Decano, quæ est in eius impressis decisio 101. num. decimo, Veral. decisione tertia, num. 12. lib. 2. & prius Rota sæpè deciderat, & præsertim in dicta Bononien. Fideicommissi de Sancto Petro, die vigesimaseptima Maij 1596. coram Cardinali Mantica, quæ est in eius impressis decisio 352. & in alia Romana dotis Lunæ vigesimaoctaua Februarij 1600. coram Cardinali Mellino.*

15 Extende limitationem illam quoque procedere, quando apostillæ nil noui disponunt, sed illud declararent, quòd in contextu verborum testamenti contineretur, quia tunc illis credendum erit, *vt ait Cardinal. Mantica dec. 375. num. primo.*

16 Vndè prudens Notarius semper debet facere fidem, ita fuisse cancellatum, & interlineatum manu ipsius, vt animaduertit *Rota in dicta Maceraten. coram Robusterio, & in illa Patauina coram Coccino. & ita de stylo practicatur.*

17 Contrarium, quòd scilicet apostillæ repertæ

repertæ in instrumento scriptæ manu eiusdem Notarij probent, etiam, quòd ab eodem non sint subscriptæ, *ait Rota decisione 276. num. tertio par. secunda in recentior.* Et præsertim, quando concurreret stylus eiusdem Notarij ita faciendi; secus autem, si scriptura fuerit aliena manu scripta, siue si staretur in dubio à quo fuerit scripta, quia tunc esset necessaria notarij approbatio, & tunc si testes deponent de causa apostillæ, vel interlineaturę in instrumento à Notario appositæ, adeò probarent, vt illi sit adhibenda fides, *vt fuit dictum à Rota in Tiburtina hæreditatis Lunæ 16. Febr. 1620. coram Buratto.*

18 Et ratio est, quia illa susriptio ad alium finem non requiritur, nisi vt sciatur, an ipse Notarius fecerit apostillam, nec ne; Vndè quoties de hoc constet esset igitur superflua illius attestatio, quia rei satis demonstratæ frustra fit demonstratio, *vt fuit dictum in vna Perusina Fideicommissi, die quarta Maij 1609. coram Coccino Decano*, & ibi habetur, quòd tunc apparet apostillam esse manu Notarij conscriptam, non tàm ex inspectione, quàm etiam ex eo, quòd ipse dederit copiam authenticam, cum dictarum apostillarum insertione, & ita ait quoque *Rota in dicta decisione 276. parte secunda in recentiorib. num. tertio.*

19 Sed *Franciscus Marcus in sua decisione 163. num. 18. par. 2.* ait, quòd licèt apostillæ in margine habeant signum, siue tacolam ad corpus instrumenti se referentem tamen, fidem non faciunt, nisi habeant Datam, & Subscriptionem, ad hoc, vt non detur occasio, vt ab aliis addi possit.

Secus autem, quando esset recognita pro legitimè à Notario rogato extensa, quia tunc probaret, etiam si non fuisset subscripta ab eodem Notario rogato, *vt ait Rota decisione 304. num. 3. par. tertia, lib. 3. diuersor.*

20 Declara præterea, quòd diuersitas atramenti, non tollit fidem scripturæ, quia potest esse, quòd tempore confectionis instrumenti fuissent in eodem loco plura atramenta, *vt fuit decisum in vna Parisien. Pecuniaria Veneris, die decimaquarta Martij 1611. coram Cardinali Lancelloto, quæ est in prima parte recentior. decis. 303. num. 5.*

21 Contrarium tamen fuit dictum à *Rota in dicta Patauina coram Coccino*, vbi fuit resolutũ instrumentum illud de quo agebatur non esse in forma probanti, ex eo, quia aderat rasura, & superlineatura diuerso atramento in loco suspecto confecta.

22 Concorda tu tamen, quòd scillicet prima opinio procedat, quando notarius se subscribit, & mentionem de interlineatura, vel rasura facit, & appareret diuersitatem atramenti, non arguere diuersitatem temporis confectionis instrumenti, & apostillæ. Secunda verò procedit, quando è contra, veluti, si ex illa diuersitate atramenti constaret non fuisse appositam apostillam de tempore confectionis instrumenti, *Verall. dicta decisione 3. nu. duodecimo, lib. secunda*, & ita bene colligitur ex illa *decisione Coccini 101. num. 9. & 10.*

23 Vltimò erit notandum in hac materia, quòd suspicio falsitatis sufficit ad tollendam fidem scripturis, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum in decis. 1259. num 4. & per Card. Caualer. decis. 455. num. 1. & per Gregor. dec. 546. & penes Zachiam de oblig. Camer. in dec. 132. num. 5. & seq. Gratian. lib. 5. discept. cap. 889. num. 18. Menoch. de præsumption. præsumption. 99. num. 5. lib. 5. Aymon. consil. 134. num. 26. Natta consil. 315. num. 14. Curt. Iun. consil. 61. num. 3. lib. 2. Surd. cons. 6. num. 4. & cons. 173. num. 1.*

24 Declarant tamen prædicti Doctores, & Rota id procedere, quando suspicio constaret ex vitio visibili, quia eo casu, suspicio pro falsitate habetur, licèt in criminalibus omnis interpretatio sit facienda, per quam falsitas euitetur, *iuxta trad. per Menoch. in cons. 221. num. 1. & seqq.* & ibi docet, quæ sint illæ qualitates, quę falsitatem excludere faciunt, & prius in *cons. 199. nu. 5. & Rota in Placentina Parochialis Lunæ 16. Ian. 1598. corã Litta.*

25 Quinimò extende, quòd adeò est potens legalitas Notarij, vt propterea scripta per eum, falsa argui non possunt, nisi prius aliàs fuerit de falsitate inquisitus, conuictus, & condemnatus, *vt ait*

vt ait Rota decisione 319. num. 2. par. 3. lib. 3. diuers.

Vnde ex prędictis infertur, quòd immissio hæredi scripto in vim, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* non impeditur ex vitio inuisibili, quando illud in continenti, non probetur, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis. 211. & ibi per Addent. & Gratian. lib. quarto disceptat. cap. 702. num. 42. cum seqq. latè ait Osasch. decis. 26. num. 15. & Gregor. XV. decis. 194. num. 22. & Rota in Romana de Cincijs 19. Ianuarij 1628. coram Pirouano, & Caputaquen. decis. 342. par. 2. Rota decis. 387. num. quinto, & seq. par. prima in recentior. & in Ferrarien. de Tassonis 27. Iunij 1614. coram Card. Pamphilio, & in Bononten. de Maluetijs 27. Martij 1624. coram Pirouano, & Rota decis. 526. num. 1. par. prima in recent. & in Romana hæreditatis de Agazzarijs 5. Iulij 1621. coram Remboldo.*

Et tunc incontinenti hæc exceptio probari dicitur, si huiusmodi probatio ex eodem testamento resultet, *vt dicunt Addentes ad Burattum in dicta decisione 211. num. 35. & Rota in dicta Romana hæreditatis coram Remboldo.*

26 Extende præterea prædicta, super suspicione falsitatis, adeò esse vera, vt propterea in ciuilibus suspicio pro falsitate habeatur, si tamen vitium visibile adsit, & coniecturæ pro veritate non concurrant, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Caualerium in sua decisione 205. nu. decimo.* Necnon etiam infringit fidem, ne dum scripturæ priuatæ, verumetiam & instrumenti, *idem Card. Caualerium dec. 455. num. 1. & 2.*

ARGVMENTVM.

DE LITTERIS APOSTOLICIS, ac earum executione, & iustificatione.

CONCLVSIO CXXVI.

1 APOSTOLICAE Litteræ nota, quòd in earum reuerentiam, & auctoritatem habens executionem paratā, in tantum, quod illæ omni exceptione remota, veniunt exequendæ, *vt ait Rota decis. 264. num. primo, par. tertia recent. & in Elnen. beneficij sancti Saluatoris, Mercurij 15. Nouembris 1602. coram Penia, quæ est apud Marchesanum de commiss. par. prima, fol. 351. num. secundo, & apud eundem ibidem fol. 354. nu. secundo, & in Hispalen. Canonicatus Lunæ 27. Iunij 1605. coram Gregorio Decimoquinto, & prius in Portugallen. dismembrationis fructuum Lunæ 16. Iunij 1595. coram Cardinali Blanchetto, quæ est ibidem apud Marchesanum fol. 355. num. primo, & Rota decis. 192. num. primo, & decis. 506. num. primo, par. prima in recent. & prius decis. 45. num. primo, & decis. 633. num. secundo, eadem par. prima, & in secunda par. decis. 57. num. secundo, & decis. 197. num. secundo, & decis. 338. nu. primo, & decis. 199. num. primo, & decis. 755. eodem num. primo, & apud eundem Marchesanum in secunda par. fol. 116. n. primo, in Oscen. induIti Lunæ prima Iunij 1598. coram Litta, & in Ciuitaten. confirmationis Veneris 15. Aprilis 1611. coram Manzanedo, & prius in Aprusina, seu Montis Leonis census Mercurij 4. Iulij 1601. coram Cardinali Sacrato, & in alia Pistorien. pensionis Lunæ 24. Nouembris 1603. coram Penia, & decis. 464. num. 1. & prius decis. 165. num. 1. par. 3. in recent.*

2 Declara tamen id esse verum, si se fundans in eis, illius intentionem iustificet, *vt fuit decisum in vna Paduana pensionis 28. Iunij 1581. coram de Rubeis, quæ est apud Marchesan. de commiss. par. prima, fol. 516. num. primo, & apud eundem fol. 517. numero primo, in Boianen. pensionis Veneris 27. Iunij 1603. coram Cardinali Mellino, & in Cremonen. pensionis coram Cardinali Sacrato, quæ est penes dictum Marchesanum tom. 2. fol. 485. num. primo, & Rota decis. 605. nu. 2. par. secunda recent. & in prima par. dec. 558. num. secundo.*

3 Extende Leam declarationem in tantū procedere, vt propterea si pars illis se opponeret, tunc illæ in omnibus sunt iustificandæ, *vt fuit dictum in Cæsaraugustana pensionis Ven. 20. Dec. 1591. coram Card. Pamphilio, quæ est apud dictum Marchesan.*

tomo primo, fol. 117. *num. primo.*

Aliàs sententia, quæ daret litteris apostolicis executionem, ipsis non iustificatis esset nulla, *vt ait Rota per Buratt. decis.* 18. *num.* 8.

4 Subdeclara tamen, quòd earum iustificatio est facienda alia via, quàm per tres sententias conformes, aliàs nunquam daretur via executiua pro exactione pensionis, *vt ait Rota in Neritonen. pensionis Lunæ 26. Nouembris* 1607. *coram Cardinali Caualerio, quæ est in eius impressis decisio vndecima, num. septimo, & est apud Marchesanum in dicta par. prima, fol.* 620. *num. quinto in vltimis verbis.*

Sed ad id nota tamen, quòd litteræ pensionis præsumuntur expeditæ, cum consensu valido, etiam si dubitaretur de mandato, si tamen illud enunciaretur per Principem, quia tunc illud meritò esset præsumendum, *vt ait Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 33. *num.* 10. *Parisius de resignat. benefic. lib* 9. *quæst.* 8. *num.* 55. & præcipuè, quia Notarii Cameræ, siue Cancellariæ, non solent mittere supplicationes, nisi constito de sufficienti mandato, vt animaduertit *idem Parisius dicto lib.* 9. *quæst. sexta, num.* 8. Et propterea cum præsumptio semper fiat pro validitate actus, *vt ait Cuputaquen. decis.* 213. *num. primo, lib. primo*, & maximè, ob reuisionem tot peritissimorum virorum, in huiusmodi exercitio Datariæ, & Cancellariæ, *veluti testatur idem Parisius lib.* 8. *q.* 8. *num.* 56. *& lib. nono, quæst.* 7. *num.* 50. *& quæst.* 22. *num. secundo*. Idcircò dans de nullitate, siue inualiditate consensus, id concludenter probare tenetur, *vt ait Card. Seraphin. dec.* 390. *num.* 3.

5 Extende secundò, quòd litteræ eò magis sunt iustificandæ contra successorem illius, qui pensioni non consensit, *vt fuit dictum in Burgen. pensionis Lunæ 16. Decembris* 1596. *coram Penia, quæ est in* 1. *par. Marches. de commiss. fol.* 523. *num.* 1. Et ratio est, quia quando Modernus Titularis reseruationi pensionis non consenserit, nec minus illam per triginta annos soluerit, tunc pensionarius tenetur iustificare narrata in illius reseruatione plenè, & concludenter, super valore, qñ tñ affirmatiuè ille fuerit narratus; at secus, si negatiuè, ita vt in primo casu non sufficiat probatio per famam, *vt ait Mohedan. decisione 3, num. septimo de testib. Rota dec.* 380. *&* 381. *par. prima diuersor. & decis.* 444. *n.* 2. *par.* 2. *recentior. Card. Seraph. decis.* 109. *num.* 2. *& Rota per Buratt. decis.* 464. *& in Meliten. pensionis Veneris 7. Iunij* 1630. *coram Coccino Decano.* Quinimmò, si valor prædicto modo non probetur, tunc tota pensio corruit, etiam si Titularis cum pensionario egisset de reducenda pensione, quasi quod tunc illi tacitè videretur consensisse, quia licèt in instrumento fateatur, siue narretur beneficium esse aliqua pensione grauatum, veluti in istis terminis animaduertit *Addens ad Greg. in dec.* 57. *sub num.* 17. *vbi alias decisiones ad id corroborandũ allegat.* Non ob id tñ fatetur eam fuisse validè reseruatam, cũ potuerit etiam inualidè reseruari, & præsertim, quando illius consensus reseruationi non interuenerit auctoritas Papæ, qui pensionem prædictam approbasset, quia illo casu pensionarius nõ teneretur aliquid iustificare. Et ratio est, quia quãdo Titularis consensit, tunc Papa præsumit, quòd per pensionarium fuerit narrata veritas; at secus, quando auctoritas Papæ non interuenit, quia tunc Titularis non potest, per illius consensum præiudicare Ecclesiæ, etiam si assumeret onus in se probandi, quòd beneficium sit tanti valoris, cum istud onus ad pensionarium spectet, etiam quòd Titularis successor se obligauerit in forma Cameræ de soluenda pensione, quia non per hoc pensionarius liberatur ab onere iustificãdi, etiam quòd ipse esset in possessione exigendi, quia id valere posset in iudicio manutentionis, non autem in petitorio, *vt fuit dictum in dicta Meliten. pensionis* 1630. *coram Coccino Decano, & prius in Auersana pensionis Lunæ 27. Martij* 1628. *coram Merlino*, vbi ait id procedere, etiam si sit in quasi possessione exigendi, loquendo tamen in petitorio, necnon etiam quando essemus contra successorem in beneficio, & qui in gratia suæ prouisionis mentionẽ fecisset de pensione. Et rõ est, quia cũ pensio possit validè, & etiam nulliter re-

reseruari, siue ex defectu intentionis concedentis, vel ex mala expressione, siue partis narratiua, idcircò fatendo pensionem fuisse reseruatam, non ob id sequitur, eam illi deberi; nam qui fatetur factũ illius qualitates fateri non dicitur, *vt fuit dictum à Rota in illa Auersana pensionis coram Merlino*.

6 Subextende prædicta procedere, etiã si alio modo executiuè procedi posse, & ratio ea est, quia in qualibet gratia semper subintelligitur clausula illa (dummodo preces veritate nitantur) *vt ait Mohed. decis.* 304. & eò magis, quando id opponatur à parte; quia tunc ad sententiam, nisi prius narratiua iustificata, procedi nõ potest, *vt fuit dictum in vna Salamantina pensionis* 1572. *coram Cardinali Lancellotto seniore, & alias sæpius, & præsertim in Cæsaraugustana pensionis* 21. *Decembris* 1591. *coram Cardinali Pamphilio, quæ est apud dictum Marches. in dicta par.* 1. *fol.* 564. *num.* 2. *&* 3.

7 Extende tertiò, eò magis procedere contra tertios non consentientes, quia tunc illæ litteræ apostolicæ executione carent, *vt ait Rota in Vicen. Fructuum, siue pensionum, Lunæ* 27. *Maij* 1591. *coram Reuerendissimo Coccino Decano, apud eundem Marchesanum parte* 2. *fol.* 39. *num.* 2. *& Rota ibi supra sub num.* 5. *coram Pamphilio*.

8 Extende quartò dictam declarationem adeò esse veram, vt propterea si ipsæ literæ non iustificentur, attentatę dicantur, *vt fuit dictum in vna Mediolanen. Iurispatronatus, Veneris* 22. *Maij* 1609. *coram Cardinali Marcomontio, quæ est in* 2. *par. recentior. decis.* 251. *num.* 2.

9 Subextende primò, id præcipuè procedere in verificatione Iurispatronatus, quando ea erat in conditione posita, per clausulam (verificato prius per te dicto iurepatronatu) quo casu illius verificatio erit necessaria, *Cassad dec.* 7. *n.* 1. *de Iurepatronat. Put. dec.* 120. *lib.* 2. *Aegid. decis.* 303. *Rota decis.* 20. *in princ. de præbend. in nou. & Veral. decis.* 345. *num.* 3. *par.* 2.

10 Subextende secundò, quòd etiam legitimè prius sit iustificandum, quòd quis fuerit præsentatus à maiori parte patronorum in quasi possessione præsentandi existentium, *vt ait Rota in dicta decis.* 251. *sub num,* 2. *par.* 2. *in recentior.*

11 Sed nota, quòd quando tractatur de verificatione iurispatronatus; tunc deducuntur tempora prouisionum Apostolicarum de medio, ad effectum illud probandi, nisi tamen constaret, quòd Papa Statum illius iurispatronatus mutare voluerit, *vt fuit dictum in Neapolitana Rectoriæ, Veneris* 19. *Decembris* 1608. *coram Attrebaten. quæ est in* 2. *par. recentior. decis.* 235. *sub num.* 2. *in fine, & Guidob. decis.* 125. *item fuit dictum in Bracharen. de Iuncas* 19. *Decembris* 1597. *coram tunc temporis Decano, alleg. in dicta decisione* 235. *num. secunda*.

Vndè hic oportunè erit notandum in proposito, quòd prouisiones apostolicæ non mutant statum iurispatronatus, & ratio ea est, quia Papa intendit conferre beneficium secundum illius naturam, & qualitatem, & non aliter patronis præiudicare, *vt fuit dictum à Rota decis.* 347. *num.* 2. *& decis.* 360. *num.* 14. *par.* 2. *in recentior. & in* 1. *par. dec.* 546. *num.* 3. *& per Card. Caualer. decis.* 390. *num.* 5. *& fuit quoque ita resolutum in Auriacen. Iuris nominandi, Lunæ* 8. *Februarij* 1616. *coram Buratto, & in Fesulana Prioratus* 3. *Martij* 1617. *coram Cardinali Pamphilio, & in Cremonen. Præpositura* 25. *Febr.* 1622. *coram Remboldo, & prius in Lucana Canonicatus* 23. *Martij* 1620. *coram Dunozetto, & in Asculana Plebaniæ* 12. *Ianuarij* 1624. *coram Merlino, & in Sorana beneficij* 9. *Decembris* 1622. *&* 28. *Febr.* 1625. *coram eodem*.

Quod tamen declara verum, quando constaret de statu anteriori illius prouisionibus contrario; si tamen Papa de eo ita disponere voluisset, & sic de illius clara mente dictum beneficij statum voluisse mutare constaret, *vt ait Rota decis.* 315. *num.* 1. *& decis.* 580. *num.* 7. *par.* 2. *recentior. & per Card. Seraphin. decis.* 1301. *num.* 2. *& per Card. Caualer. decis.* 252. *num.* 2. *& decis.* 266. *nu.* 2. *& prius decis.* 126. *in fine, & in Terdonen. Prioratus* 5. *Maij* 1595. *coram Orano, & in Placentina Plebis Carpineti* 7.

ti 7. Nouembris 1622. coram Pirouano. Quamuis tamen in dubio Papam statum beneficij mutare voluisse non præsumatur, *vt ait Rota ibi supra.*

Declara pręterea, quòd licèt ad mutandum statum beneficij sit necessaria præscriptio quadrigenaria, *vt ait Seraphin. decis. 1227. num. 3. & Rota decis. 91. num. 1. & decis. 308. num. 1. & decis. 229. num. 8. par. 1. recentior. & dictus è in Lucana Iurispatronatus de podijs 23. Maij 1620. coram Dunozetto;* Nihilominus ea sola præscriptio non sufficit, nisi etiam concurrat potestas, ac voluntas superioris, *vt ait Rota decis. 368. num. 4. & decis. 374. num. 8. par. 2. recentior. & in 1. par. dec. 163. nu. 9.* vbi Rota subdit opus esse, vt fuerint factæ illæ prouisiones eodē deliberato animo mutandi statum beneficij, *vt ait Rota d. dec. 308. num. 3.* & propterea videmus, quòd per prouisionem Papę status beneficij non mutatur, quando in Papa intentio deficeret, *vt ait Rota in dicta decis. 308. & fuit quoque dictum in dicta Lucana Iurispatronatus de Podijs* Immò vltra prædicta requiritur etiam bona fides, *vt ait Rota decis. 163. num. 3. & in dicta decis. 308. num. 4. dicta par. 1. recentior.* Amplius erit quoque necessaria scientia, & patientia eorum, qui possent ex huiusmodi status mutatione lædi, *vt fuit dictum in illa Lucana Iurispatronatus,* vbi propterea fuit conclusum fuisse necessariam in patronis scientiam illarum collationum factarum ab ordinario, vti de libero, ad hoc, vt status libertatis illius acquisitus diceretur.

12 Subextende tertio, quòd neque literæ apostolicæ ab attētatis excusant, si in eis nulla fuerit facta mentio de lite, *vt ait Rota apud Gregorium decis. 305. num. 5. & ita prius fuerat dictum in Vrgellen. Archidiaconatus 13. Apr. 1592.*

13 Contrarium ait *Rota apud dictum Gregorium in sua decis. 2. num. 1.* vbi ait, quòd literæ apostolicæ huiusmodi vitio laborare non possunt, quia Papa non attentat, *Thomas de Tar. dec. 62. Aegid. decis. 749. in fine Rota decis. 25. de rescript. in nouis num. 4. & Paleottus dec. 149. & Rota dec. 29. num. 1. par. 2. recentior.*

14 Extende primò, quòd si in illis non fuerit facta mentio de lite, tunc illæ clandestinè obtentæ, atque subreptitiæ dicuntur, *vt fuit dictum in Taruisina Parrochialis, Veneris 16. Iunij 1600. coram Gregorio XV. qua est in eius impress. d. dec. 1. num. 5.*

15 Subextēde, q tunc impediretur processum fieri ad vlteriora, *vt fuit dictum in illa Vlixbonen. praeminentiarum 5. Maij 1610. coram Iusto, quæ est apud Marchesanum tom. 1. fol. 286. num. 1.* Licèt secus, quando Papa aliàs non se retraxisset à concessione gratiæ, de qua ageretur, quia tunc exceptio subreptionis non admitteretur, ob non litis expressionem, & ratio est, quia cessante præiudicio tertij lis non impedit, quo minus Papa gratiam concedat, *vt fuit resolutum à Rota in Maurianen. pensionis, Luna 14. Iunij 1626. coram Pirouano.*

16 Sed cautela, vt istud vitium tollatur, ea erit quoties in literis fuerit apposita illa clausula (cuius litis statum) per quam dicitur facta sufficiens litis mentio, *Acchill. decis. 9. de rescript. vt fuit dictum in Zamoren. Fructuum 1. Nouembris 1584. coram Card. Seraphino, & in alia Meliten. Pensionis 13. Nouembris 1595. coram Card. Mellino, Mantica decis. 213. num. 8 Rota decis. 605. num. 11. par. 2. in recentior. latè Marta de clausulis claus. 174. par. 1. & ibi plures decisiones Rotæ cumulat,* & multa ait in hac materia istius clausulæ (Cuius litis statum) quem per te videre poteris.

Sed hic oportunè animaduertere debemus, quòd de literarum apostolicarum subreptione constare non dicitur, donec causa non sit finita, neque super ea fuerit pronunciatum, & propterea videmus, quod ad id sola Rotæ decisio non sufficit, *vt ait eadem Rota decis. 171. num. 1. par. 3. recentior.*

17 Subextende primò ea, quæ fuerunt dicta de subreptione in hac materia procedere, etiam quando non fuit narratum beneficium (verbi gratia) vnitum habere iurisdictionem in suo territorio, & quòd pari modo esset caput in Ecclesia, & ratio est, quia si Papa sciuisset non est credendum, quòd voluisset territorium suo particulari superiore, neq; minus Ecclesiā suo capite priuare, *vt fuit*

vt fuit dictum in Gerunden. Prioratus, seu vnionis, Sabbati 23. Ianuarij 1610. coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. dec. 450. num. 8.

18 Subextende secundò idem procedere, quando non fuisset expressum in litteris, quòd beneficium esset dignitas monocularis; quia videmus, quòd Papa non solet vnicam dignitatem in Ecclesijs tollere, *vt ait Rota ibi supra num. 7. cum alijs allegatis ab ea.*

19 Declara tamen prædicta non esse vera, quando vltra dignitatem monocularem, alia etiam beneficia adessent in Ecclesia, quia tunc qualitas illa monocularitatis in consideratione non esset habenda, *vt fuit dictum in Turritana Arbipresbyteratus relata per Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 158.* & de huiusmodi materia beneficiorum monocularium, *idem Garzias tractat satis abundè super regul. 8. glos. 9. §. 4. per totum.*

20 Subextende tertiò, id esse verum, veluti, si taceretur beneficium vnitum esse Prioratum in Ecclesia Collegiata, *Rota ibi supra coram Gregorio XV. num. 5. & Vital. in clemen. 1. de præben. num. 43.*

21 Subextende quartò, idem procedere, quando in litteris non exprimeretur animarum cura, *latè Menoch. de arbitr. lib. 2. centuria 3. casu 201. num. 61. & seq.* vbi ampliationes, & limitationes ad huiusmodi regulam adducit, *Gonzal. super regul. 8. glos. 6. num. 3. & seq.*

22 Sed declara tu tamen sufficere expressionem de cura per æquipollens, *vt ait Gonzal. qui plures allegat in d. glos. 6. num. 15. & 16.*

23 Subdeclara primò id esse verum, si æquipollens fit ad curam necessariam, *vt fuit dictum in Aretina Iuris visitandi 10. Martij 1595. coram Gipsio.*

24 Subdeclara secundò, non procedere, quando essemmus in cura non principali, sed accessoria, quia tunc illius expressio absque vitio subreptionis gratiæ omitti posset, veluti si titulus beneficij principalis curam immediatam non haberet, sed solùm respectu annexionis, siue adiuncti, aut alterius concomitantię, vtpotè, quando illi beneficio esset annexum aliud curam animarum habens; quia tunc de huiusmodi cura accessoria non est facienda mentio, *Menoch. dicto casu 201. vbi plures allegat Garz. dicta par. 5. cap. 3. nu. 122. & 123. & ibi refert decision. Rotæ coram de Rubeis.*

25 Subdeclara tertiò, illud non esse verum, quando cura esset habitu tantùm, & non actu; veluti, quia recesserunt Parrochiani, siue quia non habebat Populum, nam tunc de ea mentionem facere non est necesse, *vt latè ait Garz. in dicta par. 5. cap. 3. num. 109. & sequenti, & Cardinal. Seraphinus decis. 396. num. secundo.*

26 Contrarium licèt dicat *Seraphin. in alia decis. 694. num. 3.* vbi ait, mentionem de tali cura omninò esse faciendam.

27 Sed concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando spes non adest Parochianos, amplius non posse reuerti, veluti, quia per 40. annos Ecclesia illos non habuerit, & tunc mentio curæ non erit necessaria. Secũda verò procedit, quando spes vigeret super reuersione Parrocchianorum, quia eo casu esset faciẽda mẽtio de cura vt distinguendo tali modo, ait *Rota in Firmana Parrochialis coram Quiroga, quam refert, & sequitur Garzias ibi supra in par. 5. cap. 3. num. 112.* Quam enim distinctionem sequitur *etiam Bursatt. cons. 332. in fine, & Paris. de resi. gnat. lib. 10. quæst. 2. num. 87*

28 Imò nec diceretur facta sufficiẽs mẽtio de cura, si in gratia dicatur, quòd animarum cura, si qua imminet, nullatenus negligatur; & ratio est, quia clausula sonans in indemnitatem, & monitionem non tollit subreptionem, *Aegid. decis. 473. & alij allegati à Rota in d. dec. 450. num. 3. coram Gregorio.*

29 Sed vnum animaduertas, quòd est, vt beneficium non pręsumatur curatum ex eo, quia in Ecclesia Sacramenta administrẽtur, nisi etiã probetur, ꝙ illud obtinẽs ad ea administranda adstringatur, & recipientes ea illuc accedere cogantur, *vt fuit dictum in Aquinaten. beneficij, Veneris 12. Martij 1603. coram Gregorio, quæ est in eius impressis decisione 108. num. 3.*

30 Subextende quartò prædicta non habere locum de subreptione littera-

rum

rum Apostolicarum loquentia, quando non fieret expressa mentio, quòd beneficium requireret residentiam, *vt ait latè Hoieda de incompatibili benefic.par. 1. cap. 17. num. 27. & Rota ibi coram Gregorio num. 6.*

31 Quod tamen fallit, quando illud esset simplex, quod residentiam non requirit, nec illius onus probatur ex onere missam celebrandi, quæ per alium celebrari potest, *idem Gregorius dictâ decis. 108. num. 4. & 5.*

32 Subextende sextò, quòd scilicet gratia subreptitia reddatur, quando est sanatoria, sed in litteris non essent expressi nullitatis defectus, *vt fuit dictum in dicta Aquinaten. beneficij, Veneris 2. Maij 1603. coram Gregorio XV. Peregrinus decis. 171. lib. 1. & decis. 165. lib 3.*

33 Declara tamen prædicta non procedere, quando clausula salutaris adesset, quòd scilicet clausulæ infectiuæ pro expressis habeantur, *vt ait Peregrin. decis. 172. lib. 1. Achil. dec. 1. tit. de except. & Guidop. in sua dec. 27.*

34 Restringe tamen primò prædicta non procedere, veluti quando quis non faceret mentionem de concursu, & de magna Populi deuotione, *vt fuit dictum à Rota ibi coram Gregorio in sua decis. 108. num. 8.*

35 Restringe secundò non procedere, si non fiat expressio in litteris eleemosinarum, quæ non sint certæ, *vt ait Oldrad. cons. 118. cum alijs per Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 1.* Veluti nec etiam de missis, & alijs, quæ ab ipsis eleemosinis pendent, *Rota ibid. num. 7. coram Gregorio.*

36 Restringe tertio, quòd neque ex taciturnitate qualitatum, quæ de iure insunt, fiunt literæ subreptitiæ; quia hæc Principi optimè nota præsumũtur, vltra quod subreptio non cadit in his, quæ sunt iuris, *vt fuit dictum à Rota in decis. 75. de rescript. in antiq. Cassad. dec. 4. num. 6. & decis. 12. & seq. de præben. & Rota in Hispalen. Canonicatus, Lunæ 27. Iunij 1605. coram Gregorio XV. quæ est in eius impressis decis. 221. num. 8.*

37 Restringe quartò, non procedere, quando expressio non fit illarum qualitatum, quæ à iure, vel de stylo, aut Principis consuetudine exprimi non debēt, quia tunc illæ in consideratione non habentur, *vt ait Rota ibi coram Gregorio dicta decis. 108. num. 9. & decis. 150. num. 2.*

38 Et ratio peculiaris, quæ in hac materia vrget, ea est, quia semper qualitates sunt Principi narrandæ, quas si sciuisset, vel non concessisset, vel difficilius concessisset, si gratia alteri preiudicium inferret, *vt fuit dictũ in vna Caputaquen. Iurispatronatus x. Maij 1610. coram Iusto, & in alia Braccharen. beneficij, Veneris 19. Ianuarij 1604. coram Gregorio XV. quæ est in eius impressis decis. 150. num. 5. & per Buratt. decis. 510. num. 7. & ibi per addent. & in Regien. Translationis pensionis 26. Nouembris 1622. coram Piruano, & in Toletana Indulti 14. Martij 1625. coram Remboldo, & in Mantuana pensionis 4. Dec. 1626. coram Merlino, & decis. 288. num. 5. post volumen secundum consil. Farinac.*

39 Vltra quòd illa clausula (sine præiudicio alicuius) semper subintelligitur, etiam quòd non sit expressa in gratia, *vt ait Marta de claus. par. 1. decis. 157. num. 5. vers. hac clausula, vbi multas decisiones Rota allegat*, vltra quod illa gratia in præiudicium tertij, & contra ius impetrata strictè debet interpretari, *vt ait Rota dec. 68. n. 5. par. 2. diuersor.*

40 Sed ad sciendum, quando qualitates sint tales nota, quòd id totum à coniecturis pendet, *Menoch. de arbitr. Iudicum casu 201. num. 24. & seq. & Rota in Nouarien. Canonicatus coram Cardinali Pamphilio, quæ est penes Marchesanum de commissionibus tom. primo, fol. 451.* Item verisimilitudo inspicitur, *vt ait Gabriel. cons. 200. n. 10. vers. Ad dignoscen. lib. 1. & Rota in dicta decis. 150. n. 4. & veluti dicunt DD. allegati ab addente ad Burattum dicta decis. 510. nu. x. & Rota in d. Mantuana pensionis coram Merlino.*

41 Extende quòd immò in hoc præcipuè attenditur stylus communis Curię, *vt ait Lap. allegat. 89. num. 6. & ibi addent. dant concordantes, Put. decis. 187. in fine lib. 1. Rota decis. 532. num. 4. par. prima diuersor. & in illa Nouarien.*

coram

coram Pamphilio, & in Gerunden. Cæmeterij 1. Februarij 1619. coram Andrea alleg. ab addente ad decis. Buratti 510. num. xj. & Rota in Calaguritana Iurisdictionis 8. Aprilis 1585. coram Rubeo, & per adden. ad Gregorium dicta dec. 510. n. xj. & nota q quando sumus in illis qualitatibus prædictis, quæ ex stylo Curiæ, & ex Principis consuetudine, solent exprimi, tunc illis omissis rescriptũ Principis redditur subreptitium, non attenta ea ratione, an Princeps facilius, vel difficilius concessisset, *vt dicunt Menoch. Mascard. & Sanch. alleg. ab addente ad Burati. ibi supra.*

42 Concludendũ est igitur, q in huiusmodi materia non omnia expressa, quæ potuissent mouere Principem ad denegandã gratiã illa tacendo vitiant eã, sed solùm ea de quibus in iure cautum reperitur, & quæ ex iuris dispositione exprimi debent, vel de quibus est dispositum à iure, quòd eis expressis Princeps gratiam non concessisset, *vt ait Menoch. dicto casu 201. num. 26. cum alijs congestis per Garz. de benefic. par. 8. cap. 3. sub num. 20. & Rota in decisionibus sub num 37. & seq. allegatis,*

43 Veluti etiam erit dicendum respectu eorum, quę exprimi ex stylo Curię debent, quia ea sunt exprimenda; Aliàs litteræ subreptionis vitio laborarent, *idem Garz. dicto cap. 3. num. 21. & ibi alleg. Mascard. Menoch. & alios, & Rota ibi supra.*

44 Restringe quintò, quòd litterę non possunt dici subreptitię, ob non factam mentionem possessionis annalis, dum in gratia illi regulę de annali derogatum fuit, *vt ait Rota in dicta decis. 150. num. 8. coram Gregorio Decimoquinto.*

45 Restringe sextò, quòd illę non possunt dici tales, quando continent clausulas, quarum vigore, id exprimitur, quod omissum vitiaret, *vt ait Rota ibi supra num. 2. coram Gregorio.*

46 Declara tamen, quòd subreptionem opponens illam probare tenetur, *Rota decis. 8. & 9. de exception. in nouis Aegid. consi. 470. Cardin. Seraphinus dec. 855. num. 15.* vbi ait eam plenè, & concludenter ab opponente esse probandam, *& ita fuit quoque dictum in vna Mediolanen. Cappellaniæ 29. Nouembris 1595. coram Orano.*

47 Et ad id dignoscendum erit recurrendum ad supplicationem, tamquàm ad matricem, non autem attenduntur litterę expeditę, *vt fuit dictum in Cæsaraugustana Pensionis 19. Februarij 1590. coram Gypsio, & in Bononien. Bonorum de Riuarinis 5. Martij 1618. coram Andrea,* & ibi habetur ita pluries fuisse decisum.

48 Ad effectum verò iustificationis, an sit attendenda supplicatio, siue potius litterę, Rota in hoc fuit varia; Nam quòd sint attendendę litterę, ad effectum iustificationis, tenuit in *Meluitana Pensionis coram Litta, quæ est apud Marchesanum de commissionibus tom. primo, fol. 258.* & ratio est ea, quia litterę, & non supplicatio veniunt canonizandę.

49 Contrarium tamen tenuit, *Rota in Toletana Parrochialis x. Maij 1589. coram Cardinali Arigonio, & Cardin. Seraphin. decis. 1446. num. 3. in fine, & num. 4. & in alia Pampilonen. beneficiorum 14. Ianuarij 1614. coram Cardinali Sacrato,* & ibi fuit dictum, quòd narratiua non dispensationis expressa in litteris, quę non legebatur in supplicatione, non erat iustificanda ex ea ratione, quia supplicatio, & non litterę sunt attendendę, *vt fuit dictũ in Terulen. Pensionis, Veneris 15. Decembris 1595. coram Penia, quæ est apud Marchesanum tom. primo, fol. 460. num. primo, & apud eundem in alia Aurien. Matrimonij, Luna xij. Decembr. 1605. coram Cardinali Pamphilio, fol. 135. num. secundo.*

50 Sed tu pro concordantia istarum decisionum, hoc modo distinguere debes; nempè aut narratiua est in supplicatione, & non in litteris, & tunc iustificatione non eget, & sic hoc casu litteræ sunt attendendę, non autem supplicatio, & in his terminis venit intelligenda *decisio Cardin. Seraphini 1446. nu. 3. & 4.* Aut verò legitur narratiua in litteris, sed non est in supplicatione, veluti quia narratiua fuit per officiales addita, & tunc supplicatio venit attendenda, & non litteræ, & ratio est, quia officiales Cancellariæ non possunt impetrantibus

tibus præiudicare, aliquid addendo in litteris, *vt ait Rota decis. 465. par. 2. in recentior. & prius decis. 128. num. 5.*

Rursus concorda vt prima opinio procedat, vbi, verbi gratia, ageretur de obtinenda simplici absolutoria, quia tunc supplicatio absque litterarum expeditione afficeretur; secunda verò procederet, vbi ageretur ad effectum adiudicationis, siue de canonizatione gratię, *vt ait Rota per Gregorium decis. 540. num. 6. & ibi per addent. Card. Seraph. decis. 538. num. 4. & decis. 775. num. 3. & per Buratt. decis. 540. num. 13. & decis. 645. num. 5. par. 1. recentior. & in Ilerden. Canonicatus 19. April. 1624. coram Pirouano.*

Licèt sit benè verum, quòd in Rota disputantur dubia cum sola supplicatione absque litteris, quamuis etiam derogatum non fuerit regulæ 27. de non iudicando, iuxta formam supplicationis, quia ea derogatio solùm sufficit in terminatione causæ, & probatione sententiæ, ac secus in disputatione dubiorum, cùm iste sit actus mero extraiudicialis, *vt fuit dictum in Concben. Beneficii x. Iunij 1624. coram Manzanedo, & tandem in Neocastren. Parrochialis 28. Februarij 1630. coram Durano, vbi plures aliæ decisiones allegantur.*

51 Sed id, quod fuit dictũ de iustificatione gratię, declara non procedere, quã essemus in prouiso ab ordinario; quia tunc ille nil iustificare tenetur, quia dictus ordinarius tanquam de statu suarum Ecclesiarum, & personarum valdè informatus motu proprio Ecclesijs, non autem personis prouidet, *veluti dixi in concl. 128. sub num. 275. vbi recurras.*

Vndè in omnem euentum iustificationis litterarum, quando illæ discordarent à supplicatione, tunc remittuntur ad Cancellariam, vt concordentur, *vt fuit dictum in Meluitana Pensionum, Veneris 28. Nouembris 1597. coram Litta, quæ est apud Marches. tom. 1. fol. 520. num. 3.*

52 Quid verò si gratia fuerit perfecta, veluti quia Breue fuerit signatum à Papa, & minuta discordet à Breui? tunc in hac materia erit hoc modo distinguendum; nempè aut minuta habet signaturam expeditoris, aut non; primo casu, quia illa diceretur matrix originalis, & propterea tali casu ad eam erit recurrendum; In secundo verò casu ante confectam minutam, & manu expeditoris signatam, erit recurrendum ad Breue, quia minuta tunc non diceretur originalis matrix, vt hoc modo distinguendo ait *Put. dec. 279. lib. 2.*

53 Sed hic nota, quòd litteræ apostolicæ non dicuntur expeditæ, nisi eis plũbatis, *vt ait Rota per Gregor. decis. 440. num. 5. & in Veronen. Pensionis, Mercurij 3. Iulij 1592. coram Cardinali Mellino, quæ est apud Marchesanum tom. primo fol. 611. num. 3. & Rota decis. 270. num. secundo parte secund. recentior.*

54 Declara tamen, quòd data relaxationis litterarum non probat datam plumbationis, *vt ait Rota d. dec. 270. num. secundo.*

55 Rursus hic erit notandum, quòd illæ præsumuntur expeditæ de mandato eius, cuius interest, *Rota decis. 206. num. secundo par. secunda recentior. cum ibi allegatis.*

Quinimò extẽde q̃ etiã si gratia fuerit signata ad instantiam procuratoris, nihilominus de voluntate principalis eam fuisse signatam præsumitur, etiam si ille esset absens, & ita de stylo Curia obseruatur, *vt ait Rota dec. 586. nu. 9. par. 3. lib. 3. diuers.*

56 Sed quando illæ litteræ præsumantur legitimo tempore expeditæ, & ante commissionem, docet *Put. decis. 427. lib. 3.* & ibi concludit, quòd si constat de commissione causæ, & litterarum expeditione; sed non appareat, quòd prius fuerit impetrata commissio, tunc litteræ tempore legitimo expeditæ censentur, quia in dubio præsumitur pro impetrante, & sic, quòd impetratio sit valida, & legitimo tempore facta, & propterea si ante illarum expeditionem fructus percipiantur, nulliter percepti dicuntur, quando præsertim in gratia adest decretum, vt illi percipiantur, vigore litterarum apostolicarum desuper conficiendarum, *vt ait Rota decis. 158. num. x. parte prima in recentioribus.* At secus si essemus in simplici resignatione beneficij, quia tunc fructus eodem tempore resignationis pendentes

ad

ad resignatarium spectant, post tamen consensus præstationem, à quo resignatio perfectionem recipit; secus autem, vbi essemus in resignatione conditionali, & ratio est in hoc secundo casu, quia conditio nihil ponit In esse; Ratio autem primi casus ea est, quia resignãs post resignationem abdicat à se omne ius, & possessionem in tantum, quod amplius fructus percipere non potest. Immò perceptos restituere tenetur, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis. 364. num. 6. & ibi per Addentem, & per Cardinalem Caualerium decis. 104. num. 4.*

57 Declara tamen, quòd prædicta expeditio litterarum non est necessaria adesse tempore possessionis; quia ea potest capi vigore supplicationis, adeò vt si quis ea spolietur, sit restituibilis, *vt ait Sarnen. allegat. à Puteo decis. 223 nu. primo, & secundo, lib. 2.* Nam litteræ solùm requiruntur ad probationem gratiæ, *vt ait Rota decis. 611. num. 2. par. 2. in recentior.*

58 Veluti, neque etiam illarum expeditio in forma rationi congruit, ius de nouo tribuit, *vt ait Rota decis. 158. num. 7. & seqq. par. 1. in recentior.*

59 Addendo prætere a, quòd gratia Apostolica probatur per litteras, & non per testes, *vt ait Cassador. decisione 20. nu. secundo de præbend. Verall. decis. 51. num. 2. par. secunda, & decis. 221. num. secundo par. 3. & fuit dictum in Taruisina Canonicatus 9. Martij 1597. coram Corduba, Bisignett. decisione quarta de concession. præben. & Rota decis. 6. de offic. deleg. in nou.*

60 Fallit tamen, quando litteræ fuissent amissæ, quia tunc gratia posset probari per testes, *vt fuit dictum in Reatina beneficiorum 18. Iunij 1610. coram Gregorio XV. & Mascard. de probationib. conclus. 845. num. 24. & seqq. & Paris. de resignat. benefic. lib. 8. quæst. 2. nu. 22. & ibi multos allegat.*

61 Contrarium prædictis non obstantibus tenet idem Parisius, & ait ita seruari in Rota, & in quocumque alio Tribunali Curiæ; ea ratione, quia in Dataria duo registra adsunt, vnum, quod est supplicationum, alterum verò litterarum; Vndè si amissio litterarum contingat, poterit recurri ad illud supplicationum, & è contra; imò subdit Parisius ibidem dicens, id passim seruari in praxi, & esse stylum vulgatissimum.

62 Declara tamen, quòd quamuis gratia Apostolica, quoad substantiam non possit per testes probari; nihilominus, qualitates, & circumstantiæ gratiæ per eos probari poterunt, veluti testatur *idem Parisius ibi supra num. 25. cum alijs per eum cumulatis de magis communi testan.* secundum quam ait ita Rotam iudicasse, *Menoch. de arbitr. casu 86. num. 4 & seq. Veral. decis. 51. num. 2. par. 2. & decis. 221. num. 3. par. 3.*

63 Extende idem pari modo procedere in probandis litteris Vicariatus, quoad illius generalem constitutionem, quia tunc absente Episcopo, illæ per solemnem scripturam veniunt probandæ; at secus eo præsente, quia tunc possent per testes probari, quemadmodum etiam fieret, si illæ fuissent deperditæ, quia tunc earum tenor per testes probari posset, veluti, per eos quoque potest probari commissio facta Vicario ab Episcopo Viuæ vocis oraculo, de conferendo beneficio *vt ait Rota decisione 397. ver siculo De secundo, de officio Vicarij in nouis, Aegid. decis. 443. Rebuff. de Vicar. Episcop. num. 8. & Iacob. Sbrozz. de Officio Vicarij, quæst. 64 num. 17. & 28. cum sequentib.*

64 Fallit tamen, veluti, si essemus in verificandis litteris expeditis pro capienda possessione nomine Cameræ, quia tūc possunt probari per testes de auditu, si non requiratur plena probatio, veluti *fuit dictum in Toletana Cappellaniæ Mercurij 30. Octobris 1602. coram Litta, & ita prius pluries fuerat decisum, & signanter in Genuen. Canonicatus vndecima Martij 1588. coram Oriolen. & in Salamantina beneficij 3. Iulij 1600. coram Penia.*

65 Declara igitur, quòd vbi plena probatio est necessaria, tunc non sufficiunt testes de publica voce, & fama, *vt fuit dictum in Placentina Canonicatus 1 Mar. 1599 coram Orano.*

66 Præterea erit animaduertendum, quòd illi obiectus, qui dantur contra gratiam plenè sunt probandi, *vt ait Rota*

Rota decis. penultima in fine, de except. in nouis. & ita fuit dictum in vna Lucana Parochialis Lunæ 25. Iunij 1601. coram Cardinali Pamphilio.

Quod quidem procedit etiam, si gratia negatiuam contineret; quia nihilominus, ab impetrante concludenter probanda venit, *vt fuit dictum in Terulen. Parochialis 4. Decembris 1623. coram Merlino, & in Farfen. seu Nullius Monasterij, & Prioratuum 16. Aprilis 1624. coram Vbaldo, & in Bracharen. beneficij 22. Aprilis 1624. coram Remboldo, & in Leodien. Canonicatus sancti Dionysij 25. Maij 1626. coram Pirouano, & in Bossanen. Parochialis 14. Maij 1627. coram Card. Virili, & per Gregorium Decimumquintum decis. 210. num. primo, & ibi in addit. num. 5. & dec. 242 num. primo, & per Addent. num. 10. & decis. 288. num. 1. & decis. 490. num. 7. & Rota decis. 589. num. 8. par. prima recent. & in secunda decis. 323. num. 3. & decis. 422. num. secundo, & per Buratt. decis. 264. num. 1. & decis. 797. num 9.*

Et prædicta procedunt, etiam quod narratiua esset difficilis probationis, & non vera, *vt fuit dictum in Acheruntina Parochialis 19. Aprilis 1613. coram Card. Sacrato, & per Gregorium XV. in sua decisione 13. & ibi per Addent. num. 12. & decis. 37. num. 4. par. secunda recent. & in illa Bracharen. beneficij 22. Aprilis 1624. coram Remboldo, & Marescott. variarum resolut. lib. 2. cap. 1. num. 21. cum alijs ibi per eum allegat. & Rota per Burattum decis. 175. num. 1.*

Declara tamen, quòd litterarum iustificatio satisfacta dicitur, si id ex confessione partis colligatur, siue ex earum effectuatione per longum tempus continuata, *vt ait Rota decis. 736. num. 3. & prius decisione 726. num. 1. parte tertia in recent.*

67 Extende prædicta, eodem modo procedere in impetrante, qui diffamat de pluribus criminibus, quia ille debet arctari ad probandum omnia, de quibus diffamat; quòd enim suadent etiam illa verba restrictiua, necnon forma ipsius gratiæ, ibi nos attendentes, & quòd veris existentibus præmissis, *vt fuit dictum in Oscen. Archidiaconatus, Veneris 19. Octobris 1601. coram Card. Lancellotto.*

68 Sed tenendo illam primam opinionem, vbi fuit dictum exhibitionem realem litterarum esse necessariam, Extende multò magis procedere in probanda delegatione facta de aliquo iudice, quia tunc litteræ patentales originarię veniunt exhibendæ, ad hoc, vt sit certus de sua iurisdictione; nec per consequens earum tenor per testes probari potest, nisi in casu, vbi litterę fuissent deperditę, vt superius dixi in *versiculo Fallit, sub num. 6.* & vltra *Bisignettum, & Rotam ibidem allegat. in praecedenti versiculo, fuit etiam dictum in Tridentina beneficij duodecima Decembris 1594. coram Penia, & decis. 214. par. secunda recentior. & Put. decis. 387. lib. 3.*

69 Reassumendo iterum primam declarationem, vbi habetur, quòd nisi litterę sint iustificatæ executionem non merentur, Subdeclara eam non procedere, quando illæ continerent gratiam pensionis motu proprio reseruatæ; quia tunc sunt exequendę, licèt impetrans illam non iustificauerit, neque sit in quasi possessione exigendi pensionem, *vt fuit dictum in Asten. pensionis Mercurij vndecima Martij 1615. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est in secunda parte recentior. decisio 656. num. primo, & in Casalen. beneficiorum Luna 18. Iunij 1629. coram Merlino.*

70 Extende id procedere, siue Motus proprius fuerit factus ad instantiam partis, siue ex mera liberalitate Principis, vt ex sententia Rotæ, probat *Gambarus de Officio Legati num. 61. libro tertio, quem refert & sequitur Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 365. num. 1. & 2.*

71 Contrarium licèt teneant multi allegati *à Rota in dicta decisione, sub num. primo, & præsertim idem Card. Seraph. decisione 1339. nu. quarto, & decis. 1371. in princip.* Qui omnes dicunt prædictam opinionem non procedere, quando Motus proprius fuit ad instantiam partis impetratus.

72 Sed prædictis minimè refragrantibus

Rota

Rota illam primam opinionem sequuta fuit ibi supra *num.* 2. & ibi testatur ita Romanam Curiam seruare, & quòd decisiones Cardinalis Seraphini non loquuntur ad propositum.

73 Et tenendo dictam primam opinionem, Extende eam in tantum procedere, quòd neque obtinens, tenetur iustificare ius sui auctoris, quando tamen in vim commendæ immissionem prętenderet, ob captiuitatem antecessoris, quia illa præsupponit custodiam fructuum, donec possessor de captiuitate reuertatur, & sic isto casu nil aliud remanet probandum, quàm quod captiuus de tempore captiuitatis de facto possidebat, vti talis, *vt ait Acchill. de Grass. decisione 24. de restitut. spoliator.*

74 At secus, si ageretur de immissione in vim tituli, quia tunc teneretur iustificare ius sui auctoris, *vt fuit dictum in Hispalen. beneficiorum decima Iunij 1610. coram Cardinali Pamphilio, & in Nullius, seu Giennen. beneficiorum xx. Iunij 1614. coram Rhemboldo, quæ est decisio 633. num. quarto, par. prima in recentior.*

75 Subdeclara secundò, prædictam declarationem non procedere in consentiente literis, quia tunc illæ pari modo iustificandæ non venirent, *vt ait Rota in Lucana pensionis, Lunæ die septima Februarij 1597. coram Orano, quæ est apud Marchesanum de Commissionib. in tomo primo, fol. 560. num. 3. & in alia Neritonen. Pensionis Veneris 24. Maij 1602. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est apud eundem Marchesanum de Com. missionib. tomo 2. fol. 583. num. primo.*

Et prædicta eò magis procederent, quando executor, cui directę fuerunt literę per decretum pronunciasset, sibi constitisse, & omnia in illis cōtenta iustificata fuisse, quia iudex executorialis potest extraiudicialiter se informare de narratis in gratia, dummodo tamen in litteris aliqua clausula non extaret, quæ iudicialem cognitionem requireret, sed in dubio pro decreto executoris venit præsumendum, *vt fuit dictum in vna Tirasonen. beneficij Lunæ 9. Maij 1622. coram Buratto.* Et hic obiter nota, quòd quando huiusmodi litteræ sunt alicui particulari personæ directæ, tunc Ordinarius eas exequi non valebit, *vt fuit dictū à Rota per Burattum in sua decisione 209. num. quarto.*

76 Subdeclara tertio, non procedere, quando sumus in lapsu triginta annorum, cum obseruantia, veluti, quia per illud tempus fuissent factę solutiones pensionis; quia tunc litteræ amplius non sunt iustificandæ, *vt fuit dictum in Lucana Decanatus 21. Maij 1578. & pluries ita fuisse resolutum, ait Rota in Oscen. & Barbastren. pensionis Lunæ 14. Ianuarij 1602. coram Cardinali Lancellotto Iuniore, quæ est apud Marchesan. de commiss. tom. 2. fol. 578. num. 2.*

Secus autem vbi earum obseruantia non fuisset subsecuta, quia tunc litteræ Apostolicæ viam executiuam amittunt, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis. 296. num. quinto, & ibi per Addent. & decis. 689. num. 5. par. prima recent. & in Barbastren. Decimarum Veneris x. Nouembris 1623. coram Vbaldo, & postea confirmata 14. Iunij 1624. coram eodem.*

Contrarium autem quando essemus in gratia iam obtenta, quæ ex dicto cursu triginta annorum, iustificata præsumitur, *vt ait Rota per Cardin. Seraphinum decis. 642. num. 3. & decis. 534. par. prima diuersor. & decis. 122. num. 5. & decis. 406. num. 3. par. prima recentior. & Rota in dicta Oscen. pensionis coram Cardinali Lancellotto, quæ est penes Marches. dicta par. 2. fol. 178. Garz. de benef. par. prima, cap. 1. num. 478. & Rota in Bononien. pensionis 17. Maij 1593. coram Card. Mellino, quæ est apud dictum Marchesanum in par. 1. fol. 558. & in alia Burgen. Pensionis 16. Decembris 1596. coram Penia, quæ est apud eundem Marchesanum d. par. 1. fol. 523. num. 2. & in Troiana pensionis 14. Maij 1629. coram Queipo, postea confirmata 22. Iunij eiusdem anni coram eodem;* vbi fuit dictū, quòd ad istum effectum tempora iunguntur vitę transferentis pensionem, & translatarii, *vt ait quoque Rota decisione 122. num. primo, & decisione 406. num. 4. par. 1. recen.* vbi in materia dispensationis Matrimonialis ad effectū pręsumēdi iusti-

R 2

iustificationem narratorum, Rota coniunxit tempus antem mortem coniugum, cum tempore successorum.

77 Subdeclara quartò, quòd verificatio, & iustificatio literarum Apostolicarum non sit necessaria, quando fuerunt registratæ de mandato illius, cui præsentatæ fuere; & ratio est, quia cum ex registratione acceptatio inducatur, ideò superuacanea esset literarum Apostolicarum verificatio, *vt ait Cassad.dec.8.num.8. de rescr. & fuit dictum in vna Abulen. pensionis 15. Decemb. 1610. coram Pirouano.*

78 Extende illam quartam subdeclaratio nem, eò magis procedere, quando talis registratio esset facta causa cognita, *vt fuit dictum in Militen. seu Portugallen. commendæ Lunæ 23. Iun. 1614. coram Dunozetto, quæ est decis. 636. n. 5. par. 1. in rec.*

79 Secus verò, quando, v.g. concurreret paritas tituli, veluti, quia duo venirent ex eodem Iure, nempè, ex prouisione Papę; nam tunc cognitio summaria cessat, & via ordinaria erit videndum quis potiori iure vtatur, per Doctrinam Bartoli communiter approbatam *in l. fin. §. fin autem col. 6. vers. Aut comparet aliquis, C. de edic. D. Adr. tollen. quam sequuta fuit Rota per Put. in dec. 294. nu. 1. lib. 1.*

80 At secus, si ageretur super iustificatione litterarum Apostolicarum tantū, quia tunc iudicium non desineret esse executiuum, *vt ait Rota per Gregor. decis. 307 num. 18.*

81 Sed huiusmodi occasione notandum hic erit obiter, quòd contra impetrantē Apo tolicum post impetrationem non possunt ab alio post vacationem litteræ Apostolicæ impetrari, licèt id non procedat, quando essemus inter expectantes, quia durante mense, quilibet acceptare potest, *vt ait idem Put. dec. 143. n. 1. lib. 1.* & veluti dixi in verbo *Acceptatio beneficij.*

82 Subdeclara quinto, quando essemus in mandato Apostolico, cum expressione ferè totius tenoris illius rei, de qua agitur, quia tunc id diceretur factum ex certa scientia; nec per consequens esset necessaria earum iustificatio, & præsertim, quando esset addita clausula, Quorum tenores, &c. & Decretum irritans, *vt fuit dictum in Ciuitaten. confirmationis Veneris 15. Aprilis 1611. coram Manzanedo, cum infinitis ibi allegatis, & in alia Seguntina admissionis ad Capitulum Veneris 15. Aprilis eiusdem anni, ibi coram eodem.*

83 Animaduertendo, quòd quando in litteris apponatur illa clausula, Sublata, tunc ea adimit Iudicibus facultatem aliter iudicandi, donec eis per Papam os apertum sit, *vt fuit dictum in Calaguritana confidentiæ, Mercurij prima Iulij 1592. coram Penia, quæ est decis. inter crimin. Farinac. 67. num. primo, & dixi superius in verbo Aperitio oris. concl. 122.*

84 Extende illud, quod fuit dictum de expræssione ferè totius tenoris, adeò esse potens, vt propterea dictis litteris sit standum, absque productione, atque verificatione illius, de quo agitur, *vt ait Rota in dictis Ciuitaten. & Seguntina coram Manzanedo.*

85 Rursus extende ea, quæ fuerunt dicta ad fauorem executionis litterarum Apostolicarum, adeò esse obseruanda, vt si quis in contrarium aliquo modo curauerit damnabiliter censuras Ecclesiasticas, & in sententiam maioris excommunicationis incidet, *vt fuit dictum in Toletana Canonicatus Lunæ 31. Ianuarij 1611. coram Cardinali Lancellotto, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 308. & penes eundem in decis. 281. in vna Pacen. pensionis, Lunæ prima Februar. 1610. coram Cardinali Marcomontio.*

Quinimmò casus falsificationis litterarum Apostolicarum est vnus ex illis, per quos clericus venit Curiæ sæculari tradendus, *vt fuit dictum à Rota per Coccinum in sua decis. 351. per tot.*

86 Et nota, quòd litteris, quis cōtrauenire dicitur, quando non parit eis simpliciter, & eo modo quo dictæ litteræ disponunt, sed cum aliqua protestatione, & assertione contrarii, veluti, quando quis possessionem non traderet alicui simpliciter, vt dicunt litteræ, sed cum aliqua qualitate per exequentem addita, *vt ait Rota in dicta decis. 308. num. 5. & 6.*

Rursus nota, ꝙ ad hoc, vt illis paritū dicatur duo sunt necessaria, quorum primum est possessionis dimissio, aliud est fructuum restitutio, *vt ait Rota decis. 264. nu. 2. par. 3. recen. licèt ibi in decis.*

194.

194. *num.* 2. dicat Rota, quòd non sit necessaria fructuum restitutio, stante paupertate illos restituere debentis, quia verbum parito semper ad possibilia refertur, quemadmodum etiam dicitur de verbis rescripti, quæ recipiunt interpretationem passiuam à iure communi. Secus autem fieret, si Papa processisset per verbum absolutum, idest restitutis fructibus per Abbatem receptis; quia tunc iurisdictio deficeret conditione non adimpleta, quinimmò, quòd litteris possit satisfieri per oblationem compensationis, siue per verbalem possessionis dimissionẽ, ait *Rota in dicta decis.* 194. *num.* 1. *& seq. parte tertia recent. vbi plures aliæ decisiones allegantur.*

87 Extende prædicta, quæ fuerunt dicta de his, qui literis apostolicis non parent procedere etiam in eo, qui pro impedienda dictarum literarum executione ad Iudices seculares recurreret; quia tunc omni iure suo priuatur, & etiam in pœnam maioris excommunicationis incideret, *vt fuit dictum in dicta Pacen. pẽsionis coram Cardin. Marcomontio num. 6. & penes Farinac. inter eius crimin. dec.* 212. *num.* 1. *& dec.* 281. *num.* 6. *& prius decis.* 181. *num.* 1. *& dec.* 179. *num.* 3.

88 Subextende, quòd immo isto casu pro probandis dictis impedimentis fides, adhibetur scripturis, & probationibus minus legitimis, & authenticis, *vt fuit dictum in dicta Toletana Canonicatus coram Cardinali Lancellotto num.* 3. *& melius in Hispalen. Legitimitatis Luna* 12. *Decembris* 1611. *coram Vbaldo, quæ est inter crimin. Farinac. decis.* 348. *num.* 3. *& ibidem decis.* 179. *in vna Valentina pensionis coram Litta, & decisione* 281. *num.* 6. *& sequen.*

89 Secus autem, quando essemus in solo pretenso recursu, sed non ad illum effectum impediendi executionem litterarum Apostolicarum, quia tunc recursus non præsumitur, nisi de eo concludenter constet, & nisi ad effectum, vt recurrens omni iure suo priuetur declaratoria facti adsit, & ideò non sufficit pro eo præsumendo actorum transportatio, vel quod vtilitas, & commoditas ex parte recurrentis præsumatur; & præterea, vbi ageretur de incurrenda pœna inhabilitatis, & similium, quia tunc probatio concludens esset necessaria, *vt ait Rota penes Farinac. inter eius criminales decisio* 179. *num. septimo, & sequen. & decisione* 312. *num. quarto, & decisione* 348. *& prius decisione* 167. *& decisione* 212. *& nouissimè in Maurianen. pensionis Luna* 25. *Iunij* 1616. *coram Pirouano.*

90 Sed huiusmodi occasione erit vlterius notandum in hac materia, quòd licèt regulariter recursus talis præsumatur factus ad illius instantiam, qui habet interesse in causa, & præcipue, quando ille dedisset speciale mandatum, vtpotè, ad comparendum coram quibuscumque iudicibus Regiæ Cancellariæ, siue alterius secularis Tribunalis, *vt fuit resolutum à Rota in decis.* 216. *num.* 3. *inter criminal. Farinac.* Id tamen non procederet, quando de incurrenda inhabilitatis pœna ageretur, quia tunc plena probatio requiritur, nec eo casu præsumptio sufficere potest, *vt ait Rota in decis.* 312. *num.* 4. *inter dictas decisiones crimin. Farinac.*

91 Extende prædicta eo magis procedere, veluti, si quis ageret pro defendenda sua persona, siue illius possessione, qua de facto spoliatus fuisset, quia tũc ille nõ prohiberetur propria auctoritate se defendere; licèt sit benè verum, quòd isto casu recursus non admitteretur ad obtinendas inhibitiones contra Ecclesiasticos Iudices, *vt ait Rot. in dec.* 103. *n.* 3. *&* 4. *& dec.* 212. *n.* 9. *cũ seqq. inter cri. Farin.*

92 Subextẽde ea vltimo loco dicta, adeò procedere, vt neque recurrens possit quacũque cõtraria consuetudine recurrẽdi ad illos se tueri, *vt ait Rota d. dec.* 103. *nu.* 2. Quinimò, nec etiam illa immemorabilis esset attẽdenda, si allegaretur pro eo excusando, qui recursum ad Iudices seculares habuisset, *vt ait Rota in dec.* 181. *n.* 1. *inter crim. Farinac.* Animaduertẽdo prætereà, quod ea excommunicatio, in quam recurrentes incidunt, resultant ex eo simplici actu recursus, non autẽ ex aliis, quæ postea per laicos Iudices fiunt, *vt ait Rota in dec.* 179. *n.* 5. *inter dictas crim. Farin.*

93 Fallit tamen principalis conclusio, veluti, si essemus in Expeditione literarum, & Breuis super apprehensione posse-

 ssio-

sessionis alicuius beneficij, quod clarè, & notoriè appareret, esse de iure patronatus ex fundatione, vel dotatione, siue ex multiplicatis, & continuatis præsentationibus, quia tunc per huiusmodi exceptionem earum executio legitimè impedienda veniret, iuxta formam dispositionis *Sacri Concilij Tridentini in sess. 25. cap. 9. de reformat.* Aliàs illa exceptio iurispatronatus tamquàm altiorem indaginem requirens ad petitorium esset remittenda, *vt pluries fuit decisum à Rota, & signanter in Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram Card. Pamphilio, & prius in Tiburtina Iurispatronatus die quinta Iulij 1599. coram Penia, & in Aretina Cappellaniæ, die tertia Decembris 1610. coram Cardinali Lancellotto, & in alia Aquilana executionis breuis Lunæ die decima tertia Februarij 1612. coram Pirouano, quæ est in prima par. recentior. decis. 381. num. 1.*

Extende eodem modo procedere in alio habente titulum cum possessione, per quem earum executio impeditur; aliàs secus, quia litteræ apostolicæ habent executionem paratam, neque propterea ob exceptionem altiorem indaginem requirentem earum executio impeditur cum in illis procedatur ad instar *l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. vt ait Rota decis. 348. num. primo, par. 3. recent. & prius decis. 234. num. 1. d. par. 3. recentior.*

94 Fallit secundò dicta principalis conclusio, quando per sententiam essent vulneratæ, & tales dicuntur, quando sententia esset lata contra pensionarium, quod procedit, etiam si feratur ob inhabilitatem, & incapacitatem pensionarij, quando tamen monitorium præcesserat, *vt fuit dictum in Romana census die decimaseptima Iunij 1580. coram Lauretano, & in Anconitana assecurationis, die prima Iulij 1602. coram Coccino, quæ est in eius impressis decisione 78. num. secundo, & seqq.*

95 Et ratio est, quia sententia negotium definiens, qualе est ius perimens, vulnerat litteras Apostolicas, & causa effecta appellabilis semper durat appellabilis, & per consequens litteræ Apostolicæ remanent vulneratæ, *vt fuit dictum in Cremonen. pensionis Lunæ 6. Iunij 1611. coram Cardinali Caualerio, quæ est apud Marchesanum de commissionib. tom. 1. fol. 618. num. 1. & seq.*

96 Secus verò, si Iudex pronunciasset super nullitate processus, qui executionem daret litteris antequam fuisset iustificata illa clausula (Dummodo mille remaneant pro Episcopo) quia tunc non ob id dicerentur vulneratæ litteræ, & propterea earum paratam executionem non amitterent, & præsertim, si illa clausula reperiretur iustificata, *vt fuit dictum in tribus decisionibus coram Gregorio Decimoquinto factis, nempe prima septima Aprilis, secunda 3. Iulij, & tertia vigesimaquarta Nouembris 1606. & facit etiam Rota in Astoricen. Archidiaconatus 6. Nouemb. 1602. coram Card. Lancellotto, allegata in alia Neritonen. pensionis, Lunæ vigesimasexta Nouembris 1607. coram Cardinali Caualerio, quæ est penes dictum Marchesanum de commissionibus tomo primo fol. 620. num. 3.*

97 Extende primo, quòd neque etiam dicantur vulneratæ litteræ per sententiam dicentem eas non esse iustificatas, cũ illæ possint de nouo iustificari, nec saltẽ taliter vulneratæ dicũtur, quin postea facta iustificatione possit earum executio peti, *vt ait Rota in dicta Neritonen. pensionis coram Cardinali Caualerio, quæ est in eius impressis decisio vndecima.*

98 Extende secundò, quòd, nec minus dicuntur vulneratæ litteræ, quando Iudex protulit sententiam absolutoriam ab expensis, quia hoc non obstante Iudex, cui causa fuit commissa, potest litteras executioni demandare, quia talis sententia potuit forsan ferri, ob incapacitatem alterius partis, siue alia de causa, *vt ait Puteus decisione 426. lib secundo, & Rota in Cremonen. pensionis Veneris die decimaquinta Aprilis 1611. coram Cardinali Caualerio, quæ est apud Marchesanum ibidem fol. 558. num. secundo.*

99 Contrarium tamen esset, si Iudex partem ab impetitis absoluisset, quia tunc litteræ vulneratæ dicerentur; adeò vt amplius earum executioni, non esset

fet locus, *vt fuit dictum in vna Romana censuß 17. Iunij 1580. coram Cantuccio, & in alia Anconitana Asseverationis prima Iulij 1602. coram Coccino, quæ est in eius impress. dec. 78. num. 1. & seqq.*

100 Præterea hic erit animaduertendū, quòd huiusmodi litteræ apostolicę possunt Canonico Ecclesiæ Cathedralis dirigi, super commissione euidentiali, tamquàm personæ in dignitate constitutæ largo modo loquendo, *vt fuit dictum in Auximana bonorum, Luna prima Februarij 1580. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 443. nu. 6. & apud Marches. tom. primo fol. 115. num. 3.*

101 Sed declara tñ, quòd tali Delegato nō creditur, nisi prius pręsentatis litteris suæ Delegationis, quia ei iurisdictio non acquiritur, nisi ex litterarum præsentatione, *Rota decis.* 242. *& decis.* 487. *& decis.* 459. *in antiq. & decis.* 793. *in nou. & Guidop. in sua decis.* 285. ait per prius delegatum nullam iurisdictionem habere, *Rota decis.* 143. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* vbi ait id quoq; procedere, etiam si Iudex sciat se esse delegatum, & multò magis, quando ignoraret fundamentum suæ iurisdictionis, quia tunc quicquam agere non valet, *vt ait Rota decis.* 730. *num.* 4. *& prius decis.* 546. *num.* 3. *d. par.* 2. *recent.*

102 Ex quibus igitur infertur primò, quòd executor debet de sua iurisdictione esse certus, non autem per exemplum, sed per exhibitionem ipsarum litterarum suæ delegationis, *vt ait Rota decis.* 459. *in antiq. & veluti dixi superius in vers. Sed tenendo illam primam opinionem.* Veluti eodem modo dicitur de iurisdictione, quę saltem in exercitio ablata non censetur à Iudice, per commissionem auocatoriam, nisi pręsentato rescripto coram alio Iudice, *vt ait Rota decis.* 773. *num.* 3. *parte secunda recentior.*

103 Infertur secundò, quòd citatus à delegato ante exhibitionem litterarum, si non comparuerit, non efficitur contumax, *vt ait Anna in suo singulari* 147.

104 Infertur tertiò, quòd delegatus tenetur mittere tenorem suę delegationis in citatione, vt citatus certò sciat debere comparere, *vt ait Mising. in sua prima obseru. centur.* 3.

105 Declara tamen primò prędictas illationes non afficere, si à parte non opponatur, aliàs omnia ante litterarum pręsentationem facta valent, *vt ait Iaf. fred. in sua dec.* 32.

106 Declara secundò non procedere in executore, qui potest conferre, antequam sint pręsentatę litterę, iuxta opinionem *Bellamer. in sua dec.* 359.

107 Contrarium tamen tenuit, *Rota in dec.* 455. *in nouiss.*

108 Declara tertiò non procedere, quoad validitatem translationis pensionis factam coram Iudice, vigore processus fulminati, in quo erant insertę litterę facultatis translationis pensionis, licèt litterę originales exhibitę non fuerint, *vt ait Acchill. de Grassis decis. secunda de offic. delegat.* Dummodo tamen post factam oppositionem de exemplari constet, quia executor debet esse certus de sua iurisdictione, non per exemplum, sed per originale, *vt ait Rota in decis.* 242. *& decis.* 459. *&* 487. *in nou. & decis.* 793. *in antiq. & Aegid. in decis.* 359. *cum aliis decisionibus allegatis per Felyn. in cap. eam te de rescript. colum. penultima in* 4. *fallent.* qui licèt teneant quòd executor possit conferre, antequam sibi fuerint præsentatæ litteræ, nihilominus *Rota in decis.* 455. *in nou.* contrarium tenuit, *vt testatur dictus Acchill. de Grassis in dicta decis. secunda num.* 5.

109 Postremò notandum erit, quòd citatio delegati, in qua nō fuit originale rescriptum insertum, non est sufficiens ad declarandum illum, qui in excommunicationem inciderit, *vt ait idem Anna in sua allegatione* 24. & ibi testatur ita fuisse decisum, veluti quoque nulliter se gessisse diceretur, si iuxta commissionem sibi datam non procederet, *vt fuit dictum à Rota per Gregorium dec.* 518. *num.* 2. licèt sit benè verum, quòd non tenetur in procedendo seruare stylum loci, ac illius constitutiones; sed stylum, & leges Curiæ Romanæ; vndè illius iurisdictio emanauit, *vt ait Rota per eundem*

dem Gregorium in decis. 251. num. xj. Put. decis. 127. lib. primo, & Rota in Pistorien. Beneficij 22. Aprilis 1616. coram Buratto, & decis. 74. par. 4. in recentior.

Quod tamen declara procedere, quoad decisoria; at secus quoad ordinatoria, quia tunc debet seruari stylus loci, in quo causa agitari debet, vt fuit dictum in Papien. Bonorum 14. Februarij 1578. coram Cardinali Lancellotto, & Surd cons. 204. num. 7. allegati ab addente ad decis. Gregorij 251. in fine.

Animaduertendo, quòd delegati iurisdictio expirat lata sententia, vt ait Rota decis. 631. num. 8. & seq. par. 2. in recentior.

110 Et in hac materia erunt videnda, quæ dicam in verbo Arbitrium, vbi inter cetera videbis, quando Papa retardet istarum litterarum executionem in eius signatura, & quando secus.

ARGVMENTVM.

APOTHECA QVID SIT, ET IN quibus differat ab alijs membris Domus.

CONCLVSIO CXXVII.

1 APOTHECA nota, quòd nil aliud est, quàm repositorium mercium, siue locus, vel statio ad merces, seu exercitium destinata, vt ait Card. Tusch. in verbo Apotheca conclus. 430. & differt à cella cum apotheca sit quoddam repositorium maius; cella verò minus ad vsum quotidianum destinatum, & propterea pars fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, vineariam, defructuariam, fœnilia, palcariaque, apothecas, & horrea, vt ait Grat. lib. 5. discept. cap. 927. num. 5.

2 Vnde videmus, quòd decretum anni sancti, quod prohibet augmentum pensionis domorum, & apothecarum extenditur etiam ad granaria, & similia bona, vt ait Gratian. ibi supra num. 2.

3 Sed quòd apotheca idem sit, quod cella vinearia, & quòd ea passim significet tabernam, & locum ad vendendas merces, vt ait Alber. in l. si in testamento in princip. ff. de fund. instruc. Bart. in l. cum pater, §. mensæ, num. 8. ff. de legat. 2. & ita fuit dictum in Bononien. Macelli, seu de Conobijs, Veneris 20. Iun. 1603. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est eius impressis decis. 123. num. 2.

4 Declara tamen primò, quòd apotheca non est censendum ædificium; sed potius domus, quando maior, & principalior pars illius est domus, vt fuit dictum in Rauennaten. Apotheca, Lunæ 2. Aprilis 1607. coram eodem Gregorio, quæ est in eius impressis decisione 308. num. 7.

5 Declara secundò, quòd legata domo non venit apotheca, vt ait Rota per Verall. dec. 342. par. 3.

6 Extende idem procedere de horto, & arundineto, qui, vel quod non venit appellatione domus, Abb. & Alex. allegati à Rota dicta decisione 342. num. primo.

7 Extende secundò idem procedere in legato fundi aratorij, sub quo vinea non continetur, vt ait Iason in l. si quis in fundo legato, ff. de legat. primo num. 40.

8 Fallit tamen, quando apotheca, arundinetum, & hortus esset domui contiguus; quia tunc appellatione domus illa membra venirent, vt ait Rota ibi supra, & Balb. decis. 70.

9 Extende huiusmodi fallentiam procedere, quando apotheca sub domo, siue illius finibus existeret, quia tunc comprænderetur sub legato totius domus, etiamsi esset separata respectu vsus, & locationis; & ratio ea est, quia totũ etiã partes respicit, sine quibus aliquod corpus integrum dici nõ potest, siue sit vniuersale, siue sit generale, siue integrale, & præsertim in legato, vbi dictio (tota) significat omnimodam qualitatem in subiecto, Surd. decis. 78. nu. 12. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 775. num. 1. & seqq. & Card. Tusc. d. conclus. 430. num. 2.

Subextende id eò magis procedere, quando per candem domum daretur additus ad hortum, siue quando ille esset destinatus pro delicijs dictę domus, vel si esset ipsius pedi sequus l. prædijs, §. penult.

§. penul. ff. deleg. 3. Menoch. conf. 223. num. 1. & seq. lib. 3. Parif. conf. 80. l. 2. nu. 2. Simon de Præt. vlt. vol. cart. 380. num. 20. & 30. Purpur. qui loquitur in venditione de domo facta cum pertinentiis, conf. 341. num. 1. & seq. lib. primo, & Surd. conf. 203. num. 4. lib. 2. text. est in l. feia, §. tyranne ff. de fund. instr. & l. fin. ff. de seru. vrb. præd. & in l. partem, ff. de seru. rustic. præd. vide in hac materia Afflict. in sua decis. 298. per totam, & ibi quoque Vrsill. item in decis. 223. & ibi in prin. & Gratian. lib. 5. discept. cap. 896. num. 28. & seqq. vbi ait prædicta procedere in materia viridarij, vt scilicet illud veniat in dispositione facta de domo, quando fuerit emptum, vt domum ameniorem, siue salubriorem redderet, & si assumat qualitatem illius domus, cui vnitur, & cedit, at secus si è contra, quia tunc si domus, verbi gratia, feudalis, vel censualis, non tamen hortus erit talis, si prius erat allodialis, sed remanebit liber ab omni censu, sed quæ concurrere debeant, ad hoc, vt domo vendita, siue legata, veniat hortus, ait Grat. ibi supra.

10 Declara tertiò, quòd si concedatur licentia conductori sublocãdi domum, non per hoc concessa censetur sublocatio apothecę, vt ait Grat. in sua dec. Marchiæ 67.

11 Declara quartò, quòd statutum puniens insultum alicui factum in propria domo, non extenditur ad illum, qui in apotheca insultet, vt ait Maynardus in sua decis. Tholosan. 59. lib. 2.

12 Declara quintò, quòd apotheca Hospitalis immunitate Ecclesiæ non gaudet, vt ait D. de Ponte decis. 35. eum ibi per eum allegatis.

13 Quod tamen subdeclara verum, quando captus deliquisset in Hospitale, vel in eius apotheca, quia tunc præsumitur deliquisse sub spe immunitatis, & propterea eo priuilegio ille indignus efficitur, veluti dicitur de eo, qui deliquit in Ecclesia, vel propè eam ad illũ si nẽ, vt ait Iaffred. decis 99. & Ricc. in sua collectanea 513. par. 3. & D. de Ponte decis. 14. & Cappell. Tholosan. in sua decis. 422. secundum antiquam impressionem.

14 Extende procedere quoque in eo, qui semel commisit sacrilegium in Ecclesia, quia si ob aliud delictum ad eam confugiat, illius immunitate non gaudet vt ait dicta Cappell. Tholos. dec. 422.

15 Et ratio est, quia per sacrilegium, antecedens illud priuilegium amittit, ita vt Ecclesia amplius eum abutentem tueri non debeat, vt ait Rul[illegible]. dec. 13 lib. 1. rer. iudicat. & Ricc. in d. cta collect. 513. par. 3.

16 Declara sextò, quòd statutum puniens delinquentem in Ecclesia, non procedit, si delictum sit commissum in apotheca Ecclesiæ, siue illius ostio, vt ait Mastrill. decis. 22.

17 Extende propterea, quòd si vendatur domus non ob id censetur vendita illius apotheca, vt ait Rota Ianuæ Marilian. dec. 92.

18 Fallit tamen primò, veluti si essemus in venditione, & ageretur de vitriatis, ac aliis parieti affixis, quæ veniunt in venditione domus vti pars illius, vt testatur ita fuisse decisum in Senatu Mantuano, Surdus in sua decis. 134. sed quid de seruitutibus antiquis sint habentibus causam discontinuam, vt est iter, & via, aut aquæ fluentis, an veniant si non exprimantur, & quid si in venditione fuerint expressa membra, quæ vẽduntur, an non obstante dicta expressione illæ seruitutes veniant, q̃n in instrumento venditionis domus fuerit dictũ à notario, iuxta cautel. Capoll. cum accessibus, regressibus, aspectibus respectibus, antistis, & perantistis, & fuerit vendita domus frãca, vide Afflict. in sua decis. 298. & ibi Vrsill. per totam, Capol. de seruit. tit. de itin. siue act. & Boer. decis. 322.

19 Fallit secundò in legato facto de apotheca pannorum, quia tunc legatarius vigore illius legati, non solùm poterit consequi fundum; verum etiam, & merces in ea existentes, cũ illud nomen apotheca sit generale, vt ait Castrens. in l. certo genere num. 3. ff. de seruit rust. præd. Alex. cons. 47. num. 3. lib. primo, Iason in l. si res obligata num. 24. ff. de legat. primo, Berou. con. 161. num. 2. lib. primo, Simon de præt. in tractat. vltim voluntat. cart. 388. num. 17. & 18. & Crauett. consil. 218. num. 18. & Cardin. Tusch. dicta concl. 430. nu. 3.

20 Con-

20 Contrarium, quòd scilicet in legato apothecæ panni non veniant, *ait Iason in l. Centurio num. 50. ff. de vulg. & pupil.* dicens, quòd illud verbum, Panni, stat demonstratiuè, non autem dispositiuè, & hanc opinionem, sequitur *Bartol. in l. cum Paterfilios, §. Mensæ nu. 8. & 9. ff. de legat. secundo,* vbi ait, quòd legatum factum de apotheca pannorum non venit mercantia, veluti dicitur etiam si esset legata apotheca cum omnibus, quæ ibi sunt; quia tunc veniunt solùm res, sed non debita, & credita; secus verò, si fuissent legatæ merces, quia non veniet locus, in quo merces reponuntur, *vt fuit dictum in Romana Societatis Magazeni Veneris 23. Maij 1603. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decisione 115. num. 5. & 6.*

21 Sed pro concordantia opinionum prædictarum, est attendenda mens testatoris, quando scilicet ipse voluerit intelligere de loco, & mercantia insimul, vel quando de altero tantum, iuxta ea, quæ ait *Bartolus in dicto §. Mensæ in fine.*

22 Sed tenendo primam opinionem extende eam primò procedere in legato facto de domo, quòd quidem compræhendit etiam apothecam, & omnia parata ad vsum, *vt ait Gratian. lib. primo discept. cap. 126. num. 1. cap. 775. nu. 3 lib. 4.*

Subextende id intantum esse verum, vt propterea apothecæ existentes sub domo legata, ac illius finibus compræhendantur in legato habitationis totius domus, etiam, quod essent separatæ respectu vsus, & locationis, *vt ait idem Gratian. lib. 4. d. discept. cap. 775. num. 1. 2. & 5.*

23 Extende secundo procedere in legato facto de camera sua, quia tunc illud compræhendit omnia contenta in ea, *vt ait idem Gratian. lib. 5. discept. cap. 940. num. 34. & Bart. in l. penum meam ff. de penu legata.*

24 Extende tertiò, quòd in legato facto de lecto intelligantur, etiam legata ornamenta, quæ lecto accedunt considerata personarum qualitate, *vt ait idem Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 610. num. 12. & seq.*

25 Contrarium vt scilicet legatum factum vxori de lecto, vel vestibus non compræhendat vestes, aut culcitra, siue lectum de serico, *ait Simon. de præt. vltim. voluntat. cart. mihi 408. & Surdus decis. 150. num. secundo, & 3.* ex ea ratione, quia ea personę viduę non conueniunt.

26 Concordari possunt prędictæ opiniones, & sic vt prima procedat, quando testator legauit lectum suum; secunda verò, quando in genere, *vt ait Bar. in l. librorum, §. fin. ff. de leg. 3. & Surd. dicta decis. 150. num. 9. & seq.* Item concordari possunt, vt scilicet, ea ornamenta veniant ad lectum attenta qualitate personarum.

ARGVMENTVM.

APPELLATIO QVOTVPLEX SIT & quare adinuenta, & in quibus casibus detur, & in quibus non.

CONCLVSIO CXXVIII.

1 APPELLATIO nota, quòd à Doctoribus diuersimodè diffinitur, & alij dicunt eam esse triplicem, & prima illa dicitur quæ datur à sententia difinitiua, de qua *DD. tractant in ff. & C. de appellat.* Altera, quæ datur ab interlocutoria, de qua in *l. 2. de appellation. recipien. vel non*; Altera vero ab actibus extraiudicialibus, cuius enim mentio fit, *in l. prima, §. solent, ff. quando appell. sit.* Alij Doctores, & melius duo tantùm genera appellationum constituunt; nempè iudicialem, & extraiudicialem. Sunt etiam aliqui, qui eam in alia duo genera distribuunt in expressam scilicet, & tacitam, expressam intelligentes, quæ voce, aut in scriptis fit, prout est, *text. in l. prima, & secunda ff. de appellat.* Tacitam verò, quæ neque voce, neque in scriptis fit, sed facto, de qua meminit, *text. in cap. dilecti filij de appell.* sed *nouissimè Scacc. de appellat. in quæst. prima in principio,* ait appellationis nomen tribus modis posse sumi, nempè latissimè, latè, & propriè, sed melius ait *in artic. 3.*

artic. 3. num. 32. cap. 2. quaest. 2. eod. tit. de appellat.

2 Deinde notandum erit, quòd istud remedium appellationis dicitur saluberrimum, & vti species defensionis nemini venit denegādum, illudque fuit adinuentum à legislatoribus antiquibus, ad hoc, vt quis non teneretur stare sententiæ vnius Iudicis, *vt ait Put. decis. 54. num. primo lib. primo*. Vndè dicti legislatores ius naturæ imitantes contra venenum iniustæ sententiæ triacam appellationis inuenerunt, quę alio modo vocatur à Doctoribus præsidium innocentiæ, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in dec. 188. num. 6. Surd. decis. 35. num. 5. & est text. in l. secunda, §. Ex actis. vers. Et ibi neque procuratio, ff. de orig. iuris, & cap. ad Romanam 2. quaest. 6. Purpurat. in l. 1. num. 87. C. de pact. Nicol. Gracch. in addit. ad Vestr. lib. secundo cap. 5. num. xj. Scacc. de appellat. artic. primo, cap. secundo, quaest. 3. Rota decis. 2. & 3. vt lite pend. in nou. Verall. decis. 171. par. 2. decis. Pedemont. 100. Rota decis. 2. de except. in nou. & ita fuit dictum in vna Romana de Ruspolis x. Maij 1589. coram Card. Platto, & Rota decis. 23. de appellat. in antiq. num. 3.*

3 Quod quidem appellationis remedium; nedum applicatur vnicuique grauamini, etiam ex leuissima causa, & extraiudicialiter illato, loquendo tamen de iure canonico, & data rationabili causa, & ea expressa, *vt ait Gratian. lib. secundo disceptat. cap. 383. num. x. Rota apud Marchesanum de commissionibus in prima parte fol. 304. & in Calaguritana de Branteuilla 5. Iulij 1604. coram Cardinali Sacrato, & est text. in cap. dilectus de dol. & contum. & ita Rota decis. 391. num. 3. par. 2. recentior. & Afflict. decis. 269. Franch. dec. 193. & 288. Caccher. decis. 25. Castill. decis. 42. Ioseph. Ludou. decis. xx. Perus. Rota Auenionen. decis. 73. & 165. Gayll. pract. obseru. cap. 147. Peregrin. in sua decis. 97. & 98. & fuit dictum in vna Mediolanen. coram Cardinali Pamphilio, quae est apud Machesanum in dicta parte prima fol. 145. num. 2. & Rota decis. 287. num. 7 par. secunda in recentior. Beninted. decis. Bonon. 17. Affl. decis. 269. & Rota apud Gregorium XV. in decis. 335. num. 18. & decis. 546. num. 4. & vltimo loco in Abulen. Hereditatis 28. Maij 1629. coram Verospio, & ibi aliae decisiones allegantur, & decis. 4. num. 4. par. 3. recentior. & ibidem decis. 79. num.*

Verum etiam illud remedium appellationis veniret attendendum, etiam per viam statuti, quando (vt est illud Rauænnæ) reduceret appellationem ad terminos iuris canonici, *vt fuit dictum à Rota per Gregorium decis. 546. num. 3.*

4 Quinimò Extende, q etiā ab actis extraiudicialibus datur appellatio, qn̄ ex illis grauamen dubitatur, *vt ait Gratian. lib. primo disceptat. cap. 84. num. 8. & Rota decis. 522. num. 4. par. secunda recentior.*

5 Secus autē si loquamur de iure ciuili, quia tūc ex illius dispositione, multi sūt casus, in quibus appellatio admittitur, in multis verò non, licet sit benè verū quod in omnibus causis, tàm ciuilibus, quàm criminalibus semper appellatio datur, nisi expresè prohibita reperiatur, cum ea species difensionis dicatur, *vt ait Andr. Gayll. in decis. 128. par. 1. & Marta in sua compil. decisionum in verbo Appellatio cap. 108. tom. 1. & Rota decis. 79. num. 5. & decis. 267. num. 6. par. 3. recentior.*

Quinimmò nota, quòd in dubio semper admittenda venit, *vt ait Surd. dec. 27. num. 4. & text. est in l. & in maioribus, C. de appellat. & est decis. penes Gayll. pract. obseruation. obseruat. 149. num. 6. Gratian. decis. 86. num. 5. & decis. 92. num. primo, idem Surd. decis. 36. num. secundo, & Gregorius XV. decis. 251. num. 9. & Franchus decis. 351. num. 3. & prius decis. 120. num. 4. & 5.*

6 Extende id adeò esse verum, vt nec ea per statutum tolli possit; licèt secus sit ex conuentione partium, *vt ait Ioacchim. Misynger. in sua decis. 14. par. 4.*

7 Subextende quòd neque pari modo per Constitutionem Synodalem prohiberi possit appellatio, *vt ait Greg. XV. dec. 339. num. 5.*

8 Immò quatenus etiam admitteretur,

quòd

quòd à statuto appellatio, siue ex conuentione partium prohiberi posset, tamen ea nunquam denegatur, per quam quis manifestè grauatur, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 76. num. 8. cum ibi allegatis*.

9 Et sic igitur concorda opinionem Misingerij esse veram, quando appellatio esset iusta, aliàs secus, *vt ait idem Gratian. lib. 1. discept. cap. 119. num. 8. cum seqq.*

10 Et ratio est, quia statutum secundum ius commune regulari debet, & propterea statutum appellationem prohibens debet intelligi in casibus, in quibus grauamen in difinitiua potest reparari, aliàs secus, & sic eo non obstante appellationi erit locus, *vt ait Ioseph Ludou. decis. Perus. 38. Surd. dec. 36. & Cappell. Thol. in sua decis. fin. & Grat. ibi sup. & Rota in dec. 79. nu. 1. par. 3. recent.*

11 Extende prædicta eò magis esse vera, si pars opponat, quia tunc appellatio eam petenti non denegatur, *vt ait Rota decis. 105. par. 1. diuersor. & Put. decis. 383. lib. 2.*

12 Subextende procedere, etiamsi appellans non appellare iurasset, quia licèt ille esset periurus postea appellando, nihilominus appellatio erit valida; Sed est benè verum, quòd Iudex eam admittere non debet, nisi tamen appellans prius absolutionem obtinere curauerit, aliàs fatalia currerent, *vt ait Gaspar Gullielm. decis. Rota Spiren. 97. par. 1.*

13 Præterea erit animaduertendum vnum, & est, quòd licèt in causis appellatio detur, non obid tamen illa diuersificat causam, nec causam nouam inducit, sed tantùm instantiam mutat, licèt *Magon. in decis. Florent.* 133. dicat, quòd semper remaneant reliquiæ pro sententia, Item quòd non diuersificet, *ait Rota in Terdonen. Præpositura, Veneris 26. Octobris 1601. coram Coccino, quæ est in eius impressis decis. 42. nu. 6. & in alia Anconitana Assecurationis, Lunæ prima Iulij 1602. coram eodem, quæ est in eius impressis decis. 70. num. 10. & coram eodem in Interamnen. Pecuniaria, Lunæ 23. Iunij 1603. quæ est in eius impressis decis. 123. num. 9. & in Pistorien. beneficij Veneris 13. Ianuarij 1617. coram Buratto*, vbi ait quòd licèt prima instantia sit diuersa à secunda cū tamen est eadem, ratione identitatis personarum; nempè actoris, & rei, quāuis *Rota per Card. Caualer. in sua decis. 623. num. primo*, dicat, quòd causa in prima instātia est diuersa ab ea per viam appellationis, & propterea hinc fit, quòd nō ab eodem, sed à diuersis Iudicibus venit cognoscenda, ex ea ratione, sub num. 2. adducta; nempè, vt quis non cogatur sententiæ vnius Iudicis stare; quoniam verisimilè valdè esse videtur, vt Iudex, veluti errauit, ac iniquè egit in prima instantia, ita quoque esset facturus in secunda, & sic quod prius factū de facili iteretur, *vt ait Rot. per Bellam. decis. 24. allegat. à Marta in sua compilat. decisionum in verbo Appellatio cap. 33. tomo primo*; Et sic igitur erit concordandum, vt scilicet causa in prima instantia sit à secunda per viam appellationis diuersa, respectu Iudicum sed non ratione actoris, & rei, qui ad illud Iudicium concurrunt ex superius allegatis; Item causa appellationis, & negotium principale vnum, & idem sunt, sed secus tamen esset, quando adiretur principaliter Iudex super negotio principali nulla appellationis habita ratione, *vt ait Rota decis. 427. par. 3. nouissim. Paleotti*, sed quòd appellationis causa sit separata ab ea primæ instantiæ, ex eo probatur, quia videmus, quod fideiussor datus in prima instantia non tenetur in secunda, veluti dicitur de eo, in primo contractu data, qui nō tenetur in secundo, cum fideiussio expiret instantia perempta, *vt ait Thes. in sua decis. 202. num. primo, & seqq. & Rota per Coccinum in decis. 84. num. secundo.*

Declara tñ prædicta esse vera, si fideiussor fuerit datus pro faciendo decreto ab vno Iudice certo, siue si fieret mutatio rerū vel personarū, secus aūt si ille fuisset præstitus in euentum succumbentiæ quia tunc post latum primum decretum à Iudice non dicitur liberatus ab alio, sed censetur consensisse in omni iudicio succumbentiæ, & sic isto casu tenetur ad omnes expensas in vtroque iudicio factas, quod secus esset in primo casu, *vt ait Thes. dicta decis. 202. & Rota apud Coccinum dicta decis. 84. num. 13. & 15.*

& 15. apud quos multa alia notanda in habebis in hac materia, *& Maceraten. variar. resolut. resol. 30. lib. 3.*

Fallit tamen, quando dictus fideiussor fuisset datus in vim alicuius statuti, quia tunc teneretur vti principalis soluere iudicatum vsque ad finem litis, veluti dicā *in conclus. 142. num. 43.*

Sed huiusmodi occasione erit hic notandum, quod talis fideiussor iudicij non erit necessariò citandus illius condemnatione; quia sententia lata contra principalem, nocet quoque fideiussori, etiam non citato, vt animaduertit *Rota ibi apud Coccinum in dicta decisione 84. num. 14.*

Extende prædicta, quę fuerunt dicta de fideiussore in qualibet instantia obligato, procedere quoque in fideiussore, pro alio custodiam castri promittente, qui tenetur etiam finito officio, & confirmato, veluti etiam dicitur de administratore, cū obligatione generali ad certū tempus, non restricta; quia tunc ille, etiam pro tempore prorogato tenetur; secus autem in fideiussore tutoris, qui non obligatur de administratis post pubertatem, *vt ait Gratian. lib. quarto disceptation. cap. 718. num. primo cum sequentib.*

14 Rursus erit quoque, circa prædicta, notandum, quòd appellatio inspecto statu præsenti, iudicatum extingui, etiam, quoad iuris pręsumptionem, considerato verò futuro euentu, illud suspēdit, *vt ait Rota decisione 526. num. 3. par. secunda in recentior. & Rota per Burattum in sua decis. 436. num. 8. & in Romana Vineæ 17. Martij 1623. coram Vbaldo, & in alia Vicentina recreationis 3. Martij 1625. coram Pirouano, & decisione 38. num. 4. par. 3. recentior. & Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. num. 36. & Gabr. conclus. 4. num. 31 & concl. 6. num. 23. tit. de sent. Card. Caualer. decisione 228. num. 4. & 242. num. secundo, & decisione 643. num. 7. & 482.*

15 Et ideò videmus, quod vbi ageretur de ligamine animæ, veluti, dicitur de excommunicato, siue de periuro, tunc pendente appellatione, nec ille dicitur excommunicatus, nec alter periurus, & propterea agere non prohibentur, *vt ait Vrsill. ad Afflict. decis. 188. num. 5. & sequen.*

16 Immò nota, quòd appellatione iustificata negotium principale, ita, & taliter dicitur deuolutum, & radicatum in Iudice appellationis, vt inuito appellante, amplius illud ad primum Iudicem vti suspectum remitti non possit, *vt ait Magon. decis. Florent. 63. num. 7. & vt ait Guidopap. decis. 436. num. 1.* quis appellando in protectione Iudicis ad quē constituitur, & à potestate Iudicis à quo, eximitur.

17 Declara tamen, quòd quando appellatio datur in vna causa, non deuoluitur nec impedit executionem in alia, *vt ait Surd. in dec. 335. num. 15.*

18 Quod tamen secus esset, vbi essemus in capitibus connexis, quia tuncvna pars appellabil is ad se aliam partem non appellabilem trahit, & sic isto casu appellatio in parte, & partibus non prodesset, *vt ait Franch. in cap. si duobus, num. 6. de appellat.* qui textus fuit canonizatus à *Rota in Romana Bibliothecæ 26. Ianuarij 1576. coram Oradino, & per Gregor. dec. 223. & ibi in addition.*

19 Secus verò, quando capita essent separabilia, quia tunc verificaretur illa conclusio, quod, scilicet appellatio data ab vno capite appellabili, non conceditur in alio non appellabili, *Corn. consi. 10. nu. 3. vers. Cum itaque, lib. 4. Put. decis. 316. lib. 2. & ita fuit dictum in vna Fauentinà spolij 15. Aprilis 1580. coram Card. Seraphino, & in alia Romana tutelæ Lunæ 12. Decembris 1605. coram Penia, & Gregor. XV. dec. 552. & ibi in addit.*

Extende hic obiter, eodem modo procedere iu sententia in Iudice lata coram pluribus Iudicibus intentato, quæ valere potest quoad vnum, & non quoad alios in materia diuid iali, *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* Et ratio est, quia quando versamur in Iudicio diuisorio, tot censentur capita, quot sunt personæ, *vt ait Gabriel consil. 56. num. primo, & seqq. volum. primo, & Rota apud Coccinum decis. 45. num. 5.*

20 Et ad cognoscendum, quando capita sint separabilia, vel non, dicam (Deo dante) in verbo *Sententia*, & tunc præcipuè connexa dicuntur, quando

vnum ab alio dependet, vel quando obligationes ſunt correſpectiuæ, veluti, quia vna fit contemplatione alterius, & inuicem ſe reſpiciunt, & ita quoque fuit dictum in vna *Romana hæreditatis de Bonellis, Veneris 21. Octobris 1605. coram Gregor. XV. quæ eſt in eius impreſſis dec. 223. & ibi Beltramin. in ſua addit. docet* quando capitula ſint connexa.

Extende, quòd Capitula dicantur cõnexa, etiam ſi fuerint facta diuerſis temporibus, ſi tamen ſint facta ex eadem cauſa, & ad eundem finem tendant, & vnum tendat ad qualificandum, vel petimendum aliud, *Surd. dec. 258. num. 11.*

21 Reaſſumendo enim principalem conclusionem in ea parte, vbi fuit dictum, quod nedum de Iure Canonico, ſed etiam de iure Ciuili appellatio datur, vt latè ait *Scacc. de appel. q. 17. lim. 6. mẽbr. 7. per tot.*

Amplia primò, eam procedere quoque in ſententia, in qua vigore *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* mandatur aliquem fore, & eſse immittendum in poſſeſſionem, *Afflict. dec. 269. Capic. dec. 34 Franch. deciſ. 193. nu. 8. & deciſ. 288. in princ. & Vrſill. ad Afflict. in dicta deciſ. 289. Octau. Cacher. deciſ. Pedemont. 29. num. 2. Peregr. deciſ. Patau. 97. num. 17. & deciſ. 98. num. 4. Benintend. deciſ. Bononien. 17. Laurent. dec. Auenion. 73. & deciſ. 165. num. 9. Caſtil. dec. Sicil. 42. n. 10. & infiniti alij DD. alleg. à Borel. in ſumma dec. tit. 23. num. 240. de appellationib.*

22 Quòd enim declara procedere, quoad effectum deuolutiuum tantum, necnon loquendo, iuxta terminos iuris Ciuilis, *vt dicunt Doctores ſuperius allegati*; at ſecus, ſi loquamur iux. illos iuris Canonici, quia tunc appellatio, quoad vtrumque effectum admittitur, *vt ait Rota apud Statil. deciſ. 231. num. 2. & Gregor. XV. dec. 233. num. 18. idem dicunt DD. allegati à Rota in vna Spoletana Hæreditatis Veneris 7. Iunij 1585. coram Card. Blanchetto, & in eadem coram eodem 17. Iunij eiuſdem anni, & Bellamer. dec. 22.*

23 Contrarium autem eſſet dicendum, etiam de iure Canonico, vbi verſemur in poſſeſsorio ſummariiſſimo, momẽtaneo, & extraordinario, quia cum tali caſu ſententia dicatur interlocutoria, nec per conſequens ab ea appellari poſset, *vt ait Rota deciſ. 287. num. 7. par. ſecunda recentior. Benintend. in ſua deciſ. Bonon. 79. Ludouic. d. deciſ. 20. num. 19. & infiniti Doctores allegati à Borello ibi ſupra ſub num. 239. & Rota in Valentina Decimarum 26. Octobris 1598. coram Cardin. Seraph. & in Seguntina Canonicatus 23. Ianuarij 1610. coram Card. Caualerio, & prius in Bergomen. preheminentiarum 6. Iunij 1606. coram Manzanedo, & in Aquilegien. penſionis 21. Maij 1610. coram eodem Afflict. dec. 269. Cappel. Tholoſ. deciſ. 501. & Capic. deciſ. 34. Iaffred. Balb. deciſ. 477. Creſcent. deciſ. 5. de appellat. Benintend. dec. Rotæ Bononien. 17. Octau. Cacher. dec. 20. num. 15. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 20. n. 15. & dec. 38. Peregr. deciſ. 97. & 98. Amat. dec. 15. Caſtill. deciſ. 42. Laurent. deciſ. 73. & Barz. deciſ. 71.*

24 Ratio autem quare in remedio extraordinario executio nõ retardetur ea eſt, quia illa remedia fuerunt inuenta ad euitanda ſcandala, quæ inter partes occaſione poſſeſsionis oriri poſsent lite pendente, & ob id facile de iure Canonico receditur à regulis iuris communis, *vt ait Gratian. lib. primo diſceptation. cap. 74. num.* 8. & propterea intrat altera regula, quod ſcilicet appellatio non admittatur in his, quæ celeri expeditione terminanda veniunt, *vt ait idem Gratian. deciſ. 72. num. 6.*

Neque propterea appellatio in iſtis caſibus cauſaret attentata, nec minus faceret, vt executio, & alia geſta ea pendente, eſsent reuocanda, vt fuit dictũ in *Ferrarien. de Taſſonis Veneris* 20. *Nouembris* 1619. *coram Vbaldo.*

25 Quinimmò ſubamplia illam ſecundam opinionem, in tantum procedere, vt propterea etiam decretum in iudicio ſummariiſſimo manutentionis numquam tranſeat in rem iudicatam, ita quod ſi Iudici conſtiterit melius de poſseſsione aduerſarii poterit ſuum decretum reuocare, & alteram partem manutenere; quod tamen declara verum, ſi mandatũ fuerit factum per decretum; ac ſecus, ſi per cedulam, *vt ait Gratian. dicto cap. 310. num. 66. & ſeq.*

Et ratio eſt, quia in ſecundo caſu, cum Iudex functus fuerit officio ſuo, amplius in eo ſe ingerere non poſset, *vt ait idem Gra-*

Gratian. & *DD. superius alleg.* & *Rota per Buratt. dec.* 371. *num.* 14.

26 Et prædicta extende procedere, siue possessorium esset adipiscendæ, siue retinendæ, aut recuperandæ, *vt ait Cappell. Tholosan. dicta decis.* 501. *num. primo, Ioseph. Ludouic. decis. Peruf.* 20. *par. prima,* & *cæteri DD. superius alleg.*

27 Sed tenendo primam opinionem extende eam, multo magis procedere, quando possessorium ex contractu prouenirer, quia tunc appellatio permissa censetur, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec.* 430. *num.* 2. & *dec.* 356. *num.* 8. *par. prima diuers.*

28 Declara tamen id esse verum, vbi in contractu possessio promittitur, secus verò, si daretur Saluianum ratione hypothecæ in dicto contractu appositæ, *idem Card. Seraph. d. dec.* 430. *num. secundo.*

29 Subextende primò, quòd in terminis Iuris Ciuilis appellatio in sententia lata in vim dictæ legis finalis regulariter admittatur in deuolutione, *vt dicunt Peregrin. decis.* 97. & 98. *Rota Auenion. decis.* 73. & 165. & *Gayl. pract. obseru. c.* 147. *Afflict. decis.* 269. *Franch. decis.* 193. & 288. *Cacher. dec.* 20. & *Castil. dec.* 42.

30 Subextende secundò, appellationem concedi, etiam quoad vtrumque effectum, quando constat de notoria iniustitia, vt ait *Gratian. in lib.* 4. *disceptatio. cap.* 697. *num.* 47. & *cap.* 745. *num.* 4. *Ioseph. Ludouic. dicta decis. Peruf* 20. & *ita fuit dictum à Rota in vna Amerina bonorum Lunæ* 27. *Octobris* 1586. *coram Bubalo,* & *in Bononien. attentatorum Lunæ* 24. *Octobris* 1588. *coram Cardin. Mantica,* & *in Imolen. Saluiani* 30. *Octobris* 1600. *coram Card. Lancellotto, Put. decis.* 4. *allegat. à Rota in Maceraten. hæreditatis* 20. *Decembris* 1604. *coram Iusto;* & *est decis.* 63. *num.* 2. *apud Statil. de Saluiano,* & *apud eundem in decis.* 3. *num.* 3.

Item, quòd in Saluiano appellatio detur, quando notoriè constat de iniustitia, siue nullitate, *ait Rota per Burat. dec.* 286 & ibi docetur, quando sententia dicatur notoriè nulla, & iniusta.

31 Et tunc de notoria iniustitia constare dicitur, quando incôtinenti de dominio possidentis bona probatur, *iux. trad. per Bar. in d. l. fin. nu.* 21. *verf. Si vero,* & *ibi Dec. num.* 43. *Puteus decis.* 313. *per totam lib. primo,* & *Rota in dicta Amerina bonorum coram Bubalo.*

32 Contrarium, quòd scilicet appellatio detur in possessorio, vbi pronunciatum fuit non esse immittendum; at secus, si è contra, *ait Caputaquen. in decis.* 227. *lib. primo in manuscript. quæ est apud Statil. decis.* 240. *num.* 4.

33 Quinimmò extende, quòd ea quoque detur à missione in possessionem, *ait Francisc. Marc. decis.* 392. *num.* 6. *par.* 1 & præsertim, quaneo Iudex asserit sententiam esse diffinitiuam, & defert appellationi viua voce interpositę, *idem Franc. Marc. ibi supra.*

34 Subextende tertiò, id quod dictum fuit de remedio *dictæ l. final.* procedere, etiam in *cap. reintegrandæ,* 3. *quæst. prima,* vbi de iure Canonico datur appellatio; licèt secus sit de iure Ciuili, *vt ait Surd. dec.* 138. *num.* 13.

35 Subextende quartò, quòd licèt appellatio non detur regulariter de iure Ciuili in iudicio possessorio; Fallit tamen in emergentibus, veluti, si Iudex noluerit recipere testes, vel quando vnum recipit, qui non erat admittendus, *vt ait Surd. decis.* 27. *num.* 4. & 13. & *Rota in vna Calaguritana de Brantouilla, Lunæ* 5. *Iulij* 1614. *coram Card. Sacrato, quæ est apud Marchesan. de commission. par. prima, fol.* 304. *num.* 2. & *Franch. dec.* 408. & *decis.* 528. *in princ.*

36 Subextende quintò, quòd etiam in possessòrio momentaneo appellatio conceditur, vbi damnum illatum in petitorio reparari non possit, *vt ait idem Surd. in decis.* 36. *num.* 16. & *Rota apud Statil. dec.* 74. *num.* 6.

37 Subextende sextò, quòd appellatio non denegetur in possessorio, quoad melioramenta, *vt ait Rota in dicta decis.* 74. *num. secundo, apud Statilium.*

38 Subextende septimò, procedere respectu fructuum, prò quibus in possessoriis appellatio datur, *vt ait Rota apud Cincium de censib. dec* 233. *num.* 6.

39 Sed tenendo secundam opinionem, vbi merè versaremur in iudicio possessorio summariissimo, & extraordinario, Extende eam in tantum esse verã, quod ne dum illo casu appellatio denegatur, sed neque etiã in integrum restitutio, nõ admit-

admittitur, *vt pulchrè ait Benintend. in sua decis. 79. num. 8. & Capic. dec. 13. & decis. 15.* vbi refert ita fuisse iudicatum per Senatum.

40 Et ratio ea est, quia illud damnum, quòd tunc affert talis sententia dicitur leue, & modicum, *vt ait Amat. decis. Marchiæ 77. num. 14.* & modicum etiã dicitur præiudicium, secundum *Mastrill. in sua decis. 134.* quando sententia non parit præiudicium in via iuris, sed in via facti, ne de facto inuita parte procedatur, *Riccius in sua collect. 1530. in fine par. 5.*

41 Amplia secundò, quòd etiam appellatio detur à decreto immissionis in possessionem, quando dicta immissio à iure statutario proueniret; quia tunc dicitur habere mixtum ius dominii, *vt fuit dictum in alia Amerina domus coram Cantuccio, quæ est decis. 34. num. 21. par. 2. diuersor. & Rota decis. 513. num. 8. ferè in fine par. prima in recent & Gratian. decis. 136. num. 1.*

42 Extende hanc ampliationem in tantum valere, vt si adesset statutum, quòd semel appellare permitteret à quocumque possessorio, vt est Bononiæ, *iuxta §. Præterea, tit. de appellat.* in eius statuto, tunc illud comprehendit possessoriũ, etiam summarijssimum, *vt tenuit Rota in Bononien. bonorum 21. Aprilis 1561. coram Rubeo, & in alia Bononien. bonorum de Pratis 28. Nouembris 1584. coram Orano, & in alia Bononien. Portoni 17. Decembris 1607. coram Card. Marcomontio, & in eadem coram eodem 29. Februarij 1608.*

Et prædicta eò magis procederent, quando causa appellationis fuisset per Signaturam simpliciter commissa, quia tunc ea commissio censeretur facta, quoad vtrumque effectum, etiam quod adesset statutum, siue consuetudo, vel aliæ constitutiones appellationem prohibentes, quia commissio causæ tali modo facta, idem operatur, ac si Signatura statutum, siue consuetudinem, aut aliàs constitutiones circumscripsisset, *vt fuit dictum in Mantuana iuris pascendi 26. Martij 1629. coram Card. Virili. & prius in Vrbeuetana bonorum, Veneris 26. Ianuarij 1624. coram Vbaldo, & in alia Bononien. census Ven. 15. Decemb. 1628. coram Dunozetto,* vbi propterea fuit dictum isto casu non esse locum Aegidianæ, licèt contrarium teneat *Crescen. in sua decis. prima de rescript.*

43 Sed si fortè è conuerso appellatio ab aliquo statuto reperiretur prohibita, non præstita fideiussione; illud intelligendum venit, dummodo fuerit dicta fideiussio petita, *vt fuit dictum in vna Bononien. Pecuniaria Veneris 19. Martij 1610. coram Card. Sacrato, quæ est apud Picum ad statutum decis. 61. num. 12.*

44 Amplia tertiò, quòd ea detur, quando sententia mixturam contineret, & tunc eam continere dicitur, quando exprimitur causa in sententia, quæ habet complicationem cum petitorio, & eam expressè contineat; Nam mixtum dicitur, quia de duobus participat, *Lancellot. de atten. 3. par. cap. 28. num. 123 fol. 551. & Bal. consil. 331. lib. 1. Put. decis. 270. num. 1. lib. 2. & decis. 285. num. 4. eodem lib. Rota in Viterbien. prætensi spolij bonorum 13 Maij 1561. coram Clemente Octauo, & decis. 356. num. 6. par. prima diuers. & prius decis. 263. num. 2. & Rota apud Statil. decis. 196. num. 3. & 4. & decis. 239. & apud Cinc. de censib. decis. 253. num. 3. & Card. Mantic. dec. 202. num. 5. & Rota in Fulginaten. bonorum 22. Iunij 1626. corã Remboldo, & per Card. Caualer. dec. 510. num. primo.*

45 Aliàs, si hæc duo appellatio non contineret, nempè, grauamen à quo appellatur, & causam, ob quam illud impugnatur ea, vtique non daretur, *vt ait Rota decis. 659. num. 5. par. prima diuersor.* veluti dicitur, quando pronunciaretur testamentum esse exequendum. Et ratio ea est, quia tunc illud canonizatur, *vt ait Bald. consil. 142. num. 7. lib. 1. cum alijs per Cantard. in l. vnica. C. de momen. possess. limitat. 2. num. 9.* & sic sequitur, quod eo casu non sit locus Aegidianæ, & præsertim ad fauorem Ecclesiæ, *vt ait Cassad. decis. 3. de iudic. & ita quoque fuit resolutum à Rota in vna coram Card. Arigonio,* vt testatur in illis decisionibus superius allegatis, *& in decis. 351. num. 10. apud Gregorium XV. & plures aliæ decisiones allegantur per Addentem ad decisionem Buratti 62. & ibi*

ibi adducit multos casus, ex quibus cō-trahatur mixtura, quos per te videre poteris, *& Addent. ad decis. Gregorij 232. num. 6.*

46 Extende primò, quòd sententia dicatur, etiam continere mixturam, veluti, si quis condemnaretur ad liberè relaxandam, & dimittendam possessionem, quia tunc à tali sententia appellatio daretur, quoad vtrumque effectum, *Alexan. consil. 96. lib. 5. Menoch. de recup. in præfato num. 14. cum seqq. Socin. in l. rem, quæ à vobis, num. 14. ff. de acquiren. possession. & Cæsar de Graff. in sua decis. 30. num. 3. & Rota decis. 356. num. 3. par. prima diuers.*

47 Fallit tamen primò, veluti, si essemus in iudicio Saluiani, in quo verba plenè, & integrè solita poni mixturam non causant, sed solùm ea intelliguntur ad effectum possessorii; Et ratio est, quia licèt plenum & integrum illud dicatur, cui nihil addi potest; nihilominus illud procedit, quando huiusmodi verba absolutè proferuntur, quia tunc ea proprietatem, & possessionem inducunt; secus autem, si respectiuè proferantur, quia eo casu ratione subiectæ materiæ veniunt restringenda, vt contingit in materia Saluiani, vbi additur, donec integrè fit satisfactum, *vt ait Gratian. lib. secundo disceptation. cap. 266. num. 4. & 5. & Rota in Romana, seu Amerina domus 25. Octobris 1587. coram Cantuccio.*

Fallit secundò, veluti, quando essemus in terminis, vbi daretur manutentio, iuxta terminos possessionis, quia tunc si ea daretur in quasi possessione exercendi liberè aliquem actum, ob id mixturam non induceret, cum, vt mox diximus, illud verbum (liberè) secundum subiectam materiam veniat intelligendum, & sic ad actionem intentatam referri debet, *vt ait Rota per Card. Caualerium decis. 510. per totam.*

48 Extende secundò, quòd ea quoque detur ab ea sententia in qua mandatur bona, non autem possessionem bonorum restitui, quia id dicitur sapere petitorium; licèt secus sit, vt si ex præcedentibus possit sumi interpretatio, pro possessorio, vel quia adesset petitorii suspensio, cum in istis casibus verba necessariò intelligenda veniant in possessorio, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum in sua decisione 452. in fine.*

Subextende eò magis procedere, si vlterius Iudex diceret fore, & esse silentium perpetuum imponēdum, quia tunc oritur exceptio perpetuæ denegatę audientiæ, *Boer. decis. 255. num. 12. & alij quos allegat Lancellot. de attent. par. 3. cap. 28. num. 84. fol. 547.*

49 Extende tertiò, quòd ea sit pari modo admittenda, quando iudicium per verba (*Ius competere*) fuit inchoatum, quia illa in petitorium sonant, *vt ait Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 157. num. 21. & 22. cum alijs ibi per eum allegatis*, Siue etiam, quando in sententia liquidaretur debitum, *vt ait Rota per Gregor. in dec. 232. num. 2.*

50 Extende quartò, quòd etiam appellatio detur à sententia, quæ rescissionem transactionis contineat, quia tunc ea dicitur in ventre complicationem negotij principalis continere, *vt ait Rota per Gregor. XV. d. dec. 232. num. 3.*

51 Sed ad hoc, vt sententia dicatur verè mixturam continere, opus est, vt concurrat expressa implicatio causę petitorium respicientis, vt dixi in principio ampliationis; secus tamen esset, si sententia per necesse canonizationem petitorii non respiceret, quia tunc, cum hæc non posset dici explicita, sed implicita complicatio, ob id ea mixturam non induceret, ad illum effectum, vt appellatio admitteretur, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 603. num. 1. & apud Statil. decis. 229. num. 4. & seq. & ibidem in decis. 242. & 243. declaratur à Rota illud consilium Baldi 88. lib. 1.* solùm procedere, quando explicitè exprimitur causa in sententia apta producere complicationem cum petitorio, *Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 694. num. 38. & Put. decis. 285. num. 5. lib. 2. & ita fuit decisum in vna Firmana Saluiani 11. Iulij 1619. coram Cardinali Pamphilio, & Rota apud Buratt. in dec. 625. & ibi adden. nu. 8. & seqq.*

52 Et ad id cognoscendum, nota, quòd tenor sententię, non autem libelli in parte dispositiua erit attendendus, & propterea

rea mixtura tunc inducta non dicitur, si in narratiua sententiæ fuerit facta mentio de petitorio, sed in dispositiua fuerit solùm pronunciatum de possessorio, *vt fuit dictum à Rota penes Statil. de Saluiano in decisione 297. num. septimo, cum ibi allegatis, & per Buratt. decisione 139. num. quarto.*

53 Quemadmodum, nec etiam suffragaretur, si causa petitorium respiciens, enunciaretur in proœmio sententiæ, siue in aliqua parte non dispositiua, quia tunc ea mixturam non causaret, *vt ait Statil. de Saluiano, inspect. 4. num. 15. cap. 2. cum seqq. & Rota in Ariminen. domus 8. Iunij 1576. coram Cantuccio, & in alia Romana Vineæ 14. Martij 1596. coram Corduba, & Rota decis. 61. inter crimin. Farinac. num. 15. & Card. Seraph. in decis. 452. num. 1.*

54 Vndè, si principaliter sit actum super possessorio, & fuerit incidenter deducta causa petitorium respiciens, ad effectum possessorij, tunc sententia mixturam continere non dicitur, *iuxta opinionem Decij in consilio 28. quam sæpè canonizauit Rota*, veluti, eademmet testatur *in decisione 196. num. 5. apud dictum Statilium de Saluiano interdicto iuxta nouam impressionem, Honded. consil. 86. num. 42. lib. secundo, & nouissimè Gratian. lib. 4. disceptation. forens. cap. 694. num. 38. & Adden. ad decision. Buratti 625. num. 11.*

55 Et propterea ex prædictis infertur, etiam, quòd appellatio non datur, quando fuit actum ad aliquam caducitatem incidenter, *vt ait Rota in Pisana Domus, Lunæ 29. Iunij 1589. coram Orano, quæ est apud eundem Statilium decis. 195 num. quarto, & ibidem in decis. 229. num. quinto.*

56 Extende eodem modo procedere, etiam si agatur ex contractu, si tamen intentetur aliquod possessorium ordinarium, quia tunc appellare non licet in vim Aegidianæ, *vt ait Rota decis. 189. num. 1. par. 3. recent.*

Ex quibus quidem doctrinis redditur dubia illa decisio facta in *Foroliuien. Bonorum 16. Ianuarij 1617. coram Dunozetto*, vbi fuit dictum, quòd implicita canonizatio pacti resolutiui mixturam inducebat, sed tu in hac materia ominò recurras ad *Contardum in l. vnica, C. de momentan. possession.* vbi latissimè hunc articulum examinat in titulo ratione mixturæ, & *Scaccia de Appellat. quæst. 17. limitat. 6. membr. 9.*

57 Extende quintò, prædicta procedere, etiam si sententia daret mandatum de manutenendo, à quo datur appellatio, quando illud pendet à capite appelabili, quia duæ causæ complificatæ habentur pro vna causa, vndè, si adiudicaretur aliqua res, pro legitima, vel pro dote, tunc ratione liquidarionis legitimę appellatio datur, & sic istud caput legitimæ, vti pars appellabilis ad se trahit illam partem adiudicationis, *Rota in Romana Bibliothecæ 26. Ianuarij 1567. coram Oradino, & in alia Romana Vineæ, 3. Martij 1600. coram Cardinali Lancellotto Iuniore, & coram eodem in Romana deuolutionis domus, Veneris 5. Decembris 1599. & prius in alia Beneuentana deuolutionis 6. Nouembris 1587. coram Orano, & Gratian. decision. Marchiæ 60. num. 14.*

58 Contrarium tamen ait *idem Gratian. lib. quarto, disceptation. forensium cap. 698. num. 34.* vbi habetur, quod appellatio non datur ab assignatione legitimæ, nisi in casu notabilis lęsionis.

Subextende eodem modo procedere, quando essemus in sententia iurispatronatus canonizante, & immissionem concedente, quia tunc ea adeo mixturam continere diceretur, vt propterea, ea in totum fieret appellabilis, etiam si vna ex illis partibus ab altera separari posset, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Caualerium decisione 499. num. secundo, & decis. 510. num. primo, & decis. 599. num. 3. & per Gregorium Decimumquintum decisione 232. & ibi per Addentem n. 6. & per Buratt. decis. 212. num. 2.*

59 Extende sextò, idem habere locum in condemnatione fructuum, quando ea esser facta in parte separata, quia tunc respectu istius condemnationis appellatio datur, etiam suspensiua, veluti testatur *Marchesan. de Commissionibus parte prima, cap. 21. num. decimo, & ait Crescentius decisione 24. titulo de Aegi-*

Aegidiana, seu appellat. probib. & Rota ibi supra coram Corduba. & Ioseph Ludouic. decis. 20. *Perusiae*, vbi ait id praeiudicium irreparabile continere, *& Gratian. dec.* 150. *num.* 1.

60 Subextende idem procedere etiam in terminis Aegidianę, *vt fuit dictum in Rauennaten. Bonorum, vel Spolij* 26. *Iunij* 1587. *coram Cardinali Pamphilio.*

61 Nam regulariter à sententia in spolio notoriè iniusta datur appellatio, non obstante Aegidiana, *vt ait Rota per Coccinum dec.* 417. *num.* 1. *& dec.* 446. *num.* 4. *& decis.* 599. *num.* 6. *par.* 3. *recentior.*

62 Et ratio est, quia licèt regulariter in causa possessorij vigore Aegidianae non detur appellatio; tamen non prohibetur dare de nullitate, & iniustitia sententiae, *vt ait Rota decis.* 130. *num. primo inter crimin. Farinacij dicta decis.* 599. *num.* 6.

63 Declara tamen praedicta non procedere in sententia manifestè in possessorio lata, etiam quòd vtrumque, tam petitorium, quàm possessorium fuerit in articulis, seu in petitione intentatum, quia tunc appellatio non daretur, quod enim procedit, etiam si petitorium, & possessorium legitimè cumulentur; licèt vtrumque simul terminari deberet; secus autem in possessorio mixto, ex beneficio prouisionis proueniente, *vt ait Rota decis.* 34. *num.* 9. *par. secunda diuersorum.*

64 Extende septimò, quòd appellatio detur à sententia, quando Iudex pronunciat super nullitate; & reuocat aliam sententiam, tamquam nullam, quia tunc ea dicitur continere mixturam, *vt fuit dictum in vna Viterbien. Praetensi spolij bonorum.* 23. *Maij* 1561. *& in alia Tiburtina Castri Sambuci, Luna* 1. *Iulij* 1577. *coram Clemente VIII.*

65 Contrarium tamen esset, quando reuocatio esset implicita alicuius sententiae, quia tunc appellatio non daretur, etiamsi de iuribus sententiae fuisset cognitum, *vt ait Rota dec.* 144. *nu.* 8. *penes Statil. de Salu.*

66 Quod quidem videtur contrariare resolutioni, à Rota factae *in illa Foroliuien. Bonorum, vt dixi superius in vers. Ex quibus num.* 56. Sed ego libentius semper inhaererem opinioni dictae decisionis 144. ob eam rationem, quia mixtum iudicium illud dicitur, quando plenè fuit de nullitate cognitum, ad effectum praeiudicij in petitorio, non autem quando incidenter fuit deductum dominium in possessorio, *vt fuit dictum in Romana Domus, Veneris xj. Maij* 1601. *coram Cardinali Pamphilio, quae est apud Statil. decis.* 229. *num.* 5. *&* 8.

67 Extende octauò, quòd appellatio admittitur, quandò pronunciatur Iudicem nulliter processisse, & sic eum spoliasse; atque spoliatum restituendum fore, quia tunc ista causa dicitur appellabilis, cum istae duae causae simul cumulatae possessorium, & petitorium inducant, *vt ait Put. decis.* 108. *lib.* 3. *allegatus à Marta in compilatione decisionum tom. primo in verbo Appellatio cap.* 139.

68 Extende nonò, idem procedere, quando in sententia fuit pronunciatum in vim statuti actorē esse hęredē, quasi tunc illa quaestio tribuat iudicio substantiam; & sic proprietatem respiciat, *vt ait Menoch. de adipiscend. remed. num.* 188. *& Rota decis.* 34. *num.* 21. *par.* 2. *diuersorum.*

69 Quod tamen declara verum, si super dicta exceptione, an scilicet quis esset haeres lis mota fuisset, quia tunc cum actor teneatur se esse talem probare, vt latè dicam in verbo Haeres, &c. tamquam illud suae intentionis fundamentum, meritò si huiusmodi casu appellatio concedatur, quia talis sententia super ipso possessorio haberet causam praedictam cum proprietate annexam; secus verò quando de dicta qualitate; nempè an quis esset hęres, nec ne non disputaretur, quia tunc appellatio non esset concedenda, vt in his terminis bene declarat *Menoch. cons.* 736. *num.* 4. *lib.* 8. *& Gratian. lib. secundo discep. cap.* 266. *num.* 17. *&* 28. *& Rota decis.* 34. *num.* 20.

70 Extende decimò idem procedere, veluti si Iudex omisso emergenti super negotio principali pronunciet, quia tunc ab illa sententia appellatio datur, *vt ait Franc. Marc. dec* 1184. *num.* 22. *par. prima.*

71 Ex-

71 Extende vndecimò, quòd appellatio detur in possessorio, quoad melioramenta, nec non etiam, vbi de cõdemnatione fructuum ageretur, *veluti dixi in concl. 63. num. 47. & veluti fuit dictum in Romana Saluiani interdicti Veneris 19. Nouembris 1593. coram Penia, & veluti dixi supra num. 37. & est decisio Rotæ 638. num. 3. par. 3. recent.*

72 Extende duodecimò, quando essemus in spiritualibus, in quibus appellatio admittitur in possessorio, *vt fuit dictum in Auximana bonorum 20. Septembris 1579. coram Cardinali Seraphino, & in alia Perusina Hæreditatis 27. Iunij 1581. coram Brauo, & in Romana Separationis Thori 2. Decembris 1605. coram Card. Marcomontio, & ad id infinitos alleg. Honded. consf. 20. nu. 8. cum seqq.*

Subextende in multis alijs casibus quoq; non habere locum Aegidianam, & sic in possessorio appellationem dari, *vt dixi in concl. 63. in verbo Aegidiana* vbi præsertim *sub num. 39. & seqq.* id adnotaui, vt scilicet Aegidianæ non sit locus, vbi statutum particulare disponeret, posse appellari in possessorio, vt est Bononiæ, quod tamen restringe procedere in sententijs latis in loco statuti, at secus in illis latis in curia, etiam quòd essemus in causis, vt puta Bononiensiũ, siue aliorum, pro quibus extaret statutum prædictum, quia tunc eo non obstante ab illis sententijs latis in curia appellatio non daretur, & ratio est, quia cum illud statutum sit ordinatorium; Idcircò solùm in loco statuentium est seruandum, non autem in curia, iuxta illud, Dum fueris Romæ, Romano viuito more, veluti vltra per me allegata *in dicta conclus. 63. sub num. 39. & seq. fuit quoque decisum in vna Bononien. Bonorum de Comitibus 2. Aprilis 1565. coram Robusterio, & in alia Bononien. Legati de Marscottis 24. Nouembris 1627. coram Dunozetto, & tandem in Bononien. Census 3. Apr. 1628. coram Vbaldo.*

73 Amplia quartò, quòd appellatio detur ab executione, quando exceditur modus in exequendo, & ideò videmus, quòd tunc res mobiles, & fructus rei mobilis sunt sequestrandi; modus autem in exequendo pluribus modis excedi potest, & primò respectu rei, in qua executio consumatur; secundo respectu quantitatis, pro qua fit executio; tertiò respectu temporis, in quo fit; quartò respectu causæ, veluti, quia erat exceptio, quæ in executione opponi poterat, qui quidem excessus modi, veluti facit fraudem præsumi, *iux. trad. per Natt. cons. 248. n. 4. & Bart. in L. benè à Zenone, C. de quadr. præscrit.* Ita quoque punitur appellans de iure ciuili, si ille perperam appellare tentauit, *vt fuit dictum à Rota in vna Asculana Bonorum, Luna Maij 1596. coram Orano, & prius coram eodem in Firmana bonorum 8. Nouembris 1585. quæ est apud Marches. de commiss. in par. 1. fol. 1341. & Scacc. de appellat. quæst. 17. limitat. x. num. 1. cum pluribus seqq. viden. & pulchrè ait Franc. Marc. dec. 116. num. 1. par. 2. Cæsar Barz. dec. 55. Rota Bonon. & Rota decis. 45. nu. 1. de appellat. in nou. Card. Mantica dec. 324. num. 2. & Rota decis. 400. nu. 5. par. 3. recent.*

74 Vndè si contingat executorem excedere modum in exequendo, tunc an ille tenetur parti de dolo; siue potius iniuriarum actione, *vide Dyn. quem citat. Guidopap. in tract. de appellat. quæst. 92. num. 59. fol. 60.* sed quòd faciat litem suam, *ait Dec. in cap. 43. num. x. ibi (& non solum) tit. de appellat. & Scacc. quæst. 17. limit. x. cod. tit. omnino viden. num. 1. cum seqq.*

75 Contrarium quòd scilicet appellatio ab executione non detur, ait *Lanfranc. in addit. ad Magon. in dec. 18.* & id ex ea ratione, quia talis sententia dicitur interlocutoria, *iuxta decis. Balbi 422.* & hanc opinionem vocat communem *Lanfranch. ibi supra.*

76 Sed *Franc. Marc.* vtramque opinionem saluare conatur, *in sua dec. 392. num. 1. par. 1.* hoc pacto, nempè, vt prima opinio procedat, quando ab executione facti modus exceditur, & quoad sententiam difinitiuam; secunda verò quando modus non exceditur, vel si essemus in mera interloquutoria, *veluti quoque refert addens ad Magon. in præcit. decis. 18.* Sed quoad effectum suspensiuum appellatio non detur, *ait*

Rota

Rota decis. 620. num. 2. par. 1. in recent. Licèt reuera in praxi appellatio permittatur in isto casu, seruata tamen distinctione, prout habebis in declarationibus per me mox allegandis.

77 Tenendo autem primam opinionem extende eam primò quoque procedere in decreto declarante executionem fieri debere in vna re, potius quàm in alia, *vt ait Rota in decis. 346. num. 3. Franc. Marc. decis. 100. & decis. 376. num. primo, parte prima, & Rota per Verall. decis. 40. par. 1. & decis. 100. par. 1. nouiss.*

78 Secus autem, quãdo declaratio executoris non versetur, nisi circa ea, quæ continentur in sententia, cuius executio petitur, *vt ait Rota ibi supra.*

79 Extende secundò, quòd appellatio detur à sententia Iudicis pronunciãtis executionem esse reuocandam, *vt ait Anna decis. 75. & Riccius in sua collect. 166. par. 1.*

80 Extende tertiò, quòd ab executione facti potest etiam appellari, vt si Iudex pronunciet sententiam esse exequendam, *vt ait Franc. Marc. decis. 392. num. 1. par. 1. & decis. 314. par. 2. & prius decis. 376. par. prima.*

81 Extende quartò hanc opinionem adeò esse veram, vt si ab excessu fuerit interposita appellatio, tunc executio interim facta dicitur attentata, *vt ait Rota per Gregor. XV. in decis. 545. num. x.* quòd tamen declara verum, si appellatio fuerit intra decem dies interposita, aliàs secus, *vt dicunt Doctores allegati à Scacc. de appell. quæst. 17. limit. x. num. 66.*

82 Extende quintò, quòd pari modo appellatio à decreto executorialium aliquando in suspenso detinet executionem ipsam, *vt ait Rota in decis. 204. num. 2. lib. 3. nouiss. & ibidem decis. 228. & Marta in compil. decis. in verbo Appellatio cap. 185. tom. 1.*

83 Subextende, quòd si iusta fuerit appellatio à decreto executorialium, vt potè quia facta fuit ab eo, qui verè fuit grauatus, tunc ea prorsus negotium executiuum suspendit, *vt ait Rota decis. 208. num. 2. lib. 3. nouiss. & prius dec. 197. num. 4. lib. 2. nouiss.*

84 Declara tamen primò, quòd ad hoc, vt appellatio sit admittenda, opus est, vt causa grauaminis nominatim exprimatur, & non per relationem ad acta; licèt alias id non sit necessarium, & ratio ea est, quia appellans contra se præsumptionem habet; cum in dubio pro executione semper sit iudicandum, quę censetur facta eo modo, quo fieri debet, & propterea videmus, quòd executio præsumitur semper facta in bonis debitoris, ita vt asserenti contrarium, & sic in bonis proprijs eam factam fuisse, onus probandi incumbit, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis. 196. num. secundo.* Vltra quod executoriales meram interloquutoriam continent, & ob id etiam expressio causę est necessaria, ad hoc, vt Iudex scire possit, an huiusmodi appellationi sit deferendum necne, alias causam vti friuolã reijcere posset, *vt ait Ioacchim. Misinger. decis. 32. par. 3. Gratian. lib. 2. discept. cap. 333. num. 13. Magon. dicta decis. Lucen. 18. & in addit. in littera A, & decis. 48. nu. 5. & seq. Idem in decis. Florent. 78. nu. 6. & Rota decis. 100. num. 1. par. 1. diuersor. Cæsar Barz. decis. Rotæ Bonon. 55. & Marta in compilat. decis. in verbo appellatio cap. 140. & 141. tom. 1. sed in hoc vide Scacc. de appell. quæst. 17. limit x. num. 59. cum seqq.*

85 Declara secundò, quòd ad hoc, vt dicta appellatio admittatur debet appellans ad id speciale mandatum habere, nec sufficit illud ad lites, & causas, licèt in eo quoq; adesset clausula ad appellandum ab omni sententia, tàm interloquutoria, quàm difinitiua; sed illud debet esse indiuiduum, & specificum ab executione, & ratio est euidens, nam veluti appellans ab executione, & postea succumbens punitur, quia in pœnam quinquaginta librarum argenti incidit; idcircò procurator non potest facere incidere Dominum in aliquam pęnam, nisi specialem mandatum habeat, *vt ait idem Gratian. ibi supra num. 17. & Roland. cons. 73. num. x. lib. 1.* vbi ait id esse vti singulare perpetui menti tenendum, *& Scacc. dicta quæst. 17. limitat. x. num. 7. & Rota in d. Asculana bonorum coram Orano.*

86 Restringe tamen primò illam primam declarationem non esse veram quoties

ex

ex forma ipsius sententiæ constaret verè de grauamine, quia eo casu non esset necessè aliter causam in appellatione exprimere, veluti si in dicta sententia exprimeretur causa iniusta, vel talis, quæ esset à iure reprobata, *vt ait Capic. dicta decis. prima num. 22. & Gratianus in præcitato loco num. 15.*

87 Restringe secundò eam non procedere, iuxta stylum Signaturæ, quæ ad obuiandum fraudibus, quæ in expressione causarum contingere possent, non adhibet fidem parti super excessu allegati, & propterea vult aliquid de grauamine gustare, antequam executionem transferat, vel committit causam appellationis suspensiuæ alteri Iudici, cum facultate inhibendi executori, *vt testatur Rota decis. 45. & 50. de appellat. in nouis, & in prima par. diuersor. decis. 100. nu. 16.* Idemq; testatur *Grat. ibi sup. num. 16.*

88 Extende præterea, quòd neque detur à pronunciatione de exequendo, *vt ait idem Gratian. ibi supra num. primo*, & nihil refert, quod Iudex committat executionem, vel pronunciet esse exequendum, *idem Gratian. lib. 2. discept. cap. 279. num. 48.*

89 Contrarium licèt dicant *Doctores allegati à Borell. in sua summa decis tit. 33 num. 352.*

90 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quoad effectum suspensiuum, secunda verò quoad deuolutiuum, *idem Borell. ibi supra, & cæteri ibi per eum allegati.*

91 Et quòd pari modo appellatio non detur à decreto Iudicis requirentis executionem per alium esse fiendam, *ait idem Gratian. in præcit. loco cap. 289. num. 30.* Secus autem fieret, si pronunciatio fieret leuato capite, quia nemo contradicit, cum ille, qui non discutit, sed de facto processit, non possit aliquid mandare alteri Iudici, *idem Gratian. ibi supra nu. 31. & Innoc. in cap. solet in fine desent.*

92 Contrarium tamen esset, quando (verbi gratia) decretum de exequendo nouum grauamen inferret, veluti à liquidatione, quæ fit post tres sententias, vel à qualibet alia declaratione rei, vel pœnæ ipso iure à lege, vel ab homine fulminatæ, quia tunc liquidatio, siue mandatum executiuum nouam continet dispositionem, non solùm ratione additionis nouæ rei, verum etiam, & multò magis, si noua persona adderetur, quo casu, nec rei iudicatæ exceptio locum haberet, licèt sit benè verum, quod in dubio pro appellatione erit iudicandum, etiamsi in iudicio summario versaremur, *vt ait Marta in sua compilat. decis. in verbo Appellatio cap. 140. tom. 1. vbi allegat Rotam decis. 100 par. prima nouiss. Franc. Marc. decis. 100. & 392. par. prima, & decis. 314. par. 2. & Verall. decis. 41. par. prima, & Capic. decis. 34. & Guidopap. decis. 75. & decis. 574.* vbi enumerat multos modos excessus, *veluti faciunt alij allegati à Borello ibi supra num. 357. cum seqq.*

93 Sed quod appellatio non detur in executiuis, neque minus à decreto de exequendo, quoad effectum suspensiuum, *ait Card. Caualer. decis. 312. num. 2. idem ait Capic. decis. prima num. 17. Rota decis. 100. num. 13. par. prima diuersorum, & cæteri DD. allega. à Grat. lib. 3. discept. cap. 507. nu. 17. & Barz. in decis. Bonon. 125. num. 38. & alij allegati à Borello ibi supra num. 351. & latè Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. x. nu. 9. & seqq.* vbi multas rationes istius opinionis adducit, quas per te videre poteris.

Quod tamen declara procedere, quando essemus in executione rei iudicatæ, siue instrumenti, & alterius similis, à quibus sit prohibita appellatio; Secus autem, vbi essemus in executione sententiæ appellabilis, quia tunc veluti potest à sententia appellari, ita, & multò magis ab illius executione, & rō est, quia ea innouationem inducit, & grauamen sententiæ effectuat; ratio a utem casus non admittendæ appellationis ea est, nedum quia ne res in infinitum protrahatur, verum etiam, quia quando duæ sententiæ, ita se inuicem habent, vt secunda sit executiua, primæ tali casu, si non potest appellari à prima, ita neque à secunda, item quia non est ille, qui exequitur mandatum Iudicis, qui infert præiudicium, sed benè ipse Iudex, qui illud ordinat, & propterea hic intrat illa regula, quòd scilicet actus magis

magis tribuatur ordinanti, quàm exequenti, aliàs fierent elusoria ea statuta, quæ dant paratam executionem instrumentis, si permitteretur ab eorum executione appellatio, & sic si suspenderetur executio, quòd tamen subdeclara procedere, quando decretum Iudicis non plus contineret, quàm executio, aliàs secus, *vt ait Card. Caualer. decis. 312. num. 2. & 3. & hanc opinionem esse veram, & idem ait Scaccia ibi supra num. 25.*

94 Extende præterea, quòd neq; etiam exceptio iuris tertij in executiuis admittatur, *vt ait Rota decis. 620. num. 3. par. 1. recentior.* quòd tamen intellige verum, *iuxta distinctionem Rotæ per Verall. decis. 40. num. 2. par. 1.* vbi ait, quòd appellatio non admittitur à mandato de exequendo inter easdem personas, quando inter eas fuit lata sententia, & datum mandatum de exequẽdo, iuxta communem opinionem; secus tamen est, quando tertius comparet, & de iure suo docet, quia tunc ad euitandos circuitus de eo est, discutiendum, *veluti prius fuerat quoque ita decisum à Rota in Romana discussionis 30. Aprilis 1554. coram Oradino.*

Subextende eò magis procedere, vbi daretur de iure tertij, & illa exceptio iuris tertij esset ipso iure iuris agentis exclusiua, *vt ait Thes. in decis. 4. nu. 1. & seqq. Crauett. cons. 191. num. 3. Surd. cons. 415. num. 16. & 17. Rota decis. 741. in fine par. 4. diuersor. & per Gregor. deis. 415. num. 3. & in addit. & per Buratt. decis. 76. num. 1.* Licèt secus tamen esset, si ille tertius nollet ius suum allegari, *vt fuit resolutum à Rota in Romana pecuniaria 28. Maij 1618. coram Remboldo*, & id, quòd fuit dictum de tertio non valente exequutionem impedire procedit etiam in marito, qui non dicitur possessor ad impetu dicendam executionem super bonis dotalibus per eum possessis, & id nedum quoad debitum principale consequendum, verum etiam quoad expensas pro eo consequendo factas, si tamen illud creditum esset iuri mariti anterius, & ratio est, quia bona data in dotem intelliguntur deducto ære alieno, *vt fuit dictum in Tudertina dotis 1. Iulij 1626. coram Merliuo. & Card Serapiin. dec is. 891. num. 4. & Buratt. decis. 254. num. 1. & seqq. & ibi in addit. vbi alij Doctores allegantur, & in hac materia vide Scacc. de appellat. quæ est 17. limit. n um. 1. & infinitis seqq.*

95 Amplia quintò, quòd appellatio sit danda ab executore mixto, *vt ait Verall decis. 157. par. 3. de restit. spoliat. & Rota per Coccin. decis. 196. per totam, & decis. 251. num. 1. & Rota dec. 79. num. 1. & decis. 701. num. 2. par. 2. in recentior. & in 1. par. decis. 225. nu. 3. & per Gregor. decis. 69. num. 7. & decis. 91. num. 3. & Rauden. decis. 29. Cardin. Seraphin. decis. 1056. & decis. 30. de rescript. in nouiss. & dec. 204. par. 1. diuersor. & decis. 35. par. 2. & Acchill. de Graffis decis. 384. & Rota in Palermitana Archidiaconatus 15. Iun. 1590. coram Penia, & per Gregor. XV. in decis. 69. num. 7. & decis. 91. num. 3. & Borell. ibi supra num. 347. & ibi infinitos allegat, & tandem fuit resolutum in Nucerina Parochialis, Lunæ 21. Maij 1629. coram Motmanno, & per Card. Caualer. decis. 2. num. 9. & decis. 687. num. 5. par. 3. recentior.*

96 Extende id in tantum esse verum, vt si executor post interpositam appellationem vlterius procedat, tunc executio esset attentata, *vt ait Rota per Gregorium dicta decis. 91. num. 4.* & sic vti nulliter procedens non priuaret sua possessione, quemquam, *vt ait idem Gregor. in sua decis. 46. num. 5. & Card. Mantic. decis. 324. num. 3. & Beltram. in addit. ad decis. Gregor. 413. sub litera A. Rota decis. 701. num. secundo par. secunda recent. & per Buratt. decis. 171. per totam.*

97 Et nota, quòd tunc executor mixtus dicitur per illam clausulam (constito, &c.) & sic ab eo tunc appellatio datur, sed deinde fit merus dicta conditione purificata, *vt ait Rota per dictum Coccinum in decis. 225. num. 2. & 6.* Et ratio est, quia dicta clausula (Constito) operatur, vt executor partes Iudicij assumat, & sic cum causæ cognitione procedat, *Rota in Vrgellen. Canonicatus 30. Octobris 1592. coram Cardin. Blanchetto, quæ est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 277. num. 4. & per Gregor.*

gor. XV. decis. 91. num. 2. & decis. 307. num. 5.

98 Item mixtus dicitur, vbi agitur de remouendo possessorem, siue si quis esset exequutor Breuis pro capienda possessione nomine Cameræ, q.a tūc ille tenetur partes Iudicis assumere, & ab illius sentētia appellatione datur, quoad vtrūque effectum, tàm suspensiuum, quàm deuolutiuum, & sic ordinariè per tres sententias venit procedendum, *vt fuit decisum in Aquilana Cappellaniæ Mercurij 15. Ianuarij 1631. coram Pirouano.*

Quemadmodū etiā exequutor mixtus dicitur gratiæ impetratæ certo modo, quia tali casu debet discutere narrata in gratia possessore citato, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. decis. 529. nu. 6. ait idem Gregor. decis. 500. num. 6. & Acchill. de Grassis decis. 384. n. 2. & 3. & Rota decis. 52. & decis. 152. par. 2. recentior. & in Leodien. Abbatiæ 6. Nouembris 1620. coram Cardinali Sacrato, & per Barbos. de clauf. vsu freq. clauf. 7. num. 7.* Et prædicta procedunt, siue dicta clausula extet in parte dispositiua, siue in executiua, *vt ait Rota per Card. Caualer. decis. 478. nu. 5. & per Buratt. decis. 171. & decis. 185.*

99 Eodem modo dicitur mixtus per clausulam (Dummodo alteri non sit ius acquisitum) *idem Gregor. decis. 91. num. secundo.*

100 Item per clausulas (sine præiudicio iurium cuiuscumque stantibus præmissis, si nulli alio concessa reperiatur, saluis iuribus Ecclesiæ) *vt ait idem Gregor. decis. 413. num. 3. & latè de huiusmodi materia ibidem in annotationibus per Beltram. nu 4.*

101 Item per clausulam (vocatis vocandis) *vt ait idem Gregor. in decis. 69. nu. 4. & seq. & ibi in addit. sub litera A. & Rota decis. 624. num. 4. par. 1. in recentior. & cęteri allegati à Barbos. in præcit. loco clauf. 185. per tot. Card. Caualer. decis. 274. num. primo, & decis. 359. num. 8. & fuit dictum in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 3. Iulij 1628. coram Merlino, & vltimo loco in Ferrarien. bonorum. 29. Aprilis 1630. coram Durano, & per Burattum decis. 529. num. 5.*

102 Contrarium licèt tenuerit *Rota aliàs in decis. 558. par. prima in recentior. coram Cardinali Sacrato*, & ibi multis rationibus Rota conatur ostendere huiusmodi clausulam non operari per necesse istum effectum, sed solùm importare, vt Iudex non possit extraiudicialiter procedere, sed benè iudicialiter præuia causæ cognitione, & partis citatione, retento tamen executiuo iudicio, vt videmus contingere in materia obligationis Cameralis, vbi executiuè proceditur, sed citata tamen parte.

103 Sed prædictis non obstantibus *Beltraminus in annotationibus ad dictam decis. 69. num. 9.* ait esse difficilè posse in practica contra primam opinionem obtinere tamquam *à Rota sæpissimè firmatam, & in dicta decis. 69.* cononizatam, pro qua cumulat, *Marta multas decisiones in par. prima clausul. 196.* & ibi plura dicit etiam circa vim, & efficaciam dictæ clausulæ (vocatis vocandis) Quemadmodum etiam operatur idem effectum mixtura in executore ea clausula in forma dignum apposita in gratia, *vt ait Rota per Gregorium in sua dec. 91. num. 2. & ibi per addent. & in Concben. Archipresbyteratus 28. Iun. 1606. coram Penia, & in Pistorien. Parochialis 25. Iunij 1621. coram Pirouano, & prius in Parmen. Parochialis 22. Iunij 1620. coram Cardinali Sacrato, & in Leodien. Abbatiæ 6. Nouembris 1620. coram eodem, & in decis. 52. num. secundo, & decis. 159. num. 3. & decis. 701. num. secundo, parte secunda in recentior. & denique in Piscien. Beneficij 20. Martij 1628. coram Vbaldo, & per Buratt. decis. 529. num. 5.*

Declara tamen illud, quod fuit dictum de executore mixto partes iudicis assumente procedere, quando aliquis legitimus contradictor, siue possessor adsit, aliàs non teneretur dictas partes assumere, & sic tali casu fieret de mixto merus, & sic ab eo amplius non daretur appellatio, *vt fuit dictū à Rota in prædictis omnibus decisionibus, & præsertim in illa Leodien. Abbatiæ 14. Ianuarij 1622. coram Vbaldo*, & quando executor iudicialiter processisse dicatur, *vt ait Rota decis. 405. num. 4. par. 3. recentior.*

Exten-

104 Extende præterea, quòd licèt à mero executore appellatio non detur, *vt ait Scacc. de appell. quæst. 16. limitat. prima, n. 10.* id tamen fallit ratione excessus, *vt ait Rota per dictum Coccinum, dec. 144. n. 2. 12. & 15.*

105 Et ratio est, quia licèt merus executor nullam recipiat probationem, nullãque audiat exceptionem, id tñ non procedit, quando exceptio nullitatis sententiæ sit notoria, *vt ait Scac. de appel. quæst. 17. limit. 10. num. 36. & seq.* Item mixtus executor, quàm cognitionẽ habeat, tradit *idem, num. 42. & seq. & in limitat. 11. sub num. xj. vers. Ratio.*

106 Extende secundò, quòd appellatio detur ab executore, quando non admitteret compensationem, quam de iure admittere tenebatur, *vt fuit decisum in Senatu Sabaudiæ, vt ait Faber. decis. 28. C. de appellat.*

107 Extende tertiò, quòd appellatio detur à sententia, qua pronuntiatur esse ad inchoatam executionem procedendum, *vt ait Franc. Marc. dec. 376. & melius in dec. 392.*

108 Extende quartò, quando executor excessit fines suæ commissionis, *vt ait Balb. decis. 300.* Veluti eodem modo daretur appellatio, quãdo adessent clausulę Iudicialem indaginem importantes, *vt fuit dictum à Rota per Card. Caualer. dec. 359. num. 8.*

109 Declara tamen, quòd quando non constat de excessu, tunc non admittitur appellatio, sed interim inhibenda venit per Senatum executio, *vt ait d. Faber dec. 33. de appell.*

110 Extende quintò, si constitutio regionis in contrarium vrgeat, quia tunc ab executore appellatio datur, *vt ait Bellam. in sua dec. 91.*

111 Quibus prætetea addatur, quòd potestas executoris, non extenditur contra contradictores de iure, sed benè contra eos, qui contradicunt de facto, *vt ait Card. Seraph. dec. 1056. n. 4.*

112 Amplia sextò, quòd appellatio datur à liquidatione eodem modo, quo datur in materia executiua, *vt ait Rota decis. 100. num. 29. par. prima diuersor. & Greg. XV. decis. 32. nu. 2. & ibi Beltramin. in addit. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 3. num. 193. Gratian. lib. 5. discept. cap. 989. num. 6. & in dec. 212. num. 12. Hector Felix de societat. offic. cap. 31. num. 60. Zacch. de oblig. camer. quæst. 37. n. 43. Surd. dec. 27. n. 9. Rota per Card. Seraphinum decis. 452. num. 4. & est decisio apud Marchesan. de commiss. tom. 1 fol. 724. & Rota apud Cincium de censib. dec. 258. num. 2.*

113 Extende primò procedere, etiam si sententia liquidationis interesse fecisset transitum in rem iudicatam, quia ea non obstante appellatio datur, *vt ait Vrsil. ad Afflict. in dec. 35. num. 1. idem in dec. 157. num. 1. & Riccius in sua collect. 1311. par. quarta.*

114 Et ratio est, quia per sententiam liquidationis postea nouum grauamen infertur, & ob id ab ea appellare licet, quã uis prima sententia in iudicatum transijsset, *vt ait Vrsil. ibidem num. 2.* vbi dicit, id esse verius contra opinionem *Afflicti in sua dec. 157. & Rota decis 100. par. 1. nouiss. Franc. Marc. dec. 100. & 392. par. prima, & dec. 314 par. 2. & Veral. decis. 41. par. 1. & Marta viden. in sua compil. dec. in verbo Appellatio, cap. 140.*

115 Contrarium, quòd scilicet appellatio non detur à sententia liquidatoria, *ait Rota dec. 271. n. 2. p. 1. diuers.*

116 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, veluti, si essemus in liquidatione facta in iudicio particulari, vel generali, de stylo Curiæ, quæ, ob excessum conceditur, *vt ait Rota decis. 56. nu. 2. par. 3. recen.* Secunda vero opinio procedit, vbi essemus in iudicio vniuersali, in quo præcessit condemnatio, & ibi postea Iudex sibi reseruat liquidationem fiendam, quia tunc ab ea appellatio non datur, *vt ait Rota decisione 100. num. secundo, par. prima diuersorum, & decisione 529. num. quarto, par. secunda recent.* vbi ait, quòd appellatio à nouo grauamine in primis sententijs non deducto, semper venit concedenda.

Rursus concorda, vt prima opinio procedat, & sic ab excessiua liquidatione appellatio detur, si causa excessus in appellatione exprimatur, siue alia iusta causa allegetur. Secunda verò procedit, quando secus, *vt ait Rota in Rauennaten. Expensarum 2. Iunij 1628. coram Durano.*

117 Extende secundò, quòd scilicet à sententia liquidationis appellatio detur, etiam si Iudex non pronunciauit, sed ad vlteriora processit, *vt ait Gratia.dec.212. num.19.*

118 Licèt sit benè verum, quòd tunc sententia liquidationem continere non dicitur, si Iudex declararet aliquem esse im mittendum in possessionem talium, & talium corporum, nec per consequens, appellatio esset tolleranda illo casu, vt benè animaduertit *Card.Serap.dec.452.n.3*

119 Secus autem, quando sententia mandaret bona restitui, & non bonorum possessionem, quia tunc id sonaret in petitorium, & sic appellatio concedenda veniret, & ratio est, quia liquidatio in actis facta ab effectum possessorij, non facit sententiam latam in illo iudicio esse appellabilem, veluti dicitur de dominio deducto ad solùm effectum possessorij, *vt ait idem Card. Seraph.ibi supra nu.4.& Dec in suo consil.* 28.

120 Contrarium, quòd scilicet expressio à Iudice facta super quibus bonis sit alicui danda immissio nouum grauamen inferat, & sic, q ab ea appelletur, *ait Capic. dec.34.n.4. Vrsil.ad Affl.dec.35.n.2.Rota dec.100.n.1.p.1.diuer.& dec.340.num.3.*

Licèt primã opinionẽ videatur approbare, *Afflict. ibi supra, & in decis.157.* Sed nota, quòd quando ageretur de liquidatione fructuum, tunc in ea ad nittitur probatio à possibili, & consueto, necnon isto casu indicia, & coniecturæ sufficerent, si tamen de eorum perceptione constaret, *vt ait Rota per Card.Caualerium dec.586.num.1.& per Buratt. decis.173.* & ibi docetur, quomodo fructuum quantitas probetur, *num 5.& 6.& in dec.874 num.3.& dec.934.num 5.eiusdem Burat. & in vna Romana Vineæ de Corbinellis, 28.Iunij 1619.coram Card.Sacrato, & in Illerden. Decimarum 6.Aprilis 1620.coram Vbaldo, & in Algaren. dismembrationis 28. Iunij 1621.coram Coccino.*

Item fructuum perceptio, probatur ex possessione ipsa, quando bona sint fructifera, nec alter in ea possessione existeret, *vt fuit dictum in Carpen.bonorum, 11. Martij 1622. coram Remboldo, & prius in Cæsaraugustana pensionis 8. Nouembris 1619. coram Coccino, & per Cardinalem Caualerium decis.586 num.primo, & per Gregorium dec. 50.n.2. & ibi per Addent.sub litt.C. Gr..at. lib. 4. discept.cap.615.num.69.& Rota dec. 269. num.2.par.prima in recent.*

Licèt tamen secus esset, quando constaret dictum possessorem numquam se ingessisse in dicta possessione fructuum, aut id contingeret, ob impedimentum aliquod, siue voluntariè, quia tunc fructuum perceptio ex tali possessione non veniret præsumenda, veluti ita distinguendo, fuit resolutum *à Rota in Romana fructuum, 4. Nouembris 1613. coram Pirouano, sed in hoc omninò, vide quæ dixi in Conclusione 148. num. 315. cum seqq.*

121 Extende 3.ampliationem prædictam procedere etiam in liquidatione instrumenti a qua appellatio datur, quamuis ea ab illius executione non admittatur, *vt ait Gratian. decis.136.cum ibi per eum allegatis.*

122 Subextende procedere, etiã si à statuto super instrumenti executione ita disponatur; & ratio est, quia si instrumentum non esset liquidum, executionem per statutum non mereretur, quod enim ampliatur procedere, etiã si omnis exceptio ab eodem statuto esset prohibita; quia instrumentum non dicitur probatio probata, quando pro liquidatione extrinseca probatio requiratur, *vt ait Surdus decisione 27.& Marta ibi supra cap.142.*

123 Licèt tñ in dubio tres præsumptiones oriantur pro instrumento; nempè, quòd sit verum, quòd sit solemne, & quòd fuerit confectum de voluntate contrahentium, *vt ait Franc.Marc.dec.51.n.1.p.1. Bellon.dec.Genuen.213.num 4.Octau.Cacher.dec.Pedem.117.n.1.Gram.dec.45.n.10 Chartar.dec.Genuen.125.n.3.idem Franc. Marc dec.163.n.1.& dec.511.n.1.p.2.* licèt tamen ipse solùm admittat duas præsumptiones pro instrumento, nempè eam veritatis, & solemnitatis.

124 Extende hic obiter quartò, quòd licèt statuto caueatur, quod ab executione instrumenti quarantigiæ non appelletur; nihilominus, si Iudex pronũciat instrumẽtum quarantigiæ esse exequendũ, tunc benè appellari poterit, & propterea

Aduo-

Aduocatus actoris, cautus esse debet, vt non petat pronunciationem fieri; sed benè concedi sibi familiam, siue executores pro executione, quia hoc modo appellatio euitabitur, *vt ait Fran. Marc. in dec. 392. num. 5. par. 1. & Scacc. de appel. lib. 3. c. 2. q. 17. limit. 10. num. 8.* & ibi rationem istius opinionis assignat, dicens, quòd pronunciatio de exequendo est interloquutoria, habens vim diffinitiuæ, cũ post se aliam sententiam non expectet, à qua appellatio detur, *Rota dec. 79. nu. 1. & seq. par. 3. recent.*

125 Contrariam opinionem tenẽt multi à *Scacc.* ibi supra allegati, vbi eam pluribus rationibus firmat, extendit, subextendit, & restringit à *nu. 9. vsq. ad* 18. quem per te videre poteris, quia hic omnia recensere nimis longus fierem.

126 Sed quòd non concedatur appellatio, quoad effectum suspensiuum, quando instrumentum ex forma statuti, habet executionem paratã, *ait Surd. decis. 27. n. 1.* At secus, si simpliciter appellatio a statuto reperiretur prohibita, quia tunc illud, quoad vtrumque veniret intelligendum, neque tali casu negocium deuolueretur ad Iudicem, ad quem, etiam facta executione, *vt ait Capic. decis. 34. num. 3.*

127 Vnde in proposito nota, quòd appellatio semper subiacet illi statuto illius loci, vbi fuerit lata sententia, licèt alibi cognoscatur, *vt fuit dictum in Bononien. Portoni 17. Decembris 1607. coram Card. Marcomontio, quæ est apud Marchesi. par. 1. fol. 978. num. 5. de commiss.*

128 Rursus nota, quòd instrumentũ quarãtigiæ illud dicitur, quod fit ab vno, qui sit Iudex ordinarius, & Notarius insimul qui mandat illud ad vnguem obseruari, quod fieri non posset, si non esset Iudex, *vt ait Gales. de oblig. cam. & veluti fuit dictum in Romana Attentatorum 4. Iulij 1601. coram Penia.*

129 Extende quintò, quòd etiam grauato in rationibus, & calculis appellatio detur, nisi essemus in casibus exceptis, & priuilegiatis, in quibus sententia executioni demandaretur, antequam de causa appellationis discuteretur, vel nisi grauatus, solùm quoad aliquas partitas appellaret, & non ab omnibus, quia tunc quo ad non appellatas exequeretur sentẽtia, *vt ait Gratian. li. 1. disc. c. 183. n. 29. & 30.* Sed quando appellatio non sit admittenda in hac materia, vide in verbo *Administrator, concl. 56. nu. 89. cum seqq.*

130 Extende sextò, procedere, etiam si essemus in cõdemnatione ad soluendũ id quod per calculatores liquidabitur, quia tunc datur appellatio, & ratio est, quia cum dicta cõdemnatio sit incerta, & per consequens opus sit noua declaratione, cum non possit retrotrahi ad tempus cõdemnationis, idcircò appellatio eo casu est admittenda, *vt ait Afflict. & Vrsill. decis. 35. num. 2. & dec. 175. n. 1. Grat. lib. 1. disc. c. 183. n. 33. & seqq.*

131 Extende septimo, quòd appellatio detur in remedio executiuo, quod datur pro vltimis voluntatibus, & propterea, quando quis vult legatum consequi via ordinaria est procedendum, *vt fuit dictũ in Vrbeuetana legati, 6. Martij 1595. coram Card. Blanchetto, Ioseph. Ludou. decis. Perus. 23. & Rota dec. 391. n. 4. p. 2. rec.*

Er ratio est, quia nulla scriptura, etiam testamentaria extat, quæ viam executiuã habeat, *vt fuit dictum à D. D. de Signatura Iustitia, in vno voto coram Grandio, & tenuit Rota in Mediolanen. Legati 30. Octobris 1585. coram Card. Pamphilio, & in alia Romana legati 5. Maij 1599. corã Pacen. & in Romana spolij 9. Iunij 1606. coram Card. Lancellotto, & in alijs decisionibus alleg. à Gratiano. lib. 1. discept. c. 62. num. 18.*

132 Contrarium, quòd, scilicet pro legato detur via executiua, iuxta veriorem opinionem, & communem, quam Signatura, & Tribunal Aud. Cam. amplectitur, fuit dictum in dicto Voto facto à *R. P. D. Grandio*, de ordine eiusdem Signaturæ superius allegato, & *Ludou. decis. Perus. 23. nu. 9. & cæteri allegati à Gratian. lib. 1. discept. d. c. 62. nu. 16.* & præsertim, quando hæres legatario non negat testamentum, quia tali casu dicta via executiua non daretur virtute testamenti, sed in vim confessionis, & recognitionis hæredis, quæ quidem recognitio obtinet vim scripturæ publicæ, ex ea partis confessione, *iuxta textum in l. cum de indebito, C. de probationibus, Couarruu. variarum resolution. lib. secundo, cap. 11. num. 4.* &

& Gratian. ibi supra nu. 21. cum seqq. vbi dat cautelam, quomodo sit acquirenda via in legatis, & quæ actiones pro eorum consecutione competant, quæ sunt tales; nempè prima ex testamento contra hæredem, ratione quasi contractus, qui fit in hæreditatis aditione; secundò rei vendicario; tertiò hipothecaria contra bona testatoris, pro securitate legati, *vt est text. in l. 1. vbi Bal. Ias. & cæteri Doctores, C. commun. de leg. & alij quos allegat idem Gratian. dicto cap. 62. num. 27*

133 Et tenendo primam opinionem, Extende eam, multò magis procedere, attenta Iuris Canonici dispositione, iuxta quod à quocumque grauamine datur appellatio, *vt fuit decisum in dicta Vrbeuetana legati coram Blanchetto.*

134 Sed tenendo secundam, extende eam procedere, si iudex fecisset præceptum hæredi, vt solueret legatum, & si illud non soluat infra annum à iure suo hæreditatio cadat, & ille, vt dixi superius, de plano testamentum confiteatur, vt fuit resolutum in Signatura in dicto Voto coram *Grandio*, vbi propterea fuit dictum, quòd pro consequendis legatis, opinio secunda esset attendenda, & sic quòd executiuè procederetur, veluti, ego pluries obtinui in omnibus ferè tribunalibus Vrbis dum officio Aduocationis fungebar, & præsertim, vbi essemus in legatis pijs, & in ijs, quæ celerem expeditionem requirunt, vt pro sepultura testatoris, restitutione vsurarum, pro infirmi alimentis, & similibus, quæ etiam ante aditam hæreditatem præstantur, at secus, in his, quæ temporis dilationem recipiunt, quia tunc aditio esset necessaria, *vt ait Gratian. dicto cap. 62. nu. 23.* Sed in hoc vide, quæ dixi infra *sub nu. 748. cum seqq.* vbi pulchra inuenies in hac materia.

Subextende prædictam secundam opinionem, in tantum procedere, vt propterea etiam Saluianum competat pro legato, in quo per consequens appellatio non datur: *Surd. dec. 76. num. 4. & 5. quem sequitur Rota dec. 674. num. 4. & seq. lib. 3. par. 3. diuers. & per Cardinalē Seraphinum decisione 828. num. primo, & decisione 36. num. primo, & decis. 387. num. 1. & decis. 556. nu. 2. par. 2. in recen. & per Burat. dec. 257. nu. 20. & in Romana legatorum de Columna 27. Ianuar. 1614. & 25. Maij 1616. coram Card. Sacrato, & in Cornetana legati 4. Decembris 1620 coram Dunozetto, & in Romana legati 7. Iun. 1621. coram Vbaldo, & in Viterbien. Castrorum 11. Martij, & 10. Iunij 1622. & 12. Iunij 1623. & 10. Maij 1624. coram Coccino Decano, & Gratian. discept. cap. 63. num. 41. lib. 1.*

Declara tamen prædictam opinionem non procedere, si testator legasset rem hæredis, siue ad illum spectantem, in vim fideicommissi, *vt fuit resolutum à Rota in Bononien. legati de Marescottis 7. Febr. 1629. coram Dunozetto.*

Et ratio est, quia cum pro legato in bonis hæredis legatis hypotheca non detur, *vt ait text. in l. prima, vbi Bartol. num. quarto, Bald. num. 25. versic. Certè nec in re, C. com. de legat. Negusant. de pignorib. par. secunda, membr. quarto, num. 159. limitat. secunda, Afflict. decisione 200. sub num. secundo, versic. Imò dico.*

Neque, per consequens, competit Saluianum, pro legato, quia illud sine hipotheca non datur, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decisione 257. num. 14. Natta consil. 474. num. 34. Rota decisione 385. num. 3. par. secunda recentior. Card. Seraphinus decis. 1290. num. 2. & apud Statilium Pacificum decisione xj. num. secundo, & Cardin. Caualer. decisione 293. num. primo, & decis. 433. num. quinto.*

Subdeclara tamen prædicta, non procedere, quando hæres illud fideicommissum, non agnouit, siue si inuentarium non confecit, sed solùm simpliciter hæreditatem adiuit, *veluti fuit resolutum in dicta Viterbien. Castrorum xj. Martij, & x. Iunij 1622. & xij. Iulij 1623. & x. Maij 1624. coram Coccino Decano.*

Et ratio ea est, quia hæres adeundo sine beneficio legis, & inuentarij, videtur quasi contrahere cum legatarijs, & creditoribus testatoris, & per consequens, ex eo oritur actio personalis, & sic hypothecaria, quæ datur pro legatis, & fideicõmissi, quoties detur

illa

illa personalis, *vt ait Surd. decis. 76. nu. 5. & Rota decis. 44. num. 3. par. prima diuers. cum alijs allegatis à Rota in dicta Viterbien. Castrorum 12. Iunij 1622. & 10. Maij 1624. coram Coccino Decano, & Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 62. num. 27.*

Extende præterea, quòd ne dum cōpetit hypotheca, pro legato ad alia bona per testatorem possessa; sed etiam ad ipsas res legatas, & sic etiam Saluianum contra illas intentari poterit, *vt ait Rota per Burattum decis. 286. & alij Doctores ibi allegati ab Addente, Surd. decis. 76. num. 9. & Rota in dicta Viterbien. Castrorum 12. Iunij 1623. coram Coccino & in alia Mediolanen. legati 16. Februarij 1629. coram Durano*, vbi fuerunt reiecti illi, qui contrarium tenēt, & allegati à Gratiano mox allegan. *& Card. Seraph. dec. 828 n. 1. & apud Pacific. dec. 192. n. 1. & dec. 193. par. 1. in rec. & late Grat. lib. 1. discep. d. c. 62. n. 28. & 41.*

135 Amplia septimò, quòd appellatio ad mittatur, si nouum grauamen in sententia addatur, etiā si ageretur de materia, aliàs inappellabili, veluti, si in sententia fieret tantum mentio de damnis, & inter esse, & postea in executione adderetur in teresse de interesse, *vt ait Grat. lib. 5. discept. cap 987. num. 28.* sed in dictis casibus appellari prohibitis est inserenda causa, *idem Gratian. dec. 202. num. 5. & 6. & Rota decis. 100. num. 1. par. 1. diuersor. Franc. Marc. decis. 100. & 392. par. 1. & dec. 314. par. 2. Verall. decis. 41. par. 1.*

Et ratio appellationis est, quia grauamen est fundamentum appellationis, *Rota decis. 551. num. 4. parte tertia in recentior.*

136 Extende, eodem modo procedere, si essemus in re iudicata, si tamen de eius notoria nullitate constaret, *vt ait Bald. consil. 141. num. 7. lib. 1. Gabriel conclus. 36. num. primo, lib. 2. Menoch. de adipisc. remed. quarto, num. 150. Card. Seraphin. decis. 1346. num. 2. & 6. & Rota decis. 742. num. 2. par. 2. in recent. & omninò vide Martam in compilat. suar. decis. in verbo Appellatio, cap. 140. tom. 1. & Rota decis. 493. num. 1. par. 3. recent.*

137 Amplia octauò, quòd appellatio datur à sententia in qua pronunciatur sen-

tentia fecisse transitum in rem iudicatā, *vt fuit decisum in vna Asculana bonorum Veneris 24. Nouemb. 1595. coram Orano, & in alia Abulen. Cappellania 17. Decemb. 1599. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1335. num. 5. & vide quæ dixi in Limitatione prima in fine.*

Et tunc Iudex in hac appellatione contra rem iudicatam admissa, debet de iustitia causæ cognoscere, *Misynger. decis. 49. par. 6.*

138 Fallit tamen dicta ampliatio, vbi appellatio esset interposita ab excommunicatione in vim rei iudicatæ, quia tunc ea non suspendit, *vt ait Rota in dec. Coccini, quæ est apud Marches. par. 1. fol. 265. nu. 4. & Ioann. Corset. ait in sua dec. 299. Cappel. Tholos.* quòd non est homo, qui ligat, sed Deus, item nemo excommunicatur, nisi præcedente peccato mortali, & contumacia, vnde veluti contumax non appellat, ita excommunicatio secum executionem trahit, *Marta in compilat. suarum decisionum in verbo Appellatio cap. 202. tomo 1.*

139 Fallit secundò, vbi essemus in pronunciatione de exequendo rem iudicatam, à qua appellatio non datur *Rota decis. 100. num. 13. par. prima diuersor. & dec. 248. num. 2. par. 3. recent.*

140 Secus tamen diceretur, si essemus in appellatione à pronunciatione super desertione causæ, à qua datur appellatio, *vt fuit dictum in dicta Abulen. Cappellania 17. Decembris 1599. coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1335. num. 3.* & veluti dicam infra in loco mox citando, quod tamen intellige verum, cum ea distinctione de qua dicā in *Concl. 129. num. 231.*

141 Et nota; quòd ad hoc ne appellatio dicatur deserta, dies computatur de horis vigintiquatuor, *vt ait Laurent. in decis. Auenion. 35. & Marta in compilat. decis. tomo 1. in verbo Appellatio c. 206.*

142 Sed quòd in huiusmodi computatione desertionis causæ fienda, non sit subtiliter, atque nimis rigorosè procedendū, *ait Card. Seraph. decis. 362. num. 1. & Franc. Marc. dec. 143. num. 3. par. 2. & Rota per Buratt. in dec. 240. num. 1.*

143 Quando autem appellatio est deserta tūc Iudex à quo exequitur, *vt ait Rota in*

Romana pecuniaria 17. *Maij* 1595. *coram Litta, quæ est apud Marchesi. de com miss. in* 2. *par. fol.* 19. *num.* 5.

144 Sed tu declara in hoc esse procedendum, vt infra dixi in regula tertii casus, in verbo *Quando autem sumus*, & quæ ibi sequuntur, vbi omninò recurras, & ibi multa dixi, quando causa dicatur deserta, & quando non.

145 Amplia nonò, quòd detur appellatio à sententia, quæ aliam sententiam cõtra se haberet; quia sententia contra sententiam, non valet, *vt fuit dictum in Fauentina spolij Veneris* 3. *Aprilis* 1580. *coram Card. Seraph. dec.* 452. *n.* 5. *in impress.*

146 Fallit tamen, si essemus in sententia secunda exequente primam à qua appellari non poterat, etiam si in aliquibus reformetur, *vt ait Grat. dec.* 74. *& Seraph. ibi supra, & Ricc. in sua collect.* 166. *p.* 1. Secus autem, si in sententia declararetur primam esse nullam, quia tunc benè appellatio veniret admittenda, *vt fuit dictum in Romana executionis, Veneris* 2. *Iunij* 1628. *coram Vbaldo.* Veluti eodem modo diceretur, quando sententia esset iniusta, quæ dicitur principium nullitatis, ac illi æquipollet, & talis dicitur, quando non iustificatur ex actis, siue si actor suam intentionem non probauerit, nam Iudex debet Iudicare secundum acta, & probata, non autē ad iudicandum, debet moueri extra illa, *vt ait Rota decis.* 173. *num.* 1. *& seqq. par.* 3. *recent. & Cardinal. Seraphin. decis.* 493. *num.* 4. *&* 5.

Extende adeò esse legibus odiosum, quando sententia ex actis non iustificatur, siue quando est notoriè alio modo iniusta, vt propterea ea annullanda veniat absque remedio appellationis, nisi tamen offerantur probationes incontinenti, *vt ait Rota dicta decis.* 173. *num.* 3.

147 Amplia decimò, quòd appellatio conceditur, quando Iudex omisit condemnare victum in expensis, & ideo, quando extaret statutum, quòd victus victori in expensis condemnetur, tunc obtinens potest ex omissione eas petere actione ex statuto, veluti *fuit dictum in Romana expensarum nona Februarij* 1568. *coram Cardinali Seraphino, Gam. decis.* 65. *& Guidop. decis.* 42. *& Rota decis.* 47. *num.* 1, *de appellat. in nouis, Surd. dec.* 69. *num.* 2. *& seq.*

148 Contrarium licèt dicat *Gratian. dec.* 50. *num.* 1. vbi ait, quòd ab expressa expensarum absolutione datur appellatio, non autem à tacita.

149 Concorda tu tamen, quòd, scilicet, prima opinio procedat in vim statuti. Secunda verò ex iuris communis dispositione, vt ex prædictis optimè colligitur, & veluti paulò inferius melius dicetur.

150 Et tenendo primam opinionem, extende eam, in tantum esse veram, vt propterea, si illæ iure actionis debeantur, tunc victus teneatur eas restituere, etiã si iustam causam litigandi habuerit, *vt ait Iason in l. properandum, §. fin autem, num.* 3. *versic. primo, C. de Iudic. latè Roland. consil.* 62. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 4. *Caualcan. decis.* 15. *num.* 29. *& Surd. decis.* 274. *num.* 6.

151 Extende secundò, idem procedere, etiam si Iudex victum ab eis absoluerit; quia nihilominus dicta absolutio, intelligetur tantummodo de expensis iudicialibus, non autem de illis iure actionis debitis, quæ semper peti possunt non obstante absolutione, *idem Caualcan. dicta decis.* 15. *eodem num.* 29.

152 Extende tertiò, habere locum in illis etiam, quæ virtute statuti debentur, quia illæ pari modo reficiendæ veniunt, etiam si victus iustam causam litigãdi habuerit, *vt ait Gabr. qui alios allegat concl.* 1. *tit. de expens. & hanc magis communem ait Roland. dicto cons.* 62. *num.* 13. *& Cartar. dec. Ianuen.* 1. *num.* 10.

153 Contrarium tamen huic extensioni tenuit Iason, & alij in dicta *l. properandum, §. fin autem*, & hanc esse magis communem *ait Ludou. decis. Perus.* 52. *in fine, & Caualcan. ibi supra num.* 30. *Carthar. ibi supra d. dec.* 1.

154 Extende quartò, eò magis procedere, quando quis temerè se liti obtulit, *vt ait Rota decis.* 370. *in princ. par.* 1. *recen.*

155 Extende secundo, idem pari modò è conuerso procedere, veluti, quando victus in taxatione expensarum esset nimis grauatus, quia tunc ei semel appellare licebit, veluti latè dicã in verbo *Expensa*, & ita quoque ait *idem Caualc.*

dicta

dicta decis. 15. num. 33. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 716. num. xj. & cap. 671. num. 16. & cap. 694. num. 13. & 14. docet, quando Iudex taxet expensas post appellationem à sententia interpositam, & nota, quòd appellatio ab executiua taxatione, necnon ab alio articulo conceditur à die habitæ notitiæ, vt ait Rota decis. 636. num. 1. par. 2. in recentior.

156 Contrariũ tñ, φ scilicet victor non debeat appellare ab omissa condemnatione expensarum, quando victus appellauit, ait Gratian. decis. Marchiæ 83. n. 1. & seqq. & prius in dec. 50. n. 1. aliàs si appellet, appellatio nõ tenet, sed causa remittitur, vt de communi testatur Grat. d. dec. 83. n. 2. Rot. dec. 47. aliàs 353. in no.

157 Concorda tu igitur, quòd scilicet prima opinio procedat, vt potè, quando victus fuit expressè absolutus, quia tunc appellatio esset necessariò à victore interponenda; secunda verò, quando tacitè, idest, ob omissionem condemnationis in expensis, & ratio istius differentiæ ea est, quia facta absolutione expensarum expressa, opus est illam reuocare, & sic venire contra factum primi Iudicis per viam appellationis, quòd secus est, vbi condemnatio fuit omissa, quia tunc potius suppletur eius factum in eo, quod fuit omissum, vt ait idem Grat. d. dec. 83. nu. 4. & 5.

158 Quibus præterea addatur, quòd si quis fuerit absolutus ab expensis, quatenus sententiæ acquiescat, vt fieri solet à Iudicibus, in odium litigantium, qui sæpius ad defatigandum aduersarium litigare malunt, quàm quod ius suum defendere intendant, si postea is appellet, & appellationem prosequatur, tunc ille condemnatus censetur, & nota, quòd quis acquiescere non dicitur, quã do appellat, veluti dicitur de laudo, cui quis acquiescere non dicitur, quando ab eo reclamat, vt ait Grat. lib. 3. discept. cap. 572. num. primo, xj. & xiij. & Mastrill dec. 166. in princip.

159 Sed si non fuerint petitæ expensæ, tunc erit arbitrarium Iudici, si velit cõdemnare, vel non, scilicet illæ petitæ dicantur, si in libello clausulæ salutares fuerint adiectæ, veluti si fuerit dictum Peto ius, & iustitiam ministrari; Item, omni meliori modo, &c. quia tunc officium Iudicis implorare censetur, tam super negotio principali, quàm super accessorijs, & sic victus appellat, victor etiam appellare potest ab expressa expensarum absolutione, sed si victus in principali non appellet, tamen potest victor ab omissione condemnationis expensarum, etiam modica appellare, vt ait Mysinger. decis. 22. par. 2. Grat. dec. 83. Gamma dec. 65. idem Gratian. dec. 50. & Rota decis. 47. de appell. in nou.

160 Sed in hoc animaduertas, quòd si condemnatio expensarum fuerit omissa, vel per errorem in sententia, vel quia non fuerunt petitæ, non ob id arguit, quòd Iudex reum absoluere voluerit, nisi reus ostendat se iustam causam litigandi habuisse, per quam debet ab illis excusari, vt fuit dictum in Romana Expensarum 9. Februarij 1568. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 38. num. primo, licèt iusta causa non excuset in illis duobus casibus prædictis, nempè vbi expensæ iure actionis, aut ex dispositione statuti debeantur. Nàm sciendum erit, quòd si Iudex omisit condemnare partem in expensis, tũc amplius peti non possunt, quia cum illæ veniant officio Iudicis mercenario; idcircò illud lata sententia expirat, & sic id procedit, non obstante statuto Vrbis in cap. 94. libro primo, vbi mandat, quòd licèt sit omissa expensarum condemnatio; nihilominus illæ reficiendæ veniunt, & ratio est, quia illud tanquam ordinatorium ad Forum Capitolinum tantùm est restrictum, quemadmodum etiam, neque obstaret huic conclusioni allegare stylum Rotæ in contrarium super condemnatione expensarum, quia huiusmodi stylus possit deseruire pro sustinenda condemnatione expensarum, quando esset facta, etiã si condemnatus habuisset iustam causam litigandi; at secus, quando nulla fuisset facta condemnatio; quia tunc omissæ amplius non deberentur; nisi tamen iure actionis venirent, veluti superius dixi; & quemadmodum de prædictis omnibus pulchrè fuit dictum à Rota in Romana Expensarum, Lunæ 26. Maij 1614. coram Manzanedo.

De-

Romana pecuniaria 17. Maij 1595. coram Litta, quæ est apud Marchesf. de commiss. in 2. par. fol. 19. num. 5.

144 Sed tu declara in hoc esse procedendum, vt infra dixi in regula tertii casus, in verbo *Quando autem sumus*, & quæ ibi sequuntur, vbi omninò recurras, & ibi multa dixi, quando causa dicatur deserta, & quando non.

145 Amplia nonò, quòd detur appellatio à sententia, quæ aliam sententiam cōtra se haberet; quia sententia contra sententiam, non valet, *vt fuit dictum in Fauentina spolij Veneris 3. Aprilis 1580. coram Card. Seraph. dec. 452. n. 5. in impress.*

146 Fallit tamen, si essemus in sententia secunda exequente primam à qua appellari non poterat, etiam si in aliquibus reformetur, *vt ait Grat. dec. 74. & Seraph. ibi supra, & Ricc. in sua collect. 166. p. 1.* Secus autem, si in sententia declararetur primam esse nullam, quia tunc benè appellatio veniret admittenda, *vt fuit dictum in Romana executionis, Veneris 2. Iunij 1628. coram Vbaldo.* Veluti eodem modo diceretur, quando sententia esset iniusta, quæ dicitur principium nullitatis, ac illi æquipollet, & talis dicitur, quando non iustificatur ex actis, siue si actor suam intentionem non probauerit, nam Iudex debet Iudicare secundum acta, & probata, non autē ad iudicandum, debet moueri extra illa, *vt ait Rota decis. 173. num. 1. & seqq. par. 3. recent. & Cardinal. Seraphin. decis. 493. num. 4. & 5.*

Extende adeò esse legibus odiosum, quando sententia ex actis non iustificatur, siue quando est notoriè alio modo iniusta, vt propterea ea annullanda veniat absque remedio appellationis, nisi tamen offerantur probationes incontinenti, *vt ait Rota dicta decis. 173. num. 3.*

147 Amplia decimò, quòd appellatio conceditur, quando Iudex omisit condemnare victum in expensis, & ideo, quando extaret statutum, quòd victus victori in expensis condemnetur, tunc obtinens potest ex omissione eas petere actione ex statuto, veluti *fuit dictum in Romana expensarum nona Februarij 1568. coram Cardinali Seraphino, Gam. decis. 65. & Guidopap. decis. 42. & Rota decis. 47. num. 1, de appellat. in nouis, Surd. dec. 69. num. 2. & seq.*

148 Contrarium licèt dicat *Gratian. dec. 50. num. 1.* vbi ait, quòd ab expressa expensarum absolutione datur appellatio, non autem à tacita.

149 Concorda tu tamen, quòd, scilicet, prima opinio procedat in vim statuti. Secunda verò ex iuris communis dispositione, vt ex prædictis optimè colligitur, & veluti paulò inferius melius dicetur.

150 Et tenendo primam opinionem, extende eam, in tantum esse veram, vt propterea, si illæ iure actionis debeantur, tunc victus teneatur eas restituere, etiā si iustam causam litigandi habuerit, *vt ait Iason in l. properandum, §. fin autem, num. 3. versic. primo, C. de Iudic. latè Roland. consil. 62. num. 6. & 7. lib. 4. Caualcan. decis. 15. num. 29. & Surd. decis. 274. num. 6.*

151 Extende secundò, idem procedere, etiam si Iudex victum ab eis absoluerit; quia nihilominus dicta absolutio, intelligetur tantummodo de expensis iudicialibus, non autem de illis iure actionis debitis, quæ semper peti possunt non obstante absolutione, *idem Caualcan. dicta decis. 15. eodem num. 29.*

152 Extende tertiò, habere locum in illis etiam, quæ virtute statuti debentur, quia illæ pari modo reficiendæ veniunt, etiam si victus iustam causam litigādi habuerit, *vt ait Gabr. qui alios allegat concl. 1. tit. de expens. & hanc magis communem ait Roland. dicto cons. 62. num. 13. & Cartar. dec. Ianuen. 1. num. 10.*

153 Contrarium tamen huic extensioni tenuit Iason, & alij in dicta *l. properandum, §. fin autem*, & hanc esse magis communem *ait Ludou. decis. Perus. 52. in fine, & Caualcan. ibi supra num. 30. Carthar. ibi supra d. dec. 1.*

154 Extende quartò, eò magis procedere, quando quis temerè se liti obtulit, *vt ait Rota decis. 370. in princ. par. 1. recen.*

155 Extende secundo, idem pari modò è conuerso procedere, veluti, quando victus in taxatione expensarum esset nimis grauatus, quia tunc ei semel appellare licebit, veluti latè dicā in verbo *Expensæ*, & ita quoque ait *idem Caualc. dicta*

dicta decis. 15. num. 33. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 716. num. xj. & cap. 671. num. 16. & cap. 694. num. 13. & 14. docet, quando Iudex taxet expensas post appellationem à sententia interpositam, & nota, quòd appellatio ab executiua taxatione, necnon ab alio articulo conceditur à die habitæ notitiæ, vt ait Rota decis. 636. num. 1. par. 2. in recentior.

156 Contrariũ tñ, ꝙ scilicet victor non debeat appellare ab omissa condemnatione expensarum, quando victus appellauit, ait Gratian. decis. Marchiæ 83. n. 1. & seqq. & prius in dec. 50. n. 1. aliàs si appellet, appellatio nõ tenet, sed causa remittitur, vt de communi testatur Grat. d. dec. 83. n. 2. Rot. dec. 47. aliàs 353. in no.

157 Concorda tu igitur, quòd scilicet prima opinio procedat, vt potè, quando victus fuit expressè absolutus, quia tunc appellatio esset necessariò à victore interponenda; secunda verò, quando tacitè, idest, ob omissionem condemnationis in expensis, & ratio istius differentiæ ea est, quia facta absolutione expensarum expressa, opus est illam reuocare, & sic venire contra factum primi Iudicis per viam appellationis, quòd secus est, vbi condemnatio fuit omissa, quia tunc potius suppletur eius factum in eo, quod fuit omissum, vt ait idem Grat. d. dec. 83. nu. 4. & 5.

158 Quibus præterea addatur, quòd si quis fuerit absolutus ab expensis, quatenus sententiæ acquiescat, vt fieri solet à Iudicibus, in odium litigantium, qui sæpius ad defatigandum aduersarium litigare malunt, quàm quod ius suum defendere intendant, si postea is appellet, & appellationem prosequatur, tunc ille condemnatus censetur, & nota, quòd quis acquiescere non dicitur, quã do appellat, veluti dicitur de laudo, cui quis acquiescere non dicitur, quando ab eo reclamat, vt ait Grat. lib. 3. discept. cap. 572. num. primo, xj. & xiij. & Mastrill dec. 166. in princip.

159 Sed si non fuerint petitæ expensæ, tunc erit arbitrarium Iudici, si velit cõdemnare, vel non, scilicet illæ petitæ dicantur, si in libello clausulæ salutares fuerint adiectæ, veluti si fuerit dictum Peto ius, & iustitiam ministrari; Item, omni meliori modo, &c. quia tunc officium Iudicis implorare censetur, tàm super negotio principali, quàm super accessorijs, & sic victus appellat, victor etiam appellare potest ab expressa expensarum absolutione, sed si victus in principali non appellet, tamen potest victor ab omissione condemnationis expensarum, etiam modicã appellare, vt ait Misynger. decis. 22. par. 2. Grat. dec. 83. Gamma dec. 65. idem Gratian. dec. 50. & Rota decis. 47. de appell. in nou.

160 Sed in hoc animaduertas, quòd si condemnatio expensarum fuerit omissa, vel per errorem in sententia, vel quia non fuerunt petitæ, non ob id arguit, quòd Iudex reum absoluere voluerit, nisi reus ostendat se iustam causam litigandi habuisse, per quam debet ab illis excusari, vt fuit dictum in Romana Expensarum 9. Februarij 1568. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 38. num. primo, licèt iusta causa non excuset in illis duobus casibus prædictis, nempè vbi expensæ iure actionis, aut ex dispositione statuti debeantur. Nàm sciendum erit, quòd si Iudex omisit condemnare partem in expensis, tũc amplius peti non possunt, quia cum illæ veniant officio Iudicis mercenario; idcircò illud lata sententia expirat, & sic id procedit, non obstante statuto Vrbis in cap. 94. libro primo, vbi mandat, quòd licèt sit omissa expensarum condemnatio; nihilominus illæ reficiendæ veniunt, & ratio est, quia illud tanquam ordinatorium ad Forum Capitolinum tantùm est restrictum, quemadmodum etiam, neque obstaret huic conclusioni allegare stylum Rotæ in contrarium super condemnatione expensarum, quia huiusmodi stylus possit deseruire pro sustinenda condemnatione expensarum, quando esset facta, etiã si condemnatus habuisset iustam causam litigandi; at secus, quando nulla fuisset facta condemnatio; quia tunc omissę amplius non deberentur, nisi tamen iure actionis venirent, veluti superius dixi; & quemadmodum de prædictis omnibus pulchrè fuit dictum à Rota in Romana Expensarum, Lunæ 26. Maij 1614. coram Manzanedo.

De-

Declara tamen prædicta non habere locum, quando ageretur in vim obligationis Cameralis, & sic executiuè, quia tunc victus condemnandus venit in expensis, etiam quòd in decreto non fuerit expressa illarum condemnatio, & id venit ex vi illius clausulæ ad omnia damna, & interesse, sub obligatione camerali contentæ, quæ facit, vt expensæ iure actionis debeantur, & propterea etiam post relaxationem mandati peti possunt, *vt dicunt Doctores allegati à Rota in dicta Romana Expensarum coram Manzanedo.*

161 Vltimò animaduertas, quòd veluti appellari non potest à sententia elapsis decem diebus, ita nec à condemnatione expensarum, quæ est ipsius executio, *vt ait Rota decis. 1. num. 4. vt lit. pend. in nou.* Veluti nec etiam Iudex potest in eis ex interuallo condemnare; sed eadem est facienda condemnatio, *vt ait Rota ibi supra in principio*; at secus in taxatione, quę post decem dies fieri potest, *Rota ibid. nu. 4.*

162 Amplia vndecimò, quòd etiam appellatio admittitur à sententia Delegati Apostolici ad Delegantem, *vt ait Gratian. decis. 34. idem lib. 4. discept. cap. 655. num. 59. & Franc. Marc. decis. 345. num. 4. & prius decis. 73. num. secundo par. prima, & in secunda par. dec. 535. num. 9.*

163 Extende idem procedere à declaratione executoris litterarum Apostolicarum stantibus difficultatibus à facto dependen. *vt ait Rota per Coccin. decis. 144. num. 6.*

164 Extende secundò idem procedere in sententia Commissariorum Cæsaris, à qua appellatio datur ad Cameram, quando illi essent dati ad instantiam partium, vel quando fines mandati Cæsaris excederent, quia tunc iurisdictionem non haberent, & propterea ad Imperatorem, vti delegantem recurri potest, quia ei semper authoritas salua manet, & ius parti in prædictis casibus non deficit, in quibus inhibitio conceditur, quę tamē rarò concedi solet in appellatione à sentētia commissariorum Cęsaris, *Gaspar Guliel. dec. 185. p. 4. & Andr. Gayll. dec. 121. par. 1.*

165 Extende tertiò, quòd ea quoque detur à sententia declaratoria incursus censurarum, à lege, vel ab homine latarum, ob litterarum Apostolicarum inobseruantiam, *vt ait Rota per Put. decis. 271. Acchill. decis. 4. de sentent. & re iudic. Coccin. in dec. quæ est vpud Marches. par. 1. fol. 1264. num. 4.*

166 Et ratio est, quia illa sententia habet annexum factum, super quo Iudex facilè decipi potuit, & ob id appellatio tolleratur, & iudicatum suspendit; secus autem quando excommunicatio in vim rei iudicatę conceditur, quia eo casu appellatio non suspendit, & ratio istius secundę partis ea est, quia cum res iudicata adsit, sequitur etiam, quòd id, quod per sententiam est iudicatum, per sententiam etiam habet executionem, nec per appellationem suspenditur, & propterea videmus, quòd appellans ab executione, siue directa, siue indirecta regulariter nihil agit, quia non suspendit id, à quo exequutio originem trahit, *vt ait Rota per Coccin. penes Marchesan. in pręcit. loco.*

167 Fallit tamen dicta ampliatio in Delegato Apostolico ad legatum de latere, à quo ad illum appellare non licet, *vt ait Franc. Marc. decis. 270. num. primo par. prima.*

168 Fallit secundò de consuetudine in Delphinatu seruari solita, vbi appellationes Iudicum inferiorum delegatorum deuoluūtur ad supremam Curiam, non autem ad delegantem, *vt testatur idem Marc. decis. 417. num. 12. par. 1. sed in hac materia vide Scacc. de appell. quæst. 8. num. 17. & seqq. & quæst. 17. num. 21.*

169 Amplia duodecimò, quòd appellatio detur etiam à sententia legati de latere, *vt ait Franc. Marc. decis. 345. par. 1. & Ricc. collect. 166. par. 1. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 4. num. 27. vbi allegat plures Doctores*, qui docent quando detur appellatio à sententia legati de latere, & quando possit recusari suspectus, *idem ait Manfred. de Cardin. decis. 156. in fine tomo 13. par. 2. fol. 99.*

170 Extende primò eò magis procedere à sententia Cardinalis in causa à Papa sibi cōmissa, *vt ait idem Franc. Marc. in prælleg. dec. 345.*

Exten-

171 Extende secundò, quòd appellatione interposita à sententia legati de latere ad Papam, idem legatus non potest amplius in illa causa se intromittere, nisi cum speciali mandato Papæ; *idem Francis. Marc. decis. 344. num. 2. par. 1.*

172 Extende tertiò, eò magis procedere de Iure Canonico, cuius enim dispositione, tàm Delegatus, quàm ordinarius Iudex potest in totum uti suspectus remoueri, & ab eo appellari, *ut ait Grat. ibi supra in fine; & veluti inferius dicam sub nu. 631. & ibi recurras.*

173 Restringe tamen primò, prædicta non procedere, quando causa esset cõmissa Collegio Cardinalium; quia tunc ab eorum sententia non appellatur, veluti fit ab ea lata à Senatu, ut firmat *idem Franc. Marc. dicta decis. 345. num. 3. Marta in compilatione dec. tom. 1. cap. 157. in verbo Appellatio, & Borell. in sua summa decis. tit. 33. num. 187. de appellat.*

174 Restringe secundò, veluti si causa esset in Cardinali solum commissa, quia tunc ab eius sententia, ob dignitatem Cardinalatus appellatio non daretur, *idem Franc. Marc. dicta dec. 345. num. 3. & Marta ibi supra.*

175 Restringe 3. quòd licèt non detur appellatio à sententia Principis, datur tamen ab ea lata à subrogato ab eo, *ut ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 569. num. 37. & Franc. Marc. decis. 1313 num 1 par. prima.* Et ratio est, quia diuersa qualitas inter eos viget, & propterea de vno ad alium non est facienda illatio, *ut ait idem Gratian. dicto libro 2. discept. cap. 383. num. 21.* licèt sit bene verum, quod à sententia delegati à Principe, vt pura, à Papa non datur appellatio, nisi ad ipsum Papã, *ut fuit dictum à Rot. per Buratt. dec. 170. num. 10.*

176 Contrarium tamen esset, si sententia Principis esset ad relationem alterius, quia tunc appellatio datur ab illius sententia tali modo lata, *ut ait Garz. Mastrill. decis. Sicil. 32. cum alijs per eum allegatis.*

177 Extende hanc secundam opinionem procedere, veluti, si essemus in Arbitro loco Iudicis Ciuitatis, à cuius enim sententia appellatio non datur, licèt ab illa Iudicis prædicti permittatur, ob diuersam qualitatem superius allegatam, de qua loquitur *dictus Gratian. dicto cap. 383. num. 21.*

178 Restringe quartò, non procedere, si sententia fuisset lata à supremo Cõsilio, siue Principis Senatu, item à Iudicio assessorum Imperialis Cameræ, necnon à Senatu, siue Sacro Consilio Neapolitano, & ab alijs supremis Galliæ parlamentis, & Principum tribunalibus. Et ratio est, quia Imperator, siue alius supremus Princeps arbitratus est eos, qui, ob singularem industriam explorata ipsorum fide, & grauitate ad huius negotij magnitudinem adhibentur, non aliter esse iudicaturos pro sapientia, & luce dignitatis suæ, quàm ipse quoque iudicaret, *ut est text. in l. vnica, ff. de off. Præfecti prætor. l. à proconsulibus, §. à præfectis autem, C. de appellat. l. vnica, C. de sentent. Præfect. Prætor. Ioan. Monach. in defens. iuris, tit. 16. num. 3. Specul. de appellat. §. videndum restat, sub num primo, Bartolom. Socin. consil. 95. colum. prima, vol. 2. Mastril. decis. 158. Rotæ Siciliæ, num. secundo, & ibi testatur id seruari in sententijs Magnæ Regiæ Curiæ Siciliæ, idem ait in decis. 196.*

179 Amplia decimotertiò, quòd etiam appellatio interponatur à sententia Vicarij Foranei, ad Vicarium Generalem, *ut ait Gratian. dicto cap. 655. num. 58.*

180 Extende primò, quod appellatio detur etiã à Vicario Foraneo, ad Archiepiscopum, *ut ait Rota per Mohedan. decis. 5. de appellat. & Marta in compilat. decis. tomo primo, cap. 23. in verbo Appellatio, & est videndus Gratian. lib. 4. discep. cap. 655. num. 19.*

181 Extende secundò, quod ea detur à Delegato officialis Episcopi, vel ad officialem, quando Episcopus est absens, vel ad ipsum Episcopum, quando esset præsens, *ut ait Franc. Marc. dec. 370. num. prima, par. secunda, & Rota decis. 3. de offic. Vicar. in nouiss. idem Franc. Marc. dec. 419. num. 13. dicta par. prima, & Riccius in sua collect. 1166. par. 4. ferè in fine.*

182 Extende tertiò, quòd appellatio detur à sententia Vicarij ad eum, cuius est Locumtenens; quod tamen intellige verum, quando sumus in Vicario Principis Superiorem non recognoscentis, ad quẽ appellari potest, ob defectum superioritatis, cum ille Superiorem non habeat.

Secus

Secus uerò in Vicario ordinario, & huiuſmodi ſuperioritatem non habente, quia tunc ab illius ſententia ad eum, cuius eſt Locumtenens, appellatio non datur, *vt ait Oſaſch. deciſ. Pedemont. 131. num. 16. & Grat. lib. 2. diſcept. cap. 374. num. 22. & 24.*

183 Extende quartò, procedere, quando eſſemus in ſententia Vicarij Pręfecti Prętoris, nam licèt ab ea dicti Pręfecti Prętoris non apelletur, tamen fallit ab illa eius Vicarij deputati, quia tunc ab ea ad eundem deputantem appellare licet, veluti dicitur, quando à Capitaneo, ſiue ab Epiſcopo, vel Poteſtate appellari ſtatuto prohibetur, quia tunc ab eorum Vicarijs, & Locumtenentibus ad ſuos deputantes eſt appellandum, *Fra. Mar. deciſ. 421. par. 1. Guidopap. deciſ. 50. num. 1. & ſeq.*

184 Contrarum tamen eſſet in ſententia à Vicario Generali lata, a qua non apelatur ad Epiſcopum, quia videtur eſſe idem tribunal, *Put. deciſ. 491. lib. 2. & Marta in ſua compilat. deciſ. in verb. Appellatio cap. 24. tom. 1. & Franc. Marc. ibi ſupra numero 9.* vbi ponit, ſed non reſoluit, ſi à ſentētia Vicarij Generalis ſupplicari poſſit ad Epiſcopum, quem per te videre poteris, ſed quòd poſſit ad Epiſcopum, recurri ſupplicando mox dicetur.

185 Veluti eodem modo dicitur in Audit. Cameræ, qui ſuam iurisdictionem per duos locumtenentes exercet, ut tradita per *Veſtr. in ſua praxi lib. 2. cap. 4. in fin. & Gratian. dicto cap. 374. num. 26.*

186 Extende dictam ſecundam opinionem procedere, etiamſi extaret conſuetudo in contrarium, quia non per hoc à Vicario ad Epiſcopum appellari poſſet, *vt ait Balo. in ſua deciſ. 22 & Riccius in ſua collectanea 1166. par. 4. in princip. & Franciſc. Marc. dicta deciſ. 421. ſub num. 7.*

187 Et ratio illa videtur eſſe potiſſima, quia ſi appellaretur à Vicario ad eum, cuius vices gerit, iterum poſſet committere vices ſuas alteri, & ſic nunquam illa cauſa ad alium deuolueretur, ſed ſemper in eius foro permaneret, quod eſſet abſurdum, iuxta doctrinam *Archidiac. & aliorum in c. 2. de conſuetudine in 6. & Gratian. dicto cap. 374. num. 25.*

188 Concorda tu tamen id, quod fuit dictum ſuper eo, quod à Vicario Generali ad Epiſcopum nõ apelletur, ex eo, quia vnum & idem tribunal cenſeatur, procedere, quando à diffinitiua appellatur; at ſecus, ſi ab interlocutoria, vt ait *Puteus deciſ. 503. lib. 2.*

189 Et ratio eſt, quia veluti Vicarius poteſt ſuam interlocutoriam reuocare, ita, & Epiſcopus, *vt ait Maynard. deciſ. 90. lib. 2.*

190 Sed fallit primò, dicta ſecunda opinio in ſententia Vicarij foranei (vt ſupra dixi) ſiue alterius ad certã partem Prouinciæ deputati, a qua datur appellatio ad Epiſcopum, & ad Archiepiſcopum, quia tunc non dicitur eſſe idem Conciſtorium, *Rota deciſ. 1131. in lib. 3. diuerſor. num. 1. & in parte 2. deciſ. 297. & & Franc. Marc. ibi ſupra num. 9.*

191 Fallit ſecundò, quando procederetur per viã nullitatis, & quęrimoniæ, quia prohibitus cognoſcere in cauſa apppellationis, non cenſetur prohibitus in illa nullitatis, & querelæ, *vt ait Caualcan. deciſ. 12. par. 1. & Anna deciſ. 13. &* id *per gloſ. in cap. 1. de offic. delegati.*

192 Fallit tertiò, ſi quis a ſententia Vicarij ad Epiſcopũ recurreret ſupplicando, quod ei facere licet, & id ita fuiſſe deciſum *refert Cappell. Toloſ. deciſ. 474. & Riccius in dicta collectanea 1166. in fine*

193 Fallit 4. in Præfectis Prætorijs à quorũ ſententia licèt nõ detur appellatio, vt ſuperius dixi in verſ. Extende 4. tamen ex ſpeciali iure ad illos ſupplicatur, *vt ait Franc. Marc. dec. 421. ſub n. 7. par. prima.*

194 Extende quintò, dictam 13. ampliationem, quod etiã a Rege Delphino ad Curiam Parlamenti detur appellatio, *vt ait Franc. Marc. in deciſ. 410 par. 1.*

195 Extende 6 quod etiam detur appellatio ab Epõ ad Regem, à quo vnus habet feudum eiuſdem feudi reſpectu *vt ait Franc. Marc. deciſ. 36. parte 2.* licèt regulariter ſit appellandũ a Iudice temporali Eccleſię, ad ſuperiorem immediatum, niſi tamen aliter conſuetudine, aut priuilegio caueatur; & ſic ea opinio, quod ſcilicet appellatio detur ab Epiſcopo ad Regẽ, procedit, quando ſumus in cauſa feudali, uel ex aliquo ſpeciali priuilegio; alias ſecus, & ratio eſt ea, quia appel-

appellationes in infeudatione iurisdictionis omnimodæ non continentur, nisi expressè fuerint concessæ, sed in dubio semper ius superioritatis, & appellationis censetur exceptum, & ob id ad dominū feudi in prædictis casibus erit appellandum, *idem Francis. Marc. decisione 233. par. prima, & decisione 465. par. secunda, facit ad id quoque decisio Rotæ Romanæ 27. inter crimin. Farinac.* vbi multa de superioritate supremi Principis disces.

196 Subextende idem procedere in sententia Episcopi, à qua appellatio datur ad Archiepiscopum, nisi priuilegio, vel consuetudine, alio modo doceatur, *vt ait Capic. in sua dec. 137. num. 12.*

197 Fallit tamen, veluti, si essemus in subdito Principis sub dominio directo Ecclesiæ, qui ad Papam ratione feudi, non appellat ea ratione, quia a sententia feudatarij ad directum dominum feudi, non est appellandum, sed pares Curiæ sunt eligendi. Secus verò, quando subditus esset immediatè subiectus, *vt ait Marta decis. Pisan. 164. & in sua compil. decis. in verbo Appellatio, tomo primo, c. 41. & prius in c. 37.* docet, quando ad Cameram Imperialem appellatio detur. Secus autem, si appellaretur a Iudice Ecclesiastico iurisdictionem temporalē habente in feudo, quia tunc appellatio daretur ad Dominum feudi, *vt ait Capic. d. dec. 137. nu. 12.*

198 Extende septimò, quòd hodie a sententia Senatoris appellatur, qui vnicus istis temporibus a Papa in Vrbe deputatur, licet antiquitus essent centum, qui legis condendæ facultatem habebant, quod tamen hodie ad solum Principem spectat, & ideo ab eorum sententia tunc temporis non appellabatur, *vt ait Franc. Marc. decis. 75. par. 1.*

199 Declara tamen id, quòd fuit dictum, quòd in foro contentioso appellationes recipiantur de vno Iudice ad alium, veluti de inferiore ad superiorem, non procedere in foro sacramentali, vbi pœnitēs appellare non potest de vno confessario ad aliū, & ratio est, quia talis forus est supremus, & sententia in eo lata, est vltima & diffinitiua, & ratio rationis est, quia in prædicto foro pœnitentiali, Christus est qui fert sententiam, licet eā per ministrū ferat, *vt ait Suarez 4. tomo disput. 30. de pœnit.* Et propterea in eo foro non datur Iudex, nec inferior, nec superior, & sic appellationi locus esse nō potest, sed si forsan pœnitens à confessario grauaretur, vt si eum nollet absoluere, siue ei nimis grauis pœnitentia iniungeretur, tunc posset alium magis benignū adire, quia eam secundum aliquos acceptare non tenetur, *vt ait Ioann. Valer. de differ. inter vtrumque for. in verbo Appellatio, differentia prima per totam.*

200 Amplia decimoquartò, quòd appellatio admittatur ad superiorem omisso medio, *vt fuit dictum in vno Voto coram Robusterio, quod est dec. inter crim. Farin. 27. num. 17. & Scac. de appell. quæst. 2. n. 2. cum seqq.*

201 Extende primò, id eò magis quoque procedere in terris Ecclesiæ, vbi potest appellari ad Sedem Apostolicam, quia ibi ius Canonicum seruatur, per quod dicta sedes Apostolica cognoscere potest omisso medio in primis appellationibus, & recursibus, & nedum inter personas Ecclesiasticas, sed etiam inter laicas de re spirituali, vel Ecclesiastica, ac etiam de rebus prophanis cunctantes, *vt ait Rota ibi supra coram eodem Robusterio.* Et ideò videmus, quòd potest appellari a sententia Episcopi, vel Suffraganei ad Papam omisso medio, *vt ait Bisignet. decis. 21. num. 4. de appell. & Rota per Burat. decis. 170. num. 11. & in hoc vide quæ dicam in Concl. 167. in verbo Auditor Cameræ, sub num. 48. & seqq.*

202 Extende secundò, procedere, quando essemus in persona miserabili, quę potest petere se remitti ad supremum Iudicem, omisso medio, Immò, neque huiusmodi priuilegio miserabilitatis, potest renunciari; aliàs talis renunciatio tolleret misericordiam, & sic contra bonos mores esset, quòd quidem quoque procedit in Pupillo, & Vidua, etiā si esset Regina, ac alijs similibus personis, *iuxta l. vnicam, C. quando Imper. &c.* Licèt illæ sint diuites, *vt ait Afflict. decis. 257. & ibi Vrsillus.* Et ratio est, quia, non ratione paupertatis, sed miserationis gratia fuit istud priuilegium illis cōcessum, cui propterea renunciari non potest, & meritò quidem, quia tales personæ sunt miseratione dignæ, quia a tutoribus gubernantur, qui plerumque in eorum officio de-

lin-

linquunt, *vt latè ait Menoch. de arb. iud. cas. 66. in addit. nu. 9. & Gratian. lib. 1. disc. ept. cap. 182. nu. 1. 2. & 22. & lib. 3. cap. 565. num. 85. & seq.* & nota, quòd pupillus ille dicitur, nedum, qui est sine patre, & matre, verum etiam, qui est sine patre tantum; immò in primo casu potius orfanus dici potest, *vt dicunt Doctores allegati a Gratiano dicto cap. 182. num. primo, & seqq.*

Vnde ex prædictis infertur, quòd Vidua potest in prima instantia coram Principe, omisso medio, agere, quòd procedit etiam si, postquam fuit incœpta causa nuberet, & quod iam coram Ordinario fuisset lis contestata; at secus, si, verbi gratia, illa esset hæres personæ non miserabilis, & causa esset cœpta, quia tunc istud priuilegium ei non competeret, veluti eo vti posset, si causa nondum fuisset cœpta, At secus, quando inhonestè viueret, quia tunc eo non vtitur vti indigna. Præterea nota, etiã ꝙ postquam ea adiuit Principem, potest petere se remitti ad Ordinarium; Immò neque ipse Princeps potest eam trahere extra domicilium, nisi in rescripto fiat mentio de Viduitate, & multa alia in hac materia *ait Scacc. de appell. quæst. 7. nu. 113. cum plurib. seqq.* & præcipuè quando mulier dicatur Vidua, plura quoque ait in hac materia *Afflict. decisione 257. & ibi Vrsill. num. 2.*

203 Extende tertiò ampliationem prædictam procedere, non obstante Constitutione Aegidiana, quæ vult, quòd non appelletur ad Papã omisso medio, quia respondetur illam constitutionem procedere posse in terris immediatè subiectis; at secus in illis mediatè subiectis, ad quas prædicta constitutio non se extendit, *vt ait Rota in dicto voto num. 18. & Bissignet. decis. 21. num. 4. de appellat.*

204 Extende 4. quòd scilicet possit ad Papam appellari omisso consilio completo, non obstante consuetudine, & præscriptione in contrarium, *vt fuit dictum in Rota in vna Pampilonen. Iuris visitandi Merc. 27. Aprilis* 1583. Imò nota, quòd si Papa moriatur, tunc successor eo gnoscet, *vt ait Rota decis. 31. de appell. in antiquis.*

205 Subextende prędicta eò magis procedere in oppressis, qui appellando ad Romanam Ecclesiam, ad eam vti piam matrem recurrunt, vt eius vberibus nutriantur, & ab eorum oppressionibus defendantur, & meritò quidem, quia mater suos filios obliuisci non debet, *vt ait Scaccia de appellat. cap. secundo, quæst. septima, num. 46. & ibi contrarijs respondet.*

206 Contrarium, quòd scilicet etiam de Iure Canonico, ad Papam appellari non possit, omisso medio, *ait textus in cap. si delegatus, & ibi Franch. & alij, de offic. delegat. in sexto, & Peguer. decis. 192 Regni Catalonię, & Fran. Marc. decisio. 346. num. primo, par. 1.*

207 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat regulariter, vt scilicet ad Papam possit appellari, omisso medio, vt firmat *Franc. Marc. decis. 419. num. 4. par. prima, & prius decis. 343. nu. 2.* Secunda verò procedit in aliquibus casibus, in quibus non licet appellare, omisso medio, & propterea, si pars id opponat, Papa, non se ingerit, *vt ait Rota in dicto Voto, num. 19.*

Et casus sunt isti, scilicet, qñ medius Iudex palàm, & euidenter iustitiam denegaret, aut esset inhabilis, siue quando esset suspectus, vel excommunicatus; nam his de causis ad superiorem iri permittitur. Item id procederet etiam, si Iudex inferior spontè causam ad superiorem remitteret, à quo eo casu suscipienda erit, necnon etiam, quia partes omisso medio, nihil opponerent, quia tunc iurisdictionem alterius superioris dictę partes prorogare videntur; Vltimò, quando consuetudo exrarer appellandi, omisso medio; aliàs appellatio nes de iure Ciuili gradatim fieri debēt, & ita in Camera Imperiali fuisse prouisum, testatur *Ioachim Misinger. decis. 67. par. prima, Gaspar Gulielm. decis. Spirens. 117. & Benintend. decis. Bonon. 96. Misinger. obseruat. 77. centur. prima.*

208 Declara tñ, quod quando consuetudo viget appellandi ad Papam, tunc Assessores tantum eam iudicare debent, *vt ait idem Gaspar Guglielm. decis. 59. par. prima.* Immò consuetudo in contrarium, scilicet non appellandi ad Papam, non valet, *vt ait Rota decis 196. n. 6. par. 2. diuers.*

Et

209 Et ratio prædictorum est, quia obseruantia circa modum appellandi maximè est attendenda, *vt ait text. in cap. Romana*, §. 1 *de appellat. in 6. Menoch. & Misinger. allegati à Gratiano lib. 2. discept. c. 383. num. 19.*

210 Adde alterum casum, quando possit, omisso medio ad Superiorem appellari, & est, si proximus superior haberi non possit, quia tunc ad alium Superiorem appellare licebit, *vt ait Francisc. Marcus decis. 370. par. secunda.*

211 Sed tenendo primam opinionē, extende illam procedere, etiam in eo, qui appellat à Iudice seculari, Superiorem non recognoscente, à quo licèt aliàs appellari non posset, tamen id ei fieri permittitur, ex causa iniustitiæ, qui ad Ecclesiam eo casu recurrere potest, siue simus in spiritualibus, & Ecclesiasticis, siue simus inter laicos iurisdictioni tēporali subditos, *vt ait Rota ibi coram Robusterio*. Et propterea videmus, quòd sæpè contingit, vt ēt in sæcularibus dicti officiales prius cognoscant, vt Treuirensis, Monasteriensis, & Coloniensis, à quibus, postea ad Cam. Imperialē appellatio datur, *vt testatur idem Gaspar Guliel. decis. 59. par. 1.*

212 Extende secundò, quòd si quis appellat ad Papam, & ad Archiepiscopum simul; nihilominus Papa est ille, qui cognoscit altero omisso, *vt ait Gratian. decis. 83. num. 8.*

213 Et ratio est, quia appellatio est signū superioritatis, & de eius substantia est, vt semper de minori ad maiorem appellatum censeatur, *vt ait Franc. Marc. dec. 366. num. 24. & prius dec. 233 n. 4. & decis. 419. num. 3. & seq. par. 1. & Rota dec. 196. nu. 3. par. 2. diuers.* Immò si sit copulatiuè appellatum ad plures, si postea inferiorem eligat, appellatio est ipso iure nulla, *Franc. Marc. decis. 270. num. 3. par. 1.* Et quando quis copulatiuè, siue alternatiuè appellat, tenetur infra decem dies declarare, & eligere, sed maiorem, *idem Franc. Marc. d. decis. 270. num. 2. & Osasc. decis. 30.*

214 Contrarium licèt teneat *Gratian. decis. 199. & Rota decis. 33. de appellat. in nouis.*

215 Sed ꝙ in Curia Episcopali Neapolis fuerit iudicatum, secundum opinionem *Osaschi testatur Riccius in sua Collect. 276. par. 2. in fine* super eo quòd scilicet quis intra decendium declarare debeat Iudicem.

216 Contrarium, quòd scilicet appellans debeat redire ad primam appellationē, quando pluries intra decem dies appellauit, & sic quod primæ standum sit, ait *Franc. Marc. decis. 69. num. 6. par. 2.* & quòd quando appellatur ad Principem amplius variari non possit, appellando ad Gubernatorem, ait *Cacheran. decis. 131.*

217 Declara tamen, quòd dicta appellatio copulatiuè facta ad plures Iudices non valet de Iure Canonico; at secus de Iure Ciuili, item non valet, si fiat ad cōpetentem Iudicem, & adsint plures cōpetentes; sed si fiat generalis, valet, si non recognoscitur, nisi vnus Superior, etiam si infra decem dies non declararetur, iuxta opinionem *Gratian. in d. decis. 199.*

218 Tenendo autem secundam opinionem, Extende eam, multò magis procedere, qñ per Ecclesiam aliquid fuisset totaliter alienatum, vna cum illius iurisdictione, ita vt ibi ius Ciuile, & non Canonicum esset seruandum; quia tunc non liceret ad Papam appellare, quamuis ipse Papa numquam se prorsus eximat ab aliqua iurisdictione; nam regulare est, quòd si Princeps supremus alicui etiam supremam potestatem concedat, nihilominus nunquam tantum dat ei, quantum sibi reseruat, cum illam iurisdictionem semper cumulatiuè dare præsumatur, non autem priuatiuè, *vt ait Rota superius allegata coram Robusterio.*

219 Deinde animaduertendum est, quòd ille in suis terris duplex ius habere dicitur, vnum tamquam Dominus particularis; aliud verò tanquàm vniuersalis, & supremus Princeps, ita quod, si vnum cōcedit, aliud restat, vt pulchrè distinguendo, *ait Rota ibi coram Robusterio, num. 1. cum sequentib. & Franc. Marc. dec. 367. num. 9. par secunda.*

220 Extende præterea, quòd omne id, ꝙ dicitur de Papa, habet locum etiam in A. C. ad quem vti Papę Auditorem, quis potest, omisso medio recurrere, & appellare, *vt ait Rota ibi supra num. 24. & in addit. in lit. B. & veluti dicam in verbo Auditor Cameræ.*

221 Licèt etiam habeamus, quòd appellationes omnes, quæ fiunt ad Papam, censeantur deuolutę ad Rotam, *vt ait Gratian.dec.*83.*num.*7. videndus in quibus terminis loquatur.

Secus verò, quã essemus in sentẽtijs latis in Camera, siue à Camerario, Thesaurario, & Commissario, quia tunc non nisi ad Cameram ipsam appellari potest, *vt ait Scac.de appellat.quæst.*8.*num.*146. *cum sequentib.*

Quinimmò, extende id, quod fuit dictum de appellatione ad Papam, siue ad sanctam Sedem Apostolicam in tantum esse verum, vt propterea, neque iuramento, neque per quamcumque consuetudinem impediri possit talis appellatio, siue recursus ad Papam; nec vnquam remota censetur, neque denique per Breue Pontificium tolli potest, *text. est in cap. venientes, de iureiuran. & Rota in Iuuenacen. Iurispatronatus Ven.* 1. *Iulij* 1622. *coram Remboldo, & in alia Mantuana Iuris pascendi* 26. *Martij* 1629. *coram Card. Virili.*

222 Et reassumendo dictam decimamquartam Ampliationem, Extende eam quartò procedere in Imperatore, ad quẽ omisso medio, appellare licet de Iure Canonico, *cap. anteriorum*, 2. *quæst.*6. & *Francisc.Marc.decis.* 346. *num.* 4. *parte prima.*

223 Licèt Speculator, & alij allegati à *Marta ibi supra num.*5. dicant, quod benedictus sit Imperator in eo, quòd non permittit appellationes ad eum fieri, omisso medio, *iux.tex.in l.Imperatores, ff. de appell.* & id ex ea ratione, quia Imperator, veluti Aquila, suam prædam distribuit, neque curat in omnibus epulis os suum apponere, vltra quòd, cum Imperator habuerit à Populis, siue Subditis potestatem, ideò ad hoc, vt ingratus non appareat eis, qui sibi liberales fuere, non patitur ad eum omissis medijs appellari, quod quidem Papa pati non debet, quia a Christo suam auctoritatem habuit ex illis verbis: *Tu es Petrus, &c. Scacc. de appellat. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 46. & 47. & veluti superius dixi.

224 Extende quintò, idem procedere in Legato de latere, ad quem omissis medijs appellare licet, iuxta pragmaticam sanctionem, cum ille in sua Prouincia concurrit immediatè, cum omni Ordinario; Immò, si ipse extra Prouinciam existat, & ad ipsum fuerit appellatum, poterit causas appellationum in partibus delegare, *vt pulchrè ait idem Franc. Marc. decis.*343. *num.* 4. *vsque ad finem, p.* 1.

225 Fallit tamen, veluti, si essemus in sententia Conseruatorum, à qua non appellatur ad Metropolitanos, nec etiam ad Legatos natos, vel de latere; Immò, nec etiam consuetudo in contrarium valeret; & ratio est, quia cum Conseruatores sint Iudices Delegati, ideò sunt maiores quolibet Ordinario, etiam de latere Legato; & ratio est, quia cessante priuilegio Delegati, tunc solus Papa delegans sententias illius Delegati retractare potest, itavt, neque Legato de latere, tali casu se intromittere liceat, *vt ait Gratian. decis.* 240. & *prius in decis.* 170. *num.* 1. & *seqq.* vbi docet, qui possint esse Conseruatores, & *Amat. decis.* 47. & *Marta in compilat. decis. tom.*1. *in verbo Appellatio, cap.*40.

226 Extende sexto, eo magis procedere, ob defectum iustitiæ, siue quando quis haberet aduersarium in partibus potentem, vel per negligentiam Iudicis in expedienda causa, *vt ait Francis.Marc.in dicta decis.* 346. *num.* 2. Licèt *Baldus* ibidẽ allegatus, non approbet illud caput tarditatis Iudicis.

227 Extende septimò, quòd imo cõsuetudo, siue præscriptio non valeat, vt ad Papam appellare non liceat, *vt ait Card. Seraph.in dec.* 615. *num.*5.

228 Extende octauò, prædicta, eò magis procedere super eo, quod fuit dictum, quòd appellatio admittatur, omisso medio, quã pars non opponit, *vt ait Franc. Marc. dec.*419 *num.*9.*par.*1.

229 Extende nonò, procedere etiam, quã appellatur ad maiorem, omisso medio per viam querelæ, *idem Franc. Marc. decis.*346.*par.*1.

230 Extende decimò, etiam statuto in contrarium existente, *vt ait Beninten. in sua decis.* 96.

231 Quod tamen declara non procedere quoad Papam, quia (vt superius dictum est) talis consuetudo non valet, vt ad eum non appelletur, *Card.Seraph. dicta decis.* 615.*num.* 5.

232 Sed quando contingeret, quòd Papa,

pa, siue Princeps se intromitteret in causis, tunc notandum erit, quòd Iudex inferior amplius in illis se ingerere non poterit, *vt ait Rota in Conchen. decimarum 18. Maij 1607. coram Card. Lancellotto quæ est apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 65. num. 1. idem Card. Seraph. dicta decis. 615. num. 3. & veluti latius dicam in conclus. 172. tit. de auocat. caus.*

233 Licèt id falleret, quando Papa, siue Princeps aliter Iudici inferiori, ex eius speciali mandato committeret, *vt ait Franc. Marc. decis. 344. num. 2. par. 1.*

234 Rursus illud falleret, quando Iudex inferior ignoranter in causis se ingereret, quia tunc processus substineretur, At secus si scienter id faceret, quia isto casu processus redderetur elusorius, *vt ait Gratian. decis. 83. propè fin.*

235 Subextende prædicta in tantum procedere, vt propterea neque consuetudine, neq. statuto, nec minus per pactum introduci possit, vt appellatio de maiori ad minorem detur, cum ea dicatur prouocatio de minori ad maiorem, neque per consequens valet consuetudo, vt minor habeat iurisdictionem in maiorem, cum ea non possit tollere substantialia, & insimul actum saluare; Immò neque etiam ea introduci potest, vt detur ad æqualem cum par in parem non habeat Imperium, vt diffusè in hoc ait *Scacc. de appellat. art. 1. per tot.* Licèt ibi in *art. 2.* plures fallentias adducat, per te videndas, *& Card. Seraph. decis. 467. nu. 8. Gratian. in. decis. 24. num. 23. Rota Marchiæ.*

236 Extende II. quòd ab Episcopo appellari possit ad Concilium prouinciale, cui interest Archiepiscopus tanquam caput, *vt ait Franc. Marc. decis. 456. n. 58. par. 1.*

237 FALLIT tamen in sentẽtia Papæ, à qua nullo modo appellatio datur, & quã uis *Franc. Marc. in sua decis. 456 num. 57. cum seqq. par. 1.* dicat (licèt temerè) illam in quibusdam casibus dari ad Concilium, siue ad futurum Papam.

238 Contrarium tamen quam plurimorum auctoritatibus sine vlla hæsitatione comprobamus, & primò ex sententia *S. Antonini in summa part. 3. tit. 23. cap. 3.* vbi ait esse manifestè hæreticum tali modo appellãtem, idemq. hab. mus ex Pio II. *in extrauag. execrabilis*, vbi ait esse planè ridiculũ, vt quis ad id appellet, quod nusquam est, neque scitur, qñ futurum sit, & est erroneum, ac detestabile, inane, & pestiferũ, si quis dixerit posse à sententia Pontificis appellari ad futurum Papam, siue Concilium, Imò sub pœna excommunicationis latę sententiæ, ac summo Pontifici reseruatæ, & sub alijs, quas incurrunt rei Maiestatis, & Fautores hęreticorum, id expressè prohibetur. Deinde habemus ex Iulio II. in *extrauag. iniuncti*, quòd illi, qui id asserunt tacitè, vel expressè, verbo, vel scripto, vtique sunt habendi, & puniendi pro veris, & indubitatis schismaticis, & pro male sentientibus de Catholica fide, & in hoc *Turrecrem. multa ait in hac materia in summa c. 47. 48. & 49. omnino viden. & Azor. in secunda parte Institutionum Moralium, tit. de Roman. Pontific. auctorit. cap. 13. folio mihi 347. versiculo Tertio quæritur*, ait, quòd prouocationes ad futurum Concilium, vti detestabiles sunt damnãdę, in tantum, q̃ neq. Collegiũ, quouis quæsito colore ab ordinationibus, sententijs, seu mandatis Põtificũ appellationem interponere audere debet, & contra facientes, vnà cum fautoribus, & consilium, vel auxilium præstantibus, siue sint tabelliones, siue testes, vel Aduocati, Procuratores, vel omnes alij fautores nõn solùm pœnis, & censuris prædictis, sed etiam illis læsæ Maiestatis, ac hæreticæ prauitatis obnoxij esse debent, aliàs esset velle ponere duo Capita in Ecclesia Dei; Licèt sit bene verũ, quòd *idem Azor. ibi sup sub lit. D.* ait, contra sententiam Papę restitutionem in integrum fore concedendam, dicens, negari non posse, quin sententia Romanæ Sedis possit in melius commutari, sicuti id in ipso Domino euenisse probamus, qui interdum suam sententiam cominatoriam commutauit, vt videmus de cominatione Ciuitatis Niniuę, quam Deus, ob pœnitentiam commutauit, *cap. incommutabilis 22. quæst. 4.* Item habemus in *Isaia 38.* vbi fuit dictum, *Ezechiæ Regi; dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*, & tamen postea Deus prorogauit communionem suam in alios quindecim annos, quia erat conditionalis; nempè, si

non faceret pœnitentiam, *vt ait Francis. Marc.d.dec.*456.*n.*60.*p.*1. Vnde per consequens, pijssimis mentibus graue videri non debet,iudicium cuiuscumque retractari,quãdo veritas sæpius exagitata magis splendescit,*iux.text. in c.sententiam, & cap.veniam*,35.*quæst*.9.*& Marchesi.de commiss.par.prima,num.* 10.*cum sequentib.fol*.194.

Extende præterea, adeò Pontificis auctoritàrem in huiusmodi materia Conciliorum pollere,vt ille possit Concilio derogare,etiam si derogatio non sit expressa, sed generalis tantùm. Et ratio est, quia Concilium Tridentinum in *sess*. 25. *cap*. 21. *de reform.* vult, quòd in omnibus, quæ in eo continentur, salua sit semper auctoritas Sedis Apostolicæ, *vt ait Rota per Burattum dec.* 463. *num.* 4. *& ibi in addition. & in S. Angeli Pensionis* 16.*Decembris* 1594.*coram Card.Pamph. quem sequitur Rota in decis.* 179. *num.* 6. *& dec.*987.*num.*25.*par.*2.*recent.vbi aliæ decisiones allegantur Card.Caualer. decis.* 101. *num.*2.*& decis.*229. *num.*4. *& decis.* 601. *num.* 2. vbi limitat,id tamen procedere,quando apparet Papam voluisse derogare; Veluti de hoc apparere non diceretur,quando Papa derogaret Concilijs Synodalibus, & Prouincialibus tantùm, non autem Generalibus, quibus, quando derogatio sit necessaria expresse,*iuxta doctr.Archid.in cap.*1.*de constit. in* 6. tradit *Buratt.in sua decis.*452.*nu.*5. vbi firmat hanc opinionem procedere, quando in Constitutione Conciliari nõ est expressè reseruata auctoritas Sedis Apost. & ad id ibi allegat *dec.* 687.*n.*24. *p.*2.*rec.* Quinimò Põtificem decreris Cõcilij Generalis,etiam pertinentibus ad fidem non obligari,ex ea ratione, quia talia decreta Concilij, nisi sint confirmata à Papa certam, & firmam regulam non continent,*ait Azor.in præcitato loco*,vbi subdit,quòd illi, qui contrarium dicunt, eorum opinio solùm habet locum in illis decretis fidei,quæ antea auctoritate Romani Pontificis erãt confirmata;at secus in illis,quæ de nouo fiunt, & quæ nondũ à Romano Pontifice fuerunt approbata. Item,quòd Papa possit contra Apostolũ &aliquando contra generalem statũ Ecclesiæ, licèt non contra articulos fidei dispensare,neque minus iure Diuino derogare,quia illud vsq.ad sanguinẽ defendere tenetur,*ait idẽ Fran.Marc.d.dec.*456. *n.*22.ex ea ratione, quia licèt auctoritas Sanctorum præualeat in exponẽda sacra Scriptura,prçualet tamen illa Pontificis, in diffiniendis causis,*c.decretales*,20.*dist. & ibi glo.alleg.à Franc. Marc. ibi supra.*

239 Ratio igitur potissima illius secundæ, ac irrefragabilis opinionis, ea esse videtur, nedum , quia appellatio à Papa non bene cohæret, cum illius primatu,& potestate simpliciter summa, & suprema pro tota Ecclesia,& maximè,quia cum ea sit signum superioritatis,idcircò de illius substantia est, vt semper detur ad superiorem, & sic de minori ad maius Tribunal,veluti dixi supra *sub n.* 213. Verùm etiam,& multò magis ex altera,quia Cõcilium,etiam Generale,nullam habet iurisdictionem immediatè à Deo, sed totã accipit ab ipso Papa,in quo solo ex Christi ipsius dispositione residet tota; siquidem Christus nulli cœtui plurium illam commisit, sed soli Petro, & successoribus attribuit; nam vni Petro dixit: *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*, eidem quoque pari modo dixit: *Tu es Petrus , & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non praualebunt aduersus eam*, vt opprimè probat *Card. Bellarmin. lib.*2. *de Concil. cap.* 15.*& seqq.tom.*2.*Suar.lib.*4. *de legib. cap.* 6. *num.*2. *Salas. de legib.disput.*8 *sect.*3.*num.*25.*Bonacin. disput. de legib. quæst.prima,punct.* 3.*nu.*3. *Azor. in præcitato loco d. cap.*13.*quæst.*10.*&* 11.

Vnde quemadmodum fit impossibile, vt quãdiu aliquis est Papa non sit caput Ecclesiæ totius; & vt aliquem habeat super se,& non ipse sit simpliciter omnium primus,& supremus,cũ Dei,ac Papæ idẽ sit Consistorium, vt ait *Azor. & Franc. Marc.mox allegandi.* Ita quoque videtur impossibile,vt aliquem habeat verè Iudicem,ad quem , ab eo appellatio detur; Imò neque potest,etiam si velit,id per legem statuere, vt bene probat *Augustin. Triumph.de potest.Eccl.q.*6.*art.*7.*idem Azor.d.p.*2.*lib.*4.*c.*7.*fol.mihi* 265.*sub lit. E, & idem Francisc.Marcus dicta decis.* 456.*num.*19.

Et quamuis etiam possit in suis causis aliquem , quasi arbitrum constituere, siue

siue is, esse debeat aliquis priuatus, siue Concilium ipsum, illiusque sententiæ, aut arbitrio postea stare teneatur, iure ipso naturalis fidelitatis ex qua omnes tenentur stare promissis, vt animaduer tit *Bellarm. lib. 2. supra citat. cap.* 18. Non tamen potest aliquem constituere, vti verè Iudicem, & qui in ipsum verè ius habeat coactiuum, & ideò neque facere, vt ab ipso dabilis sit appellatio, & hæc est opinio ferè omnium Doctorum, tàm Iuris Pontificij, quàm Theologorum, & quidem magis veritati congrua; Alias magnum incommodum, & detrimentum reciperet dignitas Pontificia diuinitus constituta. Præterea videmus etiam, quòd veluti Vicarius Episcopi, aut Prætor à Rege, vel Imperatore creatus, absque ipsius Episcopi, Regis, vel Imperatoris assensu se alterius iurisdictioni submittere iure non potest, ergò multò minus Romanus Pontifex, qui est summus Christi Vicarius absque eiusdem Domini consensu. Vndè meritò ex prædictis dici solet primam sedem à nemine iudicari, veluti pluribus exemplis summorum Pontificum, hanc opinionem exornat *Azor. d. par. 2. lib. 4. cap. 7. vers. Sexto quæritur, fol. mihi 264. & seq. sub littera D, & E, idem ait Franc. Marc. d. dec.* 456. *nu.* 54.

Neque minus potest verificari contra Papam ea opinio, vt scilicet, tunc ab eo appellari possit, quando aliquid iustum Ambasciatori denegaret, quia cum ille semper præsumatur verè, & summè bonus; Idcirco in illius sacratissimi, ac immaculati pectoris scrinio, semper causa aliquid renuendi, seu concedendi venit præsumēda iusta, ac prorsus diuina resolutione munita, & ideò magis venit ampliãdũ in Sanctiss. Vrbano VIII. qui tam ritè, rectè, ac sanctè omnia disponit, & intrepidè, pro bono publico S. Sedis Apostolicę se gerit, & maximè vbi essemus in his, in quibus non vrgeret timor scandali, vel perturbationis totius Status Ecclesiæ, *vt ait idem Franc. Marc. dicta dec.* 456. *n.* 38. *& est text. in cap. non nos, 40. distinct. vbi glos. facit text. in l. relegati, & ibi glo. ff. de pœn. Innocen. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. & Cyn. in l. rescripta, C. de precib. Imper.* & hinc propterea fit, quod illi non potest replicari, cur ita facis, sed prorsus illius mandatis, obtemperandũ venit. Imò veh illi, qui illius attestationē arguere, aut eiusdem met dispositionem frustratoriā reddere, aut directè, vel indirectè illam quouis modo corrigere auderet, iuxta ea, quæ ait *Capic. in dec,* 51. *n.* 13 *& in decis.* 166. *num.* 8. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 14. *num.* 14. *& Card. Seraph. decis.* 356. *num.* 3. *& Rota decis.* 115. *nu.* 6. *par.* 2. *recentior.* Et propterea videmus, quòd Papa, Imperator, aut alter supremus Princeps, non potest vti suspectus recusari ex quacumque prætensa iusta causa, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaccio in secunda parte Fragmentorum criminalium num.* 721. *fol. mihi* 92.

Illa verò, quæ fuerunt dicta pro prima opinione, Declara procedere tantùm in casu hæresis, & non ob alia delicta, & ratio ea est, quia hæreticus seipsum ab Ecclesia segregare, & abscondere dicitur. Vnde qui se spōte ab Ecclesia subtraxit, meritò si illius Pontificatus abrogetur, & quod hoc sit verum, videmus, quòd licèt Pontifex deprauatis moribus viueret, & bono exēplo suæ vitę minimè prędictus esset, tñ tolerandus est, neque sua potestate, ob id venit priuandus, sed potius debet orari pro eo, vt resipiscat, & ad meliorem vitæ frugem se se reducat, secus autem, si hæreticorum fautor, defensor, adiutor, & receptator detegeretur, quia tunc, si monitus pertinax sit, & non corrigatur à Pontificatu, ob causam hæresis deijcererur; dummodo tamē crimen esset notorium, vel per euidentiam facti, siue per propriam in iudicio confessionem, aut si de crimine esset in iudicio conuictus, veluti de his omnibus latè tradit *Azor. d. p. 2. lib. 4. c. 7. tit. de Rom. potest. Pontif. abrog. fol. mihi* 264. *sub lit. A, & B. & Fran. Marc. d. dec.* 456. *n.* 49. *&* 55.

240 Vnde tenendo hanc secundam opinionem, vti verissimam, Extende eā quoque procedere in appellante à Curia Romana, ad Concilium Regium, qui incidit in pœnam excommunicationis ipso iure, *vt ait Rota per Buratt. in sua decis.* 416. *num.* 2. *& seq. & in addit. sub litt. A,* Secus contingeret in appellante à Concilio Generali, in quo solũ Papa pręsidet, per Legatos suos, quia tũc quis nō prohibetur ab eo ad ipsum Ro. Pontificē appellare, veluti prohiberetur è cōuerso, ex ea rōne, quia ille omnes iudicat, sed à nemi-

nemine iudicatum, *vt ait Azor. in prę- citato loco cap. 13. fol. 347. & ſeq. ſub literà D.*

241 Amplia decimoquintò, quòd appellatio datur à pronunciatione competentiæ, vt ſi quis declaret ſe eſſe Iudicem competentem, vel incompetentem, *vt ait Gaſpar. Guliel. decif. 197. par. 4. & cæteri Doctores allegati in vna Cracouien. nullitatis Veneris decimaquinta Martij 1591. coram Gipſio, & in Americna Canonicatus Veneris vigeſimanona Octobris 1593. coram eodem, & in alia Lunen. benificiorum Mercurij ſexta Iunij 1607. coram Cardinali Caualer. Riccius in ſua collectanea 166. verſ. Item à ſententia, & Miſinger. cent. tertia obſeruat. 35. Gaſpar Guliel. decif. Rotæ Spiren. 169. par. ſecunda, & decif. 178. par. 3. Franc. Marc. decif. 498. par. 2. & prius decif. 292. num. 6. par. prima, Ioachin. Miſinger. decif. 35. Camera Imperialis parte ſecunda, Amat. decif. 76. Rotæ Marchia, & Andr. Gail. decif. 130. par. prima, & Marta in ſua compil. decif. in verb. Appellatio cap. 87. tom. primo, Guidopap. decif. 10. & Riccius Collectanea 1306. in princ. d. par. quinta, & Gam. decif. 159. & Rota in Zamoren. profeſſionis Veneris 17. Iunij 1622. coram Vbaldo, & Cardin. Caualer. dec. 2. num. 8.*

242 Et ratio eſt, quia iſto caſu grauamen, non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, *idem Riccius dicta collectanea 1306. par. quinta, Scacc. de appellation. quæſtione decima ſeptima, limit. 6. memb. 7. num. 47. & ſeq.*

243 Extende idem procedere, etiam ſi eſſemus in caſibus, in quibus de iure appellatio eſſet prohibita; quia nihilominus in illis etiam de incompetentia Iudicis apponi poteſt, *vt ait Grat. lib. 1. diſc. cap. 154. nu. 9.* veluti fieret, ſi tacitè iſta pronunciatio à Iudice fieret, nempè ad vlteriora procedendo, quia tunc ſe competentem pronunciaſſe cenſeretur, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decif. 134. num. 2. & 4. & per Card. Caual. decif. 2. num. 8.*

244 Contrarium tamen ait *Gam. decif. 159. & Amat. decif. 86.* vbi dicunt appellatione non dari à ſententia, in qua quis Iudicem competentem ſe dicit, *vt refert Riccius vbi ſupra,* & id eò magis procederet, veluti ſi eſſet orta diſcordia inter duos Iudices ordinarios, ſiuè delegatos, & Iudex Superior pronunciaret quis eorum eſſet competens, quia tunc partes ab huiuſmodi pronunciatione appellare non poſſunt, *ut dicunt Adden. ad dictam decif. Buratt. 134. num. 13. & plures ad id allegat Euginell. in ſuo tract. de appell. §. 2. cap. tertio, num. 188. & Scaccia de appell. d. memb. 7. nu. 66.*

245 Sed tenendo primam opinionem vti veriorem, extende eam, procedere, ſiuè Iudex expreſſè pronunciet ſuper competentia, ſiuè tacitè per proceſſum ad vlteriora, *Grat. lib. primo diſcept. cap. 74. & 76. num. 1. Miſing. obſeru. 35. cent. 3. & Riccius dicta collect. 1306. in principio, & Rota decif. 444. n 6. par. 1. diuer.* Et ratio eſt, quia tunc Iudex ad vlteriora procedendo ſe competentem pronunciaſſe cenſetur, vt dixi, &, *vt ait Rota per Buratt. d. decif. 134. n. 2. & 4. & per Card. Caual. decif. 2. num. 8.*

246 Quinimo id etiã procederet ſtante ſtatuto appellationẽ prohibente, *vt ait Gratian. & alij ſuperius allegati.*

247 Extene ſecundo, dictam opinionem in tantum eſſe veram, vt propterea appellatio ſuper competentia interpoſita ſuſpendat iuriſdictionem, & cauſet attentata, *vt fuit dictum in dicta Licien. beneficiorum coram Cardinali Caualerio quæ eſt decif. 2. in impreſſ.*

248 Extende tertio, quòd in competentia alicuius Iudicis à quolibet allegari poteſt *vt ait Magon. decif. Lucen. 36. numero 6.*

249 Extende quartò, quòd etiam ea detur in cauſa, in qua fuerit prorogata Iuriſdictio, licèt id procedat in illis terminis, de quibus loquitur *Gratian. lib. 3. diſcept. cap. 467. num. 9.* Nam regulariter à dicta prorogatione appellatio non datur, *vt ait Bart. Iaſ. & Ang. alleg. à Grat. ibi ſupra,* ſed in materia declarationis competentiæ, vel incompetentię, quando, ſcilicet appellatio ſit ſuper ea admittenda, vel non, diſtingue cum *Marta in ſua compilatione decif. in verbo Appellatio cap. 149. tom. primo, & ibi allegat. Gamm. decif. 159.* Item quid ſit opus ad effectum concedendi manutentionem ſuper exercitio Iuriſdictionis & an ſola aſſiſtentia, abſq. vlla poſſeſſionis

nis probatione sufficiat, *vide quæ dixi in verbo Assistentia conclus.* 157. *fere in fine.*

250 Extende hic obiter quinto, quod appellatio detur etiam in casibus, in quibus est de iure prohibita, vt si Iudex pronunciaret probationes esse reijciēdas, *vt ait Surd. decis. 36. num. 2. cum seqq.* veluti dicitur etiā in omni alio casu, vbi grauamen per diffinitiuam reparari nō potest, *idem Surd in precitato loco num. 6. & seqq. & Rocciius in dicta collectanea* 166. *par.* 1.

251 Subextende primò, dictam quintam extensionem in tantum valere, quòd immò causa appellationis admittit probationes nouiter recepta iuxta regulam, (Non deducta deducam, & non probata probabo) *Gratian. lib. 4. disceptat. cap.* 681. *num.* 28. *idem ait Rota per Cardinalem Seraph. decis.* 575. *num.* 4. *& decis.* 618. *num.* 8. *par.* 2. *in recent.*

252 Subextende 2. procedere, quādo ageretur de iniustitia sententię, siue de illius nullitate (& quòd amplius est) id procedit etiam, si statutum adesset, vt in causa appellationis probationes non reciperentur, *vt ait Grat. lib. 5. discept. cap.* 912. *num.* 10. & 21. *& prius lib. 2. cap.* 263. *num.* 27. *& cap.* 269. *num.* 4. *& in lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 16. *&* 41. *& ibidem cap.* 76. *num.* 11.

253 Vnde hic erit notandum, quòd vbi appellatio est remota, aut non permissa, tunc sententiæ, etiam iniquę, in rem iudicatam transeunt, *vt ait Rota decis.* 37. *num.* 4. *lib.* 2. *diuers.*

254 Extende tertiò, quando essemus in citatione peremptoria in qua dilationes à iure requisitæ abbreuiantur, absque expressione causę, cur ita deuertentur, quia tunc de Iure appellatio datur, cum peremptorium, non nisi ex causa expressa coarctari possit, *vt ait Verall. decis.* 38. *par. prima.*

255 Subextende 4. quòd appellatio vice versa quoque erit necessaria ab admissione exceptionis, nec sola oppositio sufficit, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap.* 301. *num.* 14. *cum multis ibi per eum allegatis.*

256 Subextende quintò, quòd appellatio possit interponi à processu ad ulteriora, per quem Iudex censetur reijcere exceptionem dilatoriam; *vt ait Rota decis.* 444. *par.* 1. *diuers. num.* 6.

257 Declara tamen primò, quòd dicta regula (non deducta deducam, &c.) non habet locum in eo, quod postea probatum non releuat, *vt ait Cæsar de Grass. decis* 2. *de dilat Caputaq. decis.* 14. *num.* 3. *& decis.* 66. *par.* 3. *& Rota in decis.* 589. *sub num.* 1. *par.* 2. *in recent* vbi firmat, quòd isto casu esset deneganda remissoria.

258 Declara secundò, contraria procedere in sententia interlocutoria, quæ ex actis prius deductis iustificanda venit, *vt ait Afflict. decis.* 79. *num.* 3. *Capicc. decis.* 5. *num.* 14. Secus autem, si reus aliquid de nouo in causa appellationis produceret, quia tunc licitum erit etiam actori deducere de nouo ad elidendum id, quod fuit à reo productum, vt latè dixi supra in verb. *Actor*, quod procedit etiam non obstante clausula (si quid exequēdum) *vt ait Cęsar. de Grass. decis.* 1. *n.* 7. *de Iud. & ita fuit dictum in Ramana pretij fundaci* 1. *Iunij* 1607. *coram Manzanedo, & in alia Romana pecuniaria de Sacbettis Sabathi* 26. *Nouēbris* 1611. *corā Card. Caualerio, quæ est in eius impressis dec.* 173. *num.* 1. *& seqq.*

259 Subextende sextò, dictam quintam extensionem procedere, etiam si Iudex tacitè, vt diximus, reijceret exceptionē procedendo ad vlteriora, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap.* 762. *num.* 3. *&* 4. *Idemq. dicunt adden. ad Mag. dec. Lucen.* 3. *vers. recurrendo, in litera C.*

260 Amplia 16 appellationē esse permissam à sententia in qua pronunciatur quē esse instituendū, licèt secus esset, si id pronunciaretur per decretum, quia tunc ab eo appellatio non admitteretur, *vt distinguit Benintend. in sua decisione* 79. quam quidem distinctionem sępè obseruauit *Rota, & signanter in Bergomēn. prçeminentiarum* 16. *Iunij* 1606. *coram Mazanedo, & per Coccin. in sua decis.* 441. *per tot. & fuit dictum in Florentina Iurisdictionis* 28. *Aprilis* 1606. *corā Gregorio, & in alia Gerunden. Beneficij* 26. *Nouemb.* 1612. *coram Card. Verospio, & coram eodem in Hieracen. Pretensi iuris patronatus* 14. *Maij* 1614. *quæ est in recen. decis.* 598. *num.* 3. *& Borel. in sua summa decis. tit.* 33. *de appellation. nu.* 107. *cum seq. & Rota in Tropien. Iurispatronatus*

tronatus Lunæ 9. Maij 1602. coram Cardinali Caual. & Buratt. decis. 525. num. 1. vbi ait, id tamẽ procedere, vbi iudicialiter fuit processum.

261 Extende primò, id etiam procedere, & è cõuerso, nempè adnegata institutione, à qua appellatio datur, *vt ait Rota decis. 156. num. 5. par. 2. in recent. & Borell. ibi supra num. 109.*

Declara tamen id esse verum, quando institutio esset facta cũ causæ cognitione, & sic vocatis vocãdis, quia tunc vim diffinitiuæ haberet; Secus autem, si è contrà, quia tali casu diceretur interlocutoria, veluti dicitur de confirmatione facta sine contradictione, atque causæ cognitione, quia vti actus extraiudicialis vim diffinitiuæ non haberet, *vt fuit dictum à Rot. per Buratt. in sua decis. 35. num. 1. & 2. & in Bononien. Parochialis coram Card. Sacrato, quæ est penes Marchesi. par. 2. fol. 37. num. 3. de commiss.*

262 Extende secundò prædictam ampliationem procedere etiam, quando essemus in collatione à Vicario Episcopi facta, quia tunc ab ea appellatur, nisi ius conferendi in facultatibus haberet, *vt ait Rota in decis. 5. de offic. Vic. in nouis.*

263 Extende tertiò, procedere etiam à collatione Ordinarij, à qua apellatio conceditur, *vt ait Vrsill. & Lancellotus allegati à Rota in dicta decis. 156. num. 5.*

264 Fallit tamen primò dicta ampliatio, quando appellatio esset extraiudicialis, quia tũc illa ab institutione nõ daretur, *vt fuit dictum in vna Bononien. Paroch. Lunæ 7. Maij 1607. coram Card. Sacrato, quæ est apud Marches. de comiss. in 2. par. fol. 31. num. 2.* Secus verò, si appellatio esset iudicialis, quia tunc ea attentata causaret, *Rota decis. 30. de appellation. Achil. dec. 26. eod. tit.*

265 Fallit secundò, veluti si essemus in sententia A. C. super immissione in possessionem beneficij, litteras Apostolicas exequendo, quia tunc ab ea appellatio non admittitur, quoad effectum suspensiuum, *vt fuit dictum in Fauentina Monasterij 15. Decembris 1603. coram Cardin. Seraphino, quæ est apud Marches. de comiss. par. 1. fol. 473. num. 2. & in eius impressis decis. 1484. num. 2. & 3.* & ibi propterea subiungit, quòd in commissione appellationis, à sententia executoris solet apponi clausula, Sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, vel altera, Parito Breui; Et ratio est, quia dictæ litteræ paratam executionem habẽt, *vt ait Mohedan. decis. 13. vt lite pendent.* & ideò Iudex in responsione, Apostolorũ debet dare refutatorios, *vt ait Rota ibi coram Card. Seraph.*

266 Amplia decimoseptimò, quòd appellatio detur, quando Ordinarius expresse recusat, vel denegat sententiare, *vt fuit dictum in Feltren. Canonicatus Veneris 5. Decembris 1603. coram Ortembergo, quæ est in dicta 2. par. Marchesan. fol. 84. num. 5. & ueluti dixi inferius sub n. 588.*

267 Amplia decimooctauò quòd ea sit admittẽda, quando Ordinarius malitiosè differat collationem, dum odo tamen de illius negligentia per trinã interpellationem probetur, quia de ea non arguitur per modum querelæ, per termini præfixionem, quo elapso, si instituere renuat, tunc causa deuoluitur, *vt fuit dictum in dicta Feltren. Canonicatus coram Ortembergo.*

268 Amplia decimononò, quòd appellatio detur ab electione facta in concursu de aliquo beneficio, & tam quoad deuolutiuum, quàm etiam ad suspensiuum effectum, *vt ait Rota decis. 537. num. 2. & 3. par. prima in recent. & prius decis. 351. num. 1. dicta par. prima recent. & Borell. in sua summa decis. tit. 33. de appellat. num. 110. cum sequentibus.*

Veluti eodem modo dicitur de sententia, in qua pronunciatur præsentatum esse instituendum, a qua pari modo appellatio datur, *vt ait Rota decis. 638. nu. 3. par. 3. recent.*

269 Declara tamen primò, quòd appellatio a decreto examinis eorum, qui ad beneficium idonei, vel non idonei reperti fuerunt, debet esse expressa, nec sufficit tacita, quia huiusmodi decreta vim interlocutoriæ habent, *vt ait Rota in decisione 591. num. 3. par. prima in recentior.*

270 Declara secundò, quòd appellatio à collatione beneficiorum, nõ extenditur ad decretum ab examinatoribus factum, *vt ait Rota dicta decis. 591. num. 4.*

271 Contrarium, quòd scilicet appellatio non detur a collatione Parochialis, quoad

ad effectum suspensiuum, *ait Rota decis. 656. num. 1. par. 1. in recent.*

272 Concorda tu tamen, quòd, scilicet prima opinio procedat, quando agitur inter Præsentatos, vel Patronos laicos, vtpotè super Iuris patronatus pertinentia, quia tūc ab institutione facta ad præsentationē alicuius ex Patronis daretur appellatio, & sic possessio per appellationem suspendi deberet, *vt tenuit Rota in Lucana Plebis 18. Iunij 1571. coram Cardin. Lancellotto, & in Compostellana Parochialis 3. Iunij 1588. coram Card. Platto, & in alia Toletana Parochialis 7. Iun. 1609. coram Pamphilio;* Licèt tū secus esset, quando ageretur de secunda præsentatione à vero patrono facta, à qua appellatio non datur, *vt ait Fran. Marc. decis. 481. num. 14. par. 1.*

Secunda verò opinio procedit, quando facto concursu appellatur à mala electione, quia isto secūdo casu non admittitur appellatio, quoad effectum suspensiuum, sed deuolutiuum tantum, *ex dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 18. vers. in omnibus, de reformat.* Et super hoc extat quoque Bulla Pij Quinti de conferendis Parochialibus, *quæ est in Bullario 64. inter Constitutiones dicti Pontificis, & idem ait Rota in dicta decis. 656. num. 2. par. 1. in recentior. & per Gregor. decis. 538. num 7. & Garz. de benef. cap. 2. num. 246.*

273 Quod tamē declara verum, si intelligimus de appellatione interposita ab electione Ordinarij; Secus autem, qñ essemus in sententia Metropolitani in prima instantia, siue alterius Iudicis appellationis, quæ esset reuocatoria præelectionis Ordinarij, quia tunc appellatio, quoad vtrumque veniret admittenda, *vt ait Rota decis. 537 per totam par. 1. in recent. & penes Baratt. in sua decis. 22. num. 1. & ibi per addentes num. 38. & penes Gregor. in decis. 538. & ibi in addition. num. 8. & in Hieracen. Iurispatronatus 20. Maij 1622. coram Buratto, & in alia Pampilonen. Parochialis de Leya 30. Ianuar. 1626. coram eodem, & in decisione 40. num primo, parte prima in recentiorib. & latè Gonzal. ad regul. oct. auā, Lancell. glo. 6. num. 163. cum infinitis seqq. Garz. de benef. par. 9. c. 2. num. 247. & Gutier. canon. qq. lib. 2. cap. 11. nu. 25. & pract. quæstionum lib. 1. quæst 146.*

274 Et ratio diuersitatis, inter istas duas electiones, duplex esse videtur, & prima, ne parochiales diù remaneant insuspenso, in maximum animarum detrimentum, cum damnosa sit Ecclesiarum vacatio, quod quidem facile sequi posset in electione à Metropolitano facta, ob maiorem distantiam regionis, & hinc propterea fit, quòd licèt dicta constitutio Pij Quinti appellationem à mala electione permittat, prohibet tamen sequestrum, & prouisum, appellatione pendente, ab eadem Ecclesia amoueri, *vt ait Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 77. num. 21. & seqq.* & quamuis *sub num. 28. & seqq.* videatur sentire contrarium, tñ inferius *sub num. 276.* prædictas opiniones optimè cōcordare valemus. Altera verò ratio diuersitatis prędictę, ea est, quia Ordinarius est magis instructus de uita, & moribus, nec non qualitatibus concurrentium, quàm sit Metropolitanus, qui non nisi de eorum scientia, ob examen informatus censetur, & proprerea hinc fit, quòd prouisus ab ordinario, pēdente appellatione, ab illius mala electione nō det à Parochiali amoueri, cum ab ea nō detur appellatio, quo ad effectum suspensiuū, sed deuolutiuū tm; & maximè, quia prouisus ex electione pro se iuris præsumptionem habet, *vt ait Marescot. mox allegandus,* At secus ab ea Metrapolitani, *vt ait Rot. per Gregor. dec. 538. num. 8.* & id pręcipuè ex dicta constitutione Pij Quinti procedere videtur, *vt dicunt Put. decis. 395. num. 2. lib. 3. & Rota in Rauenaten. coram Card. Arigonio, & in alia Nullius coram Gregorio Decimoquinto allegatis à Rota in dicta dec. 538. num. octauo, Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 52. num. 23. & seq. & Rot. in Hieracen. Iurispaatronatus 20. Maij 1622. coram Buratto, & in alia Pampilonen Parochialis de Ieya 30. Ianuar. 1626. coram eodem, & decis. 40. num. 1. par. 1. recen.* licèt non sit verisimilis ignorantia in Archiepiscopo, circa colationem beneficiorum in sua Prouincia, *vt ait Buratt. dec. 479. num. 15.*

275 Et ratio rationis prędictorum, ea est, quia ordinarius tenetur inuigilare circa curam suarum ouium, quod onus non est in Metrrpolitano, qui non nisi in sub-

sidium

fidium illas corrigere, & custodire tenetur, *vt dicam in verbo Archiepiscopus*.

Et propterea ex prędictis hic opportunè infertur, quòd Ordinarius vti informatus de qualitatibus personarum, & statu Ecclesiarum suarum motu proprio prouidet Ecclesijs, licèt tamen non personis, *vt fuit resolutum in Leodien. Canonicatus sancti Dionysij 27. Mar. 1623. coram Coccino Decano, & in eadem 25. Maij 1626. coram Pirouano, Rota decisione 190. num. 1. par. secunda in recentior. & per Cardinalem Seraphinum dec. 1026. num. 3. & decis. 1467. num. 1. & postea in Placentina Canonicatus 14. Ianuarij 1600. coram Cardinali Lancellotto, & in Pampilonen. de Aguero 12. Iunij 1609. coram Ortembergo, & in Nullius beneficij S. Sixti 26. Iunij 1615. coram Card. Sacrato*.

Et hinc etiā fit, quòd prouisus ab Ordinariio vti informato, non tenetur iustificare illius gratiam, etiam si Ordinarius vigore indulti prouideret, quia nō per hoc tamen cessat prouidere motu proprio, *vt fuit dict. in dd. Leodien. Canonicatus coram Coccino, & Pirouano, & Puteus dicta decis. 395. lib. 3.* Licèt tamen secus esset, quando Ordinarius ad preces prouisi prouideret, vel si ageretur de excludendo prouiso Apostolico de beneficio, vti de reseruato in vim alternatiuæ, quia tūc prouisus ab Ordinario solū teneretur probare vacationem in mense Ordinarij, in quo illius intentio fundatur, *vt fuit dictum in Placentina Cappellania 13. Maij 1604. coram Cardinali Pamphilio. Put. decis. 206. lib. 3. Marescot. variar. resolution. lib. secundo, cap. 2. num. 179. & Rota in Cusentina Beneficij Luna 22 Iunij 1620. coram Buratto*.

276 Sed redeundo ad illam contrarietatem opinionum super eo, an à collatione beneficiorum Parochialium detur appellatio, nec ne; Rursus concorda, vt scilicet prima opinio procedat, quando constat Episcopum dolosè, & irrationabiliter iudicasse, & elegisse, & de ea multum clarè appareret, *vt ait Rota dec. 219. nu. 1. par. 3. recent. & fuit dictum in Pampilonen beneficij 17. Maij 1577. coram Cardinali Blanchetto, & in Calaguritana beneficij de Guaccis Mercurij prima Februarij 1612. coram Gregorio X V. qua est in eius impressis decis. 538. num. 5. & Rota dicta decis. 40. num. 1. par. 1. in recent. & decis. 654. num. 4. par. 4. in nouiss. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 52. num. 23. & 24. & decis. 36. num. 1. par. 2. in recent. & est decis. 223. num. 6. inter crim. Farinac.* Licèt de huiusmodi dolo, & irrationabilitate liquidò constare debeat, *vt animaduertit idem Marescot. dicto cap. 52. num. 24. & pulchrè ait Rota dicta decis. 40. num. 1. & dicta decis. 223. nu. 6. inter criminal. Farinac. in vna Camerinen. Concursus coram Ortembergo*. Secunda verò opinio procedit regulariter, & quando dolus Ordinarij non concurrit, *vt ait Rota dicta decis. 40. num. 1. par. 1. in recentior.*

Neque ad redarguendum Episcopum de irrationabilitate aliquid facit, quòd ille reprobauerit eum, quem examinatores magis idoneum declarauerint, quia ad examinatores non spectat de maiori aptitudine iudicare, sed ex Concilio, & constitutione Pij Quinti, id totum relinquitur iudicio Ordinarij, qui propterea possit reiecto magis idoneo per examinatores approbato, eum, qui sibi magis idoneum videbitur, eligere, *vt fuit dictum in Eugubina Parochialis 13. Ian. 1623. coram Remboldo*.

277 Vndè in dubio pro Iudicio Ordinarij super electione venit præsumendum, *vt fuit dictum in vna Rauennaten. Parrochialis 2. Decembris 1592. coram Cardin. Arigonio, quæ est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 290. num. 5.*

278 Et sic sufficit idoneum, & dignum eligere, etiam omisso magis idoneo, & digniori, *vt ait Rota dicta decis. 36. nu. 2. & 3. & ibi docetur* ex quibus dolus Ordinarij excludatur, *& ita vltimò loco fuit resolutum à Rot. in Vrbinaten. Parochialis 12. Feb. 1629. coram Verospio &* ibi ait, id arbitrio Ordinarij, vti de illius qualitatibus magis informato remirendum venire.

279 Declara tn̄, ꝙ ille nō dicitur simpliciter dignior, qui est doctior, vel Sanctior, quia nō solū præ oculis debet haberi litteratura in concursu, sed qui iuxta munus, cui præficiendus est aptior illius ministerio apparet, & est magis moribus imbutus, ita vt talis sit præferendus, ait ex sententia Diui Thomæ *Couaruu. in*

Reg.

Reg. Peccatum 2 par. §. 7. num. 4. vers. dignior verò, & Rota in Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1594. coram Card. Arigonio, & Greg. dec. 11. nu. 5. & in Nullius Parochialis seu Concursus 4. Decembris 1610. coram eodem Gregorio allegata à Rota in dicta decis. 537. nu. 14. par. 1. in recent. Vndè ille aptior dicetur in quo concurrunt maiores qualitates, & quæ alij eum digniorem reddunt, & id ex constitutione Concilij arbitrio Ordinarij remittendum venit, *vt fuit dictum in Eugubina Parochialis Sancti Vincentij 13. Ianuarij 1623. coram Remboldo, & in illa Vrbinaten. Parochialis 13. Februarij 1629. coram Cardinali Verospio*, fuit resolutum quod, quando in concurrentibus pares qualitates concurrerent, tunc est in arbitrio Ordinarij cui voluerit gratificari, & in hoc pulchrè ait *Gonzal. super regula 8. glo. 4. num. 124.* item, quando quis dicatur dignior *vt ait Buratt. decis. 362. num. 10.*

280 Extende illam secundam opinionem procedere, etiam in relatione examinatoris in concursu alicuius beneficij facta, à qua appellatio non datur, *vt ait Gratian. decis. 97. num. 17. & Rota per Gregorium decis. 515. num. 2.*

281 Quòd tamen intellige non procedere, quando, verbi gratia, examinatores solum vnum approbarunt ad beneficium simplex, & non ad Curatum, *vt ait Rota per dictum Gregor. decis. 527. num. 1. & prius in decis. 515. num. 4.* vbi habetur quòd, quando sumus in beneficijs simplicibus patrimonialibus, de quibus fieri debet prouisio per concursum, in vim alicuius particularis constitutionis, veluti sunt beneficia diœcesis Calaguritanæ, tunc in illis appellatio non admittitur; secus autem in Parochialibus in vim dispositionis Sacri Concilij superius allegati, vt benè declarat *Gonzal. super regul. 8. in annotat. super nullitate num. 133. & 134. Rota decis. 10. par. 2. diuers. Garz. de benef. par. 9 cap. 2. num. 242. & seq.* & quod in istis terminis detur appellatio fuit decisum in *Calaguritana de Munilla 15. Iunij 1612. coram Coccino, & prius in alia Calaguritana beneficij de Alexon. 9. Februarij 1610. coram Pamphilio*, vbi fuit dictum appellationem esse admittendam ad effectum faciendi nouum examen, & benè quidem, quia examen nouum est modus verus detegendi iniquitatem, & examinatorum iniustitiam, *vt ait Rota per Gregor. decis. 538. num. 2. & Rota decis. 351. n. 1. par. 1. in recent.*

282 Sed est benè verum, quòd nouum examen deberet fieri incontinenti, ad hoc, vt grauamen examinatorum detegatur; alias si ex interuallo fieret, tunc illius litteratura augeri posset, & sic doctus fieri, quòd esset contra dispositionem *c. si eo tempore*, & ibi *glos.* in verbo, *effectus, de rescript. in 6. vt ait Rota ibi coram Gregorio, & decis. 18. de concess. præbend. in nou. & decis. 505. num. 4. par. 2. in recentior.* vbi ait, quòd litteratura est habitus acquisitus, & non innatus, & propterea non potest inferri de tempore præsenti ad præteritum. Vndè in tali occasione erit cautela, vt appellans statim Iudicem appellationis adeat, & examini nouo se offerat, quia tunc ei non erit imputandum, si statim non fuerit examinatus, *vt ait Rota per Cardin. Seraph. decis. 968. num. 7. & fuit dictum etiam in illa Calaguritana de Munilla coram Coccino, & in alia Calaguritana Beneficij de Iuen maior Lunæ 13. Ianuarij 1614. coram Buratto, & in alia Paduana Coadiutoriæ 6. Nouembris 1623. coram Merlino.*

Vnde nota, quòd in hac materia tempus quindecim mensium fuit consideratum esse breue ad hunc effectum, *vt ait Rota per Gregor. decis. 527. & 538. & in alia Calaguritana de Munilla 15. Iunij 1612. coram Coccino Decano, & postea in Nepesina Canonicatus 28. Februarij 1625. coram Merlino.*

283 Quamuis tamen hæc opinio prorsus non mihi satisfaciat, quia vltra quòd iste appellans præsumitur habuisse tantum temporis, intra quòd potuerit se in litteratura exercere, deinde vexatio semper solet tribulatis intellectum tribuere, quod tamen secus esset, vbi maior pars illius intermedij temporis fuisset in lite consumpta, quia tunc cessaret prædicta præsumptio, *vt fuit dictum in Calaguritana beneficij Lunæ 13. Ianuar. 1614. coram Buratto, & per Gregorium decis. 527. num. 3. & ibi per addent. num. 5. & in decis. 538. nu. 4.*

284 Sed in omnem euentum, vltra quòd appel-

appellatio datur ad effectum faciendi nouum examen, *vt fuit dictum in vna Calaguritana beneficij de Alexon. 9. Februarij 1610. coram Pamphilio.*

285 Præterea hic notandum erit in proposito appellationum contra electiones, postulationes, & prouisiones interpositarum, quòd scilicet isti appellantes teneantur exprimere omnia quæ obijcere intendunt contra formam, & personam, & iurare, quòd illa credunt esse vera, & illos eadem posse probare, *vt est text. in c. vt circa de electione in 6.* licèt tamen in pluribus casibus id non procedat, & primò in appellatione Iudiciali, *vt ait Farstol in sua decis.* 52. Secundò, non procedit vbicumque crimina, vel defectus nõ opponuntur, *vt ait Rota decis. 16. de except. in antiq.* Tertiò, non habet locum ille textus, si articuli sunt probati, vel pro probatis habentur, quia quòd per se patet non est necesse amplius probare, *Rota decis. 13. de testibus in antiquis.*

286 Rursus, quòd huiusmodi appellatio ab electione interposita debeat causas continere, & quod iurandum sit, *ait Rota decis. 2. de elect. num. 2. in nouis.*

Sed pro coronide, atq. ornamento istius ampliationis opus erit scire, ꝙ ab huiusmodi electione eò magis erit admittenda appellatio, si concursus fuisset factus coram examinatoribus extra synodum confirmatis, quia tunc ex declaratione Sacri Cõcilij esset inualidus, & collatio in vim illius facta redderetur nulla, quod enim procedit etiam, si vnus tantùm ex illis non esset examinator Synodalis, licèt tamen id falleret, si infra annum à celebratione synodi electio facta fuisset, quia tunc ex constitutione Clementis Octaui, Episcopi possunt intra annum tantum illos deputare à synodo celebrata, aliàs eo elapso Episcopi auctoritas expirat, *vt ait Rota per Burat. in decis. 479. num. 1. & seq. & in eadem 6. Martij 1623. coram Vbaldo, & in alia Nicien. Parochialis 25. Iunij 1629. coram Card. Virili.* Vndè notandum hic erit, quòd examen non factum ab examinatoribus synodalibus, nedum erit nullum, sed etiam erit talis prouisio indè secuta, licèt secus, quando illi essent loco mortuorum electi, *vt ait Rota in Panormitana Archipresbyteratus Lunæ 3. Dec. 1618. coram Burat.* Veluti eodem modo quoque esset examen nullum, quando ab examinatoribus non fuisset præstitum iuramentum iuxta formam Sacri Concilij Tridentini, & Constitutionem Pij V. *vt fuit dictum in Ilcinen. Parochialis 4. Iulij 1629. coram Card. Verospio,* licèt tñ isto casu sufficeret, si p examinatores fuisset præstitum generale iuramentum, quando fuerunt in synodo deputati, cũ non sit opus illud in quolibet examine præstare *iuxta tradita per Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 359. & Loterius de re benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 94. & Rota in dicta Panormitana Archipresbyteratus coram Buratto.*

287 Amplia 20. quòd appellatio admittitur à sententia priuationis beneficij, ob non residentiam, etiam quo ad effectum suspensiuum, Quod tamen intellige verum, quando Iudex nulliter ad priuationem processit, & ille qui fuit priuatus nunquam habuit se pro spoliato, quia tunc in causa appellationis poterit manutentionem petere; alias à tali sententia priuationis beneficij, ob non residentiam non daretur, *vt fuit dictum à Rota per Card. Caualer. dec. 315. num. 2. & in his terminis in vna Nollien. beneficij coram Coccino Decano, & in alijs inferius allegandi.*

288 Secus autem, quando Iudex validè ad priuationem processit, quia tunc appellatio non suspenderet iudicatum, *vt ait Rota in Tullen. Parochialis Mercurij 28. Maij 1614. coram eodem Coccino, quæ est decisio 609. nu. 1. par. 1. in recent. facit etiam decis. 546. num. 8. & 12. dicta par. 1. recent.* vbi fuit dictum, quod appellatio non admittitur à sententia quę celeritatem desiderat, vt est in Cura beneficij, cuius enim seruitio semper inhærendum est, *Card. Seraph. decis. 1546. per totam & Rota decis. 742. num. 1. par. 2. in recent. & decis. 632. num. 3. parte prima.*

289 Sed ad hoc notandum tñ erit, ꝙ priuatio contra absentem facta sustineri non potest, nisi prius trina citatio per edictum fuerit facta in loco beneficij, imò cum postea per sex menses Ordinarius expectare debet, *vt fuit dictum in Terdonen. Præpositura 1. Decembris 1600. coram eodem Coccino.* Sed si fuerit facta

trina

trina monitio, & Iudex distulerit proferre sententiam, tunc ab hac tarditate appellatio datur, *vt ait Franc. Marc. decis.* 375. *num.* 6. *par.* 2. & vide, quæ dixi in hac materia in verbo *absens conclusio*. 8.

290 Extende dictam ampliationem procedere, etiam vbi essemus in sententia priuationis beneficij, ex eo, quia illud impetrans subreptitiè obtinuerat, non exprimendo illud esse curatum, quia tunc ab ea appellatio datur, & sic isto casu nō intrat prædicta Bulla Pij Quinti 64. nec minus Concilium superius allegatum, quia illis non obstantibus appellatio in his terminis quoad effectum suspesiuum conceditur, *vt ait Rota decis.* 632. *par.* 1. *in recentior.*

291 Animaduertendo præterea, quòd si fuisset factum mandatum alicui beneficiato de residendo, & iste appellaret, tūc poterit per Episcopum deputari Vicarius qui inseruiat, & de fructibus beneficij pendente appellatione alatur, *vt dicunt Doctores allegati à Borello in sua summa decision. tit.* 33. *de appellat. num.* 414.

292 Amplia vigesimoprimò, quod appellatio admittatur in causa Decimarum, quando Ecclesia non se fundaret in priuilegio, sed solum in præscriptione, *vt fuit decisum in Corduben. coram Pamphilio, & in alijs decisionibus inferius allegan.*

293 Fallit tamen primo, quando essemus in possessorio summarijssimo manutentionis, quo casu appellatio non datur, *vt fuit dictum in Placentina Decimarum Veneris 9. Februarij* 1585. *coram Card. Seraphino, idemque in decis.* 1295. *num. primo & tertio, Scaccia de appellation. quæstione* 17. *limitat.* 18. *n. primo & seqq.*

294 Fallit secundò, quando Ecclesia ageret contra laicum decimas soluere recusantem, & in sola consuetudine, vel præscriptione se fundantem; nam ex quo isto casu ius omninò resistit, propterea appellatio non datur ad effectum suspensiuum, *Gratian. in sua decis. Marchiæ* 100. *& Rota in dicta Corduben. coram Pamphilio*, Et ratio cur in causa decimarum appellatio non detur, ea est, quia ille dicuntur tributa personarum egentium, *vt ait Franc. Viuius decis.* 73. *Regni Neapolit.*

295 Secus verò, quando prætenderetur exemptio, seu pactū non soluendi Decimas, quia tunc ea admitteretur, *idē Gratian. ibidem num.* 4. Quod etiam procedit, quoad vtrumque effectum, vbi ageretur inter duas Ecclesias, super iure decimandi contendentes, *vt fuit dictum in Toletana Decimarum Mercurij* 2. *Decembris* 1610. *coram Vbaldo*. Et ratio ea esse videtur, quia cum differentiæ, quæ oriuntur inter Ecclesias sint terminādæ, iuxta dispositionē Iuris Canonici, & sic cum iuxta illud appellatio detur, à quocumque grauamine, meritò igitur, si in huiusmodi causis sit appellatio admittenda, veluti dixi in principio istius Conclusionis.

Et nota, quòd in huiusmodi causa, vti spirituali, ad Iudicem Ecclesiasticum, nō autem ad laicū appellatio datur, *vt ait Misinger. decis.* 10. *par.* 5. *& Rota per Card. Seraph. dec.* 1102. *nu.* 6. *& dec.* 2. *de Iudic. in nouis, & latius dicam de hac materia, fauente Deo, in verbo Decimæ.*

296 Amplia vigesimosecundò, quòd in causa mercedis appellatio detur, dummodo merces non debeatur pauperi, ita vt ea loco alimentorum succedat, quia tunc non admitteretur, *vt fuit dictum in Toletana Mercedis coram Iusto, & in alia Valentina Mercedis coram Cardinali Lancellotto allegat. in vna Anconitana Mercedis* 20. *Decembris* 1602. *coram Cardinali Sacrato, quæ est apud Marchesanum de commissionib. par. prima, fol.* 1199. *num.* 1. *& Gratian. lib.* 2. *discept. c.* 257. *n.* 44. *&* 45. *& Rota dec.* 764. *p.* 1. *diu.*

297 Contrarium, quòd scilicet appellatio absolutè in causa salarij non detur, *ait idem Gratian. in sua decis.* 53. *& Rota dicta decis.* 764. *Anna in suo singul.* 42. *& Riccius in sua collect.* 166. *par. prima, Scacc de appel. quæst.* 17. *limit.* 8. *n.* 8.

298 Concorda tu tamen prædictas opiniones procedere, cum ea distinctione tradita *à Scaccia de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *limitat. octaua, num.* 10. vbi ait, quòd aut agitur de mercede non consueta, neque inter solitos locare, & conducere, & tunc Signatura solet rescribere, & causam committere, cū clausula, Si quid exequendum, &c. aut verò agitur de mercede non consueta, sed inter solitos locare, & conducere, & tunc si Signatura

sentiat Iudicem à quo in taxatione mercedis excessisse, isto casu ea solet dare executionem in aliqua parte, & in altera solet appellationi simpliciter deferre, aut alio modo eius arbitrio, sub diuersis temperamentis rescribere, vt testatur *Marchesan.* ita de stylo Signaturæ seruari, allegatus *à Scaccia ibi supra num. 25.*

299 Sed si agatur de mercede promissa, & inter solitos locare, & conducere, & tunc ea rescribit (Sine præiudicio legitimæ executionis) aut (Sine retardatione executionis) & præsertim, quando sententia esset lata in Tribunali Gubernatoris Vrbis, veluti testatur *idem Marchesan. & Scac. in præcitato loco.*

300 Et quando in salarijs procuratorum famulorum, & similium, sit necessaria cōuentio, & quid in eis sit statuendum, vide *Granut. Theoremat. 22. Flor. pract. qq. lib. 1. quæst. 8. §. 1. 2. & 3. Muñoz de ratiocin. administrat. c. 27. num. 1. cum plurib. seqq.* Item in hac materia recurras in verbo *Aduocatus.*

301 Sed tenendo secundam opinionem Restringe eam solùm procedere in tribus annis, quia non præsumitur, quòd tādiu suam petitionem distulisset, si de sua mercede satisfactus non fuisset, quod enim procedit in quolibet operario, famuloque, & ancilla, *Lanfranc. de Crem. sing. 78. Cappell. Tholos. decis. 235. Borgnin. decis. 29. nu. 42. par. 2. videndus est Gamma decis. 334. per totam, Rota per Gregor. decis. 521.*

302 Contrarium licèt dicant Doctores allegati *à Borello in sua summa decisionū tit. 33. nu. 555. de appellationib.* dicendo, quòd talis præscriptio trium annorū est cum mala fide, & sic peccati nutritiua, *item Rota in vna Reatina Depositi Veneris 25. Maij 1601. coram Penia,* ait, quòd neque etiam taciturnitas longioris temporis est sufficiens ad præscribendam solutionem.

303 Sed tenendo primam opinionē Extende eam, multò magis procedere in Gallia, stante Cōstitutione facta per Ludouicum Duodecimum Regem Galliç, & in Hispania per Pragmaticam factam per Carolum Quintum. Item ea opinio procedit in Statu Ecclesiastico per Constitutionem factam à Paulo Tertio, incipien. *Cum sicut accepimus,* 43. quæ loquitur de Famulis Cardinalium, & per alteram factam à Pio V. incipien. *Cupientes, &c.* de quibus mentionem facit *Grat. dicta dec. 53. nu. 7.*

304 Declaratamen dictam opinionem, procedere in illis locis in quibus sunt dictæ Constitutiones seruandæ, & sic mercedes per spacium trium annorum prçsumi solutas, dummodo de salarijs annorū præteritorum ostendatur satisfactio per tres vltimos; Subdeclarando tamen id etiam non procedere, si dicta solutio trium annorum appareret facta in vnica vice, sed benè, quando pluribus vicibus facta fuisset, iuxta doctrinam *Baldi in l. secundaum. secundo, C. de dot. promiss.* vbi ait, non posse Dominum recipere pensionem semel pro multis annis, sed debet solum sigillatim, *idem ait Cappella Tholosana decisione 236. in fine.*

305 Amplia vigesimotertiò, quòd pari modo in causa alimentorum appellatio detur, seruata tamen prædicta distinctione, quando scilicet alendus non sit pauper, sed diues, *vt ait Afflict. decis. 152. num. 1. & 2. & Rota decis. 764. par. prima in nouiss. Gratian. decis. Marchiæ 58. & Cæsar Barz. decis. Bononien. 63. Verall. decis. 40. & 98. par. 1. Rubin. in sua decis. 13.* qui cum prædicta distinctione procedit, quam obseruat *Cancer in sua decis. 16.* dicens distinctionem Rubini esse verissimam, & sic, vbi diues pro se sententiam super alimentis habet, tunc si ab ea appellatur, appellans ei alimenta prçstare non tenetur; Secus verò, quādo inops sententiam obtineret, quia tūc appellans ei alimenta præstare debet; & ratio est, quia diues expectare potest, sed non pauper, *vt ait Mart. in sua compilat. decis. tom. 1. in verbo Appellatio cap. 183. & 184. & Barz. decis. Bonon. 69. num. 18. cum seqq.* Item ꝙ ea detur ex vi statuti Bononiæ, *ait eadem Rota in decis. 21. & Riccius in sua collect. 2068. vers. 2. par. 5.* sed est bene verum, quod ad euitandam appellationem ille, qui se dicit pauperem illius paupertatem probare tenetur, vti fundamentum suç intentionis, *vt ait Rota decis. 782. num. 3. & 4. par. tertia recentior.* vbi plures aliæ decisiones allegantur.

Sub-

306 Subamplia, multo magis procedere in decreto, siue sententia denegationis alimentorum, quia tunc appellatio datur, *vt ait Rota dec. 537. num. 8. par. 1. tom. 2. recent. & Surd. alleg. à Borell. in sua summa decisionum tit. 33. de appellationib. num. 382.*

307 Contrarium licèt teneant multi allegati à dicto *Borell. ibi supra num. 374. & Afflict. in sua decis. 152. num. 3. Viuius in decis. 73. num. 4. Franc. Milanes. decis. Siciliæ 5. num. 32. lib. 1. Nicol. Reusner. decis. 9. num. 6. & seq. & Veral. dec. 98. p. 1. & Scac. de appel. q. 17. limit. 6. nu. 1. & seqq.*

308 Concordantur tamen dictæ opiniones ea ratione, quam in ipsa ampliatione adduxi, nempè, quòd prima procedat quando alimenta sunt præterita, & debentur diuiti, necnon iure actionis petuntur. Secunda verò, si pauperi debeantur, & officio Iudicis, & ob inopiam fuerint declarata, quia tunc appellatio concedenda non venit, veluti etiam, quando essemus in alimentis futuris, vbi pendet vita hominis, & sic eo casu ea dilationem non patiuntur, veluti fieret si essemus in præteritis, *vt fuit dictum à Rota decisione 764. num. primo, par. primæ nouiss. & in Romana Excessus legati, Mercurij 16. Nouembris 1616. coram Buratto, & decisione 764. num. primo, & seq. par. prima diuersor. Caputaquen. decisione 39. par. prima, & in Perusina Legati 30. Octobris 1585. coram Gipsio, & d. dec. 782. n. 3. & 4. p. 3. recen.*

309 Rursus concordari possunt, vt scilicet prima procedat, quoad effectum deuolutiuum. Secunda verò, quoad suspensiuum. Quod tamen declara verũ, quando essemus in alimentis futuris, & quæ Iudicis officio debentur, & pauperi declarantur, aliàs in illis præteritis, & quæ diuiti, ac iure actionis debentur, tũc quo ad vtrumque effectum detetur, *vt dicũt Doctores, & Rota ibi supra, & idem ait Borell. ibi in num. 378. & seqq.* Et præcipuè, quando qualitas paupertatis ab eã allegante, non fuisset probata, *vt fuit dictum à Rota in decis. 48. num. 3. & seq. par. secunda diuers. & in Romana Grani 11. Aprilis 1614. coram Buratto, & in alia Romana Excessus legati, Mercurij 16. Nouembris 1616. coram eodem*, vbi ait, quòd illa qualitas paupertatis ad prędictum effectum necessariò est probanda ab alimentario, vt ait inter alios *Barzius decis. 69. num. 21. & sequentib. allegata à Buratto in dicta sua decis. 208. in fine.*

310 Et prædictam primam opinionem testatur esse receptam in Senatu Carhaloniæ, & veram, *Michael Ferer. in sua decis. 502. par. 3. & Rota in Anconitana Alimentorum Mercurij 14. Decemb. 1583 coram Orano, quæ est apud Marchesan. in prima parte de commissionib. fol. 1121. num. 3.*

311 Et tenendo illam, Extende primò, procedere, quando Iudex pronunciaret non principaliter, sed incidenter super alimentis, quia tunc appellatio datur, *vt ait Marta in dicta sua compilat. decisionum in verbo Appellatio cap. 145. tom. 1.* Licèt in *dicta Romana Excessus legati coram Buratto*, fuerit resolutum appellationem, quoad effectuum suspensiuum in prędictis casibus esse admittendam etiam quod principaliter actum fuisset pro alimentis, iuxta doctrinam *Surdi de aliment. priuil. 60. num. 24. alleg. à Rota ibi supra.*

312 Extende secundò, quòd ea multò magis admittatur à sententia lata contra alimentarium, vel mulierem in causa dotis, licèt secus, si è conuerso, nempè, si ad eorum fauorem sententia feratur, quia tunc appellatio non veniret admittenda, *vt ait Gratian. decisio. 72. num. 7.*

313 Fallit tamen, vt diximus, quando essemus in sententia lata in causa alimentorum, quæ præcipuè non iure actionis, sed officio Iudicis, ob iniquam fuerunt petita, quia siue incidenter, siue principaliter feratur sententia, tunc ab ea appellatio non daretur; licèt secus, quando inopia cessaret, vt superius dixi, vel vbi essemus in alimentis præteritis, quia tunc appellatio conceditur, *vt ait Rota decisione 764 num. primo, par. prima diuersorum*, & veluti latè dixi in verbo *Alimenta*, vbi per te recurras, *& Gratian. lib. quarto disceptation. forensium, cap. 665. num. primo, & cap. 726. num. 17. & 18. & Rota ibi coram Buratto in illa Romana Excessus legati superius allegata.*

314 Sed id, quod fuit dictum de appellatione in causa dotis, Declara procedere, cū distinctione de qua infra in ampliatione sequenti. Item, quod ea in causa alimentorum non detur *ait Frāc.b.dec.559.* & ratio ibi per eum assignata, ea est, quia alimēta per possessorem hæreditatis debentur, *Anna singul. decis. 25. & 32. & Guidopap dec. 561.*

315 Amplia vigesimoquartò, quòd in causa dotis appellatio, quoad deuolutiuum admittitur; secus verò, quoad suspensiuū, quia interim non impeditur exequutio talis sententiæ, *vt ait Osasch. decis. Pedemont. 25. num. 20. & Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 665. num. primo & cap. 726. n. 17. latè Scacc. de appellat. quæst. 17. limitat. 8.*

316 Et ratio est, quia causa dotis debet esse summaria, *vt ait Garz. Mastrill. decis. 67.*

Contrarium tamen, etiam quoad effectum suspensiuum proceditur ex vi statuti Bononiæ, in vim cuius appellatio datur in causa dotis, quoad vtrumque effectum, *vt ait Rota dec. 8. diuers alleg. à Riccio in sua collect. 2068. vers. Secundo. par. 5.* sed in hoc vide *Scacciam de appel. quæst. 17. limitat. septima per totam.*

317 Sed tenendo primam opinionem, Extende primo, illam procedere, etiam in restitutione dotis, ob vergentiam viri ad inopiam, quæ licèt propriè restitutio non sit, vt dicam in verbo *Asseueratio dotis*; tamen de vera dote agitur, & propterea maritus à sententia restitutionis non appellat saltem quoad effectum suspensiuum, *vt ait Amat. decis. 43. & Gratian. decis. 72. & decis. 214. num. 18. & decis. 220. num. 4.*

318 Extende secundò, idem procedere in omnibus alijs causis personarum miserabilium, quæ summariæ, & inappellabiles dicuntur, *vt ait Garz. Mastril. in sua dec. 41. & Marta ibi supra in cap. 11. & 12. in fine.*

319 Extende tertiò, id adeò esse verum, vt propterea priuilegium pupillis, ac alijs miserabilibus personis competens prosit etiam litis consortibus communem causam habentibus, quia communio, & connexitas operatur, vt inhabiles habilium beneficio gaudeant, Vndè hinc fit, quod restitutio concessa pupillis competat etiam litis consortibus, in tantum, quòd neque ab ipsis id in præiudicium maiorum possit renunciari, *vt ait idem Gratian. decis. 41. & Marta in dicto cap. 11. per tot.*

Subextende primò, huiusmodi extensionem procedere, etiam si Vidua, siue Pupillus sint tales tempore litis contestatę, & postea nubant, quia non ob id forum mutatur, veluti è conuerso, procederet, puta, si tempore motæ litis, non esset vidua, sed iudicio pendente talis efficeretur, vt dicunt *Doctores allegati à Marches. de commiss. par. 2. §. 2. nu. 45. & seq. fol. mihi 307.*

Subextende secundò, procedere, etiā si Vidua, & Pupillus non ex iure proprio, sed ex cesso agerent, *Vrsill. ad Afflict. decisione 257. num. 7. & alij allegati à Marches. ibi sup. n. 47.*

Declara tamen prædictam subextensionem non procedere, primò, si cessio fuisset fraudulenter facta, vt puta, per terminum, *l. per diuersa, C. mand.* Secundò, non procederet, si ea fuisset facta ex causa onerosa; at secus, si ex lucratiua, vel alteri ex miserabilibus personis ex titulo lucratiuo, & non pauperibus in eleemosynam, & piam causam; Item si iudicium fuerit cæptum cum persona cedente, nō priuilegiata; Tertio modo, ea subextensio non haberet locum, si causa esset diuidua, siue si priuilegiati iure priuilegii sui nollent vti, *vt ait Marches. ibid.*

Et prædicta, quæ fuerunt dicta de Vidua, & Pupillo, extenduntur etiā ad Decrepitum, & ad alias personas miserabiles, aut conueniant, siue cōueniantur, & quales sint, enumerant *Marches. ibi sup. in dicta par. 2. §. 2. num. 1. cum infinitis sequentib.*

320 Amplia vigesimoquintò, quòd appellatio detur à decreto de euacuando, siue exfractando, *vt ait Sebast. Medic. in sua decis. 25. & Riccius in sua collect. 166. par. 2. decis. Pedem. 25. Contard. in l. vnica, limit. 21. C. si de mom. possess. Nicell. concord. glo. 6. num. 31.*

321 Contrarium, quòd scilicet de iure communi appellatio non detur à decreto de euacuando, siue de exfractando, *ait Grammatic. decis. 58. num. 15. & 16. Riccius*

& Ricius in dicta collect. 166. & id præcipuè procedit ex vi statuti Bononiæ, vt ait dicta Rota Bononien. 129. & Castill. dec. 58. Rotæ Panorm. & Ricc. in sua collect. 2068. prope finem, Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. memb. 2.

322 Et ratio istius secundæ opinionis ea est, quia istud præceptum de euacuando domũ, adeò dicitur executiuum, vt eo facto, dicatur intentatum iudicium possessorium, quod est simile interdicto (Ne vis fiat ei) vt ait Caualcan. decis. 19. num. 2. & 14. Ratio autem potissima, quare non detur appellatio ab eo præcepto de sfractando, ea est, quia istud decretum celeritatem requirit, & est possessorium, in quibus casibus appellatio admittenda non venit; & ratio rationis est, quia, vbi periculum est in mora, tunc à regulis iuris recedere licet, vt ait Grammat. dicta decisione 58. Castill. decisione 42. Balbus decis. 4. Afflict. decis. 269. Capicius decis. 34. & Franc. in decis. 176. allegati à dicto Riccio in sua collectan. 1810. per totam part. 5. & Rota in Romana domus 4. Iulij 1603. coram Cardinali Pamphilio, Caputaquen. decis. 227. par. secunda, & de communi testatur Gratian. in addition. ad decis. 55. num. 1. quicquid dicant cæteri ibi per eum allegati.

323 Concorda tu tamen in ea parte mandati de euacuando tantũ, quòd. s. prima opinio procedat, quoad reclamationem, quia isto casu ea conceditur ad eundem Ordinarium Iudicem intra duos dies. Secunda verò procedit, quoad appellationem, quæ eo casu non datur, vt ait Ferer. in 3. par. obseruat. dec. 334. & Riccius in sua collect. 1980. par. 5. vers. Ad hæc.

324 Et tenendo illam secundam opinionem, extẽde eam multò magis procedere, quando conductor domus, verbi gratia, promisisset illam liberè dimittere, iuxta textum in l. si quis conductionis, C. locati, Berou. in c. si in his, de restit. spol. glo. in l. momentanea possessio, C. vnde vi, Contard. in l. vnica, n. 71. C. si de moment. possess. & Grammat. dicta decis. 58. num. 15. & ita fuit decisum in Romana domus mox alleganda.

325 Extende secundò, eam multò magis procedere, quando quis esset obligatus in forma Cameræ de euacuando, & de liberè dimittẽdo domũ ad simplicem requisitionem Domini, veluti fuit dictum in prællegata Romana domus Veneris quarta Iulij 1603. coram Cardinali Pamphilio, quæ est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 1016.

326 Sed est benè verum, quòd illud præceptum resoluitur per comparitionem, in vim simplicis citationis, vt dicunt Doctores allegati à Socino Iuniore consil. 181 nu. 76. & 77. lib. 2. & Caualcan. in dicta decis. 19.

327 Extende tertiò, dictam secundam opinionem, multò magis procedere, stante Constitutione Aegidiana, quæ habet locum etiam in hoc decreto de euacuando, vt ait Grammaticus decis. 58. num. secundo, Caputaquen. decisione 227 par. secunda, & fuit dictum à Rota in Romana domus 4. Iulij 1603. coram Cardinali Pamphilio, & cæteri Doctores allegati à Gratiano in sua decis. 55. & ibi in addition. num. 1. & Ludouic. in sua decis. 20. par. 1. Rotę Perus.

328 Extende quartò, vbi ageretur de expellendo Fabro malleãte propè Scholas, vel Doctores, quia tunc ei appellatio non datur, Grammatic. in decisione Neapolitana 58. num. 15. At secus, si ex alia causa, quia tunc appellatio veniret admittenda, & sic id inseruire potest pro illarum opinionum concordantia, iuxta tradita per Borell. in sua summa decisionum titul. 33. de appellationib. num. 397. & Rota per Burat. in sua dec. 631. num. 2.

329 Extende quintò, quòd ea neque permittatur à decreto, siue præcepto de exhibendo rem aliquam, vt ait Gratian. decis. 97. num. 9. & Marta in compilat. decisionum cap. 189. in verbo Appellatio tom. 1.

330 Extende sextò, quòd ea pari modo non detur à decreto, seu præcepto de non exhibendo, vt ait Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 188. num. 47. Sed si forsan aliquo modo ea daretur à præcepto alicui facto, tunc si ille non appellaret, illi acquiescere censeretur, vt ait Rota decis. 614 num. 4. par. 3. recent.

331 Extende septimò, quòd ea non admittitur à mandato de exequendo, vt ait Verall. decis. 40. par. prima, & veluti dixi in

314 Sed id, quòd fuit dictum de appellatione in causa dotis, Declara procedere, cũ distinctione de qua infra in ampliatio ne sequenti. Item, quòd ea in causa alimentorum non detur *ait Frãc.b.dec.559.* & ratio ibi per eum assignata, ea est, quia alimẽta per possessorem hæreditatis debentur, *Anna singul. decis. 25. & 32. & Guidopap dec. 561.*

315 Amplia vigesimoquartò, quòd in causa dotis appellatio, quoad deuolutiuum admittitur; secus verò, quoad suspensiuũ, quia interim non impeditur exequutio talis sententiæ, *vt ait Osasch. decis. Pedemont. 25. num. 20. & Gratian. lib. 4. discep tat. cap. 665. num. pcimo, & cap. 726. n. 17. latè Scacc. de appellat. quæst. 17. limitat. 8.*

316 Et ratio est, quia causa dotis debet esse summaria, *vt ait Garz. Mastrill. decis. 67.*

Contrarium tamen, etiam quoad effectum suspensiuum proceditur ex vi statuti Bononiæ, in vim cuius appellatio da tur in causa dotis, quoad vtrumque effectum, *vt ait Rota dec. 8. diuers alleg. à Riccio in sua collect. 2068. vers. Secundo. par. 5.* sed in hoc vide *Scacciam de appel. quæst 17. limitat. septima per totam.*

317 Sed tenendo primam opinionem, Extende primo, illam procedere, etiam in restitutione dotis, ob vergentiam viri ad inopiam, quæ licèt propriè restitutio non sit, vt dicam in verbo *Asseueratio dotis*; tamen de vera dote agitur, & propterea maritus à sententia restitutionis non appellat saltem quoad effectum suspensiuum, *vt ait Amat. decis. 43. & Gratian. decis. 72. & decis. 214. num. 18. & decis. 220. num. 4.*

318 Extende secundò, idem procedere in omnibus alijs causis personarum miserabilium, quæ summariæ, & inappellabiles dicuntur, *vt ait Garz. Mastril. in sua dec. 41. & Marta ibi supra in cap. 11. & 12. in fine.*

319 Extende tertiò, id adeò esse verum, vt propterea priuilegium pupillis, ac aliis miserabilibus personis competens prosit etiam litis consortibus communem causam habentibus, quia communio, & connexitas operatur, vt inhabiles habilium beneficio gaudeant, Vndè hinc fit, quod restitutio concessa pupillis competat etiam litis consortibus, in tantum, quòd neque ab ipsis id in præiudicium maiorum possit renunciari, *vt ait idem Gratian. decis. 41. & Marta in dicto cap. 11. per tot.*

Subextende primò, huiusmodi extensionem procedere, etiam si Vidua, siue Pupillus sint tales tempore litis contestatę, & postea nubant, quia non ob id forum mutatur, veluti è conuerso, procederet, puta, si tempore motæ litis, non esset vidua, sed iudicio pendente talis efficeretur, vt dicunt *Doctores allegati à Marches. de commiss. par. 2. §. 2. nu. 45. & seq fol. mihi 307.*

Subextende secundò, procedere, etiã si Vidua, & Pupillus non ex iure proprio, sed ex cesso agerent, *Vrsill. ad Afflict. decisione 157. num. 7. & alij allegati à Marches. ibi sup. n. 47.*

Declara tamen prædictam subextensionem non procedere, primò, si cessio fuisset fraudulenter facta, vtputa, per terminum, *l. per diuersa, C. mand.* Secundò, non procederet, si ea fuisset facta ex causa onerosa; at secus, si ex lucratiua, vel alteri ex miserabilibus personis ex titulo lucratiuo, & non pauperibus in eleemosynam, & piam causam; Item si iudicium fuerit cæptum cum persona cedente, nõ priuilegiata; Tertio modo, ea subextensio non haberet locum, si causa esset diuidua, siue si priuilegiati iure priuilegiĩ sui nollent vti, *vt ait Marches. ibid.*

Et prædicta, quæ fuerunt dicta de Vidua, & Pupillo, extenduntur etiã ad Decrepitum, & ad alias personas miserabiles, aut conuenianti, siue cõueniantur, & quales sint, enumerant *Marches. ibi sup. in dicta par. 2. §. 2. num. 1. cum infinitis sequentib.*

320 Amplia vigesimoquintò, quod appellatio detur à decreto de euacuando, siue exfractando, *vt aie Sebast. Medic. in sua decis. 25. & Riccius in sua collect. 166. par. 2. decis. Pedem. 25. Contard. in l. vnica, limit. 21. C. si de mom. possess. Nicell. concord. glo. 6. num. 31.*

321 Contrarium, quòd scilicet de iure communi appellatio non detur à decreto de euacuando, siue exfractando, *ait Grammatic. decis. 58. num. 15. & 16. Riccius*

& Riccius in dicta collect. 166. & id praecipuè procedit ex vi statuti Bononiae, vt ait dicta Rota Bononien. 129. & Castill. dec. 58. Rotae Panorm. & Ricc. in sua collect. 2068. prope finem, Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. memb. 2.

321 Et ratio istius secundae opinionis ea est, quia istud praeceptum de euacuando domũ, adeò dicitur executiuum, vt eo facto, dicatur intentatum iudicium possessorium, quod est simile interdicto (Ne vis fiat ei) vt ait Caualcan. decis. 19. num. 2. & 14. Ratio autem potissima, quare non detur appellatio ab eo praecepto de sfractando, ea est, quia istud decretum celeritatem requirit, & est possessorium, in quibus casibus appellatio admittenda non venit; & ratio rationis est, quia, vbi periculum est in mora, tunc à regulis iuris recedere licet, vt ait Grammat. dicta decisione 58. Castill. decisione 42. Balbus decis. 4. Afflict. decis. 269. Capicius decis. 34. & Franc. in decis. 176. allegati à dicto Riccio in sua collectan. 1810. per totam part. 5. & Rota in Romana domus 4. Iulij 1603. coram Cardinali Pamphilio, Caputaquen. decis. 227. par. secunda, & de communi testatur Gratian. in addition. ad decis. 55. num. 1. quicquid dicant caeteri ibi per eum allegati.

323 Concorda tu tamen in ea parte mandati de euacuando tantũ, quòd. s. prima opinio procedat, quoad reclamationem, quia isto casu ea conceditur ad eundem Ordinarium Iudicem intra duos dies. Secunda verò procedit, quoad appellationem, quae eo casu non datur, vt ait Fe. rer. in 3. par. obseruat. dec. 334. & Riccius in sua collect. 1980. par. 5. vers. Ad haec.

324 Et tenendo illam secundam opinionem, extẽde eam multò magis procedere, quando conductor domus, verbi gratia, promisisset illam liberè dimittere, iuxta textum in l. si quis conductionis, C. locati, Berou. in c. si in his, de restit. spol. glo. in l. momentanea possessio, C. vnde vi, Contard. in l. vnica, n. 71. C. si de moment. possess. & Grammat. dicta decis. 58. num. 15. & ita fuit decisum in Romana domus mox alleganda.

325 Extende secundò, eam multò magis procedere, quando quis esset obligatus in forma Camerae de euacuando, & de liberè dimittẽdo domũ ad simplicem requisitionem Domini; veluti fuit dictum in praeallegata Romana domus Veneris quarta Iulij 1603. coram Cardinali Pamphilio, quae est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 1016.

326 Sed est benè verum, quòd illud praeceptum resoluitur per comparitionem, in vim simplicis citationis, vt dicunt Doctores allegati à Socino Iuniore consil. 181 nu. 76. & 77. lib. 2. & Caualcan. in dicta decis. 19.

327 Extende tertiò, dictam secundam opinionem, multò magis procedere, stante Constitutione Aegidiana, quae habet locum etiam in hoc decreto de euacuando, vt ait Grammaticus decis. 58. num. secundo, Caputaquen. decisione 227 par. secunda, & fuit dictum à Rota in Romana domus 4. Iulij 1603. coram Cardinali Pamphilio, & caeteri Doctores allegati à Gratiano in sua decis. 55. & ibi in addition. num. 1. & Ludouic. in sua decis. 20. par. 1. Rotae Perus.

328 Extende quartò, vbi ageretur de expellendo Fabro malleãte propè Scholas, vel Doctores, quia tunc ei appellatio non datur, Grammatic. in decisione Neapolitana 58. num. 15. At secus, si ex alia causa, quia tunc appellatio veniret admittenda, & sic id inseruire potest pro illarum opinionum concordantia, iuxta tradita per Borell. in sua summa decisionum titul. 33. de appellationib. num. 397. & Rota per Burat. in sua dec. 631. num. 2.

329 Extende quintò, quòd ea neque permittatur à decreto, siue praecepto de exhibendo rem aliquam, vt ait Gratian. decis. 97. num. 9. & Marta in compilat. decisionum cap. 189. in verbo Appellatio tom. 1.

330 Extende sextò, quòd ea pari modo non detur à decreto, seu praecepto de non exhibendo, vt ait Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 188. num. 47. Sed si forsan aliquo modo ea daretur à praecepto alicui facto, tunc si ille non appellaret, illi acquiescere censeretur, vt ait Rota decis. 614 num. 4. par. 3. recent.

331 Extende septimò, quòd ea non admittitur à mandato de exequendo, vt ait Verall. decis. 40. par. prima, & veluti dixi

in Ampliatione quarta, vbi fallentiæ ponuntur, & vide *Scacc. de appell. quæst. 17. Limit. 10. per totam vbi multa ait in hac materia.*

Veluti eodē modo dicitur de præcepto de residendo, quia, neque in tali casu appellatio venit admittenda, nisi quando allegaretur aliqua iusta causa excusationis, aliàs secus, *vt fuit dictum in Astoricen. exemptionis Lunæ 15. Martij 1610. coram Card. Pamphilio, & in alia Ferrarien. Attentatorum Mercurij 14. Mart. 1629. coram Durano,* & in hac materia decreti de euacuando, siue de exfractando, *vide Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 26. membr. 2. & habemus Concil. Triden. sess. 23. cap. 1. in fine, de resor.*

332 Amplia vigesimosextò, quòd appellatio admittatur à Iudice, quando relinquitur aliquid illius arbitrio, *vt ait Gratian. in sua decis. 86. num. 7. Rota Marchig,* quòd tamen non haberet locum, si fuerit remissum eius libero arbitrio, quia tunc æquiparatur Principi; At secus, si simpliciter, *idem Gratian. lib. primo disceptation. forens. cap. 146. num. 23. & Rota decis. 47. num. 3. de appellat. in nouis.*

333 Extende primò, quòd detur etiam appellatio in arbitrarijs constito de grauamine; aliàs secus, *vt ait dictus Gratian. lib. 1 discept. c. 170. n. 6. & 11.*

334 Extende secundò, quòd etiam datur à sententia lata de consilio alterius, quāuis non possit a Iudice appellari, *idem Gratian. decis. 51. num. 5. & Benintend. decis. 97.*

335 Quod enim quoque procedit, etiam si Princeps ferat sententiam ad relationem Doctoris, cui fuisset commissa causa, cum clausula (Quod faceret iustitiam nomine Principis) *vt ait Grammat. decis. 35.* Licèt tamen *Riccius in sua collect. 1311. par. 5.* dicat inueniri aliquos, qui tenent talem sententiam executionem paratàm, non obstante appellatione, mereri, & inter alios allegat *Capic. in sua decis. 111. num. 1. & 4.*

336 Concordari tamen possunt huiusmodi opiniones hoc pacto, nempè, vt prima procedat, quando quis ab ea sententia prædicto modo lata reclamaret; sed non appellaret, cum a Principis sententia appellare non liceat. Secunda verò procedere potest, si quis è conuerso per modū appellandi ab ea sententia Principis, sed ex relatione vnius Doctoris procederet, à qua ex prædicta ratione non appellare, sed solum reclamare permittitur, vt colligitur ex illa *dec. Capic. 111. n. 1. & 4.*

337 Ratio autem contrarium tenentium, vt scilicet ab huiusmodi sententia appellatio detur, ea est, quia cum appellare sit Iuris Diuini; idcirco per Regem vniuersaliter tolli non potest, & præsertim, quādo sumus in ea sententia ab vno Doctore, sed nomine Regio prolata, quia tunc videtur potius aduersus errorem, seu imperitiam relatoris prouocari, quam aduersus Principis sententiam conqueri, *textus est in l. 1. in princip. ff. quan. appell. sit Paris de Puteo in suo sind. in vers. appell. §. subijcio pulchram quæstionem,* & ibi loquitur de vna commissione facta per Regem, quòd Commissarius pronunciet sub nomine Regio, & ibi concludit, quòd per huiusmodi clausula, appellatio nō tollatur ea ratione, vt Lex de iure Diuino fuerit adinuenta, *idem tenet Roman. in cons. 521. in prima colum. & Capic. in dicta decis. 111. num. 2. & decis. 436. & Benintend. dec. 15. per totam Rota Bonon. & Borell. in sua summa decisionum, tit. 33. num. 516. cum sequentib. de appellation.*

338 Extende tertiò, idem procedere in sententia lata de consilio electi de partium cōsensu, *vt ait Iaffred. dec. 453.* Licèt *Gratian. lib. 2. discept. cap. 243. num. 16. alleget dictum Iaffred. in decis. 241. incipien. Interloquutoriam, qui Gratian.* in hoc erit videndus, *& Ricc. in sua collect. 166. par. prima Misinger. in sua centur. 3. obseruatione 35. & Afflict. in decis. 188. num. 4.*

339 Extende quartò, quoque procedere à remissione ad Concilium sapientis, à quo appellatio datur, *vt ait Scacc. de appellat. quæst. 17. limitat. 12. num. 2. Magon. decis. Florent. 63. & Marta in compilat. decis. cap. 154. tom. 1. in verbo Appellatio.*

340 Extende quintò, idem procedere in casu reductionis laudi, à quo appellatio datur, nisi expressè ea prohibita reperiatur, vt ex receptiori DD. calculo ait *idem*

Marta

Marta ibi sup. in c. 162. Beninten. dec. 15. Rota Bonon. & Gratian. in decis. 86. Rota Marchiæ; licèt in fine dicat quòd non venit retardanda executio præstita tamen cautione in casu retractationis, & sine difficultate, qñ ille Iudex in modico laudũ auxit vel minuit, *vt ait Scac. de appellat. par. 3. c. 2. q. 17. limitat. 14. nu. 3. vers. Alij verò*, sed in hoc omnino vide quę dixi in limitatione ad hanc ampliationem.

341 Extende sexto prædictam ampliationem quoque procedere, quando essemus in æstimatione peritorum omissa partium certioratione: quia tunc ab ea erit appellandum, *vt ait Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 228. num. 5. & Benintend. in sua decis. 97. Rotæ Bonon.*

342 Limita tamen primò dictam ampliationem in prædicto casu non procedere, quando iudicium alicuius arbitratoris à Iudicę ad quem, fuerit confirmatum, vt benè comprobat *idem Gratian. in sua decis. 86. num. 10. & Rota Lucen. in decis. 38. & Benintend. in sua dec. 15.*

343 Contrarium tamen venit dicẽdum, quando appellatio datur à sententia lata per Iudicem in causa reductionis ad arbitrium boni viri confirmatoria laudi, *vt ait idem Benintend. in dicta decis. 15. nu. primò.*

344 Declara tu tamen quòd à dicta arbitrorum sententia appellatio non sit concedenda nisi de nullitate sit dictum, vt dicunt vltra *Gratian. in sua decis. 18. Anna in singular. decis. 229. & Minad. decis. 19.*

345 Ratio autem istius declarationis ea est, quia nullitatis exceptio impedit executionem sententiæ, & pręsertim, quando de nullitate inita tempus legitimum fuerit oppositum, vt ait *decis. vltima* Regni Aragoniæ. Quamuis in Regno Neapolit. pragmatica extet *sub die 11. Maij 1612.* vbi disponitur quòd causa principali decisa, ista exceptio nullitatis non veniat admittenda, & de hoc rationem red dit *Riccius in sua collect. decis. 1521. par. 5.* sed quomodo id procedat, vide in verbo *Arbiter concl. 133. num. 24. cum seqq.* & ibi multa inuenies in hac materia.

346 Rursus hic obiter erit notandum, q scilicet, in casu appellationis ab arbitris interpositæ acta coram eis facta sunt transportanda, veluti dixi in verbo Acta, *& ita quoque fuit dictum in Maceraten. executionis rei Iudicatæ Veneris 16. Martij 1607. coram Gregorio Decimo V. quæ est in eius impressis decis. 300. num 2.*

347 Limita secundò ampliationem non procedere, quando sumus in his quæ consciẽtiæ alicuius relinquuntur, à quibus appellatio non datur, *vt ait Rota decis. 18. de concess. praben. in nouis, & veluti dixi infra sub num. 858.*

348 Amplia vigesimoseptimò, quòd appellatio sit præmissa in causa finium regundorum, *vt ait Amat. in sua dec. 19. Riccius in dicta collectanea 166. & Gratian. in sua decis. 92.*

349 Vndè ad hoc nota quòd si feratur sententia vbi diceretur fines esse ponendos in locis, quorum occasione vsurpatio prætendatur tunc appellatio admittitur, *vt ait idem Gratian. in dicta dec. 92. num. 3.*

350 Et ratio est, qa causa diuisionis & possessionis habet causã admixtã proprietatis; secus autem, qñ sententia simpliciter declarat, & nil de nouo inducit, quia tũc appellatio non daretur, *vt ait Marta in compil. decis. tomo 1. in verbo Appellatio cap. 164.*

351 Extende primò dictam ampliationẽ etiam procedere, vbi simul spolio ageretur *vt ait Rota in vna coram Pelegrino per text in l. si irruptione ff. fin. regund.*

352 Extende secundò quòd etiam appellatio datur à sententia, in qua tenuta confirmatur, *vt ait Gratian. in dicta sua decis. 92.*

353 Fallit tamen vbi ageretur iudicio, vt agri restituerentur, veluti, quia erant cõmunes; sed fuerũt ab alio occupati, quia tunc à tali sententia appellatio quoad effectum suspensiuum non erit tolleranda *idem Gratian. in dicta decis. 92. n. 6.*

354 Sed pro ornamento istius materiæ sciendum erit quòd ista actio finium regundorum in se latissimam naturam con tinet, & proprerea ad illius perfectiorẽ intelligentiam sic erit distinguendum; nempè, aut quis huiusmodi actione agit, & solum se possidere vsque ad certum terminum asserit, & tũc solùm de possessione contenditur; sed si assereret se tantum

tantùm dominum vsque ad certum terminum, & aduersarius neget, & tunc solùm de proprietate contenditur; si verò vtrumque asserat, & aduersarius vtrumque neget, eo casu de vtroque agitur; sed si solum de terminis apponendis, vel de appositis reformandis, & tunc in huiusmodi actione non contenditur de proprietate, vel possessione, sed solùm de terminis, & propterea pro possessione, & proprietate intentare potest, licèt quandoque causam proprietatis admixtam habeat, veluti, quando per aduersarium possessio, vel proprietas negatur, vtpotè, quando aduersarius se ius in re habere dicit, sed si simpliciter ageretur, an fines sint erecti, & nihil negatur, tunc id proprietati non cohæret, vt pulchrè distinguunt *Doctores allegati à Benintend. in sua decis.* 86. *num.* 1. *&* 2. *Rota Bononien.* sed in hac materia recurras in verbo *Actio finium regundorum*, vbi multa notanda inuenies.

355 Amplia vigesimooctauò, quòd appellatio detur à sententia, in quo Iudex aliquos testes ad mittit, aliquos vero repellit; & ratio ea est, nedum, quia huiusmodi pronunciatio vim diffinitiuę habet, cum per eam negotium illud terminetur, vt in his terminis *fuit dictum in Calaguritana de Branteuilla Lunæ* 5. *Iulij* 1634. *coram Cardin. Sacrato, quæ est apud Marchesf. de comiss. par. prima fol.* 304. *num.* 2. *& Surd. decis.* 36. *n.* 16. *& Ioseph. Ludouic. in decis.* 38. *Rotæ Perusiæ, & Marta in compilat. decisionũ in verbo Appellatio cap.* 144. *tomo primo.* Verum etiam, quia si appellatio à denegatione probationum nõ interponatur, tunc illis quis renunciare censetur, *vt fuit dictum à Rota per Card. Caualer. dec.* 421. *num.* 8.

356 Sed ad id nota quòd si appellans postea peteret à Iudice à quo testes absutos, vel valetudinarios recipi, non ob id tũ appellationi renunciare dicetur, *vt ait Rota decis.* 15. *de appellat. in antiq.*

357 Declara tu tamen, quòd Iudex à quo potest recipere testes ad perpetuam rei memoriam si fuerit ab interloqutoria appellatum; secus tamẽ esset, si à diffinitiua, & nota, ꝙ interloqutoria dicitur, si Iudex pronunciaret esse procedendum ad vlteriora in examine, & ideò post illius decreti appellationẽ attentata non inducuntur, *Rota decis.* 325. *numero* 1. *&* 2. *par.* 1. *in recentior.*

358 Amplia 29. quòd appellatio permittatur à decreto Iudicis dantis tutorem, quando ille tutor esset læsus, *vt ait Gratian. in decis.* 30. *num.* 3. Secus verò, quando de grauamine non constaret, quia tunc appellatio non daretur, aliàs nimis graue, & incommodum esset Pupillo, eum ad alium Iudicem superiorem trahi, *Marta in sua compilat. decis. cap.* 187. *tom.* 1. *in verbo Appellatio.*

359 Extende primo idem procedere à sententia super excusatione tutoris, *vt ait idem Gratian. ibi supra num.* 11. Et ratio est, quia à grauamine legis generalis non appellatur, *vt ait Marta ibi supra*; sed si appellatio pendeat super excusatione tutelæ, & tunc appellans sit, verbigratia electus ad quartam tutelam, tunc ille poterit se excusare cum tertia, quam impugnauit, *vt ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 279. *nu.* 39. sed intra quod tempus debeat se excusare, *ait Scaccia de appellat. quæst.* 17. *limitat.* 8. *nu.* 12.

360 Extende secundò quod datur appellatio, si non datur tutor nominatus per matrem transeuntem ad secunda vota; cum Iudex eum confirmare teneatur, dũ modo sit idoneus *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 668. *num.* 16. *& seqq.*

361 Subextende id in tantùm esse verũ, vt propterea dicta mater possit, ac valeat eius fratrem, & etiam Vitricum nominare in tutorem filij, etiam idoniori omisso, dumodo Iudex nominatos à matre, vti idoneos confirmet, iuxta veriorẽ opinionem, *vt ait Menoch. de arbitrar. casu* 151. *num.* 4. *Paschal. de vir. Patr. potest. parte* 3 *cap.* 10. *num.* 25. *fol.* 363. contra opinionem Decij *in consilio* 674. *nu.* 7. contra quem quoque tenet *Gabr. cons.* 27. *num.* 5. *lib.* 1. *Bald. in l. fin. C. ae contrar. iudic. tutel. & Boer. decis.* 266. *num.* 3. *& alij allegati à Gratiano in præcitato loco num.* 19. *cum seqq.*

Contrarium, ꝗ scilicet filijs non sit dandus tutor nominatus à matre per illius consolationem ad secundas nuptias, & præsertim vitricus ob præsũptionẽ, quã ius facit de mala fide, ex matris nominatione ob amorem vitrici, *ait Menoch. in suo consilio* 5. *num.* 34. *Caualcan. de tut.*

tut. & curat. num. 289. *Grat. lib.* 2. *disc. cap.* 219. *num.* 10. *& Sanchez. de matrimon. disput.* 88. *nu.* 56. *lib.* 7.

Concordari possunt huiusmodi opiniones hoc modo, nempè, vt prima procedat, quando non adsunt legitimi, nempe auia, patruus, & similes qui se apponant, & ille nominatus à matre fuisset pro idoneo admissus à Iudice, quia tunc ille idoneus à matre nominatus præfertur alteri magis idoneo, *vt ait idem Grat. lib.* 4. *disc. cap.* 668. *n.* 18. Secundo verò, quando secus; licèt ego nūquam in iudicando, & consulendo a secunda recederem, ex ea ratione, quia nedum mulieres soleant semper magis diligere virum viuentem, quam mortuum, ac illius filios ob blanditias quas à viuo habent, ac habere sperant in futurum; verum etiam, quia libenter mater nominaret vitricū in tutorem filij, vt ipsa quoque commoditate, siue potius dilapidatione bonorum eiusdem frueretur, argumento eorū quæ *ait Menoch. d. conf.* 5. *num.* 34. *Card. Seraph. decis.* 1194. *num.* 2. & in omnem euentum mater tenetur notifica re legitimos adesse tutores, *vt ait Grat. d. c.* 219. *n.* 12. 17. licèt secus, quando non adessent propinqui siue essent mortui intra annum conualationis ad secundas nuptias, quia tunc ea filij successione ob non tutoris petitionē non priuaretur, *vt ait Rota decis.* 479. *part.* 1. *recent. & Grat. l.* 2. *d. scept. cap.* 393. *num.* 18. & multa ait *Merlin. de legit. l.* 4. *tit.* 2. *quæstio.* 1. & 4. *per tot.* vbi enumerat multos casus, ob quos mater non excludatur à successione filij si transiens ad secunda vota illi tutorem non petierit.

362 Extende tertio quòd dicta appellatio permittatur ab electo ad aliquod officium antequam se excuset, *vt ait idem Gratian. ibidem num.* 16.

363 Fallit tamen, quando essemus in defensore Ciuitatis, quia isto casu appellatio non admittitur, *idem Gratian. ibidem num.* 17.

364 Amplia trigesimò quòd ea conceditur latis tribus sententijs conformibus super re, de qua controuertitur, vna cum fructibus, damnis, expensis, & interesse, quorum liquidatio per Iudicem reseruetur, iuxta comunem stilum Curiæ, de quo testatur *Rota dec.* 100 *n.* 2. *p.* 1. *diuers. Grat. lib.* 3. *disc. c.* 444. *n.* 14. *&* 26. & veluti dixi in verbo *Aegidiana concl.* 63. *n.* 47.

365 Extende primo hanc ampliationem procedere, etiamsi essemus in possessorijs, quia respectu fructuum appellatio datur, *vt ait Rota apud Cincium de censibus decis* 233. *num.* 6. *& veluti dixi in ampliatione* 6. vbi recurras, & prius in ampliatione prima & præsertim in vers. *extende secundo*

366 Contrarium tamen, vbi simpliciter appellaretur aduersus tres conformes, quia tunc earum appellatio executionē non impedit, immo nec eo casu admittitur cautio *l.* 15 *à quo ff. de re iudic. vt ait Put. dec.* 374. *num.* 1. *lib.* 2. & veluti dicam in limitatione septima.

367 Extende hanc secundam opinionem adeò esse veram, vt si venditor appellationem contra emptorem pendere ignorat, licèt si appellet ea appellatione vti possit, etiam victo emptore per tres sententias, tamen illarum executio non est impedienda; nam emptori est imputandum, quare litem motam super re empta, venditori non denunciauit, *vt ait Put. ibid. num.* 3. *& Borell. de sent. execut. tit.* 32. *num.* 14.

368 Contrariam tamen opinionem videtur tenere *Thesaur. decis.* 181. *& Sfortia Odd. de restit. in integr. quæst.* 43. *n.* 1.

369 Et conformes dicuntur sententiæ, quando conueniunt in effectu, *Rota in Romana Saluiani* 19. *Nouemb.* 1593. *coram R. P. D. Penia*, & sic illę sunt exequendæ, etiam quòd in aliquibus dissentiant) in his in quibus sunt concordes, cum eadem sit ratio partis, quoad partē quæ totius, quoad totum, & sic in minori summa sustinentur, *Surd. conf.* 102. *nu.* 15. *lib.* 1. *infinitos allegat Borellus ibi supra num.* 16. *Castren conf.* 163. *num.* 2. *lib.* 2. *Dec. conf.* 385. *& Afflict. decis.* 362. item sententię conformes dicuntur quæ conueniunt in substantia, vel qualitate principali, licèt in uerbis discordēt *Tesaur. decis.* 228. *num.* 2. *Surd. decis.* 102. *num.* 9. *Rota decis.* 241. *num.* 4. *par. prima diuers. & in Bononien. census* 17. *Martij* 1628. *coram Coccino Decano & in Romana pretij bonorum* 31. *Ianuarij* 1628. *coram Merlino, & in Rauenaten. concursus creditorum* 2. *Iunij* 1628. *corā Pirouano, & in Rom. inuestimenti* 21. *Iu-*

21. *Iunij* 1628. *coram Ghisleriо, & in Romana scutorum* 100. *mill.* 28. *Ianuarij* 1628. *coram Card. Viril. & in Bononien. Terra* 17. *Nouemb.* 1628. *&* 12. *Febr.* 1629. *coram Vbaldo, & in Rom. Sylua,* 28. *Nou.* 1628. *coram Verospio, & dec.* 92. *num.* 2. *par. prima in recentior. & penes Cinc. de censib. decis.* 188. *num.* 3.

Secus autem, quando vna esset lata super meritis causæ, alia super desertione appellationis, quia tūc vna esset interlocutoria, alia diffinitiua, *vt ait Affl. dec.* 362 *Thes. dec.* 122. *Grat. dec.* 18. *& fuit ita decisum à Rota in Romana successionis de Iustis Veneris* 23. *May* 1597. *coram Orano.*

370 Quinimmò amplia prædicta in tantum procedere, quòd etiam si in vna ex illis adsit aliquod capitulum separatum appellabile, & nouum grauamen inferens; nihilominus ille veniunt exequendæ, *vt fuit dictum in Romana census Luna* 4. *Februarij* 1602. *coram Cardin. Pamphilio*, item neque causa expræssa in sententia reddit eam minus conformem siue ab aljis diuersam, *vt fuit dictum in vna Romana Saluiani interdicti Veneris* 19. *Nouembris* 1593. *coram Penia.* secus autem, quando non essemus in capitibus separatis, sed connexis, & sententia vna nouum grauamen inferret, veluti, quando Iudex condēnauit in expensis ad quas alij non condemnarunt; licèt tamen difformitas ista, quoad expensas non impediat executionem sententiarum in negotio ptincipali, si tamen in eo sint conformes, *vt ait Thes. decis.* 122. *n.* 6. *&* 7. & proprerea videmus, etiam quòd si adsint plures sententiæ quæ faciant rem iudicatam, tunc sunt exequendæ in ea parte in qua conueniunt, etiam si vna plus contineret, quàm altera, quòd tamen intellige verum, quando essemus in capitibus separatis, vt sunt expensæ à negotio principali, & de similibus, secus autem in indiuiduis, quia vtile per innutile vitiatur; *vt ait Rota per Buratt. decis.* 368. *& ibi per D. meum addentem, & Thes. d. decis.* 122. *nu.* 10. *& Rota in Rauennaten. concursus creditorū* 2. *Iunij* 1628. *coram Pirouano, & decis.* 241. *num.* 4. *par.* 1. *diuer. & in decis.* 92. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* vbi firmat, quod potest fieri sententiarum executio in ijs in quibus adest conformitas absque eo,

quòd fiat in his in quibus viget difformitas, *Couar. c.* 25. *pract. qq. num.* 6. *vers. Ego verò.*

371 Immò extende, quòd sententię prædictæ exequūtur etiamsi super attentatis essent latæ, *Borell. superius allegatus nu.* 80.

372 Contrarium quòd scilicet sententiæ non sint exequendæ, quando vna illarū sit nulla; et quòd cōmissio adsit, quod constito de tribus res iudicata exequatur cum illa clausula sit inreligenda de ualidis, quia nulla nomen sententiæ non mereatur, *vt fuit dictum in vna Lauden. pecuniaria Veneris* 1. *Iulij* 1588. *coram Cardin. Pamphilio, Milus in repertorio in verbo sententia, Put. decis.* 420. *lib.* 1. *Mohedan. decis.* 3. *de sentent. & re iudic. & Rota in Mediolanen. rescissionis contractus, Mercurij* 4. *Iulij* 1602. *coram Card. Lancellotto, & Rota decis.* 662. *par.* 1. *recen. & in Ferrarien. attentatorum* 14. *Mart.* 1629. *coram Durano.* Ac secus, quia sententia prima fuisset per secundam confirmata, quia tunc nullitas aduersarios primam opponi non posset in statuto Vrbis *c.* 190. *l.* 10. *& Rota per Gregor. dec.* 508. *num.* 3 immò notandum est, quòd de iure cōi, si sententia nulla ex defectu citationis pet secundā confirmetur, tunc non potest amplius ea dici nulla, si id pars post sententiam opponat, *vt fuit dictum in Elboren. Iuris con ferendi quæ est penes Marches. par.* 3. *S.* 1. *fol.* 393. *num.* 1. & multo magis, quando nullitas non esset vna ex tribus, quia tūc ea, & presertim post rem iudicatam attendi non det, *vt ait Greg. d. dec.* 508. *num.* 1.

373 Extende secundo dictam ampliationem 30. eo magis procedere, & sic quòd dicta appellatio aduersus tres sententias detur, quando ex diuersitate sententiarum nouum grauamen infertur, quia tūc eidem grauato appellatio permittitur, *Amat. decis.* 55. & *Marta ibi supra cap.* 167. & in dubio semper est iudicandum ne sentētiæ dicārur cōformes, & per consequens ab eis appellare liceat, *ad trad. per Aym. cons.* 183. *num.* 4. *& Gabriel cons.* 56. *n.* 12. *lib.* 1.

374 Secus verò si essemus in tribus conformibus, siue ab vna vim sentenriæ Præfecti Prætorio habentis, à quibus appellatio

latio non datur ita facilè, *vt vit Thes. decis. 122. & Capicc. in sua decis. 59. Regni Neapol.*

375 Contrarium tamen esset, veluti, si quis in petitione restitutionis in integrũ à sententia Principis aliquem colorem ostenderet, veluti, quia essemus in causa Ecclesiæ, aut minoris, & adesset læsio, quæ incontinenti probari offeratur, quia tunc illius sententia exequenda non veniret, sed impeditur, aliàs prædictis deficientibus fit exequtio, præstita tamen cautione per exequentem, veluti eodẽ modo dicitur, si post decem dies petatur restitutio in integrum aduersus sententiã Papæ, vel Imperatoris, quia ea executioni demandatur, mediante cautione prædicta, *Cappell. Tolos. decis. 54. Fran. Marc. decis. 53. & Aufrer. ad Cappell. Tholos. dicta decis. 54. in fine, & Magon. decis. 104. num. 25. Rota Floren. & cæteri Doctores allegati à Borello de sentent. execut. tit. 32. num. 71. & seq.*

376 Et ratio est, quia Principis sententia semper præsumitur sancta & iusta, necnõ etiam quia ea vim supplicationis habet, quæ de sui natura executionem non retardat, *vt ait Borell. in præcit. loco num. 74. cum seqq.*

Extende illud quòd fuit dictum de appellatione à tribus conformibus prohibita procedere quoque in duobus, quæ sint conformes, à quibus appellare non licet, quando statutum iubet, vt ad earũ exequtionem procedatur, non obstante cuiuscumque nullitatis notoria exceptione, *vt ait Rota decis. 552. num. 7. par. 3. recent. & ibi aliæ decisiones allegantur.*

377 Extende tertiò, illam trigesimam appellationem procedere, quando allegaretur nullitas, quæ incontinenti probaretur, & quæ ex actis & processu ostenderetur, *vt ait Iaffred. Balb. in sua decis. 471. incip. Clementina, Viuius in sua decisione 495. siue 497. sub nu. 1.* & tunc nullitas euidens ea dicitur, quæ per actorum inspectionem probatur; aliàs si hoc modo non probaretur, executio trium conformium non esse retardanda, *vt ait Borell. de sentent. execut. dicto tit. 32. num. 50. Iaffred. dicta decis. 471. Benintend. dec. Bonon. 67. num. 12.*

378 Et nota quòd nullitas etiam militare diceretur si vltima tantum sententia ex tribus allegaretur nulla, *vt ait Rota per Crescent. in decis. 1. num. 2. de sentent. & re iudic.* Et ratio est, quia tunc deficeret numerus trium, *vt ait Borellus ibi supra num. 52. & veluti superius dixi.*

379 Extende quarto eam procedere, quando daretur de nullitate iurisdictionis iusdicentis, quia tunc exequtio trium impediretur, si de ea incontinenti probaretur, *vt ait Viuius in sua decis. 495. & 497. & Crescent. decis. 22. tit. de sentent. & re iudic. & Ant. Thesaur. dec. Pedemont. 228. & Borell. ibi supra n. 51. & seqq. & in terminis fuit resolutum à Rota in Lauden. pecuniaria 1. Iulij 1588. coram Card. Pamphilio, Rota decis. 20 de reform. in antiq. Egid. decis. 46. Afflict. decis. 354.* & præsertim oppositione cõcurrente, *vt ait Butr. in c. cum M. Ferrariens. num. 59. & Rota ibi coram Card. Pamphilio.*

380 Secus autem, si maliciosè, aut per calumniam id fuisse factum viderit Iudex, ex aliqua probabili causa, nempè causa protelandæ exequtionis, aut similibus, quia tunc poterit, etiam pendente nullitate ad executionem procedere, *vt dicunt Doctores allegati à Borello ibi supra num. 54.* Nam sępissime appellantes eo remedio appellationis ad calumniam abutuntur, & præsertim, si sint rerum controuersarum possessores, *vt ait Andreas Gail. decis. 128. part. 1. Cameræ Imper. & Mart. in compil. decis. in verbo Appellatio cap. 108. tomo 1.*

381 Quapropter concludendũ erit, quòd licèt in casu trium conformium exceptio nullitatis earum executionem impedire nõ possit, iuxta *clemen. vnicam de sent. & re iudic.* Secus tamen erit, quando illæ sententiæ grauamen irreparabile continerent, quia tunc prædicta regula non procedit, *vt ait Franch. decis. 36. Cappell. Tholos. decis. 411. & in hoc omninò recurras in limitatione 6.*

Animaduertendo preterea, quod, quod dicitur de tribus conformibus, iuxta dispositionem iuris communis, procedit etiã attento statuto Vrbis in duabus, qui faciunt rem iudicatam inter Ciues, incolas, districtuales, & in omnibus Curiis, etiam in Rota, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. in sua decis. 197. & ibi per Adden.*

Addent. & per Card. Caual. decis. 616. n. 1. & apud Pacificum decis. 237. num. 1. & in Romana locorum Mōtium 25. Maij 1611. coram Vbaldo, & in alia Rom. hæreditatis de Arigonijs 23. Ianuarij 1627. coram Virili.

Quinimmò illud statutum etiam clericos, & Prælatos comprehendit, cum sit ordinatum, siue confirmatum à Papa, *vt ait Card. Seraph. decis. 794. num. 21. & decis. 452. n. 1. par. 1. diuer. & dec. 380. par. 1. recent. & in illa Romana locorum Montium coram Vbaldo, & in dicta Romana hæreditatis coram Card. Virili, & per Buratt. in decis. 253.* vbi ampliat, et cōprehendere Collegia, Vniuersitates, & Conuentus Religiosorum.

Extende prædictum statutum comprehēdere etiam Capitula, Cōitates, atque Collegia, licèt sint solùm ciues per fictionem, *vt fuit dictum à Rota per dictum Burattum decis. 253. num. 1. & per Card. Caualer. decis. 616. per totam.*

381 Amplia trigesimoprimò quòd detur appellatio à sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, *vt ait Rota per Crescent. decis. 6. & Riccius in sua collectanea 166. & est decis. apud Statil. 240. num. 50.*

383 Extende idem procedere ab impositione perpetui silentij super diffamatione; & ratio est, quia talis sententia controuersiæ, ac liti finem imponit, itaut amplius de negotio agi nō possit, & propterea eidem grauato appellatio datur, *vt ait Andr. Gail. decis. Camer. Imperial. 132. par. 1.* & propterea *Gratian. in sua decis. 137. num. 20.* ait, quòd absolutio ab obseruatione iudicij est euitanda tanquam litigantibus dispendiosa.

384 Amplia trigesimosecundò, quòd admittatur appellatio à sententia declaratoria incursus censurarum à lege, vel ob inobseruantiam literarum Apostolicarum, latarum, *vt ait Rota per Puteum in decis. 270. lib. 3. Acchil. decis. 4. de sent. & re iudic. & per Coccin. in decis. quæ est apud Marches. de comiss. par. 1. fol. 1264. num. 4. & ita fuit quoque decisum in Cesaraugustana status de Murata Lunæ 26. Octobris 1587. coram Bubalo, quæ est decis. 3. par. 1. in recent. num. . & Borell. in sua summa decis. tit. 33. de appellat. num. 385. & ibi plures Doctores al. legat*, & præsertim, quando declaratoria excōmunicationis fuisset conditionaliter lata, nisi quis infra tot dies paruerit, quia tunc ab ea esset dabilis appellatio dicto termino pendente, & sic effectum suspensiuum inducere valeret; at secus, si simpliciter fuissent fulminatæ censuræ, *vt ait Rota decis. 248. num. 2. par. 3. recent.*

385 Et ratio illius ampliationis est, quia illa sententia habet factum annexum, super quo Iudex facile decipi potuit, & ob id dicta appellatio tolleratur, & iudicatum suspendit, secus autem, quando excōmunicatio in vim rei iudicatæ concederetur, quia eo casu appellatio non suspenderet, *vt ait Rota dicta decis. 248. n. 2.* & ratio istius secundæ partis, est, quia, quando res iudicata adest, sequitur etiā id, quod per sententiam est iudicatū per sententiam etiam habere exequtionem, nec per appellationē suspēderetur, & propterea videmus, quòd appellās ab executione, siue directa, siue indirecta regulariter nihil operatur, quia non suspendit id, à quo executio originem trahit, *vt ait Rota per Coccin. in decis. ibi apud Marches. in præcitato folio 1264. num. 4. & Rota decis. 100. num. 32. parte 1. diuers. & Scaccia mox allegan. in limit. 22. n. 44. & seqq.*

386 Contrarium tamen esset verius, vbi essemus solum in sententia Excomunicationis, à qua appellatio non datur, sed bene à declaratoria incursus in eam, *vt ait Scaccia de appellatione quæst. 17 limitat. 10. sub num. 8. versiculo* Confirmatur. Et multa ait videnda *in dicta quæst. 17. limit. 22. num. 1. & seqq.* Et ideò nota quòd eo casu appellatio ab excomunicatione non suspendit illius effectum, sed absolutio est necessaria, *vt ait Rota decis. 3. num. 1. par. 2. in recent. & multi alij doctores allegati à Borello in dicta sua summa decis. tit. 33. de appellat. num. 383.*

Extende hanc secundam opinionem quoque procedere in sententia absolutionis ab excōicatione, à qua appellatio non datur, & præsertim, quando ea daretur præstita cautione, & cò magis, quādo excomunicatus esset in articulo mortis constitutus. Immò appellatione pendente potest dari dicta absolutio; at secus, quando ea esset iniusta, quia tunc remedium

medium appellationis non esset admittendum; secus autem, quando essemus in sententia non reuocationis sententiæ excomunicationis, à qua appellatio datur, *vt latè ait Scaccia in dicta limitatione 22. quæst. 12. num. 151.*

387 Extende ampliationem primò, vt scilicet ea permittatur ab excomunicatione, siue interdicto, antequam feratur sententia, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 17. num. 4. cum ibi allegat.*

Veluti quoque excomunicatio fit ipso iure nulla, quando post interpositam appellationem fuisset lata, etiamsi appellatio fuisset extraiudicialis, licèt secus, si esset lata à Iudice dato, cum clausula appellatione remota. Et in concursu eiusdem momenti, nempè excomunicationis, & appellationis, tūc in dubio præsumitur excomunicationem præcessisse, quod tamen intellige in foro consciētiæ; at secus in illo fori, sed dicens se excōmunicatum post appellationem, id probare tenetur, vt de his omnibus *ait Scaccia d. limit. 22. n. 54. cum seqq.*

388 Extende secundò, quod etiam appellatio permittatur à declaratione pœnæ ipso iure fulminatæ, tam à lege, quàm ab homine, quasi tunc infetat nouum grauamen, ita vt facile Iudex decipi possit, *vt dicunt Doctores alleg. à Grat. in lib. 3. disceptat. c. 494. nu. 28. Scac. d. limit. 22. nu. 47. & seqq.*

389 Declara tamen appellationem esse admittendā ab intimatione alicuius fulminati processus, si causa grauaminis exprimatur, & probetur, vt fit in sententia interlocutoria, *vt fuit dictum à Rota in vna Gerunden. Cappellaniæ Veneris 5. Maij 1595. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 324. n. 4.*

390 Et causa grauaminis satis legitima diceretur, si Iudex sine causæ cognitione procederet; & propterea videmus, quòd possessor præsertim cum titulo, sine ea possessionem dimittere non tenetur, *vt ait Put. dec. 271. num. 7. lib. 3. & Cardin. Mantic. d. dec. 324. n. 4. & 5.*

391 Extende tertio, quòd etiam appellatio detur à comminatione, quinimmò ea etiam post decem dies admittitur, cum comminationes vim sententiæ non habeant; nec propterea vnquam in iudicatum transeunt, veluti dicitur de ijs præceptis, quæ absque causæ cognitione à Iudicibus fiunt, à quibus, quandocumq. appellare licet, *vt ait Gratian. lib. 2. disc. c. 239. n. 16. cum ibi alleg.*

392 Extende tertiò, idem procedere in appellatione à fulminatione censurarum executoris, quę adeò operatur, vt omnia eius gesta in vim citationis resoluere faciat, *vt ait Rota per Acchil. de Grassis in dec. 4. de sent. excommunic.*

Secus tamen, quando declaratoria censurarum esset facta, ob non paritionem rei iudicatæ, siue facta contra obligatum in forma Cameræ, *vt ait Scac. d. limit. 22. quæst. 17. n. 44. & seqq. & Rot. dec. 248. nu. 2. p. 3. recent.*

393 Sed nota tamē, q interim excommunicatus pendente appellatione in iudicialibus, & extraiudicialibus est vitandus, *vt ait Rota dec. 2. n. 5. de dolo, & contum. in addit.*

394 Declara tamen prædicta non procedere, vt diximus, quoad effectum excommunicationis, quem appellatio non suspēdit, sed est necessaria illius absolutio, veluti superius dixi ex mente *Rotæ in decis. 3. num. 1. par. secunda, in recentior. & Cappell. Tholosan. decisione 299. num. 7. & 8.* vbi propterea ait, quòd appellatio à sententia excommunicationis non datur, vt vinculum ipsius sententiæ suspendatur; sed benè, vt illius causæ cognitio ad superiorem deuoluatur.

395 Extende prædicta, eò magis procedere in excommunicato per sententiam, quia tunc illi appellatio suspensiua, nullo modo concedenda venit, sed interim pendente, deuolutione Iudex poterit illum excommunicatum denunciare, *Cappell. Tholos. decis. 299. & plures alij allegati à Borello ibi supra nu. 383. & seq.*

396 Sed in casu admissionis appellationis animaduertas, quòd excommunicatus tenetur appellare à sententia excommunicationis in termino, sed à die existentis conditionis, non autem a die prolationis sententiæ sicut in alijs, *vt ait idem Borell. ibi supra, num. 890.* Licèt sententia excommunicationis numquam in rē iudicatam trāseat, quia quotidie grauat, *ait Scac. de appell. q. 12. n. 150.*

397 Animaduertendo insuper, quòd appellans istud grauamen excōmunicationis euitabit, si appellationem præcessisse pro-

probabit, aliàs fecus, cum in dubio pro ſententia ſit præſumendum; & propterea iſtud onus probandi contrarium excommunicato incumbit, *vt ait Rota in decis. 29. per totam in antiq. & facit decis. 789. nu. 2. & 6. par. 3. recent.*

398 Extende quartò, prædicta quoque procedere, veluti ſi eſsemus in facto notorio, à quo licet appellatio non detur, per regulam *Quod per ſe patet, non eſt neceſſe probare*, & per alteram, *Quod in rebus claris, non ſit vlterius diſputandum.*

Fallit tamen, quando eſſemus in ſententia factum eſse notorium declarante, quia tunc ab ea appellatio datur, *vt ait Anan. in cap. ſuper his, colum. ſeptima de accuſat. & in cap. prohibens, colum. 1. de Magiſtr. Bald. in cap. ad noſtram, in fin. de appell. Decius in cap. peruenit, colum. 1. eodem tit. & Gratian. lib. 2. diſceptat. cap. 239. num. 29. & 30. Rot. dec. 79. num. 4. par. 3. recent. & vide quæ dicam in limitat. 7. num 832. cum ſeqq.* & ibi multa in hac materia inuenies.

Extende eodem modo procedere in appellatione prohibita ab aliqua conſtitutione, quia non cenſetur prohibita à pronũciatione Iudicis, ſuper dicta Conſtitutione, *vt ait Rot. d. dec. 79. n. 4. p. 3. recent.*

Sed pro coronide, & ornamento iſtius materię inferendæ excommunicationis, notandum erit, quòd declaratoria ferri non poteſt, niſi prius liquidatio præcedat, *vt fuit dictum in Pampilonen. decanſi 14. Decembris 1598. coram Litta, & in Neritonen. penſionis 5. Nouembris 1601. coram eodem, & per Cardinalem Seraphinum decis. 1213. in fin. & Saluſt. Tiber. in ſua praxi lib. 3. cap. 19.*

Vnde, ſi, verbi gratia, quis fuiſset in aliquo condemnatus & compareret, & fateretur ſe verè eſse debitorem, ſed non in ea quantitate, de qua fuit condemnatus, & debitam deponeret, cum oblatione, & proteſtatione de ſoluendo illud, in quo ſe eſse debitorem appareret, nec non pro illius ſolutione fideiuſsorem præſtaret, tunc ſi vera liquidatio non præcedat, Declaratoria non fertur, *iuxta Doctrinam Angel. in l. quarta, §. prætor ait, num. ſecundo, ff. de re dub. quam communiter ſequuntur Doctores, & Caputaquen. deciſione 150. num. quinto, par. prima, & Rota in Dertuſen. Decimarum 11. Maij 1609. coram Cardinali Marcomontio, quæ eſt apud Marcheſanum de Commiſſion. par. prima, fol. 675.*

Secus autem, ſi non compareret, neque ſe offerret eo modo, quo ſuperius fuit dictum, quia tunc, etiam non facta liquidatione ſententia ferri poſset, *vt fuit dictum in vna Calaguritana penſionis 19. Decembris 1624. coram Patriarcha Hieroſolymitano Manzanedo, & in Eboren. Spolij 28. Iunij 1627. coram eodem, & prius in Camerinen. prædij 13. Ianuarij 1625. coram Remboldo.*

Item ſecus eſset, quando ſententia feratur, pro vna certa quantitate, quia tunc ſequeretur, quod certum eſt amplius certiorari, & liquidari non debet, *vt fuit dictum in illa Dertuſen. Decimarum coram Cardinali Marcomontio, & Achil. decis. prima, num. 4. de ſent. excom.*

Declara tamen, quòd declaratoria non fertur, niſi ſeruatis prius quatuor terminis de iure ſeruari ſoliti, et ſi de paritione intra illos nõ doceatur, tunc abſque alia citatione ea ferri poterit, & ita ſeruari eſt ſolita Rota, tam in executorialibus rei iudicatæ, quàm etiam in illis mandati de manutenendo, *vt fuit dictũ, à Rota in dec. ſup. alleg. & in Alerien. beneficij Lunæ 1. Iulij 1613. coram Buratto.*

Et nota, quod vera contumacia vnius reſultat ex intimatione executorialium perſonaliter facta, ſed in hoc vide diſtinctionem, quam facit *Ferentil. in additon. ad deciſionem Buratt. 17. ſub num. 7. & ſeq.* cum qua ſemper pertranſiuit *Rota, & ſignanter per Card. Seraph. dec. 1113. & fuit dictum in Calaguritana Sedilium 11. Mart. 1622. corã Merlino, & in Leodien. Canonicatus S. Pauli 8. Apr. 1622. cor. eod. & prius in Tullen. ſeu Nullius Monaſterij 5. Iul. 1618. coram Sacrato, & in Sorana Beneficiorũ 25. Iunij 1616. coram Pirou. & in ead. cor. eod. 20. Febr. 1617. & in Toletana admiſſionis 2. Dec. 1619. & 19. Nou. 1620. cor. Vbaldo, & in Aſtoricen. præſtimoniorum 13. Iun. 1622. coram eodem, & ibi aliæ deciſion. allegantur, & in Leodien. declaratoriæ 13. Nou 1624. coram Burat.*

399 Amplia trigeſimotertiò, quòd appellatio detur à præſtatione iuramenti deciſiui, *vt ait Miſinger. in ſua obſeru. 39. centur. 1. & Ricciu in ſua collectanea 166. par. prima.*

Exten-

400 Extende idem procedere, etiam quòd ab huiusmodi delatione statim nō appelletur ab eo, cui instandum sit, & ideò licèt pars aduersa sit parata iurare, sed alter à præstatione iuramenti appellet, appellatio admittitur, etiam si intra decem dies facta non fuerit, veluti in Camera, ita seruari testatur *Mising. in dec. 39. par. 1. & Marta in compilat. dec. in uerbo Appellatio cap. 118. tom. 1. idem Mising. dec. 14. par. 2. idem Marta ibi supra cap. 130.*

Sed id non seruatur in Vrbe, si inter partes fuerit prius factum partitum super eo, quod esset iurandum, quia tunc illud finem liti imponit.

401 Sed ad istius materiæ intelligentiam erit notandum, quòd ille, cui istud iuramentum defertur, vnum ex his tribus facere cogitur, nempè aut iurare, vel iuramentum referre, aut soluere. Vndè si referat; coactè facere dicetur, & sic intrat regula, quòd scilicet lex magis succurrat facienti actum ex necessitate, quam ex voluntate. Item illud iuramentum voluntarium relatum, ei delato æquiparatur, veluti, quando reus ordinatione Iudicis nō expectādo delationem iuramenti approbantis actori referat, quia ante approbationem Iudicis dicta iuramenti delatio parti non concludit, & eo casu eadem ratio, quæ in deferente militaret, vt scilicet remedium prouocationis ab eo actu nō admitteretur, quem ipse facere procurauit; At secus, quando ex necessitate referret, quia inter hos casus diuersa ratio viget, *vt ait Octau. Caccheran. decis. 60. & Marta in sua compilat. decis. cap. 169. tom. 1. in verbo Appellatio.*

402 Contrarium, quòd scilicet actio nulla detur, quando lis per iuramentum deciditur, dicunt *Doctores allegati à Gratiano lib. 2. discept. cap. 227. num. 42.* & veluti dixi in Limitatione trigesima, vbi recurras.

403 Extende secundò, idem habere locū in decreto habilitationis à iuramento, à quo appellatio conceditur; sed est benè verum, quòd ea pendente, potest in causa procedi, *vt ait Franch. in sua dec. 602. & Riccius in sua collect. 1311. in princip. in quarta parte.*

Sed ad hoc, vt magis partibus litigantibus, & Iudici innotescat, quando huic iuramēto litis decisiuo, sit locus; animaduertendum est, quòd octo concurrere debent, & primò, quòd vnus non cogatur, nisi in re dubia iurare, necnon quando aliàs veritas haberi nō posset de eo, quod contenditur, *vt ait Osasch. dec. 10. & decis. 97.*

Secundo, requiritur Iudicis approbatio, *vt ait Rota Genuen. decisione 156.*

Tertiò, præsentia partis, ac illius citatio, *vt ait Thes. in sua decis. 68.*

Quartò, illud debet principali à domino, sed non à procuratore procuratori deferri, nisi cum speciali mandato, & tunc forma partiti super quo venit iurandum, debet parti intimari personaliter, ad hoe, vt sit certus de natura iuramenti, per eam præstandi, *vt ait Rota Auenionen. dec. 7. Thesaur. dec. 17. & Francis. Marc. par. 2. decis. 687.* Quamuis tamen secus esset, si mos Regionis expostularet monitiones præambulas, siue imprecationes, vtputa super Altari, siue imagine S. Antonij, veluti fit cum rusticis in Patria mea, siue de contentis in psalmo *Deus laudem meam ne tacueris*, vt ait *Thesaurus in sua decisione 61.*

Quintò, quòd illud iuramentum sit delatū intra tempus præfixi termini ad probandum, & probatum habendum, quia eo elapso non releuat, sed tunc via contumaci præcluditur, & iuramentum alteri parti defertur, *iuxta text. in l. manifestæ turpitudinis, de iureiur. & Rota Genuæ decis. 167. & Balb. dec. 74.* Secus autem in lapsu termini ad probandum, etiā publicato processu, quia tunc is, qui pro publicatione institerit adhuc iuramentum offerre valebit, *vt ait Osasch. decisione 97.*

Sextò requiritur tactus scripturarū, iuxta Regionis morem, *vt ait Rota Auenionen. decis. 7. & decis. 47.*

Septimò, quòd illud deferatur habenti certam notitiam, veluti in facto proprio ad euitandum anceps periurium, *vt dicunt Doctores mox allegan.*

Octauò, quòd purè, & sine vlla conditione, & maxime in volucra deferatur, sed partitum debet esse clarum, quia enim arbitrio

arbitrio iudicantis erit remittendum, *vt ait Rota Auenionen. in dicta decisione septima, Surdus decisione* 288. *Osasch. decisione* 61. *& Borgnin. decisione* 27. *par.* 2.

Vlterius hic erit notandum, quòd si quis iuramẽtum semel oblatum recusat, tunc amplius non admittitur ad iurandum, *vt ait Gratianus libro primo disceptation. forens. cap* 92. *num.* 37. licet tamẽ secus erit, si denuo concurreret consensus illius qui illud obtulerat.

404 Amplia trigesimoquartò, quòd appellatio datur à decreto sequestri, & ratio est, quia illud est contraius, quòd prohibet, vt a b executione sit incipiẽdũ iudicium, & ob id in huiusmodi interlocutoria non est necessaria causæ expressio, cum ex dicto decreto sequestri ex iuris præsumptione de grauamine constet, *vt ait Gratianus lib.* 2. *discept. cap.* 232. *num.* 26. *& seq. & prius lib.* 1. *cap.* 114. *num.* 39. *& Gaspar. Gulielm. decis.* 104. *par.* 2. *& Borell. in sua summa decis. tit.* 33. *de appellation. num.* 272. *& Rota in Ciuitatis Castelli seu Rom. sequestri* 30. *Martij &* 15. *Iunij* 1615. *& in Veneta donationis Lunæ decimasexta Nouembris eiusdem anni coram Buratto, quæ est in eius impress. decis.* 133. *num.* 11. *& decis.* 595. *& ibi latè per addentem.*

405 Contrarium, quòd scilicet appellans à decreto sequestri, debeat inserere causam in appellatione, *ait Cassad. decis.* 5. *num.* 5. *de sequestr. possess. & fruct.* & tunc causa ad id erit legitima, quando possessio collitigantium est turbida, *vt ait Rota per Buratt. decis.* 527. *num. sexto.*

406 Extende primò ampliationem adeò esse veram, vt propterea, si sequestrum contra vnum apponatur, tamen neque dominium, neque possessionem ille aufert, *vt ait, Rota per Seraphin. decis.* 608. *num.* 15.

407 Quòd tamẽ intellige verum, quãdo sequestrum esset necessarium, secus verò si essemus in voluntario, quia tũc possessionem aufert, *idem Card. Seraph. decis.* 756. *num.* 3. *& decis.* 491. *num.* 1.

408 Extende secundò idem procedere in sequestro super possessione beneficij à Iudice apposito, quia per illud possessio amissa non censetur, *idem Card. Seraph. decis.* 773. *num.* 7.

409 Contrarium licèt dicat *in dec.* 314. *nu.* 3. *vbi Rota ait*, quòd sequestrum iudicis possessione priuat, & eam vacantem facit; quas quidem opiniones cõcordare possumus attenta ea distinctione de qua supra, & sic quòd prima procedat in voluntario, quia tunc possessione non priuat. Secunda verò in necessario, *vt ait Rota dec.* 273. *par.* 2. *in nouiss. coram Cotta.*

410 Extende tertiò multò magis procedere, quando sequestrum esset fructuum tantũ, non autem possessionis, *idem Card. Seraph. dec.* 287. *n.* 5. Sed pro intelligentia istius termini intelligantur solum fructus sequestrati, siue etiam possessio, & dominiũ hoc modo venit distinguendũ, nempè, aut loquimur in terminis cõstitutionis *Pij Quarti sub die* 26. *Octobris* 1560. *quæ est inter suas in Bullario sub num.* 14. & tunc solum fructus sequestrantur, si verò iuxta illos *d. clemen. vnicæ*, tunc per eam possunt sequestrari fructus possessio, & beneficium ipsum, *vt ait Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 45.

411 Extende quartò, quòd sequestrum factum super fructibus beneficij illius qui pro defensione suæ ecclesiæ abest reuocandum venit, nec in reuocatione appellatio admittitur, *idem Seraphinus decisione* 662. *num* 1.

412 Extende quintò, illam ampliationem multò magis procedere, quando in sequestratione ista quatuor non concurrunt, & primò, quòd saltem summariè de iure creditoris constet. Secundò quòd vocetur debitor, de cuius præiudicio agitur. Tertiò quòd illud faciat ad conseruationem sui iuris, non autem calumniæ, siue æmulationis liuore. Quartò ꝙ persona debitoris, vel alterius contra quem sequestrum fieri prætenditur valdè sit suspecta, vt anima aduertit *Guidopap. in sua decis.* 246. *allegat. à Marta in sua compilat. decis. tomo* 1. *in verbo sequestrum cap.* 43. & quod else debeat prius liquidandum creditum antequam concedatur sequestrum, *ait Rota per Buratt. dec.* 545. *num. primò*, licèt secus esset, quando sequestratarius omnino sit con-

conficere librum, veluti tenetur, & illum non exhiberet, vt dicitur quoque de eo, qui aliquid præstare tenetur, & non comparet, sed in sua contumacia persistit; quia tunc contra tales declaratoria datur, etiam liquidatione non sequuta, *vt fuit dictum in Arboren. Spolij 28. Iunij 1627. coram Manzanedo, & in alia Ianuen. Parocchialis 20. Decembris 1628. coram Reuerendissimo. Coccino Decano, & est decis. Buratti 695. & ibi per addent. & in dec. 653. nu. 2. & veluti dixi infra sub nu.* 826.

413 Limita tamen primò ampliationem non procedere, iuxta formam, traditam à *Clement.* 1. *de sequestr. possess. & fruct.* quia tunc ius tale sequestrum permittit, & per consequens, cum tali casu præsumptio vitij interlocutoriæ cesset, idcirco ab eo dabilis non erit appellatio, *vt ait ait Gratian. dicto cap.* 232. *num.* 31. *& Cassad. dec.* 5. *num.* 2. *de sequestr possess. & fruct. Afflict. dec.* 152. *n.* 6. *& Borell. ibi sup. n.* 237. *& Vestr. in sua praxi lib.* 7. *c.* 2. *nu.* 9. *& ibi multa ait in hac materia.*

414 Contrarium tamen, quando sententiæ interloquutoriæ iniquitas detegeretur ex allegationibus, & probationibus facti, quia tunc ius, quod concedit sequestrum magis obscurum redderetur, at secus, quando quæstio esset iuris, *vt ait idem Gratian. ibi supra num.* 36. Et propterea notandum erit, quòd eo casu dictus possessor triennalis appellando à sequestro debet exprimere causam, veluti contingit etiam in tertio, qui vult audiri pro suo interesse, qui tenetur nedum causam exprimere, sed eam iustificare, saltem semiplenè, antequam ad vlteriora procedatur, *vt ait Gratianus ibi supra num.* 36. *& seqq. & Cassador. decis.* 4. *num.* 3. *in fine de sequestr. poss. & fruct. & prius decis. tertia eodem titulo.*

Declara tamen dictam Clementinam vnicam regulariter procedere in concessione sequestri post latam sententiam in Curia, & non ante, *vt ait ibi glos. in in verbo Promulgata, & Card. num.* 17. *& Marescott. variar. resol. d. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 40.

Contrarium tamen, id in pluribus casibus succedere potest, & primò si possessor beneficij in prima instantia remissoriam obtinuerit, *vt ait Caputaq. dec.* 152. *par.* 3.

Secundò vbi ageretur de attentatis, siue manutentione, cuius decisio à negotio principali penderet, non bene claro, *vt ait Lancell. de attentat. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 19. *num.* 5. *&* 6. *& par.* 3. *q.* 29. *& Marescott. ibi supra nu.* 41. *& sequenti.*

Tertiò si clericus habuerit recursum ad Iudices laicos pro suæ possessionis manutentione, quam Iudex Ecclesiasticus eidem indebire abstulerit, & de mandato dictorum Iudicum fuit reintegratus, *vt fuit decisum in Calaguritana Beneficij* 10. *Decembris* 1601. *coram Coccino, & in alia Calaguritana SS. Andreæ, & Iacobi* 17. *Iunij* 1602. *coram Litta.*

Quartò, & vltimò, quando litigatur inter prouisum apostolicum, & eum ab ordinario super beneficio reseruato, seu affecto ratione mẽsis siue alias, quia tunc si Iudex statim parte legitimè citata, & citatione reproducta cognouerit etiam summariè, & extraiudicialiter quantum sibi sufficere videbitur, illud esse reseruatum, & tamen ab Ordinario collatum, & sic indebite detineri, tunc poterit sequestrũ ante sententiam apponere super fructibus beneficij iuxta dictam Constitutionem Pij Quarti, *vt ait idem Marescott. variarum resolution. lib.* 2. *c.* 77. *num.* 44.

Sublimita tamen non procedere illam Ampliationem in possessore triennali, contra quem sequestrum concedi non potest, veluti quoque dicitur in cessionario, contra quem illud pari modo non datur, nisi beneficium possessionis triennalis esset personale, *vt ait Puteus decisione* 346. *nu. secundo, lib.* 3. *& Gratian. d. cap.* 232. *num* 35.

Extende id pręcipuè procedere iuxta regulam Cancellariæ de triennali, quæ disponit, vt nullus possessor triennalis cuiuscumque beneficij, quantumuis reseruati, super eodem molestari possit, dummodo habeat aliquem titulum coloratum, & reseruatum non sit ratione vacationis, *vt ait idem Marescottus ibi supra, num.* 37. & ista regula quos effectus pariat, *ait Rota per Gregorium XV.* decis.

decis. 37. num. 9. & decis. 77. num. 1. & decis. 241. Secus autem in possessore nō triennali, & quando sententia contra illum fuisset lata in Curia, quia tunc illud apponi posset, & ratio est, quia in Curia Romana solent cum multa maturitati, & deliberatione terminari causę, alias esset magnum absurdum Clericos possessione beneficiorum per singulas sententias de partibus priuari, *vt ait Marescott. ibi supra num. 1.*

416 Secus autem, quando possessor triennalis esset simoniacus, quia tunc sequestrum contra eum decernitur, nec ab eo appellatur, *vt ait Cassad. in dicta decis. 3. eodem tit. & Marta in compilat. decis. tom. 1. in uerbo Sequestrum cap. 20. & Marescott. ibi supra num 37.*

417 Limita tertiò, si ante triennium completum fuerit altera lis mota, & sententia contraria fuerit lata, quia tunc illud esset contra triennalem apponendum, si post primam sententiam, per vnum, vel duos annos solùm possederit, *vt ait Verall. decis. 159. parte 3. & Marta ibi supra cap. 18.*

418 Sed qualis esse debeat possessio triennalis ad excludendum sequestrum, docet *idem Verall. dec. 354. p. 2. & Grat. in prac. loco n. 32. & 33.* & ibi distinguit hoc modo; nempè aut est quęstio facti, aut iuris, In primò casu talis possessor triēnalis debet exprimere causam, ad hoc, vt illius appellatio à sequestro valeat; nam ex eo non redditur ius obscurum, quod concedit sequestrum, vnde debebat constare iudici ex probationibus facti, & nō prodesset, nisi ex deductis id manifestè appareret, & per consequens isto primò casu erit exprimenda causa, cum res non sit aperta, veluti esset in secundò, nempè quando detegeretur iniquitas, per allegationem Iuris, quo casu alia causę expressio non esset necessaria, tanquam in re clara, & manifesta, veluti distinguunt *Bal. & alij allegati à Grat. ibi supra n. 36. & Cassad. dec. 4. n. 3. in fin. de sequestr. poss. & fruct.*

419 Contra tamen prædictas fallentias, *ait Cassad. in d. decis. 4. eodem titulo*, vbi firmat possessorem triennalem pacificū beneficio non priuari per sententiam, & sic sequestrum non esse apponendum, nisi ea in rem iudicatam transierit.

420 Limita quarto ampliationem prædictam non procedere, veluti si essemus in reuocatione sequestri, à qua appellationem interponi nō sufficit, nisi etiam procedat inhibitio Iudicis, cui fuit cōmissa causa talis reuocationis, *vt ait R. ota decis. 1. de Off. delegati in nouis, & decis. 65. circa medium de appellatione in nou. & Gratian. discept. Forens. cap. 969. num. 9. lib. 5.*

421 Et ratio est, quia sequestrum appositum regulariter non reuocatur, nisi lite finita; quando tamen non esset uulliter appositum, vel nisi fuisset in eius appositione reclamatum, protestatum, & appellatum, vel esset factum contra ius; quia tunc sequestrum de facto appositū officio iudicis de facto reuocatur; & prgsertim, quando essemus in terminis dictæ clementinæ, quia tunc illud non apponitur, nisi post sententiam, & sic in dictis casibus non intrat decisio *Putei 256. allegata a Seraphino in decis. 1335. num. 4.*

422 Limita quintò, veluti, si essemus super possessione nulliter capta, quia tunc pro purgatione nullitatis sequestrum apponendum venit, *idem Card. Seraphin. decis. 797. num. 7. & dicta decis. 1403. & Verall. decis. 160. par. 3.*

423 Et tunc de sequestratione quorum fructuum sit intelligendum, tradit *Rota decis. 68. par. 2. Nouissimar. R. P. D. Cantuccij*; Sed quod sequestrum solum comprehendat fructus extantes, & nascituros in futurum, non autem ad iam perceptos, ait *Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 77. num. 34.*

524 Limita sextò, quando possessio est vacans; quia tunc, ne fructus interim dilapidentur, sequestrum datur, *idem Card. Seraph. dicta decis. 1403. num. 5.* sed eo magis daretur, quando possessio esset attentata, *vt ait Rota in decis. penes Burat. 525. num. 5.*

425 Limita septimò, vbi essemus etiam in sequestro pendente appellatione apposito, quod licèt regulariter sit reuocandum; tamen si timor dilapidationis adsit, illud firmum remanet, nec aduersario eo casu appellatio suffragabitur, *idem Card. Seraphin. decis. 1126. num. 1.*

Extende eodem modo procedere in sequestro apposito a iudice ex officio, ob

ob causam illi beneuisam, quia tunc id iudici facere licet in omnibus casibus, in quibus sequestratio ad instantiam partis fieri non potest, *vt ait Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 77. n. 58.* vbi subdit id præcipue à Rota seruari, & maxime, quā do constat de attentatis, *vt ait Caputaq. decis. 151. & 157. par. 3. Rota decis. 10. num. 4. vt lit. pen. in nouis. Mobed. decis. 1. num. 3. de sequest. poss. & fruct. Cass. decis. 3. num. 6. de rest. spol. Cæsar de Grass. decis. 2. de appell. & Rota dec. in Vrgellen. Archidiaconatus 24 Octobr. 1582. coram Gipsio, & alias sępè vt testatur Marescott. var. resol. d. lib. 2. c. 77. in fine, & Buratt. decis. 525. num. 5.*

426 Veluti quoque procederet, quando ageretur contra eos qui essent laici, & nil possiderent in statu Ecclesiastico; sed in loco pęnitus remoto, vbi dificilis esset exactio, quia tunc, aut sequestrum debet firmum remanere; aut debitor cauere de soluendo in casu sucumbentiæ, *vt ait Rota decis. 13. par. 2. lib. 3. nouiss. Cantucci & per Buratt. decis. 525. & 545. num. 5. & decis. 136. num. 3. par. 2. recent.*

427 Fallit tamen veluti, si essemus in casu vbi quis moreretur, & possessionem in alium transferri dubitaretur, & sic conditio sequestrantis deterior fieret, quia tunc cautione præstita relaxaretur sequestrum, *vt ait Puteus decis. 303. lib. 1.* & ratio est, quia vbi datur satis datio non cadit sequestrum cum ea sit medicina sequestri, quòd procedit, etiamsi illud esset de iure permissum, *vt ait Bursatt. cons. 188. num. 3. lib. 2. Marescott. var. resol. lib. 2. c. 77. nu. 6. Rota in Romana Vineæ de Fabijs 28. Iunij 16. 6. coram Coccino quæ est in eius impres. dec. 311. n. 2. & seq. & per Buratt. in decis. 595. & ibi in addit.* Licet sit benè verum, quod cautio debet esse idonea cum non sufficiat iuratoria nisi persona contra quam fuit obtentum sequestrum esset honesta, & non aliquo modo suspecta, *vt ait Bursat. in præcitato loco Carpan. ad stat. Mediol. parte 1. c. 111. num. 6. & Misinger. obser. 11. num. 3. cent. 2. allegati ab addente ad Buratt. in dicta decis. 595. nu. 9.* Licèt tamen secus esset, quando sequestrum obtineretur per exequtionē alicuius sententiæ, quia tunc non potest reuocari nisi effectuali satisfactione secuta *vt ait addens ad Buratt. ibi supra*.

429 Limita octauò, quòd neque tertius sequestrum impedire potest, qui super hoc interesse prætenderet, & ideo, si per eum appelletur, sequestrū, ob id non tollitur, & ratio est, quia ei nullū sit præiudicium; imo sequestratio erit vtilis & non damnosa, dum fructus per idoneam personam colligantur, & sibi in casu victoriæ reseruentur, vndè hoc præiudicio cessante, tertius non erit audiendus *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 77. num. 14. idem ait Rota decis. 11. alias 294. in antiq. de sentent. & re iudicat. & decis. 390. de sequestr. possess. & fruct. in nouiss. Vestr. in praxi lib. 7. cap. 2. num. 5. Milius in repert. in verbo sequestrum poss. Rota decis. 4. de sequestr. poss. & fruct. in nou.*

Extedne idem è conuerso procedere; nempè postquam illud fuit appositum, quia tunc non potest, etiam de consensu partium in præiudicium tertij, qui fuerit admissus ad causam, pro suo iute & interesse, remoueri, *vt ait Marescott. ibi supra num. 15.*

429 Quinimò subextende quòd, si fuerit factum iuxta *Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct.* tunc illud per dationem fideiussoris non reuocabitur, quia tale sequestrū ne dum est permissum sed immò præcipitur à lege, cum addiectione pœnæ, & ex aliqua causa, & sic solum actuali solutione tollitur *Put. d. decis. 311. lib 2. num. 1. & Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 232. num 16.*

Quod quidem procedit etiam in omnibus alijs casibus, in quibus sequestrum permittitur à iure, quemadmodum etiā fit in eo, quod permittitur ad euitandum scandalum, *Curt. in l. vnic. num. 55. limit. vlt. C. de probib. seq.* Licèt *Bursatt. in suo cons. 188. num. 3. lib. 2.* dicat tale sequestrum permissum à Iure satis datione reuocari, & in multis alijs casibus rolleretur sequestrum, quos recenset *D. Ferrentill. in addit. ad Burat. in sua dec. 595.* quos per te videre poteris, & præsertim illum ponit, quando sit sequestrum ad illius instantiam, qui hypothecam habet in illa re, cuius fructus sequestrari obtinuit, siue quando, ob relaxationem sequestri alicuius conditio deterior fieret, quia tunc

21. *Iunij* 1628. *coram Ghislerio, & in Romana scutorum* 100. *mill.* 28. *Ianuarij* 1628. *coram Card. Viril. & in Bononien. Terra* 17. *Nouemb.* 1628. *&* 12. *Febr.* 1629. *coram Vbaldo, & in Rom. Syluæ,* 28. *Nou.* 1628. *coram Verospio, & dec.* 92. *num.* 2. *par. prima in recentior. & penes Cinc. de censib. decis.* 188. *num.* 3.

Secus autem, quando vna esset lata super meritis causæ, alia super desertione appellationis, quia tūc vna esset interlocutoria, alia diffinitiua, *vt ait Affl. dec.* 361 *Thes. dec.* 122. *Grat. dec.* 18. *& fuit ita decisum à Rota in Romana successionis de Iustis Veneris* 23. *Maij* 1597. *coram Orano.*

370 Quinimmò amplia prædicta in tantum procedere, quòd etiam si in una ex illis adsit aliquod capitulum separatum appellabile, & nouum grauamen inferens; nihilominus ille veniunt exequendæ, *vt fuit dictum in Romana census Lunæ* 4. *Februarij* 1602. *coram Cardin. Pamphilio*, item neque causa expressa in sententia reddit eam minus conformem siue ab aljis diuersam, *vt fuit dictum in vna Romana Saluiani interdicti Veneris* 19. *Nouembris* 1593. *coram Penia.* secus autem, quando non essemus in capitibus separatis, sed connexis, & sententia vna nouum grauamen inferret, veluti, quando Iudex condēnauit in expensis ad quas alij non condemnarunt; licèt tamen difformitas ista, quoad expensas non impediat executionem sententiarum in negotio principali, si tamen in eo sint conformes, *vt ait Thes. decis.* 122. *n.* 6. *&* 7. & proprerea videmus, etiam quòd si adsint plures sententiæ quæ faciant rem iudicatam, tunc sunt exequendæ in ea parte in qua conueniunt, etiam si vna plus contineret, quàm altera, quòd tamen intellige verum, quando essemus in capitibus separatis, vt sunt expensæ à negotio principali, & de similibus, secus autem in indiuiduis, quia vtile per innutile vitiatur; *vt ait Rota per Buratt. decis.* 368. *& ibi per D. meum addentem, & Thes. d. decis.* 122. *nu.* 10. *& Rota in Rauennaten. concursus creditorū* 2. *Iunij* 1628. *coram Pirouano, & decis.* 241. *num.* 4. *par.* 1. *diuer. & in decis.* 92. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* vbi firmat, quod potest fieri sententiarum executio in ijs in quibus adest conformitas absque eo, quòd fiat in his in quibus viget difformitas, *Couar. c.* 25. *pract. qq. num.* 6. *vers. Ego verò.*

371 Immò extende, quòd sententię prædictæ exequūtur etiamsi super attentatis essent latæ, *Borell. superius allegatus nu.* 80.

372 Contrarium quòd scilicet sententiæ non sint exequendæ, quando vna illarū sit nulla; ēt quòd cōmissio adsit, quòd constito de tribus res iudicata exequatur cum illa clausula sit inteligenda de ualidis, quia nulla nomen sententiæ non mereatur, *vt fuit dictum in vna Lauden. pecuniaria Veneris* 1. *Iulij* 1588. *coram Cardin. Pamphilio, Milus in repertorio in verbo sententia, Put. decis.* 420. *lib.* 1. *Mohedan. decis.* 3. *de sentent. & re iudic. & Rota in Mediolanen. rescissionis contractus Mercurij* 4. *Iulij* 1602. *coram Card. Lancellotto, & Rota decis.* 662. *par.* 1. *recen. & in Ferrarien. attentatorum* 14. *Mart.* 1629. *coram Durano.* At secus, quia sententia prima fuisset per secundam confirmata, quia tunc nullitas aduersarios primam opponi non poiset in statuto Vrbis *c.* 190. *l.* 10. *& Rota per Gregor. dec.* 508. *num.* 3 immò notandum est, quòd de iure cōi, si sententia nulla ex defectu citationis per secundā confirmetur, tunc non potest amplius ea dici nulla, si id pars post sententiam opponat, *vt fuit dictum in Elboren. Iuris con ferendi quæ est penes Marches. par.* 3. §. 1. *fol.* 393. *num.* 1. & multo magis, quando nullitas non esset vna ex tribus, quia tūc ea, & prçsertim post rem iudicatam attendi non det, *vt ait Greg. d. dec.* 508. *num.* 1.

373 Extende secundo dictam ampliationem 30. eo magis procedere, & sic quòd dicta appellatio aduersus tres sententias detur, quando ex diuersitate sententiarum nouum grauamen infertur, quia tūc eidem grauato appellatio permittitur, *Amat. decis.* 55. & *Marta ibi supra cap.* 167. & in dubio semper est iudicandum ne sententiæ dicātur cōformes, & ꝙ per consequens ab eis appellare liceat, *ad trad. per Aym. cons.* 183. *num.* 4. *& Gabriel cons.* 56. *n.* 12. *lib.* 1.

374 Secus verò si essemus in tribus conformibus, siue ab vna vim sententiæ Præfecti Prætorio habentis, à quibus appellatio

latio non datur ita facilè, *vt vit Thes. decis.* 122. *& Capico. in sua decis.* 59. *Regni Neapol.*

375 Contrarium tamen esset, veluti, si quis in petitione restitutionis in integrũ à sententia Principis aliquem colorem ostenderet, veluti, quia essemus in causa Ecclesiæ, aut minoris, & adesset læsio, quæ incontinenti probari offeratur, quia tunc illius sententia exequenda non veniret, sed impeditur, aliàs prædictis deficientibus fit exequtio, præstita tamen cautione per exequentem, veluti eodẽ modo dicitur, si post decem dies petatur restitutio in integrum aduersus sententiã Papæ, vel Imperatoris, quia ea executioni demandatur, mediante cautione prædicta, *Cappell. Tolos. decis.* 54. *Fran. Marc. decis.* 53. *& Aufrer. ad Cappell. Tholos. dicta decis.* 54. *in fine*, *& Magon. decis.* 104. *num.* 25. *Rota Floren. & cæteri Doctores allegati à Borello de sentent. execut. tit.* 32. *num.* 71. *& seq.*

376 Et ratio est, quia Principis sententia semper præsumitur sancta & iusta, necnõ etiam quia ea vim supplicationis habet, quæ de sui natura exequtionem non retardat, *vt ait Borell. in præcit. loco num.* 74. *cum seqq.*

Extende illud quòd fuit dictum de appellatione à tribus conformibus prohibita procedere quoque in duobus, quæ sint conformes, à quibus appellare non licet, quando statutum iubet, vt ad earũ exequtionem procedatur, non obstante cuiuscumque nullitatis notoria exceptione, *vt ait Rota decis.* 552. *num.* 7. *par.* 3. *recent. & ibi aliæ decisiones allegantur.*

377 Extende tertiò, illam trigesimam appellationem procedere, quando allegaretur nullitas, quæ incontinenti probaretur, & quæ ex actis & processu ostenderetur, *vt ait Iaffred. Balb. in decis.* 471. *incip. Clementina, Viuius in sua decisione* 495. *siue* 497. *sub nu.* 1. & tunc nullitas euidens ea dicitur, quæ per actorum inspectionem probatur; aliàs si hoc modo non probaretur, exequtio trium conformium non esse retardanda, *vt ait Borell. de sentent. execut. dicto tit.* 32. *num.* 50. *Iaffred. dicta decis.* 471. *Benintend. dec. Bonon.* 67. *num.* 12.

378 Et nota quòd nullitas etiam militare diceretur si vltima tantum sententia ex tribus allegaretur nulla, *vt ait Rota per Crescent. in decis.* 1. *num.* 2. *de sentent. & re iudic.* Et ratio est, quia tunc deficeret numerus trium, *vt ait Borellus ibi supra num.* 52. *& veluti superius dixi.*

379 Extende quarto eam procedere, quando daretur de nullitate iurisdictionis iusdicentis, quia tunc exequtio trium impediretur, si de ea incontinenti probaretur, *vt ait Viuius in sua decis.* 495. *&* 497. *& Crescent. decis.* 22. *tit. de sentent. & re iudic. & Ant. Thesaur. dec. Pedemont.* 228. *& Borell. ibi supra n.* 51. *& seqq. & in terminis fuit resolutum à Rota in Landen. pecuniaria* 1. *Iulij* 1588. *coram Card. Pamphilio, Rota decis.* 20. *de reform. in antiq. Egid. decis.* 46. *Afflict. decis.* 354. & præsertim oppositione cõcurrente, *vt ait Butr. in e. cum M. Ferrariens. num.* 59. *& Rota ibi coram Card. Pamphilio.*

380 Secus autem, si malitiosè, aut per calumniam id fuisse factum viderit Iudex, ex aliqua probabili causa, nempè causa protelandæ exequtionis, aut similibus, quia tunc poterit, etiam pendente nullitate ad executionem procedere, *vt dicunt Doctores allegati à Borello ibi supra num.* 54. Nam sępissime appellantes eo remedio appellationis ad calumniam abutuntur, & præsertim, si sint rerum con trouersarum possessores, *vt ait Andreas Gail. decis.* 128. *part.* 1. *Cameræ Imper. & Mart. in compil. decis. in verbo Appellatio cap.* 108. *tomo* 1.

381 Quapropter concludendũ erit, quòd licèt in casu trium conformium exceptio nullitatis earum executionem impedire nõ possit, iuxta *clemen. vnicam de sent. & re iudic.* Secus tamen erit, quando illæ sententiæ grauamen irreparabile continerent, quia tunc prædicta regula non procedit, *vt ait Franch. decis.* 36. *Cap. pell. Tholos. decis.* 411. *& in hoc omnino recurras in limitatione* 6.

Animaduertendo preterea, quod, quod dicitur de tribus conformibus, iuxta dispositionem iuris communis, procedit etiã attento statuto Vrbis in duabus, qui faciunt rem iudicatam inter Ciues, incolas, districtuales, & in omnibus Curiis, etiam in Rota, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. in sua decis.* 197. *& ibi per Adden.*

medium appellationis non esset admittendum; secus autem, quando essemus in sententia non reuocationis sententiæ excomunicationis, à qua appellatio datur, *vt latè ait Scaccia in dicta limitatione 22. quæst. 12. num. 151.*

387 Extende ampliationem primò, vt scilicet ea permittatur ab excomunicatione, siue interdicto, antequam feratur sententia, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 17. num. 4. cum ibi allegat.*

Veluti quoque excomunicatio fit ipso iure nulla, quando post interpositam appellationem fuisset lata, etiamsi appellatio fuisset extraiudicialis, licèt secus, si esset lata à Iudice dato, cum clausula appellatione remota. Et in concursu eiusdem momenti, nempè excomunicationis, & appellationis, tùc in dubio præsumitur excomunicationem præcessisse, quod tamen intellige in foro consciētiæ; at secus in illo fori, sed dicens se excōmunicarum post appellationem, id probare tenetur, vt de his omnibus *ait Scaccia d. limit. 22. n. 54. cum seqq.*

388 Extende secundò, quod etiam appellatio permittatur à declaratione pœnæ ipso iure fulminatæ, tam à lege, quàm ab homine, quasi tunc inferat nouum grauamen, ita vt facile Iudex decipi possit, *vt dicunt Doctores alleg. à Grat. in lib. 3. disceptat. c. 494. nu. 28. Scac. d. limit. 22. nu. 47. & seqq.*

389 Declara tamen appellationem esse admittendā ab intimatione alicuius fulminati processus, si causa grauaminis exprimatur, & probetur, vt fit in sententia interlocutoria, *vt fuit dictum à Rota in vna Gerunden. Cappellaniæ Veneris 5. Maij 1595. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 324. n. 4.*

390 Et causa grauaminis satis legitima diceretur, si Iudex sine causæ cognitione procederet; & propterea videmus, quòd possessor præsertim cum titulo, sine ea possessionem dimittere non tenetur, *vt ait Put. dec. 271. num. 7. lib. 3. & Cardin. Mantic. d. dec. 324. n. 4. & 5.*

391 Extende tertio, quòd etiam appellatio detur à comminatione, quinimmò ea etiam post decem dies admittitur, cum comminationes vim sententiæ non habeant; nec propterea vnquam in iudicatum transeunt, veluti dicitur de ijs præceptis, quæ absque causæ cognitione à Iudicibus fiunt, à quibus, quandocumq. appellare licet, *vt ait Gratian. lib. 2. disc. c. 239. n. 16. cum ibi alleg.*

392 Extende tertiò, idem procedere in appellatione à fulminatione censurarum executoris, quę adeò operatur, vt omnia eius gesta in vim citationis resoluere faciat, *vt ait Rota per Acchil. de Grassis in dec. 4. de sent. excommunic.*

Secus tamen, quando declaratoria censurarum esset facta, ob non paritionem rei iudicatæ, siue facta contra obligatum in forma Cameræ, *vt ait Scac. d. limit. 22. quæst. 17. n. 44. & seqq. & Rot. dec. 248. nu. 2. p. 3. recent.*

393 Sed nota tamē, quod interim excommunicatus pendente appellatione in iudicialibus, & extraiudicialibus est vitandus, *vt ait Rota dec. 2. n. 5. de dolo, & contum. in addit.*

394 Declara tamen prædicta non procedere, vt diximus, quoad effectum excommunicationis, quem appellatio non suspēdit, sed est necessaria illius absolutio, veluti superius dixi ex mente *Rota in decis. 3. num. 1. par. secunda, in recentior. & Cappell. Tholosan. decisione 299. num. 7. & 8.* vbi propterea ait, quòd appellatio à sententia excommunicationis non datur, vt vinculum ipsius sententiæ suspendatur; sed benè, vt illius causæ cognitio ad superiorem deuoluatur.

395 Extende prædicta, eò magis procedere in excommunicato per sententiam, quia tunc illi appellatio suspensiua, nullo modo concedenda venit, sed interim pendente, deuolutione Iudex poterit illum excommunicatum denunciare, *Cappell. Tholos. decis. 299. & plures alij allegati à Borello ibi supra nu. 383. & seq.*

396 Sed in casu admissionis appellationis animaduertas, quòd excommunicatus tenetur appellare à sententia excommunicationis in termino, sed à die existentis conditionis, non autem a die prolationis sententiæ sicut in alijs, *vt ait idem Borell. ibi supra, num. 890.* Licèt sententia excommunicationis numquam in rē iudicatam trāseat, quia quotidie grauat, *ait Scac. de appell. q. 12. n. 150.*

397 Animaduertendo insuper, quòd appellans istud grauamen excōmunicationis euitabit, si appellationem præcessisse pro-

probabit, aliàs secus, cum in dubio prò sententia sit præsumendum; & propterea istud onus probandi contrarium excommunicato incumbit, *vt ait Rota in decis. 29. per totam in antiq. & facit decis. 789. nu. 2. & 6. par. 3. recent.*

398 Extende quartò, prædicta quoque procedere, veluti si essemus in facto notorio, à quo licet appellatio non detur, per regulam *Quod per se patet, non est necesse probare*, & per alteram, *Quod in rebus claris, non sit vlterius disputandum*.

Fallit tamen, quando essemus in sententia factum esse notorium declarante, quia tunc ab ea appellatio datur, *vt ait Anan. in cap. super his, colum. septima de accusat. & in cap. prohibens, colum. 1. de Magistr. Bald. in cap. ad nostram, in fin. de appell. Decius in cap. peruenit, colum. 1. eodem tit. & Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 239. num. 29. & 30. Rot. dec. 79. num. 4. par. 3. recent. & vide quæ dicam in limitat. 7. num. 832. cum seqq.* & ibi multa in hac materia inuenies.

Extende eodem modo procedere in appellatione prohibita ab aliqua constitutione, quia non censetur prohibita à pronũciatione Iudicis, super dicta Constitutione, *vt ait Rot. d. dec. 79. n. 4. p. 3. recent.*

Sed pro coronide, & ornamento istius materię inferendæ excommunicationis, notandum erit, quòd declaratoria ferri non potest, nisi prius liquidatio præcedat, *vt fuit dictum in Pampilonen. de Iansi 14. Decembris 1598. coram Litta, & in Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram eodem, & per Cardinalem Seraphinum decis. 1213. in fin. & Salust. Tiber. in sua praxi lib. 3. cap. 19.*

Vnde, si, verbi gratia, quis fuisset in aliquo condemnatus & compareret, & fateretur se verè esse debitorem, sed non in ea quantitate, de qua fuit condemnatus, & debitam deponeret, cum oblatione, & protestatione de soluendo illud, in quo se esse debitorem apparebit, nec non pro illius solutione fideiussorem præstaret, tunc si vera liquidatio non præcedat, Declaratoria non fertur, *iuxta Doctrinam Angel. in l. quarta, §. prætor ait, num. secundo, ff. de re dub. quam communiter sequuntur Doctores, & Caputaquen. decisione 150. num. quinto, par. prima, & Rota in Dertusen. Decimarum 11. Maij 1609. coram Cardinali Marcomontio, quæ est apud Marchesanum de Commission. par. prima, fol. 675.*

Secus autem, si non compareret, neque se offerret eo modo, quo superius fuit dictum, quia tunc, etiam non facta liquidatione sententia ferri posset, *vt fuit dictum in vna Calaguritana pensionis 19. Decembris 1624. coram Patriarcha Hierosolymitano Manzanedo, & in Elboren. Spolij 28. Iunij 1627. coram eodem, & prius in Camerinen. prædij 13. Ianuarij 1625. coram Rembold.*

Item secus esset, quando sententia feratur, pro vna certa quantitate, quia tunc sequeretur, quod certum est amplius certiorari, & liquidari non debet, *vt fuit dictum in illa Dertusen. Decimarum coram Cardinali Marcomontio, & Achil. decis. prima, num. 4. de sent. excom.*

Declara tamen, quòd declaratoria non fertur, nisi seruatis prius quatuor terminis de iure seruari soliti, et si de paritione intra illos non doceatur, tunc absque alia citatione ea ferri poterit, & ita seruari est solita Rota, tam in executorialibus rei iudicatæ, quàm etiam in illis mandati de manutenendo, *vt fuit dictũ, à Rota in dec. sup. alleg. & in Alerien. beneficij Lunæ 1. Iulij 1613. coram Buratto.*

Et nota, quòd vera contumacia vnius resultat ex intimatione executorialium personaliter facta, sed in hoc vide distinctionem, quam facit Ferentil. *in addition. ad decisionem Buratt. 17. sub num. 7. & seq.* cum qua semper pertransiuit *Rota, & signanter per Card. Seraph. dec. 1113. & fuit dictum in Calaguritana Sedilium 11. Mart. 1622. corã Merlino, & in Leodien. Canonicatus S. Pauli 8. Apr. 1622. cor. eod. & prius in Tullen. seu Nullius Monasterij 5. Iul. 1618. coram Sacrato, & in Sorana Beneficiorũ 25. Iunij 1616. coram Pirou. & in ead. cor. eod. 20. Febr. 1617. & in Toletana admissionis 2. Dec. 1619. & 19. Nou. 1620. cor. Vbaldo, & in Asthoricen. præstimoniorum 13. Iun. 1622. coram eodem, & ibi aliæ decision. allegantur, & in Leodien. declaratoriæ 13. Nou 1624. coram Burat.*

399 Amplia trigesimotertiò, quòd appellatio detur à præstatione iuramenti decisiui, *vt ait Misinger. in sua obseru. 39. centur. 1. & Riceius in sua collectanea 166. par. prima.*

Exten-

400 Extende idem procedere, etiam quòd ab huiusmodi delatione statim nõ appelletur ab eo, cui instandum sit, & ideò licèt pars aduersa sit parata iurare, sed alter à præstatione iuramenti appellet, appellatio admittitur, etiam si intra decem dies facta non fuerit, veluti in Camera, ita seruari testatur *Mising. in dec. 39. par. 1. & Marta in compilat. dec. in uerbo Appellatio cap. 118. tom. 1. idem Mising. dec. 14. par. 2. idem Marta ibi supra cap. 130.*

Sed id non seruatur in Vrbe, si inter partes fuerit prius factum partitum super eo, quod esset iurandum, quia tunc illud finem liti imponit.

401 Sed ad istius materiæ intelligentiam erit notandum, quòd ille, cui istud iuramentum defertur, vnum ex his tribus facere cogitur, nempè aut iurare, vel iuramentum referre, aut soluere. Vndè si referat; coactè facere dicetur, & sic intrat regula, quòd scilicet lex magis succurrat facienti actum ex necessitate, quàm ex voluntate. Item illud iuramentum voluntarium relatum, ei delato æquiparatur, veluti, quando reus ordinatione Iudicis nõ expectãdo delationem iuramenti approbantis actori referat, quia ante approbationem Iudicis dicta iuramenti delatio parti non concludit, & eo casu eadem ratio, quæ in deferente militaret, vt scilicet remedium prouocationis ab eo actu nõ admitteretur, quem ipse facere procurauit; At secus, quando ex necessitate refert, quia inter hos casus diuersa ratio viget, *vt ait Octau. Caccheran. decis. 60. & Marta in sua compilat. decis. cap. 169. tom. 1. in verbo Appellatio.*

402 Contrarium, quòd scilicet actio nulla detur, quando lis per iuramentum deciditur, dicunt *Doctores allegati à Gratiano lib. 2. discept. cap. 227. num. 42.* & veluti dixi in Limitatione trigesima, vbi recurras.

403 Extende secundò, idem habere locũ in decreto habilitationis à iuramento, à quo appellatio conceditur; sed est benè verum, quòd ea pendente, potest in causa procedi, *vt ait Franch. in sua dec. 602. & Riccius in sua collect. 1311. in princip. in quarta parte.*

Sed ad hoc, vt magis partibus litigantibus, & Iudici innotescat, quando huic iuramẽto litis decisiuo, sit locus; animaduertendum est, quòd octo concurrere debent, & primò, quòd vnus non cogatur, nisi in re dub ia iurare, necnon quando aliàs veritas haberi nõ posset de eo, quod contenditur, *vt ait Osasch. dec. 10. & decis. 97.*

Secundo, requiritur Iudicis approbatio, *vt ait Rota Genuen. decisione 156.*

Tertiò, præsentia partis, ac illius citatio, *vt ait Thes. in sua decis. 68.*

Quartò, illud debet principali à domino, sed non à procuratore procuratori deferri, nisi cum speciali mandato, & tunc forma partiti super quo venit iurandum, debet parti intimari personaliter, ad hoc, vt sit certus de natura iuramenti, per eam præstandi, *vt ait Rota Auenionen. dec. 7. Thesaur. dec. 17. & Francis. Marc. par. 2. decis. 687.* Quamuis tamen secus esset, si mos Regionis expostularet monitiones præambulas, siue imprecationes, vtputa super Altari, siue imagine S. Antonij, veluti fit cum rusticis in Patria mea, siue de contentis in psalmo *Deus laudem meam ne tacueris*, vt ait *Thesaurus in sua decisione 61.*

Quintò, quòd illud iuramentum sit delatũ intra tempus præfixi termini ad probandum, & probatum habendum, quia eo elapso non releuat, sed tunc via contumaci præcluditur, & iuramentum alteri parti defertur, *iuxta text. in l. manifestæ turpitudinis, de iureiur. & Rota Genuæ decis. 167. & Balb. dec. 74.* Secus autem in lapsu termini ad probandum, etiã publicato processu, quia tunc is, qui pro publicatione institerit adhuc iuramentum offerre valebit, *vt ait Osasch. decisione 97.*

Sextò requiritur tactus scripturarũ, iuxta Regionis morem, *vt ait Rota Auenionen. decis. 7. & decis. 47.*

Septimò, quòd illud deferatur habenti certam notitiam, veluti in facto proprio ad euitandum anceps periurium, *vt dicunt Doctores mox allegan.*

Octauò, quòd purè, & sine vlla conditione, & maxime in volucra deferatur, sed partitum debet esse clarum, ꝙ enim arbitrio

arbitrio iudicantis erit remittendum, *vt ait Rota Auenionen. in dicta decisione septima, Surdus decisione 288. Ossasch. decisione 61. & Borgnin. decisione 27. par. 2.*

Vlterius hic erit notandum, quòd si quis iuramētum semel oblatum recusat, tunc amplius non admittitur ad iurandum, *vt ait Gratianus libro primo disceptation. forens. cap 92. num.* 37. licet tamē secus erit, si denuo concurreret consensus illius qui illud obtulerat.

404 Amplia trigesimoquartò, quòd appellatio datur à decreto sequestri, & ratio est, quia illud est contrarius, quòd prohibet, vt a b executione sit incipiēdū iudicium, & ob id in huiusmodi interlocutoria non est necessaria causæ expressio, cum ex dicto decreto sequestri ex iuris præsumptione de grauamine constet, *vt ait Gratianus lib. 2. discept. cap. 232. num. 26. & seq. & prius lib. 1. cap. 114. num. 39. & Gaspar. Gulielm. decis. 104. par. 2. & Borell. in sua summa decis. tit. 33. de appellation. num. 272. & Rota in Ciuitatis Castelli seu Rom. sequestri 30. Martij & 15. Iunij 1615. & in Veneta donationis Luna decimasexta Nouembris eiusdem anni coram Buratto, quæ est in eius impress. decis. 133. num. 11. & decis. 595. & ibi latè per addentem.*

405 Contrarium, quòd scilicet appellans à decreto sequestri, debeat inserere causam in appellatione, *ait Cassad. decis. 5. num. 5. de sequestr. possess. & fruct.* & tunc causa ad id erit legitima, quando possessio colligitantium est turbida, *vt ait Rota per Buratt. decis. 527. num. sexto.*

406 Extende primò ampliationem adeò esse veram, vt propterea, si sequestrum contra vnum apponatur, tamen neque dominium, neque possessionem ille aufert, *vt ait, Rota per Seraphin. decis. 608. num. 15.*

407 Quòd tamē intellige verum, quādo sequestrum esset necessarium, secus verò si essemus in voluntario, quia tūc possessionem aufert, *idem Card. Seraph. decis. 756. num. 3. & decis. 491. num. 1.*

408 Extende secundò idem procedere in sequestro super possessione beneficij à Iudice apposito, quia per illud possessio amissa non censetur, *idem Card. Seraph. decis. 773. num. 7.*

409 Contrarium licèt dicat *in dec. 314. nu. 3. vbi Rota ait*, quòd sequestrum iudicis possessione priuat, & eam vacantem facit; quas quidem opiniones cōcordare possumus attenta ea distinctione de qua supra, & sic quòd prima procedat in voluntario, qui a tunc possessione non priuat. Secunda vero in necessario, *vt ait Rota dec. 273. par. 2. in nouiss. coram Cotta.*

410 Extende tertio multò magis procedere, quando sequestrum esset fructuum tantū, non autem possessionis, *idem Card. Seraph. dec. 287. n. 5.* Sed pro intelligentia istius termini intelligantur solum fructus sequestrati, siue etiam possessio, & dominiū hoc modo venit distinguendū, nempè, aut loquimur in terminis cōstitutionis *Pij Quarti sub die 26. Octobris 1560. quæ est inter suas in Bullario sub num. 14.* & tunc solum fructus sequestrantur, si verò iuxta illos *d. clemen. vnicæ*, tunc per eam possunt sequestrari fructus possessio, & beneficium ipsum, *vt ait Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 77. num. 45.*

411 Extende quartò, quòd sequestrum factum super fructibus beneficij illius qui pro defensione suæ ecclesiæ abest reuocandum venit, nec in reuocatione appellatio admittitur, *idem Seraphinus decisione 662. num 1.*

412 Extende quintò, illam ampliationem multò magis procedere, quando in sequestratione ista quatuor non concurrunt, & primò, quòd saltem summariè de iure creditoris constet. Secundò quòd vocetur debitor, de cuius præiudicio agitur. Tertiò quòd illud faciat ad conseruationem sui iuris, non autem calumniæ, siue æmulationis liuore. Quartò ꝙ persona debitoris, vel alterius contra quem sequestrum fieri prætenditur valdè sit suspecta, vt anima aduertit *Guido-pap. in sua decis. 246. allegat. à Marta in sua compilat. decis. tomo 1. in verbo sequestrum cap. 43.* & quod esse debeat prius liquidandum creditum antequam concedatur sequestrum, *ait Rota per Buratt. dec. 545. num. primò*, licèt secus esset, quando sequestratarius omnino sit

con-

conficere librum, veluti tenetur, & illum non exhiberet, vt dicitur quoque de eo, qui aliquid præstare tenetur, & non comparet, sed in sua contumacia persistit; quia tunc contra tales declaratoria datur, etiam liquidatione non sequuta, *vt fuit dictum in Arboren. Spolij 28. Iunij 1627. coram Manzanedo, & in alia Ianuen. Parocchialis 20. Decembris 1628. coram Reuerendissimo Coccino Decano, & est decis. Buratti 695. & ibi per addent. & in dec. 653. nu. 2. & veluti dixi infra sub nu. 826.*

413 Limita tamen primò ampliationem non procedere, iuxta formam, traditam à *Clement. 1. de sequestr. possess. & fruct.* quia tunc ius tale sequestrum permittit, & per consequens, cum tali casu præsumptio vitij interlocutoriæ cesset, idcirco ab eo dabilis non erit appellatio, *vt ait Gratian. dicto cap. 232. num. 31. & Cassad. dec. 5. num. 2. de sequestr possess. & fruct. Afflict. dec. 152. n. 6. & Borell. ibi sup. n. 237. & Vestr. in sua praxi lib. 7. c. 2. nu. 9. & ibi multa ait in hac materia.*

414 Contrarium tamen, quando sententiæ interloquutoriæ iniquitas detegeretur ex allegationibus, & probationibus facti, quia tunc ius, quod concedit sequestrum magis obscurum redderetur, at secus, quando quæstio esset iuris, *vt ait idem Gratian. ibi supra num. 36.* Et propterea notandum erit, quòd eo casu dictus possessor triennalis appellando à sequestro debet exprimere causam, veluti contingit etiam in tertio, qui vult audiri pro suo interesse, qui tenetur nedum causam exprimere, sed eam iustificare, saltem semiplenè, antequam ad vlteriora procedatur, *vt ait Gratianus ibi supra num. 36. & seqq. & Cassador. decis. 4. num. 3. in fine de sequestr. possess. & fruct. & prius decis. tertia eodem titulo.*

Declara tamen dictam Clementinam vnicam regulariter procedere in concessione sequestri post latam sententiam in Curia, & non ante, *vt ait ibi glos. in in verbo Promulgata, & Card. num. 17. & Marescott. variar. resol. d. lib. 2. cap. 77. num. 40.*

Contrarium tamen, id in pluribus casibus succedere potest, & primò si possessor beneficij in prima instantia remissoriam obtinuerit, *vt ait Caputaq. dec. 152. par. 3.*

Secundò vbi ageretur de attentatis, siue manutentione, cuius decisio à negotio principali penderet, non bene claro, *vt ait Lancell. de attentat. par. 3. cap. 24. quæst. 19. num. 5. & 6. & par. 3. q. 29. & Marescott. ibi supra nu. 41. & sequenti.*

Tertiò si clericus habuerit recursum ad Iudices laicos pro suæ possessionis manutentione, quam Iudex Ecclesiasticus eidem indebite abstulerit, & de mandato dictorum Iudicum fuit reintegratus, *vt fuit decisum in Calaguritana Beneficij 10. Decembris 1601. coram Coccino, & in alia Calaguritana SS. Andreæ, & Iacobi 17. Iunij 1602. coram Litta.*

Quartò, & vltimò, quando litigatur inter prouisum apostolicum, & eum ab ordinario super beneficio reseruato, seu affecto ratione mēsis siue alias, quia tunc si Iudex statim parte legitimè citata, & citatione reproducta cognouerit etiam summariè, & extraiudicialiter quantum sibi sufficere videbitur, illud esse reseruatum, & tamen ab Ordinario collatum, & sic indebite detineri, tunc poterit sequestrū ante sententiam apponere super fructibus beneficij iuxta dictam Constitutionem Pij Quarti, *vt ait idem Marescott. variarum resolution. lib. 2. c. 77. num. 44.*

Sublimita tamen non procedere illam Ampliationem in possessore triennali, contra quem sequestrum concedi non potest, veluti quoque dicitur in cessionario, contra quem illud pari modo non datur, nisi beneficium possessionis triennalis esset personale, *vt ait Puteus decisione 346. nu. secundo, lib. 3. & Gratian. d. cap. 232. num 35.*

Extende id præcipuè procedere iuxta regulam Cancellariæ de triennali, quæ disponit, vt nullus possessor triennalis cuiuscumque beneficij, quantumuis reseruati, super eodem molestari possit, dummodo habeat aliquem titulum coloratum, & reseruatum non sit ratione vacationis, *vt ait idem Marescottus ibi supra, num. 37.* & ista regula quos effectus pariat, *ait Rota per Gregorium XV.*

decis. 37. *num.* 9. *& decis.* 77. *num.* 1. *& decis.* 242. Secus autem in possessore nó triennali, & quando sententia contra illum fuisset lata in Curia, quia tunc illud apponi posset, & ratio est, quia in Curia Romana solent cum multa maturitati, & deliberatione terminari causę, aliàs esset magnum absurdum Clericos possessione beneficiorum per singulas sententias de partibus priuari, *vt ait Marescott. ibi supra num.* 1.

416 Secus autem, quando possessor triennalis esset simoniacus, quia tunc sequestrum contra eum decernitur, nec ab eo appellatur, *vt ait Cassad. in dicta decis.* 3. *eodem tit. & Marta in compilat. decis. tom.* 1. *in uerbo Sequestrum cap.* 20. *& Marescott. ibi supra num* 37.

417 Limita tertiò, si ante triennium completum fuerit altera lis mota, & sententia contraria fuerit lata, quia tunc illud esset contra triennalem apponendum, si post primam sententiam, per vnum, vel duos annos solùm possederit, *vt ait Verall. decis.* 159. *parte* 3. *& Marta ibi supra cap.* 18.

418 Sed qualis esse debeat possessio triennalis ad excludendum sequestrum, docet *idem Verall. dec.* 354. *p.* 2. *& Grat. in prac. loco n.* 32. *&* 33. & ibi distinguit hoc modo; nempè aut est quęstio facti, aut iuris, in primo casu talis possessor triennalis debet exprimere causam, ad hoc, vt illius appellatio à sequestro valeat; nam ex eo non redditur ius obscurum, quod concedit sequestrum, vnde debebat constare iudici ex probationibus facti, & nó prodesset, nisi ex deductis id manifestè appareret, & per consequens isto primò casu erit exprimenda causa, cum res non sit aperta, veluti esset in secundò, nempè quando detegeretur iniquitas, per allegationem Iuris, quo casu alia causę expressio non esset necessaria, tanquam in re clara, & manifesta, veluti distinguunt *Bal. & alij allegati à Grat. ibi supra n.* 36. *& Cassad. dec.* 4. *n.* 3. *in fin. de sequestr. poss. & fruct.*

419 Contra tamen prædictas fallentias, ait *Cassad. in d. decis.* 4. *eodem titulo*, vbi firmat possessorem triennalem pacificú beneficio non priuari per sententiam, & sic sequestrum non esse apponendum, nisi ea in rem iudicatam transierit.

420 Limita quarto ampliationem prædictam non procedere, veluti si essemus in reuocatione sequestri, à qua appellationem interponi nó sufficit, nisi etiam procedat inhibitio Iudicis, cui fuit cómissa causa talis reuocationis, *vt ait R. ota decis.* 1. *de Off. delegati in nouis, & decis.* 65. *circa medium de appellatione in nou. & Gratian. discept. Forens. cap.* 969. *num.* 9. *lib.* 5.

421 Et ratio est, quia sequestrum appositum regulariter non reuocatur, nisi lite finita; quando tamen non esset nulliter appositum, vel nisi fuisset in eius appositione reclamatum, protestatum, & appellatum, vel esset factum contra ius; quia tunc sequestrum de facto appositú officio iudicis de facto reuocatur; & prgsertim, quando essemus in terminis dictæ clementinæ, quia tunc illud non apponitur, nisi post sententiam, & sic in dictis casibus non intrat decisio *Putei* 256. *allegata a Seraphino in decis.* 1335. *num.* 4.

422 Limita quintò, veluti, si essemus super possessione nulliter capta, quia tunc pro purgatione nullitatis sequestrum apponendum venit, *idem Card. Seraphin. decis.* 797. *num.* 7. *& dicta decis.* 1403. *& Verall. decis.* 160. *par.* 3.

423 Et tunc de sequestratione quorum fructuum sit intelligendum, tradit *Rota decis.* 68. *par.* 2. *Nouissimar. R. P. D. Cantuccij*; Sed quod sequestrum solum comprehendat fructus extantes, & nascituros in futurum, non autem ad iam perceptos, ait *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 34.

524 Limita sextò, quando possessio est vacans; quia tunc, ne fructus interim dilapidentur, sequestrum datur, *idem Card. Seraph. dicta decis.* 1403. *num.* 5. sed eo magis daretur, quando possessio esset attentata, *vt ait Rota in decis. penes Burat.* 525. *num.* 5.

425 Limita septimò, vbi essemus etiam in sequestro pendente appellatione apposito, quod licèt regulariter sit reuocandum; tamen si timor dilapidationis adsit, illud firmum remanet, nec aduersario eo casu appellatio suffragabitur, *idem Card. Seraphin. decis.* 1126. *num.* 1.

Extende eodem modo procedere in sequestro apposito a iudice ex officio, ob

ob cauſam illi beneuiſam, quia tunc id iu
dici facere licet in omnibus caſibus, in
quibus ſequeſtratio ad inſtantiam partis
fieri non poteſt, *vt ait Mareſcott. var.
reſol. lib. 2. cap. 77. n.* 58. vbi ſubdit id
præcipue à Rota ſeruari, & maxime, quã
do conſtat de attentatis, *vt ait Caputaq.
deciſ.* 151. *&* 157. *par.* 3. *Rota deciſ.*
10. *num.* 4. *vt lit. pen. in nouiß Mohed.
deciſ.* 1. *num.* 3. *de ſequeſt. poſſ. & fruct.
Caſſ. deciſ.* 3. *num.* 6. *de reſt. ſpol. Cæſar
de Graſſ. deciſ.* 2. *de appell. & Rota dec.
in Vrgellen. Archidiaconatus* 24 *Octobr.*
1582. *coram Gipſio, & alias ſæpè vt te-
ſtatur Mareſcott. var. reſol. d. lib.* 2. *c.* 77.
in fine, & Buratt. deciſ. 525. *num.* 5.

426 Veluti quoque procederet, quando
ageretur contra eos qui eſſent laici, &
nil poſſiderent in ſtatu Eccleſiaſtico;
ſed in loco pęnitus remoto, vbi dificilis
eſset exactio, quia tunc, aut ſequeſſrum
debet firmum remanere; aut debitor ca-
uere de ſoluendo in caſu ſucumbentiæ,
vt ait Rota deciſ. 13. *par.* 2. *lib.* 3. *nouiſſ.
Cantucci & per Buratt. deciſ.* 525. *&*
545. *num.* 5. *& deciſ.* 136. *num.* 3. *par.*
2. *recent.*

427 Fallit tamen veluti, ſi eſsemus in ca-
ſu vbi quis moreretur, & poſseſſionem
in alium transferri dubitaretur, & ſic con
ditio ſequeſtrantis deterior fieret, quia
tunc cautione præſtita relaxaretur ſe-
queſtrum, *vt ait Puteus deciſ.* 303. *lib.*
1. & ratio eſt, quia vbi datur ſatis datio
non cadit ſequeſtrum cum ea ſit medici-
na ſequeſtri, quòd procedit, etiamſi illud
eſset de iure permiſsum, *vt ait Burſatt.
conſ.* 188. *num.* 3. *lib.* 2. *Mareſcott. var.
reſol. lib.* 2. *c.* 77. *nu.* 6. *Rota in Roma-
na Vineæ de Fabijs* 28. *Iunij* 1606. *coram
Coccino quæ eſt in eius impreſ. dec.* 311. *n.*
2. *& ſeq. & per Buratt. in deciſ.* 595. *& ibi
in addit.* Licet ſit benè verum, quod cau
tio debet eſse idonea cum non ſufficiat
iuratoria niſi perſona contra quam fuit
obtentum ſequeſtrum eſset honeſta, &
non aliquo modo ſuſpecta, *vt ait Burſat.
in præcitato loco Carpan. ad ſtat. Me-
diol. parte* 1. *c.* 111. *num.* 6. *& Miſinger.
obſer.* 11. *num.* 3. *cent.* 2. *allegati ab ad-
dente ad Buratt. in dicta deciſ.* 595. *nu.* 9.
Licèt tamen ſecus eſset, quando ſeque-
ſtrum obtineretur per exequtionẽ alicu-
ius ſententiæ, quia tunc non poteſt reuo
cari niſi effectuali ſatisfactione ſecuta
vt ait addens ad Buratt. ibi ſupra

429 Limita octauo, quòd neque tertius
ſequeſtrum impedire poteſt, qui ſuper
hoc intereſse prætenderet, & ideo, ſi
per eum appelletur, ſequeſtrũ, ob id non
tollitur, & ratio eſt, quia ei nullũ ſit præ-
iudicium; imò ſequeſtratio erit vtilis &
non damnoſa, dum fructus per idoneam
perſonam colligantur, & ſibi in caſu vi-
ctoriæ reſeruentur, vndè hoc præiudicio
ceſsante, tertius non erit audiendus *Ma
reſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 14.
idem ait Rota deciſ. 11. *alias* 294. *in an-
tiq. de ſentent. & re iudicat. & deciſ.* 390.
*de ſequeſtr. poſseſſ. & fruct. in nouiſſ. Ve-
ſtr. in praxi lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 5. *Mi-
lius in repert. in verbo ſequeſtrum poſſ.
Rota deciſ.* 4. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.
in nou.*

Extedne idem è conuerſo proce-
dere; nempè poſtquam illud fuit appoſi-
tum, quia tunc non poteſt, etiam de con
ſenſu pàrtium in præiudicium tertij, qui
fuerit admiſsus ad cauſam, pro ſuo iure
& intereſse, remoueri, *vt ait Mareſcott.
ibi ſupra num.* 15.

429 Quinimò ſubextende quòd, ſi fuerit
factum iuxta *Clem.* 1. *de ſequeſtr. poſſ. &
fruct.* tunc illud per dationèm fideiuſſo
ris non reuocabitur, quia tale ſequeſtrũ
ne dum eſt permiſsum ſed immò præci-
pitur à lege, cum addiectione pœnæ, &
ex aliqua cauſa, & ſic ſolum actuali ſo-
lutione tollitur *Put. d. deciſ.* 311. *lib* 2.
num. 1. *& Gratian. lib.* 2. *diſceptat. cap.*
232. *num* 16.

Quod quidem procedit etiam in om-
nibus alijs caſibus, in quibus ſequeſtrum
permittitur à iure, quemadmodum etiã
ſit in eo, quod permittitur ad euitandum
ſcandalum, *Curt. in l. vnic. num.* 55. *li-
mit. vlt. C. de probib. ſeq.* Licèt *Burſatt.
in ſuo conſ.* 188. *num.* 3. *lib.* 2. dicat tale
ſequeſtrum permiſſum à Iure ſatis datio-
ne reuocari, & in multis alijs caſibus tol
leretur ſequeſtrum, quos recenſet *D. Fer
rentill. in addit. ad Burat. in ſua dec.* 595.
quos per te videre poteris, & præſertim
illum ponit, quando ſit ſequeſtrum ad il-
lius inſtantiam, qui hypothecam habet in
illa re, cuius fructus ſequeſtrari obtinuit,
ſiue quando, ob relaxationem ſequeſtri
alicuius conditio deterior fieret, quia
tunc

tunc illud reuocandum non venit, *vt ait Put. decis. 303. lib. 1. & Borgnin. decis. 23. num. 18.*

Veluti quoque illud esset concedendū, si nullus esset remāsurus hæres superstes, qui ad solutionem debitorum cogi posset, & sic præsumptio vrgeret, vt iudicium elusorium redderetur, *vt fuit dictum in Monopolitana Pensionis Mercurij 26. Februarij 1596. coram Orano.* vbi in fine subiungit, quòd sequestrum ex causa venit concedendum, etiam si debitor non dilapidet, & eò magis quan do dilapidaret, & ad id nota, quòd hęc duo à pari procedunt; nempè dilapidare, vel taliter fructus in suos vsus conuertere, vt post obitum nil sit in eius hęreditate remansurum, *vt ait Rota ibi coram Orano.*

430 Declara præterea illud sequestrū, q̄ apponitur iuxta dictam clementinā non apponi, nisi post sententiam obtentam, vnde, si post illam apponatur, tunc nisi illud sit nulliter appositum non reuocatur, nisi reuocata sententia, ob præsumptionem ex ea resultantem. Secus verò, quando fuit appositum officio Iudicis, ob illius offensam, quia isto casu non intrat rigor Clementinæ, cum vnus casus ad alium nō trahatur, & propterea si cessat offensa Iudicis, illud sequestrū quoq. cessare debet, vt distinguit *Card. Seraph. dec. 1335. nu. 4. & 6. & Magon. decis. 115. Rot. Florent.* docet quibus modis illud tollatur, *Cassad. decis. 2. de sequestratione possess. & fructuum, & Put. decis. 133. lib. 1.*

431 Subdeclara, q̄ illud non esset opponendum, qn̄ sententia fuisset ad fauorem possidentis lata in petitorio, licèt in alia instantia fuerit reuocata, quia tunc impediret sequestrum, veluti etiam, quando haberet tres sententias, & rem iudicatam pro se, licèt postea victus in causa restitutionis in integrum, vnam contra victorem haberet, *Crescent. decis. 4. eodem titulo, & Marescott. ibi supranum. 38.*

432 Et sic igitur illi sequestro post sententiā restitutionis apposito non esset locus, nisi per aduersarium eidē fuerit cōsensum, *vt ait idem Cassad. decis. 1. eodem tit. & Puteus decis. 77. lib. 1.*

433 Secus autē, si quis cōtra se haberet sententiam, & post illam obtinuisset aduersarius relaxationem executorialium, *vt fuit dictum à Rota penes Buratt. in decis. 545. num. 3.* quia tunc illud non tollitur nisi secuta effectua li satisfactione, *vt fuit dictum in Romana fideicōmissi de Fabijs 20. Iunij 1602. coram Card. Pamphilio, & prius in Mediolanen. affictus 25. Martij 1596. coram Orano, quæ est apud Zachiam de oblig. Camer. decis. 118. num. 11. & per Buratt. dec. 653. n. 1.* Quod quidem quoque procedit, etiam appellatione pendēte ab executione sententiæ, *vt ait Curt. in l. vnica C. de prohib. sequest.* Quòd tamen declara procedere, dummodo res iudicata non sit in controuersiam deducta, sed clara, & debitum non negetur, sed illud sit liquidum & confessatum, & quod denique super eo nulla debitori competa, exceptio, *vt fuit dictum à Rota per Burratt. in dicta decis. 653. num. 2.*

434 Rursus hic erit notandum, quòd siue sequestrum sit iustum, vel iniustum, tamē non porest impunè contemni, secus autem, si quis iustam causam ei præstaret non soluendi, quia tunc, neque ille ad damna, & interesse tenetur, *vt ait dictus Card. Seraph. decis. 912. num. 1. & 2.* & quando illud violari dicatur, *docet Veral. decis. 155. parte 3. & Bellamer. decis. 428. & Marescott. var. resol. lib. 2. c. 77. n. 6.*

435 Extende quòd immò violans sequestrum vigore sententiæ nullæ appositum incidit in pœnas, *Rota decis. 1. de sequestr. possess. & fructuum in antiq.* etiam si sequestrator deputatus ad colligendos fructus sequestrum non accepraverit, *vt ait Marescott. mox allegan. & Rota in dec. 1. eodem titulo in antiquis, idem Bellam. decis. 429. & decis. 45. Putei lib. 2. & Mohed. decis. 1. eodem titulo,* & ideò venit curandum, vt fructus, nec nō distributiones, ac cętera emolumenta beneficij penes idoneam personam deponantur, iuxta constitutionem Pij Quinti lite pendēte super beneficio in Ecclesia Catedrali, siue Collegiata, inter prouisum à Papa, vel ab ordinario, licèt id, quod fuit dictū de distributionibus, iuxta constitutionē illam Pij V. solùm procedat in illis, quæ ex statuto, siue consuetudine percipiuntur, non autem in illis quotidianis, & quę diuinis officijs interessentibus debentur, *vt ait Marescot. var. resol. lib. 2. c. 77. n. 50.* eodem modo quoq. venit dicendum de

de pensione, pro qua non datur sequestrum, cum non sit beneficium, nisi ea esset perpetuo constituta super fructibus alicuius ecclesiæ, *vt ait Marescott. ibi supra num. 39.*

436 Amplia trigesimoquintò, quòd appellatio conceditur à mulcta, nec non etiam ab ea recursus peti potest, quia, quando ille conceditur, siue reuisio causæ obtinetur idem operatur, quod appellatio, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 972. num. 14. & seq. & Ioacchin. Misynger in sua decis. 43. par. 3. Cameræ Imperialis*; & ratio illius ampliationis est, quia mulcta est interlocutoria, quæ vim difinitiue habet, *vt ait Scaccia mox allegan.*

437 Secus verò in casu, vbi denegatur audientia, quia tunc recursus, & appellatio nō est concedenda, *vt ait Grat. lib. 2. discept. cap. 384. num. 27.*

438 Sed quòd re vera, vbi est prohibita appellatio de Iure communi, etiam recursus prohibeatur, *ait Mastril. in sua decis. 157. & 158.*

439 Quòd tamē declara verum inspecto d. iure communi; at secus, quando appellatio esset prohibita virtute alicuius priuilegij, seù præeminentiæ, quia tunc prohibita appellatione non censetur prohibitus recursus, *Riccius in sua collectan. 166. in fine par. 1. idem Mastril. dicta decis. 158. Mar. decis. 55. Valasch. dec. 51.* vbi ponit alios quindecim casus, in quibus denegatur causæ reuisio, & in omnem euentum, quòd reuisio concedatur, tunc ea admittitur etiam non refectis expensis, *vt ait Affl. dec. 231. & Ricc. collect. 255. p. 2. & latius dicam infra post limitationem 1. in vers. Extende.*

Extende prædictam ampliationem in tantum procedere, vt appellatio detur à mulcta, etiam si ob veram contumaciam fuisset imposita. vnde si reus sit mulctatus ex eo, quia non fuerit passus actorem immitti in possessionem ex primo decreto appellare potest, *vt ait Scacc. de appell. q. 17. limit. 3. sub num. 19. & limit. 47. memb. 1. num. 182. & limit. 6. membro 4. num. 128.*

440 Amplia trigesimosextò, quòd etiam verus contumax appellare potest, attenta iuris Canonici æquitate; At secus de iure ciuili., etiam inficto contumace, *vt est. text. in l. 2. C. quorum appellat. non recip. & Riccius in sua collect. decis. 62. par 3.* & id procedit, ne dum in Ciuilibus, sed etiam in criminalibus, *vt ait Affred. in sua decis. 451.* & id ait multò magis procedere in Regno Neapolis, vbi appellatio admittitur in homicidio, *Franch. in sua decis. 556. num. 6. & seqq. multa ait. in hac mater. Scaccia de appellat. d. q. 17. limit. 3. num. 1. cum seqq.*

441 Vnde in hoc licèt aliqui dicant, quòd sit attendendum tempus notitiæ, etiam in citato personaliter, & per consequens, ad hoc, vt tempus currat sit necessaria intimatio, nihilominus opinio contraria est verior, & ea passim in Curia Romana seruatur, quòd scilicet citatus personaliter non possit appellatione se tueri, nisi à die latæ sententiæ, non autem habitæ notitiæ; Et ratio est, quia paria sunt, quòd quis sciuerit tenorem illius, vel quòd neglexerit illum scire; vnde isto casu tempus currit à momēto, quo fuit prolata sententia, quando tamen illa fertur contra præsentem, vel verum contumacem, sicut dicitur ille, qui fuit personaliter citatus, *vt ait & testatur Gratianus lib. 2. disceptat. cap. 364. num. 5. cum seqq. & Vestrius in sua praxi lib. 7. cap. 3. num. 21. & 55. Iason in l. ex consensu, §. vltimo, ff. de appellat. Socin. de cit. art. 27. num. 28. idē Iason in l. properandum, §. sin autem C. de Iudic. idem Gratian. lib. 4. discept. cap. 708. num. 14. & Rota in istis terminis pulchre ait in decis. 396. num. 1. & 2. par. 2. in recent.* & quòd contumax appellare, & audiri debeat à die habitæ notitiæ, *ait Rota decis. 111. num. 2. lib. 2. par. 2. diuers. & Capicc. decis. 139. num. 1. Rota decis. 49. in nou. incip. si fertur sententia, & decis. 55. num. 3. lib. 1. par. 1. nouiss. Bellam. decis. 349. num. 1. incip. sicut præsumitur, & Rota decis. 364. incip. cum visa in nou. & prius in antiq. decis. 500. incip. nota si ferantur.*

442 Contrarium tamen seruatur in Prouincia Romandiolæ, *vt dicunt Doctores allegati à Grato cons. 100. num. 4. lib 1.* quòd scilicet ibi intimatio requiratur latæ sententiæ, *iuxta opinionem Fulgosij in dicta l. properandum, §. & siquidem, vt refert Grattian. dicto cap. 364. num. 8. & de praxi totius Italiæ testatur Ferett. consilio 216. num. 1. lib. 1.* quòd scilicet intimatio

timatio requiratur, & quòd propterea appellans non audiatur, ob contumaciã *a ij Franc. Marc. decis.* 1. *num.* 2. *par.* 1. *Et Capicc. ibi supra num.* 2. *& 4.* dat pro cautela, vt sententia lata personaliter intimetur, vel ad domum, vt decendium currat. Contrarium in hoc licèt dicat *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 394. *nu.* 2. vbi ait citationem domi fieri non sufficere, & veluti dicam *in seq. concl. in* 3. *regula* 3. *casus vers. Extende sub nu.* 175. *cum seqq.*

443 Sed quando sufficiat, & quando nõ citatio domi facta *vide Rotam decis.* 1. *de dolo & contumacia in nouis & ibidem in dec.* 2. *in nou.* Sed quòd citatio ad forũ iudicandum sit facienda in domo illius solitæ habitationis, etiamsi citandus deseruerit domum, vnà cum tota familia aliundè eam transferendo, *ait Franch. in sua decis.* 516. *num.* 16. & ibi docet, quomodo sit citandus talis; aliàs si citaretur in domo non solitæ suæ habitationis, tũc sententia indè lata esset ipso iure nulla, *vt ait dictus Franch. decis.* 514. *uum.* 1. & ad id notandum etit, quòd qualitas solitæ habitationis probata dicitur, si de ea nuncius, siue cursor, aut mandatarius fidem faciat, *vt ait Grat. lib.* 4. *discept. ca.* 697. *num.* 14. & ibi subiungit, quòd citatio facta domi non valeret, nisi per nuncium illa qualitas solitæ habitationis addatur.

Declara tamen prædicta non habere locum in Gubernatore Vrbis, qui in vim suarum facultatum potest citare domi, licèt alias citatio personalis esset necessaria; quamuis tamen secus esset, quando ipse in monitorio certam formam executionis citationis prescripsisset, quia tunc si ea non seruaretur ab executore, tunc illius executio esset nulla, *vt ait Card. Seraph. decis.* 972. *num.* 5. *&* 6. vbi subdit, quòd regulariter citatio debet fieri personaliter, iuxta formam traditam si possibile est, sin minùs domi solitæ habitationis, sed eo modo, quo superius diximus; Animaduertendo tñ, quòd ea domi exequi non potest, qñ fuit ordinata personalis, si prius non constet de diligentijs factis per Cursores pro personaliter citando, aliàs illius executio esset defectiua, & sic faceret processum, corruere ac reum absolui, *vt late dixi in concl.* 8. *sub num.* 38. *ex mente Rotæ Rom. in vna Veneta donationis Lunæ* 11. *Maij* 1615. *coram Buratto*, vbi loquitur de monitorio malè executo.

444 Demum quòd reuera verus contumax dicatur citatus personaliter, & quod propterea vti talis appellare non possit, si in termino præfixo non comparuerit, cum tunc ignorantia illi suffragari non possit, licèt secus in eo, qui fuerit domi citatus, quia ille potest appellare, cum non sit verus contumax, *ait Rota decis.* 220. *par.* 1. *diuers. & dictus Capicc. decis.* 139. *num.* 1. *&* 2. *docet quis sit verus contumax Franc. Viuius in dec.* 138. *num* 12. *& seq. Barzius decis. Rotæ Bononiæ* 150. *num.* 11. *&* 12. *Petrus Rozzius in decis. Lituaniæ* 4. *num.* 16. *& seqq.*

445 Extende primò, quòd etiam verus contumax dicatur, qui contẽnendo Iudicem dixit nolo comparere, siue nolo venire, siue non veniam *Rota decis.* 49. *in nouis incip. si fertur sententia Nicol. Vigell. decis.* 21. *centur.* 6. *Dominic. Ammeus in decis. Iennensi* 11. *num.* 37. *& Buer. in decis.* 206. *uum.* 6. *Rotæ Burdegalens.*

446 Extende secundò, quòd verus contumax etiam dicatur, qui data opera fuit, vt ad illius notitiam citatio non perueneritt, *vt ait Iaffred. Lanfranch. Balb. in decis.* 254. *incip. Qui data*, veluti etiã dicitur in materia adimplementi de eo, q fecit, vt illud non sequeretur, quia tunc p adimpleto habetur, *vt dixi in verbo Adimplere.*

447 Secus autem esset in eo, qui est contumax, sed comparendo allegaret, velle prosequi appellationem, & vsque adhuc non comparuisse ob iusta impedimenta, quæ probare intendit, vt puta belli, odiorum publicorum, & particularium partialitatum; nam istis casibus iste esset admittendus, veluti decreuit Sacrum Consilium Neapolitanum, *vt ait Afflict. in decis.* 29. *num.* 4. *& Scacc. de iudic. causar. ciuil. & crimin. cap.* 9. *num.* 40.

448 Et id eò magis procederet, si impedimentum fuerit notorium, quia tunc alia protestatio non fuisset necessaria, *idem Afflict. decis.* 50. *num.* 5. *Vantius, & Raudens. allegati à Borello in sua summa decisionum tit.* 33. *de appellat. num.* 373. licèt hæc opinio non mihi placeat, quo-

quoties talis potuisset commode per a lium comparere, veluti dicam inferius.

449 Sed pro ornamento istius materiæ non debeo omittere eam distinctionem, quam tradit *Rota in dicta decis. 2. num. 3. de dolo, & contum. in addit. vbi ex sententia Bart. in l. properandum, C. de iudic.* Tali modo distinguit, nempè vnus dicitur verus contumax apparenter, & existenter; quidam verò apparenter, & non existenter; Item vnus dicitur fictus contumax apparenter, & existenter; alter verò est fictus contumax apparenter, sed nō existenter, ita q̄ duo sunt casus in vero, & alij duo in ficto cōtumace; & quoad primū caput, nempè, qñ quis dicatur verus cōtumax apparēter, & existēter, tūc talis ille dicitur, qui dicit nolo venire, vel inuētus dixit, Veniā, sed nō venit absq. aliqua causa, iste tūc contemnit Iudicem, & ideò cum dicatur verus contumax non appellat. Secundū caput est quando quis est verus contumax apparenter, sed non existenter; & iste talis dicitur, quando inuentus dixit se velle venire, sed dolo aduersarij, vel alio casu fuit impeditus, absque sua culpa, & iste si vult appellare non auditur à Iudice à quo, nec admittitur eius appellatio, quia est verus contumax apparenter, sed si coram Iudice ad quem probabit tale impedimētū, tūc Iudex procedet super sua appellatione, veluti si esset admissa. Tertium caput est, quando quis est fictus contumax apparenter, & existenter, vt est citatus ad domum, sed ad eum citatio non peruenit, & iste dubio procul auditur appellans, à die habitæ notitiæ, cum talis sententia in contumaciā lata dicatur, *vt ait Rota decisione 734. num. 2. par. 3. recent.*

Quartum membrum est, quando quis est fictus contumax apparenter, sed non existenter, vt est ille, qui non fuit inuentus, sed citatio tamen ad eius peruenit notitiam, & appellatio istius recipitur à Iudice à quo, quia sibi non liquet, vt Iudici, eum esse verum contumacem, sed pars tamen aduersa poterit excipere de ista superueniente notitia coram Iudice ad quem, qua enim probata, Iudex ad quem pronunciabit appellationem non detulisse ad eum, & vide omnia alia quę sequuntur in dicta *decisione 2. de dolo, & contum. in nou.*

450 Fallit quoque dicta ampliatio, quando essemus in condemnato ex causa administrationis, & præsertim publicæ, in qua appellare non licet *Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 665. num. 2. Farinac. in sua praxi crimin. quæst. 101. num. 74. & ibi multa, & veluti dixi in conclus. 56. in verbo Administrator, sub num. 43. & 89.* & ibi habebis quomodo id procedat.

451 Extende id quoque procedere, si essemus in sententia lata contra contumacem pro confesso, & conuicto, ex forma statuti habitum, quæ non transit in rem iudicatam, sed quandocumque retractari potest, & præsertim, quando essemus in sententia ex præsumptiuis, siue priuilegiatis probationibus lata, quæ ex nouis, & fortioribus retractari poterit, vltra quod quando statutum habet pro confesso, non respondentem positionibus, intelligitur, si id qualitas causæ patiatur, aliàs non poterit ex sola contumacia condemnari, nec per consequens ille pro confesso debet haberi, neque pro negante, adeò vt semper ille respondendo positionibus moram purgare possit, & præsertim re integra, *vt ait Natta consil. 364. num. 10. inter consil. Siluan. idē Natta consil. 53. num. 5. Neuizan. consil. 6. num. 12. Castrens. consil. 141. in princip. lib. 1. Osasch. decis. Pedemont. 5. num. 4. & decis. 71. num. 56.*

452 Contrarium, quòd scilicet contumax in respondendo positionibus in termino sibi à lege, vel statuto præfixo, moram purgare non possit, *ait Bald. consil. 182. allegato à Mascard. de probation. conclus. 1116. num. 33. idem Bald. consil. 315. lib. secundo.* Licèt tamen dicat, quòd excusabitur ex causa, quia reus non dicitur hoc modo verus contumax, *vt ait Guidopap. consil. septimo, & Moron. de tregua, & pace, quæst. 35. num. 7.* & ita quoque fuit decisum *à Rota coram Manzanedo.*

453 Subextende primò ampliationē procedere, etiam in recusante respondere positionibus, qui licèt tamquàm confessus condemnari possit, veluti in foro Capitolino, ex forma statuti Vrbis seruari solitum est; nihilominus à tali condemnatione appellari potest; & recusans respondere poterit, ex causa appella-

la-

lationis illius recusationem iustificare, *vt ait Gratian. in sua decis. 171. num. 1.* & quod Signatura huiusmodi appellationes admittat ab ea pronuncia articulos haberi pro confessatis, testatur *Marches. de commiss. tom. 1. fol. 1213. nu. 136. & 137.*

454 Subextende secundò procedere in eò qui fuerit confessus cum qualitate, quæ delictum minuit, *vt ait Franch. in sua decis. 556. & Riccius in sua collectan. 621. par. 3. idem in collect. 1774. parte quinta.*

Quinimmò etiam, quòd talis confitẽs causam non probet, non poterit tamen pœna ordinaria puniri, si fiscus aliundè illius confessionem non probaret, *vt ait dictus Franch. in dec. 556. num. 9.*

Declara tamen, quòd confessio possit reiecta quantitate acceptari, quando qualitas contra se iuris præsumptionem habet, veluti dicitur de teste, *vt ait Rota decis. 802. num. 3. par. 1. diuersor. & decis. 525. num. 2. par 2. recentior. & per Gregor. decis. 92. num. 8. & in Placentina Præpositurę 4. Decembris 1628. coram Pirouano, & per Buratt. dec. 143. n. 32. & dec. 199. & ibi in addit.*

455 Subextende tertiò in eo, qui solùm esset confessus, sed non manifestè conuictus, *vt ait Iaffred. in sua decis. 462. & Riccius ibi supra.*

456 Subextende quartò in confesso, qui in appellatione dicat se confessum per errorem, cum confessio, etiam geminata numquam erroris probationem excludat, licèt tamen vti geminata magis probet, *vt ait Rota per Burattum decisione 200. num. 2.* siue, si confessus aliam causam, contra confessionem allegat, *vt ait Maynard. in decis. 22. lib. 2. & Riccius ibi supra in fine.*

Et propterea ad id hic erit notandum, quòd ad hoc, vt confessus habeatur pro conuicto, & iudicato, debet illi assignari breuis terminus ad dicendum contra illius confessionem, intra quem nihil docto, quòd eum releuet ad vlteriora in condemnatione procedi poterit; nam confessio in iudicio habet executionem paratam, veluti dicitur de spontè confitente, cui post confessionem fit præceptum de soluendo, vt dicunt *Rubin. decis. 91. Thesaur. decis. 1. Viuius decis. 68. Cappel. Thol. dec. 350.* & propterea videmus, q̃ postea amplius nõ appellat; & ratio est, quia tũc nullæ sunt partes Iudicis, nisi in condemnando, *vt ait Rauden. decis. 6.* Immò, q̃n confessio est spontanea sustinetur processus, etiã si esset ex aliqua causa nullus, Item perempta instantia, ob eam confessionem reus cõdemnari potest, *Balb. dec. 6. Mising. dec. 77. centur. 5. & Cappell. Tholos. dec 176.*

Licèt tamen prædicta non procederent in duobus casibus, & primò, quando non constaret delictum fuisse commissum, aliundè, quàm ex illius confessione, *vt dixi superius ex mente Franch. in sua decis. 556. num. 9. & Misinger. obseru. 81. centur. 3. Anton. Faber. dec. 9. C. de furtis.*

Secundo loco prædicta non procederent, quando reus confiteretur sub spe impunitatis criminis, sibi à Iudice promissæ, quia tunc ex illis casibus saltẽ pœna ordinaria non veniret puniendus, vt bene deducit *idem Anton. Faber. decis 8. C. de furtis.*

Declara præterea, quòd licèt contumax appellando non audiatur; nihilominus id non procedit in materia allegandę nullitatis. Quinimmo, si ea ex eisdem actis appareret, posset tali casu per eius agnatos allegari, siue alios nomine inquisiti, *vt dicunt Sessa in decis. Rota Aragon. 228. par. 2. Franch. decis. 680. & Mastrill. dec. 161. num. 18. idem Franch. decis. 237. Licèt Clar. in decis. 32. nu. 20. allegat. à Riccio in sua collectanea 1856. par. 5.* dicat seruari contrarium in illo Senatu, & sic quòd nullus admittatur pro contumace nullitatem allegando, nisi ipse personaliter in carceribus comparendo.

457 Amplia trigesimoseptimò, quòd appellatio sit permissa, quando debitor esset coactus à Iudice soluere minori creditori sine solemnitatibus; licèt ipse exceptionem minoritatis allegaret, quia tunc Iudici ita mandanti, vt absque curatoribus solutio fiat, obtemperandum non venit, sed ad superiorem prouocare debet; quod tamen intellige verum, quando debitor sciebat eius creditorem esse minorem. At secus, quando ignorabat eum esse talem, quia tunc ei liceret Iudici obtemperare iuxta distinctionem, quam

quam singularem vocat, & sequitur *Greg. Lopez. lib. 4. tit. 14. parte 5. in verbo Mandamiento, vt testatur Grat. lib. 2. discept. cap. 227. num. 34. & Marta in sua compilat. decisionum in verbo appellatio cap. 145. tom. 1.*

458 Extende eodem modo procedere veluti, si essemus in distractione rerum priuatarum, vbi si non seruentur solẽnitates ex arbitrio, & iussu iudicis seruari solitæ, tunc appellatio valebit; sed est benè verum, quòd executio sustinetur, *vt ait Grat. lib. 2. discept. cap. 375. n. 19.*

459 Amplia trigesimooctauò, quòd à cõcessione termini, qui sit nimis breuis appellatio datur, quoad vtrumque effectũ; & ratio est, quia sententia ex breuitate temporis præsumitur præcipitanter, & sine causæ cognitione lata; & sic tunc Iudex videtur ꝓcedere vti persona priuata & per consequẽs spoliare cẽsetur, *Franc. Marc. decis. 481. num. 15. & seq. p. 1. & Rota in Mediolanen. bonorum, seu emphiteusis Veneris 18. Aprilis 1603. coram Greg. XV. quæ est in eius impres. dec. 105. et prius in Maioricen. Officij Pœnitentiariæ Lunæ 4. & 18. Febr. 1591. coram Gipsio, & in alia Neapolitana Rectoris Veneris 19. Decẽbris 1605. coram Ortembergo, & apud Cincium de censibus dec. 263. n. 6. & 10. coram Buratto*, Aliàs non appellando censeretur renunciatum illi exceptioni præcipitantiæ Iudicis, & denegationis termini probatorij, *vt ait Card. Caualer. dec. 135. n. 1. & seqq.* sed in casu vbi Iudex iniustè processit, tunc illi spoliato datur actio spolij, si tamen iniustitia sit notoria, *vt ait Rota decisione 173. numero 1. & 2. parte 3. recent.* & ibi docetur quando iniustitia notoria dicatur.

460 Subamplia primò, id eò magis procedere, veluti, quando Iudex totalem cõcessionem termini ad soluendum denegaret, *vt ait Rota apud Cincium de censib. decis. 268. num. 3. coram Card. Sacrato.*

Subamplia secundò, vtpotè, si præfigeretur terminus nimis breuis ad comparendum in citatione, in loco viciniori facta, ob non tutum accessum in alio, quia tunc terminus ad hunc effectum nimis breuis diceretur, nisi duplicaretur tempus dare solitum in aliis citationibus; vnde, si locus distaret per decem dies, debet præfigi tempus viginti dierum, si vero 20. dies tempus debet esse quadraginta dierum, omne id arbitrio Iudicantis relinquendo, *vt ait Rota decis. 5. de rescript. in nou. & ibi in add. allegat. à Rota in Ianuen. Separationis Thori Lunæ 16. Februar. 1632. coram Coccino Decano.*

Rursus subamplia procedere in denegatione prorogationis termini dati, pro se subijciendo examini, à qua appellatio datur, *vt ait Rota decis. 79. num. 1. par. 3. recent.* veluti quoque procedit, quando Iudex denegaret modicam dilationem concedere, *vt ait Rota in Romana Saluiani coram Cardinali Sacrato, quæ est apud Statil. de saluian. decisione 274. num. 3.*

461 Declara tamen primò dictam ampliationem esse veram, dummodo hæc duo concurrant, videlicet temporis breuitas, & quòd terminus sit peremptorius; aliàs vnum sine altero non sufficeret, *vt ait Franciscus Marcus dicta decisione 481. numero 15.* & breuitas termini arbitrio Iudicis est remittenda, *vt ait idem Franciscus Marcus dicta decisione 481. num. 15.*

Declara secundò id, quod fuit dictum de sententia per Iudicem præcipitanter & sub breui termino lata, non procedere, quando una pars suas probationes produxit, & altera fuit adeò negligens in transportando acta, vt Iudex sub com petenti termino super productis, tantum pronunciauerit, quia tunc ea valebit, *vt fuit dictum in illa Maioricen. officij coram Gipsio.*

Licèt secus veniret dicendum, si Iudex illam tulerit statim, atque se competentem declarauit, cum potuerit interim se informare, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Caualerium dec. 135. num. 1. & seq.*

463 Subdeclara tñ dũmodò, monitio Iudicis, ante sentẽtiam præcedat, seu loco illius essent seruati termini substãtiales, vt aduertit *Cagnol. in l. properandum nu. 70. C. de Iudic. & Rota ibi supra.*

464 Contrarium, quòd scilicet à breuitate termini appellatio non detur, *ait Benint. dec. 40. nu. 2. Rot. Bonon.* Et ratio istius opinionis est, quia istud grauamen, potest

poteſt per diffinitiuam reparari.

465 Sed prima opinio magis mihi placet ex rationibus ibi ſupra deductis, necnon etiam ex altera, quia probationes nunquam ſunt anguſtandę, ſed in eis eſt multiplicandum, vt dicam latè in verbo *Probationes.*

366 Amplia trigeſimononò, quòd appellatur à non admiſſione appellationis, vndè ſi quis appellet ab interlocutoria, & Iudex appellationem non admittat, veluti ex friuolis cauſis interpoſitam, tunc ſi ab iſta non admiſſione non appellet de nouo deſerta cenſetur, nec huiuſmodi grauamen poteſt per appellationem à diffinitiua reparari, *vt ait Ioachim. Miſing. dec. Cam. Imper. 49. par. 2.*

467 Contrarium, quòd ſcilicet appellatio non detur à reiectione appellationis, *ait Grat. dec. 8. n. 1. & Riccius collect. 166.*

468 Concorda tu tamē, quòd ſcilicet prima opinio procedat, qñ Iudex incontinenti appellationem reſpueret. Secunda verò, quando reiectio eſſet facta cum cauſæ cognitione, quia tunc appellatio non permittitur; & ratio eſt, quia cauſa debet eſſe aperta, ob quam Iudex citata parte appellationem reijciat, *vt ait Marta in compilat. deciſionum in verbo Appellatio cap. 173. tom. 1.*

469 Amplia qadrageſimò, quòd appellatio ſit permiſſa, quando Iudex, omiſſo emergenti, pronunciet ſuper principali, ſecus verò, vbi plura fuerant oppoſita, ſed de omnibus pronunciatum non fuit, & ad vlteriora fuerit proceſſum, quia tunc appellatio non veniret admittenda; & ratio eſt, quia quando pronunciatur ſuper principali, tacitè quoque cenſetur pronunciati ſuper incidenti, *text. eſt in l. prima, C. de ordin. cognit. & Fran. Mar. dec. 1184. nu. 21. & 22. par. 1.*

470 Fallit tamen primò in quæſtione emergenti, quæ lite pendente contingit, & quę differt à quæſtione incidenti, quæ habeat vetuſtiorem cauſam, *vt ait idem Franc. Marc. d. dec. 1184. num. 22.*

471 Fallit ſecundò, quando eſſemus in declaratione qualitatum, & circumſtantiarum in re iudicata comprehenſarum, à qua appellatio non datur, *vt ait Rota deciſ. 100. par. 1. diuerſ.*

472 Fallit tertiò, quod ſcilicet appellatio non admittatur à ſententia, continente declarationem interpretatiuam qualitatum non augentium, nec minuentium, *vt ait Rota d. dec. 100. nu. 15. par. 1. diuer.*

473 Et ſic igitur erit declarādū, ꝙ qñ appellatio denegatur, tūc ea denegatio ſolum reſtringitur ad litis deciſoria, non aurē ad incidentia, *vt ait Gratianus lib. 1. diſcept. cap. 76. num. 14.* Et ratio eſt, quia licèt appellatio non detur in poſſeſſorio, tamen non denegatur in eius emergentibus, *Surdus dec. 27. & Gratian. ibi ſup. num. 15.*

474 Amplia quadrageſimoprimò, quòd filius pro patre appellare poteſt, & è contra, quia ei non prohibetur actiones Patris in iudicio intentare, & veluti poteſt litem cōteſtati, teſteſq. producere, ita & multò magis poterit interpoſitam appellationem introducere, *vt ait Guidop. dec. 203. & Scacc. de appell. q. 5. nu. 63. cum ſeqq.* vbi etiā docet, quando frater pro fratre, dominus pro ſeruo, & amicus pro amico appellare poſſit, quę per te vide.

475 Amplia quadrageſimoſecūdò, quòd officialis in ſindicatu condemnatus pro delictis in officio commiſſis appellare poteſt; Quod tamen intellige verum, quando officialis in aliquo non eſſet conuictus, ſecus verò ſi eſſet conuictus de dolo, & barattaria, ſiue de alio delicto in officio commiſſo, veluti ſi mundas non habuit manus, quia tunc condemnatus nō appellat, quod procedit ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter fuerit conuentus, *vt fuit dictum in voto Robuſterij in materia iuriſdictionis Baronum ſtatus Eccleſiaſtici, quod eſt inter deciſ. crimin. Farinac. 27. in addit. in littera A, verſic. Et facit.* & vide quæ dixi *in concluſ. 2. num. 58.*

Et præſertim prædicta procedunt ſtante conſtitutione *Marchiæ lib. 6. cap. 2.* vbi omnem appellationem tollit in ſyndicatu. Quinimmò hic obiter venit notandum, quòd delinquens in officio, dignitate, ſeu munere, in quo exiſtit, tunc priuatur officio, ac officij ſalario, necnon eius bona illi officio confiſcantur. Sed quod plus eſt ipſo iure huiuſmodi pœna priuationis incurritur, quamuis tamen declaratoria ſit neceſſaria, cum etiam in pœnis ipſo iure impoſitis declaratoria delicti ſit ferenda, *vt fuit reſolutum in vna*

vna Romana Notariatus 14. *Decembris* 1583. *& 27. Ianuarij* 1584. *coram Cantuccio*, vbi concludit, quòd alia sententia priuationis ab officio, non sit necessaria, veluti quoque ait *Farinac. in sua prax. crimin. par.* 1. *q.* 19. *n.* 42. *cum seqq.*

Extende prædicta de delinquente in officio, adeò esse vera, vt propterea ille dicto officio priuatur, neque amplius ad illud venit remittendus, immò si aufugerit, pro confesso haberetur, & tunc sacramentum sufficeret, *vt ait Capicius decis.* 121. *num.* 17. *cum sequentib.* & ibi docet quomodo de delicto conuincatur & quòd eo conuicto illius bona, vel salarium illius officij, eidem officio veniunt consignanda, in quo fraudem commisit, sed tunc sententia declaratoria erit necessaria, quod tamen Declara esse verum, quando à iure fuerit expressum, quòd quis delinquens in officio, ipso iure priuetur, at secus, si simpliciter tantum. Item prima opinio procederet, quando non essemus in notorio; secunda verò, quando secus, *vt ait idem Capic. d. dec.* 121. *nu.* 23. *&* 24.

476 Amplia quadragesimotertiò, quòd appellatio permittitur v ii, qui de probatione, nec non alijs delictis enormissimis & atrocissimis fuerit accusatus, quia non tenet consequentia, Marcus Antonius fuit accusatus, ergo delictum perpetrauit, cum possit esse contrarium, & sic, ꝙ suam innocentiam probare, seque à tali noxa excusare valeat, *vt ait Laurent. in decis. Auenionen.* 60. *& Marta in sua compil. decis. in verbo Appellatio cap.* 152. *tom.* 1. *& Farinac. in sua prax. crimin. q.* 101. *num.* 7. *& seqq. par.* 2. *& in prima q.* 21. *num.* 19.

477 Extende idem procedere in sententia lata contra expedentes falsam monetam, à qua appellatio datur; licèt tamen secus sit ab illa, quæ contra eam falsificantes feratur, à qua appellatio non conceditur, vt mox dicam, & veluti ait *Franch. dec.* 351. *alleg. à Ricc. in collect.* 1311. *p.* 4.

478 Fallit tamen, vbi essemus in confesso & conuicto, veluti, quia sponte fuisset cõfessus, aut in fragranti crimine repertus, quia tunc sententia lata contra talẽ vno ex prædictis modis reum declaratum, nõ debet differri, quia talis appellatio notoriè calumniosa apparet, quam Iudex per consequens ex abrupto suspendere potest, *ait Gramm. ex decis.* 31. *&* 36. *Consil. Neapol. vt refert Marta ibi supra in c.* 67. *& Laurent. dicta decis.* 60. *& Cappel Tholos. decis.* 177. *Ioan. Corser. & idem Marta ibi supra cap.* 201. *& Iaffred. dec.* 450. *Minad. decis.* 28 *& in addit. ad Capic. in dec.* 144. *& Riccius, & Farinac. ibi supra.*

479 Et ratio ea est, quia per confessionẽ in iudicio factam à reo delictum fit notorium, & in notorijs, sed facti permanentis nõ admittitur appellatio, quia quod per se patet, non est necesse probare. Item quia nulla est maior probatio quàm propria confessio, & propterea ea stante appellatio reijcitur *Grammat. decis.* 31. *nu.* 7. *& decis.* 36. *num.* 29. *& Afflict. dec.* 176 *& Franch. dec.* 220. *num.* 6. *& Farinac. ibi supra num.* 60. *&* 61. *& in* 1. *par. q.* 21. *num.* 7. *&* 120. *&* 121.

480 Sed animaduertas tñ, ꝙ confessio debet esse spontanea, & non vi tormentorum extorta; licèt secus, quando essemus in confessione quæ esset vi tormentorum facta, sed postea extra tormenta ratificata, quia tunc appellatio prohibetur, *vt ait Borellus in sua summa decisionum tit.* 33. *de appellat. n.* 399. *& seqq.*

481 Et tenendo primam opinionem, extende primò, eam ne dum procedere, quando non esset confessus, verum etiã quando esset confessus, se d confessio esset cum qualitate, quæ delictum minueret, quia tunc ei esset concedenda appellatio, *vt ait Franch decis.* 556. licèt per ritũ Magnæ Vicariæ, etiã non confessus, reijciatur in criminalibus, *vt testatur Capic. dec.* 144 *nu.* 2. & dixi latè supra *num.* 455. *& seqq.*

482 Amplia quadragesimoquartò, quòd in causis criminalibus, veluti in ciuilibus appellatio datur, vt dixi in principio istius *conclusionis vers. Si verò loquamur de iure ciuili.* Imò neque in criminalibus appellationis renunciatio prodest, si tamen delictum non esset notorium, siue si quis non fuerit repertus in fragranti crimine, quia tunc dicta renunciatio valeret, *vt ait Farinac. in praxi crim. q.* 101. *n.* 20. *& seqq. p.* 2. *& Marsil. sing.* 388. *& in l. cum ea, de rapt. virg. Affl. dec.* 78.

483 Extende, ꝙ etiam condẽnatus ad mortẽ appellet & ꝙ pro eo quilibet possit appellare ẽtsi extraneus sit, ac eo inuito fiat *vt ait*

ait Borell. in in sua summa decis. de appell. tit. 33. num. 915. & seqq.

Quod tamen intellige verum, dummodo ille pro quo appellatur sit in fortijs Curiæ, & ad supplicium ducatur, aliàs secus, *vt ait Farinacc. dicta quæstione* 101. *num. 23. cum sequentib. par. 2. prax. crimin.*

484 Fallit tamen in multis casibus criminalibus, nempè læsæ im e estatis, falsæ monetæ, raptus virginu icep simoniæ, hæresis, & similium, licèt it num mania consuetudo inoleuerit, vt esim ısis criminalibus nòn liceat appel utor nisi in his, quę in locum pœnę corpo telli non successerint, *vt ait Misinger.* a *in* 41. *par.* 4. & *Rubin. in sua decis.* 6.

Et prædicta pręcipuè procedunt in Tribunali Gubernatoris Vrbis, vbi appellatio non tolleratur, dum imponitur pœna mortis, siue corporalis, quia tũc proceditur non retardata executione, in vim motus proprij Pij Quinti, *vt ait Farinac. in secunda par. suæ prax. crimin. quæstione* 101. *num.* 94 & *seqq.*

485 Declara tamẽ, ꝙ quando admittitur appellatio in causa criminali, tunc pendente appellatione debet appellans carceratus detineri, & tũc illius custodia spectat ad Iudicem à quo, si tamen sententia fuit interlocutoria, quia tali casu non desinit esse Iudex; secus verò in diffinitiua, cum illo casu tota iurisdictio fuerit translata ad Iudicem ad quem, & sic ad eum illius custodia spectat, donec sibi aliud mandetur, *vt ait Francisc. Marc. decisione* 915. *num. primo, par. prima, & Farinac. in sua prima par. prax. crimin. quæst.* 23. *num.* 24.

486 Et pari modo, quando Iudex possit mediante fideiussione appellantem iniustè carceratum relaxare, *tradit Guidop. in dec.* 436. *num.* 39.

487 Contrarium tamen esset, si aliud statutum disponeret, quia tunc appellatio in criminalibus rolleraretur, veluti seruatur in Regno Cathaloniæ, vbi appellare non licet in causis merè criminalibus, veluti, quando agitur de pœna corporis afflictiua; at secus, si ageretur de pecuniaria, vt latè tradit, & testatur *Ferer. in tertia parte obseruationum decisione* 22. vbi propterea ait, posse captum recurrere; si per Baronem, vel Regium ordinarium opprimatur, quas quidẽ causas oppressorum Regia audienria admittere solet, *vt testatur idem Ferer. in dicta decis.* 22. & *Farinac. ibi supra num.* 95. & *seqq.* vbi declarat, quando statutum possit in criminalibus appellationẽ prohibere.

488 Et propterea notandum est, quòd procurator Fiscalis in illo Principatu, non potest appellare, seu supplicare in causis ciuilibus, vel criminalibus exceptis quibusdam casibus, quos ponit *idem Ferer. in tertia parte obseruationum decisione* 21.

489 Limita quoque eam ampliationem 44. in pluribus alijs casibus non procedere, veluti in veneficis, maleficis, homicidis, adulteris, in raptoribus, & omnibus alijs similibus, qui violentias commiserint, & præsertim quando celeris expeditio esset necessaria, siue alio modo periculum esset in mora; dummodo tamen (vt superius diximus) argumentis sint cõuicti, testibus superati, & propria voce, spontè, siue extra tormenta ratificantes eorum vitium, atque scelus fuerint confessi. Declarando insuper, quòd venefici illi dicuntur, qui veneno homines occidunt; malefici, qui incantationibus, ac superstitionibus operantur; raptores verò illi dicuntur, qui puellas, virgines, viduas, sponsam, necnon meretricem rapiunt, si tamen per vim quis eas rapuerit, & quomodo id intelligatur, & quot species violentiarum reperiantur, docet *Borell. in sua summa decision. tit.* 33. *de appellat. num.* 425. *cum sequentib.* & *Farinacc. in secunda part. prax. crimin. dicta quæstione* 101. *per totam*, vbi multa adnotanda in hac materia inuenies.

490 Extende prędicta eò magis procedere in Statu Ecclesiastico, vt supra dixi, ob sanctiones Pontificum, quibus pœnę contra condemnatos infliguntur, non retardata executione, & propterea videmus, quos banniti, etiam in contumaciã capti à Curia post annum, statim facta recognitione personę, nempè nominis, & cognominis, possunt in eorum pœnis cõdemnari, ex particulari Moru proprio Pij Quinti, de quo in Bullario *numero* 137.

In causis autem pecuniarijs in eodem Statu Ecclesiastico admittitur appellatio,

latio, facto tamen deposito, & instantia huiusmodi appellationum non durat, nisi per sex menses, quod tamen intellige procedere, vbi essemus in pœnis applicatis fisco Cameræ Apost. at secus, si applicarentur fisco Baronũ, ac Feudatariorum, vt de prædictis omnibus tradit *Farinac. in sua praxi crimin. in quæst. 101. num. 104 & seqq.*

491 Contrarium tamen esset, quando Papa, siue illius Signatura, ad nouas defensiones eum remisisset, & dummodo sententiæ legitimis præcedentibus inditijs ad inquirendum essent latæ, aliàs secus, *vt ait Chartar. in suo tract. sententiæ ban nito capto in pluribus locis, & præcipuè in cap. 1. num. 259. Farinac. in sua praxi crimin. quæst. 11. num. 100. cum seqq. Oddus conf. 42. num. 1. & seqq. Laurent. ab Occa in suo consil. crim. 60. lib. 2.*

492 Et ratio prædictorum ea est, quia sententia contumacialis non sufficit ad pœnam, nisi aliter de delicto constet, neque propterea ea tertio nocet, etiam si de delicto teneatur, & extaret statutum, vt contumax habeatur pro confesso, quia talis confessio semper erit ficta, & sic potius ille diceretur condemnatus, ob contumaciam, quam ob delictum, vt fuit dictum in *Lucana successionis Luna 21. Iunij 1630. coram Ghislerio,* Immo, si Iudex etiam diceret in sententia contra absentem legitimis probationibus deficientibus) quod de delicto per veras probationes constaret; nihilominus ea assertio non suffragaretur, veluti, nec etiam ea facit notorium delictum, licèt Iudex notoriũ illud assereret, *vt fuit dictum in vna Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ Mercurij 26. Iunij 1602. coram Iusto, & in eadem coram eodem 22. Aprilis eiusdem anni, quæ est inter criminal. Farinac. decisio 173. num. primo, & secundo.*

Nota tamen hic obiter, sed opportunè, quod contumacia vnum singulare operatur in iure, & est vt Iudex possit cõtumaci in vna causa denegare audientiã in alia, licèt sit bene verum, quòd ad id non tenetur; neque vlla actio, siue exceptio parti ex hoc capite competere potest, sed id totum Iudicis arbitrio remittendum venit; vnde si quis Iudici non obtemperauerit in vna causa, poterit illi recursum denegare in alia, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decisione 416. num. primo, & in Romana seu Tiburtina Castri fideicommissi de Vrsinis 10. Februarij 1620. coram Vbaldo, & in Bracharen. Thesaurariæ die 22. Iunij 1629. coram Pirouano, & idem Buratt. dec. 536. num. 1.*

493 Extende, [illegible] que etiã sententia fundata super [illegible] pro informatione Curiæ exan[illegible], dicitur lata ob delictum; & rat[illegible]st, quia contumacia alicuius del[illegible] non probat, *vt fuit dictum à Rot[illegible] d Farinac. in decis. criminal. 145. n[illegible] 4. & in dicta Lucana successionis co[illegible] Ghislerio.*

494 Declara [illegible]terea, quòd illud, quod fuit dictum [illegible] Bulla Pij V. contra contumaces captos post annum à Curia, solum procedere, quando illi essent capti in iurisdictione Ecclesiæ, at secus, si in aliena, vt quia ibi commorando capti fuissent, *vt ait Clarus in quæstione 38. versic. Ist autem, Bald. in authen. item nulla communitas, C. de Episcop. & Cleric. Marsil. in l. prima, C. de sicar. num. 78. & in consil. crimin. 99. num. 1. & sequentib.* vbi loquitur in remisso, *lib. 2. & in sua praxi crim. §. vlt. num. 34.*

495 Sed qñ vnus contumax sit ad nouas defensiones admittendus, *vide Clar. in §. finali in quæst. 44. vers. Diui, & quæst. seq. & quæst. 94. vers. Etiam alius modus, Vulpel. consil. 105. n. 1. Becc consil. 11. n. 2 & 3. Boss. in tit. de liter. Princip. Menoch. cõs. 230. num. 124. lib. 3.*

496 Amplia quadragesimoquintò, quòd à mala informatione Principis ad eundem bene informandum datur appellatio, etiam quod ille esset supremus, *vt ait Rota dec. 50. n. 10. & seq. p. 2. diuers.*

497 Limita tamen non procedere in statuto, siue Constitutione Principis superiorem non recognoscentis, à quibus appellatio non datur, etiam si illud statutum, siue illa constitutio esset lata in præiudicium personæ particularis, *vt ait Rota ibi sup. num. 2.*

498 Contrarium tamen esse verius, *fuit decisum à Rota ibi supra num. 6. & seq.* vbi dicitur, quòd à statuto, siue constitutione condita in præiudicium certæ personæ datur appellatio.

499 Concorda tu tamen, quòd prima opinio

opinio procedat, quando constitutio esset facta cum rationabili causa. Secunda vero, quando in contrarium, *vt ait Rota ibi supra num. 21.*

500 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende eam procedere in statuto prohibente, ne deferatur triticum molendum in molendinis extra Ciuitatem existentibus, tamquàm in præiudicium particularium personaru[illegible] ditum, & id etiam procedit, si Pri[illegible] sit supremus, *vt ait Rota decis.* 50[illegible] 1.& 20.

501 Amplia quadrag[illegible] sextò, quòd appellatio ab interlo[illegible]a est concedenda, quod tamen in[illegible]ge verum, iuxta tradita per *Bartolum*[illegible] *ante, C. si pendén. appellat. mors inter*[illegible] ibi ait, quòd aut interlocutoria profe[illegible]ur post diffinitiuam sententiam, & tun[illegible] appellari potest; aut profertur ante, & tunc, aut nulla alia diffinitiua speratur, & potest appellari, *iuxta text. in l. Prætor, §. permittetur, ff. de minor. & Rota per Coccin. decis.* 407. *nu.* 2. Aut alia diffinitiua speratur, & tunc, aut grauamen illatum ab interlocutoria, non potest reparari per appellationem à diffinitiua, siue grauamen, ita est coniunctum cum negotio principali, quod ab eo separari non possit, & tunc potest appellari, *vt ait Rota decis.* 25. *n.* 2. *par.* 1. *diuersorum, & est text. in l.* 2. *ff. de appellat. recip. l. arbitrio, ff. qui satisd. cogant.* aut potest reparari, & separari à negotio principali, & tunc, aut interlocutoria est talis, quæ totum negotium perimat, & potest appellari, *l. intra vtile, ff. de minor.* aut totum negotium non perimit, sed alia diffinitiua speratur, & tunc appellari non potest, *l.* 2. *de Episcop. audient. & dicta l. ante, C. si pend. appell. Franc. Marc. decis.* 60. *nu.* 5. *part.* 2. *Surd. decis.* 36. *num.* 13. *&* 14. *Put. decis.* 123. *num.* 1. *lib.* 2. *& ita fuit dictum in Dertusen. Decimarum Lunæ* 3. *Maij* 1618. *coram Cardinali Marcomontio, Gratian. lib. primo disceptat. cap.* 74. *&* 76. *& Surd. decis.* 36. *num.* 13. *idem Gratian. in sua decis.* 97. *num.* 1. *& Rota decis.* 79. *num.* 3. *in fine par.* 3. *recent. & ibidem dec.* 658. *num.* 2.

502 Sed nota tamen, quòd notorium grauamen non dicitur, quando super eo fuerit aliàs sententiatũ, *vt ait Rota apud Statil. decis.* 247. *num.* 10.

503 Extende, quòd quando grauamẽ est notorium, tunc appellari potest, etiam post rem iudicatam, *vt ait Verall. decis.* 33. *par. prima.*

504 Sed huiusmodi occasione erit bonum hic multa proponere, quæ in hoc genere appellationis sunt sciru digna, & primò, quod interlocutoria sententia ea dicitur, quæ fertur inter principium, & finem causæ, su per emergentibus à negotio principali dependentibus, *vt ait Honded. consil.* 27. *nu.* 15. *lib.* 1. *& Rota in decis.* 6. *per Crescent. de appellation. & Marta in compilat. decis. in verbo Appellatio cap.* 276. *tom.* 1.

505 Nec ea venit appellatione sententię, nisi eadem ratio vigeat; quia tunc etiam interlocutoria sub eo nomine veniret, *vt ait Rota per Put. decis.* 266. *num.* 3. *lib.* 2.

506 Et eã est minus fauorabilis quàm diffinitiua, *Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 158. *num.* 6. & in casu, quòd appellatio sit commissa ab interlocutoria, vel diffinitiua lata super aliquo incidenti, tunc fit quod negotium principale fit omnino diuersum à causa appellationis, *Rota decis.* 399. *lib.* 3 *num.* 3. *diuers.*

507 Sed in hoc omnino videndus est *Scaccia de sentent. & re iudic. glos.* 14. *quæst.* 4. *num* 1. *cum pluribus seqq.* vbi latè docet quando sententia dicatur interlocutoria, & quando grauamen per eam illatum possit, aut non possit, reparari in difinitiua ad effectum admittendæ, aut non admittendæ appellationis, & sic igitur requisita istius appellationis ab interlocutoria eã sunt, vt scilicet appellatio talis sit, quæ in alijs præiudiciũ faciat, & quæ statim executioni mandetur, item vt post eam nulla alia difinitiua speretur, à qua illius grauamen reparari posset, *vt ait Gaspar Guliel. decis.* 14. *par.* 2. *& decis.* 177. *par.* 3. *Rota Spiren. Misynger. decis.* 60. *par.* 1. *Cameræ Imperial. & Marta in sua compilat. decis. in verbo appellatio c.* 75. *to.* 1.

508 Secundò sciendum erit, quod talis appellatio ab interlocutoria interposita requirit expressionem causæ, siue grauaminis, & in scriptis fieri debet. Præterea ea debet iustificari ex primis actis, & ex aliqua sufficienti causa grauaminis, & non ex alijs non expressè nominatis,

nalis, etiam si adesset clausula generalis, *vt ait Capic. decis. 5. num. 11. & 14.* Aliàs appellatio deserta censetur; secus verò in appellatione à difinitiua, in qua causæ expressio non requiritur, sed sufficit cedulam intra decem dies in actis esse porrectam; & ideò si esset facta mala expressio in appellatione ad fauorem illius, qui sententiam habuit, non nocet, quia ea, quæ ex abundanti apponuntur, obesse non solent, *Put. decis. 46. par. 1. num. 6. & ait Gratian. decis. 34. num. 7. Franc. Marc. decis. 392. num. 6. Cappell. Tholos. decis. 129. dictus Put. decis. 104. lib. 2. & decis. 400. lib. 3. in fine, & Rota in vna Terracinen. Molendini Lunæ 13. Decembris 1589. coram Gipsio, & decis. 659. num. 4. par. 1. diuers. & dec. 2. num. 8. par. 2. diuers.*

509 Extende id in tantum valere, vt dicta expressio causæ requiratur pro forma nec per consequens ea dictam expressionem per relationem admitti, *vt ait Gratian lib. 1. discept. cap. 937. num. 12. & 13. Cassador. decis. 5. de sequestr. poss. & fruct. & Cappell. Tholos. decis. 1.9. num. 2. & 3.* Contrarium licèt dicat *Rota in decis. 79. num. 3. in fine part 3. recentior.*

510 Concordari tamen possunt huiusmodi opiniones, & sic, vt secunda procedat, quando essemus in appellatione ab interlocutoria, cuius iniquitas allegationibus iuris detegatur, quia tunc sine expressione causæ fieri posset, prima verò opinio, quando secus, *vt ait Cassad dec. 5. num. 4. de seq. possess. & fruct. Gratian. lib. 2. discept. cap. 232. num. 29.* sed in materia istius expressionis causæ, & quomodo ea sit exprimenda, *vide Scaccia de appellation. quæst. 4. artic. 4. per totum.*

511 Rursus notandum erit, quòd appellatio in scriptis facienda non valet, nisi adijciantur verba in ijs scriptis, &c. & tunc in scriptis fieri dicitur, quando libellus appellationis porrigitur, *vt ait Rota dicta decis. 2. num. 19. & 20.*

Immò ad id erit notandum, quòd appellatio relatiua ad cedulam, aliàs datam ad impediendam rem Iudicatam non suffragatur, sed requiritur noua cedula in scriptis, *vt fuit dictum in Lucana dotis 4. Mart. 1630. coram Motmanno;*

512 Et veluti eodem modo dicitur de sententia, quę in scriptis ferri debet, quę in scriptis lata dicitur, licèt fuerit concepta in tertia persona, & non in prima, *vt tradit Card. Seraphin. decis. 1441. num. 5.* vbi subiungit, quòd non refert, si non dicatur, Pro tribunali sedentes, neque in his scriptis, quia id non operatur nullitatem sententiæ; sed benè, quòd non præsumatur in scriptis lata; animaduertendo, quòd debet appellans saltem effectum sententiæ in appellatione ponere, etiam, quòd non constet de dicta sententia in totum, *vt ait Gratian. decis. 123. num. 4.*

513 Extēde idem procedere, etiam si essemus in appellatione à processu facto per Iudicem recusatum, quæ si fiat ante diffinitiuam, tunc in scriptis interponi debet, *vt ait Rota decis. 564. num. 2. p. 1. diuers.*

514 Contrarium tamen in obseruantia habetur, *iuxt Aegidianam in cap. 8. lib. 6.* quæ vult, vt hodie permittatur appellationem viua voce interponi, siue simus in interlocutoria, siue in difinitiua, cum protestatione tamen appellandi in scriptis, *vt ait Guidopap. decis. 436. nu. 91. fol. mihi 177. & Gratian. decis. 34. num. 4. Gayll. decis. 130. par. 1.* & dummodo appellans cedulam appellationis postea in actis daret, quia aliud est, quod appellatio viua voce fiat, aut quòd in scriptis redigatur, *vt ait Put decis. 104 lib. 2* Et in hoc videndus est *Borell. de appell. tit. 33. num. 800. cum pluribus seqq.* & ibi plures differentias inter difinitiuam, & interlocutoriam sententiam inuenies.

515 Concorda tu tamen quòd prima opinio procedat, quando non incontinenti, sed ex interuallo appellatio interponitur; secunda verò si incontinenti fiat, *vt ait Nonius in suo cons. 7.* qui loquitur in terminis dictæ Aegidianæ, & *Gratian. ibi supra in dicta decis. 36. & Rota per Coccinum dicta decis. 234. nu. 2. Put. decis. 102. lib. 3. Gayll. ibi supra, & Marta in compilatione decisionum in verbo Appellatio in cap. 87. tom. 1. & Guidopap. decis. 436. num. 11. & Acchill. de Grassis decis. 2. de appellat. num. 1. & 2.* vbi ait, quòd appellatio sine scriptis à difinitiua debet fieri incontinenti, aliàs

non

non valet, etiam si Iudex illi appellationi detulisset, ꝙ tene menti, *vt ait Rota per Coccinum decis. 265. num. secundo*, & de requisitis appellationis à merè interlocutoria, videndus est *Roman. in suo consil. 501. per totum*.

516 Et ratio ea est, quia in appellatione à diffinitiua, si est legitimè interposita, etiam quòd Iudex non deferat tamen ipsum ius desert, & propterea non est in cōsideratione habendum, quòd Iudex solum deferat; sed solum, quod ea sit legitimè interposita; At in appellatione ab interlocutoria ista consideratio est habenda, quòd scilicet Iudex deferat, quia postquam detulit tota iurisdictio ad superiorem deuoluitur, *vt ait Put. decis. 102. num. 2. lib. 3.*

517 Et tenendo primam opinionem Extende eam in tantum procedere, vt si sententia sit sine causæ cognitione, possit reuocari ex eisdem actis; quod tamen secus esset, si causæ cognitio præcedat, *vt ait idem Gratian. dec. 33. num. 6. & Afflict. dec. 79. n. 3. & Franc. Marc. dec. 708. num. 2. par. 2.*

518 Et nota, quòd pro causa sufficit dicere in appellatione incontinenti appello, quia me grauastis, prout apparet ex tali parte actorum, *Rota per Verallum in decis. 36. num. 3. par. prima, & ad tradita per Natt. in suo consil. 531. num. 14. lib. 3.* Immò sufficit causam esse probabilem, licèt ea non iustificetur, *vt ait Lancellot. de attentat. penden. lit. in cap. 12. & Rota in Rauennaten. dotis die Veneris 15. Martij 1602. coram Penia, & Borell. ibi supra.*

519 Item, quòd non sit necessaria grauaminis expressio, sed quòd ea sit solùm generaliter probanda, *ait Rota in Romana Saluiani Ven. 11. Martij 1594. coram eodem Penia, quæ est decis. 82. nu. 2. & 5. apud Statil.*

520 Contrarium tamen illi primæ opinioni verius esset, quando essemus in statuto disponente, vt in appellationibus procedatur, solemnitatibus, & ordine iuris nō seruatis, quia tunc appellatio valebit ab interlocutoria sine scriptis, & absque alicuius causæ insertione. Et ratio ea est, quia aliquem appellare est de processu causæ, veluti libellus dicitur de processu inchoatiuo, & præsertim, quia appellare in scriptis, & cum insertione causæ grauaminis est de ordine iuris Ciuilis positiui, & actus extraiudicialis dicitur; & propterea etiam die feriato in honorem Dei interponi potest, & sic eo casu ille ordo Iuris ciuilis, nempè appellandi in scriptis, & cum insertione causæ, per statutum sublatus censetur, quod quidē eò magis procederet, quando statutum loqueretur per verba sine figura, & strepitu iudicij, licèt secus esset in diffinitiua, quia illa decisoria respicit, non autem processum, & ideò statutum, vel rescriptum respiciens processum, & ordinatoria causæ non potest includere appellationem à diffinitiua, licèt dicat contrarium, etiam in diffinitiua, *Franch. in cap. vt debitus, de appellat.* vbi dicit, ꝙ statutum illud includit, etiam appellationem à diffinitiua ea ratione, quia causa appellationis est eiusdē naturę, cuius est principalis, *iuxta tradita per Gratian. lib. 2. discept. cap. 383. n. 11. cum seqq. & in dec. 5. nu. 1. & 3. & Borell. in præcitato loco num. 807. cum seqq.*

Sed hic obiter nota, ꝙ illa constitutio, quæ non tollit præcisè appellationem, sed præfigit terminum ad faciendam fidem de prosecutione appellationis, tunc ordinatoria, & non decisoria iudicij respicere dicitur; animaduertendo, quòd in ordinatorijs attenduntur statuta loci iudicij, non autem ea Iudicis, à quo, *vt iuit dictum à Rota per Burattum dec. 170. num. 6. & 7.*

521 Et ad id erit quoq. notandū, ꝙ de cōsuetudine fieri potest, vt ab omnibus decretis, & sententijs interlocutorijs, & è cōtrario, vt. s. ab omnibus diffinitiuis possit appellari ex interuallo, vt de consuetudine Bauariæ tradit in specie *Mysingr. obser. 66. centur. 1.* Sed est benè verum quod de ea necessariò apparere debet, *vt ait Rom. cons. 41. & Gail. pract. lib. 1. obseru. 130. num. 47.*

522 Extende id, quod fuit dictum de expressione causæ in interlocutoria fienda, procedere etiam in appellante, & obijciente contra electionem alicuius factā, quia tunc appellans tenetur exprimere certam formam electionis, *vt ait Rota dec. 486. n. 13. par. 1. diuers.*

Sed ad hoc, vt electio, siue scrutinium à canonicis valide fiat, quæ sint necessaria

saria, vide omninò *Addentes ad Burattum in sua decisione* 351. *num.* 12. *& sequentib. & decis.* 380. *& ibi adden. & latè in vna Treueren. Abbatiæ* 20. *Nouembris* 1624. *&* 24. *Ianuarij* 1625. *coram Coccino*. Vbi inter cætera habetur, quòd vota debent numerari, adhoc, vt videatur, si electio fuerit facta a maiori parte; sed si Canonici tempore electionis recesserint à loco Capituli, tunc illi eorum vota mittere non possunt, neque in scriptis, neque per nuncium, & data post Capitulum non augent numerum eligentium; & ratio ea est, quia non fuerunt præstita, neque tempore congruo respectu scrutinij, nec minus loco competenti, nempè capitulari, veluti dicunt *Doctores allegati ab Addente ad dictam decisionem Buratti* 351. *& Rota latè in Cæsaraugustana electionis* 20. *Martij* 1623. *coram Coccino Decano, & in hoc vide quæ dixi in conclusione* 131. *nu.* 13.

523 Tertiò notandum est, quòd duplex est interlocutoria, alia iudicialis, altera extraiudicialis; iudicialis illa est, quæ oritur ex negocio, & lite in tribunali coram Iudice agitata, ex cuius grauamine illato, vel cominato oritur appellatio; Extraiudicialis verò ea dicitur, quæ fit extra iudicium, de qua loquitur *text. in cap. cum sit Romana ext. de appellat. cap. concertationi eodem titulo in* 6. *& clement. sicut, eodem tit.* & de vtraque scribit *Abb. in cap. bonæ memoriæ extr. de appellat.*

524 Vndè ad id notandum erit, quòd appellatio ab interlocutoria non causat attentata, nisi inhibitio subsequatur, *vt ait Rota in Turritana Tertiariæ* 18. *Nouembris* 1595. *coram Cardinali Seraphino*, nec minus ea suspendit, nec iudicium impedit, quin ad vlteriora procedatur, si dicta inhibitio non concurrat, *Rota decis.* 197. *num.* 5. *par. tertia diuersor. Octau. Caccher. decis.* 5. *Senatus Pedemontan. & Marta in compilat. decis. in verbo Appellatio cap.* 168. *tomo primo, & fuit dictũ in Camerinen. beneficiorum Lunæ* 18. *Decembris* 1595. *coram Gypsio, quæ est apud Marchesanum de commiss. par.* 1. *fol.* 309. *num.* 5.

525 Extende idem procedere in appellatione extraiudiciali, quæ pari modo attentata non causat, nisi concurrentibus requisitis, *Rota in decis.* 44. *de appell. in nou.* & nisi respectu eius, q contra appellationem fieret, & illud dicitur fieri contra appellationem, quod in articulo connexo fit, *vt fuit dictum in vna Salamantina Integræ portionis* 20. *Martij* 1579. *coram Card. Seraphino*.

526 Extende secundò, quòd nec etiam deuoluitur causa ad Papam, quando nõ est legitimè intimata extraiudicialis appellatio, *Verall. decis.* 252. *parte prima*, & ad hoc, vt dicatur legitimè intimata, nota, quòd intimatio debet fieri per procuratorem appellato, *vt ait Rota decis. tertia, num. primo de appellat. in antiquis.*

527 Secus autem, veluti si essemus in causa beneficiali, quia tunc etiam quòd appellatio ab interlocutoria in scriptis non fiat; nihilominus causam ad Curiã deuoluit, & id in odium appellantis fieri dicitur, *vt ait Rota decisione* 18. *nu.* 3. *de appell. in antiquiorib. & Put. decis.* 102 *num.* 4. *lib.* 3.

528 Extende quòd in huiusmodi causis beneficialibus appellatio facta parte præsente operatur citationem, & adeò vim illius habet, vt appellatus absque alia noua citatione còram Iudice, ad quem appellatur, comparere teneatur, & non comparendo proceditur contra eum tamquam contra contumacem, *Verall. decisione* 35. *num. primo, & quinto, parte prima, & Rota decisione* 24. *num. primo & sequen. lib. secundo, par.* 3. *nouissim. & cæteri allegati à Borello in sua summa decisionum titulo* 33. *de appellationib. num.* 849.

529 Extende tertiò, quòd neque appellatio extraiudicialis litis pendentiam inducit, *vt ait Rota decisione* 69. *num. secundo de appellat. in antiquis, & latius dicam in secunda regula secundi casus, vbi recurrere poteris*, & de multis alijs particularibus in hac materia vide *Borell. in sua summa decision. tit.* 33. *de appellat. num.* 829. *cum seqq.*

530 Præterea erit potissimum animaduertẽda differentia, quare iudicialis appellatio interponatur à grauamine illato. Extraiudicialis verò à grauamine non illato, sed ab eo inferendo, & futuro; ratio autem istius differẽtiæ ea est, quia lex præ-

Præsumit valdè de Iudice, qui non ita de facili admittit appellationem futurorum; quòd secus est in extraiudicialibus, *Rota decis. 376. in antiquis, Andreas Gayl. obseruat. 120. lib. 1. & alij alleg. à Borello ibi supra num. 840. & seqq.*

531 Quartò nota, quòd id, quod fuit dictum de grauaminibus interloquutoriis inserendis, non procedit in illis grauamina irreparabilia inferentibus, & vim diffinitiuarum habentibus, quia tunc appellantes causam grauaminum inserere non debent, veluti si Iudex aliquem ad appellandum restituit. Item quando iudicauit nemini litigantium esse deferendum iuramentum litis decisorium. Item quando Iudex tulit sententiam, sed reum in expensis non condemnauit. Item à secundo decreto Iudicis, & quando procuratorem ad causam admittit, qui procurator verè non sit, & è contra. Item quādo Iudex exceptionem contra testem ex aduerso examinandum probari recusat. Item à denegatione quartæ dilationis petitæ cū legali solennitate, nulla causa legitima resistēte; Rursus si Iudex examinandos testes inhęret, aduersarius autem examen esse faciendum ignorat, vel saltē locum in quo examinari debebant. Item à pronuncia competentiæ, vel incompetentiæ. Item à pronuncia appellationem fuisse desertam, vel non ritè appellatum, aut appellari non potuisse, vel eidem deferendum non esse. Item, si præceptum contra confitentem in iudicio, nullo iudicio pendente fiat. Item à pronuncia Iudicis ad vlteriora esse procedendum mandantis, super libello obscuro, item super libello inepto, & si arbiter fideiussores approbauerit, qui verè idonei non sint. Item falsa interpretatio sententiæ, & actorum copiæ denegatio, interlocutoria bāni, iassus Prætoris, vt pecuniam, quis minori sine tutore soluat, excessus latæ sententiæ, carceratio, breuior terminus à Iudice assignatus. Item si Iudex mādat libello tanquàm inepto respondendum esse. Item interlocutoria Iudicis de habenda quæstione in quacumque causa, præceptum Iudicis de soluendo, interlocutoria Iudicis super exceptionibus, etiam declinatoriis, vel peremptoriis iudicium nullum reddentibus, recusatio iudicis, & sic fore vel non esse suspectum, Interlocutoria qua pronunciatur aliquid esse probatum, vel non. Item super reuocatione attentatorum; Item, si reuocatur inhibitio facta Iudici, à quo. Item, quando Iudex pronunciat probationes esse admittendas, vel reiiciendas. Item, si Iudex interloquatur non principaliter, sed incidenter, quando Iudex pronunciaret causam esse compromittendam, vel non; Item, si dicat quem esse admittendum, tamquam procuratorem, vel tutorem ad causam. Item taxatio expensarum super attentatis. Item taxatio salarii Aduocati; Item sententia de exequendo aliam sententiam, datio in solutum à Iudice facta, præceptum de rescindendo, reiectio articulorum actoris, quia tunc ille reum velle absoluere videtur, ne actor vlterius audiri possit; In summa in omnibus prædictis casibus appellationum non est opus vlla expressione grauaminum, quia omnes vim diffinitiuę habent, & ex ipsis actis facilè Iudicis iniquitas apparet, *vt dicunt Thomas Triuis. in sua decis. 6. par. 1. Palatij Venetiar. Guidopap. in sua decis. 10. & Cassad. decis. 5. de sequestr. possess. & fruct.* vbi ait quòd appellatio ab interlocutoria, cuius iniquitas detegatur allegationibus iuris, sine expressione causæ fieri potest, *idem ait Cappell. Tholos. dec 129. num. 2. & Rota decis. 79. num. 3. in fine par. 3. recentior.*

532 Contrarium verò ait in materia nullitatis, *Franc. Marc. in sua decis. 260. num. 2. par. 1.* vbi firmat, quòd nullitas in appellatione ab interlocutoria non venit, nisi nullitatis causę fuissent expressè nominatæ.

533 Quinto nota, quòd quando sumus in appellatione ab interlocutoria, si ea interponatur, prout in cedula, aliàs in actis data, tunc appellanti non suffragatur; & propterea ea isto casu in Iudicatum transit, ob eam rationem, quia in scriptis sit semper interponenda, ad hoc, vt Iudex deliberare possit, an ei sit defferendum, aut non; vndè Iudex ex cedula, aliàs in actis data non potest reddi certus super appellationis delatione, vltra quod ea non potest dici in scriptis, cum cedula non fuerit tunc actualiter producta, *vt ait Octau. Caccher. decis. Pedemont. 6. & Gaspar Guilelm. decis. 122. par. 1.*

par. prima, & *decis.* 82. *par. secunda Cameræ Imperial.* & *Rota decisione* 30. *de appellat. in antiq.* & *Borell. ibi supra*, *num.* 800. *cum seqq.* & quòd appellatio in actis dimissa penes notarium, & non coram Iudice interposita appellanti non prosit, *ait Rota decisione* 722. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*

534 Secus verò, quando essemus in diffinitiua, quia isto casu, si appellatio est interposita, prout in cedula, aliàs in actis data, occasione interponendæ appellationis, quæ suum effectum sortita nõ fuit, veluti, quia Iudex sub illo termino non pronunciauit, & tunc dicta cedula potest pro alia appellatione inseruire, quatenus Iudex contra sententiaret. Sed est benè verùm, quòd procurator debet esse cautus, vt illam cedulam de nouo repetat, quia paria sunt, quod quis cedulam producat, vel aliàs productam repetat, *vt fuit dictum in dicta Terracinen. Molendini coram Gipsio*, *Put. decis.* 101. *num.* 2. *lib.* 3. vbi firmat appellationem, quatenus contra, de iure valere, sed nota tamen, quòd aduersario non suffragatur, si nulla in eius fauorem erit lata, *idem Put. ibi supra.*

Et ratio illius cautelæ ea est, quia appellatio circumducta dicitur, quando nõ pronunciatur in illo termino in quo fuit producta appellatio, *vt ait Rota dicta decisione* 722. *num. secundo*, *parte tertia recentior.*

535 Contrarium licèt videatur sentire *Rota in decis.* 30. *de appellation. in antiq.* quam allegat *Aegid. in sua dec.* 121. & *d. dec.* 722. *num.* 1.

536 Concorda tu tamen primam opinionem procedere, quando cedula fuit data in appellatione, quæ suum effectum non fuit sortita, vt superius dictum est. Secunda, quando suum perfectum, & consumatum effectum habuit, Vndè in terminis secundæ opinionis, si vnus postea à nouo grauamine appellaret, prout in cedula, aliàs data, tunc appellatio remanet sine scriptis, quia tunc per appellationem à primo grauamine cedula iam fuit consumpta, quę non poterat, pro alia appellatione inseruire; secus autem vbi porrectio cedulæ suum effectum non habuit, veluti quando terminus ad sententiam fuisset circumductus, quia tunc potest per illius reiterationem pro alia appellatione inseruire, vt dicunt *Doctores allegati à Rota ibi coram Gipsio.*

Rursus concordare possumus prædictas opiniones hoc modo, nempè, vt primar procedat, ex vsu Palatij, quod approbat ipsum stylum appellandi, quatenus contra. Secunda verò, quando talis vsus in Tribunali non vigeret, *vt ait Rota dicta decisione* 722. *num. primo*, *par.* 3. *recentior.*

Et illud, quod fuit de ea appellatione prædicto modo circumducta, quæ non suffragetur pro alia, procedere, etiam in commissione appellationis, ante interpositam appellationem expedita, quæ iurisdictionem non tribuit, sed facit transire sententiam in rem iudicatam, si ab ea iterum non appelletur, *vt ait Rota decisione* 786. *num. secundo*, & *sexto*, *par.* 3. *recentior.*

537 Vndè ad euitandam nullitatem, in quam isto casu posset de facili incidere appellans, appellatio coram Iudice fieri debet in tempore, *vt ait Rota dec.* 396. *num.* 3. *par. secunda in recent.* & *in tertia par. decis.* 722. *num.* 2. *Viuius decis.* 594 *num.* 2. vbi testatur de stylo Rotæ, aliàs possent scandala oriri facilè, si notarijs daretur facultas recipiendi appellationes in absentiam Iudicum, *Rota decis.* 595. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* & *Cocin. decis.* 234. *num.* 3. Et formulæ appellationum, tã ab interlocutoria, quàm etiã à diffinitiua, extant penes *Speculat. de appellat.* §. *Qualiter num.* 17. diffusius tradit *Hostiens. in sua summa de appellat.* §. *Qualiter sit appellatio facienda*, *Pet. Iacob. in sua pract. tit. de action. de constit. pecunia num.* 13. *cum pluribus sequentib.* & *Papien. in sua praxi libellorum in forma libelli appellationis à sententia diffinitiua*, & *in forma appellationis ab interlocutoria.*

538 Rursus nota, quòd ea fieri debet coram Iudice à quo, & non coram Iudice ad quem, *Rota dec.* 293. *num.* 13. *par. prima in recent.*

539 Licèt secus, si constaret de metu, aut alio impedimento, siue ex non admissione Iudicis à quo, quia tunc valeret appellatio coram Iudice ad quem, *vt ait Gratian.*

Præsumit valdè de Iudice, qui non ita de facili admittit appellationem futurorum; quòd secus est in extraiudicialibus, *Rota decis. 376. in antiquis, Andreas Gayl. obseruat. 120. lib. 1. & alij alleg. à Borellæ ibi supra num. 840. & seqq.*

531 Quartò nota, quòd id, quod fuit dictum de grauaminibus interloquutoriis inferendis, non procedit in illis grauamina irreparabilia inferentibus, & vim diffinitiuarum habentibus, quia tunc appellantes causam grauaminum inserere non debent, veluti si Iudex aliquem ad appellandum restituit. Item quando iudicauit nemini litigantium esse deferendum iuramentum litis decisorium. Item quando Iudex tulit sententiam, sed reum in expensis non condemnauit. Item à secundo decreto Iudicis, & quando procuratorem ad causam admittit, qui procurator verè non sit, & è contra. Item quādo Iudex exceptionem contra testem ex aduerso examinandum probari recusat. Item à denegatione quartæ dilationis petitæ cū legali solēnitare, nulla causa legitima resi agāte; Rursus si Iudex examinandos testes inhæret, aduersarius autem examen esse faciendum ignorat, vel saltē locum in quo examinari debebant. Item à pronuncia competentiæ, vel incompetentiæ. Item à pronuncia appellationem fuisse desertam, vel non ritè appellatum, aut appellari non potuisse, vel eidem deferendum non esse. Item, si præceptum contra confitentem in iudicio, nullo iudicio pendenre fiat. Irem à pronuncia Iudicis ad vlteriora esse procedendum mandantis, super libello obscuro, item super libello inepto, & si arbiter fideiussores approbauerir, qui verè idonei non sint. Item falsa interpretatio sententiæ, & actorum copiæ denegatio, interlocutoria bāni, iassus Prætoris, vt pecuniam, quis minori sine tutore soluat, excessus latæ sententiæ, carceratio, breuior terminus à Iudice assignatus. Item si Iudex mādat libello tanquàm inepto respondendum esse. Item interlocutoria Iudicis de habenda quæstione in quacumque causa, præceptum Iudicis de soluendo, interlocutoria Iudicis super exceptionibus, etiam declinatoriis, vel peremptoriis iudicium nullum reddentibus, recusatio iudicis, & sic fore vel non esse suspectum, Interlocutoria qua pronunciatur aliquid esse probatum, vel non. Item super reuocatione attentatorum; Item, si reuocatur inhibitio facta Iudici, à quo. Item, quando Iudex pronunciat probationes esse admittendas, vel reiiciendas. Item, si Iudex interloquatur non principaliter, sed incidenter, quando Iudex pronunciaret causam esse compromittendam, vel non; Item, si dicat quem esse admittendum, tamquam procuratorem, vel tutorem ad causam. Item taxatio expensarum super attentatis. Item taxatio salarii Aduocati; Item sententia de exequendo aliam sententiam, datio in solutum à Iudice facta, præceptum de rescindendo, reiectio articulorum actoris, quia tunc ille reum velle absoluere videtur, ne actor vlterius audiri possit; In summa in omnibus prædictis casibus appellationum non est opus vlla expressione grauaminum, quia omnes vim diffinitiuę habent, & ex ipsis actis facilè Iudicis iniquitas apparet, *vt dicunt Thomas Triuis. in sua decis. 6. par. 1. Palatij Venetiar. Guidopap. in sua decis. 10. & Cassad. decis. 5. de sequestr. possess. & fruct.* vbi ait quòd appellatio ab interlocutoria, cuius iniquitas detegatur allegationibus iuris, sine expressione causæ fieri pureſt, *idem ait Cappell. Tholos. dec 129. num. 2. & Rota decis. 79. num. 3. in fine par. 3. recentior.*

532 Contrarium verò ait in mareria nullitatis, *Franc. Marc. in sua decis. 260. num. 2. par. 1.* vbi firmat, quòd nullitas in appellatione ab interlocutoria non venit, nisi nullitatis causę fuissent expressè nominatæ.

533 Quinto nota, quòd quando sumus in appellatione ab interlocutoria, si ea interponatur, prout in cedula, aliàs in actis data, tunc appellanti non suffragatur; & propterea ea isto casu in Iudicatum transit, ob eam rationem, quia in scriptis sit semper interponenda, ad hoc, vt Iudex deliberare possit, an ei sit defferendum, aut non; vndè Iudex ex cedula, aliàs in actis data non potest reddi certus super appellationis delatione, vltra quod ea non potest dici in scriptis, cum cedula non fuerit tunc actualiter producta, *vt ait Octau. Caccher. decis. Pedemont. 6. & Gaspar Guilelm. decis. 122. par. 1.*

par. prima, & *decis.* 82. *par. secunda Cameræ Imperial.* & *Rota decisione* 30. *de appellat. in antiq.* & *Borell. ibi supra*, *num.* 800. *cum seqq.* & quòd appellatio in actis dimissa penes notarium, & non coram Iudice interposita appellanti non prosit, *ait Rota decisione* 722. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*

534 Secus verò, quando essemus in diffinitiua, quia isto casu, si appellatio est interposita, prout in cedula, aliàs in actis data, occasione interponendæ appellationis, quæ suum effectum sortita nõ fuit, veluti, quia Iudex sub illo termino non pronunciauit, & tunc dicta cedula potest pro alia appellatione inseruire, quatenus Iudex contra sententiaret. Sed est benè verùm, quòd procurator debet esse cautus, vt illam cedulam de nouo repetat, quia paria sunt, quod quis cedulam producat, vel aliàs productam repetat, *vt fuit dictum in dicta Terracinen. Molendini coram Gipsio*, *Put. decis.* 101. *num.* 2. *lib.* 3. vbi firmat appellationem, quatenus contra, de iure valere, sed nota tamen, quòd aduersario non suffragatur, si nulla in eius fauorem erit lata, *idem Put. ibi supra.*

Et ratio illius cautelæ ea est, quia appellatio circumducta dicitur, quando nõ pronunciatur in illo termino in quo fuit producta appellatio, *vt ait Rota dicta decisione* 722. *num. secundo*, *parte tertia recentior.*

535 Contrarium licèt videatur sentire *Rota in decis.* 30. *de appellation. in antiq.* quam allegat *Aegid. in sua dec.* 121. & *d. dec.* 722. *num.* 1.

536 Concorda tu tamen primam opinionem procedere, quando cedula fuit data in appellatione, quæ suum effectum non fuit sortita, vt superius dictum est. Secunda, quando suum perfectum, & consumatum effectum habuit, Vndè in terminis secundæ opinionis, si vnus postea à nouo grauamine appellaret, prout in cedula, aliàs data, tunc appellatio remanet sine scriptis, quia tunc per appellationem à primo grauamine cedula iam fuit consumpta, quę non poterat, pro alia appellatione inseruire; secus autem vbi porrectio cedulæ suum effectum non habuit, veluti quando terminus ad sententiam fuisset circumductus, quia tunc potest per illius reiterationem pro alia appellatione inseruire, vt dicunt *Doctores allegati à Rota ibi coram Gipsio.*

Rursus concordare possumus prædictas opiniones hoc modo, nempè, vt primat procedat, ex vsu Palatij, quod approbat ipsum stylum appellandi, quatenus contra. Secunda verò, quando talis vsus in Tribunali non vigeret, *vt ait Rota dicta decisione* 722. *num. primo*, *par.* 3. *recentior.*

Et illud, quod fuit de ea appellatione prædicto modo circumducta, quæ non suffragetur pro alia, procedere, etiam in commissione appellationis, ante interpositam appellationem expedita, quæ iurisdictionem non tribuit, sed facit transire sententiam in rem iudicatam, si ab ea iterum non appelletur, *vt ait Rota decisione* 786. *num. secundo*, & *sexto*, *par.* 3. *recentior.*

537 Vndè ad euitandam nullitatem, in quam isto casu posset de facili incidere appellans, appellatio coram Iudice fieri debet in tempore, *vt ait Rota dec.* 396. *num.* 3. *par. secunda in recent.* & *in tertia par. decis.* 722. *num.* 2. *Viuius decis.* 594 *num.* 2. vbi testatur de stylo Rotæ, aliàs possent scandala oriri facilè, si notarijs daretur facultas recipiendi appellationes in absentiam Iudicum, *Rota decis.* 595. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* & *Coccin. decis.* 234. *num.* 3. Et formulæ appellationum, tã ab interlocutoria, quàm etiã à diffinitiua, extant penes *Speculat. de appellat.* §. *Qualiter num.* 17. diffusius tradit *Hostiens. in sua summa de appellat.* §. *Qualiter sit appellatio facienda*, *Pet. Iacob. in sua pract. tit. de action. de constit. pecunia num.* 13. *cum pluribus sequentib.* & *Papien. in sua praxi libellorum in forma libelli appellationis à sententia diffinitiua*, & *in forma appellationis ab interlocutoria.*

538 Rursus nota, quòd ea fieri debet coram Iudice à quo, & non coram Iudice ad quem, *Rota dec.* 293. *num.* 13. *par. prima in recent.*

539 Licèt secus, si constaret de metu; aut alio impedimento, siue ex non admissione Iudicis à quo, quia tunc valeret appellatio coram Iudice ad quem, *vt ait Gratian.*

tian. in sua decis. 128. *num.* 1. & tunc ab eo dependeret admittere, vel non, cum causæ cognitione, *vt ait Capic. dec.* 34. *num.* 12.

540 Contrarium, quòd scilicet appellatio possit fieri in absentia Iudicis à quo, coram eo ad quem, *ait Constitutio Marchiæ in libro 6. cap. 6.* & id fuit factum, vt facilius indemnitati litigantium posset consuli, quia illi sępè retrahebantur à talibus appellationibus, ob timorem, & reuerentiam Iudicis, qui sententiam tulit; immò circumscripta, etiam huiusmodi constitutione, valet dicta appellatio in absentia Iudicis, qui sententiauit; si postea illi vel parti notificatur intra decem dies, & id procedit etiam, quamuis sine causa in absentia Iudicis à quo fuerit appellatum, *vt de stylo Curiæ testatur Franch. in cap. appallatio num.* 3. *de appellat. & Gemin. & Specul. alleg. à Gratiano in lib.* 1. *disceptat. cap.* 10. *num.* 6. *& seqq. & decis.* 128. *num.* 5. *& seqq.*

541 Sed nota tamen, quòd cedula appellationis potest Iudici pręsentari vbicumque, etiam extra Iudicium existenti, aut magistro actorum, siue Notario absque Iudice; sed est benè verum, quòd non dicitur legitimè interposita appellatio, per solam dimissionem cedulę penes Notarium, *vt ait Rota per Card. Caualer. decis.* 495. *num.* 2. immò etiam die feriato appellari potest, cum appellatio non sit actus iudicialis, *vt ait Ioacchin. Misinger. decis.* 12. *par.* 2. *Camera Imperial. & Gratian. decis.* 5. *Rota Marchiæ, & Marta in sua compilat. decisionum in verbo appellatio cap.* 54.

542 Rursus nota. quod domicilium Iudicis dicitur locus congruus ad appellandum, & Apostolos intra debitum tempus petendum, *vt ait Cassad. decis.* 8. *n.* 7. *de appellat.*

543 Sed declara, tamen ꝙ appellans non tenetur quærere Iudicem pro appellatione interponenda alio loco, quàm vbi iudicauit. *vt ait Rota decis.* 50. *num.* 2. *de appellat. in nouis.*

544 Veluti eodem modo dicitur de citando, quem appellans alibi quærere non tenetur, quàm in habitatione, in qua personaliter residere tenetur, *vt ait Rota decis.* 10. *de appellat. in nou. & decis.* 83. *num.* 1. *eodem tit. in antiquis.*

545 Vnde, si quis in absentia Iudicis forsan appellaret, tunc ille ad expensas tenetur in articulo executiuo factas, quousque appellationem produxit, *vt ait Cassador. decis.* 3. *num.* 2. *de appellat.*

546 Extende eodem modo procedere, si appellatio coram Notario in Camera ex interuallo fiat, quia tunc non recipitur, si ea in scriptis non sit, & cedula appellationis in instrumento Notarij non inseratur, immò nec isto casu sufficit Notarium attestari coram se in scriptis fuisse appellatum, nisi in his scriptis asserat, *vt ait idem Misinger decis.* 45. *par.* 4. *& Borell. in sua summa decisionum tit.* 33. *n.* 807. *& seqq. de appellat.*

547 Vlterius nota in proposito, ꝙ si pcurator ultimo momento, & dico de vltimo momento, quia Iudex pôt expectare vltimum momentum ad respondendũ de apostolis, nec ante potest cogi, *vt ait Cassador. decis.* 8. *num.* 5. *de appellation.* si procurator, in quam, dicto ultimo momento in domo Iudicis compareat, & facta diligentia per eum de appellando fuerit responsum, quòd domi non erat, tunc ille testimoniales petere debet, & cedulam Notario relinquere, dicens se crastina die esse redditurum, & appellaturum, quia hoc modo seruato sententia in iudicatum non transibit, vel poterit etiam, ob Iudicis absentiam impeditus appellare coram probis, & honestis viris *vt inferius dicam. & vt ait Rota per Puteum decis.* 130. *lib.* 2. *& Marta in compil. decis. in uerbo appellatio cap.* 138. *tom.* 1. *& Cassad. decis.* 3. *de appellat.*

548 Sed si fortè notarius recusaret adire Iudicem ad prædictum effectum, tunc erit cautus procurator alterũ adhibere, qui de dicta appellatione rogaretur, ad referẽdum, siue de absentia Iudicis, quatenus non reperiretur, *vt fuit dictum à Rota in dicta decis.* 594. *num.* 3. *par.* 2. *in recentior. & prius decis.* 592. *num.* 4. Aliàs, si interponeretur coram Notario extraneo, sine causa non valeret, quia præsumeretur clandestina, etiamsi adessent litteræ testimoniales de ea, *Rota decis.* 260. *lib.* 2. *diuersor.*

549 Nec isto casu tenetur amplius ad eũ reuersum pro apostolis redire appellans, *vt ait Cassad. decis.* 8. *num.* 6. *eodem tit. de appellat. & Egid. decis.* 343. *& Grat. lib-*

lib. 1 discept. cap. 10. num. 10. & seqq. vbi ait, quod cum illud remedium appellandi corā uiris honestis sit à lege datū, & loco alterius succedat; idcircò non est opus illud geminare, cum superflua sint resecanda, sed quòd ad eum redire liceat, *ait Capp. Tholos. dec. 429. n. 1.*

550 Et prædicta appellatio tali modo interposita habet vim legitimæ, ac veræ appellationis, adeò vt illa pendente innouata, vti attētata essent reuocanda, *vt ait Capp. Tholos. decis. 28. & Rota dec. 38. alias 309. de appell. in nouis, & Ricc. in dec. Curiæ Archiep. Neapol. 190. & in sua collectanea 1355. in 4. par.*

551 Animaduertendo insuper, quòd quādo Iudex non reperitur, sufficit tunc facere diligentiam in domo auditoris, & petere apostolos à Notario, & appellationis schedulam dimittere, *vt fuit dictum in Romana Canonicatus Sancti Andreæ 4. Martij 1545. coram Rauellaten. vt habetur per Put. in sua decis. 17. & Rota dec. 50. de appellat. in nouis.*

552 Contrarium, quòd scilicet non sit necessarium apostolos petere, quando appellatur coram honestis viris, sed sat sit, vt appellans protestetur, quòd si copiam Iudicis habere posset illos peteret *ait Cassad. decis. 8. de appellat. num. 8. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 10. num. 10. 11. & seqq. & sub n. 15. assignatur ratio.*

553 Vnde nota, ꝙ satis erit isto casu, vt dicti honesti viri faciant fidem de actu coram eis gesto, dando apostolos testimoniales & hinc ppa ēt, ꝙ illi honesti viri, vti testes in huiusmodi appellationibus habeātur, *vt ait idem Gratian. ibi supra num. 16. & Ruin. cons. 85. num. 4. lib. 5. & Grauat. ad Vestr. cap. 3. lib. 7. num. 58.*

554 Et ideò videmus ēt, ꝙ testimoniū petitū de appellatione interposita ex Hispaniarum vsu interuit loco apostolorū testimonialium, *vt ait Rota per Card. Seraphin. decis. 1261. num. 2. & fuit quoque dictum in Calaguritana beneficij de Querēna 28. Maij 1625. coram Durano.*

555 Præterea nota, ꝙ ad hoc, vt talis appellatio legitimè ꝓcedat multa interuenire debent, & primò, vt præcedat iusta causa quominus coram Iudice appellari non possit, *vt ait dicta Cappell. Tholos. per Aufrer. in decis. 509.*

Et in hoc iusta causa erit iustus metus dūmo do grauamen deducatur, & tunc poterit appellari coram honestis viris; Item metus iustus iudicatur arbitrio Iudicis, & suffragatur etiam si ille processerit eius culpa, qui timet, & multa alia tradit in hac materia *Scaccia de appellation. q. 6. num. 6. cum sequentibus, & sub num. 27.* subdit, quòd licet metus cesset post interpositam appellationem; nihilominus ille qui appellauit de nouo appellare nō tenetur.

556 Secundò requiritur, quòd talis appellatio Iudici & parti intimetur, quoad effectum attentatorum, *vt ait Rota decisione 28. de appellation. in nouis. Misinger. obseruat. 54. centur. 4.*

557 Et ratio est, quia ignorans contemnere non dicitur, *vt ait Bellamer. decis. 540. Rota decisione tertia de caus. possess. & propriet.*

558 Tertio requiritur, ꝙ talis honesta persona corā qua appellatur, non sit aliàs inhabilis, veluti si esset excōmunicatus, vel alio modo infamis, quia tunc talis vir honestus dici non posset, *vt ait idem Ricc. in sua decisione 90. Curiæ Archiep. & Menoch. de arbitr. cent. 1. casu 69.*

559 Quartò requiritur, quòd talis appellatio iustas causas contineat, & iusta causa tunc diceretur, si metus ipsius Iudicis subsit, *vt ait Rot. dec. 50. alleg. à Ric. in dicta sua collect. 1355. prope finem & Gratian. decis. 128. num. 1.*

560 Quintò requiritur, quòd non faciant decreta, quæ spectant ad Iudices, prout sunt admittere appellationem, si, & in quantum, *vt ait Rota Bononien. in decis. 1.* Item literas citatorias, atque inhibitorias committere non debent, quia hæc sūt propriè partes Iudicis, *vt est pulchra decis. 100. Amati per totam.*

561 Sextò, vltra protestationem per debitorem coram honestis viris faciendam, debet etiā ille de his facere notariū rogari, *vt ait Grat. lib. 4. discept. c. 795. n. 11.*

562 Septimò, opus est, ꝙ qn̄ appellans non potuit Iudicē habere, si non protestatur, habetur pro succūbente, *vt ait idem Gratian. lib. 3. discept. cap. 172. num. 40.*

563 Contrarium, quòd scilicet dicta protestatio non sit necessaria, ad hoc, vt causa non dicatur deserta, *ait Afflict. decis. 50. num. 5. & Grat. decis. Marchiæ 120. & veluti latè dicam infra versic. Tertius casus*

casus in verbo *Sed est bene verum*.

564 Concorda, vt prima opinio procedat, quando impedimentum aliundè, quàm ex facto Iudicis proueniat. Secunda verò procedit, quando impedimentũ, aut à facto Iudicis veniret, aut illud esset notorium, *vt ait idem Afflict. in præcit. loco num.* 5.

565 Extende id, quòd fuit dictum de appellatione ab interlocutoria interponi debita, eo magis procedere, veluti si Iudex asserat in sententia eam esse diffinitiuam, item si viua voce appellationi deferat, *vt ait Franc. Marc. dec. 292. n. 6. par. 1. & Card. Seraph. dec. 565. & latè dicam in verbo tertius casus, in sequenti conclusione vers. quod tamen intellige verum.*

566 Extende quòd tunc, adeò sibi videtur manus ligare Iudex vt propterea amplius in negotio principali se ingerere nõ possit; quia illud deuoluitur, veluti contingit etiã in ea, quę à Iudice admissa fuit sine scriptis, & causæ expræssione, *vt ait Misinger. dec. 46 par. 4. & Ioan. Corser. in sua decis.* 318.

567 Sed si feratur insimul sententia interlocutoria, & diffinitiua, tunc duæ appellationes essent necessariæ, *vt ait idem Frantisc. Marc. in dec. 261. n. 1. par. 1.*

568 Nota sexto, quòd quando appellatio fuit interposita ab interlocutoria, tunc appellans amplius citari non debet, quãdo est ferenda diffinitiua; quia tunc sententia sine citatione valet, *vt fuit dictum in vna Rauẽnaten. dotis Veneris 25. Martij 1607. coram Penia.*

569 Fallit tamen primò, quando appellatio non fuit friuola, quia per friuolam appallationem tacitè videtur protestari se nolle comparere, *text. est in cap. eum qui, de dol. & contum. in 6. clement. 1. eodem tit. Geminiam. conf. 102. n. 2. & 3. & Rot. ibi supra corã Penia, & Franc. Marc. dec. 706. n. 1. par. 2. vbi ait*, id eò magis procedere, quando citandus esset absens, qui de necessitate citari non debet, *idem Franc. Marc. dec. 705. num. 8. eadem 2. par.* vbi docet, an qui recedit verè contumax dici possit.

570 Fallit secundò, quando appellans expressè non fuit protestatus se amplius nolle comparere coram Iudice à quo, & essemus in appellatione nõ friuola; alias si dixerit velle comparere, tũc de nouo citandus venit, vt notabiliter *ait Alexander in l. contumacia nu. 4. vers. ne huic te x tu iff. de sentent. &c. quem refert Puteus allegat. in dicta Rauẽnaten. dotis coram Penia.*

571 Extende prædicta in tantum valere, quòd tacita protestatio, vel significatio quòd noluerit amplius comparere non sufficiat, & sic eo casu sententia sine citatione lata non potest à vitio nullitatis excusari, *vt ait Rota ibi supra*, sed in hoc omnino recurras ad *ampliationem* 36. vbi latè dixi de hac materia.

572 Sed ad effectũ inducendæ nullitatis ex eo, quia sententia fuit absque citatione lata, sufficit causam in appellatione ex præssam esse probabilem; licèt ea non sit iustificata, *vt ait Lancellot. de attent. appellat. pend. & ait Rota ibi supra.*

573 Illud verò, quod fuit dictum de eo, qui fuit protestatus se amplius nolle comparere, declara esse verum, quando ille fuit citatus ad totam causam; secus verò si fuit citatus ad vnũ articulum tantum, *vt ait Rota per Greg. decis. 518. n. 8. & 9.*

574 Nota octauo, quòd si appellatio ab interlocutoria prohibeatur à statuto, censetur etiam prohibita in casu, in quo de iure communi esset permissa appellatio, *vt ait Surd. decis. 164. nu. 18.* & ratio est, ne statum elusorium reddatur, veluti dicam infra in limitatione 29. vbi recurras.

575 Nota nonò, quòd licet appelletur ab interlocutoria, nihilominus Iudex à quo, non desinit esse Iudex; & propterea Papa non præsumitur velle ab eo causam auocare, at secus quando fuit appellatum, à diffinitiua, quia tunc Iudex dicitur functus officio suo, & sic amplius nõ dicitur Iudex, *vt ait Rota per Mobedan. decis. 6. de appellat.*

576 Vndè nota, quòd si Iudex pronunciauerit esse procedendum ad vlteriora (verbi gratia) in examine testiũ ad perpetuam rei memoriam; tunc non obstante appellatione ab hac interlocutoria, Iudex à quo potest recipere testes ad perpetuam rei memoriam examinaros, & sic isto casu appellatio, vti friuola non causat attentata, quia tunc Iudex esse non desinit, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 310. & dec. 1168. & in vna Mantuana bonor. Veneris 20. Maij 1611. coram Vbaldo. qua est dec. 325. par. 1. in recent.*

Nota

577 Nota decimò, quòd non licet appellãti ab in terlocutoria prosequi causas in appellatione minus expræssas; item nec processus primi Iudicis iustificari potest coram secundo Iudice, nisi ex actis corã primò productis iuxta *Clementinam appellanti, de appellat.* cuius enim dispositio procedit, etiã si Iudex ad quem esset subrogatus in locum primi, *vt ait Bellamer. decis.* 150.

578 Et quando sententia non iustificatur ex actis, tunc appellatio non est necessaria, quia ea afficere non potest, *vt ait Rota per Gregor. XV. decis.* 1. *& ibi in annotat. num.* 8.

579 Fallit tamen primò, veluti si essemus in sententia lata super articulo attentatorum, quia hæc uim difinitiuę habet; & sic appellans ab huiusmodi sententia prosequi potest causas, etiam in appellatione non exprę̃ssas, *vt ait Rot. dec.* 11. *de appellat. in nou. & Bellamer. decis.* 148.

580 Fallit secundò in appellatione ab interlocutoria vim difinitiuę habente, quia tunc dicta Clementina locum nõ habet, *vt ait idem Bellamer. dec.* 417. & veluti latè dixi supra *in vers.* 4. *nota, n.* 531.

581 Fallit tertiò, si sententia esset lata in articulo restitutionis ad appellandũ; quia tunc appellans prosequi potest causas non expressas, *vt ait Maynard. dec. Cappell. Tolos.* 92. *lib.* 3. *& Bellamer. dec.* 325.

582 Amplia 47. quòd appellatio detur à sententia legitimationis personarum, cũ ea secum executionem trahat, & in se probabile præiudicium inducat, *vt ait Cappell. Tholos. decisione* 48. *& Ricc. in collect.* 1306. *vers. Infero* 2. *& Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 76. *num* 3.

583 Amplia 48. quòd à denegata iustitia appellatio datur ad superiorem, & eam denegare Iudex videtur, si à tertio requisitus eam denegauerit; immò etiam interpellatio vno contextu multiplicata sufficit, *vt ait Ioachim. Misinger decisione* 24. *parte* 2.

Extende id in tantũ procedere, vt propterea si Iudex recusat ministrare iustitiã vni, etiam clerico post tertiam monitionẽ, sua iurisdictione priuatur; immò eam denegando, quando Iudex est secularis potest recurrere ad ecclesiasticum, & tunc denegari iustitiam dicitur, quando id notorie constat, *vt ait Scaccia de appellat. q.* 7. *num.* 43. *& q.* 17. *num.* 46. *& seqq. lib.* 3. *cap.* 2. *ampliatione* 16. & ibi multa in hac materia.

Declara tamen illud esse uerum in causis ciuilibus, at secus in criminalibus, pro quibus ad Iudicem laicum recurri non potest, etiam ecclesiastico negligente, *vt dicunt Doctores allegati ab Alexandro Ambrosino in comment. Bullæ Gregorij XIV. de immunit. & lib. eccles. cap.* 20. *num.* 72.

584 Fallit tamen à dilata, & neglecta iustitia, quia tunc quis remedium habet vt superiorem adeat, *vt ait Gaspar. Guliel. decis.* 100. *par.* 2.

585 Contrarium quòd scilicet à dilata, & negata iustitia, appellatio non detur, *ait Mising. cent.* 3. *obseru.* 57. *& Riccius in sua collect.* 166. *par.* 1. Sed fallit in Vrbe, vbi huiusmodi appellatio conceditur seruatis, tñ terminis de quibus supra.

586 Amplia 49. quòd etiam à denegata aditione est admittenda appellatio, & ita fuisse iudicatum, *ait Gaspar Guliel-mus in sua decis.* 179. *parte secunda, & Marta in sua compilat. decis. in verbo appellatio cap.* 128. *tom.* 1.

587 Et ad id notandum erit, quòd appellans à denegatione possessionis, si postea appellationem deferat, tunc in se onus suscipit probandi grauamen, quòd per prius pars aduersa probare tenebatur, *vt ait Rot. dec.* 176. *n.* 3. *par.* 1. *diuers.*

588 Amplia 50. quòd pari modo à denegato processu ad sui Iudicẽ tanquã à denegante iustitiã appellatio datur, & illa causa ad superiorem deuoluitur, *vt ait idem Guglielmus decisione* 167. *parte tertia & Marta ibi supra cap.* 229.

589 Extende idem procedere, quando Iudex recusaret defensiones dare; quia tunc à tali recusatione appellatio datur, cum sint de iure diuino, neque propterea diabolo fuerint denegatæ, *Rota decisione* 15. *de procurat. in nouis.* & nota, quòd quatenus à Principe tollerẽtur, tunc debet intelligi de ciuili, ac leui, & friuola defensione, non autem de naturali, & substantiali, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaccio in suo consilio* 99. *nu.* 38. *lib. primo.*

590 Fallit tamen, veluti si essemus in Iudice ex officio non supplente, quia tunc licèt malè faciat, tamẽ nõ infertur

grauamen per quòd appellari possit, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 146. n. 12.*

59[?] Et quando dicatur commissa in curia ex denegatione officij Iudicis, ita vt ab ea appellari liceat; distinguendum est tali pacto, nam aut est simpliciter aliquid arbitrio Iudicis remissum, & tunc est intelligendum arbitrio boni viri, & per consequens isto casu appellatio datur, aut verò est remissum eius libero arbitrio, & tunc nō appellatur, vndè siue requisitus denegauerit Iudex, siue motu proprio fiat, nō appellatur; & ratio est, quia tūc ex denegatione est licita appellatio, quādo Iudex officium nobile exercet, quod loco actionis datur, At secus in eo, quod motu proprio exercet, *vt ait Grat. ibi supra n. 27. & 28. & Monter. decis. 7. n. 8.*

Extēde eam ampliationem procedere quoque in casu inordinati, seu peruersi processus, a quo appellatio datur, etiā si esset in possessorio, quia inordinatio processus grauamen irreparabile continet, *vt ait Scaccia de appell. q. 17 limit. 47. memb. 1. num. 98. & prius limit. 6. memb. 7. num. 115. & nu. 129. & prius ibi sub nu. 115. cum seqq.* ait id procedere, siue ordo sit assignatus ab homine, siue à Iure, etiamsi sit substantialis, & peruertatur ordo vnius causę ad aliam; Immò ea datur etiam in possessorio summario tam suspensiua, quàm deuolutiua, & tunc Iudex ad quem appellatur ab inordinato processu, cōstito de peruersione ordinis, sētentiam retiorare debet, etiā si ea esset interlocutoria, quia nihilominus ab ea appellatio datur in isto casu, *vt ait Scacc. ibi supra.*

592 Amplia 51. quòd ea sit admittenda à denegatione remissoriæ; secus autem in illius concessione, vndè, quando pars prætendit eam non esse concedendam, tunc ab isto decreto datur appellatio, *Benintend. decisione 74. col. prima, idem ait Gratianus libro primo disceptation. cap. 199. num. secundo & tertio vbi allegat Afflictum & Seuerolum.*

593 Declara tamen dictam distinctionem procedere solùm in ciuilibus; at secus in criminalibus, in quibus huiusmodi appellaiones recipiuntur, *Monticul. de testibus, in verbo Examinatio testium, colum. 2. nu. 3.*

594 Declara secundò prædicta non procedere, quando nulla adest ratio legitima, per quam dicta remissoria veniat cō cedenda, quia tunc appellatio non esset admittenda, *vt ait Felin. in c. cum causam n. 31. vers. & quamuis de testibus Afflict. in consilit. 1. de inuest. inter Domin. & Vassal. num. 64. & Seuerol. de remiss. cap. 18. num. 3.*

595 Et propterea infertur, quòd ab admissione articulorum appellatio quoque datur, & tunc dicta appellatio iustificatur, quando reperiretur articulos admissos esse impertinentes, obiectiuos, & malè specificatos, *vt ait Bellamer. in sua decis. 444. de appellat.*

596 Amplia 52. appellationem dari à primo decreto, quia modicum præiudicium generat, & quia reus infra tres menses quandocumque potest possessionem recuperare, *vt ait Gaspar Guglielmus dec. 45. parte tertia, & Franciscus Marcus decisione 403. num. 4. par. prima, & latè Bart. in l. 2 ff. de appell. recip. Bald. in l. 2. C. de Episc. audient.*

597 Amplia 53. quòd appellatio extraiudicialis à futuro grauamine datur, & ideò, si extra iudicium appellatur, tunc appellatio generalis à dicto futuro grauamine valet; quamuis, etiam personæ obquas sit appellatio non fuerint nominatæ; sed est benè verum, quòd huiusmodi appellatio non incipit habere effectum, nisi à tempore illati grauaminis, à quo solum incipit tempus currere, *vt ait Rota decisione 32. titulo de appellation. in antiqu. & Gratianus libro 1. disceptation. cap. 100. num. 100. & ibi Surdus, & Lancellotus* dicunt, quòd ille appellar, qui non sentit damnū ex sententia, sed timet pati in futurum, licet regula sit; quòd nō grauatus non appellat, vt dicam Deo dante in uerbo *Grauatus.*

598 Contrarium dicam infra *in limit. 19.* & ibi recurras, item quòd appellari possit aliquādo ad cautelam, etiamsi pars non dum sciat pro certo se grauatū, & sic in futurum euentum, *ait Rot. dec. 391. num. 3. lib. 3. diuersor.*

Concordari tamen possunt huiusmodi opiniones, & sic, vt prima procedat, quando sumus in extriudicialibus, & iustus timor vrgeret. Secunda verò in iudicialibus, quia ibi non appellatur, nisi grauamen fuerit illatum, quā quidē distinctionem

tionem semper tenuit *Rot. & præsertim in Terracinen. Molendini* 18. *Octobris* 1589. *coram Gypsio*, & ibi fuit dictum talem appellationem non prodesse, nisi fuerit repetita, vel reproducta cedula appellationis in actis data, *iuxta decis. Aegid.* 121. *& est dec.* 637. *n.* 2. *par.* 3. *recent.*

599 Et propterea ex prædictis infertur, quòd appellatio detur à decreto torturę, *Glos. in l. penult. C. quorum appell. non recip. Franciscus Marcus decisione* 60. *parte secunda*. Quinimmo id procedit etiam absque insertione causæ grauaminis, *vt ait Gratianus in sua decisione* 60. & id procedit præcipuè, vt superius dixi mus, quando præcedit grauamen, aut iustus timor, *vt est tex. in c.* 1. *de dilation. & Rota d. dec.* 637. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*

600 Extende ea facilius procedere, quando indicia non præcederent, & quamuis ab interlocutoria manus Iudicis non ligentur, ita ut illi non sit prohibitum in causa procedere, & suam sententiam exequi ante inhibitionem, *cap. non solum, de appellat. in sexto, & Guidopap. decisione* 436. tamen id non procedit, vbi agitur de damno irreparabili, quia tunc per appellationem executio impeditur, *vt ait Riccius in sua decision.* 22. *& in sua collectanea* 1777. & ita de stylo Curiarum, tam parlamenti superioris, quàm inferioris testatur *Guidopap. decis.* 74. *& Franciscus Marc. ibi supra num. quinto, & decisione* 278. *num. secundo, par.* 2. *& Marsil. in suo singul.* 349.

601 Extende secundò procedere, nedum, quando Iudex pronunciat reum esse torquendum super delicto principali, verum etiam quando tortura tenderet ad habendam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam, *vt ait Capic. decis.* 145.

602 Extende tertiò, quòd si appellatio sit interposita à decreto torturæ non solum Iudex debet supersedere, & interim nihil innouare; sed nec etiam termino pendente ad appellandum, & sic per decem dies post decretum, *vt ait Franciscus Marc. in sua decision.* 907. *num.* 3. *&* 4. *par. prima, & Capic. decis.* 167.

603 Contrarium tamen dicit in dicta *decis.* 60. *num.* 6. Et ratio est, quia non appellando ei renunciatum censetur, quod in sui præiudicium, etiam in criminalibus fieri potest, & sic appellatione non interposita sententia executioni demandari poterit, *idem Franc. Marc. in d. dec.* 60. *num.* 6. *&* 7.

604 Extende quartò, quòd ne dum appellari possit à decreto torturæ, sed etiã ab ea comminata, *vt ait Ricc. in sua dec.* 91. *& in sua collect.* 1777. & ita semper vidisse seruari in Magna Curia Vicarię, *testatur Grammat. super const. Regni sol.* 133. *num.* 4. *in fine*. Vndè veluti per appellationẽ à decreto de torquendo manus Iudicis ligantur, ita etiam ligantur per appellationem à cominatione interpositam, *vt ait Guidopap decis.* 136.

605 Amplia quinquagesimo quartò, quòd etiam appellatio datur à concessione, vel publicatione priuilegij, & sic à facto extraiudiciali Principis, *vt ait Gaspar. Gulielm. decisione* 83. *parte secunda*.

606 Amplia quinquagesimoquintò, quòd appellatio conceditur tertio ad causam, pro suo interesse venienti, & per eam executio impeditur, *vt dicunt Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 232. *num.* 37. *Afflict. decis.* 235. *Caccher. decis. Pedemont.* 38. *Caualcan. decis. Triuis.* 10. *& Antonius Faber decis.* 3. *C. de confessis*. Quamuis regulariter tertio appellare non liceat, *Rota decis.* 9. *num.* 1. *& decis.* 20. *de sent. & re iudic. in antiq. & in hoc vide Scac. de appell. q.* 5. *n.* 71. *cum seq.*

607 Extende, quod tertius veniens ad causam impediat restitutionem, etiam in spolio, *vt fuit dictum in Calaguritana transact.* 3. *Iul.* 1575. *corã Card. Blanchet.*

608 Quod tamen declara verum, veluti si illud fuisset attentatum, vel tertius clarè de suo iure doceret, *vt fuit dictum in Placentina bonorum Ven.* 19. *Iunij* 1587. *coram Card. Seraph. quę est in eius impres. dec.* 793. *num.* 1.

609 Declara secundò, illud esse verum, si tamen de prætenso iure tertius doceret, incontinenti, aliàs illi appellatio non suffragaretur, *vt ait Rota dec.* 293. *num.* 14. & q illc tertius teneatur exprimere causas; necnon eas saltem semiplenè iustificare antequam ad vlteriora procedatur, *ait Grat. d. lib.* 2. *discept. cap.* 232. *n.* 37.

610 Limita tamen prædictam ampliationẽ non

non procedere, quando ille pro quo est facienda executio cautionem pręstet de restituendo ipsi tertio rem in euentum sucumbentiæ, quia tunc executio esset fienda, etiã q appellatio à tertio fuisset interposita, & ea penderet, *vt ait Bero. decis. 79. & Put. & Affl. inferius alleg.*

611 Sublimita, tamen primò id non procedere è cõuerso, nēpè si ille tertius qui uellet præstare cautionem esset intrusus lite pendente, quia isto casu contra eum executio esset fienda, nec iuuaret, etiam si cautionem præstare vellet, *vt ait Crescen. dec. 237. de re iudic. & Osasch. decis. 28.* in hoc multa dixi *in concl. 85. cũ seq.*

612 Sublimita secundò non procedere, quando veniens ad causam prætenderet cum cautione iuratoria admittendum fore, quia tunc non impediret executionem, etiam quòd ille esset idoneus, *vt ait Rota per Put. decis. 112. lib. 1. & Affl. dec. 15. nu. 3. & 4.*

613 Sublimita tertiò non procedere, si ille tertius sciuisset causam agi, & non comparuisset; nam si à sententia, præsertim contra præsentem lata, ipse pro suo interesse appellet, isto casu non uidetur executionem impedire, *vt ait Rota Lucens. decis. 56. Rota Perus. decis. 26. & Bero. decis. 79. & Put. decis. 151. lib. 2. & ibi in addit.*

614 Sed declara tu tamen, quòd talis scientia præiudicet, quoad effectum appellandi, quando tertius sciuit omnes qualitates sententiæ, & causæ principalis, aliàs secus, *Caualcan. decis. 10. Rota Bononien. decis. 75. Vrsill. decis. 235. & Magon. decis. 96. Lucen. & Put. ibi supra.*

615 Sublimita quartò, quòd talis appellatio tertij actum sequestrationis impedire non possit, *vt ait Rota decis. 4. de sequest. possess. & fruct. & decis. 11. de sent. & re iudic. in antiq.* & hanc opinionem esse veriorem dicit *Gratian. lib. 2. discept. cap. 232. num. 5.*

616 Sublimita quintò, quando tempore petitę exequtionis possessio non esset vacans, quia tunc non impediretur executio per appellationem tertij; at secus si fuisset vacua; & ratio est, quia quando possessio est vacans, tũc sua intererat, ne sibi durior aduersarius daretur, *vt ait Rota decis. 2. aliàs 33. de rescript. num. 47. in nou. Mising. obseruat. 573. cent. 3.*

617 Sublimita sextò, si iste tertius fuisset admissus in statu, & terminis, in quibus reperiebatur causa, *vt ait Affl. dec. 15. et Vrsil. dec. 235 & Put. dec. 59. de Iud.* & eò magis si noua cõmissio nõ intercessisset, *Mantic. decis. 74. num. 4.* & ratio est, quia veniens ad causam principaliter pro suo interesse, cum clausula in statu, & terminis, non solũ non facit acta, & sententias suas, quando maxime sententia fuisse lata in contumaciam contra tertium, verũ etiam illi non nocet, quominus à die sciẽtiæ ipse appellare possit, etiamsi sententia in iudicatum transijsset, *vt ait Card. Seraph. dec. 906. num. 2. & multa dixi inferius sub num. 779. cum seqq.*

618 Sublimita septimò, quòd tertius veniens ad causam, si conditionaliter appellet, veluti si diceret appellare, quatenus contra, tunc appellatio non valeret; & propterea executionem non impediret vt alias tenuit *Rota in Bracaren. Monasterij 15. Decembris 1577. coram Iunio.* quòd tamen secus esset, quando essemus in reo, qui esset creditor, & anteriorem hipothecam haberet, quia tunc ille posset Iudicis officio rei iudicatæ executionem impedire, & aliqua bona retinere, saluo iure contra quoscumque alia bona detinentes, *vt ait Rota per Card. Mantic. in dec. 326. num. 7.* & dixi superius *sub num. 94.* in hac eadem conclusione, sed in omnem euentum nota, quòd ad hoc, vt iudicium tertio noceat, opus est, vt illo in vno quoque actu citetur, vt est *text. in l. de vno quoque ff. de re iud. Surd. decis. 256. Milanens. decis. 1. n. 174. lib. 2. Gramat. decis. 207. nu. 2. Intrigliol. decis. 15. num. 97. Giurb. decis. 1. num. 47.* alias sententia esset vti nulla reuocanda, *vt ait Rot. per Buratt. decis. 71. num. 1. & seqq. & ibi in addit. vbi alij Doctores allegantur.*

Aliàs, si illi à Iudice aliquo modo pręiudicium fieret, posset dictus tertius Iudicem, etiam sine citatione recusare, sed solum sufficeret producere litteras gratiæ illius admissionis ad causam, secus autẽ quando ageret de faciendo se admittere ad causam, quia tunc citatio ad uidendum admitti esset necessaria, *vt ait Affl. decis. 366. num. 13. & Rota decis. 553. num. 4. par. 3. recent.*

619 Amplia 56. quòd ea sit licita à statu-

to

to non communi, sed solum contra certas personas facto, & ratio est, quia constitutio, siue ordinatio debet esse communis; Vnde, si fuerit mercatoribus taxatum certum pretium frumenti, quod vrgente necessitate fieri licet, & nõ aliàs, tunc ab huiusmodi taxatione non datur appellatio; at secus, si unus solus ad id cogeretur; per rationem superius assignatam, quia reuera ordinatio omnes comprehendere debet, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 149. num. 38. & Aufrer. decis. 443. num. 3. & Menoch. cons. 137. num. 22. lib. 2.*

620 Extende quòd etiam à statuto de iure non valido appellari potest, *vt ait Rot. decis. 41. num. 14. par. 2. diuers.*

621 Amplia 57. quòd appellatio concedatur à decreto Iudicis reseruante exceptiones ad merita causæ; quod tamen intellige verum, quando exceptio altiorem indaginem requireret; secus verò vbi illam non requireret, quia tunc reseruatio esset iusta, nec per consequens ab ea appellatio daretur, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano ibi supra cap. 170. n. 12. & 13. Anna decis. in terminis singulari 605. & Riccius in sua collect. 1311. par. 4.*

622 Declara tamen, quòd cum id sit arbitrarium Iudici, ad declarandum, an exceptio sit intricata, vel non, sequitur propterea, quòd isto casu non sit appellatio concedenda; *vt ait dictus Gratian. ibi supra num. 4. & 14.* vbi subiungit, quòd Iudex solus est uir bonus in iudicijs.

623 Quamuis huiusmodi difficultati optimè hic in vrbe consulatur, per viam sacri Tribunalis Signaturæ Iustitiæ, vbi resoluitur, quando in huiusmodi casibus sit locus appellationi necne, & sic facilius clauditur via iudicibus, ita arbitrandi. Sed si forsan Signatura rescriberet simpliciter, causam committendo, tunc, intelligeretur, quoad vtrumque effectum commissa, neque tali casu esset etiam locus Aegidianæ, *vt fuit dictum in Vrbeuetana bonorum Veneris 26. Ianuarij 1624. coram Vbaldo, & in alia Bononien. census Veneris 15. Decembris 1628. coram Dunozetto,* Licèt contrariũ dicat *Crescent. decis. 1. de rescrip.*

624 Amplia 58. quòd appellatio datur a sententia declarante aliquem esse proximiorem, prout etiam quando quis declaratur hæres, vel creditor, & conductor; & ratio est, quia super huiusmodi articulis alterum iudicium requiritur, an scilicet ille sit proximior, siue hæres, aut creditor, vel conductor, & propterea de finiendo iudex hanc principalem quæstionẽ appellatio datur, *vt dicũt DD. al. leg. à Grat. lib. 4. discept. cap. 694. nu. 32.* vbi testatur hanc opinionem esse veriorem, *& Rota in Romana hæreditatis, & Paragij dotis 5. Nouembris 1616. coram Buratto.*

625 Amplia 59. quòd appellatio sit concedenda ab allegata suspicione iudicis, & sic tali casu vna partium meritò appellare poterit, quemadmodum etiam iudici remoto concedenda veniret, vt ait *Gratian. lib. 1. discept. cap. 100. num. 48.*

626 Contrarium, quòd scilicet in causa recusationis iudicum appellare non liceat, *ait Franch. in sua decis. 408. & Marta in compilat. decis. in verbo appellatio cap. 192. tom. 1.*

Concordare igitur prædictas opiniones hoc modo possumus, nempè, vt prima procedat de iure communi, cuius quidem dispositione iudex non potest iurari suspectus postq̃ à partibus fuit acceptatus, nisi noua superueniret causa, *vt fuit dictum a Rota per Card. Caualer. dec. 178. num. 2.* secunda verò opinio procedit, attenta aliqua particulari constitutione, vt est Neapolis ex pragmatica Reginæ Ioannæ inserta inter ritus Magnæ Curiæ in ritu 295. *incip.* Item si contingat, *vt testatur Franch. in d. decis. 408. in princ.*

627 Sed *Lancellott. de attentat. recusat. pendent. num. 54. vers. 2. declara,* ait tunc posse iudicem recusatum appellare, quãdo aliquod interesse ibi habere potest.

628 Animaduertendo tamen, quòd in casu suspicionis Iudex recusatus potest per arbitros super causa suspicionis, vti principalis examinari, & interogari, etiã cũ iuramento vt veritatem dicat; dũmodo causa non esset criminosa, *vt ait Tesaur. in sua decis. 6. per totam.*

629 Extende quòd immò, si essemus in Delegatis, tunc illi, solo iuramento, suspecti recusari possunt, *vt dicunt Ann. & Bart. allegati à Gratiano in præcitato loco n. 49. & in lib. 5. discept. c. 877. nu. 18.*

Sub-

632 Subextende id adeò valere, vt si iudicat Ordinarius cũ Delegato ei per Principem adiuncto, tunc vrgente suspicione, nõ secus, ac si essent duo delegati possunt iurari suspecti, quia cum Delegatus vtatur iurisdictione delegantis, idcircò illius iurisdictio, vti potentior quolibet ordinario, etiam de latere legato vincit illam ordinarij, *text. in c. studuisti de officio delegat. Gratian. in sua decis. 170. num. 3. Rota Marchiæ, & textus est in l. si reus de duobus reis l. quicquid §. cum inter partes ff. de acquir. rer. domin. & ita concludit Bart. in l. duo Iudices nu. 3. ff. de re iudic. & in simili scripsit Roman. cons. 265. num. 2. col. 1. in fine vers. si vero Ecclesiastica, & pulchrè ait Seraph. videndus de priuileg. iuramenti priuileg. 7. num. 6. cum seqq.*

631 Declara igitur, quòd de Iure Canonico, tàm Iudex delegatus, quàm Ordinarius possit vti suspectus in totum remoueri, & ab eo appellari, *ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 4. in fine*; & quando recusatur non potest subdelegare, *Anna singular. 71.* sed *Capicc. in decis. 137. num. 10. & seq.* docet, quando ius Canonicũ, vel Ciuile sit attendendum. *idem Grat. dicto lib. 1. c. 100. n. 10. & seqq.* & ibi docet, quæ causæ sint admittendæ.

632 Quod amplia quoque procedere in incidentibus in causa suspicionis officialium, etiam de iure Ciuili, *vt ait Franch. in dicta sua decis. 408. per totam.*

633 Fallit, tamen à decretis suspicionis dictorum oficialium, à quibus appellatio non admittitur; licet sit benè verum, quòd non prohibentur proponi nullitares eorum, & præsertim, quando de notoria iniustitia constaret, *vt ait Dominus de Ponte ita pluries fuisse decisum in sua decis. 30. & Riccius in sua collect. 1311. par. 4.*

634 Loquendo verò attenta dispositione Iuris Ciuilis, & sic illam primam opinionem tenendo, extende eam in tantum valere, vt immò Iudex allegatus suspectus possit ad vlteriora procedere; quòd tamen intellige verum, quando à friuola fuit appellatum, aliàs secus, *vt ait Rota in Romana computorum Mercurij 20. Nouembris 1613. coram Coeccino qua est decis. 531. num. 3. par. 1. in recentior.*

635 Tenendo autem illam secundã opinionem, vti magis veram, de iure tamen canonico loquendo, extende eam in tantum pollere, vt propterea sententia post allegatam suspicionem lata sit ipso Iure nulla, *vt ait Put. in decis. 370. lib. 1. Paleott. decis. 158. & Rota decis. 2. par. 2. diuers.*

636 Extende eam secundò procedere, etiamsi causa non probaretur, nec Arbitri ad eam iustificandam essent electi, *vt ait Rota dec. 511. lib. 3. diu. Caputaq. dec. 7. p. 3. & Rot. Maceraten. in dec. 50. lib. 1.*

637 Extende tertiò procedere in casu decisionis, *Card. Seraph. 1266. vbi fuit dictum sententiam Metropolitani esse nullam vti à Iudice recusato latam, & Rota in alia Comen. Cappellania 26. Ianuarij 1592. coram Penia.*

638 Extende quartò illam eò magis procedere, quando vltra iuramentum, ab vlteriori processu fuisset quoque appellatum; quinimmò ad annullandum processum in futurum à recusato fabricatum, est necessarium vltra mandatum ad iurandũ ac iuramentum, ab vlteriori processu appellare, quia tali casu non est opus postea appellationem prosequi, *Rota decis. 2. num. 18 par. 2. diuersor. Caputaquen. decis. 172. par. 1. Rota Maceraten. in decis. 27. Acchill. de Grassis decis. 3. de except. & Rota in Oriolen. Iuris conferendi 23. Maij 1576. coram Cardinali Blanchetto & per Card. Caualer. decis. 348. num. 2. cum seqq.* & hanc materiam esse fauorabilem *ait Rota in decis. 93. parte 1. diuers.* & ratio est, quia nihil est tam graue, quã coram suspecto iudice litigare; & propterea videmus, quòd semper Signatura Iustitiæ solet recusationes iudicum admittere, quod tamen semper intellige verum, dummodo appellatio fuerit interposita in scriptis, & in schedula particulari, aliàs sola protestatio facta per recusantẽ non sufficeret, *vt ait Rota decis. 563. num. 2. par. 1. diuers. Caputaq. decis. 60. num. 4. & d. decis. 172. part. 1. & ita fuit dictum in Asten. censurarum 28. Iunij 1617. coram Manzanedo, & per Card. Caualer. decis. 348. num. 3. & per Gregor. decis. 466.* & ibi in addit. multæ aliæ decisiones allegantur *Farinac. in suis Fragm. par. 2. sub litt. I. nu. 932. & seq. & in Rom. seu Tiburtina Castrorũ Merc. 4. Iulij 1607. coram Marcomontio.*

Fallit

639 Fallit tamen primò, veluti si essemus in suspectione friuola, *vt ait Rota per Cardinalem Seraph. in sua decis.* 532. quia tunc appellatione non obstante posset Iudex recusatus suspectus ad vlteriora procedere, vt superius dixi *sub num.* 534. *& est decis.* 531. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.*

640 Fallit secundò, si quis iterum comparerer coram Iudice suspecto sine protestatione, *vt ait Mobedan. in decis.* 1. *de Iudic. Put. decis.* 41. *de re iudic. & decis.* 380. *lib.* 1. *Card. Seraph. in decis.* 971. *& prius in decis.* 187. ait, quòd grauis suspicio oritur contra habētem processum in manibus, & illum non exhibētem, *& Gratian. lib.* 1. *discept. c.* 100. *num.* 27.

Veluti quoque prædicta conclusio falleret, quando Iudex esset allegatus suspectus à non habente speciale mandatū, *vt fuit dictū in Ceteren Archipresbyteratus* 14. *Februarij* 1583. *coram Card. Blanchetto, & Burat. decis.* 371. *num.* 12. & tantò magis, quando essemus in iudice de consensu partium.

647 Modo restat videndum ex quibus causis possit de iure ciuili suspectus reuocari Iudex, & prima erit, quando graues inimicitiæ supreuenerunt, *vt ait Maynard. in sua decis.* 92. *& latè ait Farinacius in suis fragmentis in litera I. num.* 687. *cum infinitis seqq. fol. mihi* 88. *& seqq. & facit decisio Card. Caualer.* 178. *num.* 2.

642 Fallit tamen, si ex facto partis prouenerunt, *vt ait Franc. Marc. decis.* 291. *par.* 2.

643 Contrarium, *ait Capicc. in sua decis.* 138. *n.* 2. ubi firmat, quòd non attenditur, an inimicitia fuerit causata ex culpa recusantis, vel alterius; sed quælibet etiā si non sit capitalis, vel grauis inducit suspicionem in Iudice; & sat erit, quòd sit probabilis, licèt non sufficiat eam in genere allegare, nec minus attenditur, si inimicitia habuerit fomitem à uero, an à falso, siue ab ipsis partibus, uel à tertio, *dicunt Doctores allegati ab ipso Capiccio in præcitato loco.*

644 Fallit secundò, si indè fuisset secuta reconciliatio, *vt ait Iaffred. decis.* 33. Cuius quidem fallentiæ ratio non mihi placet, quia semper videmus, quòd reliquiæ prioris odij remanere solent; Nam iniuriæ, & aggrauia perpetuo ossibus iniuriatorum, & iniuriantium inhærere solent, & ideò facit illa regula in hoc, quòd semel talis semper talis præsumatur, cum ferè nunquam in totum inimicitiæ extinguantur. & sunt tanquam ignis post cuius extinctionem semper remanent vestigia fumi.

945 Secunda causa erit propter affinitatem, *vt ait Cappell. Tholos. dec.* 47.

646 Quod enim extende procedere, etiā in affinitate dissoluta, *vt ait Milanen decis.* 15. *& Franch. dec.* 719. & vsque ad quem gradum vt talis recusetur, *tradit idem Franc. Milan. in decis.* 16. *Rota Siciliæ*. Licèt tamen secus esset, quando talis esset integræ fidei, vel vtrique parti esset æque coniunctus, veluti, etiam dicitur de teste, & fratre qui non reijcitur, si deponet et pro amico, & æquè coniunctó, siue pro fratre contra alium fratrem; nam paritas coniunctionis, & amicitiæ arguit paritatem amoris, ac beneuolentiæ, *iuxta tradita per Grat. lib.* 1. *discept. c.* 100. *num.* 14. *& seqq.*

647 Tertia erit, si Iudex sit compater alterius partis, *vt ait Maynard. in sua decis.* 89. *& Gratian. dicto cap.* 100. *n.* 19.

648 Quarta erit, si Iudex pari modo esset amicus vnius ex partibus, *idem Maynardus dec.* 93. Item, quando filius Iudicis esset amicus vnius ex partibus, *Grat. in præcit. loco num.* 24. *& seq.*

649 Quinta erit, si Iudex propalauit votū animi sui; quia tunc ipso iure remouetur vti suspectus, *Viuius decis.* 36. *& decis.* 363. *Capicc. decis.* 138. *in additionib. & Maynard. decis.* 94. *& Rota decis.* 38. *de concess. præben. in antiq. Mastril. dec.* 72. *& Castill. dec.* 6. *& Dominus de Ponte in dec.* 99.

650 Immò id extende ne dum procedere, si animum suum expressè propalauit, sed etiam, si iudicium aliquod adhibuisset, quo motus animi sui detegetur, *vt ait text. in l. obseruandum ff. de offic. Præsidis* ibi cuius animi uotum, & in istis terminis facit *decis. Giurb. Rotæ Siciliæ* 54.

651 Extende secundò, quòd huiusmodi propalatio possit testibus probari, & tūc illis credendum erit, quoad effectum recusationis, vt refert ita fuisse decisum *in Curia Archiepiscopali Neapolis Riccius in sua decis.* 322. *& in sua collect.* 1526. *parte quinta.*

Extende

652 Extende tertiò idem procedere in adiuncto, qui declarauit votum animi sui *vt ait Rubin. dec.* 112. qui quidē adiunctus cum dicatur delegatus, idcircò suspectus recusari potest, *vt ait Franc. de Castil. decis.* 87. *Regni Siciliæ*, immò solo iuramento sufficit eum suspectum reddere, *vt refert ita fuisse decisum Anna in sua singulari decis.* 15. & eo casu Iudex non poterit proferre sententiam absque adiūcto, *vt fuit decisū in Foroliuien. pecunia-ria* 20. *Maij* 1596. *coram Litta*, licèt *Rota penes Buratt. in sua decis.* 371. *num.* 1. doceat, quādo Iudex possit solus absque coniudice in causa procedere, & veluti dixi superius *sub num.* 630. sed in casu, vbi sit iudicandum vna cum adiuncto, quomodo sit procedendum *tradit Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 100. *num.* 41. *num. seqq.*

653 Extende quartò, vt si allegetur suspectus Gubernator, cæteri quoque Officiales, & Auditores suspecti censentur, *vt ait Ioseph Ludou. in sua decis.* 108.

654 Extende quintò procedere, veluti si essemus in Iudicibus, qui essent de contraria factione, quia tunc omnes de ea suspecti iustè recusari possunt, quòd procedit, etiamsi illi suspecti essent iustæ factionis, & recusans iniustæ, quia, vt superius dictum est, non attenditur causa inimicitiæ, immò ille qui esset allegatus suspectus non debet interesse, quando votatur causa, etiamsi nō det suum votum; ideò in hoc cautela partium erit, vt dēt listam confidentium, & diffidentium, & tunc Iudex non arctatur ad eligendum vnum de confidentibus; sed sufficit quòd non eligat de suspectis, *vt ait Capicc. in sua decis.* 138. *num.* 2. *&* 5.

655 Fallit tamen, quando essemus in vno Collegio alicuius Ciuitatis, quia illud totum suspectum in genere allegari non potest, sed debent suspectorum nomina specificari, *Idem Capicc. in dicta decis.* 138. *num.* 7.

656 Extende sextò idem procedere, si reddatur suspectus magister actorum, quia tunc etiam sui actuarij erunt suspecti, vt testatur ita fuisse decisum *in Rota Sicil. Castil. in sua decis.* 53.

657 Fallit tamen in Præside Tribunalis suspecto, quia Iudices eiusdem Tribunalis recusari non possunt, *vt ait Giurba in sua decis.* 27. licèt sit regula illa vulgaris, nempè vbi est allegatum suspectum caput censeātur quoque allegati suspecti Iudices, *vt ait Capicc. decis.* 138. *Ioseph Ludouic. in dicta decis.* 108. *Marta dec. Pisan.* 14.

658 Sexta causa recusationis Iudicis ea erit, si suspectus reddatur Iudex ille, qui fuit in causa procurator, *vt ait Rota per Card. Seraph. in sua decis.* 78. *Capic. dec.* 146. *num.* 2. *& seqq. & Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 100. *num.* 25. *& seq.*

659 Fallit tamen, quando filius sit Iudex appellationis in vna causa, in qua Pater in primo Iudicio pronunciauerat, quia tūc suspectus reddi minimè poterit, *vt ait Papon. ita fuisse iudicatum lib.* 7. *tit.* 9. *arrestatione* 3.

660 Secus verò, si Iudex coram quo litigatur litigauerit cum vna ex partibus, quia tunc suspectus reddi potest, quoniā litigantes præsumuntur inimici, & præsertim, si lis erat super magna quantitate, *ita Mastril. dec.* 151. *& Viuius dec.* 363. & tunc inimicitiam esse capitalem *ait Seraph. decis.* 1776. *num.* 5.

661 Extende eodem modo procedere, si vnus qui sit Iudex iudicauerit in alia causa simili, *vt ait D. de Ponte in sua dec.* 32. *Coualcan. decis.* 28. *par.* 2. *Capicc. in sua decis.* 146. & ibi tradit, quomodo id intelligendum veniat.

662 Extende rursus idem procedere, quādo iudex in primo iudicio causam vnam terminauerat, quia si fuerit creatus Iudex in causa appellationis, non poterit iterum iudicare, *vt ait Amat. in decis. Marchiæ* 14. *Viuius in dicta sua decis.* 363. *num.* 6.

663 Fallit tamen in Iudice vnius articuli, aliquo modo merita causæ tangentis, qui nō potest iurari suspectus in tota causa deciso illo articulo, *vt ait Mastril. in decis.* 128.

664 Extende tertiò, idem procedere in cliente, qui potest suum Aduocatum suspectum reddere, si postea Iudex effectus fuerit, *vt ait Mastril. in dicta decis.* 151. qui ait ita fuisse iudicatum in illo Senatu reiecta opinione, *glos. in c. dilecto in verbo Accusati de testibus*, & ratio est, quia ralis Aduocatus scit secreta causæ, & id quod dicitur de cliente valenre suum aduocatum factum Iudicem recusare, eò magis procedit in aduersario, qui pote-

rit

rit aduocatum alterius partis Iudicem suspectũ allegare, ob amorem, quem habere præsumitur in illa causa, *vt dixi in verbo aduocatus*, *& ita quoque ait Grat. dicto cap.* 100. *num.* 25.

665 Extende quartò procedere, veluti si Aduocatus fisci, qui interuenerit in causa criminali inquisiti postea efficiatur Iudex, qui poterit iurari suspectus, *vt ait ita fuisse iudicatum in Curia Archiepisc. Neapol. testatur Riccius in sua collectanea* 1612. *par.* 5. & ita iudicauit Concistoriũ Regium Siciliæ, *vt testatur Mastril. in dicta decis.* 151.

666 Et ratio est, quia cen'etur factus quasi inimicus illius, *vt ait idem Riccius ibi supra & in sua decis.* 91.

667 Extende quinto, quòd etiam Vniuersitas possit admitti ad allegandam suspicionem omissam, per viam restitutionis in integrum, *vt ait Franch. decis.* 431.

668 Quod quidẽ subextende procedere, etiamsi essemus in loco, vbi statutum extaret, quod restitutionem expressè tolleret, *vt ait Reg. Tapia* qui testatur ita fuisse decisum *in pragmat.* 5. *de recusat.*

669 Et ratio est optima, quia alias enormissimè esset lęsa, cum nil sit tam graue, quàm sub suspecto Iudice litigare, *Ricc. in alleg. collect.* 1612.

670 Subextende illud, quod fuit dictum de vniuersitate admittenda ad recusandum Iudicem, per uiam restitutionis integrum, procedere etiam in minore, *vt ait idem Franch. in dicta decis.* 431. *& Riccius in sua collect.* 83. *par.* 1.

671 Extende præterea, quòd suspicio adeo est fauorabilis, *vt ait Rota decis.* 93. *par.* 1. *diuers. & Riccius in sua collectanea* 1745. *par.* 5. vt propterea etiam Pro Rex in Regno recusari possit, vt testatur ita fuisse seruatum *Mastril. in dicta decis.* 151. in personã Illustrissimorum DD. Ioãnis de Vega, Ducis Medinæ, Ducis Terræ nouæ, Comitis Albę, Marci Antonij Columnæ, & aliorum quos refert *Ricc. in dicta collectanea* 1612.

672 Subextende quòd etiam tertius pro suo interesse possit recusare suspectum Iudicem, *vt ait Anna in suo singulari dec.* 100.]& ita testatur sępe fuisse practicatũ.

673 Limita tamen primò, quòd dicta recusatio Iudicis non possit porrigi ad futuras lites, *vt ait Maynardus decis.* 99. *lib.* 1. *& Riccius in sua collect.* 445. *par.* 2. Vndè recusatio in diuersa causa facta, nisi fuerit cum iuramento in alijs causis facta non suffragatur, *vt ait Rot. per Buratt. decis.* 371. *num.* 10. & hic erit notandum, quod dicta recusatio ante litem cõtestatam proponenda venit, si tamen causa recusationis tunc temporis erat sibi cognita, aliàs secus, *vt ait Gratian. dicto lib* 1. *cap.* 100. *num.* 30.

674 Limita secundò, vt illa suspitio ratione affinitatis, & consanguinitatis fieri possit, vsque ad quartum gradum, & non vltra, *vt ait idem Maynard. dec.* 98. *lib.* 1.

675 Contrarium tamen ait *Anna in suo singul. decis.* 397. dicens illam suspicionẽ posse porrigi, vsque ad septimum gradũ & ibidem testatur ita sępè fuisse iudicatum, *Viuius in sua decis.* 319. *& Milanens. decis.* 15. *par.* 1.

676 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat de Iure Canonico, secunda verò de iure ciuili, *vt ait idẽ Ricc. collect.* 1612. *in princ.* Rursus cõcorda d. primam opinionẽ procedere, quãdo Iudex non esset integrę fidei, & paris coniunctionis, & amicitiæ, secunda verò q si secus, veluti superius dixi sub *n.* 646.

677 Limita tertiò, vt non nisi duo Iudices recusari possint, *vt ait idem Maynard. in decis.* 100. *lib.* 1.

678 Limita quartò, quòd Iudex, vt superius dixi, recusari non possit post litem contestatam, *vt ait idem Maynard. dec.* 95. *eodem lib*

Licet secus, si superuenerit causa, veluti superius dixi *sub num.* 673.

679 Limita quintò, quòd officiales non possunt sponte se ipsos reddere suspectos, nisi in casu inimicitiæ, & consanguinitatis, vsque ad illum prædictum gradum, inspecta dispositione, tam iuris Canonici, quàm Ciuilis, *vt ait Anna in singul. decis.* 397. *Viuius in decis.* 319. *& Milanens. decis.* 15. *par.* 1. qui testatur ita sæpè iudicatum fuisse.

680 Et propterea, causam inimicitię sufficere esse leuem, secundum pragmaticam tertiam Regni Siciliæ de recusat. *testatur Mastril. in sua decis.* 151. *num.* 46. *& Rota decis.* 63. *par.* 2. *diuers. & Caccheran. decis.* 15. *Senatus Pedemontani.*

681 Limita sextò, quòd ius recusandi vni ex litigatoribus competens, aduersario

non

non competit, si ex parte sui quoque suspicio non oriatur, *vt ait Giurb. in sua decis.99.* & videndus est *Castil.in sua dec.75.*

682 Limita septimò, quòd Iudex recusatus, potest cognoscere de suspicionibus alterius Coniudicis simul in eadem causa recusati, vt fuisse ita decisũ, testatur *Sessa in dec.200. & est dec. Acchil. de Graf. 2. de exceptionib.*

683 Quemadmodum, etiam procedere dicitur, de suspicione allegata contra Officiales alicuius Baronis, quæ potest cognosci per officiales eiusdem Baronis, *vt refert Iacob. Anel. de Bottis in addit. ad Ritum 265. per text. in cap. si contra de offic. Deleg. & Ricc. in sua collect.1612.ferè in fin.* Et prædicta quæ fuerit dicta pro suspicione Iudicis multo facilius admittuntur ad allegandum suspectum notarium qui simpliciter, & absque causa suspectus reddi potest, *vt fuit dictum à Rota 6. Octobris 1573. coram Robust. Caputaq dec. 320.par. 2. & dec. 291.par. 3. Alex. cons. 104. num. 3. lib. 5. Boer. dec. 258. nu. 7.* & Licèt *Rota penes Gregor. decis. 327. num.2.* dixerit, quòd causæ suspicionis notarij possint sperni, quando sint leues; nihilominus *Rota postea per Buratt. in decis. 371. nu. 8.* decidit, quòd ad hoc, vt recusatio notarij suffragetur, debet de ea in actis constare, cũ probatione suspicionis saltẽ per iuramentũ recusantis; Immò licet *Grat. lib. 1. discept. c.100.n.54.* dicat, quòd per dationem alterius adiuncti non prouideatur indemnitati partis recusantis, sub ea rõne, quia per recusatũ, possũt nihilominus merita causæ reuelari, necnon dicta testium propalari. Et pro istius rationis corroboratione alleget *Rot.in dec.604 num. 1. part. 1. diuers.* Tamen Rota postea penes *Greg. dicta decis. 327. num. 7.* declarauit, quòd per dationem adiuncti tolli potest suspicio Notarij, veluti hujusmodi via tollitur quoque illa Iudicis; Sed ego prædictas opiniones hoc modo concordarem; nempè, vt prima procedere possit, quando essemus in causa criminali, in qua dicta testium ante publicationem processus non sunt propalanda, sub pœna falsitatis, *vt ait idem Grat. ibi supra nu. 55.* Secunda verò, quando essemus in ciuili, & præsertim in Vrbe, vbi tã per viam articulorum, quàm per interpretem depositio testium ad vnguem sciri potest; licet id tamen non procederet in Capitolio, quia ibi articuli, siue positiones dantur clausæ, quæ tñ nõ procedũt in causis criminalibus in quibus tardius publicatur processus, quàm fit in ciuilibus, quia in illis statim datur parti summarium testium examinatorum in causa, & sic statim potest sciri eorum depositio absq. propalatione notarij, & nullo illi soluto munere, vt facilè euenire potest in propalando processu criminali reo inquisito de aliquo delicto, & sic cõcludẽdũ est igitur, quòd per adiunctum possit tolli suspicio, cum difficilius plures corrumpantur, quam vnus, & præsertim si prouideretur (vt fieri deberet, & eò magis, qñ essemus in grauibus) vt vnus notarius non posset sine altero scripturas capere, antequam sint publicatę, quia quã do acta sunt publicata, tunc fiunt communia, *vt ex mente Rotæ dixi in verbo acta, conclus.32.* Sed quòd notarius, siue alius nudum ministerium habens, veluti peritus, sũ pectus allegari non possit, nisi superueniat causa, *fuit dictum à Rota per Card. Caualer. decis. 178. num. 3.*

684 Amplia 60. quòd appellatio est admittenda, quando denegatur renouatio emphiteusis, per proximiorem petita, ob lineam finitam, etiam si proximior esset fœmina, *Card Seraph. decis. 610. num. 1. & Rota decis. 98. parte 1. diuers.* Et ratio est, quia agnatus, quando est proximior semper est præferendus alijs in gradu remotioribus, & præsertim in renouationibus emphiteusis, *Rot. in Forosempronij Emphiteusis Mercur. 5. Maij 1627. corã Vbaldo.*

Subamplia prædicta, eò magis procedere, stante Statuto Vrbis, cuius dispositione, Dominus directus cogitur concedere successoribus de eadem Genelogia locationes contractus liuellarij, si tempore, aut defectu generationis finiantur, cum eisdem pactis, & conditionibus, quòd quidẽ statutũ vti confirmatum à sede Apostolica quascumque personas ac etiam Ecclesiã comprehendit, *vt ait Rot. in Fanen. bonorum 16. Octob. 1562. coram Oradino, Caputaq. dec. 304. par. 1. & in Romana relocationis 2. Nouembris 1609. coram Cardinali Sacrato, & decis. 452. num. 1. par. 1. diuer. & in Rom. Separa-*

parationis Thori 2. Decembris 1605. coram Marcomontio, & in Romana Salviani Interdicti 10. Februarij 1612. coram Pirouano, Gratian. lib. 5. discept. c. 913. num. 13. & seqq.

At secus si essemus extra statutũ istud, quia tunc ecclesia non tenetur relocare, quando vellet retinere pro se, si tamen consuetudo loci non extaret, vt non possset retinere pro se, *Gregor. decis. 45. num. 3.* & ibi in addit. sed hic erit notandum, quòd proximiores in ista concessione emphiteusis præferuntur infra triginta annos, quod tamen intellige verum, quãdo relocatio fieret extraneo, at secus si agnato remotiori, quia tunc ea renouatio spatio vnius anni tolleretur, incipiendo tempus currere à die scientię in vtroque casu, *Gratian. lib. 4. discept. cap. 758. num. 5. & seqq.*

685 Sed prædicta declara esse vera, quãdo, vt dixi, Abbas pro se retinere nollet, alias secus, cum sit conueniens, quod proximiores cæteris præferantur, ex ordine charitatis, & affectionis, quæ magis in eis, quã in extraneis concurrit, & etiam ob honorem pristinæ dignitatis, quæ in eis post lineam finitam conseruatur. *Afflictus dec. 238. num. 2. & Rota in Bononien. bonorum 10. decembris 1582. coram Robusterio*, & veluti latè dicam in verbo emphyteusis.

686 Quòd quidē extende etiam procedere, siue simus in descendentibus, & agnatis, siue cognatis, & transuersalibus, quibus sēper erit danda prælatio, *vt ait Decius cons. 131. col. penult. propè medium Imol. cons. 27. nu. 33. Ruin. con. 12. n. 2. lib. 1. & cons. 151. n. 18. eodem lib. 1.*

687 Amplia 62. quòd etiam appellatio datur à sententia super libertate lata, vel saltē ab ea reclamatio datur, quia iste casus nō reperitur exceptus in Iure, immò datur in hoc restitutio minori, si appellare omiserit, vt respondendo contrarijs, *ait Franch. decis. 684. & seqq.*

688 Amplia 63. quòd pari modo appellatio conceditur a pronunciatione super restitutione in integrum petita; & propterea ad euitandam appellationē erit cautus Iudex, si ad vlteriora procedat, alias tres sententiæ essent necessariæ, super restitutione in integrum, & aliæ tres super rei restitutione, quòd enim à Iudice non est permittendum, *vt ait Rota decisione 7. alias 191. vbi in addit. num. 5. de restitutione in integrum in nou. cum alijs deductis in Conchen. Archipresbyteratus 1. Maij 1599. coram Litta, quæ est in 2. par. recent. decis. 13. num. 1.*

689 Sed animaduertas tamen, quòd in prædictis omnibus casibus appellatio datur, vt in illis fuit ostensum; sed id procedit, si pars opponat, alias secus, *vt ait Puteus decis. 383. libro 2. & Rota decis. 105. par. 1. diuers. & Riccius in sua collecta. 1306. in vltimis verbis par. 4.*

690 Hactenus fuit dictum in quibus casibus appellatio admittatur, modo erit videndum in quibus ea non detur; & propterea reassumendo Principalem conclusionem in hoc proposito firmatam.

Limita primò eam regulariter non procedere in possessorio, quæ de iure, quoad vtrumque effectum prohibita censetur, iuxta magis communem opinionem, de qua testatur *Contard. in l. vnica C. si de moment. possess. num. 4. vers. sunt & alij,*

Et ratio ea est, vt lites inquãtum fieri potest citò terminentur, & præsertim, quia in petitorio omnia perfectius pertractari possunt, *vt dicunt Doctores relati à dicto Contardo ibi supra. Amat. dec. Marchiæ 15. num. 16. Thesaurus decis. 173. & ita fuit dictum in vna Pientina beneficij 8. Aprilis 1578. coram Card. Seraph. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 20. num. 9. & 10. Menoch de retinen. remed. vltimo numero 48. & 58. & Sigism. Scaccia de appel. lat. quæst. 17. limit. 6. memb. 3. num. 3. & Rota decis. 120. num. 2. par. 1. diuers. & apud Statil. decis. 229. num. 7. & dec. 232. num. 1. & Benintend. dec. 79. num. 10. Capicc. dec. 34. Iaffred. Lanfranch. Balb. decis. 477. Crescent. decis. 5. de appellat. Benint. decis. Bonon. 17. Cancher. dec. Pedemont. 20. n. 2. Ludouic. dec. 38. nu. 1. Marc. Ant. Peregr. dec. Patau. 97. n. 17. & dec. 98. nu. 4. Castil. dec. Sicil. 42. Laurent. dec. Auenion. 73. & dec. 165. Gam. dec. Lusitan. 300. n. 2. & Rot. dec. 150. n. 2. & dec. 287. nu. 7. p. 2. in recent. Io. Bapt. Thorus in compend. decis. Neap. in verbo Appellari Cappell. Tholos. decis. 501. Cardinalis Mantica decisione 167. Barz. decis. Bonon. 71. num. 2.*

691 Quę quidē extende procedere tã in interdicto retinendæ, quam adipiscen-

dæ, & recuperandę, *vt dicunt omnes Rotæ prædicta, & præsertim Afflict. decis. 269. & Cappell. Tholos. dicta decis.* 501. & propterea videmus, quòd etiam prædoni non denegatur manutentio, si tamen eum esse talem ex eisdem actis non appareret, & ratio est, quia in huiusmodi Iudicio nō quęritur de iustitia, vel iniustitia possessionis, sed summariè proceditur, in tantum, quòd etiam detentio pro ea consequenda sufficit, veluti dixi *in concl.* 160. *sub num.* 144.

691 Contrariam opinionem esse magis communem, quoad deuolutiuum tamē, ait *Ioseph Ludouic. dicta decis.* 20. *num.* 16. & *Amat. dicta decis.* 15. & *Afflict. decis.* 269. *Caccher. dec. Pedem.* 25. *Benint. dec. Bonon.* 17.

693 Declara tamen istam opinionem secundam esse verā, *iuxta Contard. Amat.* & alios, dummodo consuetudo in contrarium non vrgeat, *Gabr. cons.* 35. *lib.* 1. licèt Rotæ Romanæ placuerit magis prima opinio, *vt refert Amat. ibi supra, & decis.* 88. *num.* 2.

694 Sed tenendo primam opinionem de effectu suspensiuo loquentem, extende eam multo magis procedere, stante constitutione Marchiæ, quæ habet locum in toto statu Ecclesiastico, *vt ait Capic. decis.* 426. *parte prima, Moder. Roman. ibi supra numero* 9. & latè dixi in verbo Aegidiana vbi recurras.

695 Quæ quidē Constitutio Aegidiana non admittit in terris Ecclesiæ consuetudinem in contrarium, *vt ait Amat. d. dec.* 15. *num.* 16. & *decis.* 88. *num.* 2.

696 Declara tamen eam non habere locum in illis Ciuitatibus Parmæ, & Placētiæ, vti non immediatè Sanctæ Romanę Ecclesiæ subiectis, quę propterea ægidianæ constitutioni non subiacent, *Balb. decis.* 99. *Verall. decis.* 226. *lib.* 1. & *Rota decis.* 181. *lib.* 2. *par.* 3. *diuers.* & *decis.* 187. *lib.* 3. *diuers.* & *prius decis.* 185. *lib.* 2. *diuers.* & *Gratianus decisione* 59. *num.* 8. vbi ait, quòd ægidiana non habet locum in Parma, & Placentia, veluti ita fuisse declaratum, *ait Fabius decis.* 181. & 381. *lib.* 2. *diuers.*

697 Quinimmò extende id etiam procedere, veluti, si causa Romę ageretur, sed super bonis in dictis locis positis, *vt ait Gratian. decis.* 55. *num.* 9.

698 Extende secundò primam opinionem (vbi dicitur, quòd appellatio sit prohibita à sententijs latis in iudicijs possessorijs) procedere, vt etiam censeatur ab omni eo prohibita, per quod peruenitur ad eandem sententiam; dummodo causam principalem attingat, *vt ait Rot. decis.* 241. *num.* 5. *par.* 1. *diuers.*

699 Extende tertiò, ꝙ neque datur appellatio in possessorio ab Aegidiana, etiā si in processu fuerit super nullitate, & super petitorio cognitum; si tamen in sententia fuerit solum super possessorio pronunciatum, *vt ait Rota apud Statil. decis.* 297. *num.* 6.

700 Extende quartò, quòd neque minori permittatur appellare in possessorijs, licèt sit benè verum, ꝙ ille restitutionem in integrum petere potest, *vt ait Boer. decis.* 350. *num.* 4. *allegat. à Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 74. *num.* 9.

701 Extende quintò, quòd vbi appellatio denegatur, nec etiam reuisio causæ, neque recursus admittitur; quòd tamen intellige verum, quando appellatio est prohibita de iure communi, at secus, si ex aliquo priuilegio, siue tribunalis præminētia, quia tunc prohibita appellatione nō censetur prohibita reuisio, *vt ait Mastril. dec.* 158. *Mart. viden. dec.* 53. & *Valasc. dec.* 51. vbi quindecim casus enumerat, in quibus reuisio denegatur.

702 Declara igitur, quòd si essemus in casu appellationis prohibitę de iure cōmuni, tunc recursus, & reuisio nō conceditur, veluti ita exemplificando, *ait Franch. decis.* 148. & *Gratian. decis.* 51. *num.* 27. quòd enim quoquè procedit in sententia Curię Delphinalis, *vt testatur Guidop. dec.* 50. *num.* 1.

703 Subextende hāc opinionē procedere, loquendo tamē in terminis secūdi casus, quòd scilicet reuisio detur, etiamsi sit appellatio deserta, *vt ait Mastril. decis.* 158. *propè med. vbi testatur ita fuisse decisū de Bilo sui Sacr. Cons.* & *Grat. ibi sup.*

704 Quod tamen declara verū, quando causa esset deserta, ob modicū tēpus, ꝙ tunc semper reuisio fit ex eisdē actis, & præsertim in interlocutorijs, *vt ait Afsl. dec.* 79. & *ibi Vrsil. n.* 1. & *Capic. dec.* 144.

705 Subextende secundò, ꝙ etiam detur reuisio reuisionis, *ait Thes. dec.* 246. *n.* 1.

706 Extende idē procedere, etiam si in rescri-

rescripto Principis caueatur, vt non nisi vnica reuisio detur, *vt ait Guidop. decis. 365. allegat. à Riccio in sua collectanea decis.* 255. licet malè, quia eam, post ingentem diligentiam nunquam inuenire potui.

707 Subextende tertiò, quòd neque etiã tempora fatalia in causa reuisionis currant, secundum opinionem *Afflicti in decis.* 78. *Guidopap. decis.* 135. *num.* 1.

708 Contrarium licèt hodie seruari dicat *Gramat. in sua decis.* 23.

709 Fallit tamen in casu trium conformium, quia tunc ex iure communi, reuisio non datur, *vt ait Mastril. & alij in 1. extensione allegati.*

710 Secus autem, quando illæ tres sententię nõ essent omnino conformes, sed vtraque partium haberet sententiã pro se, ita vt quamuis quatuor essent latæ, non tamen tres conformes extarent, *vt ait Thesaurus dicta decisione* 246. *numero secundo.*

711 Et in omnem euentũ nota, quòd quã reuisio conceditur, tunc ea datur, etiam nõ refectis expẽsis, *vt ait Afflict. dec.* 231.

712 Extende, quòd etiam in re iudicata valeat sententiam retractare, si Iudici ita ęquum visum fuerit, vel, quando de iniquitate sententiæ euidenter appareat, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in decis.* 79. *num.* 3. *&* 4. licet *in num.* 5. dicat, quòd res iudicata est magnæ auctoritatis, & propterea rescriptum impetratum cõtra sententiam, in rem iudicatam transactam nõ valet, etiam quòd dicat, non obstante sententia, quia nunquam intelligitur in rem iudicatam transacta, nisi specificè dicatur; licèt, quando sententia est notoriè nulla, & iniusta, nunquam in rem iudicatam transeat, quia non entis nullæ sunt qualitates, vt dicam in *verbo Sententia*, & inferius in quarta Regula quarti casus.

Animaduertendo, tamẽ, quòd iniustitia sentẽtiæ ad hoc, vt sit apta impedire executionem, vigore ægidianę, ex eisdẽ met actis, & non ex nouis deducenda venit, *vt fuit dictum in Romana damnorum & interesse Decima Iunij* 1591. *coram Penia, & Gratianus libro tertio disceptation. capitulo* 550. *numero* 24. *& latè dixi in verbo Aegidiana concl.* 63. *sub num.* 15.

713 Limita secundò, quòd appellatio non admittatur, quando fuit actum vigore obligationis Cameralis, *Rota decisione* 626. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & fuit dictum in Romana Attentatorũ* 4. *Iulij* 1601. *coram Penia, quæ est apud Zacchiam decis.* 120. *num.* 1. *& Gratian. lib.* 3. *discept. c.* 531. *nu.* 5. *& lib.* 5. *cap.* 855. *num.* 27. *& cap.* 944. *num.* 61. *& libro* 4. *cap.* 665. *num.* 6. *& capit.* 726. *num.* 16. *&* 24. *& decis.* 229. *num.* 1. *& Rota apud Gales. de obligat. Camer. in Ferrarien. affictus* 28. *Ianuarij* 1611. *coram Penia, quæ est ibi apud eundem decis.* 67. *num.* 1. *& in alia Mediolanen. Affictus* 8. *Martij* 1596. *&* 29. *Martij eiusdem anni, quę est ibidem decisione* 117 *&* 118. *& in alia Romana Attentatorum* 4. *Iunij* 1601. *coram Penia ibidem decis.* 12. *num.* 1.

714 Extende primò, id etiam procedere, vbi ageretur de quarantigia, *vt fuit dictũ in Rom. domus* 4. *Iul.* 1601. *corã Pamph.*

715 Extende secundò, quòd neque etiã appellare potest ratificans simpliciter instrumentũ, in quo obligatio Cameralis aderat, *vt ait Mohedan. dec.* 8. *de procur.*

716 Declara tamen id esse verum, quãdo actus fuit à principio factus, nomine ratificantis, aliàs secus; item si diceret eam obligationem, quam ratificat fuisse factã de suo ordine & mãdato, *vt latè ait Scaccia de appell. limit.* 9. *nu.* 20. *& Zacch. de obligation. Camer. car.* 219. *num.* 8.

717 Extende tertiò, quòd etiam appellatio denegatur ab interlocutoria stante obligatione Camerali, *vt ait Scacc. d. limit.* 9. *n.* 43. *& Zacch. ibi supra num.* 10.

718 Extende quartò, quòd neque exceptio vsuræ retardat executionem contractus iurati, & cum obligatione Camerali, quando vsura non est clara, *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 679. *num.* 3.

719 Fallit tamen primò, quando dicta obligatio Cameralis probaretur, non per scripturam, sed per viam testium; quod tamen intellige verum, vt non procedat in casibus, in quibus cõtestatio litis non est necessaria, & ibi contigerit examinari illos, testes, qui possẽt examinari ante litẽ cõtestatã: veluti de senibus, vel valetudinarijs, & similibus, *vt dicunt Scacc. dicta limitat.* 9. *num.* 67. *Castracan. de societ. offic. cap.* 11. *num.* 10. *vers. Contrarium tamen, & Zacch. ibi supra num.* 12.

720 Fallit secundò, si fuerit processum non extensa obligatione Camerali, quia tunc Iudex non est certus de sua iurisdictione, *vt fuit dictum in vna Romana releuationis à molestijs Veneris 19. Ianuarij 161. coram Card. Lancellotto, & Zac. ibi supra num. 13.*

721 Extende, procedere etiamsi esset extensa inter easdem partes ad vnum officium, & ad aliud fuit producta, quia Notarij habent acta separata, & vnus non potest se ingerere in negotijs alterius, *Rota ibi supra coram Card. Lancellotto.* Licèt tamen secus esset, quando vnus notarius esset impeditus, quia alter posset etiam absque auctoritate acta alterius notarij extrahere, *vt fuit dictum à Rota per Burratt. decis. 944. num. 1.*

722 Fallit tertiò, quando essemus in decreto de extendendo huiusmodi obligationem, iuxta dicta testium, *vt dicunt Scacia, & Castrens. alleg. à Zacchia ibi supra n. 14. car. 220.*

723 Fallit quartò, quando essemus in reiectione exceptionis admissibilis contra obligationem in forma Cam. veluti, quia iudex eã tacitè vel expressè reijciat, quia tunc appellatio admittitur, *vt ait Zacchi. ibi supra num. 15.*

724 Fallit quintò veluti, si obligatio Cameralis esset per sententiam vulnerata, quia tunc executiuè agi non potest, sed appellatio datur, & sic tres sententiæ sũt expectandę, *vt ait Gonzal. super regul. 8. glos. 6. n. 201. & 235. Rot. dec. 132. n. 1. par. 2. diuers. Card. Seraph. dec. 674. n. 2. & fuit dict. in Firmana pensionis 14. Decembris 1562. coram Card. Mellino, quæ est dec. 46. n. 2. apud Zach. & in Romana Prætensoru fructuũ dotis 24. Maij 1599 coram Litta, quæ est decis. 73. n. 2. apud eundem, & in Rom. census 28. Iulij 1599. coram eodem, quæ est dec. 74. n. 1. ibidem & in Beneuen. pecun. 25. Iunij 1599. corã Corduba, quæ est ibidem dec. 45. n. 4. & in Bononien. executionis 16. Iunij 1600. coram Penia, quæ est decis. 58. num. 2. apud dictum Zacchiam.*

275. Extende primò prędicta adeò esse vera, vt dicta obligatio vulneretur ad effectum appellandi, etiam per sententiam nullam, & notoriæ iniustam, *vt fuit dictũ in Anconit. assecurationis mox allegãda coram Coccino, quæ est in eius impressis dec. 78. n. 6. & Rot. in sequen. nu. allegan. & Romana societatis 3. Iunij 1577. corã Card. Blanchetto, & in alia Rom. census 27. Iunij 1580. coram Cantucio allegata à Coccino ibi supra.*

726 Contrarium licèt tenuerit *prius Rota in Elboren. Pensionis 9 Iunij 1595. coram Corduba, vt refert Zacch. de oblig. Camer. car. 225. n. 24.* itẽ ad id quoque facit *Rot. in dec. 321. in fine par. 1. & dec. 132. nu. 12. par. 2. diuers.*

727 Concorda, vt prima opinio procedat, quando nullitas, & iniustitia ex eidẽ actis non appareret, siue, si de ea ex eisdem constaret; sed Iudex non pronunciãdo nõ se referret ad ea acta, quia hoc modo ea non diceretur, ad hunc effectum notoriæ iniusta; secunda verò, quãdo nullitas & iniustitia ex eisdem actis appareret, & iudex ad ea se referret, *vt ait Rota per Coccin. dicta decis. 78.*

Rursus prædictæ opiniones hoc pacto concordari possunt, nempè, vt prima procedat, quando obligatio cameralis esset vulnerata; veluti, quia Iudex quem ab impetitis absoluisset, quo qdẽ casu procederent decisiones superius allegatæ *sub nu. 725. vt ait Grat. lib 4. discept. c. 667. n. 20.* vbi ait, quòd obligatio dicitur vulnerata, & sic causa facta appellabilis, quando contra actorem pronunciatur.

Secunda procedit, quãdo Iudex vulnerasset solum decretum, sed non obligationem; veluti, quia pronunciauerit super inualiditate decreti iam relaxati in vim obligationis cameralis, quia tunc executiuè ꝓcedi posset, veluti ita distinguendo, *ait Rota per Coccin. in dicta decis. 78. sub num. 11. & per Buratt. decis. 329. n. 6. & ibi per addentem, & Rot. apud Zacch. ad Galesi. de oblig. Camer. dec. 59. n. 3. & in Aueniocn. donationis 22. Iunij 1612. coram Manzanedo,* Veluti eodẽ modo procederet, quando Iudex pronunciauit in deuolutiuo absque præiudicio processus executiui, quia non ob id censeretur suspensa obligatio Cameralis, & ratio est, quia non est retardanda contractus executio, donec super nullitate obligationis cognoscitur, *vt ait Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 667. num. 17. & sequen.*

Secus autem, quando quis obtineret reuocationem, siue repositionem à decreto,

to, quia tunc obligatio vulneratur, *vt ait Rot. per Buratt. dicta decis. 329. num. 6.*

728 Declara tamen dictam primam opinionem non procedere, veluti, si Papa mandaret vulneratione nō obstante, esse procedendum ad executionem obligationis Cameralis; quia tunc etiam, quòd dicta obligatio esset per sententiam vulnerata, nihilominus illa vulneratio tolleretur, *vt fuit dictū in Reatina depositi Veneris 25. Maij 1601. coram Penia.*

729 Extende secundò dictam fallentiam quintam in tantum procedere, vt dicta obligatio vulnerata paratam executionem non habeat, etiamsi non sit vulnerata per primam sententiam, sed per secundam, & tertiam, *vt fuit dictum in Romana census de Perbenedictis 28. Iunij 1599. corā Litta, vbi plures alię deisiones allegātur, quæ est in 2. par. recent. dec. 28. n. 2. & Cocc. dicta decis. 78.*

730 Subextende idem pari modo procedere, veluti, qñ appellatio est prohibita à prima sententia, quia tunc censetur, etiā prohibita à secunda reuocatoria primæ *vt ait Rot. dec. 526. n. 1. 2. & 4. par. 2. in recent. & Grat. dec. 74. n. 1.* & id vt paritas in Iudicio seruetur, *vt ait Rot. per Coccin. dicta dec. 78. num. 7.*

731 Contrariū licèt esset dicendū, vbi essemus in sñtia lata in simplici possessorio, quæ executionem paratam habet; secus aūt, vbi in ea ageretur ēt de condemnatione fructuum pendente appellatione perceptorum, quia tunc executio sententiæ impedienda veniret, *vt ait Franch. dec. 136. & 288. n. 2.* Quemadmodū etiā veniret dicendum, qñ (vt dixi) essemus in sententia lata in causa appellationis reuocatoria primę, à qua etiam q͂ fuerit appellatum, tamē poterit fieri executio super fructibus, non obstante appellatione, veluti dixi in verbo Aegidiana in fine cōclusionis *vers. Fallit tamen, n. 48.* & ibi ratio assignatur.

732 Amplia dictā primā opinionē procedere, etiā in sententia exequente primā, à qua non datur appellatio, dummodo à prima non daretur, *vt ait Grat. dec. 74. & Ricc. in sua collect. 166. par. 1. vers. item non appellatur.*

733 Extende quartò, quòd obligatio Cameralis semel vulnerata semper durat appellabilis, ita quòd si actor appellauerit, tunc censetur, etiam vulnerata respectu rei, qui propterea, & ipse appellare poterit, veluti, & è contra, quando vni ex partibus nō licuit appellare, quia nec alteri appellare licebit, & ratio est, quia paritas in iudicijs semper est seruanda, *c. non licet actori de reg. iur. in 6. & ita ait Rot. dec. 529. n. 3. par. 2. rec. & fuit dictum in Anconitana Assecurationis Lunæ 1. Iulij 1602 corā Cocc. & d. dec. 28. n. 2. d. p. 2. in rec.*

734 Declara igitur illud esse verū, quòd scilicet obligatio semel vulnerata nō sit exequibilis, sed q͂ ab ea appellatio detur, quādo esset lata sentētia super illius executione; at secus, si esset vlneratū decretum, vt quia Iudex pronunciauit super inualiditate decreti iam relaxati, in vim prędictæ obligationis, quia tunc obligatio illa non vulneratur, sed decretum tātum, *vt benè fuit distinctū à Rot. in d. Anconitana Assecurationis corā Coccino, quæ est in eius impress. decis. 78.*

735 Contrarium, quòd scilicet appellatio nō admittatur à sententia lata in possessorio, etiāsi causa fuerit facta appellabilis in prima instantia, *ait Grat. dec. 204. allegat. à Ricc. in sua collect. 167. in fine.*

736 Fallit sextò prædicta limitatio secūda, quando Cammeralis obligatio fuit vulnerata per compromissum, & laudū, quia tunc appellatio datur, *vt ait Rot. in Rom. pecuniaria. 28. Apr. 1586. corā Card. Seraphi. quę est apud Zachiam dec. 149. nu. 2. & in eius impress. est dec. 736.*

737 Et ꝑpterea debet ea regulari iuxta terminos in dicto laudo contentos, & sic queādmodū licuit actori appellare, ita & reo licebit, *vt ait Rot. ibi supra corā Card. Seraph. & in Beneuent. pecun. 25. Iunij 1599. coram Cord. & in alia Anconit. Assecurationis coram Cocc. quæ est decis. 95. num. 1. penes Zacchiam.*

738 Vndè ad id nota, q͂ licèt, qñ appellatur à sententia, siue decreto obligationis Cameralis, soleat apponi clausula (sine præiudicio legitimę executionis) *vt ait Gonzal. Tiber. Salust. Galganet. ad statut. Vrbis & Marchesi. allegat. à Zacchia ibi supra car. 225. n. 21.* Nihilominus, quādo illius obligationis vulnus adsit, Commissio simpliciter absque illa clausula, signatur, veluti testatur *Gonz. super reg. 8. glos. 6. n. 203. & Marches. de commiss. appellat. cap. 4. n. 59. par. 2. in 1. editione.*

739 Quinimmò etsi aliàs sit facienda mētio istius obligationis in commissione, tamen

tamen id fallit, quando iam fuit vulnerata obligatio, quia tunc illa mentio in commissione non est necessaria, cum ex illo vulnere causa sit effecta ordinaria, & appellabilis, & per consequens commissio appellationis, absque difficultate conceditur, *vt post Rotam testatur Marches. de appellat. ab hac obligatione cap. 16. num. 19. par. 1. in recent. edit.*

740 Extende prædicta eodem modo procedere, etiamsi causa fuisset commissa cum facultatibus Auditoris Cammeræ, quia neque ille potest exequi instrumentum per sententiam vulneratum, *vt fuit dictum in Beneuen. pecuniaria 25. Iunij 1599. coram Episcopo Pacen. quæ est apud Zacchiam decis. 106.*

741 Fallit septimò quādo essemus in promissione de restituendo ad omne mandatum Domini, cum obligatione Camerali, quę non operatur effectum restitutionis, nisi præcedat decretum de restituendo, quod quidem appellationem admittit, nisi adsit dictio, Ad omne mandatum Domini, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 772. num. 6.*

742 Contrarium quòd scilicet appellatio non detur, etiamsi non adsit illa dictio (& ad omne mandatum Domini) *ait Rota in Romana pecuniaria Lunæ 2. Aprilis 1601. coram Card. Seraph.* dicens, quòd defectus illius dictionis (& ad omne mādatum Domini) non facit quominus executiuè procedi possit, sed illa ponitur solum ad faciliorem expeditionem, vt scilicet Iudex possit sine citatione solutionem ordinare.

743 Fallit octauò dicta ampliatio, quando de notorio grauamine constaret, *vt ait Gratian. lib. 5. discept. cap. 850. nu. 17. & cap. 959. num. 16. & Verall. decis. 33. num. 2. par. 1.*

Fallit nonò in sententia lata in Iudicio ordinario in quo appellatio datur, etiam quòd agens potuisset obligationem experiri, *vt ait Rot. decis. 782. num. 1. par. 3. recent.*

744 Extende id adeò valere, vt etiam procedat, si adesset clausula (appellatione remota) & vbi essemus in casibus, in quibus de iure non sit retardanda executio, *vt ait Gratian. in dicto cap. 850. nu. 17. & cap. 959. num. 16. Cardin. Seraph. decis. 1346. num. 6. & Rota, decis. 742. num. 1. par. 2. in recent.*

745 Limita tertiò principalē conclusionē non procedere, quando essemus in causa præstationis alimentorum, vbi appellatio non tolleratur, quoad effectum suspēsiuum, nisi essemus in terminis de quibus latè dixi in verbo Alimenta, & superius *in vers. amplia 23. & Verall. decis. 39. par. 1. & Viuius in sua decis. 73. & Gratian. decis. 74. num. 5* Et ratio est, quia alimēta dilationem non patiuntur, cum in illis vita hominis pendeat, & propterea videmus, quòd Signatura solet semper rescribere, cum clausula, sine retardatione solutionis, *vt ait Rot. decis. 308. num. 2. & decis. 407. num. 1. par. 3. recent.*

746 Extende idem procedere in causa legitimæ, à cuius assignationis sententia appellatio non admittitur, nisi læsio esset notabilis, & notoria, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano lib. 4. discept. cap. 698. num. 38. in fine.*

747 Extende secundò eodem modo procedere in casu salarij, sed cum ea distinctione, de qua dixi supra *in vers. amplia 22. Idem ait Gratian. decis. 53. Rota dec. 764. par. 1. diuers. & Anna singul. 42.*

748 Limita quartò, quòd in cōsecutione legatorum non datur appellatio quoad effectum suspensiuū, iuxta stilū signaturę Iustitiæ, nec non A. C. ꝙ tñ declarat esse verum Rota de legatis validis, at secus de inualidis, qui regula est, quòd pro testamento nullo, non detur executio, cum non entis nullę sint qualitates, *vt ait Rota per Gregorium X V. in sua decis. 269. num. 5.*

749 Contrarium licèt seruet *Rota* dicens, quòd legatarius pro consequutione legati, via executiua agere non potest, neque etiam alijs quibusuis remedijs executiuis, quæ pro vltimis voluntatibus dentur, & præsertim, quando identitas rei legatę non fuisset probata, *vt fuit dictum à Rota in decis. 391. num. 1. & seqq. par. 2. in recent.* vbi plures alię decisiones allegantur: *& prius in vna Anconitana pecuniaria Lunæ 25. Iunij 1603. coram Penia,* vbi fuit dictum nullam scripturam preter laudum habere viam executiuā; dummodo tamen illud fuerit latum eo modo, quo ferri debet, veluti dixi in verbo Arbiter vbi recurras, *& Rota in Vrbeuetana legati 6. Maij 1595. coram Card. Blanchetto.*

Blanchetto, & in alia Romana legati 5. *Maij* 1599. *coram Corduba, & in Romanaspolij* 9. *Iunij* 1606. *coram Card. Lancellotto, & in Romana excessus legati Mercur.* 16. *Nouembris* 1616. *coram Burratto, & in Romana legatorum de Columna* 12. *Iunij* 1620. *coram Vbaldo, & in Rom. dotis, & legati* 15. *Iunij* 1620. *coram Manzanedo*, vbi Rota tenuit executionem da re legato, etiam, quòd causa fuisset commissa in Rota cum facultatibus A. C. in quo Tribunali attenditur opinio *Angeli in authent. de hered. & falc. § illud sub n.* 13. *alleg. à Grand. in vno voto in hac materia legati, de ordine signaturæ facto, & pro huiusmodi opinione facit dec. Affl.* 296. *num.* 2. *& dec. Ludouici Perus.* 23. *& Rota in alia Beneuentana domus* 4. *Maij* 1612 *coram Card. Pamphilio*, cuius enim opinio Rotæ eò magis attendenda venit, iuxta dispositionem Iuris Canonici, per quod à quocũque grauamine appellatio datur, vt in principio istius conclusionis firmauimus, *& veluti fuit dictum in istis terminis legati in illa Vrbeuetana legati.* 6. *Martij.* 1595. *coram Card. Blanchetto & Giurb. decis. Siciliæ* 55. *num.* 18. *Cæsar de Graff. decis.* 2. *num.* 2. *de sent. excom. latè Scacc. de Iudic. lib.* 1. *c.* 76. *nu.* 9. *& diffusè Gutier. practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 39. *num.* 5. *& seqq.*

750 Sed tenendo primam opinionem, quam signatura, & A. C. seruat, extende illam procedere, quando Iudex fecit præceptum heredi, vt legatum solueret, cum eo, quòd si illud non solueret, à iure suo caderet, quia tunc posset executiuè procedi, veluti eodem modo fieret, quando vltra præceptum illud, hęres confiteretur de plano testamentum, *vt fuit dictũ in illo voto facto de ordine Signaturæ a Grãdio, ex doct. Alex. in l. ait Prætor §. si Iudex ff. de re Iudic. & Suarez in l. post rem iudicatam vers.* 2. *casus ff. eodem tit. & Bald. in auth. hoc amplius C. de fidei com. allegati in illo voto coram Grandio & ad id Grat. in lib.* 1. *discept. c.* 62. *nu.* 22. dat cautelam, vt vocetur hæres corã iudice, & testamento exhibito interrogetur, an sit hæres, vel esse velit, & si fassus fuerit eum esset talem, tunc in vim dictæ confesionis legatum consequitur via executiua, & sic habebit paratam executionem, pręuio mandato de soluendo infra breue tempus, arbitrio Iudicantis. Secus autem in legato speciei, pro quo non fit executio, seu statim immissio datur in possessionem ipsius rei, ex pręsumpta mente defuncti, quæ sola est sufficiens ad recuperandam rem legatam propria auctoritate, *vt dicunt Doctores allegati à Grat. ibi supra & signanter Ceuall. q.* 103. *n.* 39. *cum seq.* & ibi testatur practicari in legato speciei, quoad immissionem, & executiuè quoad legatum quantitatis, & de prędicto stylo A. C. in hac materia legati executiue procedentis testatur *Salust. Tiber. in sua praxi l.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. *& eadem Rot. in Rom. dotis & legati* 15 *Iunij.* 1620. *coram Manzanedo, & in alia Romana restitutionis in integrum* 18. *Aprilis* 1625. *coram eodem.*

751 Limita quintò, quòd in causa dotis appellatio non admittitur, saltem quoad effectum suspensiuum, cũ ea sit summaria, *vt ait Osasch. decis. Pedemon.* 25. *n.* 20. *& Garz. Mastril. decis.* 67. *& veluti dixi sup. in ampliatione* 33. *vbi recurras.*

752 Quòd quidẽ extende procedere, etiam in restitutione dotis, ob vergentiam viri ad inopiam, quæ enim restitutio, licèt propriè non dicatur restitutio; tamẽ de vera dote agitur, & ob id maritus ob illius sententiã non appellat, *vt ait Amat. decis.* 43. *& Gratian. decis.* 72. *& Ricc. dicta collect.* 166. *par.* 1. & vide quæ dixi in verbo assecuratio dotis, vbi plura inuenies in hac materia memorię mittenda.

753 Extende secundò, quòd neque etiã datur, quoad fructus dotales, *vt ait Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 665. *num.* 1. *&* 726. *num.* 17. *&* 18.

754 Extende tertiò, quòd neque dicta appellatio datur fauore pię causæ, & animæ, *vt ait Gratian. dicto cap.* 665. *n.* 24.

755 Extende quartò eò magis procedere, vbi ageretur de dote puellis miserabilibus danda, quæ dilationem non recipit & sic appellatione non obstante, est fienda executio *l. vltima ff. de appell. recip. c. fin.* 2. *quæst.* 6. *cum alijs per Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 60. *num.* 3. *Menoch. de adipiscen. possess. remed.* 4. *num.* 829. *Lupus in cap. per vestras §.* 16. *colum. fin. vers. quod idem dicit de donat. inter vir. & vxor. & Osasch. decis.* 25. *num.* 20.

756 Limita sextò, quòd appellatio non admittitur aduersus tres sententias conformes

formes, nec exceptio nullitatis illarum executionem impedire potest, *iuxta clement. vnicam, de senten. & re iudic. vt ait Ricius in sua collect. 1306. vers. infero 3.* & id procedit, ob auctoritatem rei iudicatæ, *Buratt. decis. 251. num. 2. & Gaspar. Guglielm. in decis. 79. par. 3. & Capicc. decis. 3. & Marta in sua compil. dec. in verbo appellatio cap. 200. tom. 1. Grat. decis. 146. num. 12.* & propterea in hoc Signatura Iustitiæ in Vrbe solet rescribere in Commisione, constito de tribus cõformibus exequatur, sin minus causã appellationis cognoscat, & prædicta limitatio procedit ne dum respectu negotij principalis, verum etiam expensarum, *vt fuit dictum à Rota per Burrattum in decis. 170. num. 1. & sequentibus*, & prædicta eò magis procederent, quando illę tres conformes fuissent executioni demandatæ, *vt ait Rot. per d. Buratt. in decis. 251. num. 2. Put. decis. 198. num. 1. lib. 1. & Rot. in Barbastren. pecuniaria 1. Iulij 1616. coram Andrea.*

757 Contrarium tamen esset verius, quoties illę sententiæ grauamen irreparabile continerent, *vt ait Franch. dec. 36. Cappell. Tholos. decis. 411. & veluti latius dixi supra in ampliat. 30. & Rota per Burat. d. dec. 170. n. 4.* Siue etiã, qñ sententiæ essent notorie iniustę, & euidenter nullę, quia earum nullitas, & iniustitia tunc executionem impediret, etiamsi sint tres conformes, & ratio est, quia clausula illa, constito de tribus, quæ in Cõmissione opponi solet, intelligitur de validis, *vt ait Achil. de grass. dec. 2. de re iud. & l. 4. §. condemnatum de re iud. & ita fuit dictum in Lauden. pecuniaria 1. Iulij 1588. corã Card Pamph. & prius in Cæsaraugustana Vnionis 1583. coram Bubalo*, Animaduertendo tñ, quòd de notoria iniustitia doceri non potest, nisi ex actis productis, aliàs secus, *vt ait Rota per Gregorium decis. 508. num. 10. & penes Farinac. inter crimin. est decis. 335. & dec. 336. Seraph. decis. 616. n. 8.* Licèt tñ illa tollatur, quando adsunt Doctores hic inde de cõmuni attestantes, quod tamen secus esset, quando vna ex duabus opinionibus esset per Curiam recepta, & approbata, *vt fuit dictum à Rota per Card. Seraph. decis. 166. per tot.* Quãuis *in dec. 616. n. 9* dicat, quòd ad tollendam notorietatem iniustitię, sufficit qualis qualis offuscatio, *vt dicam in concl. 129. num. 371. & seq.*

758 Et ratio prędictę secundæ opinionis est, quia vbi grauamen per diffinitiuam reparari non potest, licitè potest appellari ab interlocutoria, *vt ait Surd. decis. 36. Anna refert ita fuisse decisum in sacro Consilio in sua alleg. 81. & Ricc. ibi supra, & Rota per Buratt. dicta decisione 170. num. 4.*

759 Extende primò eam secundam opinionẽ, quòd .s. appellatio prædicta tolleratur, etiam quòd grauamen posset reparari, licèt non in totum, sed cum difficultate, *vt latè ait idem Riccius in præcitato loco, & in decis. Curiæ Archiep. Neap. 93. & est text. in l. fin. §. questitum vbi Bald. ff. de appell. & Rot. per Buratt. in præcitato loco.*

760 Extende secundò, quòd etiam appellatio à decreto executorialium, si friuola non sit, sed iusta, ex ipsa nullitate resultans negotium executiuum suspẽdat, *vt ait Rot. decis. 197. num. 1. par. 2. diuers. & decis. 208. num. 1. lib. 3.*

761 Et ad id nota, q iusta dicitur appellatio, veluti, si sit facta ab eo, qui verè fuit grauatus, quia tunc indubitanter negotium exequtiuum suspenderet, *vt ait Rota dicta decis. 208. num. 2. lib. 3. diuers.*

762 Extende tertiò, quòd licèt appellatio à decreto executorialium sit interlocutoria, tamen vbi vim diffinitiuę nacta sint, negotium executiuum suspendit; licèt secus, qñ esset mere interlocutoria, quia tunc illud non suspendit, *vt ait Rota dicta decis. 208. nu. 1. lib. 3. diuers. & vide quæ dixi in ampliatione* 4. vbi multa in proposito videbis, quæ hic addere poteris, & sic magis hanc materiam dilucidabis; item vide, quæ dixi supra in limitatione prima in fine.

763 Extende quartò quoque procedere dictam secundam opinionem, quando essent latæ tres sententiæ conformes super re, de qua cõtrouerteretur, vna cum fructibus damnis, expensis, & interesse, quorum liquidatio per Iudicem reseruetur, veluti eodem modo procederet, etiãsi essemus in possessorijs, in quibus admittitur appellatio respectu fructuum, *veluti dixi supra in amplatione 30. vbi recurras, & in verbo ægidiana concl. 63. num. 47.*

Extende

764 Extende quintò, quòd per restitutionem in integrum impeditur executio triũ conformium, & rei iudicatæ, & præsertim, si ea ex vnica sententia proueniret, *vt ait Cassad. decis. 5. in fine de appel.*

765 Fallit, tamen primò, quando executio iam cępta, siue etiã petita fuisset, quia tunc restitutio in integrum petita suspicione calumniæ non caret, & ob id tali casu executio non retardatur, *Put. decis. 277. lib. 2. Cassad. decis. 1. de restit. in integ. & Rot. in Mutinen. Canonicatus 23. Iunij 1603. coram Cardin Seraph. & in Bononien. census Mercurij 11. Decembris 1602. coram Iusto. Gratian. dec. 172. num. 3. Benintend. decis. Bonon. 85. Laurent. dec. 2. nu. 2. Fran. Marc. dec. 53. nu. 11. par. 2.* & hæc opinio nedum seruatur in Rota, verum etiam à Signatura, quando agitur de sententijs Rotalibus, *vt fuit dictum à Rota in Pampilonen. beneficiorum 13 Mart. 1617. coram Dunozetto, & per Gregorium decis. 458. & ibi in addit. num. 10.* Item, quòd executio cæpta dicatur per relaxationem mandati, seu literarum executorialium, iuxta stylum Rotę, *fuit dictum à Rota 545. num. 5. par. 1. & decis. 138. num. 2. par. 2. in recent. & decis. 826. par. 4. diuer. & in dicta Pãpilonen. beneficiorum coram Dunozetto, & in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 26. Februarij 1625. coram eodem, & prius in Perusina bonorum coram Corduba, quæ est penes Marches. de commiss. part. 1. fol. 430.* licèt tamen sit animaduertendum, quòd prædictæ decisiones procedunt in mandato, siue executorialibus concessis extra sententiam, & non de his quæ relaxantur in sententia, aliàs nunquam cueniret casus petendi restitutionem in integrum, *veluti fuit deductum à Rota in Bononien. census 11. Decembris 1602. coram Iusto, quæ est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 309 & per Gregor. decis. 458. num. 10. in addit. & Marescott. var. resol. lib. 2. c. 121. & Rot. per Buratt. dec. 268. num. 6. & decis. 597. num. 3. & decis. 791. num. 15.*

766 Extende prædictam fallentiam procedere, etiamsi à minore, vel ab Ecclesia esset petita in integrum restitutio, *vt fuit dictum in Cornetana pecuniaria 4. Iulij 1601. coram Penia.*

767 Contrarium licèt dicat *Verall. decis. 330. par. 1. allegat. à Borello de sentent. exeeut. tit. 32. num. 61. & 96. & num. 303. vbi de comuni testatur.*

768 Fallit secundò, quando restitutio in integrum altiorem indaginem requireret, & quando dicatur talis, *ait Borell. ibi supra nu. 85. & seqq. & n. 98. Rota decis. 370. num 2. par. 1. in recent. & Magon. decis. Floren. 132. num. 4.*

769 Fallit terciò, quando essemus in negotio reparabili, siue retractabili; secus autem, quando è contra, quia tunc executio impediretur per restitutionẽ in integrum, vtputa quando ageretur de tortura, vel de morte, siue si in negotio ciuili ageretur de Castro inexpugnabili, & ad recuperandum difficili, *vt ait Cappell. Tholos. decis. 430. Boer. decis. 65. num. 8. & Laurent. decis. Auenion. 2. num. 8. Capiec. decis. 53. num. 1. Afflict. dec. 356. in fine, Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 181. num. 3. & Franch. decis. 139.*

770 Fallit quartò de Iure Canonico, & in beneficialibus, in quibus sententia debet executioni demandari, non obstante in integrum restitutione petita, *Cassad. decis. 1. eodem tit. & decis. 7. de appellat. & Veral. decis. 330. num. 1. & seq. par. 1. Cappell. Tholos. decis. 54. & decis. 430. Fran. Marc. decis. 53. Magon. decis. Flor. 133. Minad. decis. Neapolit. 14. num. 4. Gratian. decis. 18. Mastril. decis. Siciliæ 110. num. 5. & multi allegati à Borello ibi supra num. 69. & 303.* vbi dicunt, id tantò magis procedere de iure canonum, quando contra petentem restitutionem vrgeret præsumptio malitiæ, & protelandæ litis, quia tunc fit executio, pręstita tamen cautione de restituendo in casu succumbentię, *vt dicunt dicti allegati à Borel. ibi supra*, Præterea addas, quòd illa quinta limitatio non procedit, iuxta formã statuti Bononiæ, cuius enim dispositione appellatio datur in dote, tã quoad deuolutiuum, q̃ quo ad suspẽsiuũ effectum, *vt ait d. Rota Bonon dec. 21. allegat. à Riccio in sua collect. 2068. in vers. 2.*

771 Limita septimò, quòd appellatio, nedũ non datur à tribus sententijs conformibus, vt superius diximus, nec minus ea illarum executionem impedire potest; Quinimmò, nec etiam isto casu datur cautio, *l. 15. à quo, ff. de re iudic* Nàm solùm

est

formes, nec exceptio nullitatis illarum executionem impedire potest., *iuxta clement. vnicam, de senten. & re iudic. vt ait Riccius in sua collect.* 1306. *vers. infero* 3. & id procedit, ob auctoritatem rei iudicatæ, *Buratt. decis.* 251. *num.* 2. *& Gaspar. Guglielm. in decis.* 79. *par.* 3. *& Capicc. decis.* 3. *& Marta in sua compil. dec. in verbo appellatio cap.* 200. *tom.* 1. *Grat. decis.* 146. *num.* 12. & propterea in hoc Signatura Iustitiæ in Vrbe solet rescribere in Commissione, constito de tribus cõformibus exequatur, sin minus causã appellationis cognoscat, & prædicta limitatio procedit ne dum respectu negotij principalis, verum etiam expensarum, *vt fuit dictum à Rota per Burrattum in decis.* 170. *num.* 1. *& sequentibus*, & prædicta eò magis procederent, quando illę tres conformes fuissent executioni demandatæ, *vt ait Rot. per d. Buratt. in decis.* 251. *num.* 2. *Put. decis.* 198. *num.* 1. *lib.* 1. *& Rot. in Barbaſtren. pecuniaria* 1. *Iulij* 1616. *coram Andrea.*

757 Contrarium tamen esset verius, quoties illę sententiæ grauamen irreparabile continerent, *vt ait Franch. dec.* 36. *Cappell. Tholos. decis.* 411. *& veluti latius dixi supra in ampliat.* 30. *& Rota per Burat. d. dec.* 170. *n.* 4. Siue etiã, qñ sententiæ essent notorie iniustę, & euidenter nullę, quia earum nullitas, & iniustitia tunc executionem impediret, etiamsi sint tres conformes, & ratio est, quia clausula illa, constito de tribus, quæ in Cõmissione opponi solet, intelligitur de validis, *vt ait Achil. de graſſ. dec.* 2. *de re iud. & l.* 4. §. *condemnatum de re iud. & ita fuit dictum in Lauden. pecuniaria* 1. *Iulij* 1588. *corã Card Pamph. & prius in Cæsara ugustana Vnionis* 1583. *coram Bubalo*, Animaduertendo tñ, quòd de notoria iniustitia doceri non potest, nisi ex actis productis, aliàs secus, *vt ait Rota per Gregorium decis.* 508. *num.* 10. *& penes Farinac. inter crimin. est decis.* 335. *& dec.* 336. *Seraph. decis.* 616. *n.* 8. Licèt tñ illa tollatur, quando adsunt Doctores hic inde de cõmuni attestantes, quod tamen secus esset, quando vna ex duabus opinionibus esset per Curiam recepta, & approbata, *vt fuit dictum à Rota per Card. Seraph. decis.* 166. *per tot.* Quãuis *in dec.* 616. *n.* 9 dicat, quòd ad tollendam notorietatem iniustitię, sufficit qualis qualis offuscatio, *vt dicam in concl.* 129. *num.* 371. *& seq.*

758 Et ratio prędictę secundæ opinionis est, quia vbi grauamen per diffinitiuam reparari non potest, licitè potest appellari ab interlocutoria, *vt ait Surd. decis.* 36. *Anna refert ita fuisse decisum in sacro Consilio in sua alleg.* 81. *& Ricc. ibi supra, & Rota per Buratt. dicta decisione* 170. *num.* 4.

759 Extende primò eam secundam opinionẽ, quòd s. appellatio prædicta tolleratur, etiam quòd grauamen posset reparari, licèt non in totum, sed cum difficultate, *vt latè ait idem Riccius in præcitato loco, & in decis. Curiæ Archiep. Neap.* 93. *& est text. in l. fin.* §. *quæsitum vbi Bald. ff. de appell. & Rot. per Buratt. in præcitato loco.*

760 Extende secundò, quòd etiam appellatio à decreto executorialium, si frustra non sit, sed iusta, ex ipsa nullitate resultans negotium executiuum suspẽdat, *vt ait Rot. decis.* 197. *num.* 1. *par.* 2. *diuers. & decis.* 208. *num.* 1. *lib.* 3.

761 Et ad id nota, q iusta dicitur appellatio, veluti, si sit facta ab eo, qui verè fuit grauatus, quia tunc indubitanter negotium exequtiuum suspenderet, *vt ait Ro. ta dicta decis.* 208. *num.* 2. *lib.* 3. *diuers.*

762 Extende tertiò, quòd licèt appellatio à decreto executorialium sit interlocutoria, tamen vbi vim diffinitiuę nacta sint, negotium executiuum suspendit; licèt secus, qñ esset mere interlocutoria, quia tunc illud non suspendit, *vt ait Rota dicta decis.* 208. *nu.* 1. *lib.* 3. *diuers. & vide quæ dixi in ampliatione* 4. vbi multa in proposito videbis, quæ hic addere poteris, & sic magis hanc materiam dilucidabis; item vide, quæ dixi supra in limitatione prima in fine.

763 Extende quartò quoque procedere dictam secundam opinionem, quando essent latæ tres sententiæ conformes super re, de qua cõtrouerteretur, vna cum fructibus damnis, expensis, & interesse, quorum liquidatio per Iudicem reseruetur, veluti eodem modo procederet, etiãs essemus in possessorijs, in quibus admittitur appellatio respectu fructuum, *veluti dixi supra in ampliatione* 30. *vbi recurras, & in verbo ægidiana concl.* 63. *num.* 47.

Extende

764 Extende quintò, quòd per reſtitutionem in integrum impeditur executio triũ conformium, & rei iudicatæ, & præſertim, ſi ea ex vnica ſententia proueniret, *vt ait Caſſad. deciſ. 5. in fine de appel.*

765 Fallit, tamen primò, quando executio iam cępta, ſiue etiã petita fuiſſet, quia tunc reſtitutio in integrum petita ſuſpicione calumniæ non caret, & ob id tali caſu executio non retardatur, *Put. deciſ. 277. lib. 2. Caſſad. deciſ. 1. de reſtit. in integ. & Rot. in Mutinen. Canonicatus 23. Iunij 1603. coram Cardin Seraph. & in Bononien. cenſus Mercurij 11. Decembris 1602. coram Iuſto. Gratian. dec. 172. num. 3. Benintend. deciſ. Bonon. 85. Laurent. dec. 2. nu. 2. Fran. Marc. dec. 53. nu. 11. par. 2.* & hæc opinio ne dum ſeruatur in Rota, verum etiam à Signatura, quando agitur de ſententijs Rotalibus, *vt fuit dictum à Rota in Pampilonen. beneficiorum 13 Mart. 1617. coram DunoZetto, & per Gregorium deciſ. 458. & ibi in addit. num.* 10. Item, quòd executio cæpta dicatur per relaxationem mandati, ſeù literarum executorialium, iuxta ſtylum Rotę, *fuit dictum à Rota 545. num. 5. par. 1. & deciſ. 138. num. 2. par. 2. in recent. & deciſ. 826. par. 4. diuer. & in dicta Pãpilonen. beneficiorum coram DunoZetto, & in Lunen. Sarzanen. Iuriſpatronatus 26. Februarij 1625. coram eodem, & prius in Peruſina bonorum coram Corduba, quæ eſt penes Marcheſ. de commiſſ. part. 1. fol.* 430. licèt tamen ſit animaduertendum, quòd prædictæ deciſiones procedunt in mandato, ſiue executorialibus conceſſis extra ſententiam, & non de his quæ relaxantur in ſententia, aliàs nunquam eueniret caſus petendi reſtitutionem in integrum, *veluti fuit deductum à Rota in Bononien. cenſus 11. Decembris 1602. coram Iuſto, quæ eſt apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 309 & per Gregor. deciſ. 458. num. 10. in addit. & Mareſcott. var. reſol. lib. 2. c. 121. & Rot. per Buratt. dec. 268. num. 6. & deciſ. 597. num. 3. & deciſ. 791. num. 15.*

766 Extende prædictam fallentiam procedere, etiamſi à minore, vel ab Eccleſia eſſet petita in integrum reſtitutio, *vt fuit dictum in Cornetana pecuniaria 4. Iulij 1601. coram Penia.*

767 Contrarium licèt dicat *Verall. deciſ. 330. par. 1. allegat. à Borello de ſentent. execut. tit. 32. num. 61. & 96. & num. 303. vbi de comuni teſtatur.*

768 Fallit ſecundò, quando reſtitutio in integrum altiorem indaginem requireret, & quando dicatur talis, *ait Borell. ibi ſupra nu. 85. & ſeqq. & n. 98. Rota deciſ. 370. num 2. par. 1. in recent. & Magon. deciſ. Floren. 132. num. 4.*

769 Fallit teriò, quando eſſemus in negotio reparabili, ſiue retractabili; ſecus autem, quando è contra, quia tunc executio impediretur per reſtitutionẽ in integrum, vtputa quando ageretur de tortura, vel de morte, ſiue ſi in negotio ciuili ageretur de Caſtro inexpugnabili, & ad recuperandum difficli, *vt ait Cappell. Tholoſ. deciſ. 430. Boer. deciſ. 65. num. 8. & Laurent. deciſ. Auenion. 2. num. 8. Capicc. deciſ. 53. num. 1. Afflict. dec. 356. in fine, Anton. Theſaur. deciſ. Pedemont. 181. num. 3. & Franch. deciſ. 139.*

770 Fallit quartò de Iure Canonico, & in beneficialibus, in quibus ſententia debet executioni demandari, non obſtante in integrum reſtitutione petita, *Caſſad. deciſ. 1. eodem tit. & deciſ. 7. de appellat. & Veral. deciſ. 330. num. 1. & ſeq. par. 1. Cappell. Tholoſ. deciſ. 54. & deciſ. 430. Fran. Marc. deciſ. 53. Magon. deciſ. Flor. 133. Minad. deciſ. Neapolit. 14. num. 4. Gratian. deciſ. 18. Maſtril. deciſ. Siciliæ 110. num. 5. & multi allegati à Borello ibi ſupra num. 69. & 303.* vbi dicunt, id tantò magis procedere de iure canonum, quando contra petentem reſtitutionem vrgeret præſumptio malitiæ, & protelandæ litis, quia tunc fit executio, pręſtita tamen cautione de reſtituendo in caſu ſuccumbentię, *vt dicunt dicti allegati à Borel. ibi ſupra*, Prǽterea addas, quòd illa quinta limitatio non procedit, iuxta formã ſtatuti Bononiæ, cuius enim diſpoſitione appellatio datur in dote, tã quoad deuolutiuum, q̃ quo ad ſuſpẽſiuũ effectum, *vt ait d. Rota Bonon dec. 21. allegat. à Riccio in ſua collect. 2068. in verſ. 2.*

771 Limita ſeptimò, quòd appellatio, nedũ non datur à tribus ſententijs conformibus, vt ſuperius diximus, nec minus ea illarum executionem impedire poteſt; Quinimmò, nec etiam iſto caſu datur cautio, *l. 15. à quo, ff. de re iudic* Nàm ſolùm

eſt

780 Fallit tamen in tribus casibus, & primo, quando tractatur de exequenda sententia, super re a nemine possessa, quia tunc fieri debet cognitio de iuribus tertij comparentis, & præsertim, si possessio super qua tertius prætenderet interesse esset vacua, *vt dicunt Doctores allegati à Borello in præcit. loco, & Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 26. num. 14. & idem decis. 34. num. 13. Rota Lucen. & Mohedan. dec. 98.*

781 Fallit secundò, quando sententia esset lata super vna re, & executio fieret super alia, quia tunc tertius posset executionem impedire, *Idem Ioseph. Ludou. dicta decis. 26. num. 16. & alij allegati à Borello in præcit. loco num. 120.*

782 Fallit tertiò, quando petens executionem trium conformium esset persona scandalosa, & malæ vitę, & famæ, quia tunc tertius admittitur ad earum executionem impediendam; dummodo tamē capita oppositionum in promptu probarentur, *vt ait Puteus decis. 326. & ibi latè lib. 2.*

783 Demum, qn̄ tertius veniens ad causam dicatur facere acta propria, & cum in statu, & terminis admitti in causa, & quādo possit allegare nullitatem contractus, item, quādo teneatur appellare de nouo & venire, prout in prima, vide oīno *dec. Gregor. XV. 259. & ibi in addit. & Card. Seraph. decis. 256. & dec. 906.* & ibi multa inuenies, & vide etiam quæ dixi supra *num. 610. & seqq.*

784 Limita octauò, quòd non appellatur à prouisionibus ciuilibus in causis fiscalibus factis, *vt ait Mastril. in sua decis. 32. & Riccius in sua collect. 166. par. 1.*

785 Limita nonò, quòd non appellatur à sententijs Conseruatorum per Religionem deputatorum, ad Iudices inferiores; nam illorum iurisdictio est extraordinaria, & propterea illi dicuntur delegati, *vt ait Gratian. decis. 170. num. 1. & 2. cum ibi allegatis.* Licèt dicti Conseruatores in prima instātia possint, vti Iudices ordinarij in causis Ecclesiasticis cognoscere, ita vt cōperhendantur sub dispositione Concilij Tridentini *cap. 20. de reformat. sess. 24. vt ait Grat. ibi supra.*

786 Extende primò, quòd immò plus est esse Conseruatorem, quàm Delegatum *vt ait glos. in c. statutum de rescript. in verbo Canonicè, idem ait Gomes. num. 88. par. 5. fol. 86.*

787 Sed declara tamen, quòd illi in dignitate esse debent, & propterea hinc infertur, quod Canonici tales esse non possunt, sed solùm obtinentes dignitatem in Ecclesia Collegiata, siue Vicarius Episcopi, *vt dicunt Doctores alleg. à Gratiano in dicta decis. 170. num. 7. & 8.*

788 Extende secundò, quòd neque ab illis detur appellatio ad Metropolitanos, neq; ad Legatos natos, vel de latere, *vt habetur in addit. ad Specul. in tit. de Iudic. deleg. §. fin. num. 24. in verbo Vbertum, latè Anchar. cons. 132. in primo dubio per totum Rutin. cons. 3. lib. 4.* Natt. *in addit. ad Alex. cons. 12. lib. 6.*

789 Et ratio istius extensionis ea est, quia cum Conseruatores sint delegati, per consequens sunt maiores quolibet ordinario, etiam de latere legato, *vt ait text. in c. studuisti de off. deleg. & Gratian. ibi sup. n. 3.* & propterea hic intrat Regula, quòd appellatio de maiori ad minorem non sit permittenda, cum minor Iudex non possit facta maioris corrigere, nec in illis se intromittere, immò neque ex consuetudine id introduci potest; quòd tamen intellige verum, *iuxta trad. per Decium in c. referente n. 8. de præben. allegat. à Grat. in dicta decis. 170. sub nu. 3.*

790 Extende tertiò prędicta adeò esse vera; vt propterea, nec etiam consuetudo in contrarium valeat, nec aliquid operetur super eo, quòd scilicet appellatio detur à sententia Conseruatorum ad Metropolitanos, seu ad Legatos natos, vel de latere, *vt dicunt Doctores allegati à Gratian. ibi supra num. 13. & Riccius in sua collect. 166. propè medium.*

791 Subextende, quòd neque etiam appellatio à Delegato Apostolico ad Legatū de latere admittatur, *ait Fran. Marc. decis. 270. num. 1. par. 1.*

792 Limita decimò, quòd appellatio sit prohibita in saluiano interdicto, sed datur pro eo in possessionē immissio, *Veral. deci. 141. num. 1. par. 3. Rota decis. 34. num. 3. par. 2. diuers. Thesaur. decis. 175. num. 3. & est decisio apud Statil. 5. num. 1. & decis. 228. num. 2. & decis. 278. & prius decis. 98. num. 2. apud eundem, & Rota per Gregor. XV. decis. 491. num. 1. Gratian. lib. 1. discept. cap. 103. num. 5.*

&

coram Cardinali Lancellotto, & coram eodem in Romana deuolutionis domus Veneris 5. Decembris 1599. & prius in Beneuentana deuolutionis 6. Nouembris 1587. coram Orano, & Grat. decis. Marchiæ 60. num. 14.

804 Contrarium licet teneat idē *Gratian. libro 4. discept. cap. 698. num. 38.* vbi ait, quod appellatio non datur ab assignatione legitimæ, nisi in casu notabilis læsionis.

805 Limita decimosecundò, quòd appellatio non sit necessaria, neque detur, quando sententia ex actis non iustificatur, quia ea vti nulla, & notoriè iniusta, nunquam transit in rem iudicatam, cum non entis nullæ sint qualitates, sed ea reuocanda venit, *vt ait Rota per Cardinalem Caualeriū decisione 203. num. primo, & quarto, & decisione 260. num. 7. parte prima in recent. & decis. 594. num. quarto parte secunda. Cardinalis Seraph. decis. 1261. num. quinto vbi testatur de inueterata obseruantia Rotæ, & Rota in Romana officij 23. Ianuarij 168. coram Scotto. Cæsar de Graffis decis. 13. in fine de sent. & re iudic. Rota decis. 689 num. secundo parte prima in recent. & dec. 659. num. 16. parte secunda in recent. & ibi de stilo Rotæ testatur.*

806 Extende id adeò esse verum, vt propterea executioni sententiæ nullæ etiam resistere liceat, *vt ait Franc. Marcus decisione 260. num. quarto parte prima*

Subextende eodem modo procedere in apellatione à decreto, de quo non constaret, quia tunc illius cōmissio non valeret, *vt ait Rota per Cardinalem Caualerium decis. secunda n. 8.*

807 Extende secundò, quòd etiam appellatio ab interlocutoria, ex eisdem actis iustificari debeat, alias illius cōmissio non sustineretur, *vt ait Franciscus Marcus decisione 708. num. secundo parte secunda*, & veluti latè dixi supra *in ampliatione 46.*

Extende tertio dictam limitationem procedere, etiamsi probationes in actis extarent, sed Iudex eas non viderit, quia paria sunt eas in actis non esse, & esse, sed illas Iudici non ostendisse, *vt ait Rota per Cardinalem Caualerium. decis. 203. num sexto.*

808 Limita decimotertio, quòd appellatio non admittatur in causa præcedentiæ, cum ex constitutione Gregorij Decimitertij super præcedentia in pceßionibus, in ea appellari, & reclamari prohibeatur, ac prorsus omne subterfugium tollatur, *vt ait Gratianus decis. Marchiæ 232. num. primo & Riccius in sua collectanea 166. parte prima propè medium, & Marta in compilatione decisionum in verbo appellatio cap. 171. tomo primo.*

Extende id quoq. procedere in ea præcedentia in sessione, & oblatione inter mulieres nobiles fienda in ecclesia, *vt ait Scacc. de appellation. quæst. 17. limitatione sexta, membr. secundo num. 37.*

809 Limita decimquartò, quòd in causis suspicionum Iudicis appellatio non datur, veluti de stilo Regni Neapol. ac pragmaticæ Reginæ Ioannæ testatur *Ioachin. decis. 408. numero primo.*

810 Extende eā limitationē eò magis procedere, quando essemus in notorijs, & in criminalibus, at secus, si in ciuilibus. Item declara eam procedere, quando essemus in notorio facti permanentis, at secus in eo facti transeuntis; Rursus, & ꝙ pari modo non recusetur Iudex suspectus, vbi pœna esset determinata à lege, licèt secus quando ea esset arbitraria, *ait Farinac. in prima parte sua prax. crimin. quæstione 21. num. 129. & ibi infinitos Doctores allegat.*

811 Fallit tamen veluti, si essemus in incidentibus in dictis causis suspicionum, quia tunc daretur appellatio, quod tamen intellige verum, quando grauamen, quod incidenter infertur, non posset diffinitiua reparari, vt puta, si quis graueretur in noua admissione testium scripturarum, siuè aliarum probationum, quia tali casu veniret admittenda appellatio, *vt distinguunt Cin. Bar. Bald. & Salicet. in l. prima C. si de moment. poss. Alex. in rub.*

rub. ff. de re iud. & ibi latè ait Herculan. omnes allegat. à Franch. vbi supra num. primo.

812 Contrarium licèt dixetim *supra in ampliatione* 59. vbi recurras, quia ibi limitationes, & concordantias inuenies.

813 Limita decimoquintò, quòd neque ab expulsione manu militari appellare licet, *vt ait Cornazan. in sua decis.* 131. *& Riccius in sua collectan.* 166. *post medium parte prima.*

814 Limita decimosextò, quòd appellatio sit deneganda Depositario, quia in hoc se defendere nequit, sed executiuè depositum restituere cogitur, *text. est in l. penult. & ibi Bart. Bald. & Castr. C. deposit. Boer. decis.* 295. *numero* 7. *Cardinalis Seraphinus decis.* 1226. *num. quarto*, & ratio est, quia depositum paratam executionem habet, *vt ait Boer. vbi supra, & Caualcan. decis.* 27. *parte secunda, & Riccius in sua collectanea decisionum* 1054. *propè medium in quarta parte*, veluti è conuerso procedit; nempè quando (verbigratia) per deponentem depositum esset factum, cum aliqua conditione extrinseca, ad quam non teneretur creditor, & sic quando ob illam illud exigere impediretur, tunc non releuaret deponentem, neque per consequens prodesset ad impediendum cursum vsurarum, *vt fuit dictum à Rota in Romana depositi Veneris* 29. *Nouembris* 1619. *coram Buratto, quam allegat, & sequitur Beltram. ad decis. Gregor. XV.* 505. *num.* 11. *Gratianus libro quarto disceptationum cap.* 795. *& sequentib. Rota apud Cancium de censibus decis.* 66.

Secus autem, quando illud contineret conditionem intrinsecam, ex natura negocii prouenientem, quia tunc ea illud non vitiaretur, sed optimè deponentem releuaret, *vt ait idem Gregorius Decimusquintus decis.* 34. *numero* 12. *& decisione* 505. *eodem num. in additi on.* & ibi docet, quæ nam dicatur intrinseca, & quæ extrinseca cōditio, *& Rota decis.* 913. *parte quarta diuers. & decis.* 350. *num. sexto parte secunda recentior. & per Coccin. decis.* 15. *num.* 3.

Sed hic erit opportunè notandum, quòd conditiones extrinsecæ, potissimum illæ dicuntur, quæ ex eodem contractu non perueniunt, neque tacitè illi insunt, nec per consequens potest creditor ad illas cogi; intrinsecæ autem quando secus, *vt ait Giurb. in sua decis.* 87. *num.* 2. licèt sit bene verum, quòd Depositarius potest protestari, ut pecuniæ depositatę non consignentur, nisi cui de iure, quia cum ius sem per certum dicatur, id circò talis protestatio esset reijcienda, quia nullā cōditionem continere diceretur, *vt fuit dictum à Rota in Perusina bonorum* 5. *Maij* 1617. *coram Manzanedo, & in hac materia vide Gratian. lib. secundo discept. cap.* 260. *num. primo. cum sequentib.* Itē quando illud dicatur integrum, & quando non, vide Rotam apud Gregorium Decimumquintum *decis.* 480. *num. quarto cum seq.* licèt illud tunc integē factum diceretur, si deponens solum summam petitam cōsignaret, etiam si esset debitor in maiori summa, si tamen potetat credere se in plus non teneri, *vt ait Rota per Coccinum decis.* 15. *num.* 2.

815 Extende prędictam limitationem in tantum procedere, vt propterea, etiamsi ageretur pro redditione rationis, in qua via ordinaria procedi solet; nihilominus ex vi depositi via executiua esset procedēdum, cum (vt mox diximus) Depositario excipere non liceat, sed incōtinenti illud restituere tenetur, vt latè dicā in verbo depositum, *& idem ait Alex. in consilio* 192. *num.* 3. *lib.* 7. *Gratianus libro* 4. *disceptation. cap.* 665. *num.* 22. *& Rota penes Gregor. XV decis.* 106. Vnde cū depositarius ille dicatur, cui res custodienda traditur, idcirco nota, quòd ille non potest pecunia, vel alia re depositata vti, *vt ait dictus Gregor. ibi supra nu.* 3. *&* 4. Secus tamen est de iure Canonico, cuius enim dispositione, si depositarius vtatur pecunijs depositis, tunc ad aliquas vsuras ille non tenetur, *vt ait Rota decis.* 622. *num.*

num. 6. parte secunda recentior. Sed tali casu nota, quod si depositum perit, tūc damno depositarij perire diceretur, & præsertim, quando illud in pecunia nu merata extat, quia tunc transit in naturam mutui, & sic iuxta illius naturam regulari debet, *Rota decis. 102. num. 7. par. 2. recentior. & idem Gregor. in decis. 146. nu. 16.* Quamuis tamen secus esset, quādo certus depositarius non adesset, veluti si quis sciret, & taceret in sua domo fieri depositum, quia non ob id illius custodiam tunc suscepisse diceretur, *vt ait Rota d. decis. 102. nu 3. & 6. par. 2. recentior.* siuè etiam, si illud esset factū in sacculo clauso, absq. numeratione pecuniæ, quia tunc esset nullum, & eo modo, vti species haberetur, & sic intraret ea regula; nempè, qui in specie tenetur, eius interitu liberatur, quia perit periculo Domini, *Rota dicta decis. 102. num. secundo, parte secunda in recentior.* Contrariū licèt dixerim infra *sub n. 826* vbi recurras, quia cōcordantiā inuenies.

816 Cōtrarium tamen illi, q fuit dictum in materia redditionis rōnis; vt scilicet in ea via ordinaria sit procedendum, *dicunt Doctores allegati à Gratian. lib. 4. disceptation. capitulo 665. num. secundo* dicentes propterea, quòd neque administrator, neque illius hæredes appellare possunt, quando ex causa administrationis, ille, siue illi condemnati fuerint, sed prius soluere tenentur, & postea causam appellationis prosequuntur.

817 Concordari tamen possunt prædictæ opiniones tali pacto, nempè, vt opinio negatiua procedat, vbi essemus in personis priuilegiatis, siue in casu indigentiæ, veluti, quia illud, in quo fuit cōdemnatus administrator pro alimentis inseruire deberet, *vt fuit dictum in Ampliatione 23.* siue sine vlla difficultate, quando essemus in obligato cum iuramento, & in forma Cameræ, *vt ait Rota decis. 741. num. primo, parte prima diuers. Gallesf. de obligatione Camerali parter tia tit. de vi instrument. obligation. Camer. num. 11. Thesaur. decis. 253. nu. 4. Rota decis. 686. num. primo, parte secunda recentior. Cassador. decisione vnic. num. secundo de mut. petition. Cardin. Seraphinus decis. 736. num. primo, & decisione 1437. num. primo, & alij allegati à Gratiano libro quarto disceptation. capitulo 665. num. quinto versiculo Quibus additur.*

Affirmatiua tamē opinio procedit, saltem, quoad effectum deuolutiuum, siue, quando essemus extra prædictos casus priuilegiatos, & præcipuè, vbi de dolosa administratione aliquo modo præsumi posset, ex ea regula, vt scilicet dolosis beneficio iuris succurrendum non sit, *vt fuit dictum in Romana Aperitionis oris octaua Martij 1613. corā Cardinali Sacrato, & in Romana fideiussionis de repræsentando tertia Iulij 1617. coram Coccino, & priùs in Romana Computorum 13. Maij 1594. coram Cardinali Arigonio.*

818 Extende secundò eò magis eam limitationem procedere, si in vim instrumenti obligatione Camerali vallati ageretur, quia tunc via ordinaria non esset procedendum, *vt declarat Alex. dicto consilio 192. num. 3. vers. quia respondet & Gratianus dicta disceptatione 665. n. 22. cum ibi allegatis.*

819 Fallit tñ veluti, si essemus in sequestratario, qui ad hoc, vt iuridicè soluat, non tenetur statim satisfacere solutioni petitæ; sed benè petitioni se opponere debet; aliàs solutio spontanea soluentem non iuuaret, *vt ait Rota Ianuen. in decis. 33. col. 6. & Rota per Cardinalem Seraph. decis. 1019. num. quarto, & in Pistorien. pensionis Luna 24. Nouembris 1603. coram Penia.*

Vnde Depositarius tenetur nunciare debitori antequam soluat, ad hoc, vt veniat ad impediendam executionem, & alia pro sui defensione faciat. Secus autē, vbi essemus in proclamatione generali, sub magna pœna à Iudice facta, quia tunc non esset necessaria alia defensio, veluti esset, quādo Iudex aliquid præciperet de mandato speciali, quia eo casu sufficeret metus mandati Iudicis tantum, *vt ait Gratianus libro tertio disceptation. forensium cap. 485. num. 5. cum sequentib. & lib. 5. cap. 906. num. 1. & seqq.*

820 Amplia huiusmodi fallentiam in tantum procedere, vt propterea, secundum

 aliquos

aliquos sequestratarius ad hoc, vt securè solutioni satisfaciat, appellare tenetur cum sola contradictio, absque appellatione non sufficiat, licèt mandatum Iudicis pro solutione faciēda præcederet, *vt ait Grat. lib. 4. disceptation. cap. 704. num. 37. & 38. & prius lib. tertio, cap. 485. num. quinto, cum alijs ibi per eum citatis.*

821 Declara tamen illam extensionem, non procedere, veluti si sequestrum tolleretur per cautionem, per quam pars redderetur tuta de suo interesse, quia tunc non esset permissa appellatio, *vt ait Iaffredus in sua decisione 240. & multi alij allegati à Gratiano libro tertio disceptationum forensium cap. 531. num. 92.*

822 Extende, vt superius dixi, quòd neque compensatio aduersus depositum opponi potest, *vt ait Rota Ianuen. decisione 34. & ita fuit dictum à Rota in una Romana de Theodolis Veneris decima Decembris 1593. coram Cardinali Blanchetto, & per Gregorium Decimum Quintum decisione 106. num. decimosexto.*

823 Secus autem, vbi ageretur de retinendo, quia illam in deposito dari permittitur, *vt pulchrè refert ita fuisse decisum, Puteus decis. 92. lib. 2.*

824 Et ratio ea est, quia in casibus, in quibus compensatio prohibetur, retentio tamen tolleratur, quæ semper facilius conceditur, quàm acquisitio de nouo, *vt refert ita fuisse decisum Ann. in suo consilio 102. parte secunda, & Rota per eundem Gregorium XV. decis. 425. num. 2.*

825 Extende quartò, quòd neque dilatio quinquennalis admittitur contra creditorem depositum restitui petentem, *vt ait Franchus decis. 151. cum alijs ab eo allegatis.*

826 Extende quintò, quòd neque admittatur exceptio non numeratæ pecuniæ, *vt ait Riccius in sua decisione 99. Curiæ Archiepiscop. Neapol. & in sua Collectanea 1054. parte quarta.* Quinimò neque etiam numeratio pecuniæ requiritur, sicut in mutuo, *Natt. consil. 131. num. quarto, & Rota in vna Romana Census die nona Aprilis 1601. coram Iusto.*

Et ratio prædictorum est, quia Depositarius non potest excipere, sed immò potius contra eum debet executiuè procedi, quòd quidem vendicat sibi locum non solum in deposito confessionato, vt si quis confiteretur penes se habere depositum; verū etiam in irregulari, quòd tale dicitur, quando est deposita pecunia numerata, sed dominium tunc in accipientē transit. Regulare autē est quando dominium remanet penes deponentem, & periculum ad eundem spectat; immò illud quod dicitur de Depositario procedit, etiā in sequestrario contra quem executiuè proceditur, *vt dicunt Doctores allegati ab addente ad decis. Buratti 516. & postea in decis. 596. & decis. 653. num. secundo,* & ibi quoque per addentem multa ad id comprobandum deducuntur.

Contrarium licèt dixerim *sub num. 815.* dum ibi dicitur, quòd depositum factum in Sacculo absque numeratione est nullum, *ex decis. 102. nu. secundo par. secunda recentior.*

Concorda tu tamen, vt scilicet prima opinio procedat quoad effectum euadendi periculum illius amissionis per depositarium. Secunda verò procedit ad effectum, vt depositarius non possit excipere sub prętextu, quòd non fuerit facta pecuniæ numeratio, veluti colligitur ex dicta *decis. 102.*

Rursus concorda, vt prima opinio iuuet ad hoc, vt exequutiuè procedatur. Secunda verò, vt via ordinaria non sit saltem Depositario deneganda, per quam possit suam intentionem circa illius depositi non numerationem probare, *vt ait Rota in dicta decisione 102.*

827 Extende sextò prędicta adeò esse vera, vt propterea depositarius vtens re deposita, siuè eam restituere renuens actione furti vexari possit, *vt ait Franc. Marcus in decisione 444. num. 3. parte prima, & Ioseph. Ludouic. decisione 21. Rotæ Lucen.*

828 Secus autem de iure Canonico, *Rota decisione 622. num. 6. parte secunda in*

in recentior. & veluti dixi superius sub numero 815. *& in conclusione 56. sub nu.* 83. *cum seqq.*

829 Extende septimò, quòd depositarius, si sit Clericus potest cogi per Iudicē secularē ad illius restitutionē ex officio executiuè implorato, *vt ait Cappell. Tholos. decisione* 168. *cum alijs ibi allegatis.* Quam quidem opinionem ego non sequor, sed bene illam; vt scilicet id corā Iudice ecclesiastico fieri debeat, ad hoc vt immunitas ecclesiastica nullo modo lædatur; quinimò neque Iudex secularis debet pati, etiam coram se comparere Clericū, aliàs excomunicatur, veluti dixi in conclusione 12. *num.* 17. *& conclus.* 143. *num.* 37. *& benè refert ita sancitum à Battalarico Rege Gottor. Baron. in suo annali* 527.

830 Fallit tamen, veluti, si essemus in furioso, & similibus, quibus depositum restitui non debet, *vt ait Guid. pap. in sua decisione* 152. *& ibi multos alios allegat.*

Sed prædicta, quæ fuerunt dicta de sequestratario, siue depositario soluere renuēte, procedunt pari modo, etiam in casu vbi vnus eorum libros rationum exhibere renueret, quia tunc contra eū declaratoria esset danda, etiam liquidatione non facta, *vt fuit dictum à Rota per Burattum in decisione* 545. *num.* 8. *& seq.*

831 Limita decimoseptimò, quòd appellatio non datur à sententia reuocationis sequestri, quia est interlocutoria, à qua regulariter non appellatur, quādo grauamen non continet, vt latè superius dictum fuit, *& veluti ait Cassad. decisione* 4. *num.* 2. *tit. de sequestr. possess. & fruct. & Grat. lib. tertio discept. cap.* 531 *nu* 91. *& veluti latè dixi in ampliatione* 34. *sub num.* 404. *cum seqq.*

832 Limita decimooctauò, quòd appellatio non sit licita, quando sumus in notorijs, cum in eis ordo iuris non sit necessarius, quia quod per se patet non est necesse probare, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano libro* 3. *disceptationum cap.* 572. *num.* 44. *& Farinac. in quæstione* 101. *num.* 63. *parte* 2. Immò id procedit, etiam grauamine non expresso *Scaccia de appellation. quæst.* 17. *limitat.* 4. *num.* 55. 58. *&* 91.

833 Et ratio est, quia si admitteretur appellatio, præcipuè in delictis notorijs, esset quædam perseueratio in illis, & diceretur talis appellatio iniquitatis præsidium & defensio, non autem præsidium innocentiæ, quod non est vllo modo permittendum, *vt dicunt Doctores allegati à Borello in sua summa decisionum titulo* 33. *num.* 173. *de appellat.*

834 Secus tamen esset, quando pronunciaretur factum aliquod esse notorium, & sic in illius declaratione, quia tunc appellatio datetur, *vt ait Gratian. dicto libro tertio capitulo* 444. *numero* 29. *& Capicius in sua decis. prima, numero* 19.

835 Et ratio est, quia multa dicunt ur esse, & alia quæ non sunt, veluti dicitur de instrumento, quod potest negari esse publicum, quamuis contra illud nihil opponi possit, *vt ait Gratianus dicto cap.* 572. *num.* 43.

836 Sed declara tu tamen in hoc esse procedendum, secundum subiectam materiā, & sic in hoc appellare liceat quo modo, quo licet in materia executiua, nempè, aut quo ad effectum deuolutiuum tantum, aut dato excessu pœnæ vel grauamine, expressa causa vera, & verisimili, ac probabili, aliàs restaret firma illa regula, quòd ab executione non liceat appellare. *vt distinguit Rota in decisione* 100. *num.* 14. *&* 19. *parte prima diuersorum; idem ait Gratianus dicto lib.* 3. *disceptation. captulo* 572. *numero* 44. *&* 45. *& Scaccia de appellation. dicta quæstione* 17. *limit.* 4.

837 Extende primò illam limitationem eò magis procedere, quando essemus in notorio per euidentiam facti, *vt ait Borellus in precita to loco numero* 177. *& Farinac. dicta quæst.* 101. *num.* 62. vbi ait secus esse, si euidentia esset iuris tantum.

838 Extende secundò limitationem procedere, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, *vt ait Farinac. in sua praxi crimin. quæst.* 21. *num.* 117. *par.* 1.

839 Fallit tamen primò, quando notorium aliquam excusationem haberet, siue defensionem, *vt ait idem Farinac. ibi supra num.* 119.

840 Fallit secundò, quando in appellatione exprimeretur aliqua causa, per quam notorium offuscaretur, vt cōtingeret in confesso, qui in appellatione diceret illius confessionem per errorem, vel metu tormentorum emanatam, *vt ait Farin. ibidem num.* 118. *& Cappell. Tholos. per Aufer. decis.* 500. *in penult. addit.*

841 Fallit tertiò, quando iudex inhibuit, quia tunc etiam, quòd simus in notorio, Iudex à quo suam sententiam exequi nō potest, sed eo casu erit recurrendum ad Iudicem, ad quem, *vt ait Cappell. Tholos. per Aufrer. in dicta decis.* 500.

842 Fallit quartò, quando essemus in notorio probationis, in quo appellatio admittitur de iure, *vt ait Mill. & Lancellottus allegati à Farinaccio ibi supra num.* 124. *& Scacc. ibi supra num.* 100. *in fine.*

843 Fallit quintò in notorio per famam, in quo de iure appellatio datur, *vt dicūt Doctores allegati à Farinaccio in præcitato loco num.* 125. *& Borellus ibi supra n.* 179.

844 Fallit sexto, quando Iudex in sententia non fecit mentionem de notorio, veluti dicitur de sententia contra insignē latronem lata in qua, si non fiat mentio, quod ille sit latro insignis, ab ea appellatio datur, *vt dicunt Bart. Rom. Rimin ald. & alij citati à Farinac. ibi supra nu.* 126.

845 Fallit septimò, quando essemus in non admissione exceptionum, quæ contra notorium opponuntur, quia tunc appellatio in notorijs daretur, *idem Farinac. ibi supra num.* 128. & ibi quoque habetur, quando Iudex in notorijs possit iurari suspectus, & quando non, quem per te videre poteris; item recurras supra in ampliatione trigesimasecūda, vers. Extende quartò *sub nu.* 398. *& multa alia tradit Farinac. in quæst.* 101. *nu.* 60 *cum seqq.*

Item fallit regula in alijs pluribus casibus positis *à Scaccia in dicta quæst.* 17. *limit.* 4. nempe, quando notorium possit puniri arbitrio Iudicis, *vt ait ibi n.* 2. *&* 96. Itē à declaratione notorij; quēadmodum etiam si exprimatur causa rationabilis, & probatio incontinenti offeratur, quia tunc Iudex à quo, posset appellationi deferre, Itē illi deferendo ipsius manus ligatę videtur, & an sit deferēdum statur arbitrio Iudicis. Itē posset appellari, quādo sententia esset notoriæ iniusta; Item, si aliquid notorium non esset sed manifestum, quia tunc appellatio daretur, *vt ait Scaccia ibi supra quæst.* 17. *limit.* 4. *num.* 100. sed si constaret Iudicī à quo appellationem non esse recipiendam, tunc posset exequi appellatione minime obstante, *Scacc. de appellation. q.* 11. *num.* 11. *& q.* 17. *limit.* 4. *sub num.* 89. *vers. Probatur secundò, & prius sub nu.* 72. habetur, quando, & quomodo conuictus dicatur notorius.

846 Limita 19. quod ea non datur in solutione pensionis, in qua semper rescribi solet à Signatura cū clausula (sine retardatione solutionis) *vt ait Gigas de pension. q.* 35. *in fine num.* 9. *cum alijs allegatis per Paris. de resignat. lib.* 6. *quæst.* 2. *num.* 153. *& Gratian. lib.* 3. *discep. cap.* 454. *nu.* 2. *& Scaccia de appell. quæst.* 17. *limit.* 7.

847 Extende primò id in tantum valere, vt etiam Dominus debeat habere pensionem, etiam si non esset in possessione exigendi, quando tamen literæ essent expeditæ, non obstante exceptione nullitatis, quæ oriretur ex ventre literarum, cū contrarium possit probari, *vt ait Rota decis.* 301. *parte* 1. *diuersorum cum ibi allegatis.*

848 Extende secundò, etiamsi denegaretur solutio residui cedulæ, sub prætextu, quòd nondum potuerit prouisus possessionem consequi, quia illo casu dicitur satisfactum clausulæ (habita vel non habita possessione) si ostendatur solutio duorum, vel trium annorum, & id ex benignitate Rotæ, & id procedit quamuis adsit iuramentum, & obligatio Cameralis, *vt ait Rota decis.* 699. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & prius decis.* 128. *num.* 1. *coram Card. Seraph. & latè Marta de clausulis in verbo habita vel non habita, concl.* 55. & ego quoque latè dicam in dicto verbo Clausula habita, & cætera.

Subextende prædicta eo magis procedere, quādo pensio fuisset reseruata pro alimentis, *vt dicunt Doctores allegati à dicto Scaccia de appellation. quæst.* 17. *limit.* 7. *num.* 5.

849 Limita vigesimo, quòd appellatio non valeat ante sententiam, & per con-

consequens commissio, quæ nõ extenditur ad futuram appellationem est nulla, *vt ait Bellamer. decis.* 100. *num.* 2. *vers. Fateor tamen, de rescriptis*, sed vide quę dixi in hac materia supra *in ampliatione* 53. *num.* 597. *& seqq.*

850 Extende, quod nec etiam appellatio valet à sententia ferenda, & ratio est, quia regulariter non grauatus non appellat, nisi de irreparabili damno tractaretur vt est in tortura; à qua, antequam inferatur, ex prædicta ratione appellatio datur, & ptopterea in ea erit suspendendum; imò ab eius comminatione appellatur, pro vt ita quotidie seruari restatur *Riccius in sua decis. Cur. Archiepisc. Neapol.* 13. *& in sua collect.* 1311. *in princ. & & Crauetta ritu* 249. *Magna Curia. & Rot. decis.* 637. *par.* 3. *recent.*

851 Immò adde, quòd cum tortura sit contra ius, quando non adsunt indicia, & propterea in appellatione non est necessaria causæ expressio, *vt ait Gratian. lib.* 2. *disceptat. cap.* 232. *num.* 28. & sic appellatio isto casu sine expressione valeret.

852 Rursus altera ratio, quare appellatio non valeat à sententia ferẽda, ea est, quia appellans debet exhibere sententiã, vel in appellatione ponere illius effectum, quòd enim sufficit, quamuis etiam non exhibeat, *vt ait Gratianus lib.* 1. *discept. cap.* 17. *num.* 1. *&* 2.

853 Contrarium ei, quod fuit dictum supereo, quòd quis non appellet, qui non sentit damnum ex sententia, *ait Surd. & Lancellot. allegat. à Grat. lib.* 1. *discept. capit.* 100. *num.* 48. *& veluti dixi supra in ampliatione* 52. & ibi recurrendo con cordabis.

854 Et ratio istius secundæ opinionis, ex eo fundatur, quòd scilicet sufficiat, vt quis suspicetur in futurum debere pati damnum ex sententia, licèt in præsenti illud non patiatur.

855 Item, quando ea à futuro grauamine detur, *vide Rotam decis.* 23. *nu.* 2. *in nouis.*

856 Sed primam opinionem tenendo, extende eam procedere, quando appellatio esset generalis à grauaminibus, veluti dicitur de generali allegatione nulli ita tum, quæ in iudicio non valet, nisi grauamina, & nullitates specificentur, *vt ait Rota decis.* 70. *num.* 1. *de appellat. in antiq.*

837 Sed tenendo secundam, extende eã, multò magis procedere, quãdo essemus in causa beneficiali, *vt ait Rota decis.* 39. *in fine eodem tit. in nou.*

858 Limita vigesimoprimò, quod appellatio sit prohibita, quo ad effectum suspensiuum in causa commissa cõscientiæ Iudicis, per illam clausulam (conscientiam tuã onetamus, &c.) quæ dicitur electiua industrię personæ, *vt ait Marches. de com mis. par.* 1. *cap.* 6. *nu.* 89. *idem ait Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 849. *num.* 6. *& decis.* 86. *num.* 8. *& Rota decis.* 61. *in fine de re-scri. in antiq. quæ mouetur ex glo. in c. statutum, §. assessorem in verbo relinquatur eo tit. & ibi firmat glosa à casu tali non posse appellari; item ad id infinitos allegat Borell. in sua summa decis. tit.* 33. *de appellat. num* 528. *& seqq.* vbi multas declarationes huic regulæ adducit, & prę- sertim rationem ibi de hoc assignat, dicens, quòd isto casu solus Deus est illius Iudicis superior, & ibi multę diffinitiones adducũtur à Doctoribus, quo modo conscientia accipiatur in istis terminis, sed melior est omnibus aliis illa, quę ait, quòd cõscientia est quoddam lumen, siue dictamen rationis in animam hominis inditum, dicta quasi cordis scientia; quippe quod illa intus cordi admoneat, testificetur, & mentem repręhendat, si quid forte contra Dei pręceptum fieri videat, & ibi quoque inuenies multas fallẽtias huic regulę assignatas quas per te videre poteris.

Declara tamen, quòd possit recurri ad superiorem per viam supplicationis. Veluti quando conscientię fuisset additum aliquod verbum iustitiam respiciens, & quando causa esset magni pręiudicij, siue si lęsio daretur, quia istis casibus appellatio esset dabilis in hac materia, *vt ait Saccia de appellat. quęst.* 17. *limit.* 15. *num. tertio cum sequentibus.*

Extende eodem modo procedere in executore vltimarum voluntatum, cuius cõscientia fuit à testatore onerata, quia ille non per viam iustitiæ, & appellationis cogi potest, sed per ordinarium, & sic

per

per viam officij superioris misericorditer implorati, vt rationem distributionis eleemosinarum reddat, *vt ait Felinus in capitulo significasti, il primo, num. 4. de homicid. allegat. à Scaccia ibi supra nu. 3. in fine*.

Subdeclara tñ, quòd differût inter se istæ duæ clausulę, nempè ea secundû conscientiâ, & altera super quo conscientia oneratur; nã in primò casu, si delegatus erit; subdelegare nequit, quia tûc cęsetur electa personæ industria, at secus in secundò, & ratio est, quia in primò casu ea censetur adiecta in vim executionis, vel monitionis, *vt dicunt Abb. Fel. & alij alleg. à Marches. de commiss. p. 1. c. 6. n. 92. & Rota dec. 18. de concess. praeben. in nou. & decis. 130. num. 4. par. 3. diuers.*

Subdeclarari rursus debet, quòd illa clausula (tuam conscientiam oneramus) solet importare arbitrium boni viri, *cap. non solum, de regul. iur. in 6.* neque propterea potest Iudex, neque debet, ob eã clausulam sequi conscientiam, sed bene iustitiam cõmuni, & publica lege munitã; aliàs, si rem ita se habere in conscientia afferat, male iudicabit, *vt latè ait Menoch. de arb. Iud. cas. 1. q. 8. nu. 40. & seq.* cum ibi allegatis; Veluti eodem modo venit dicendum, quãdo aliquid committeretur cum clausula (prudentiæ tuæ committimus) quę quidem venit intelligẽda arbitrio boni viri, & illud erit regulandum secundum statuta loci, *vt dicunt doctores allegati à Marches. in praecitato loco num. 85. & seqq.*

859 Limita 22. quòd appellatio nõ datur in obligationibus voluntarijs, *vt fuit decisum à Rota in Therracinen. Molendini 2. Maij 1608. coram Cardinali Caualerio & prius in Romana executionis laudi 26. Octobris 1584. coram Cardinali Pamphilio.*

860 Vndè, si fuerit facta conuentio inter aliquos per modum transactionis, & pręsertim, si tractetur de rebus administratis, tunc exequtio debet esse parata, & ita seruari testatur *Lancellott. de attent. appelat. penden. cap. 12. in praefat. num. 20. cum seq. tom. 5. fol. 347. & ampliat. 2. num. 15. fol. 351. allegat. à Grattiano lib. 4. disceptat. cap. 665. num. 12.* Secus autem, vbi essemus (verbi gr.) in stipulatione prætoria de soluendo iudicatum quæ ex necessitate interponitur, cû aliàs non admitteretur defensor, nisi satisdaret de soluendo iudicatum, & ideo ea habet in se illam tacitam conditionem, iudicatum soluendi, si non appellauerit, & sic cum ea in æquitate sit fundata, idcircò magis huic casui succurritur, quàm vni, qui voluntariè promiserit & præsertim, quando conuentio esset facta, per modum trãsactionis, ratione administrationis, quæ de sui natura paratã executionem habet, *vt dicunt doctores allegati à Grat. ibi sup. & veluti dixi in verbo administrator concl. 56. num. 89. & prius sub num. 43.*

861 Limita vigesimotertio, quòd appellatio non tolleratur à decreto de restituendo prioribus, & potioribus aliquam summam pecuniarium, ad omne mandatum domini, *vt fuit dictum in vna Romana Vineæ de Pannellinis 26. Februarij 1603. coram Cardinali Mellino.*

862 Extende primò id magis procedere, si essemus in obligatione Camerali, quia per istud decretum dicta obligatio non vulneratur, sed illi danda est executio, & si forte oriatur commissio in causa appellationis, cum clausula illa (si quid exequendum) tunc huiusmodi clausula viam executiuam præseruat, & effectum suspensiuum impedit, si de Iure excutioni locus erit, *vt ait Rota ibi coram Mellino.*

863 Extende secundò procedere, etiam quòd non adsit clausula illa (& ad omne mandatum Domini) quia id non facit quominus executiuè procedi possit, sed illa clausula ponitur ad faciliorẽ executionem, vt scilicet, etiam sine citatione Iudex possit solutionem ordinare, *ita fuit dictum à Rota in Romana pecuniaria Lunæ 2. Aprilis 1601. coram Card. Saraph. quæ est in eius impress. decis. 1396. num. 1. & 2.*

864 Contrarium licet teneat *Grat. lib. 4. discept. cap. 772. num. 6.* vbi ait, quòd dicta clausula deficiente executiuè procedi non potest.

865 Extende tertiò dictam limitationem procedere in promissione facta de soluẽdo iudicatum, quę aliam sententiam expectare non debet, sed executiuè venit procedẽdum, quod tñ intellige verum, quãdo

do obligatio non fuit generalis, sed specialiter restricta ad id, quod (verbi gratia) fuerit iudicatum per Dominũ Marcum Antonium; Rursus id procedit in stipulatione Prętoria de iudicatum soluendo, quę ex necessitate interponitur, at secus in voluntaria per regulam, vt scilicet lex magis succurrat facienti actum ex necessitate, quàm ex voluntate, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 665. num. 7. & seqq. & pro prędictis facit decis. Francisci Marci 357. num. 2. parte 2. & Franchus decis. 208. nu. 2. & 3.*

866 Limita vigesimotertiò, quòd appellatio non detur à morum correctione, & à visitatione Ecclesiæ *iuxta dispositionem Sac. Conc. Trident. sess. 24. cap. 10. & Amat. decis. Marchiæ 25. in fine Grat. decis. 188. & Scaccia de appellation. q. 17. limit. 26. num. 1.* vbi ait, id procedere etiam in his quę à visitatione depẽdent.

867 Extende, quòd neque etiam datur à sentẽtia cõtra religiosos regulares per viam pœnitentię correctos, *vt ait Rota decis. 15. num. 6. par. 1. recent.*

868 Extende secundò, quòd neque datur à decreto Episcopi confraternitatem laicorum visitantis, & administratores ad reddendum computa compellentis, *vt ait dictus Gratian. dicta dec. 188. n. 10.* sed quę confraternitates, & quæ hospitaa, siue oratoria, ab Episcopo vti sedis apostolicæ delegato, siue tanquam ordinario visitari possint, *ait Azorius mox allegandus, & in hoc vide Concil. Trid. sess. 21. c. 8. & sess. 22. eodem cap. 8. de reform.*

869 Subextende idẽ procedere, quando essemus in hospitali, cum auctoritate Episcopi fundato, quia tunc diceretur locus pius, & illud esse Ecclesiasticum; aliàs secus, quia in illo secundo casu, ille ius visitandi non haberet, nisi vti sedis Apostolicæ Delegatus, nam vti talis posset etiam locum non pium visitare, iuxta formam Sacri Concilij, *vt ait Rota per Papam Ludouisium in sua decis. 4. num. 15. cum seq.* & in hac materia videndus est *Azorius institution. moral. par. secunda tit. de visit. lib. tertio cap. 41. & seq. per totum fol. mihi 217. & seqq.* & ibi docet quę sint facienda in visitatione, ac de illius forma à visitatoribus seruanda; Itẽ quæ sint necessaria ad hoc, vt hospitale, siue oratorium dicatur priuatum, & laicale, siue publicum, & religiosum, *item vide Sanchez. de Matr. to. 2. lib. 9. disp. 15. & Menoch. de præsumpt. præs. 132. lib. tertio, & Mascard. de probat. concl. 869.* sed animaduertas tamen, quòd hospitale dicitur priuatũ, & laicale ex eo solum, quòd hospitale nuncupatur, siue si à laicis administretur, *vt ait Rota decis. 268. num. 3. & seqq. p. 3. rec. & dec. 114. & 121. p. 2. diuers. & dec. 725. p. 1.*

870 Declara tamen ea quæ fuerunt dicta de appellatione, quæ scilicet non detur à pœna imposita à lege, vel Canone, non procedere in declaratione illius pœnæ, à qua appellatio datur, *vt ait Amat. dicta dec. 25. num. 1. & seq. & Marta in compilat. decis. in verbo Appellatio cap. 165. tom. primo, & Gratian. lib. secundo discept. cap. 232. num. 20.*

871 Subdeclara, quòd si Episcopus procedat ad correctionem morũ, non compilato processu in visitatione, tunc appellatio non admittitur, quoad effectum suspensiuum, quinimmò nec eò casu potest recusari suspectus, sed si processum compilare, atque pœnam ordinariam imponi mandauerit, tunc nedum appellatio permittitur, sed etiam suspectus recusari poterit, *vt fuit decisum à Rota Marchiæ per Gratianum decis. 188.*

872 . Sed nota tamen, quòd ad hunc effectum huiusmodi appellationes recipi prohibentur, per Auditores illius Rotæ Marchiæ, per vnam Constitutionem Gregorij XIIII. per quam omnis iurisdictio illis, in his casibus tollitur, quod enim procedit, etiam, si causa appellandi ob excessum adesset, & præsertim cum dicta constitutio per dictiones negatiuas loquatur, quæ actum reddunt de iure impossibilem, & omnimodam denotant resistentiam, ita vt Iudices omni potentia priuentur, sed si non adesset illa constitutio appellatio deuolutiua non tolleretur, *idẽ Gratian. ibi supra dicta decis. 188.*

873 Rursus declara prædicta non habere locum, quando excederetur modus in corrigendo, quia tũc appellatio daretur, *vt ait Abbas in c. ad nostram, §. porro nu. 7. de appellat.* Licèt sit benè verum, quòd est habenda maxima consideratio, & est

est

adhibēda maturitas, cautèq. erit procedendum in commissione appellationis, *vt testatur Marches. de comiss. in par. 2. cap. primo fol. 9. num. 71.* ibi subdens quòd piè, & iustè in religionibus, & præsertim Monachorum, & Regularium huiusmodi vsus appellandi sublatus est, cū ex talibus appellationibus multa damna cōtingere possent, quæ Religionis ordinem debilitarent, nec non Dei sacras ordinationes macularent, *vt ait Couarr. pract. quæst. cap. 23. num. 6. vers. 8. ex mente Soti lib. 5. de iust. & iur. quæst. 6. ar. 3.*

874 Sed ego pertranseo eum *Gozzadino in suo consilio 22. num. 15.* vbi tenet posse probari grauamina coram Iudice, ad quem, & præsertim, quando in corrigendo præsumptio odij, & malitiæ corrigētis subsit; nam valdè inconueniens est, vt vnus sępè de bono opere lapidetur, & sic, vbi non est dolus, ibi pœna esse non debet, *vt dicunt communiter Doctores, & signanter Magon. decis. Lucen. 49. n. 8.*

Et prædicta quæ fuerunt dicta super admissione appellationis in visitatione, extende eò magis procedere, si quis exemptionem allegaret, & de ea incontinenti doceretur; licèt secus, quando essemus in interlocutoria, in qua apellatio nō datur, *Scac. de appell. q. 17. limit. 26. n. 4. & 5.*

875 Limita 25. quòd à sententia arbitri appellatio non datur, & ratio est, quia ex ea actio non oritur, *text. est. in l. 1. C. de arbitr. & Riccius in sua collect. 773. par. 4. Rota decis. 353. in nou. Boer. decis. 284. num. 17.*

876 Fallit tamen primò, quando essemus in reductione ad arbitriū boni viri, quæ appellationi est similis, *vt ait Afflict. decis. 51. & Franc. Marc. decis. 151. par. 2.*

877 Fallit secundò, quando Iudex ad quem negotium remittitur, vt ad bonum virum, pronunciaret benè aut malè arbitratum à sententia, quia tunc appellari poterit, *vt ait Gail. in obseruat. 149. lib. 2. Boerius decis. 284. & Papon. lib. 6. tit. 3. arest. 23.*

878 Fallit tertiò in Camera imperiali, vbi appellatio à sententia arbitri datur, *vt ait Misinger. cent. 4. obseruat. 98.*

879 Fallit quartò in sentētia laudi, à qua potest appellari, & ideò stante appellatione non poterit agi ad pœnam in com promisso appositam, *vt ait Puteus decis. 394. lib. 2. & Scaccia de appell. lib. 3. c. 2. quæst. 17. limit. 14. num. 1. cum seqq.*

880 Quod tamē intelligē procedere, quā do laudum enormissimam læsionem, vel manifestā iniquitatē cōtineret; imò id procedit etiam, si cum iuramento fuisset cō promissum; & ratio est, quia illud enormissimæ læsioni, & euidenti iniquitati nō adstipulatur, *vt ait Gayl. obseruation. 150. lib. 1. Scacc. ibi supra, & veluti dixi in concl. 86. sub num. 137.*

881 Et quæ in hoc dicatur læsio enormis, & iniquitas, tradit pulchrè *Guidop. decis. 253. per tot. & Rota per Buratt. in sua dec. 75. per totam.*

882 Fallit quintò, iuxta illud, quod hodie seruatur, circa sententiā arbitrorum, à qua appellatio datur, cum arbitria hodie ad instar iudiciorum fuerint redacta, *vt refert ita fuisse decisum in Senatu Sabaudiæ Faber in sua decis. 6. C. de arbit. Rota per Cæsarem de Grassis dec. 57. aliàs 11. de probat.*

883 Sed in primis ad effectum cognoscēdi, quando appellatio à sententia arbitri esset recipienda, aut non, hoc modo erit distinguendū, nempè; Aut quis est arbiter, idest quem ius elegit, & sibi causam certam examinandi exprimit, & committit, *iuxta textum in c. suspicionis de officio deleg.* & tunc, quia talis in omnibus, & per omnia iudici ęquiparatur, idcircò ab eius sententia appellari poterit, *cap. arbitris eodem titulo. & ibi Doct.*

884 At secus erit in arbitro de communi partium consensu electo, quia tunc videntur inter eos transægisse, & per consequens, ab illius sententia non appellabitur, *l. 1. & ibi Doctores C. eodem titulo, & cap. dilectus eodem tit. & pulchrè Gayl. in sua obseruat. 150. num. 4.*

885 Et hunc secundum casum extende multò magis procedere in sententia Arbitratoris, qui dicitur amicabilis cōpositor, & propterea nulla iuris solemnitate seruata, differentias, & controuersias amicabiliter ex bono, & æquo diffinit; licèt tamen illius iudicium arbitrio boni viri regulari debeat, *vt fuit dictum in vna Asculana pratensæ nullitatis laudi Lunæ 5. Iulij 1599. coram Litta.*

De-

886 Declara tñ illud, quod fuit dictũ de sententia arbitratoris, arbitrio boni viri regulandũ, procedere, quando arbitrator haberet facultatem procedendi altè, & bassè, & prout sibi placuerit, quia tunc ab illius sententia appellatio, & reductio non datur, iuxta opinionem *Hostiensis*, quam approbauit *Rota in Romana vigintimillium 30. Iunij* 1580. *coram Cardinali Lancellotto Seniore.*

887 Contrarium huic fallentiæ multi tenent *in dict.c. quinta vallis, & in l.societatem §.arbitrorum ff. pro socio, Dec. in cons.* 504. *& cons.* 533. *Natta cons.*14. *num.* 7.

888 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando laudum euidenter iniustitiã, & læsionem enormissimam, vel maximam contineret. Secunda verò opinio procedit, quando secus, & ratio est, quia ex enormissima læsione dolus arguitur, & propterea licèt fuerit promissum de stando laudo, & res fuerit collata in meram, & liberam arbitratoris voluntatem; nihilominus appellatio datur, cum semper intelligatur de iusta, & non de dolosa voluntate, & propterea videmus, quòd etiam assertioni arbitrorum non est standum, etiam, quòd eis data fuerit facultas procedendi, sine scriptis; aliàs esset velle apperire viã fraudibus, & sic raró posset peti reductio ad arbitrium boni viri, *vt fuit dictum in Romana laudi Venetijs* 28. *Iunij* 1613. *coram Buratto, quæ est in prima parte in recentior. decis.* 515. *& pro hac opinione facit, etiam decis.* 240. *num.* 5. *&* 6. *par.*2. *in recentior.*

889 Extende primò id, quod fuit dictum de reductione ad arbitrium boni viri, adeò procedere, vt neque illud denegari possit, etiam si fuerit illi arbitrio renunciatum, & reuisioni ipsius cum pœna; quia nihilominus, quando læsio grauis prætendatur, tunc erit admittenda reductio, *Guidopap. dec.* 168. *Magon. decis. Lucen.* 98. *Papon. lib.* 6. *titulo* 3. *arrest. prima, & Boer. decis.* 284.

Contrarium licèt multi teneant *allegati à Scaccia de appell. libro* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *limit.* 14. *sub num.* 3. vbi hanc opinionem esse magis cõmunem testantur. Concordari tamẽ possunt prædictæ opiniones hoc modo, nempe, vt prima procedat, quando Iudex reductionis laudum auxit, siue minuit in magna quantitate. Secunda verò, si in modico, *vt dicunt Doctores allegati à dicto Scacc. ibi supra sub num.* 3. *vers. alij verò, & præcipuè Boer. dicta decis.* 284. *sub num.* 18. *& pulchrè Beninten. decis.* 15. *Rotæ Boboniæ per totam.*

890 Sed tenendo primã opinionem, extende secundò, eam procedere, etiamsi Iuramentum adsit, quia illud nunquam enormissimæ læsioni adstipulatur, vt superius diximus, neque per consequens illã renunciationem firmat; nam Iuramentũ semper sequitur naturã actus, super quo interponitur, & ideò, si actus erit nullus, iuramentum quoque elusorium reddetur, *vt dicunt Doctores mox allegandi, & veluti dixi in concl.* 84. *num.* 161.

891 Et ratio prædictorũ ea est, quia iuramentũ non debet esse vinculũ iniquitatis, nec minus vnquam illud auget obligationem, sed eam benè validiorem reddit, *Guidopap. dicta decis.* 519. *Ioseph. Ludouic. in decis. Lucen.* 27. *Cassad. decis.* 1. *de empt. & vend. Capell. Tholos. dec.* 268. *& Rota decis.* 2. *de arbitr. in antiq.*

892 Declara tamen illud esse verum, ob tenta tamen prius ab eo absolutione; alias secus, vt latè dixi in verbo Absolutio à iuramento, *& veluti ait in terminis Borgnin. decis.* 9. *de Iudic. & Ioseph Ludouic. decis. Lucen.* 48.

893 Sed in proposito hic erit notandum, quòd si quis petat laudum rescindi, per viam reductionis ad arbitrium boni viri etiã per modũ restitutionis, nõ ob id cẽsetur contrauenire, sed tũc videretur solum ius speciale restitutionis intentare, *vt ait Bellamer. decis.* 299. *per totam.*

894 Extende tertiò, vt si compromittẽs sit læsus, ne dum beneficium reductionis habet, sed etiam potest recurrere ad remedium, *l.*2. *C. de rescind. vend. vt refert ita fuisse decisum Misinger. centur.*1. *obseru.* 33.

895 Extende quartò, procedere, etiam si quis esset læsus in sexta parte debiti, vt pulchrè animaduertit *Guidopap. videndus decis.* 519. *Ioseph. Ludouic. decis.* 27. *Rota Lucen.*

896 Extende quintò, vt etiam à sententia

tia nulla possit ista reductio peti, *vt ait Marzon. decis. Lucen.* 98.

897 Extende sextò, quòd ista reductio sit petenda coram Iudice rei, *vt ait Misinger. in sua obseruatione* 61. *centur.* 3.

898 Sed declara tamen, quòd si tempus lapsum fuerit appellandi, & reductionem petendi, tunc tacitè censetur consensum fuisse sententijs arbitrorum, *vt dicunt Doctores superius allegati*, & intra quòd tempus ea sit petẽda reductio *dixi in verbo arbiter concl.* 133.

899 Vlterius nota, quòd ad cognoscendum, an aliquis sit assumptus vti Arbiter, an verò vti Arbitrator, tunc non attenditur significatio vocabuli, sed modus procedendi; vndè, si in aliquem fuerit compromissum, vti arbitratorem, cum ea conditione, vt libellum, responsiones & probationes recipiat, & Iuris ordine seruato procedat, tũc ille nõ arbitrator, sed arbiter censendus erit, *Mohedan. decis.* 5. *de Iudic. num.* 3. *& Rota in Ciuitatis Castelli hæreditatis, seu nullitatis laudi* 14. *Ianuarij* 1605. *coram Gregor. XV. & in Romana societatis* 27. *Iunij* 1611. *coram Card. Sacrato.*

900 Sed benè verũ, quòd in dubio quis potius est censendus Arbiter, quam Arbitrator, *vt ait Cæsar de Grassis dicta dec.* 57. *aliàs* 11. *de probat. Alex. cons.* 55. *n.* 9. *lib.* 5. *& Mascard. de probat. concl.* 25. *num.* 1.

901 Contrarium licèt teneat *idẽ Alex. cons.* 13. *num.* 6. *lib.* 1. *Alciat. de præsumpt. regula* 3. *præsumpt.* 35. *Menoch. cons.* 606. *num.* 10. *& Gabr. conclus.* 110. *nu.* 17. 23. *&* 24.

902 Declara vltimò, quòd licèt in prædictis casibus reductionis ad arbitrium boni viri, appellatio tolleretur, id tamen non procedit in Iudice definiente causam reductionis, ad euitandam infinitatem causarũ, ne partes in expensis consumantur, *Gratianus decis.* 86. *num.* 1.

Contrarium licèt dicant *alij allegati à Gratian. ibi supra num. tertio, & quarto.*

Concordari tamen poterunt tali modo prædictæ opiniones, nempè, vt prima procedat non retardata executione, si tamen præstetur cautio in casu retractionis. Secunda verò, quando secus; Item prima procedit de iuris rigore. secunda verò de æquitate, iuxta ea *quæ ait Grat. ibi supra d. dec.* 86 *in* 1. *& in fine.* & multa dixi in hac materia in verbo Arbiter, vbi reccurrere poteris.

Extende eam declarationem procedere, etiamsi ille iudex in aliquo modico augeret, siue laudum hoc minueret. Licèt secus, si in magna quantitate, *vt ait Scaccia de appellation. q.* 17. *limit.* 14. *sub num.* 3. *vers. alij verò.*

903 Limita vigesimosextò, quod appellatio non datur à iurisdictione temporali ad Ecclesiasticam, & è contra, *vt ait Franciscus Marcus decis.* 609 *num.* 3. *par.* 2.

904 Limita vigesimoseptimò, quòd ea non concedatur, quando Iudex renuit relaxare vnũ sub fideiussione in casibus in quibus relaxare est solitus, quia cum id totum in eius arbitrio consistat, igitur, si eo aliquius fauorem non vtitur quis de eo conqueri prohibetur, *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 146. *nu.* 16. *& ibi alios Doctores allegat.*

905 Extende idem procedere, si iudex recuset minuere pænã delinquenti, etiãsi ea in eius arbitrium fuerit collata, quia tunc, cum ille in his Principi æquiparetur qui non potest repræhendi, idcircò appellationi non erit locus, *vt ait Gratian. ibi supra num.* 21. *&* 22.

906 Limita vigesimooctauò, vt appellatio nõ detur suspensiua à sententia A.C. super immissione in possessionem beneficij, exequendo tamen litteras appostolicas, aliàs in beneficialibus iurisdictionẽ non habet de perse, ex suis facultatibus ordinarijs, vt dicam in verbo Auditor, *& ita fuit dictum in Fauentina Monasterij* 15. *Decembris* 1603. *coram Card. Seraphino, quæ in eius impræssis est dec.* 1484. *num.* 2.

907 Et ratio est, quia litteræ Apostolicæ habent executionem paratã, vltra quòd in commissione appellationis à sententia executoris solet apponi clausula (sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum) *&* altera (parito breui) *vt ait Rota ibi supra num.* 3. & vide quæ dixi in verbo Apostolicæ literæ, & ibi multa inuenies.

908 Limita vigesimonono, quòd appellatio non sit licita, quando per statutũ fuit sublata, immò nec etiam alia defensio

sio competit, alias nullitatem appellans induceret, etiamsi ne dum ea ex alio, verum etiam ex eodem statuto resultaret; quod tamen declara verum, quando excluderet nullitatem post terminum præfixum, quia tunc omnis nullitas, etiam notoria comprænditur, ac secus, quã statutum simpliciter nullitatem excludit, quia tunc non excluditur ea, quæ ex eisdem statutis prouenit, *vt ait Puteus mox allegan.*

909 Extende id adeò esse verum, vt propterea appellatione per statutum prohibita, censeatur etiam prohibita in casibus, in quibus de iure appellatio permittitur, ne statutum elusorium reddatur, quod tamen intellige verum de Iure Ciuili, at secus de Iure Canonico, quia tunc satis operaretur statutum, dum appellationem tolleret in foro ciuili, quòd fieri non potest in foro canonico, *vt ait idem Puteus decisione* 285. *numero septimo libro secundo.*

Subextende, quòd appellatio per statutum prohibita non solum debet intelligi, quoad effectum suspensiuum, nẽpe, vt per appellationem non suspendatur sententia, neque illius executio. Verum etiam quoad deuolutiuum, quia non deuoluetur negocium ad Iudicem, ad quẽ, etiam facta executione, *vt ait Capic. decis.* 34. *num.* 3.

910 Limita trigesimò in sententia lata in causa reconuentionis à qua non datur appellatio, *vt ait Giurb. decis. Sicil.* 3. & ratio est, quia ea assumit naturam causæ principalis, vndè quemadmodum causa conuentionis est summaria, ita erit illa reconuentionis, *vt ait Misinger. obseru.* 4. *centur.* 3. *& Bal. decis.* 65. veluti eodem modo dicitur de venditore, qui non poterit appellare à sententia ad fauorem emptoris lata, si eidem emptori esset prohibita facultas appellandi, contra venditorem, ad hoc, vt æqualitas in iudicijs seruetur, *Giurb. in decis.* 8. *Guidopap. decis.* 436. *num.* 102. *& Magon. in decis. Lucen.* 58. *num.* 6. vbi extendit id procedere quoque in statuto, quòd prohiberet appellationem à sententia lata contra debitorem, super instrumento guarentigiato, quia illud extenditur, etiamsi ad fauorem debitoris pronuncietur, quia tunc, neque actori appellare licebit ex illa ratione æqualitatis seruandæ, & virtute correlatiuorum, quod est optimum argumentum in iure, *vt ait Magon. ibi supra Card. Caualer. decis.* 158. *num.* 4.

911 Extende primò idem procedere, in sententia, quæ fuerit lata in Iudicio reuisionis, vt testatur ita fuisse seruatum, *idem Giurba in sua pulchra decis.* 35. & ratio est, quia vbi sententia à substantia appellationis perpetuò cecidit, à collitigante amplius reintegrari non potest, *vt ait Monter. in dec. Aragon.* 24. *n.* 25. *& dec.* 25. *num.* 26. & si vis videre multos casus, in quibus appellatio prohibetur, recurras *apud Sess. in decis. Aragon.* 172. *lib.* 2.

912 Extende secundò id, quod fuit dictũ de causa conuentionis, eodẽ modo procedere in illa reconuentionis, & ideò perempta iustitia in vna, censetur etiam perempta in alia, quia quælibet earum eisdem priuilegijs potitur, *vt ait Cancer. lib.* 2. *cap.* 3. *de reconuent. & Magon. in decis. Lucen.* 58. *& Guidopap. in præallegat. decis.* 436. *nu.* 102. *& seqq.*

913 Subextende, quòd habens arbitriũ in causa conuentionis, habebit illud etiã in illa reconuentionis, *vt ait Rubin. in sua decis.* 31.

914 Declara tamen id non procedere in casu *decis.* 2. *Giurbæ*, vbi fuit resolutum sententiam non esse nullam, si super causa cõuentionis fuerit decisum, omissa reconuentione, quem sequitur *Auson. decis. Maceraten.* 8. *lib.* 2.

Sublimita tamen prædicta in materia reconuentionis procedere, quando indifferenter fuit actum vigore obligationis Cameralis, & sic, quando soluens velit repetere ab eo, qui vigore obligationis Cameralis exegit; aliàs exactus in repetitione solutorum via ordinaria procedere debet, *vt ait Scacc. de appell. q.* 17. *limit.* 9. *num.* 58. *cum alijs alleg. ab addente ad decisionem Gregor.* 581. *num.* 10. *& ita quoque fuit resolutum à Rota in Romana, seu Rauẽnaten. pecuniaria Mercurij* 26. *Iunij* 1630. *coram Pirouano.*

Licet tamen, id absolutè fallat, quando inter Mercatores ageretur actione contraria mandati, & vigore literarum Cambij, quia tali casu veluti

veluti actio directa habet paratam exe cutionem contra acceptantes litteras, *vt ait Card. Seraph. decis. 562. num. 2. Rota Ianuen. decis. 2. num. 9. & decis. 126. num. 8. Baid. consil. 349. num. 4. lib. 1.*

915 Limita trigesimoprimò, quòd neque appellatio datur a sententia lata in vim iuramenti decisiui, instante parte, quia iuramentum iudiciale pro veritate habetur, *vt ait Buer. decis. 305. per totam & Fachineus in lib. 1. controuers. cap. 23. vbi confutat opinionem Cacher. decis. Pedemont. 60. nu. 6. & seqq.*

916 Limita trigesimosecundò in sententia lata à Collegio Cardinalium in causa illis à Papa commissa, veluti dicitur, etiam ab ea lata à Senatu, siue à Supremo Consilio Principis, vtpotè à Iudicio Assessorum Cameræ Imperialis, à Sacro Cõsilio Neapolitano, & à supremis Galliæ Parlamentis, *vt ait Mastril. in decis. 158. num. 2. & decis. 196. & alij allegati à Borello in sua summa decis. tit. 33. de appellat. num. 180. & seqq. & Franc. Marc. decis. 345. n. 3. par. 1.*

917 Extende prædictam limitationem multò magis procedere in sententijs latis à Papa, Imperatore, & Rege, & ratio est, quia ob Principis dignitatem omnia benè gesta præsumuntur; & ratio rationis est, quia cor Regis in manu Dei est, & præsertim, quia sententia Regis semper cum deliberatione Consiliorum profertur, *vt ait Gramat. in sua dec. 35. n. 1. & cæteri DD. allegati a Farinac. in sua quæst. 101. num. 72. & seq. par. 2.*

918 Declara tamen, quòd licèt appellatio non detur a Sententia Principis, datur tamen ad eundem recursus, & reclamatio, *Capic dec.* 101. veluti etiam appellatio daretur, si Rex ad relationem alterius pronunciaret, quia tunc potius diceretur à Sententia priuati, quàm ab illa Principis appellari; quinimo id quoque procederet in sententia lata à Delegato ipsius Principis, etiamsi ille secundũ Cõsilium eiusdem Principis pronunciaret, *vt dicunt DD. allegati à Farinac. in præcit. loco sub n. 74. cum seqq. & præsertim Grammat. dicta decis. 35. & Capicc. in dec. 111. n. 2.* Licèt ille cõtrariũ dicat in sẽtentijs iudicum, quibus causę comittetur, cum clausula (vt pronunciẽt nomine Regio) licèt secus tamen seruetur in Vrbe, quãdo in sẽtentijs condemnatorijs apponuntur illa verba (facto verbo cum Sanctissimo) quia non per hoc quis appellare prohibetur, licèt sit benè verũ quòd cũ Princeps manũ apposuerit, tũc nõ nisi ad signaturam Sanctissimi recurri poterit, *vt animaduertit Farinac. in præcitato loco sub num. 78.*

919 Limita vltimò, quòd scilicèt appellatio nõ detur in infrascriptis casibus, nẽpè in crimine hæresis, simoniæ, raptus, falsæ monetæ, in insignibus latronibus, seditionum concitatoribus, & factionũ ducibus, in crimine assassinij, in eo veneficij, in homicidio, à pœna legis, in sentẽtia excomunicationis, quoad effectũ suspensiuum, & quandu non contineret intolerabilem, & patentem errorem, prout contineret, si diceret (Excomunico te, quia facis elemosinam) itẽ in condemnatis pro aliqua administratione publica, vel pro debito priuato Principis, necnõ in officialibus cõdemnatis, pro delictis commissis in eorũ officio, vtputa in Nũcio, notario, executore, seu alio ab eius prætore condemnato, licèt secus, si condemneretur pro delicto, siue pro causa Ciuili officium non tangente, quia tunc appellatio non prohibetur, Itẽ in sentẽtia syndicatus, licèt multi teneant opinionẽ contrariã esse veriorẽ, quod tamẽ fallit ex cõstitutione Marchiæ, quæ omnẽ difficultatẽ tollit *lib. 6. c. 2.* quo loci omnẽ appellationem tollit in sindicatu. Demũ appellatio nõ datur in sẽtẽtijs latis à Gubernatore Vrbis, seu eius Locũtenentibus in causis crminalibus, nisi motu proprio Sãctissimi, Veluti neq; etiam à condemnationibus in pœnis pecuniarijs fisco Camerę Apostolicæ aplicãdis appellatio datur, neq. admittitur, nisi facto actuali deposito, si cõ demnatus sit diues, si verò pauper, data cautione in forma depositi Iudicis arbitrio ex constitutionibus Pontificũ, quæ tamen non extenduntur ad terras Baronum, & feudatariorum, quia pœnę eorum Camerę, seu fisco applicantur. Animaaduertẽdo, quòd in criminalibus, in quibus fuit dictum appellationem esse prohibitam, nõ denegatur saltem supplicatio, querela, siue recursus ad Principem, vt de prædictis omnibus latè tradit *Farin. in dicta*

sua

sua quaest. 101. *num.* 67. *cum pluribus sequentibus*, & ibi ad eorum corroboratio nem infinitos Doctores adducit, *& Scaccia de appellat. q.* 17. *limit.* 4. *per totam, & Capicc. decis.* 101. *num.* 2.

920 Declara praeterea, quòd in omnibus casibus, in quibus appellare non licet, non tamen prohibetur de nullitate dicere, siue notorietatem iniustitiae sententię allegare, quemadmodum, etiam venit dicendum de crimine violentiae, raptus, falsae monetae, seditionis, insignis latrocinij, assassinij, haeresis, & simoniç, in quibus si reus fuerit ore proprio legitimè confessus, aut legitimis, & à Iure approbatis probationibus conuictus, siue in fragranti crimine repertus, tunc verum est illis appellationem denegari, secus autem, si neq. captus in fragranti, neque legitimè confessus, nec plenè conuictus fuerit, quia tūc sola criminis atrocitas, siue qualitas ad prohibendam appellationem nō sufficit, aliàs esset velle dare occasionem Iudicibus indebitè grauandi, atque iniustè condemnandi inquisitos, absque quod eorum iniustitia, & grauamina, per alium probum Iudicem reuideri, & reprobari possint, quod enim graue absurdum diceretur, *vt ait Farin. in pracit. loco sub n.* 113. *& in quaest.* 102. *n.* 143. *& Decian. in tract. crimin. lib.* 8. *c.* 9. *n.* 12. *tom.* 2. vbi ait hanc opinionē esse verissimam, *& vide Clar. in sua prax. crim. §. fin. q.* 94. & ibi multas distinctiones adducit in hac materia.

ARGVMENTVM.

DE CASIBVS QVI IN APPELLAtione, & post eam contingunt, ac de eorum effectibus, & remedijs.

CONCLVSIO CXXIX.

1 REGVLA primi casus est, q̄ appellatio conseruat appellantem in primeuo statu, & perinde est, ac si nunquā sententiatū fuisset, *vt ait Seraph. de priuil. iur. priuil.* 132. *n.* 34. *& fuit dictum in Sabinen. dotis Lunae.* 13. *Martij* 1606. *corā Card. Sacrato, qua est apud Marches. de commiss. par.* 2. *nu. primo fol.* 32. *Gratian. libro primo discept. cap.* 40. *num.* 45. *& Franciscus Marcus* *decis.* 121. *num.* 5. *par.* 2. *Surdus decis.* 335. *num.* 13. *& Franch. decis.* 370. *num.* 17. *&* 19. *idem Grat. decis.* 32. *& decis.* 54. & ibi plures ad id DD. allegat, *& Capic. dec.* 28. *num.* 6. vbi ait, quod appellatio rem reducit ad terminos, in quibus erat post litem contestatam, sed non ante eam

2 Extende primò id adeò esse verum, vt propterea appellatio dicatur de appendit ijs primae instantiae, & ob id subiacet statutis loci dictae primae instantiae, *vt dicunt DD. allegati à Rota in vna Bononien. bonorum Emphiteuticorum* 29. *Maij* 1581. *coram Robusterio, quae est apud Statil. de Saluiano dec.* 248. *num.* 2. *& in Bononien. Portoni* 17. *Decembris* 1607. *coram Card. Marcomontio, qua est apud Marches. de cōmiss. par.* 1. *fol.* 978. *num. quinto, Accbil. de Grassis decis.* 4. *n.* 1. *de appellat. & dec.* 4. *n.* 2. *de procurat. & Rota dec.* 330. *n.* 1. *par.* 1. *diuers.*

3 Et propterea videmus, quòd causa appellationis censetur commissa, iuxta formam statuti, quādo prius talis causa fuit, iuxta illius formam cōmissa, *vt ait Put. decis.* 416. *num* 3. *lib.* 2.

4 Contrarium, licèt teneat *Mohedan. in decis.* 6. *tit. de procurat. & Rota decis.* 10. *num.* 2. *de rescript. Bisigneti.*

5 Concorda tu tamen, quòd scilicèt appellatio dicatur de appēditijs primae instantię, non aūt dictae appellationis prosecutio, *vt ait Rota decis.* 2. *alias* 21. *de procurat. in nouis, & Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 155. *num.* 43. *licèt Rota in decis.* 34. *num.* 2. *de praebend. in antiquis*, dicat, quòd appellatio, & eius prosequtio sint de actis causae.

6 Vndè videmus ex huiusmodi differentia, quòd procurator in prima instantia potest post sententiam substituere procuratorem ad appellandum, licèt non ad prosequendum, *vt ait Accbil. de Grassis decis.* 4. *de appellat. num.* 3.

7 Licèt fallat, quando procurator substituens haberet facultatem prosequendi, & omnem eius facultatem in substitutum transferret, quia tunc appellationem prosequi posset, *vt ait Puteus. decis.* 335. *num.* 1. *lib.* 1.

8 Extende secundò, quòd appellatio nedum pronunciatum suspendit, *vt ait dictus Grat. dec.* 32. *n.* 7. *& Afflict. dec is.* 188.

188. *num. quarto, & Franch. dicta decis.* 570. *num. quarto, idem Gratianus decis.* 34. *num.* 10. sed etiam in totum iudicatum, & eius effectum extinguit; quod tamen intellige verum de Iure Ciuili, secus autem de Iure Canonico, vt ita distinguendo, *ait Gratian. lib. primo disc. cap.* 131. *num.* 14. *Magon. decis. Florent.* 68. *num.* 3. & 8. & *dec.* 132. *n.* 11. & *Franc. Marc. dec.* 907. *num.* 3. *par.* 1.

9 Extende tertio, quòd etiam pendente appellatione, præsumptio sententiæ sit suspensa, quod tamen declara verũ, quoad impediendum effectum sententiæ, nõ autem quoad alia, quia etiã appellatione non obstante præsumitur pro Iudice, *vt ait Gratian. dicto cap.* 121. *num.* 12. & *lib.* 3. *cap.* 455. *num.* 14.

10 Extende quartò, quod dicta appellatione pendente, ita currunt vsuræ, id est interesse, sicut ante, *vt ait Angel. de Perusio in l. negotiorum ff. de appellat.*

11 Extende quintò, quòd ea iurisdictionem Iudicis suspendit, siue admittatur, siue reijciatur, *vt ait Gratianus in sua decis.* 9. *num.* 12.

12 Extende sextò, quòd nedum ea suspẽdit effectum sententiæ, sed etiam omniũ actorum primæ instantiæ, quæ non obstant in secunda, nisi reproducantur, *Rota decis.* 16. *de restit. spoliat. in nouis*, & *decisione secunda de restitut. in integrum in nouis.*

13 Licèt sit benè verum, quòd Iudex appellationis subintrat cum omnibus facultatibus, auctoritatibus quibus potiebatur Iudex à quò, *vt ait Cassiador. decis.* 8. *de rescript. Put. dec.* 425. *lib.* 2. & *pluries ita fuisse decisum à Rota, fuit dictum in Pampilonen. beneficij Mercurij* 14. *Martij* 1582. *coram Brauo.*

14 Declara præterea, quòd licèt per appellationem iudicatum suspendatur, nõ ob id tamen possessio tollitur, *vt fuit dictum in Placentina Saluiani interdicti Veneris* 17. *Iunij* 1589. *coram Cardinali Mantica, quæ est apud Marchesf. par.* 1. *de comiss. fol.* 1053. *num.* 4. & *in eius impressis decis.* 79. *num.* 4.

15 Fallit tamen primò in omnibus casibus, qui paratam habent executionem, vt superius dictum est in limitationibus, quia tunc appellatio ab illis casibus pronunciatum non suspendit, nec minus illud extinguit, & præsertim in causa alimentorum pauperi personæ debitorum, *vt dixi in limitatione* 3. & *idem ait Veral. dec.* 39. *par.* 1. & *Viuius decis.* 73.

16 Fallit secundò in causa mercedis, seruata tamen distinctione, de qua dixi *in ampliatione* 23. & *Rota decis.* 764. *par.* 1. *in nouiss. Anna singul.* 43. & *Gratian. decis.* 53.

17 Fallit tertiò, quando essemus in iudicio assistentiæ, *vt ait Afflictus dec.* 261. & veluti dixi in verbo *Assistentia*. Nam appellatio à mandato de manuten ndo non datur de Iure ciuili, neq. canonico, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Caualerium decis.* 88. *num.* 2.

18 Fallit quartò, in decretis affirmatiuis, veluti, si essemus in alienatione prædij minoris, & similium, *vt ait idem Afflictus dicta decis.* 261.

19 Fallit quintò *in casu decis. Franch.* 308. vbi fuit determinatum, quòd infra summam ducatorũ 150. executio non esset retardãda, quod quidem procedit, etiãsi prædicta summa, nec plus, nec minus esset, quia ille numerus stat inclusiuè, vt fuit resolutum in magna Curia Vicariæ, veluti ait, *idem Franch. in decis.* 703 *par. quarta.*

20 Declara tamen, quòd quamuis causa principalis non suspendatur, suspendi tamen potest, respectu expensarum, *vt ait Grat. lib. tertio discept. capitulo* 349. *num.* 10.

21 Et ratio est, quia ille in fine litis debẽtur, vt latè dicam in verbo *Expensæ*, & eo magis vbi essemus *in casu decis.* 778. *lib.* 3. *par.* 3. *diuersorum*. Secus autem vbi essemus in executione rei iudicatæ, quia tunc expensarum solutio venit facienda, si tamen in sententia extet illarũ condemnatio, *vt ait Rot. decis.* 805. *n.* 4. *in fine par.* 3. *recent.*

22 Fallit sextò, ob implicitam liquidationem, quando eam fieri opus esset, quia tunc appellatio deuoluit, sed non suspendit, *vt ait Rota decis.* 626. *num.* 2. *par. prima diuers.*

23 REGVLA secũda secundi casus appellationis est, vt ea pendente, nihil intra decem dies sit innouandum, aliàs vti attentatũ esset reuocandũ, *vt ait Antar. decis. Marchiæ* 64. *n.* 12. *Thesaur. dec.* [illegible] tã, & ita fuit dictum in vna [illegible] [illegible] *torum*

iorum 20 Decembris 1593. coram Card. Seraph. Ludouic. decis. Lucen. 59. & Rota in Vrgellen. beneficij coram Orano, quę est apud Marches. de cōmiss. par. 2. fol. 32. num. 1. & decis. 582. nu. primo par. 2. in recent. & dec. 632. num. secundo par. prima in recentior. & prius decis. 269. n. primo, & decis. 328. num. tertio, & decis. 351. num. primo, & decis. 505. num. 2. & decis. 655. num. primo, & tandem decis. 656. num primo d. par. prima recent. & ibidem decis. 340. num. quarto, & decis. 682. num. primo, Surd. decis. 327. & 335. num. primo, & Rota per Burattum decis. 139. num. secundo, vbi ait, quod im missio, siue executio facta, pendente termino ad appellandum, est attentata, & *in Gerunden. beneficij 27. Iunij 1611. coram Gregor. XV.* & in hac materia omni. no recurras in verbo Attentata, vbi pulchra inuenies, & *Rota per Cardinalem Caualerium decis. 615. num. primo, & decis. 599. num. 5. par. tertia recent. & prius dec. 341. num. tertio dicta par. tertia recen.* in quibus loquitur Rota de possessione capta pendente tempore ad appellandum, sed si forsan appellatio non fuisset legitimè interposita, tunc si gesta dicto tempore pendente, non reuocarentur, vti attentata, reuocarentur saltem ex capite nullitatis, *vt ait Rota decis. 176. num. 2. parte 3. recent.*

24 Extende primò, id procedere, siue simus in ciuilibus, siue in criminalibus causis, *vt ait Guidopap. dec. 74. & Franc. Marc. in dec. 907. num. 2 par. 1.*

25 Et propterea ex hoc infertur, quòd bannitus appellatione pendente, non potest impunè offendi, licèt id non procedat de consuetudine Parlamenti, & aliarum Curiarū Delpinatus, necnō quando essemus in confesso, & conuicto, *vt ait dictus Franc. Marc. ibi supra, & Guid. pap. dicta decis. 74*

26 Sed licèt prędicta opinio sit vera, & communis de iure, de consuetudine tamen non seruatur, *vt ait Lancellott. de attentatis in 2. parte cap. 11. num. 20. & seqq. cart. mihi 191. & Rota per Buratt. decis. 139 num. 10.* & ibi habetur, quòd stante consuetudine exequendi sententias super institutione, pendēte termino ad appellandum, tunc immissio, siue executio facta post appellationem interpositam, neque nulla, nec minus attentata diceretur, *vt fuit à Rota in decis. 641. par. quarta diuers. & decis. 1155. par. 3. lib. tertio diuers. Garz. de benef. par. 9. cap. quarto num. 29. Lancellot. de attent. dicta parte 2. cap. 12. limit. 48. n. 213.*

27 Et tenendo illam opinionem, vti de iure veram, extende eam in tātum valere, vt propterea talis bannitus, eo tempore ad appellandum pendente, possit quoque testamentum condere, & hæres institui, nec propterea intra illud tempus infamis dici potest, veluti eodem modo dicitur de vsurario, cū publicatione bonorum condemnato, contra quem dicto tempore pendente, executio fieri non potest, *vt dicunt DD. alleg. à Lancellotto c. 12. num. 89. fol. 202. de attentatis.*

28 Quinimò extēde, quòd etiam de iure diuino sit prohibitum, ne pendente tempore ad appellandum homicida interficiatur, iuxta ea verba, quæ leguntur in lege Mosaica, quæ sunt infrascrip a Numeri *cap. 35. Propinquus occisi homicidam interficiet statim, vt cum apprehenderit, sed ibidem subiungatur, quando transgressi fueritis Iordanem in terra Canaam decernite, quæ Vrbes esse debeant, in præsidium fugitiuorum, qui volentes sanguinem fuderint, in quibus, cum fuerit profugus cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stat in conspectu multitudinis, & causa illius iudicatur.*

29 Extende secundo id quoque procedere in appellatione extraiudiciali, qua enim pendente, non est capienda possessio, & si capiatur, diceretur attentata, *vt fuit dictum in vna Vrgellen. Archidiaconatus Veneris 24. Nouembris 1581. & in alia Maceraten. hæreditatis Lunæ 11. Maij 1587. coram Cardinali Pamphilio.*

30 Et ratio ea est, quia appellatio extraiudicialis, licèt in aliquo non conueniat cū iudiciali fallit tamen in materia attētatorū, quia ea vim intimationis habet, cuius enim contrauentio attentata causat, *vt ait Gratianus libro primo discept. cap. 84. num. 2.*

31 Sed nota tamen, quòd ad hoc, vt ea operetur, debet legitimè appellato intimari, *vt ait Rota decisione 486. num. tertio parte prima diuersorum, & Puteus decis. 405. num. 8. lib. 3.*

32 Quòd secus tamen esset, quando tenor appellationis ab appellato perlegatur, vel porrigatur sub authẽtica scriptura, & idem tradatur, quia tunc id pro legitima intimatione sufficit, *vt ait Rota decis. 486. num. 5. parte 1. diuers. Put. ibi supra dicta decis. 405.*

33 Contrarium, quòd scilicet extraiudicialis appellatio regulariter non causet attentata, nisi concurrentibus requisitis *decisionis 44. de appellat. in nou.* & nisi respectu eius, quòd fit contra appellationem, *tenuit Rota in Salamantina integræ portionis 20. Martij 1579. coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis decis. 397. n. 1. & Rota decis. 38. in nou.*

34 Et ratio est, quia effectus appellationis extraiudicialis est limitatus, vt nihil contra appellationem fiat, *vt ait Acchil. de Grassis in decis. 18. de appellat.* & propterea, nec isto casu deuoluit, nisi id quòd contra appellationem fieret, *idem Acchil. decis. 34. de appellat.*

35 Fallit tamen, quando Iudex superior cœpisset cognoscere de dicta extraiudiciali appellatione, quia tunc benè attentata causaret, *& vt ait Rota per Coccin. decis. 314. num. 3. & 4.*

36 Et contra appellationẽ illud fieri dicitur, quod fit, etiam in articulo connexo, *vt ait Rota ibi supra num. 3.*

37 Et tenendo primam opinionem amplia eam in tantum valere, vt propterea possessio capta dicta extraiudiciali appellatione pendente, officio Iudicis sit sequestranda, *iuxta stilum Rotæ, de quo testatur Cassad. decis. 3. num. 7. de restitutione spol. & Rota decis. 10. num. 4.*

38 Extende tertio prædictam secundam regulam procedere, etiamsi postea non fuisset appellatum, sed pendente dicto tempore ad appellandum fuisset attentatum, *vt ait Puteus decis. 30. num. 6. & 7. lib. 1. Cæsar de Grass. decis. 108. nu. 5. & ita fuit dictum in vna Meliten. beneficij 18. Decembris 1596. coram Litta. & ad id plures allegat Macerat. variar. resol. resol. 50. n. 1. 2. & 3. lib. 1. & Rota dec. 618. n. 2. p. 1. rec & prius ibid. dec. 513. n. 8. Franc. Marc. dec. 43. num. 1. par. 2.*

39 Declara tamen, quòd post illud tempus decem dierum amplius appellare non liceat, *vt ait Rota decis. 184. num. 24. dicta par. 1. in recent.*

40 Quòd quidẽ subextende procedere, siue in grauamine iudiciali, siue extraiudiciali versemur, quia tũc omni conquiescere solent, *vt ait Maranta in specul. parte 6. versiculo Tertio principaliter, num. 313. & num. 325. & Rota decis. 778. parte tertia diuers.*

41 Extende quartò, quòd attentata reuocantur, pendente dicta appellatione extraiudiciali commissa, etiam si dicta appellatio non fuerit verificata, *vt ait Franch. in c. bonæ concl. 9. colum. 13. de appellat. idem Maranta in sua praxi in 6. parte vers. Appellatus num. 392.*

42 Secus verò in appellatione iudiciali, quæ si minus legitima declaretur, attentata non reuocantur, veluti etiam, quando appellatio esset deserta, vt mox dicã, *& vt ait Aegid. 10 decis. 239. & 420. fallent. 7 & Maranta ibi supra & Rota decis. 1. de appellat. in nouis, & Cæsar de Grassis decis. 2. de appellat.*

43 Et propterea videmus etiam, quòd quãdo appellatio pronunciatur deserta, tunc pœnæ statutariæ contra temerè appellantes, vel tertio appellare prohibitos locum non habent, *vt ait Franc. Marc. decis. 88. num. 3. par. 2.*

44 Et ratio ea est, quia appellatione cessante, siue nulla existente, vel ea prohibita, etiam cessant attentata, quia non entis nullæ sunt qualitates, *vt ait Rota dec. 562. num. 1. & decis. 592. num. 5. par. 2. in recent. & prius decis. 183. num. 3.*

45 Et propterea ad id notandũ quoq. erit, quòd appellatione pẽdente, executio facta non reuocatur, tanquam attentata, si tamen appellatio sit deserta, & executio fuerit directa, quia tunc reconualesceret executio, & ratio est, quia sublata appellatione, suspensio etiam iudicati tollitur, & sic firmato principali, quod est sententia, firmatur etiam accessorium, quod est ipsa executio, quæ isto casu nõ reuocatur, licèt malè facta, sed de nouo esset tamen facienda, & id eò magis procederet, si ille, qui prætendit attentata patiatur super iustitia illius sententiæ discuti, quia tunc illis renunciare censetur, *vt ait Rota d. decis. 592. n. 3. par. 2. recent. & Capicc. decis. 63. num. 2.*

46 Et nota, quòd executio directa ea dicitur, per quam traditur possessio, vel soluitur id, quòd est iudicatũ, indirecta verò

rò dicitur illa, qua mediante potest perueniri ad traditionem, vel solutionem iudicati, prout est excõmunicatio, ex eo, quia aliquis iudicato non paret, & sic primo casu attẽtata nõ causat, veluti causat in secũdo, *vt ait Lancel. mox allegan. n.* 15

47 Contrarium licèt veniat dicendum in appellatione iudiciali, cuius enim tempore ad appellandum pendente, nihil est innouandum, *vt ait Rota decis.* 661. *nu.* 3. *par.* 1. *recent.* & veluti in multis casibus huiusmodi opinionem ampliando *ait Lancellot. de attent. pend. appell. cap.* 12. *num.* 1. *cum seqq. fol.* 206. vbi præcipuè, id ait procedere, etiamsi appellatio fuerit deserta, & ratio est, quia ob desertionem non censetur iuri renunciatum, sibi per viam attẽtatorum quæsito, veluti eodem modo procederet, etiamsi appellationi renunciatum fuerit, *vt ait Cappell. Tholos. in decis.* 193. *& ibi per Aufrer. in addit. & Boer. decis.* 256. *n.* 2.

48 Concorda tu tamen, vt prima procedat, quando ex actis notoriè de desertione constaret. Secunda verò, quando secus, *Rota decis.* 11. *de appellat. in nou.*

49 Rursus concorda, vt prima opinio procedat in appellatione interposita ab interlocutoria, quia tũc dicta appellatione deserta attentata non reuocantur. Secunda verò procedit in ea interposita à diffinitiua, *vt ait Rota ibi supra nu.* 6. *vers. dic circa istum articulum.*

50 Itẽ alijs pluribus modis istæ duæ opiniones concordantur *à Lancellot. in præcitato loco per te viden.* quia, si hic omnia recenserem minis longus fierem

51 Declara tamen primò opinionem primam vbi loquitur de appellatione extra iudiciali, q. d. in ea licèt attentata non reuocentur per viam attentatorum, reuocantur tamen via ord naria, siue Iudicis officio, *Idem Franch. in c. consuluit el* 2 *& cap. sæpè col.* 10. *de appellat. Sarnen. ad regul. Cancell. de trienn. quæst.* 54. *Aegid. decis.* 613. *& Lancellott. de attent. cap.* 12. *ampliat.* 1. *num.* 20. *fol.* 205.

52 Declara secundò, prædicta esse vera, si dicta appellatio extraiudicialis fuit Iudici, & parti notificata, quia tunc benè attentata reuocarentur; secus autem, si è conuerso, quia in hoc secundo casu ea reuocãda nõ venirent, & ratio ea est, ob illam iustam causam ignorantiæ, *vt ait Cassad. decis.* 3. *num.* 6. *de appellat. & Cappell. Tholos. decis.* 479. *per totam, & ibi in proposito mu ta ait, Butr. Imol. & alij in c. vltimo, & l. fin. & ibi Franch. eodm tit. & Rota decis.* 486. *nu.* 3. *par.* 1. *diuersor.*

53 Item secus esset, si appellatio interposita fuisset solum coram Notario, illam intimando parti, non autem corã Iudice, quia tũc vti nulla attentata non causat, *vt ait Rota decis.* 592. *n.* 5. *& prius decis.* 562. *par.* 2. *in recent.*

54 Vndè videmus, quòd si appellatio extraiudicialis esset interposita præsente appellato, tunc ea causam deuoluit ad Curiam, & vim citationis obtinet, *Rota apud Marches. de commiss. parte* 1. *fol.* 1339. *num.* 2. *idem ait Rota per Puteum decis.* 399. *num.* 1. *lib.* 3. *& Rota decis.* 64. *num.* 1. *par.* 2. *in recent. & dicta dec.* 486. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.*

55 Sed ad id nota, quòd *clement. causam, de elect.* tres casus ponit, & Primus est, quando appellatio interponitur in præsentia appellati, & tunc intimatio nõ requiritur. Secundus, quando in absentia, & eo casu ea est necessaria. Tertius quando non fuit facta intimatio, sed plena notitia ad appellatum deuenit, quòd pro intimatione sufficit, *idem Put. decis.* 399. *num.* 2. & ibi ait, quòd afficiuntur dicta appellatione, qui prouisionem impugnant, & propter illam appellant, nec non etiam afficiuntur illi, quibus prouisio est facta, & illam defendunt, & denique omnes illi afficiuntur, quorum interest, iuxta *text. in cap. statuimus, in verbo, tam is, qui opponit, quàm is, qui defendit, allegat. à Puteo in præcitato loco.*

56 Secus autem si informiter fuerit intimata dicta appellatio, quia tunc in præiudiciũ appellantis deuoluit statim causam ad curiam, & sic eo casu appellatus, poterit causam in curia prosequi, *Aegid. decis.* 273. *& Put. dicta decis.* 505. *num.* 2. & per consequens, quando causa deuoluitur, potest per contradictas procedi, *idem Puteus decis.* 310. *lib.* 3.

57 Declara tamẽ, quòd licèt dicta extraiudicialis appellatio vim citationis habeat, non ob id tamen ea litis pendentiam inducit, etiã si parti fuerit intimata, quia talis appellatio est quædam prouocatio ad Iudicium, & ante commissam causam appel-

appellationis extraiudicialis, nullus est Iudex, nec per consequens, ibi nullum iudicium esse potest, *Put. decis.* 108. *lib. tertio.*

Et ratio ea est, quia iudicium dicitur concursus trium personarum, nempè Iudicis, actoris, & rei, quorum si vnus deficiat, nullum iudicium formari potest, *vt dixi in verbo accusatio ex vulgatis iuribus.*

58 Subdeclara, quòd nec minus extraiudicialis appellatio dicatur propriè ea citatio, cuius vigore, quis comparere tenetur, quamuis (vt superius dixi) vim citationis habeat, *vt ait idem Gratian. dicto libro* 1. *discept. cap.* 66. *num.* 38. *& Acchill. decis.* 14. *de appellat.* licèt *Sarnen. ibidem allegatus* dicat id nō habere locū in beneficialibus, sed *Acchil. dicit* id non fuisse firmatum *à Rota in decis.* 5. *de appellat.*

59 Sed quando, & in quibus casibus per eam lis pendere dicatur, *tradit Guidopapa decis.* 337. *num.* 488. *Rota decis.* 9. *& decis.* 13. *vt lite pendente in nou. & decis.* 62. *de appellat. in nou. Cassad. decis.* 1. *&* 5. *vt lite penden. & Bisignet. decis.* 2. *de appellat.*

60 Item, quando appellatio extraiudicialis etiam intimata, nō inducat litem ad effectum regulæ de subrogan. *tradit Acchil. de Grass. decis.* 3. *num.* 1. *de appellat. Puteus decis.* 108. *lib.* 3.

61 Et prædicta intellige vera, dummodo causa non sit cōmissa ad prædictum effectum, aliàs secus, idemque procederet, quando is, contra quem appellatur, erat pacificus possessor, quia tunc dicta appellatio vim citationis non habet, neque deuoluit, *vt ait idē Acchill. de Grassis decis.* 5. *de appellat.*

62 Secus verò in casu *clementinę causam quæ de elect.* quia tunc vim citationis habet, & deuoluit, veluti etiam in alijs casibus specialibus, *vt ait idem Acchil. dicta decis.* 5. *num. tertio de appellat.*

63 Sed intellige procedere, si appellatus voluerit, alias secus, *vt ait Puteus decis.* 505. *num.* 1. *lib.* 2. *& Rota decis.* 768. *in antiq. de appellat.*

64 Et propterea nota, quòd in illis casibus, in quibus non deuoluitur ordinarius conferre potest, dicta extraiudiciali appellatione non obstante, *idem Acchiles de dicta decis.* 3. *num.* 3.

65 Et quænam requisita ad hunc effectum habere debeat dicta appellatio extraiudicia is, *ait Rota decis.* 486. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.*

66 Limita tamen primò dictam secundā regulam, nō procedere in attentatis per Procuratorem non habentem speciale mandatum, quia tunc ea, non per viam attentatorum, sed per eam nullitatis reuocanda veniunt, *vt ait Caputaq. in sua decis.* 53. *par.* 1.

67 Limita secundò in illis attentatis post sententiam interlocutoriam, vel grauamen extraiudiciale, *vt ait Acchil. de Grassis decis.* 30. *de appellat.*

68 Limita tertiò, quòd attentata non reuocentur, quando sententia in rem iudicatam transiuit, quia tunc ille videtur attentatis renunciasse, cum passus fuit eam in iudicatum transire, *vt ait Rota decis.* 1. *eo. tit. in nouis. & Crescent. decis.* 140.

69 Veluti eodem modo procederet, si quis pateretur discuti super iustitia illius sententiæ, quia tunc attentatis renunciasse censetur, vt superiùs dixi, & veluti *ait Rota decis.* 592. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.* & præsertim si prius de attentatis fuisset oppositum, *Rota per Buratt. dec.* 72. *num.* 4.

70 Limita quartò, quando constat de nullitate appellationis, vel non interesse partis, *vt ait Rota decis.* 75. *de appellat. in antiq.*

71 Limita quintò, vt ea non reuocentur ad instantiam illius, de iure cuius clarè non constat, *vt ait dicta Rota decis.* 76. *& Laurent. decis. Auenionen.* 8.

72 Limita sextò, vt attentata post appellationem, à grauamine non reuocentur, nisi prius de dicto grauamine constiterit, *vt ait Rota decis.* 44. *in nouis.*

73 Limita septimò in attentatis per partem, vna cum tertio, quia tunc per viam attentatorum non veniunt reuocanda, *vt ait Bisignet. decis.* 3. *de appellat. & Acchill. decis.* 28. *eodem tit.*

74 Limita octauò, vt quid non dicatur attentatum, quando illud fuit factum, ob aliam rem, de qua lis pendet, *vt ait Ant. Faber decis.* 8. *vt lite pend. & Belamer. decis.* 528. *& propterea Rota Bonon. decis.* 40. ait duo esse necessaria ad

hoc

hoc, vt quis attentasse dicatur, scilicèt, quòd sit innouatum, & quòd lis super eo penderet, *Cassad. decis. quarta de restitut. spol. & Card. Seraph. decis.* 1003.

75 Limita nonò, vt ea non sit reuocanda, si reuocatio fieri non posset, citra euidẽtem iniuriam, *vt ait idem Faber dec.* 16. *eodem tit.*

76 Limita Decimò, quando ea fierent ab ignorantibus, quia, qui errat non consentit, necnon actus solet operari vltra intentionem agentis, *vt ait Camera Imperialis in vers. Attentata, & Card. Seraph. in decis.* 497. & 639. & 1190.

Licèt sit benè verum, quòd fundans se in errore consensum excludente, tunc nisi illam qualitatem erroris probet, illius intentionem probasse non censetur, vltra quòd alleganti errorem onus probandi concludenter incumbit, rem aliter se habere, quàm fuit actum, *vt ait idem Cardinalis Seraph. in sua decis.* 931. *num.* 5. & *decis.* 940. *num.* 2. Quamuis secus esset, quando error esset expressus, & tunc dicitur talis, qñ videri, & legi potest, & qñ denique certam habet interpretationem à iure, *idem Cardin. Seraph. in decis.* 275. *num.* 3. 4. & 5.

Dubius verò error, & non clarus dicitur, qñ circa illum diuersitas sententiarum viget, *idem Cardinal. Seraph. in decis.* 705. *num.* 5. & *prius decis.* 501. *num.* 2.

Extende illud, quòd fuit dictum de errore expresso, eò magis procedere in cõfessione, ab vno facta in iudicio, quòd res propria esset alterius, quia tunc, errore non obstante, confitens sibi praeiudicat, & illius rei dominium transferret in alium, *vt dicunt DD. allegati à Menoch. cons.* 91. *num.* 23.

77 Limita vndecimò, quòd in materia attentatorum ea interpretatio esset facienda, vt ea in dubio non praesumantur, *vt ait Rota per Crescent. decis.* 1. *tit. de caus. poss. & propriet.*

78 Limita decimosecundò *in casu decis. Capell. Tholos.* 465. vbi fuit decisũ, quòd pendente appellatione taxantur expensae, & *ideò Anna in suo singul.* 81. testatur, quod in eo Sacro Consilio fuit determinatum, quòd potuit Iudex Canensis taxare expensas, nec fuit ob id grauamen reputatum.

79 Contrarium, quòd scilicèt expensae non sit soluendae, etiam appellatione deserta, qñ tñ esset cõmissa causa restitutionis, *ait Rota mox citan.* quod tamẽ declara verum, vbi appellatio per primã sententiam esset deserta, at secus si esset latę tres sententiae conformes, quia tũc officium Iudicis in hoc non conquiesceret, *vt ait Rota decis.* 778. *num.* 1. *par.* 3. *diuers.*

80 Limita decimotertiò, quando essemus in appellatione ab interlocutoria, quia tunc Iudex potest procedere quousque sibi per Iudicem, ad quem fuerit inhibitũ, & ideo ea quę interim fecerit valebunt, nec vti attentata veniunt reuocanda, *vt ait Guidopap. decis.* 436. *num.* 10. & *Card. Seraph. decis.* 968. *num.* 1.

81 Et ratio est, quia appellatio non habens concomitantem inhibitionem, non est impeditiua Iudicij, nec minus illud suspendit, *vt ait Rota decis.* 266. *num.* 6. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.*

82 Sed nota, quòd ea debet actualiter pręsentari, & executioni mandari ei, cui erat praesentanda, aliàs non afficit, nec sufficit eam fuisse decretam, etiam data scientia decreti, & relaxationis illius, *vt ait Card. Seraph. decis.* 1046. *num.* 1. & *Lãfranch. decis.* 122.

83 Declara tamen, quòd in dubio semper inhibitio praesumitur superuenta post actum, ad illius validitatem, ita vt qui contrarium allegat, illud probare teneatur, *vt ait Marches. de cõmiss. §. nu.* 5. *Scacc. de appellat. q.* 3. *num.* 4. & *Cardin. Seraph. decis.* 1115. *num.* 1. *Thesaur. decis.* 48. *Hartaman. decis.* 15. *de appell. Achill. de Graff. dec. finali, aliàs* 57. *de appellat.* & *Rota per Buratt. decis.* 226. & *ibi per addent. num.* 20.

84 Et ꝑpea ex ꝑdictis inferri põt, quòd excõmunicatus, qui attentauit contra formam inhibitionis Rotalis, non absoluitur nisi prius purgatis attentatis, *idem Card. Seraph. in decis.* 431. *in causa Aquinaten. beneficij* 11. *Decembris* 1579.

85 Extende, vt etiam reuocatio inhibitionis sit necessaria, licèt fuerit obtenta in vim appellationis nullae, *vt ait Maceraten. dec.* 14. *lib.* 2.

86 Declara praeterea, quod sola intimatio non potest operari effectum dictae inhibitionis, & praesertim, si per non procuratorem fieret, *Bellamer. in decis.* 58. &

& decis. 59. & ibi multa.

87 Fallit tamen primò dicta illatio, si adesset consensus partis in contrarium, quia tunc ille excluderet attentata, *vt ait Crescent. decis.* 17. & propterea infertur, quòd per ratificationem partis attētata exceluduntur, *vt ait Card. Seraphinus decis.* 1003. *cum alijs ibi per eum allegatis.*

88 Fallit secundò, si essemus in inhibitione obtenta in casu obligationis Cameralis, quia tunc ea non causat attentata, *idem Card. Seraph. dec.* 385.

89 Limita decimoquartò regulam prædicti secundi casus procedere in negotio principali, secus autem in accessorijs, vt est prouidere de alimentis, & ne animalia in stabulo fame pereant, & sic in illis casibus, vbi periculum est in mora, quia tunc à regulis iuris validè recedi potest, *vt ait Mainard. dec.* 91. *lib.* 3.

90 Limita decimoquintò in materia testium absuturorum, quos Iudex appellatione pendente recipere potest, *vt ait Rota dec.* 17. *de appellat. in antiq.* quod tamen intellige, prout *dixi in præcedenti conclusione num.* 357.

91 Limita decimosextò, quòd Iudex ea pendente, potest fructus rei petitæ sequestrare, *vt ait Cappell. Tholos. decis.* 377. & alias limitationes, & fallentias ponit *Lancellot. de attentat. parte* 2. *cap.* 11. *num.* 1. *cum seqq. fol. mihi* 190. quę per te videre poteris, & infinitos casus adducit *idem in cap.* 12. *fol.* 236. *cum sequentibus.*

92 REGVLA tertia, tertij casus est, quòd scilicet, appellatio interponēda sit infra decē dies, à die intimationis sententiæ, qa tali modo interposita sustinetur alias sententia in rem iudicatā transiret, & sic appellatio deserta fieret, *vt sępè fuit decisum à Rota, & signanter in vna Mediolanen. Cappellaniæ Lunæ* 13. *Maij* 1591. *quæ est apud Marches. de commiss. par.* 2. *fol.* 144. *& in Collen. pensionis Mercurij* 9. *Iunij.* 1604. *coram Coccino, quæ est in eius impressis decis.* 183. *num.* 1. *& in Perusina bonorum de Seraphinis Mercurij* 10. *Maij* 1600. *coram Corduba, quæ est apud eundem Marches. par.* 1. *fol.* 431. *num.* 1. *& decis.* 396. *num.* 1. *par.* 2. *recent. Card. Seraph. dec.* 505. *n.* 7. *& Grat. decis.* 149. *num.* 1. & in hac materia interponendæ Appellationis intra tempus decem dierum, coram Iudice competēti late *ait Scacc. de appellat. quæst.* 12. *& quæst.* 17. *limit.* 1. *&* 12. *per totam, & Rota dec.* 499. *num.* 1. *& decis.* 627. *eodem num. par.* 3. *recent.*

94 Et propterea hic erit notandū, quòd ad hoc, vt appellatio post decem dies appellanti non suffragetur, hæc duo copulatiuè sunt necesaria; nempè, vt quis sciat sententiam fuisse latam, & etiā sciat contra se fuisse latam, aliàs, ob huiusmodi errorē facti, siue iuris eum excusaret, *vt fuit dictum in Rom. discussionis de Rainerijs Lunæ* 18. *Iunij* 1607. *coram Coccino Decano, quæ est in eius impress. dec.* 356 *num.* 2. *&* 3.

Declara tamen, quòd appellatio inducit scientiam sententiæ in appellante *vt ait Rota per Cardinalem Caualeriū decis.* 486. *num.* 2. Secus autem; veluti si essemus in appellatione interposita ab vno nomine suo, quia tunc illa non induceret scientiam decreti in alio, *Cardinalis Caualerius dicta dec.* 486. *num.* 3.

95 Extende primò idem procedere, etiā si quis appellet pro alio, qui si post decē dies appellat, nihil agit, *vt ait Magon. decis. Florent.* 136. *num.* 3. Sed est benè verum, quòd appellatio interposita à cōiuncta persona, potest ratificari post decem dies à principali, *vt ait idem Magon decis. Lucen.* 49. *num.* 29. at secus in alio negotiorum gestore, *vt ait Gratian. decis.* 23. *in fine.*

96 Quinimmò extende id fieri quoque posse ab extraneo, etiam mandatum non habente, qui potest appellationem producere, dummodo ratihabitio infra tempus debitum subsequatur, *vt ait Gratianus lib.* 3. *discept. cap.* 573. *num.* 4. *& sequentibus.*

97 Et in dubio semper ratificatio præsumitur facta à die scientiæ, *vt ait Gratian. decis.* 29. *num.* 10.

98 Extende secundò, quòd negligentia Procuratoris in non appellando intra dictos decem dies, Domino nocet, quia est sibi imputandum, si Procuratorem negligentem elegit, *veluti dixi infra sub num.* 173. *& seqq. & num.* 189.

99 Declara tamen, quòd Procurator potest appellare, non autem appellationem prosequi, *vt ait Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 155.

cap. 155. nu. 43. *Puteus dec. 265. lib. 1.*

100. Contrarium, quòd scilicèt, appellatio non admittatur, nisi appellans adid speciale mandatum habeat, dixi supra in ampliatione quarta vers. Declara secundò, *& Put. decis. 405. lib. 3.* ait, quod illud debet exhiberi, & legi. Et si de eo non doceatur sentẽtia in rem iudicatam transit, *vt ait Rota dec. 627. n. 1. p. 3. rec.*

101 Licèt secus esset, quando in mandato procuræ adessent verba apta comprẹhendere sequentes instantias, vel clausula (releuans) & illa (ad prouocandũ) quæ secundum, *Guidopap.* operatur procuratorem posse prosequi causam, *vt fuit dictum in Taurinen. Decimarum Lunæ 4. Decembris 1606. coram Coccino, quæ est in eius impressis decis. 319.*

102 Contrarium, quod scilicèt, neque, etiam per verba generalia possit procurator appellationem prosequi, sed quòd speciale mandatum sit necessarium, siue quòd illud ad lites futuras habeat, *dicit Puteus decis. 335. num. 2. lib. 1.*

103 Sed est benè verum, quòd si ipse procurator eam prosequi potest, tunc etiam substitutus in causa ab eo, idẽ facere poterit, *vt ait Puteus dicta decis. 335. num. 2. lib. 1.*

Declara quòd quando constat de mandato procuræ ad appellandum, tunc ne dum intelligitur de prima vice, sed etiam de vlteriori, donec mandans suum effectum consequatur, *vt ait Rota decis. 685. n. 5. parte 1. diuers.*

104 Subextende id, quod fuit dictum de procuratore negligente adeò esse verũ, vt propterea eo casu domino non detur restitutio in integrum, *vt ait Rota dicta decis. 27. de appellat. in nouis. Cassad. decis. 5. de appellat. Rota dicta decis. 439. num. 2. lib. 3. diuers. & ita fuit dictum in vna Burgen. prẹeminentiarum Veneris 3. Iunij 1605. coram Manzanedo.*

105 Declara tamen primò prædicta non esse vera, quando dolus procuratoris in non defendendo concurreret, quia tunc restitutio esset dicto Domino danda, *Mohedan. decis. 2. de appellat. & Rota ibi coram Manzanedo, & facit decis. Afflicti 344. & veluti dicam inferius num. 174.*

106 Extẽde eò magis procedere id, quod fuit dictum super restitutione domino concedenda, quando de illius bono iure constaret, *vt ait Marta in compilat. decis. in verbo appellatio cap. 158. tom. 1. & Mohedan. in dicta decis. 2. de appell.*

107 Contrarium, quod scilicèt dolus procuratoris in non appellando præiudicet Domino, *ait Cassad. decis. 5. num. 1. de appellat. & Crescent. decis. 27. de appell.*

108 Sed est benè verum, quòd tunc per Dominum potest agi ad interesse contra Procuratorem, *idem Cassad. ibidem n. 2.*

109 Concordare igitur possumus iuxta, *Cassad. in dicta decis. 5. nu. 3.* quòd scilicet, quando procurator esset soluendo, tunc domino restitutio aduersus desertionem non erit concedenda, at secus, si non esset soluendo, quamuis etiam *Rota decis. 27. de procurat. in antiq.* dicat dominum non esse restituendum, etiamsi Procurator non esset soluendo, *& Ricius in sua collect. 1619.*

Quod tmen ego puto verum, quando procurator non per malitiam, sed per solam negligentiam appellare omiserit, quia in secundo casu esset Domino imputanda culpa in eligendo, quòd ita dici non posset in primo.

110 Sed hic obiter erit notandum, quòd si procurator appellet virtute vnius mandati non boni, nihil agit, quamuis postea aliud validum producat, per regulam, quod potui nolui, quodq. volui adimplere nequiui, *vt ait Acchill. de Grass. decis. 10. num. 1. de appellat. Cassad. decis. 7. eodem tit. Mohedan. decis. 5. & 7. tit. de Procur. Magon. dec. Lucen. 51. nu. 17. & Card. Seraph. decis. 831. num. 1. & Rota in Foroliuien. dotis 16. Martij 1626. coram Merlino.*

Quæ quidem regula habet quoque locum in Iudice, qui si potest via executiua procedere, & alteram pronunciandi elegerit, tunc amplius ab ea recedere nõ poterit, & sic faceret causam de executiua, etiam quoad vtrunque, appellabilem, *vt ait Gayl. practic. obser. lib. 1. cap. 128. num. 4. & Rota in Palentina Capellæ. 20. Decembris 1596. coram Litta, & in alia Abulen. Capellæ coram Gypsio allegat. in decis. 685. in fine par. 3. recent.*

111 Declara secundo prædicta non procedere in eo procuratore, qui malè appellat pro Domino, quia ei non nocet, *vt ait Bellamer. decis. 396 de appellat.*

112 Declara tertiò non procedere, quando

do, verbigratia, essemus in Monasterio edificando, quia illud restituitur aduersus negligentiam prosequendæ appellationis, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 358. num. 2.*

113 Extende tertiò regulam procedere in sententia, quæ de sui natura in rem iudicatam non transit, puta in illa peritorum, matrimonij, siue de consilio sapientis, & similium, alias appellans non auditur, elapsis decem diebus, nisi per viam querelæ, *vt ait Benintend. decis. 97. n. 1.*

114 Declara tamen, quòd restitutus ad appellandum tenetur appellare intra illud tempus decem dierum, à die restitutionis incipien. *vt ait Rota decis. 62. in nouis*, & quòd aduersus lapsum decem dierum ad appellãdum, quis restitui possit, *ait Faber decis. 47. de appellat.* & interim sententia in iudicatum non transit, *vt ait Rota ibi supra.*

115 Extende quartò, quòd etiam renunciatio appellationis, quando fieri velit intra illud tempus erit facienda, *vt ait idem Faber decis. 8. de tempor. appellat.*

116 Extende quintò, quòd appellans ad plures Iudices, ad hoc, vt appellatio teneat debet infra decem dies eligere, coram quo prosequi velit, *vt ait Osasch. decis. 30. & Riccius decis. 400. & in sua collect. 1744. par. 5.*

117 Subextende id in tantum esse verũ, vt si appellans intra illud tempus non declarauerit, appellatio ipso iure erit nulla, veluti etiam *ita fuisse iudicatum in Senatu Pedemont. testatur Caccher. in sua decis. 130. allegat. à Riccio in dicta collectan. 1744. propè princ. & Maceraten. decis. 38. lib. 2.*

118 Contrarium licèt teneat *Gratian. in sua decis. 199. & Rota decis. 33. de appellat. in nou.*

119 Declara tamen, quòd in Curia Archiepiscopali Neapol. fuit iudicatum secundum opinionem Osaschi, *vt testatur dictus Riccius in sua collect. 276. par. 2. in fine*, & hanc opinionem tenuit *etiam Franc. Marc. in sua decis. 270. nu. 2.*

120 Concorda tu tamen, quòd scilicèt prima opinio procedat de Iure Canonico *iux. text. in c. si is cui, & ibi glos. de off. deleg. in 6.* Secunda verò procedit de iure Ciuili, cuius enim vigore, cum Iudex sit semper certus, igitur appellatio alternatiua resoluitur in simplicem positionem, & sic semper censetur appellatum ad competenrem, *vt ait Cappell. Tholos. latè per Aufrer. in decis. 474. & pro prima opinione facit decis. Thoming. 140. idem Aufrer. decis. 470.*

121 Extende primò illam secundam opinionem procedere, & seruari de stilo Rotæ Romanæ, vbi est valida appellatio alternatiuè interposita, *vt testatur dicta Rota decis. 30. de appellat. in nou.* vbi ait, quòd Curia indistinctè appellationẽ hoc modo interpositam admittit, qui stilus Curiæ Romanę ab omnibus sequẽdus venit, *vt ait Franc. Marc. decis. 270. par. 1. Bellamer. dec. 879. Guidop. decis. 170. & Macerat. decis. 38. lib. 2.*

122 Extende secundò eò magis procedere, quando intra decem dies appellatus certificaretur, de quo Iudice sentijt appellans, *vt ait Rota decis. 243. in nou.*

123 Extende tertiò procedere veluti si fuisset appellatum ab Episcopo ad Archiepiscopum, vel ad Papam, quia appellatio tali modo interposita sustinetur, & hanc appellationem solitam esse recipi à Rota, etiamsi appellans intra tempus prosequendæ appellationis non elegerit, eam coram Papa prosequi velle, testatur *Bellamer. in decis. 479.*

124 Et nota, quòd in dubio appellatio semper præsumatur in tempore interposita, *vt ait Magon. decis. Lucen. 49. nu. 27. Rota decis. 39. de apellat. in nou. Gratian. decis. 214. num. 9. & Rota decis. 53. num. 3. par. 1. diuers.*

125 Subextende, quòd ad hoc, neque etiam notitia sententię præsumatur in dubio, nisi contrarium probetur, *vt ait Gratian. decis. 124. & Card. Thusch. in verbo appellatio conclus. 355.*

126 Contrarium, quòd scilicèt allegandi appellationem non sufficiat de ea docere, nisi probet etiam illam fuisse in tempore interpositam, *fuit dictum in vna Calaguritana Thesaurariæ 4. Februarij 1587. coram Clemente Octauo, tunc Rotæ Auditore, & in alia Conchen. de Velet ta coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis decis. 422. num. 5.*

127 Quinimmò appellans tenetur de illius prosecutione docere, aliàs seruatis prius illis quatuor terminis, ad docendũ de appellatione, ac illius legitima prosecutione

quutione docere, aliàs ſeruatis prius illis quatuor terminis, ad docendum de appellatione, ac illius legitima proſecutione, poterit non docto de ea ad executionem, ac expenſarum taxationem procedi, vt in Vrbe ita quotidie ſeruari vidi, & faciunt tradita *per Grat. in ſua deciſ. 273. num. 2. & Rota deciſ. 25. de appellat. num. 3. in nou. & deciſ. 156. num. 1. par. 2. in recent. licèt Card. Seraph. in ſua dec. 564. num. 6.* dicat, quòd lapſus termini, ad docendum de appellatione deſertionem non inducit, ſed ſolum operatur, vt Iudex à quo ad executionem procedere valeat, animaduertendo, quòd ille terminus incipit currere à die ſcientiæ illius præfixionis, licèt recipiat interpretationem à iure communi, *vt ait Rota ibi coram Seraphino.*

128 Fallit tamen primò illa *auth. hodie, C. de appellat.* quando quis ob paupertatem appellare nequit, quia tunc illud tempus decem dierum non currit, *vt ait Grat. in dec. 34. & Caputaq. dec. 73. lib. 3.*

129 Licèt ſecus ſit, quando, quis ab initio poterat in cauſa comparere, quia tunc illud impedimentum paupertatis, non eſſet ſufficiens ad obtinendam reſtitutionem, *vt ait Aegid. dec. 44. & Rota in Burgen. alimentorum 6. Martij 1573. coram de Rubeis.*

130 Et ſic igitur nõ ſufficit impedimentũ in vna parte anni, ſi in alia parte nõ fuit facta diligentia, *vt ait Rota deciſ. 156. n. 2. parte 2. in recent.*

131 Fallit ſecundò in muliere, minore, & Ruſtico, quia in non appellando infra prædictũ tempus, excuſantur, *vt ait Vrſil. ad Affict. dec. 344. n. 5.* neq. ob id ruſticus tenetur neceſſariò apoſtolos petere, *vt ait Scac. de appel. q. 13. n. 33. & 41.*

132 Quod tamen ſecus eſſet, quando ruſticus, & cęteri copiã peritorum habere potuiſſent, quia tũc excuſandi non venirent, *vt ait Anchar. q. 51. n. 23. lib. 3. Grat. in addit. ad deciſ. 223. n. 1. Aymon. conſ. 179. n. 9 & Rot. in Cartaginen. fructuum 29. Maij 159 . coram Card. Seraph. quæ eſt in eius impreſſ. dec. 1131. n. 4*

Item ſecus eſſet, quando minor eſſet induſtrioſus, & negociari ſolitus, *vt dixi in concl. 86. n. 233.* ſiue etiã eſſemus in muliere, vti diligẽtiſſimus paterfamilias ſolita contrahere, quia tunc illis non ſuccurritur beneficio reſtitutionis in integ. *vt fuit dictũ à Rota in Bonon. pecuniaria 19. Martij 1610. coram Card. Sacrato & Grat. lib. 2. diſcept. c. 279. nu. 56. & ſeq. & lib. 4. cap. 756. num. 18.*

133 Fallit tertiò, quando appellare debens fuiſſet alio modo legitimè impeditus, quia tunc ei tempus non currit, *Mágon. deciſ. Lucen. 49. num. 21.*

134 Quod tamen declara verum eſſe, vt. ſcilicèt impedimẽta ſuffragentur, quoad excuſationem à deſertione cauſæ, at ſecus ab incurſu attentatorum, *vt ait Cardinalis Seraph. deciſ. 1335. num. 2.*

135 Vnde videmus, quòd ſi appellãs ob infirmitatem pro apoſtolis non redierit excuſatur, ſi non potuit tamen ſibi per procuratorem prouidere; at ſecus ſi potuerit, quia tunc appellans non excuſatur, *idem Cardinalis Seraphinus deciſ. 1131. num. quarto.*

136 Et ſic ꝙ eo caſu appellatio fieret deſerta, *fuit dictum in vna Forõliuien. fideicõmiſſ. Veneris 20. Aprilis 1585. coram Corduba, & Grat. lib. 1. diſcept. c. 10. n. 5. in fine & Rota dec. 178. p. 1. & dec. 144. n. 1. par. 2. diuerſ. & dec. 420. num. 2. par. 2. in recent. & ibi aliæ deciſ. allegantur, & per Gregor. dec. 573. num. 1, & ibi per adden. num. 12. & ita fuit dictum in Leodien. Parochialis 20. Maij 1621. coram Card. Caualerio, & in Caſtren. Pecuniaria 25. Aprilis 1627. coram Merlino.*

137 Sed declara tñ id, ꝙ fuit dictum de impedimento, procedere, dũmodo illud ne dum probetur, quia cum ſit quid facti non præſumitur, niſi probetur, ſed etiam quòd fuerit immediata cauſa impedimẽti, *vt ait Grat. deciſ. 34. num. 17. & fuit dictum in Collen. penſionis Mercurij 9. Iunij 1604. coram Coccino, & in alia Abulen. Capellaniæ 9. Decembris 1605. coram Cardinali Marcomontio, quæ eſt in recent. deciſ. 156. num. 2. par. 2.*

138 Extende, ꝙ neque de eo ſufficeret apparere, ſed omnia debent conſtare per acta, *vt ait Franciſcus Marchus deciſ. 283. nu. 3. p. 1.* item, quòd clarè etiam probetur diligentia de eo remouẽdo, *vt ait Rota per Gregorium deciſ. 501. numero primo.*

139 Et rõ eſt, quia tũc Iudex, qñ de impedimẽto apparet, poteſt aduerſus talẽ lapſũ

temporis restituere appellantem, & eum in pristinum statum reponere, *idem Fräc. Marc. ibi supra num.* 3.

140 Immò, quod illud impedimentum possit per iuramentum admitti, *ait Guidopapa decis.* 205. *& decis.* 244. & 436. *& quaest.* 14. *&* 20. *& Rota decis.* 25. *in fine* 2. *addit. de appellat. in nou. & decis.* 34. *de praeben. in antiq.*

141 Extende idem procedere in procuratore, cuius iuramento statur super diligentia appellantis, sed non illi statur, si dicat se fuisse debitè prosequitum, *vt ait Rota decis.* 34. *de praeben. in antiq.* sed, quòd negligentia procuratoris dominũ non excuset in non appellando, sed quòd illi sit imputandum, si diligentem procuratorem non adhibuit, *fuit d. in vna Salutiarum pensionis* 14. *Nouembris* 1616. *coram Card. Verosp. & per Greg. decis.* 573. *& ibi in addit. n.* 13. *& in pluribus alijs decisionibus per adductis per addent. ad Burattum in dec.* 585. *sub lit. A.*

142 Extende secundo, quòd etiam per vnum testem appellatio probetur, *vt ait Rota decis.* 19. *de re iudic. in nou.* licèt Rota ibidẽ dicat dũmodo probetur amissio Instrumẽti appellationis, nec nõ illius tenor, quod tamẽ dicit esse impossibile.

143 Fallit quattò *dicta auth.* hodie vbi essemus in comminatione, vel in praecepto à Iudice sine causae cognitione facto à quibus quandocunq. appellare licebit, *veluti dixi in ampliatione* 3. *& Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 239. *num.* 16.

144 Modo hic super intelligentia istius termini interponendae appellationis legitimè, scire debes, quòd appellãs tenetur redire pro apostolis infra terminũ iuris, idest triginta dierũ, quando huiusmodi terminum concessit, sed, quando Iudex dedit reuerentiales, tunc tenetur redire appellans pro eis intra decem dies, aliàs censetur appellationi renũciasse, & sic eo casu sententia in rem iudicatam transit, *Rota dec.* 178. *par.* 1. *diuers. & d. dec.* 144. *n.* 1. *par.* 2. *diuers. & decis.* 420. *n.* 2. *p.* 2. *in recent. & fuit dictum in Assisien. Canonicatus penes Marches. p.* 2. *de commiss. fol.* 14. *& in alia Foroliuien. de Torellis coram Card. Marcomontio penes eundem Marches. d. p.* 2. *fol.* 79. *& Grat. dec.* 114. *n.* 1. *& Rota dec.* 50. *in fine de appellat. in nou. & Rota per Burat. in decis.* 556. *& ibi latè, & pulchrè per addent. & veluti superius dixi sub n.* 136. *& ibi ad id multae decisiones allegantur.*

145 Licèt tamen sit benè verũ, quòd opus nõ est redire pro apostolis intra decem, datis reuerentialibus, vel infra mensem dato termino iuris, quando appellans legitimè appellauit, & causã intra terminum committi fecerit, *vt ait Rota per Verall. decis.* 32. *n.* 1. *& dec.* 115. *n.* 1. *p.* 1. *& ibidem decis.* 38. *num.* 1.

146 Et quando Auditor praesumatur dedisse reuerentiales *docet Cassad. decis.* 7. *num.* 1. *de appellat.*

147 Sed, si eos dederit, nota, quòd illi solum operantur effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, *vt ait Beniutend. dec.* 13. *& Rota in Romana danorũ, & interesse* 10. *Iunij* 1591. *corã Penia.*

148 Neq. vt superius est, impedimentum infirmitatis, vel alio modo superueniens appellantẽ ab eorum responsione excusat, *vt fuit dictum in Salutiarum pensionis* 19. *Nouembris* 1616. *coram Verospio, & in Foroliuien. fideicomissi* 21. *Aprilis* 1581. *coram Cantucaio, & in d. Salutiarũ pensionis* 14. *Nouembris* 1616. *coram Cardinali Verospio, & in alia Meten. Canonicatus* 21. *Iunij* 1928. *coram Verospio Iuniori. Crescent. dec.* 17. *eodem tit. in antiq. & dec.* 144. *n.* 2. *par.* 2. *diuers.*

149 Veluti eodem modo dicitur de eo impedimento Iudicis, quod partem nõ excusat à lapsu instantiae, si potuit tamen per recursum ad superiorem sibi cõsulere, *vt ait dec. Pedemont.* 12. *n.* 9. *Alex. cons.* 72. *n.* 11. *lib.* 3. *& Rota in Perusina de Vbaldis* 17. *Iun.* 1588. *coram Pãphil. & per Buratt. & per addent. ibi supra.*

150 Restringe tamen in materia reditionis pro apostolis, quòd si appellans fecerit committi causam infra dictum terminum iuris, tunc sententia in rem iudicatam non transit, etiamsi postea dictus appellans pro apostolis non rediret, *vt ait Verall. dec.* 32. *par.* 1. *& dec.* 115. *par.* 2. *Rot. dec.* 734. *p.* 4. *in nou. & in Auen. bon.* 22. *Maij* 1606. *coram Litta, & Rot. per Burat. d. dec.* 556. *& ibi per addent.*

151 Quod tamen intellige verum, si quãdo fuit interposita appellatio fuerunt, etiam petiti apostoli, aliàs nõ suffragaretur, licèt intra dictum terminũ iuris fuisset cõmissa causa, veluti declarat *Verall. ibi sup.*

Rota

Rota in Legion. Paroch. 1. *Feb.* 1589. *corã Comitulo, & dec.* 420. *n.* 2. *p.* 2. *in rec. Caputaq. dec.* 38. *la* 2. *p.* 1. *& decis.* 115. *p.* 2.

152 Et ratio est, quia apostolorum petitio est de substantia appellationis, immò nec eo casu sufficeret præsentatio commissionis manu Regentis signata, quia illa solam diligentiam probat, & à lapsu decem dierum excusat, ad effectum faciendi committere causam appellationis, sed non excusat illa præsentatio à reditu pro apostolis, *vt fuit dictum in illa Foroliuien. de Thorellis penes Marches. in præcit. loco, & in alia Calaguritana de Amazo* 25. *Maij* 1612. *corã Manzanedo, & in Meten. Canonicatus* 21. *Iunij* 1628. *coram Verospio, & Rota dec.* 41. *de appellat. in nou. & decis.* 50. *num.* 3. *eodem tit.* Immò illa præsentatio commissionis coram D. Regente solum suffragatur, quando sunt dati Reuerentiales pro ostendenda diligentia, de faciendo committere causam, intra triginta dies, at secus, quando fuisset datus terminus Iuris, quia tunc omnino dẽt reuerti pro apostolis per appellantẽ, *vt fuit dictum in illa Foroliu. de Torellis, quę est apud Marches. de commiss. to.* 2. *fol* 79. *& in Castren. pecun.* 25. *Apr.* 1627. *corã Merlino.*

153 Sed nota tñ, quòd illa præsentata, si datur, operatur dilationem alterius mẽsis, vt quotidie in Vrbe seruatur; & tunc non potest cogi appellans fidem facere Iudici de præsentatione, vel de prosecutione, *vt ait Cappell. Thol. dec.* 446. *n.* 2. Aliàs absurdum esset, appellãtem producere acta suis sumptibus, & partẽ aduersã iuuare, producendo fidem pro ea, *vt ait Cappe l. Tholos. dec.* 34?. *num.* 4.

154 Cõtrarium huic opinioni licèt dicat *in dec.* 9?. *n.* 2. vbi ait, quod appellãs tenetur tradere copiam appellationis Iudici.

155 Declara tamẽ, quòd quãdo Iudex semel intra terminũ apostolos dedit, siue appellationi detulit, tũc appellãs pro apostolis redire, & amplius comparere coram eo non tenetur, *vt fuit dictum à Rota per Card Seraph. dec.* 565. *n.* 1. *& in alia Cõpostellan. Parochialis* 26. *Iun.* 1619. *corã Dunozetto, Cresc. dec.* 2. *de appell. Caputaq. cis* 3?. *la* 2. *p.* 1. *& dec.* 115. *p.* 2. *Rota dec.* 734. *p.* 4. *diuer. & per Gregor. decis.* 573. *& ibi per addent. n.* 14. *vbi testatur ita fuisse resolutum à Rota in Ariminen. bonorum* 22. *Maij* 1606. *coram Lit* Vrfel. Thom. 22

ta, & in alia Veneta sequestri 26. *Iunij* 1626. *coram Durano.*

156 Et rõ est, quia cũ tunc Iudex functus sit officio suo, idcircò illius Iurisdictio expirata dicitur, *vt ait Caccher. dec.* 131. *& Marta in cõpil. dec. in verb. appell. c.* 62. *to.* 1. *& Rota dec.* 57. *n.* 2. *de appell. in nouis.*

157 Extende id eò magis procedere, iuxta statuta Delphinalia, vbi sufficit semel pro apostolis rediisse, immò comparitio pro concessione haberur, & id procedit, etiamsi Iudex plures terminos ad habendam super eis dandis responsionem, dederit, & tunc datur tempus 40. dierum, quibus elapsis appellatio deseritur, *vt ait Guidop. decis.* 25. *& Marta ibi sup.*

158 Licèt *Aegid. Bellamer. dec.* 343. dicat, quòd vltra secundam vicẽ, quis pro apostolis cõparere non tenetur, aliàs eos nõ petendo appellationi renunciare censetur; *idem Bellamer. dec.* 152. *& Rota decis.* 57. *de appellat. in nou. num.* 2.

159 Et licèt ante dictam dationem apostolorũ cõmissio causæ valeat, tamen, si à parte opponatur Iudex appellationis procedere non potest, quia remanet primus Iudex, *vt ait Rot. dec.* 19. *de appellat. in antiq.*

160 Sed hic opportunè notandũ erit, qñ Iudex appellationi deferat, & illi tunc deferre videtur, quando dat apostolos reuerentiales, & eo casu à se iurisdictionem abdicare dicitur, adeò vt in posterũ causa dicatur effecta appellabilis, & sic Iudex à quo eo casu non potest ad executionem procedere, sed omne in causa appellationis venit terminandũ, *vt fuit dictum in Rom. damnorum, & interesse de Gabriellis Lunæ* 10. *Iunij* 1591. *coram Penia, & Rota dec.* 562. *n.* 1. *p.* 2. *in recent. & Grat. in sua dec.* 2. *n.* 21. vbi ait, quòd tunc delatio transfert accessoriũ, & principale, sed quando id procedat, *ait idẽ Grat. in suo lib.* 1. *discept. c.* 169. *n.* 19. *& dec.* 204. *n.* 1. *in addit. & veluti latè dixi inferius sub n.* 502. *& ibi recurras.*

161 Sed declara tamen illud esse verum, quòd scilicèt appellatio, per Iudicẽ admissa, & ei defferendo, abdicationẽ iurisdictionis Iudicis à quo, operetur, quando tamen pars non opponit, at secus, si opponat, *vt distinguit Rota dec.* 774. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.*

Et ratio est, quia stante oppositione partis, non potest admissio, & delatio appel-

lationis, nec non datio reuerentialium operari validitatem appellationis, & nullitatem decreti relaxationis mandati, quando aliàs dicta appellatio non esset admittenda, veluti, quia ageretur de mercede, aut de simili non appellabili, *vt ait Rota in dict. dec 774. & fuit dictũ in vna Mantuana Iuris Pascendi 26. Iun. 1628. corã Card. Virili, & prius in Aesina Saluiani Ven. 18. Iun. 1627. corã DunoZetto.*

162 Extende idem pari modo procedere, quoad dictam abdicationem iurisdictionis, quãdo Iudex detulit appellationi friuolæ, ab interlocutoria, & non admittendæ, quia, si Iudex eam admittit, iurisdictio expirat in totum ad superiorẽ, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. dec. 171. nu. 3. & prius in Tullen. bonorum, & attentator. 6. Nou. 1600. coram Litta, & in Leodien. Abbatiæ Cinacen. 6. Nouem. 1620. coram Sacrato, & latè Scac. de app. q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 92. & limit. 47. membro 7. num. 91.* & propterea hic notandum est, quòd delatio, quoad deuolutionem, consideratur in appellatione ab interlocutoria, sed non consideratur in ea à diffinitiua, quia in ea semper deuolutio fit, siue Iudex deferat, siue non, *vt ait Rota per Put. decis. 102. n. 3, lib. 3. & Gratian. dec. 202. n. 6. in addit. & Benint. decis. 1. Rotæ Bonon.*

163 Contrarium tamen, fuit decisum per Dominos de Rota, qui dixerunt illam causam per delationem esse effectam appellabilem, quoad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, *vt ait Benint. decis. 17, & Rota per Burat. in dec. 556. & ibi pulchrè distinguit D. Ferentillus in suis addit. sub num. 16.*

164 Et rõ est reuerentiales à Iudice dati intelligũtur, quatenus sẽtẽtia appellatio nẽ &c. Ideò videmus, quòd quãdo appellatio nõ est admittenda, quoad effectum suspensiuũ, tunc delatio Iudicis non impedit, quominus Iudex appellationis possit in primis, & ante omnia dictam sententiam exequi, & maximè, quando comissio esset cũ illa clausula (nec aliter Aegidiana, &c.) *vt ait Rota ibi corã Penia in illa Rom. damnorũ, & interesse de Gabriellis Lunę 10. Iun. 1591.* quòd procedit, etiã si Iudex dederit apostolos reuerentiales in forma, quia nihilominus refutatorios dedisse censetur, *vt ait Cassad. dec. 7. n. 5. de apell. Grauat. ad Vestr. in lib. 7. c. 3. n. 69. in sua praxi. Marches. de cõmiss. par. 2. c. 1. n. 45. fol. 7. Rota dec. 6. de app. in antiq. & in Anconitana de GoZis 1. Iulij 1592. coram Pamphilio Sen.*

165 Veluti eodẽ modo dicitur de clausula (si & in quãtũ) quę in appellatione importat admissionẽ in casu, in quo intrat admissio, aliàs secus. *Surd. in sua dec. 264. n. 18. & fuit dictum à Rota in vna Valentina de Consentayna 30. Ianuarij 1581. coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis dec. 499. n. 2. & Octau. Caccher. dec. 131. & Marta ibi supra in dicto c. 7. & Grat. dec. 202. num. 6. in addit. & Rota in vna Esina Saluiani Veneris 18. Iunij 1627. coram DunoZetto, & in alia Mantuana Iuris pascendi 26. Iunij 1628. coram Card. Virili & in eadem 26. Martij 1629. coram Durano, & prius in Esina Salu. 18. Iun. 1627. corã Vbaldo, & per Burat. dec. 171. & ibi per adden. sub lit. B. n. 9. & prius dec. 687. n. 2. par. 1. diuer.*

166 Extende, quòd etiam censeatur appellationi delatum per clausulam (si & inquantum de iure) vel per illam (nisi si, & in quantum) siue potius cum alia clausula, quatenus de iure; & non alias, aliter, nec alio modo, quia prædictæ clausulæ operantur, vt intelligatur admissa appellatio, si ex causa rationabili interponatur; At secus si ex irrationabili, *vt dicunt DD. allegat. ab addente ad dec. Buratti 171. sub n. 9. Card. Seraph. dec. 499. n. 2. & Rota in Ferrar. Decimarum 21. Aprilis 1621. coram Vbaldo, & in Leodien. Abbatiæ 14. Ianuarij 1622. coram eodem, postea confirmata 25. Maij eiusdẽ anni coram eodem Vbaldo, & in alia Aesina Salu. 8. Iunij 1627. coram DunoZeto idẽ ait Benintend. in dec. 1. per tot. Rot. Bonon. & Grat. lib. 5. discept. c. 960. n. 10.*

167 Subextende idem procedere in Iudice appellationis, qui simpliciter dicat bene iudicatum, & malè appellatũ, quia tunc primam sententiam confirmare dicitur, & è contra, si diceret malè iudicatum, & benè appellatum, *vt ait Salic. in l. eos C. de app. & ibi latè, & Rota ibidem.*

168 Rursus hic obiter erit notandũ, quòd licèt de Iure appellatio in multis casibus denegetur, tamen in foro conscientiæ, tenetur Iudex semper eam admittere, si est iusta, *vt ait Nauar. in c. 25. n. 14. vers. nota tertio sequitur Roderiq. de ordin. Iudic. c. 13. nu. 3. & Ioan. Valer.*

At

de diff. int. vtrumq. for. in verbo appellatio differentia 2.

169 Extende eodem modo procedere, de Iudice appellationis friuolæ deferente, qui in foro contentioso non punitur, immò excusatur, nec litem suam facit, licèt malè pronunciauerit, quia Iudex ex sola prolatione sententiæ nullæ, seu iniustę, litem suam non facit, nisi etiam executio facti accedat; licèt tamen peccat Iudex in foro animæ, si huiusmodi appellationibus deferat, veluti eodem modo dicitur de appellante ex causa verisimili, & probabili, sed non vera, quinedum mortaliter peccat, sed tenetur etiā parti ad dāna, nec Iudex excusatur à legibus, quæ huiusmodi actus permittunt, quia illæ intelligunt de iustis, sed non è contra, *idem Valer. in pręcitato loco.*

170 Vndè nota igitur, quòd ad euitandū illud periculū rei iudicatæ, ob non redditionem pro responsione apostolorum, potest appellans impetrare cōmissionē, cum derogatione termini, ad reddendū per apostolis, *vt ait Ferrantes Garzareus in suo patrocinio 69.* Veluti etiam potest Iudex dato vno termino iuris appellāti, alium terminum pro apostolis, vt praxis obseruat, & tunc, si ipse non cōpareat, fit progressus ad reuerentiales, *vt ait Rota dec.* 334. *p.* 3. *diuers.* & in hoc videndus est *Scacc. de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 14. *num.* 12. *cum seqq.*

171 Sed si in commissione addatur illa clausula (quam, & quas) tunc non erit dubitādū, quin appellatio benè fuerit intro ducta, *vt ait Card. Seraph. in decis.* 944. *num.* 3.

172 Fallit quintò dicta *auth. hodie*, quādo essemus in laudo, *vt ait Afflict. dec.* 132. *sub num.* 1. vbi firmat, quod à laudo potest haberi recursus ad arbitriū boni viri, intra triginta annos, quibus tamē elapsis in rē iudicatā transit, ex sentētia, *Bart. & aliorum per Afflict. allegat. in præcit. loco.*

173 Fallit sextò veluti, si essemus in reclamatione à sententia Sacri Concistorij, quam, si infra decem dies procurator nō fecerit, tunc potest supplere Dominus, sed tunc dies currunt a die sententiæ, nō autē à die scientiæ ex quo causa est pertractata per procuratorem, *vt ait idem Afflict. decis.* 344. *num.* 1. & 2.

Vtlel. Thom. 2.

174 Ratio autem illius fallentiæ ea est, quia procurator verè contumax, non reijcit Dominum ab appellando, & præsertim, quando constaret, quòd fraudulenter, & colludendo omiserit appellationem, vel euidenter ex eisdem actis appareat procuratorem debuisse appellare, & non appellauit, item quando procurator non esset soluendo, siue ex legiti ma causa fuerit absens; Secus autem, si non dolosè omiserit procurator appellare, quia tunc Domino præiudicat, *vt ait Afflict. ibi supra nu.* 1. *& seqq. & Lancellot. in* 2. *par. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 86. *tit. de attent. appellat. pend. & sub num.* 92. ait prædicta eò magis procedere in causis arduis, prout sunt matrimoniales, in quibus culpa procuratoris in non appellando non nocet Domin; Immò, quando procurator nollet ex aliqua causa appellare, tunc sententiam contra se latam tenetur Domino denunciare, *vt ait idem Lancellottus dicta secunda parte, & capitulo* 12. *ampliatione* 15. *num.* 37. Licèt secus, si Dominus aliundè certior fuerit factus, quia tunc intraret regula, quod certus amplius certiorari non debet, *idem Lancellot. ibi supra num.* 38.

175 Extende præterea, quòd quando essemus in vero contumac, vt in citato personaliter, tunc tempus appellandi, contra eum currere incipit a dicta die sententiæ, non autem à die scientiæ; Secus verò, quando sententia feratur contra Dominum contumacem non verum, sed præsumptum, quia tunc ea in rem iudicatam non transit, nisi post decem dies à die scientiæ, in quo sciuit sententiam contra se latam fuisse. Et notitia sententiæ ad hunc effectum arguitur, ex receptione alicuius rei, in vim sententiæ, *vt ait Rota dec.* 396. *num.* 1. & 2. *par.* 2. *in recent. Capicc. decis.* 139. *Verall. dec.* 64. & 415. *par.* 2. & *Gratian. lib.* 4. *discept. c.* 708. *nu.* 14.

176 Licèt secus esset, si talis fuisset personaliter citatus, sed tamen in alieno territorio, quia tunc ille solum dicitur contumax, quoad effectum, vt possit dari immissio, at secus, quòad alios effectus cōtumaciæ, vt superius dictū est, *& Rota decis.* 618. *num.* 3. *par.* 1. *in recent. & Acebil. dec.* 1. *de dol. contum.*

Extende, quòd verus contumax (inter alia) ille Procurator quoq. dicitur, qui nunquam in causa comparuit, licèt secus, si in aliquo incidenti non comparuisset, etiam secundum aliquos in citatione ad audiendam sententiam, quamuis tamen prædicta regula non procedat in Rustico, & muliere, qui licèt sint veri contumaces, nihilominus appellant, *vt dicunt DD. allegati ab Vrsillo in dicta decis. 344. num. 4. & 5.*

177 Subextende illud, quod fuit dictum de vero contumace adeò esse verum, vt neque propterea ei sit danda restitutio, nisi parito iudicato, & refectis expensis, *vt ait Mohedan. decis. 539. & Papazon. in addit ad decis. 5. de restit. in integr. in nou.* & propterea videmus, quòd creditore immisso impossessionem ex primo decreto bonorum debitoris contumacis, si debitor compareat, & fideiubat de sistendo iuri, tunc ea possessio venit relaxanda, sed refectis expensis; at secus, si lata sententia in possessionem mittetur, quia tunc ea non relaxatur, nisi facta reali solutione *iuxta trad. per Surd. in sua decis. 46. num. 10.*

178 Extende immò id quoque procedere, si sententia vnica solum esset per contradictas lata, *vt ait Puteus decis. 7. de restit. in integ. & Rota in Exemen. Parrochialis 9. Februarij 1560. coram de Rubeis.*

179 Subextende prædicta procedere, etiam in Procuratore personaliter citato, nisi tamen illius dolus concurrat, vel alia causa mouerit animum Iudicis, ad ita faciendum, *vt ait Cassad. decis. 5. de appel. lat. Rota decis. 156. diuersorum in manuscriptis.*

180 Rursus nota, quòd verus etiam contumax dicitur ille, qui Procuratorem cõstituit, & ille alium substituit, sed postea substitutus recedit, quia tunc potest per contradictas procedi, quoad validitatem sententiæ, docto de illius substituti absẽtia, quicquid sit, quoad alios effectus, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 364. nu. 22. & ita semper fuisse seruatum testatur Acchil. de Graffis decis. 1. alias 131. de dolo, & contum. reprobata doctrina Vitalini in clement. si quando eodem tit.*

181 Secus autem, si processus fuerit fabricatus, vt puta per affixionem contra substitutum, nulla habita substituentis ratione, qui remanabat procurator, quia tunc erit nullus, cum nunquam remedio subsidiario sit locus, quamdiù adsit, qui citari possit, *vt ait Aegid. decis. 155. & Rota in Anconitana Mercedis 20. Decembr. 1602. coram Card. Sacrato.* Sed si vis scire essentia n, & substantiam processus fabricandi per contradictas recurras *apud Vestr. in sua prax. lib. 1. cap. 5. nu. 2. & 4.* vbi ait, quod principalis citetur personaliter, siue si est locus citationi, per edictum, tũc si principalis per se, aut per procuratorem non comparuerit, proceditur per contradictas, *idem ait Veral. decis. 107. num. 3. in fine par. 1. & decis. 102. num. 1. & decis. 135. par. 3. Achil. decis. 15. num. 3. de appellat. Cassad. decis. 6. num. 2. tit. vt lit. pend. Rota decis. 15. de rescrip. in nou. & ibi per addent. n. 1. Rota decis. 10. num. 1. de re iud. in nou. & decis. 36. par. 3. lib. 3. diuers. Seraph. decis. 1018. num. 4. & 1100. num. 5. & latè, & pulchrè fuit tractatum de hac materia à Rota in Ianuen. Separationis Thori Lunæ 16. Februarij 1632. coram Coccino Decano, ad quam decisionem in hac materia semper recurras, quia est Magistralis, veluti in alia decisione, in hac eadem causa facta 5. Maij 1632.*

182 Vnde pro corroboratione prædictæ regulæ erit igitur notandum, quòd regulariter sciential debet esse certa, per intimationem sententiæ, siue citationem personaliter factam, cum non sufficiat domi intimari, ad hoc, vt quis ab appellando, elapsis dictis decem diebus, excludatur, *vt ait idem Vrsill. in dicta decis. 394. num. 2.*

183 Et ratio est, quia per citationem domi factam non potest in appellante vera contumacia redargui, sed solùm ficta, *vt ait Rota in decis. 2. de dolo, & contum. in nou.* Et propterea potest validè post decem dies appellatio interponi, cum eo casu dies sint vtiles, nec per consequens currunt, nisi à die habitæ notitiæ, *vt ait Rota in dicta decis. 2. & dec. 46. de appellat. in antiq. & in Bononien. Attentatorum Vener. 12. Maij 1595. coram Orano, quæ est penes Marchesi de comiss. par. 2. fol. 63. num. 2. & vide quæ dixi supra in ampliat. 36. num. 44. cum seqq.*

Fallit

184 Fallit ſeptimò d. regula, quãdo ſentẽtia eſſet lata partibus præſentibus, quia tunc tempus currere incipit à die ſententiæ, ita vt alia intimatio amplius non ſit neceſſaria, quia in prædictis modis appellare debens verè dicitur contumax, *vt ait Rota in dicta Colen. penſionis corã Coccino, quæ eſt in eius impreſſis deciſio 183. num. 2.*

Quinimmò extende, quòd ne dum ſententia partibus præſentibus, abſque citatione valeat, ſed etiam, ſufficit illa procuratoris, ſi tñ conſtet eum fuiſſe præſentem ad illum actum, & ad illum effectũ, *vt dicunt DD. alleg. ab addent. ad deciſ. Gregor. 576. num. 15. & Card. Seraph. dec. 388. nu. 4. & latè fuit deduct. in Ferrarien. Decimar. 12. Decemb. 1614. coram Pirouano*, vbi etiã habetur, quòd procurator præſumitur intereſſe in audientia ad illum effectum audiendi decreta, & ſententias Iudicis, & hinc ſit propterea, quòd non ſit opus, vt conſtet ex proceſſu eum fuiſſe in ſpecie monitum, vt ea audiat, quæ in præiudicium ſui principalis fiunt, *vt pulchrè ait Capicius in deciſ. 1. num. 37.* Secus autem ſi conſtaret procuratorem fuiſſe præſentem in Iudicio, ſed ad alium finem, quia tunc illius præſentia, abſq. citationes non ſufficeret, ad eam ſententiam validandã; animaduertendo, quòd illius præſentia probatur, tam ex atteſtatione notarij, *vt fuit dictum in Calaguritana de ſan Petro 15. Iunij 1618. coram Card. Pamphilio*, veluti ſi appareret ſtatim dictam ſententiam eum intimaſſe, *vt ait Rota per Gregor. dicta deciſ. 576. & in alia Ferrarien. decimarum 11. Maij 1615. coram Pirouano.* Verum etiã d. illius præſentia præſumeretur, ſi in cõtinenti appellaſſet procurator, *vt fuit dictum à Rota ibi coram Gregorio, & Pamphilio.*

185 Contrarium, quòd ſcilicèt ſententia lata partibus præſentibus non operetur ſcientiam, ita vt amplius altera certificatio non ſit neceſſaria, *ait Alex. conſ. 114. num. 6. & ſeqq. lib. 5.* dicens, quòd talis ſcientia, & pacientia non dicitur conſenſus, vel voluntas, ſed conſcientia, & propterea non compræhenditur ſub conſtitutione mentionem faciente de conſenſu, Quinimmo datur quoddam medium inter conſentire, & diſſentire, & illud eſt; nempè, vt quis tacendo acconſentire videatur, vbi de eius vtilitate agitur, diſſentire verò, quando de eius præiuditio, ad tradita *per Seraph. de priuil. Iuram. priuil. 115. num. 7. & Surd. deciſ. 47. num. 9.*

186 Extende eodẽ modo procedere in his, quæ requirunt ſcripturam, quia tũc pacientia cum taciturnitate conſenſum non inducit, *vt ait Maſtril. ſingul. 330.*

187 Subextende prædicta eò magis procedere, quando quis contradicendo actum impedire non poterat, at ſecus, ſi è contra, *vt ait Surd. deciſ. 302. num. 2. & prius deciſ. 47. num. 10.*

188 Sed prædictis nõ obſtantibus, quòd præſentia cum taciturnitate in iudicialibus conſenſum inducat, *ait Grat. in ſua dec. 54. num. 6. & ita fuit dictum in Bononien. pecuniaria corã Card. Sacrato, quæ eſt apud Pic. ad Statut. Vrbis deciſ. 61. & & Rota per Buratt. dec. 566. num. 19.* vbi ait, quòd ſcientia, & conſenſus præſumitur in eo, qui interfuit negotio.

189 Sed ego pertranſeo, *cum Alex. in dicto ſuo conſ. 114. num. 6.* dum tamen agatur de actu, vbi ſit neceſſaria certa, & indubitata ſcientia, quia tunc præſumpta, ex præſentia non ſufficit, quia poteſt eſſe, quòd quis ſit præſens, ſed quòd ob animi diſtractionem non audierit; ſecus verò, quando ſcientia non deberet eſſe certa, pro quibus optimè faciunt ea, quę *ait Vrſill. ad Afflict. deciſ. 344. num. 2.* & ſic cum prædicta diſtinctione eas opiniones optimè concordare poterimus.

190 Fallit octauò illa regula, quando ſententia eſſet lata in vim monitorij facti, ad audiendam ſententiam, quia tunc ſi pars monita non comparet, cenſetur verè cõtumax, & propterea tempus appellandi incipit tunc currere, prout in perſonalitèr citato, *vt ait Felyn. in c. quoad conſultationem in fine de ſent. & re iudic. & Rota ibi coram Coccino in dicta ſua deciſ. 183.*

191 Contrariũ tñ de ſtylo, & ęquitate totius Italiæ, & forſan etiam de iure eſſe ſeruandum, *ait Feret. conſ. 216. per tot. & Ceph. conſ. 241. num. 54. lib. 2.*

192 Fallit nonò, ſi appellatio eſſet interpoſita procuratore ad id præſente, quia tũc alia intimatio appellationis nõ eſſet neceſſaria, *vt ait Rota deciſ. 24. num. 3. lib.*

lib. secundo diuersorum.

Secus autem, quando, nec procurator, neq. alia persona legitima esset presens alicui decreto facto, & præsertim, si cum intimatione fieret; quia tunc illud non afficeret, nisi illa intimatione executa, *vt ait Rota per Gregor. decis. 31. num. 8. & per Buratt. decis. 124. nu. 22. allegat. per Card. Caualer. in sua decis. 486. num. 12.* vbi propterea ampliat id in tantum procedere, vt si dicta intimatio omittatur insanabilis fiat, etiam stāte clausula arbitrio Rotæ; Et ratio est, quia absenti nunquam dilatio currit, nisi à die intimationis, & maximè, si per Iudicem fuisset concessa, cum intimatione, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. in sua decis. 267. num. 2.*

Declara tamen prædicta non procedere in his, quæ quis scire tenetur, quia tunc intimatio non esset necessaria, cum certus amplius certiorari non debeat, & tunc quis certus diceretur, veluti, si vnus (verbi gratia) venderet aliquem censum alicui, sed tñ non sibi, sed personæ intra certum tempus nominandæ, quia, si à persona nominata fuerit acceptata, & approbata dicti census venditio, tali casu census venditor non poterit, neq; fructus primo emptori soluere in futurū, neque minus illius sortem restituere, quamuis altera intimatio ipsi venditori de persona iam nominata non fuerit facta, quia paria sunt scire, vel scire debere, vltra, quòd quis scire tenetur, quòd inquirere debet, etiamsi in facto alieno essemus, & præcipuè, quando quis habuit certum tempus perquirendi, vt in istis terminis *fuit ita decisum à Rota in Rauēnaten. census coram Card. Caual. quæ est in eius impressis decis. 3. per totam.*

Et ratio prædictę declarationis ea est, quia intimatio non est necessaria, nisi, quando in iure est expressum, & propterea in dubio non præsumitur, eam esse de substantia, licèt secus sit de scientia, quæ de substantia actus esse dicitur, *vt fuit dictū à Rota ibi supra coram Cardin. Caualerio.*

Extende ea quæ fuerunt dicta de intimatione necessariò fienda parti, procedere quoque in actus reuocatione, quæ omnino prædictę parti venit intimanda, *vt ait Rota decis. 250. num. 8. parte 3. in recentioribus.*

193 Præterea hic obiter erit notandum in materia prosequēdę appellationis super eo, an scilicèt tēpus currat à die interpositæ appellationis in partibus, an vero a die commissionis in Curia, siuè potius à die, quo verisimilius poterit cōmitti causa, in hoc videndus est *Puteus in sua decis. 147. & decis. 150. num. 1. & 3. lib. 2.*

194 Quid, si Iudex in partibus dederit parti a diffinitiua appellanti terminum iuris, extra quem dicta pars causam com mitti fecit, sed pro apostolis amplius nō redijt? Respondetur, quòd cum isto casū de iure deberentur dari reuerentiales, per quos benè appellationi desertur, idcirco tenuit Rota commissionem indè factam valere, nec propterea vllam desertionem adesse, *vt fuit dictum ab ea per Crescent. decis. 2. de appellat. & decis. 54. eodem tit. in antiq. & Verall. decis. 38. par. 1.*

195 Fallit tamen, quando appellatio non fuisset prosecuta, quia idem erit, si appellans appellationem non prosequitur, quam si eam non interponat, quia vtroque modo lis deseritur, *vt ait Rota decis. 5. num. 2. de appellat. in nou. & in vna Camerinen. Pensionis Mercurij 21. Iunij 1594. coram Gipsio, quæ est apud Marches. par. 2. fol. 38. num. 1. de comiss. & idem ait Rota decis. 206. par. 2. in recent. & Franch. decis 501. nu. 1.*

196 Veluti eodem modo dicitur, quando quis non appellat, vel minus legitimè appellat, *vt ait Rota decis. 396. num. 3. dicta par. 2. in recent.* quia tunc nō appellando cognitio appellationis cessat, *vt ait Rota in Calaguritana panis 10. Nouembris 1597. coram Seraph. quæ est in eius impres. decis. 1241. & Franch. dicta decis. 501. num.* [illegible]

197 Rursus in materia prosequēdæ appellationis nota, quòd ex causa duo dantur anni, *vt ait Rota per Buratt. decis. 240. num. 1.* licèt in dicta computatione non sit subtilitèr, & rigorosè procedendum, *vt fuit dictum in Hispalen. Decimarum 23. Maij 1578. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 362. num. 1. & Franc. Marcus decis. 143. num. 3. par. 2.*

198 Et isto casu ne appellatio eicatur deserta

ferta, dies computantur de horis vigintiquatu r, *vt ait Laurent. decis. Auenion. 35. in fine, & Marta in compilat. decis. in verbo appellatio cap. 206. in tom. 1.* & propterea videmus etiam, quòd dies, in quo fuit interposita appellatio, quoad tempus appellandi computatur, at secus in materia desertionis; vnde illi decem dies dati ad appellandum de momento ad momentum numerantur in primo casu, at secus in eo desertionis, *vt ait Grat. lib. 1. discept. cap. 161. & in sua dec. Marchiæ 124. ferè per totam, & Laurent. ibi supra.*

Declara tamen prædictam distinctionem posse procedere de iure communi; At secus in vim constitutionis Innocentij Octaui de anno 1487. idus Ianuarij, nec non Pij Quinti §. 12. *in Bullario nouo tomo* 2. nec non etiam nouæ reformationis Pauli Quinti *in titulo comunia omnium Iudicum, tam ciuilium, quàm criminalium, vers. Iudices quicunq.* quarum enim vigore, etiam post vltimum momentum vltimi diei termini appellare licet, non computata die termini ex vi Innocētianæ, quod tamen intellige verum in Vrbe Romæ, sed alibi in Statu Ecclesiastico obseruatur, vt ante vltimū momentum decimi diei, & non eo elapso, sit interponenda appellatio, & hunc stylum seruari in omnibus Curijs Pontificijs, testatur *Menoch. Vestr. Bar. & alij allegat. à Scaccia lib. 3. cap. 2. quæst. 12. num. 52. cum seqq.*

Extende prædicta, quæ fuerunt dicta de dinumeratione termini, qui datur ad appellandum, multò magis procedere in eo, per Iudicem proseruato tento ad sententiam, qui decem diebus constat ad hoc, vt Iudex intra eos, possit animum suum deliberare in iudicando, qui quidem terminus, non tàm rigorosè, & subtiliter debet ponderari, sicut ille appellationis, & ideò etiam, quòd Iudex in vltimo momento temporis vltimi diei termini, suam sententiam proferat, nihilominus sustinebitur, quia retrotrahitur ad primam diem termini proseruato habiti, in materia subscriptionis sententiæ, *vt ait Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 12. nu. 8. & quæst. 14. nu. 10. & quæst. 17. limit. 21. num. 23. & seq.* dinumerando dies de horis 24. illi incipiendo, non à media nocte, vt fit in contractibus, & vltimis voluntatibus, sed eadem hora finitur, qua incipit terminus, *vt ait Laurent. decis. Auenion. 35. sub num. 10. quem sequitur Marta in compil. suarum decis. in verbo appellatio. cap. 206. & Rotā in Romana Societatis 27. Iunij 1598. coram Card. Lancellotto, & Gratian. lib. 1. discept. cap. 161. n. 20.*

Et ratio istius opinionis ea esse videtur, ne dum ex eo, quia finis limitato cedit, & dicitur ille, intra quem res ipsa concluditur, & nihil extra, quem argumento eorum quæ *ait Franc. Marc. decis. 338. & prius 143. num. 9. par. 2.* Verum etiā ex altero, quia si extrema istius termini idest principium, ac illius finis, non essent habilia simul coniungi, vtique talis terminus diceretur elusoriè datus, ac illusoriè retrotraheretur, quia finis non retrotrahitur ad principium, quando non inuenit illud conseruabile, *vt ait Gregor. in sua decis. 395. num. 12.* Aliàs esset vel le dare correctionem Tribunalium Iudicū ordinariorum, & delegatorum aduniuersitatem causarum, apud quos iste terminus seruari solet, quod nullo modo venit tollerandum, immò, verba sunt impro prianda, ad hoc, vt in huiusmodi Tribunalibus correctio euitetur, *vt fuit dictum in Romana Iuris congrui de Crescentijs 15. Iunij 1579. coram Robusterio, & facit doctr. in Intrigliol. sing. 201. lib. 1.*

Et ratio rationis, quare in termino pro seruato ad sententiam latius sit procedendum, quàm in eo ad appellandum, ea esse videtur, ad hoc, vt quàm citius executioni sententiæ via aperta fiat, nec nō etiam, quia illa solet imponere finem liti, & quem à conuerso, semper apppellatio dilabitur, cum appellans plerumq. appellet animo potius protellandi Iudicium, & defatigandi aduersarium, quàm q̄ bonū ius foueat, & p̄pa semper in dubio pro sentētia venit iudicandū, quia facit de albo nigrum, & de iniusto iustum, etiam, quòd ab ea fuerit appellatum, *vt fuit dictum in Romana domus de Grandis 16. Februarij 1601. coram Penia & coram eodem in alia Rom. dotis Lunæ 11. Maij 1609. & per Buratt. dec. 240. num. 19. & decis. 708. num. 3. penes eundem, & decis. 258. num. 2. par. 1. recent.*

Vnde

Vnde nimirum, si in hoc appellans,& citans ad sententiam, sint iudicandi ad imparia, & præsertim ex eo, quia appellans in appellando nihil impendit, veluti facit citans ad sententiam deponendo sportulas, & alias impensas pro Iudice, & notario; & propterea meritò, si vbique deberet illi prodesse ea regula, vt scilicèt terminus non computetur intermino, sed quòd ille sit incipiendus, à proximo, vt videtur annuere *Laurent. dicta decis.* 35. *num.* 10. & sine dificultate, quãdo terminus adiungitur numero dierum, vel mẽsium cum dictione, *à*, vel *ab*, quæ stat exclusiuè, *vt ait Grat. lib.* 1. *disceptat. capit.* 161. *num.* 1. *& dec. is* 124. *nu.* 3. *& seqq.* Et veluti cantat noua reformatio Pauli Quinti superius allegata, ibi; Nec non terminos proseruato habitos intra decem dies, omnino à die habiti termini proseruato, & non vltra, declarare possint, & debeant, licèt possit dubitari, an ea vti localis sit ad alia Tribunalia totius status ecclesiastici extendenda, quòd ego puto verum per ea, quę superius dixi ad fauorem citantis ad sententiam, sed redeundo ad id, quod superius dicebamus super desertione causę.

199 Extende, quòd ad hoc, vt appellatio non dicatur deserta, ex non illius prosecutione, sufficit quælibet diligentia, *vt ait Rota decis.* 156. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.*

200 Declara tamen, quòd si appellans non docet aliquid fecisse infra annum pro cõmissione causæ, tunc ea sit deserta, *vt ait Rota dec.* 290. *lib.* 2. *p.* 3. *diuers. & Caesar de Grassis decis.* 134. *num.* 1. *&* 8. *Mobedan. decis.* 9. *de appellat.* & (vt superius dixi) non sufficit allegare impedimentum in vna parte anni, si in alia parte agere potuerit, *vt ait Rota dicta decis.* 156. *& Cappell. Tholos. decis.* 245. *n.* 1. *& Thom. Fastol. in sua decis.* 37. *Rota decis.* 299. *num.* 4. *lib.* 2. *diuers.* vbi nedum de stylo Rotæ ita procedere testatur, verum etiam ex iuris communis dispositione, *Rota dicta decis.* 197. *num.* 4. *lib.* 2. *diuers.* & ista desertio fundatur *in l. fin.* §. *illud C. de temp. appellat. & cap. licèt de sent. excom. lib.* 6. *vt ait Rota dicta decis.* 119. *num.* 11. *par.* 2. *diuers.*

201 Extende idem quoque procedere, iuxta regulam de annali, quæ ait, vt infra annum causa expediri debeat, & tempus illius anni incipit currere à die executæ citationis, *vt ait Rota per Gregor. decis.* 272. *num.* 1. *&* 2.

202 Sed, quòd de stylo Curiæ appellãs, si aliquid fecit infra annum habeat biennium ad prosequendam, & ad finiendam appellationem, testatur *Cassad. decis.* 6. *num.* 8. *de appellat. & Mysing. dec.* 22. *par.* 3. Sed Rota *decis.* 181. *num.* 3. *lib.* 2. *diuers.* ait, quòd contra stylum Curię dicta Rota triennium concedit.

203 Subdeclara, quòd nec illo casu sufficeret, post annum solam petitionem dare, aliàs sequeretur, quòd oblato libello nunquã desereretur appellatio, sed benè opus est, quòd pluries, & instantèr causam expediri petat, sicut dicitur de petitione apostolorum, *vt ait Rota decis.* 7. *de appellat. in nouis, & ibi in additionibus in fine.*

204 Licèt *Put. in dicta decis.* 152. *lib.* 2. dicat illud, quod fuit dictum de Biẽnio, solùm procedere in Curia, *& Franciscus Marcus dicta decis.* 143. *num.* 17. *par.* 2. ait, quod impedito, datur ipso iure secũdus annus, & propterea debet expectari vltimus mensis Biennij, ad hoc, vt appellatus prosequi possit, quòd enim procedit, etiamsi quis fuisset impeditus in vna die tantùm illis anni, *idẽ Franciscus Marchus ibi supra num.* 16. *in fine, & Card. Seraph. decis.* 362. *num.* 1. *& Gratian. dec. Marchiæ* 124. *num.* 6. *& Burat. decis.* 240 *num.* 1.

Sed quomodo re vera Concilium Tridentinum concedens Biennium ad expediẽdas causas, sit intelligendum, distinguendum erit hoc modo *cum Marches. de commiss. par.* 1. *par.* 1. *cap.* 6. *num.* 135. vbi ait id esse verum, quòd infra illud sit terminanda causa, aliàs, quòd dicatur deserta, dummodo ea fuerit agitata, & Iudex pluries requisitus, aut executionem neglexerit, siue eam terminare renuerit; Alias illud biennium ad id non arctabit, & maximè, si dereiterata requisitione, pro causæ expiditione, & de subsequenti Iudicis negligentia non cõstabit, *vt ait Put. dec.* 222. *lib.* 3. & tali casu Signatura solet concedere aliud tempus quatuor, vel sex mensium, iuxta causę, qualitatẽ, ad eã expediendã, & id

fit

sit, ne ab illo iam instructo causam auocando, & alium nouum Iudicem de illius meritis non informatum subrogando, in longius protrahatur causæ expeditio, vel, vt via malitijs litigantium præcludatur, qui sępè id fieri curarent, vt postea alium Iudicem magis propitium haberent, restringendo tamē Concilium in hoc solum habere locum in causis, ad forum ecclesiasticum spectantibus, non autē in profanis, *veluti firmat Marches. in præcitato loco.*

205 Item, quòd appellatus non possit cogere appellantem ad prosequendam appellationem, ante finem anni, *ait Cappell. Tholos. decis. 425. num. 4. & prius decis. 252. num. 1.* docet, quando appellatus possit prosequi ante fine terminum, ex causa dati, & ibi recurras.

206 At secus, si appellans in prosequendo non fuit impeditus, siue fatalia non fecit prorogari, quæ loco biennij conceduntur, cum vtrumque remedium cumulatiuè non detur, quia tunc appellatus potest appellationem prosequi in vltimo mense primi anni, *vt ait Franc. Marc. decis. 143. num. 2. par. 2.* & ratio est, ne dicatur appellatum nimis præcurrere, & appellantem supplantari in prosecutione, *vt ait idem Franc. Marc. dicta decis. 143. num. 9.*

Secus autem in appellante, qui expectare non tenetur, cum in eius fauorem istud remediū fuerit introductum, *idem Franc. Marc. ibi supra num. 14. & Rota decis. 1. num. 4. lib. 2. diuers.*

207 Sed post lapsum anni nullo interueniente iusto impedimento, tunc neque appellans, neque appellatus prosequi possunt, quia Iudex appellationis desinit esse Iudex, quod enim procedit, etiamsi consensus vtriusque, nempè appellantis, & appellati concurrant, & ita fit nedum, ob vim rei iudicatæ, vt finis litium habeatur, *Cappell. Tholos. decis. 245. & Misyng. decis. 19. par. 2.* sed etiam ex ea ratione, quia, quando partes ab interposita appellatione discedunt, non possunt etiam de consensu amplius, ad eam redire, *vt ait Gaspar Guglielm. in decis. Rotæ Spiren. 98. par. 1.*

208 Et ratio rationis est, quia partes iurisdictionem prorogare non possunt; vt inferius dicam in vers. Et id procedit, etiam, *& text. est in l. priuatorum C. de Iurisd. omn. Iud. & Card. Seraph. decis. 418. num. 2.*

209 Contrarium tū esset nondum finito anno, quia tūc appellās nō potest cogi ante annū, vel biennium, etiam ex causa prosequi appellationem; sed si velit potest illud tempus expectare, & superſedere, *vt ait idem Franc. Marc. dicta deci. 143. num. 6. par. 2.*

210 Declara tamen, & pro cautela nota, quòd illi iurisdictionis defectui poterit per appellatum succurri commissionem porrigendo, & confirmationem indè suæ sententiæ petere, & appellationem aduersarij cassari, & sic indirectè appellans prosequi cogitur, *vt ait Marches. de com. miss. par. 3. §. 1. num. 95. & seq. q. sol. 15* in hac materia videndus, & sic igitur illud, quod fuit dictum super eo, nempè iurisdictionem Iudicis post annum non cessare, procedit, quando impedimentum adest, quia tunc ex eo datur Biennium, veluti etiam, quando fatalia fuerunt prorogata, quæ loco biennij succedunt, *vt ait idem Franc. Marc. ibi supra num. 6. in fine, & 18. in principio, &* benè *Rota decis. 151. num. 1. & 2.* vbi ait, quòd iurisdictio expirat Iudicis, ad quē ob non prorogata fatalia; Sed nota tu, tamen, quòd tunc poterit ille Iudex causam nullitatis cognoscere, siuè notoriæ iniustitiæ, etiam non constito de appellatione, quia cum nullitati æquiparetur; idcircò nunquàm in iudicatum transit, *vt ait Cæsar de Grassis decis. 17. de rescript. & Ioacchin. Mising. dec. 77. & Mart. in compil. suarum decis. in verbo appellat. cap. 231. tomo 1. & Rota in Bononien. de Pipinis 8. Nouembris 1577. quæ est decis. 311. num. 2. par. 2. diuers. & decis. 644. num. 1. parte prima diuersorum.*

211 Quando autem sumus in casu desertæ appellationis, tunc nota, quòd ea nō dicitur talis, si sententia super hoc non feratur, veluti dicitur, si postea pars non fuit citata, & intimata antequam executoriales decernantur, *vt fuit dictum in vna Barchinonen. bonorum piæ causæ 16. Februarij 1582. coram Card. Seraph quæ est in eius impressis decis. 565. ferè in fine, & Rota decis. 300. num. 2. par. 2. diuers. quæ est eiusdem Seraphini.*

Quod

212 Quòd tamen intellige verum, quando pronunciatur deserta appellatio à diffinitiua, at secus, si pronunciaretur deserta ab interlocutoria, quia tunc cum ab ea appellatio non detur; idcircò absque alia citatione ad executionem procedi posset, vt distinguendo, *ait Rota in dicta decis. 565. coram Card. Seraph. & Franc. Marcb. decis. 292. num. 6. par. 1. & Cassad. decis. 6. num. 2. de caus. poss. & propriet.*

213 Declara tamen, quòd ad hoc, vt executio sententiæ absque citatione fieri possit, hæc duo concurrere debent, nempè, quòd appellatio sit deserta, & quòd Iudex de hoc sit certus, *vt ait Card. Seraph. dicta decis. 565. nu. 5.* quia tunc Iudex posset suam sententiam exequi, etiam non docto de prosecutione appellationis, *ait Ioachin. Misinger. decis. 85. par. 2. & Mart. in sua compil. decis. in verbo appellat. cap. 219. tomo 1.*

214 Extende id eò magis procedere, quando desertio esset notoria, quia tunc pronunciationem non requirit, *vt ait Gratian. decis. 223. num. 1.*

215 Subextende id in tantum esse verum, vt propterea remaneat firmum id, quod fuit per sententiam resolutum, & sic, quòd tunc non sit amplius necesse, quòd appellatio pronuncietur deserta, ne detur occasio appellandi, cum à tali pronunciatione detur appellatio, *vt ait Card. Seraphin. decis. 1335. num 3. Guidopap. decis. 436. & Surd. decis. 175. num. 4. & idem ait Mohedan. decis. 9. de appellat. & Rota decis. 208. num. 2. lib. 2. diuers.*

216 Subextende præterea, quòd neque etiam possessio capta post desertionem dicatur attentata, *vt ait Rota per Burattum decis. 171. num. 5.*

217 Contrarium autem veluti, si essemus in re iudicata solùm, quia tunc appellatio suspenderet illam, *vt ait idem Card. Mantic. decis. 69. num. 4.*

218 Rursus extēde primò prædicta adeò esse vera, vt propterea Iudex à quo, elapso termino ad docen. de prosecutione appellationis non obstan. impedimentis in casu desertionis, citra vitiū attentatorum, vt mox diximus, suam sententiam exequi facere potest, quia impedimenta non suffragantur ad effectum, vt causentur attentata, sed solum à desertione excusant, quando sint talia, quæ huiusmodi executionem mereantur, vt superius dixi, *& veluti ait Rota per Card. Seraph. decis. 1335. num. 2. Card. Mantic. decis. 272. num. 7. & Cassad. decis. 6. nu. 2. de caus. poss. & propriet.*

219 Extende secundò id quoque procedere, licèt à principio Iudex appellationi detulisset, & postea super hoc inhibitio obtenta fuisset, quia hæc cū appellatione simul expirant, & idem est dicendum de ea appellatione, quæ fuit deserta, quod de ea, quæ ritè non fuit interposita, cùm paria sint non appellare, & minus idoneè appellare, siue appellationē nō prosequi, aut illi renunciare, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 572. nu. 32. & 33. & idem in sua decis. Marchiæ 38.*

220 Et ratio quare in appellatione deserta non reuocentur attentata, ea est, quia fingitur nunquam fuisse appellatum, *vt ait Franc. Marc. decis. 283. num 2. par. 1. & Card. Mantic. decis. 276. num. 1. & secundo.*

221 Extende prædicta, etiam procedere, quando essemus in eo, qui vellet in causa nullitatis procedere, quia tunc redire posset ad Iudicem à quo, cum ad eum illius cognitio spectet, vsque ad triginta annos, *vt ait Guidopap. decis. 436. num. tot. & Rota decis. 29. de appellat. in nouis,* & sic ille Iudex poterit primam sententiam confirmare, *vt ait Rota decis. 4. de appellat. in antiq.*

222 Veluti pari modo de illo Iudice dicitur, qui de nullitate cognoscit, quia potest, etiam cognoscendo de negotio principali, priorem sententiā reuocare, quando de illius iniustitia constaret, *vt fuit dictum in vna Taruisiana pensionis 10. Martij 1570. coram Oradino, & in alia Aurien. Parochialis de Paroxi 11. Decembris 1606. coram Card. Marcomon.*

223 Extende, quòd immò potest, etiam ille Iudex, omisso iudicio nullitatis, super principali iudicare, *vt ait Hartam. in sua decis. 33. tit. de appellat.* Secus verò erit dicendum de Iudice appellationis, qui sententiam confirmare, non autem infirmare poterit, post desertionem, *vt ait Puteus decis. 115. lib. 1.*

224 Vnde si contigerit, quòd appellatio interponatur à sententia appellationem

con

confirmante, tunc actio oritur ex illa confirmatione, non autem ex confirmato, & ideo executio illius sententiæ ad confirmantem spectat, *vt ait Franch. decis. 510. num. 9. & veluti inferius dicam sub num. 236. vbi in hoc pulchram distinctionem inuenies.*

225 Cõtrariũ, quòd scilicèt de desertione debeat per sententiam legitimè constare, ad hoc, vt quis vim succumbentiæ obtineat, *dicunt Doctores allegati à Gratiano lib. tertio disceptation. cap. 572. num. 32. Magon. decis. Rotæ Flor. 55. n. 9. & 10.* Imò id fieri debet citata parte, ad dicendum causam quare &c. *vt latè ait Ricc. in sua dec. Cur. Arch. Neap 39. & in sua collect. 1089. vers. nota tamẽ p. 5.*

226 Et ratio est, quia nemo debet impediri desertionem negare, & à declaratione desertionis appellare, donec talis sententia in Iudicatum non transit, quia tũc diceretur de ea legitimè constare, vt exẽplificando de instrumento, quod potest negari esse publicum, licèt contra illud nihil opponi possit. Veluti videmus fieri de notorijs, in quibus licèt non admittatur appellatio, & in eis ordo Iuris non requiratur, tamen id intelligendum venit, dummodo prius constet, ea esse notoria, cum multa dicantur esse talia, quæ reuera non sunt, & propterea ordo Iuris in dubio erit seruandus, & sic, quòd eo casu sit appellatio admittenda, *ait Gratian lib. 3. discept. c. 572. n. 32. & seqq.*

227 Quibus præterea addatur, quòd licèt talis pronunciatio super desertione appellationis dicatur merè interlocutoria; nihilominus, quando nulla alia speretur diffinitiua, tunc ab ea appellatio datur, donec illa pronunciatio in iudicatum non transit, vt superius dixi, & veluti, *ait idem Gratianus dicto capitulo 572. num. 32. & Card. Seraph. decis. 1335. n. 3. Rota decis. 87. de appell. in antiq.*

228 Extende eodem modo procedere de re iudicata, quæ poterit retractari, si ita Iudici æquum visum fuerit, siue, quãdo de iniquitate, & iniustitia appareret, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in decis. 79. num. tertio, & quarto, & veluti dixi supra in limitatione prima in fine, & facit decis. Rotæ 208. num. 5. lib. 3. diuers. idem dixi in limitatione sexta, & limitatione 27.*

229 Sed est benè verum, quòd super desertione pronunciari non potest, nisi ex speciali cõmissione, *vt ait Rot. decis. 72. de appellat. in antiq.*

230 Contrarium licèt seruetur in Auditore Rotæ, qui sine alia commissione super ea pronunciare potest, *vt ait Rota decis. 86. eodem tit.*

231 Concorda tu tamen, vt prima opinio procedat, quando esset pronuncianda appellatio deserta à diffinitiua. Secunda verò, quando ab interlocutoria, vt superius diximus *in versiculo* Quod tamen intellige verum. Et est pulchra *dec. 685. n. 5. par. 3. recent. & dec. 21. de re iud. in nou. Seraph. decis. 565. n. 10.*

232 Sed tenẽdo primã opinionẽ extẽde eã in tm̃ pcedere, q licèt appellatio ipso iure fiat deserta, nihilominus ex præd. est necessaria declaratio, q sit talis, *vt ait idem Grat. lib. 1. discept. c. 40. n. 1. & decis. 223. num. 5. & Mobedan. dec. 9. de appellat. n. 2.* vbi limitat id posse fieri per appellatũ, dũ instaret, vt Iudex sẽtentiam iam latam confirmaret, & sic appellationem desertam pronunciaret, *vt comprobat Aegid. in dec. 348. & Rota dec. 14. de appellat. in nou.* Immò inferius subiungit, quòd licèt talis Iudex non possit illud facere, tamquam Iudex appellationis, cum amplius nulla adsit appellatio, potest tamen alia via adiri, nempè, si posset esse idoneus cognitor, *idem Mobedan. dicta decis. 9. in fine.*

233 Vndè ad corroborationem prædictorum, videmus etiam, quòd in Vrbe seruatur praxis ista nẽpe, q stante re iudicata, siue desertione causæ, tunc obtinẽda est commissio, vbi peritur, vt constito Iudici de re Iudicata, siue de desertione causæ, vel quòd alio modo executioni sit locus, & quatenus opus sit, præfixo parti aliquo breui termino, ad docendũ de causis restitutionis in integrum, quo elapso, & nihil docto, quòd releuet exequatur, *vt habetur apud Marches. in for. commissis executorialis, & Rota decis. 61. num. 1. par. 1. in recent.*

234 Tenendo autem opinionem secundam, extende eam adeò valere, vt statim appellatione deserta, sententia sit executioni demandanda, & si Iudex eo casu vellet super negotio principali pronunciare, tunc etiam si pars non opponat, sententia dicitur nulla, ex de-

ex defectu Iurisdictionis, *& ita refert fuisse decisum Misinger. centuria secunda, obseruation. 59. vbi allegat text. in Clementin. si appellationem, & ibi Glossa & communiter Doctor. de appellat. idem Misynger. ibi supra obseruation. 70. & Mobedan. decis. 9. de appellat. num. 1.* vbi ait, quòd stante desertione Iurisdictio dicitur finita, & amplius talis adiri non potest, tamquam Iudex appellationis.

235 Extende id procedere, etiam quoad partes, quæ Iurisdictionem prorogare non possunt, *vt ait Cappell. Tholos. dec. 244. & idem Misyng. dicta obseruat. 59. cent. 2. & in addit. ad dictam decis. 244. Cappella Tholos.*

236 Sed notandum tñ erit id, *q ait Mobedan. decis. 9. de appellat. in addit.* Aliàs si eius opinio esset vera, vtque dictæ opiniones concordarentur, cum eo, ibi tali modo distinguendo, & sic, quòd Iudex, à quo possit, absque alia Iudicis, ad quem pronunciatione, sententiam exequi facere, elapso tamen termino ad docendum de prosequutione appellationis, quia tunc Iudex, à quo, poterit citra vitium attentatorum suam sententiam exequi facere, non obstantibus impedimentis, *vt ait Cardinal. Seraphinus decis. 1335. nu. 1.* si tamen nunquam fuisset aditus Iudex; ad quem; alias secus, *vt ait Mobed. ibi supra, & faciunt ea, quæ ait Scaccia de appellation. libro tertio capitulo secundo quæstione 11. articulo 6. num. 160.*

Vnde hic erit tali modo concludendum, pro habenda istius articuli resolutione; nempè, aut sententia est confirmata expressè per Iudicem appellationis, & tunc ille exequitur, quia tali casu ex confirmante ageretur; Aut fuit sententia tacitè confirmata, veluti per lapsum instantiæ, siue per aliã solemnitatem omissam, & tali casu primus Iudex erit competens, qui eam tulit, *vt ait Mysinger. in sua decisione 94. centuria quinta, & Franchus decis. 510. num. 9.*

Aut verò appellans spontè ab appellatione recedit, vel per viam pacti, & cõuentionis inter partes, & tunc. Rursus erit distinguendum, nempè, aut petitur executio sententiæ in vim pacti, & tunc ille exequeretur, coram quo pactũ initum fuisset, *vt ait Coppin. decisione 23. cum ibi allegatis.*

Animaduertendo tamen, quòd tale pactum debet tendere ad tollendam appellationem, & ad sententiam confirmandam, quia non sufficeret, si illud tenderet ad tollendam appellationem tantùm, quia tunc primus Iudex esset ille, qui deberet exequi, *vt ait Castill. decis. 84. Rotæ Siciliæ.* Aut verò petitur executio sententiæ, & tunc quilibet exequi põt, & maximè primus, quia prima sententia firma manet, & sic ex ea oritur actio, *vt ait Franchus decis. 335. & decis. 510.* licèt contrarium dicat, *Carth. decis. Rotæ Genuen. 10.* vbi ait eam sententiam exequendam fore, per Iudicem ad quem, ex ea ratione, quia ille poterit illud supplere, quod fuit ommissum per Iudicem à quo, & propterea ego tali mõ do prædictas opiniones concordare nempè, quòd prima procedat, quando scripturæ non fuissent introductæ coram Iudice ad quem. Secunda verò, quando secus, *vt ait Castill. decis. 83. & Mobedanus dicta decis. nona de appellation. & ibi in addition. Magon. dicta decis. 55 Rota Florent. num. 9.* Sed omnino, *vide Scacciam de appellation. libro tertio, capitulo secundo, quæstione 11. articulo septimo num. 162. cum sequentib.*
Rursus concorda, quòd prima procedat, quando sententia contineret capita separata. Secunda vero, quando secus, *vt ait Franchus in sua decis. 467. num. 1.*

237 Circa verò illud, quòd fuerat superius dictum de citatione necessaria, etiam post rem Iudicatam, declara non procedere, quando essemus in re iudicata simplicitèr, quia tunc ad executionem, absque alia partis citatione procedi posset, & præsertim, quando executio fieret super eadem re, & quando nulla mutatio personæ, ac Iudicis adesset, & vbi materia non esset appellabilis, *vt ait Rota decis. 365. numero quinto parte prima in recent.* quam sequuta fuit, *in Romana Sancti Thomæ die 17. Decembris 1604 coram Coccino, quæ est in eius impress. decis. 130. num. tertio. & in Romana spolij 11 Iunij 1606. coram Cardinali Lancellotto,* de qua fit mentio

apud

apud Marches. de commiss. p. 2. fol. 157. *Cassad. decis. 6. de caus. poss. & propriet. idem ait Franc. Marc. decis.* 283. *p.* 1. *& deniq. in alia Romana Spolij domorum* 27. *Nouemb.* 1617. *coram Verospio* Item qualis Iudex debeat esse, qui rem iudicatam, necnon etiam quomodo ad executionem rei iudicatæ sit procedendū, *tradit Scaccia de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 11. *articulo* 7. *nu.* 162. *cum seqq. & art.* 8. *n.* 186. *cum seqq.*

Declara tamen, quòd ille Iudex, qui potest declarare appellationem esse desertam, potest etiam condemnare desertorem appellationis ad expensas. Quamuis tamen, nedum Iudex à quo; verum etiam ille, ad quem pronunciare possit appellationem esse desertam, iuxta eam distinctionem superius adductam *sub n.* 236. *cum seqq.* Et sic aut fuit additus Iudex ad quem, & tunc ille expensas taxare valebit, aut appellans nullo modo causam fuit prosequutus, & tunc debet condemnari per Iudicem à quo, & in quibus expensis, an scilicèt in illis factis in causa principali, siue potius in ea appellationis, *ait idem Scaccia dicto lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 11. *artic.* 7. *num.* 160. *& seq.*

238 Sed redeundo ad materiam desertionis appellationis nota, quòd in dubio semper erit pronunciandum, quòd ea nō sit talis, *vt pulchrè ait Mainard. in sua decis. Rotæ Tholos.* 411. *lib.* 2. *& Mysynger. obseruat.* 22. *cent.* 3. *& Franch. dec.* 351. *n.* 4. Item quando non dicatur deserta appellatio *tradit Cæsar de Grass. decis.* 23. *nu.* 6. *Gratian. dec.* 124. *n.* 7. *Put. dec.* 364. *n.* 3. *lib.* 2. *& Card. Mantic. dec.* 128. *n.* 4. *late Scacc. de appell. q.* 12. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 52.

239 Fallit tamen in pluribus casibus, & primò, quando sententia nō pronunciatur intra fatalia, licèt esset coclusum in causa, *vt ait Rota decis.* 25. *de appellat. in antiq. & decis.* 38. *eodem tit.*

240 Fallit secūdo, quādo appellatio fuit per coniunctū interposita, sed non fuit intra decē dies à Domino ratificata, *vt ait Amat. decis. Marchiæ* 3.

241 Contrarium, quod scilicèt post illud tempus possit etiā à Domino ratificari, *tenet Magon. decision. Lucen.* 49. *num.* 29.

242 Extende illam primam opinionem procedere, etiam in quocumq. extraneo, qui licèt possit pro alio appellare, etiamsi mandatū non habeat, id tamen procedit, si intra tempus ad appellandū ratihabitio subsequatur, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 573. *num.* 4. *& seqq.*

243 Fallit tertiò, si appellatio ab interlocutoria non fuerit admissa, & appellans ab ista non admissione non appellauerit, quia tunc pro deserta habetur, *vt ait Mising. in sua obseruatione* 49. *centuria* 2. Et ab ea non admissione dēt iterum appellari, præsertim, si appellans fuerit præsens, aut vocatus, siuè citatus, licèt tamen secus esset, quando appellans nō admissus diceret, ego appellationi meæ insisto, quia tunc etiam, quòd ille ab ea non admissione non appellaret, tamen perinde est, ac si verè appellasset, *vt ait Capic. decis.* 34. *n.* 7. *&* 12.

Sed huiusmodi occasione hic erit notandum, quòd, quando quis non admittitur per Iudicem à quo; tunc ille potest iterum apellare ad Iudicem, ad quem, & tunc ab eo dependet admittere, vel non, cum causæ cognitione, *vt ait idem Capyc. dicta decis.* 34. *num.* 12.

244 Fallit quarto, si appellans in primo anno solum fecerit causam committere, & nil aliud fecit, quia tunc appellatio efficitur deserta, at secus, si fuerit etiam citatum ad dicendum contra, & indè inhibitio obtenta, *vt ait Achil. de Graf. decis.* 11. *de appellat. & Rota decis.* 290. *lib.* 2. *par.* 3. *diuers. Cassad. decis. quarta eodem tit. & Crescent. in sua decis.* 25. *Rota decis.* 266. *num.* 6. *lib.* 3. *diuers.* Et quòd appellanti concedatur annus de iure communi, & ex causa biennium ad prosequendam appellationem, *fuit dictū à Rota per Burrattum decis.* 170. *num.* 20. sed illud triennium est continuum, & non vtile, vt ex mente Rotæ, *ait Ric. in sua collectanea decis.* 2068. *propè medium par.* 5.

245 Sed est benè verum, quòd illa citatio ad videndum prorogari fatalia non esset sufficiens ad hoc, vt diceretur aliquid fuisse factum in causa, *vt ait Put. decis.* 311. *lib.* 2.

246 Fallit quintò, quando appellans penes Regentem, loco Vicecancellarij nō insteterit pro signatura obtinēda cōmissionis infra viginti dies post appellatio,

lationẽ, *ait Put. dec. 379. lib. 2. & Rota in vna Terracinen. Molendini 13. Nouẽb. 1592. alleg. à Ricc. in sua collect. 1273. p. 4.*

247 Fallit sextò, quod scilicèt appellatio dicatur deserta, quando appellans infra annum, si habuit refutatorios, commissio nem non obtinuit, nec postea citauit ad dicendum contra, vt paulo superius dixi, *& idem ait Achil. dicta decis. 11. de appellat. & in addit. ad Rotam decis. 7. de appell. in nou. & ita fuit dictum in vna Placentina de Portilo 17. Aprilis 1560. corã Clemente Octauo, & in alia Romana pecun. 17. Maij 1597. coram Litta.*

248 Contrarium tamen esset, vbi appellans intra triginta dies, à die introductæ appellationis, appellatum in ius non vocauerit, quia non obid appellatio deser ta censeretur, *vt ait Franc. Marc. decis. 461. n. 4. parte 2. & decis. 283. n. 2. p. 1.*

249 Cõcorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando impedimentum non adesset, vel essemus in supremis Iudicibus; secunda verò, si illud adesset, siue essemus in inferioribus iudicibus, veluti testatur ita fuisse seruatum in Curia Parlamenti, *Guidopap. decis. 213. allegat. à Franc. Marc. d. dec. 283. n. 2.*

Et ad prædictorum corroborationem facit *dec. Burratti 226. per totã, & præsertim sub n. 17.* vbi ait, quòd Rota indubio sem per renet pro non desertione causæ; Quinimmò ea quoque stante sẽper solet appellantẽ audire, attenta qualitate, & grauitate causæ, *Cassad. dec. 4. in fine. & decis. 9. de appell. Vestrius lib. 3. cap. 5. num. 4. & Rota ibi supra num. 18.*

250 Veluti eodem modo dicitur deserta appellatio, quando appellans, cui fuit datus terminus Iuris, intra illud non re dijt pro apostolis, & causam committi non curauit, *vt ait Crescentius decis. 65. & Cassador. decis. 4. de appellat.*

251 Limita tamen non procedere, quando adesset exceptio modici temporis, vt potè vnius diei, quia tunc talis exceptio non esset habenda in consideratione, *vt ait Rota Pedemontana decis. 12. num. 9. & Mobed. decis. 79. eod. tit.*

252 Sublimita tamen id non esse verum in Vrbe, si tamen impedimentum legitimum non curreret, *vt superius fuit probatum in vers. licèt Put num. 201.*

253 Rursus sublimita, quod licèt in materia desertionis, non tam rigorosè in computatione procedatur; secus tamen est in casu interponendæ appellationis, & propterea videmus, quòd dies, in quo fuit interposita appellatio, quoad tempus appellandi computatur, quod non fit in desertione, & sic illi decem dies de momento ad momentum numerantur in primo casu, at secus in secundo, vt dixi superius *sub nu. 198.* & ibi rationes differentiæ habebis, & veluti, *ait Gratian. libro primo disceptatione capitulo 161. & in sua decis. 124. ferè per totam Cardinalis Seraphinus decisione 362. num. primo, & quinto.*

254 Verum, quia (vt ex prædictis colligimus) multoties contingit, quòd appellatio ex non illius commissione in tẽpore deleratur, ideò ad id opere pretium erit scire, quòd licèt commissio cau sæ appellationis non fuerit intra decem dies in actis præsentata; veruntamen ad euadendum istud desertionis, siue rei iudicatæ periculum, sat erit, quod commissio ante lapsum dicti temporis ad bancũ Cursorum fuerit peruenta, *vt ait Crescentius decis. 1. de appellation. Cassadorus decis. quarta eodem titulo Egid. decis. 259. & decis. 387. & Caputaquen. decis. 137. lib. 1. in manuscript. idem Crescentius decis. prima & secunda eodem titulo, & fuit dictum in vna Romana Vineæ 7. Maij 1600. coram Card. Lancellotto Cassad. decis. 6. de appellat. Puteus decis. 379. lib. 2. & Rota decis. 790. par. tertia lib. tertio diuer. Scaccia de appell. lib. 3. cap. 2 quæst. 14 num. 14. & seq.*

255 Et ratio est, *vt ait Crescent. decis. 8. eodem tit. & Rot. dec. 85. de appellat. in nou.* quia in dubio ea non præsumitur de serta, necnon, etiam, quia tempus illud datum ad prosequendum assignatur, non ad prosequutionem finiendam, sed ad eã inchoandam, & propterea sufficit illud tempus inchoare, & incipere, *vt ait Rota dec. 28. eodem tit. in antiq & dec. 25. eodem tit. in nou. & Fastol. dec. 37.*

256 Declara igitur, quod ob dictas decisiones sufficit in appellationibus extra curiam iter arripere *Rota decis. 13. eod. tit. in nou., & decis. 20. eodem tit. in antiquis, & Bellamer. decis. 719.*

257 Subdeclara tamẽ id esse verũ, quãdo certus terminus alicui prẽfigatur, per Iudicem

dicem extra Curiam, ad prosequendam appellationem, quia tunc sufficit iter arripere infra illud tempus, & ratio est, quia cum terminus solùm assignetur ad prosequendum tunc sufficit inchoare, vel incipere vltima die; secus verò, si assignaretur terminus, non tantum ad prosequendum, quantum, etiam ad præsentandum se conspectui Pontificis, quia tunc non sufficeret itineris arreptio, nisi etiam sequeretur realis præsentatio, si tamen poterit habere præsentiam Papæ, aliàs fiet protestatio in Valuis Palatij, vt moris est; Item secus esset, quando terminus præfigeretur in Curia, quia ibi requiritur maior diligentia in prosequendo, vt scilicèt nedum, quis vadat, vel iter arripiat versus Cãcellariam, sed etiam ad ipsum Vicecancellarium, vel eius locumtenentem accedat, si poterit, sin minus de hoc protestetur, & commissionem signandã præsentet, & super eo publicum instrumentum recipiat, quia tunc, si infra terminum præfixum signata, vel præsentata non fuit, non sibi nocebit, quia intrat regula (Quòd per me non stat) vt de his omnibus, *ait Rota dec. 25. de appell. in nouis per totam.*

Deinde pro maiori intelligentia illius termini arripiendi iter ad Papã, quando causa fuit deuoluta ad Romanã Curiã; notandũ erit, quòd si fuerit interposita appellatio iudicialis, vel extraiudicialis ad Papã in præsentia partis, vel eius procuratoris specialis, siue vtriusq. aut alteri eorũ intimata infra mensem, à die interpositionis appellationis, vel saltem post mensẽ, quando commodè fieri poterit porrecto appellato tenore appellationis authenticę, si petitũ fuerit, siuè perlecto illius tenore iuxta formam *clem. causam* de elect. vel aliàs deducta ad certam, & plenam notitiam ipsius principalis, tunc si appellans talis non arripuerit iter ad Papam intra mensem *iuxt. c. 1. de elect. in 6.* & illam *clementinam causam*, poterit contra contumacem, siuè ille sit appellans, siue appellatus procedi, absque alia citatione, per contradictas, iuxta stilum Rotæ, *vt est decis. prima de electione in nou. & alij Doctores allegati in Ianuen. separationis Thori Mercurij quinta Maij 1632. coram Coccino.*

258 Et sic igitur ad id nota, quòd qualibet diligentia excusat à desertione, ob non præsentationem commissionis in tempore, *vt ait idem Puteus decis. 221. lib. 1.*

259 Item quòd sufficiat facere diligentiã corã Regente Cancellariæ, pro cõmissione signanda, *ait Crescent. dicta decis. 8. num. 5. de appellation.* veluti etiam per solam impetrationem rescripti appellationis, quis dicitur appellationem prosequi, *vt ait Bellamer. decis. 259. & facit text. in c. ea parte, & cap. dilectus de appellat.* licèt hodie non excusetur appellans, nisi commissio sit in tempore ad bancum Cursorum redacta, aliàs sibi imputandum erit.

260 Modo animaduertere restat, quòd illi decem dies ad appellandum statuti debent esse continui, & non vtiles, *vt ait Viu. in sua dec. 266. & Grat. d. dec. 124.*

261 Sed declara tamen, quòd illi decem dies dicuntur esse continui incipien. à die notitiæ, quando appellatur, à sententia, per viam cedulæ, licèt id falleret, quando in præsentia partis fuisset sentẽtiatum, quia tunc illud tempus decem dierum statim currere incipit, *vt fuit dictum in Rauenaten. attentatorum Veneris 19. Decembris 1586. cora Orano, quæ est apud Marches. de commis. par. 1. fol. 1339. per tot.*

262 Et propterea videmus, quòd attentata intra illud tempus appellationis nõ intimatæ, non sunt statim reuocan. *vt ait Guidopap. decis. 214 & Franc. Marc. decis. 283. par. 1.*

263 Contrarium tamen esset dicendum, veluti, si per statutum, vel aliam cõstitutionem fuisset præfixum aliquis terminus, ad expediendam causam, vt potè, si infra tres menses causa esset expedienda, quia tunc illi dies debent esse vtiles, sed est benè verũ, quòd menses esse debent de diebus triginta, nõ autẽ triginta vnius & sic elapsis diebus nonaginta esset deserta, si per sententiam non fuerit, iuxta mentem cõstitutionis, terminata, *vt fuit dictum in vna Abulen. Cappellania 17. Decembris 1599. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1335. & in alia Collen. pensionis coram Coccino, quæ est in eius impressis dec. 183.*

264 Sed contrarium, quòd scilicèt mensis esse debeat dierum triginta vnius, *ait Puteus decis. 432. num. 3. lib. 2.*

265 Sed declara tamen, quòd quando tempore appellationis sunt vtilia, tunc sententia nunquam executioni demandatur, nisi causa pronuncietur deserta, quia tempus vtile inquisitionem facti requirit, *vt ait Gratian. in sua decis. 223. num. 5.*

266 Extende id procedere, etiamsi essemus in desertione notoria, & vbi essent lapsa multa tempora, quia quando tempus est vtile illud requirit calculationẽ, & computum dierum non computandorum, *vt dicunt Doctores allegati à Grat. ibi supra num. 5.*

267 Subextende, quòd immò potest Iudex termini præfixionẽ decernere, tàm ex constitutione Conciliari illarum partium, quàm etiam ex dispositione Iuris, parte non opponente *cap. personas, & c. cum sit Romanà, & cap. deprehens. de appellat. Rota decis. 25. de appellat. in nou. & Coccin. in sua decis. 183. num. 3.*

Secus autem, quando causa esset deserta, quia tunc Iudex à quo non potest præfigere terminum, ad finiendam appellationem, nec ad faciendam sibi fidem de præsentatione cum cominatione, veluti eodem modo dicitur, quando Iudex appellationi non detulit, quia tunc non potest præfigere terminum ad eam prosequendam, aliàs esset velle frenum reprimere, & calcaria præmere, *Rota per Burratt. decis. 170. num. 23. & seq* & præsertim prædicta procedunt contradicente parte, aliàs esset velle suo superiori legem imponere, quòd sufferendum non est, *vt dicunt Doctores allegati à Rota in dicta decis. 170. num. 23. & in hoc vide Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 14. num. 12. cum pluribus seqq.*

268 Quemadmodum potest etiam tempus appellationis arctare Iudex, ex causa, veluti, si immineret periculum, vt puta in casu electionis, ne diu desit cura Pastoris, *cap. oblatæ, de appellat. & Franc. Marchus decis. 143. num. 11. parte 2. & Rota in Ianuen. separationis Thori mox alleganda.*

269 Secus verò, si ageretur de prorogando termino appellationis prosequendæ, quia tunc Iudex id facere non potest, *vt ait Grat. decis. 2. num 28.*

270 Extende, quòd etiam ex interuallo post admissam appellationem per Iudicem dari potest terminus, quia terminũ præfigere, & appellationi deferre, nõ sunt actus iudiciales, neque à Iurisdictione pendent, & ideò Iudex, à quo potest semper ea exercere, quæ ad faciliorem exitum causæ appellationis tendunt, vt optimè *ait Gratian. dicta decis. 2. ferè per totam cum ibi allegatis per eum.*

Subextende, quòd etiam pars appellata terminum illum appellationis abreuiare põt, *c. reprehensibilis 26. c. sæpe 44. c. oblatæ 57. cap. personas, de appell. & ita fuit dictum in Ianuen. separationis Thori Mercurij 5. Maij 1632. coram Coccino Decano.*

271 Declara tamen, quòd illud tempus currere cessat, quãdo, verbi gratia, Iudex abesset, vel copia Notarij haberi non posset, siuè si appellans esset in carceribus constitutus, siue alio modo iustè impeditus, quia tunc illud tempus præfixũ subducitur, *vt ait Paris. cons. 124. nu. 1. lib. 1. & veluti quoq. iubet cõstitutio Aegidiana c. 19. lib. 6. in rubr. Quibus diebus, & temporibus, & Magon. decis. Lucen. 49. num. 21. & Rota per Gregorium Decimum Quintum decis. 272. num. 8. & Gratian. decis. 223. num. 3.*

272 Contrarium tamen *tenet Manoch. cons. 380. num. 29. & 30.* vbi ait instantiam Labi spacio trienij licèt id facto Iudicis absentis contigerit, & propterea, quis erit cautus, si, ad hoc, vt tempus nõ currat, super hoc protestationes faciet, adeundo superiorem, ad hoc, vt ille officialem cogat ferre sententiam, vel interim tempus, & tempora non currere interloquatur *iuxta trad. per Mobedan. in sua decis. 2. de appellat. & decis. Pedemont. 12. per totam, & Alex. dicto cons. 114. num. 3. lib. 5.*

273 Sed contra opinionem Menochij, & aliorum, tenet *idem Paris. dicto consilio 124. num. 3.* vbi ait illud tempus non currere, ob Iudicis absentiam, licèt pars appellans non compareat, nec de dicta absentia protestetur.

274 Concorda tu tamen, quòd scilicèt illa protestatio sit necessaria, quando copia Iudicis, siue Notarij haberi non posset, ad effectum, vt pars ex illius negligẽtia non succumbat; at secus ad effectum euitandæ desertionis, quia tunc protestatio, ad hunc effectum non est necessaria, quia

quia absque ea excusatur appellans, ob illud impedimentum Iudicis, & præsertim, quando dicta absentia, ex illius mera voluntate, & non ex vlla necessitate eum cogente proueniret, *Gratian. in sua decis. Marchia* 120. & *Afflict. decis.* 50. *num.* 5.

275 Extende idem procedere, quoad impedimentum paupertatis, quod enim excusat ab appellando, etiam si impensa fienda esset modica, vt iuxta veriorem opinionem tradit, *Gratian. in sua decis.* 34. *num.* 9. & 19. *cum seq.*

276 Secus autē, si pauper in causa posset habere sumptus litis, quia tunc ab appellando non excusaretur, *idem Gratian. dicta decis.* 34. *num.* 10. & *seqq.* vbi docet, quando quis dicatur pauper; & pro tali reuera habetur, quādo ex communi opinione, & reputatione talis probatur, inspecta illius personę qualitate; & secūdum, quod Iudex id arbitrari potest, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano ibi supra num.* 11. & 12.

277 Sed nota tamen, quòd appellatio viua voce interposita impensam non inducit, *vt ait Gratian. ibi supra.*

278 Contrarium tamen verius esset, si appellans, ob impedimentum Iudicis potuisset, per recursum ad superiorem sibi consulere, quia tunc eò ommisso instantia laberetur, *vt ait decis. Pedemontana* 12. *num.* 9. & *fuit dictum in Perusina de Vbaldis* 17. *Iunij* 1588.

279 Subextēde, q̄ eodē modo de carcerato erit dicendū, quia sibi erit imputandū quare procuratorē ad respondendū nō adhibuerit, (vt superius dictum fuit) nisi forsan esset adeò in secretis carceribus adstrictus, vt de sententia contra se lata vllā scientiā habere, vel sciēdo, aliquē ad respondendum mittere non potuisset, & tunc q̄n non sciuit tempus ei non currit, quia ad hoc, vt appellatio post decem dies non suffragetur grauato, hæc duo copulatiuè necessario requiruntur, nempè, vt quis sciat sententiam latam, & eā contra se latam fuisse; nam huiusmodi ignoraria facti eum excusat, cum impossibilium nulla sit obligatio, *vt ait Rota per Coccinum decis.* 356. *num.* 2. & *faciunt ea quæ ait Afflict. in decis.* 344. *num.* 1.

280 Extende præterea appellationum tempora adeò esse in consideratione habenda, vt propterea ea quoque in sacro Principis Consistorio sint obseruanda, & ideò, si quis ad Papam prouocet, tunc donec ille causam committat tempora intacta remanent, si tamen diligentia sua vsus fuerit appellans, cui quidem satisfaciet, si instanter & instantissimè, eam cōmitti petierit, aliàs semel instetisse non sufficit, *vt ait Grammat. in sua decis.* 13. *Cons. Neapol.* Sed quando tempus nō currat, & fatalium prorogatio non sit necessaria, *vide Riccius in sua collectanea decis.* 245. *par.* 2.

281 Subextende primò, quòd pari modo fatalia non currant, quando impedimentum facto Principis venit, & ratio est, quia non facile aditus habetur ad principem, *vt ait Vrsill. ad Afflict. decis.* 78. *num.* 4. *Thes. decis.* 10. & *Guidopap. decis.* 135.

282 Subextende secundò, q̄n essemus in tempore pestis, quia tunc tempus fatalium non currit, & *vt ait Antonius Faber. dec.* 3. *de temp. appell.*;

283 Subextende tertiò procedere stante paupertate litigatoris, vt dixi superius, *vt ait Boerius decis.* 247.

284 Subextende quartò pendente compromisso, dummodo talis pendentia per scripturas probetur, *ita Ant. Faber. decis.* 2. *de temp. appellat.*

285 Subextende quintò, quòd non currant fatalia ei, qui super attentatis appellat, quia prosecutio attentatorum impedit cursum fatalium, *Rota decis.* 15. & 29. *de appellat. in antiq.*

286 Subextende sextò procedere in hęreditate iacente, quia tunc tempora non currunt, donec illi iacenti curator detur *vt ait Mohedan. dec.* 8. *eod. tit.* vbi limitat id minimè procedere, quando vnus ex litigatoribus esset mortuus, quia tunc alter tenetur fatalia prorogare, ne ei currant

Secus autem vbi ageretur de præscriptione, quia ea contra hæreditatem iacentē currit, *Bald. in l. licèt C. de iure delib.* & *cons.* 48. *lib.* 1. *Socin. Sen. cons.* 61. *num.* 19. *lib.* 1. *Durant. de art. test. caut.* 6. *de acq. hæred. Castr. in l. ea quæ* §. *si quando num.* 5. *C. de temp. in integr. rest.* & *ita fuit decisum in Romana pecuniaria Lunæ* 5. *Maij* 1631. *coram Pirouano.*

Sub-

287 Contrarium, quòd scilicèt mortuo infra biennium fatalia non currant, *ait Crescent. decis. 4. de appel at. & Mobedan. decis. 8. eodem tit.*

Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat, quando alter collitigans non existat. Secunda verò, quando secus, quia tunc ille existens tenetur fatalia prorogare, etiam si habuisset subrogationem gratiosam; & ratio est, quia per mortem vnius lis non finitur, *iuxt. tex. in c. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* neque quicquam facit illa subrogatio ab eo obtenta, itaut amplius non esset curandum de prorogatione fatalium, ex quo ille met personam tali casu actoris, & rei repræsentat, & quòd per consequens, nullus remanserit cum quo litem prosequi posset, quia licèt ille ius habeat vtriusq. tamen, quia ad huc lis viuit; idcircò opus est, vel litem prosequi, vel fatalia prorogare, saltem citatis interesse putantibus, vt ille cuius interest comparere possit, *vt ait idem Mohed. ibi supra num. 5.*

288 Subextende septimò procedere iusto impedimento existente, cum protestatione, & probatio per testes, quòd causa erat talis, quæ per procuratorem expediri non poterat, *vt ait Ioseph Ludou. dec. Perus. 36. & Misynger centur. 3. obseruatione 59.*

289 Subextende octauò, ob dolosam Procuratoris negligentiam in non prosequendo appellationem, *vt ait Crescent. decis. 7. de appellat. Cassad. decis. 5. & Mohedan. decis. 2. eodem tit.* & præsertim, si ille procurator communi opinione reputabatur diligens, *vt ait idem Cresc. dicta decis. 7. num. 5.*

290 Subextende nonò, stante impedimento ex cauillatione partis aduersæ proueninnte, *Mastril. decis. 185.* qui tamen in prima instantia loquitur.

291 Subextende decimo, si per Iudicem stet, quominus in causa procedatur *Osasch. decis. 12.*

292 Subextende vndecimò, vt non dicatur deserta appellatio, si intra biennium fuerit pronunciatum, prout in cedula, quæ post biennium fuerit in interlocutoriam resoluta, *vt ait Caputaq. decis. 30. par. 1.*

293 Subextende duodecimò, quòd apparitori credatur ad hoc, vt tempora non currant, *Ant. Faber decis. 10. de tempor. appell.*

294 Subextende decimo tertiò, quòd non currant fatalia in causis reclamationum, à sententijs Præfecti Prætorio, *vt ait Afflict. decis. 78. & Capicc. dec. 109.* licèt id non habeat locum hodie ex nouo decreto per S. C. facto, *vt ait Grammat. decis. 12. & Guidopap. decis. 135.*

295 Declara tamen, quod in causis minorum fatalia currunt, *Amat. decis. 50.* immò ea in causis quoque spiritualibus currunt, *vt ait idem Amat. decis. 69.* quæ enim fatalia currere incipiunt à die interpositæ appellationis, *vt ait Puteus decis. 151. & decis. 154. lib. 1.*

296 Preterea erit quoq. vtile scire remediũ desertæ appellationis, & illud est, quòd scilicet ea à solo Principe, non autem à partibus resuscitari possit, *vt ait M. Ant. Amat. in sua decis. Marchia 83.* cuius quidem auctoritate, omnia tunc retrotrahuntur, & sententia dicitur à lege approbata, veluti eodem modo dicitur de ea, ob lapsum fatalium desertæ, ob quem adeò sententia in rem iudicatam transit, vt propterea pars illam approbare censeatur, *vt ait Afflict. decis. 78. num. 2. Mastril. decis. 166. num. 11. Gratian. lib. 3. discept. capitolo 72. num. 34.*

297 Declara igitur, quòd ob lapsum fatalium diceretur deserta appellatio, si antequam perimatur instantia, illa non fuerunt porrogata, vt latè dicam in verbo fatalia, & veluti, *ait Rota decis. 564. parte 2. in recent. & Card. Mantic. decis. 92. num. 3.*

298 Vndè ex prædictis inferri pôt primò, quòd processus post illius desertionem fabricatus erit, ex defectu Iurisdictionis, absolutè nullus, *vt ait Gratian. in sua decis. Marchia 49. & ita fuisse decisum refert Misyng. obseruat. 59. cent. 2. & ibi Glos. & communiter DD. de appellat.* Et ratio est, quia appellationis desertio dicitur proprij iuris renunciatio, *vt ait Rota decis. 383. num. 3. par. 2. in recent.*

299 Immò vnus tali modo appellationẽ deferens, siue non appellans dicitur facto suo sententiam confirmare, *vt ait Rota decis. 119. num. 11. par. 2. diuers.*

300 Infertur secundò, quòd appellationem deferens compræhenditur sub statu

to

to de eo loquente, qui in causa succubuit, *vt dicunt Ceph. consi. 165. num. 6 allegat. à Gratian. in dicto cap. 572. nu. 39. & Mastril. decis. 166. num. 21.*

301 REGVLA IIII. quarti casus est, quòd per comparitionem factam coram Iudice, à quo, censetur appellationi renunciatum, & sic sententiæ acquieuisse, *vt fuit dictum in vna Segobien. Parochialis 21. Iunij 1601. coram Card. Seraph. quæ est in eius impræssis dec. 1441. num. 8. & Rota decis. 420. nu. 2. par. 2. in recent. & prius decis. 22. num. 2. & Gratian. decis. 123. num. 5.*

302 Sed ad id notandum tñ est, q huiusmodi renunciatio potest fieri expræsse, per pactum, & etiam tacitè, vt inferius, casus vtriusque modi declarando, docebitur, *& veluti dicunt Doctores allegati à Gratian lib 3. discept. cap. 572. num. 46.* Licèt id fallat in multis casibus, quos per te videre poteris, *apud Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 2. per totã.*

303 Sed est benè verum, quòd vbi approbatio sententiæ est expressa, tunc exceptio approbationis illius opponi non potest, at secus, quando est tacita, quia isto casu exceptio ratificationis opponi posset, sed interim appellationis prosequutio non impeditur, *Gratian. lib. 1. discep. cap. 151. num. 8.*

304 Declara tñ, quòd dicta renunciatio nunquã potest sequi in præiudiciũ sui fideiussoris, vel defensoris, *vt ait Rot. dec. 391. num. 10. par. 2. in recent.* Sed, si cõtingat, quòd quis appellationi renunciet, tunc ille in expensis condẽnãdus venit, *vt ait Guidopap. decis. 436. num. 36. & Gratian. decis. 123. num. 8.*

305 Extende primò procedere, & è conuerso, quòd scilicèt appellationis delationi videtur consentire pars appellata, quando commissionem in causa appellationis impetrat, *vt fuit dictum in Foroliuien. fideicommissi Lunæ 16. Iunij 1614. coram Buratto, quæ est in 2. par. recent. decis. 562. num. 3.*

306 Sed ad id nota, quòd diligentia appellati in committendo causam appellationis prodest, etiam appellanti, *vt ait Card. Seraph. decis. 1459. num. 2.*

307 Extende secundò procedere etiã, q per appellantem nil fuerit actum, *vt ait Ae id. decis. 259. Caputaquen. decis. 36. num. 4. lib. 1. Rota decis. 7. de appellat. in nou.*

308 Immò id procedit, etiamsi appellãs exceptiones generales dederit, dũmodo tamen in eis non persistat, & ratio est, quia rescriptum illud sit commune, *vt ait Rota per Gregorium decis. 581. num. 5. & prius decis. 223. num. 4.*

9 At secus, qñ neutra partium intra tẽpus appellationem prosequitur, quia post tempus diligentia vtriusque nõ prodest, *vt ait Rota dicta decis. 7. de appellat. in nou. & decis 47. eodem tit. in antiquis.*

310 Sed declara tamen, quòd id non procederet, quando commissio fuisset obtenta per Procuratorem Generalem ad lites, quia ille non potest facere actum, ex quo attentata causentur, si mãdatum speciale non habeat, *Rota decis. 81. aliàs 7. vt lit. pend. in nou. & Lancellot. de attentat. par. 1. c. 1. n. 13. & seqq. & Rot. dec. 161. n. 1. par. 1. in recent. & ibidem decis. 293. num. 13. & decis. 183. n. 2. p. 2. in recent & Gratian. dec. 123. n. 9.*

311 Item, quòd non possit procurator expressè appellationi renunciare, & sic Domino præiudicare, & præsertim nulla existente causa, *ait Iaffred. in decis. 135. Caputaq. decis. 29. par. 1. Franch. decis. 579. par. 4. Balb. in decis. 33.*

Et ratio est, quia renũciatio est species donationis, quã procurator facere non potest, *vt ait Faber decis. 39. C. de procurat. & Card. Seraph. decis. 857. num. 3. idem Gratian. in præcit. loco num. 9. & 10.*

312 Quod amplia procedere etiã, quòd ab eo fuisset interposita appellatio, *vt ait Mohedan. decis. 3. de appellat.*

313 Sed nota tamen, quòd, quando à procuratore appellatur, tunc mandatum procuræ debet porrigi, & legi, *vt ait Puteus decis. 405. num. 8. lib. 3.*

314 Vndè quãdo nõ apparet Procuratorem esse verum, qui appellauit, tũc causa non deuoluitur, nollente appellato, *vt ait Rota per Puteum decis. 505. num. 1. & seqq. lib. 2.*

315 Declara tamen dictam quartam regulam non procedere, quã do appellans comparendo coram Iudice à quo, protestaretur, quòd sua appellatio sibi remaneret salua, & non aliàs, si tamen Iudex huiusmodi protestationi tacendo acceon

sen-

sentiret, aut pars aduersa de contrario non protestetur, quia tunc contrarium forsan esset dicendum, *vt ait Guidopap. decis. 364. num. 1. fol. 144. & Riccius in sua collect. 902. par. 4. & Gratian. lib. 3. disc. c. 524. n. 32. & decis. 123. nu. 12. Cappell. Tholos. decis. 194. num. 3.*

316 Sed ego contrarium absolutè putarem, quando protestatio esset contraria facto, quia tunc non suffragatur, ad tradita *per Put. decis. 380. lib. 1. decis. Pedemont. 142. num. 11. Rota per Card. Seraphinum in decis. 1343. per totam*, & veluti latè dicam in verbo Nouatio, & in verbo protestatio.

317 Extende etiam, quando protestatio esset facta ex interuallo, aut clandestina, veluti sine partis citatione, quia tunc non releuat, *vt ait Grat. d. lib. 3. discept. c. 524. num. 31. & 32.*

318 Concorda tu tamen, quòd scilicèt protestatio cõtraria facto, nõ iuuat, quãdo ordinaretur ad tollendum factum; at secus, quando ordinaretur ad tollẽdã mentẽ à facto, quia tunc optimè iuuaret, vt in eisdem terminis illius, qui post appellationem redijt ad Iudicem cum tali protestatione, *ait Alex. cons. 130. num. 13. lib. 4. & Gratian. decis. 123. in fine.*

319 Rursus concorda, quod scilicèt illa prima opinio procedat, quando protestatio facta esset Iudicialis, quia tunc etiam, quod sit contraria facto protestantem iuuat, licèt sit benè verum, quod reijci potest per Iudicem, itaut amplius super ea non audiatur, *vt ait Afflict. decis. 78. nu. 6.* Veluti quoque procedit, quando protestatio esset facta in actu, qui non fuerit suum effectum sortitus, *vt ait Rota per Burat. dec. 388. n. 5. & seq.*

Secunda verò opinio procedit, quãdã essemus in illa protestatione apponi solita in appellationibus; nempè, si dicerem, quòd dictam meam appellationem prosequi possim, per viam nullitatis, iniquitatis, vel facti iniuriosi, & alias secundum, quòd mihi videbitur, quia tunc illa protestatio absolutè, & absquè vlla distinctione ius in prædictis modis appellanti non præseruat, *vt ait Guidopap. dicta decis. 436. num. 38. fol. 175. Put. decis. 407. lib. 3.* Et huiusmodi occasione hic erit obiter notandum, quòd protestatio nil aliud est, quàm animi nostri declaratio iuris acquirendi, vel conseruandi, vel damnum repellendi causa facta; siuè animi agentis expressio, *vt est text. in cap. consulti de regul. iur. l. si duo §. cum inquilinus ff. vti possid. & Bart. in l. non solum §. morte ff. de oper. nou. nunc.*

320 Extende secundò eam Regulam, quòd scilicèt appellationi renunciasse censeatur, quando quis, intra tempus à Iudice præscriptum, non appellat, vel pro appostolis non redit, *vt ait Osasch. in sua decis. 7. Crescent. decis. 65. & Cassad. decis. 4. de appellat.*

321 Veluti eodem modo dicitur, quando intra decem dies non fuit commissa causa, quia istis modis censetur appellationi renunciasse, *vt ait Verall. decis. 31. & decis. 32. par. 1. & Gratian. lib. 5. discept. cap. 94. num. 10.*

322 Subxtende pari modo procedere, si appellans intra modicum tempus commissionem non redemit, quam in Bancho Cursorum præsentauerat, nisi tamen feriæ eum excusarent, vel nisi negligentia non posset ei imputari, *Puteus decis. 6. de appellat. Caputaq. decis. 67. lib. 1. in manuscriptis & Rota in Toletana Primitiarum 10. Decembris 1588. coram Bubalo, & prius in alia Calaguritana Cappellaniæ Santi Laurentij coram eodem 28. Ianuarij 1585. & Card. Mantica decis. 128. num. 2.*

323 Extende tertio, quòd soluens spontè, & executionem sententiæ petens, appellationi renunciasse videtur, *vt ait Balbus in decis. 29. & Gramatic. decis. 103. num. 41. & Rota decis. 591. num. 2. par. 1. in recentiorib. & Gratian. lib. 5. discept. cap. 903. num. 24.*

324 Subextende eò magis procedere, veluti, si geminatio cõsensus cõcurreret, vt potè, si appellans laudum approbaret, & postea terminum ad soluendum peteret id, quod per laudum fuit ordinatum, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 524. n. 28. & prius lib. 1. cap. 151. num. 6.*

325 Extẽde quartò, quando quis alio modo coram Iudice à quo, litem prosequeretur, & aliquid præsertim ageret, quod esset executiuũ præcedentis grauaminis absque quod per Iudicem esset compulsus, *vt ait Rubin. decis. 39. & est text. in cap. gratum de off. deleg. & Cappell. Tholos. dec. 194. num. 1. & seq.*

Ex-

326 Extende quinto, quando appellans petijt, & obtinuit à Iudice sedente pro Tribunali fieri prorogationem in causa, *vt ait Rota per Veral. decis. 29. par. 1. & fuit ita resolutum à Rota in vna Lucana Charitatiuisubsidij 27. Aprilis 1551 coram Accorambono, & Marta in compilatione decis. in verbo appellatio cap. 243. tom. 1.* Et ratio est, quia isti actus sine Iurisdictione fieri non possunt, *vt ait Achil. de Grassis dec. 19. num. 1. de appellat. & Rota decis. 63. eodem tit. in nou. Gratian. decis. 123. num. 5.*

327 Quod tamen declara primò procedere in principali prorogationem petente, secus autem in procuratore, *vt ait Maynard. dec. 22. C. de procurat.*

328 Et ratio est, quia Procurator etiã Dominus litis effectus non potest appellationi renunciare, & Domino præiudicare, *vt ait Gratian. dicta decis. 123. num. 9. & 10. & Caputaq. decis. 29. par. 1.*

329 Et propterea hinc infertur etiam, quòd appellatio sit deserta, ob non illius prosequutionem in termino præfixo Domino ad prosequendum, secus autem in procuratore primæ instantiæ, quia licèt ille appellare possit, non tamen potest appellationem prosequi, *Gratian. lib. 1. discept. cap. 155. num. 39. & seqq. Put. decis. 265. lib. 1. & decis. 335. num. 1. eodem lib. 1. Achil. de Grassis decis. 4. de appellat. num. 4.*

330 Declara secundò non procedere veluti, si Iudex fecerit citari appellantem, ad videndum se grauari, quia tunc comparens appellationi renunciare non videretur, cum illud metu censurarum fecisse diceretur, *vt ait Acchill. de Grassis decis. 21. de appellat.* Et ratio est, quia, quando actus tendit ad remouendum grauamen, per eum appellationi renunciatum non censetur, *vt ait Dec. & Gozad. allegati ab Achille ibi supra num. 3. & Cappell. Tholos. dicta decis. 194. nu. 1.* Veluti eodem modo diceretur, quãdo quis compareret coram Vicario, qui contra eum, ad censuras processisset, quia si ille talis compareret ad effectum allegãdi, eum non esse in illis censuris comprahensum, non ob id dictas censuras faceret suas, quia comparens impugnans grauamen, non censetur facere litem suam, *vt ait Rota in decis. 383. num. 11. parte prima diuers.*

331 Extende sextò in petente terminum ad soluendum id, in quo fuit per dictam sententiam condemnatus, quia tunc appellationi renunciare censetur, *vt ait Magon. decis. Lucen. 24. & Rota decis. 591. num. secundo, par. 1. in recent. & Gratian. lib. 1 discept. cap. 151. num. 3. idem in lib. 3. cap. 524. num. 28.*

332 Extende septimò in producente testes post appellationem, quia tacitè ei renunciasse censetur, *vt ait Thoming. in decis. Lipsien. 99. par. 2.*

333 Subextende id procedere, non solũ in appellante Iura coram Iudice, à quo, post appellationem producente, verum etiam in eius Procuratore, qui, si iura post appellationẽ coram eo Iudice producat, appellationi renuncisse censetur, *vt ait Rota decis. 663. num. 16. parte 1. recent.*

334 Fallit tamen primò, si appellans post appellationem copiam actorum, & diem ad dicendum contra petierit, quia tunc appellationi renunciare non censetur, *vt ait Bellamer. decis. 291.*

335 Fallit secundo, quando ille compareret coram Iudice, à quo in alia causa, quia tunc suæ appellationi renunciare nõ videtur, *vt ait Gayl. in sua decis. 17.*

336 Fallit tertio, si appellans compareret coram Iudice, à quo, & peteret recipi testes absfuturos, vel valetudinarios ad perpetuam rei memoriam, quia tunc appellationi non censetur renunciatum, *Rota decis. 36. de appellat. in antiq. & Marta in compillat. decis. in verbo appellatio cap. 254. tom. 1.*

337 Fallit quartò, qñ quis pduceret testes intra decem dies à tempore sententiæ, quia tunc illius appellationi renunciare non videtur, *Rota decis. 7. de testib. in antiq. & Marta ibi supra cap. 955.*

338 Secus verò, si quis spontè produxit testes, quia tunc Iuri appellandi renunciaret, licèt contrarium esset, si compulsus per Iudicem id ab eo fieret, *vt ait Cappell. Tholos. decis. 194. in principio.*

339 Extende octauo, quòd appellationi renunciare censeatur ille, qui aduersariũ citari fecit, vt Iudex, ad differentiæ locum accederet, atque ad audiendam omnem, & quamcumque illius voluntatem, & ratio est, quia hæc, nisi ex vi

suæ

suæ Iurisdictionis fieri nequeunt, *vt ait Flam. Cart. decis. 37. Rota Genuæ.*

340 Extende nonò, quòd censeatur appellationi, & rei iudicatæ renunciatum, si quis patiatur, vt post eam iura producantur, denturque articuli, & super iustitia sententiæ discuti, vt in istis terminis, *ait Mohedan. in sua decis. 39. alias 4. de sentent. & re iudic. Card. Seraph. decis. 1441. num. 8. & decis. 420. num. 2. p. 2. in recent. & prius decis. 22. num. 2. & Gratian. decis. 123. num. 5. & Rota dec. 55. lib. 2. par. 3. diuers. & in hoc multa ait Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 66. num. 39. Put. decis. 197. lib. 2. in fine, & fuit quoque dictum in Placentina decimarum 5. Iunij & 8. Octobris 1599. coram Pennia, & per Gregor. in decis. 317. num. 3. & 8. in addit.*

341 Subextende, quòd tunc neque protestatio de re Iudicata sufficiat, *vt ait Put. ibi supra, & Rota ibi coram Penia;* Quod secus tamen esset, quando ex iuribus pro ductis de iustitia rei iudicatæ non constaret, quia tunc non censeretur aliquod præiudicium illatum rei Iudicatæ, si habens illā super iustitia discuti pateretur, *vt ait Caputaq. decis. 87. lib. 1. in manuscriptis, & ita quoq. fuit resolutū in Burg. Præbeminentiarum 3. Iunij 1605. coram Coccino Decano, quæ est in eius impressis decis. 234. num. 4.* Et propterea animaduertendum est, quòd si producantur in instrumenta, post rem Iudicatam, tunc nō sufficeret oppo suisse generalia contra, quia tali casu ille solū cēseretur opposuisse contra instrumenta, sed non contra rem iudicatam. Et ideò, si ex instrumentorum productione deprehenderetur iniquitas rei Iudicatæ, tunc, si talis ab ea instrumentorum admissione non appellaret, rei Iudicatę renunciasse videretur; aliàs opponens solùm generalia contra instrumenta, censeretur opposuisse contra dicta instrumenta tantum, non autem contra rem Iudicatam, *veluti ita pluries fuisse decisum testatur Verall. decis. 278. & decis. 279. par. 2.*

342 Extende decimò, quòd si appellans obtineat inhibitionem, quoad effectum deuolutiuum tantum, tunc censetur tacitè renunciasse appellationi, quoad suspensiuum, at secus, si ea fuisset obtenta simpliciter, quia eo casu quoad vtrumq. effectum censeretur obtenta, *vt ait Mantian. lib. 2. discept. cap. 383. num. 1. Menoch. cons. 762. num. 5. & 7. lib. 8. & cons. 1038. num. 1. lib. 11.*

343 Et propterea ex prædictis hic obiter infertur primò, quòd ille, qui consensit, vt suum beneficium alteri conferatur, censetur illud tacitè renunciasse, *vt ait Rota decis. 3. de renunciat. in nou. & Mohedan. decis. 335.*

344 Infertur secundò, quòd ille censetur tacitè renunciare Decimis, quando patitur, vt alter eas exigat, *vt ait Verall. decis. 242. par. 2.*

345 Immò Extende id in tantū procedere, quòd tūc actus subsequens, ex errore factus nō præsumitur, *vt ait Castill. in sua decis. 34.*

346 Infertur tertiò eodem modo esse dicendum de Domino directo canonem recipiendo, quia censetur renunciare Iuri de caducitate dicenda, quod tamen intellige verum, si reciperet canonem futuri temporis, at secus si de præterito, vt latè dicam in verbo Emphiteura, *& vt ait Monter. dec. 3. Regni Aragoniæ.*

347 Limita tamen primò prædicta non procedere, quando essemus in priuilegio *l. vnica C. Quand. Imperat. &c.* Quia illi nunquam censetur renunciatum, nisi expressè renunciaretur, *vt ait Castill. decis. 29.*

348 Limita secundò idem procedere in casu *decisionis 63. eiusdem Castill.* vbi fuit dictum, quòd contractus est regulariter exequendus, etiam dum penderet illius nullitas, aut rescisio, & id fit, ne per contrarium actum inducatur renunciatio de nullitate dicendi.

349 Limita tertiò, quòd per præstationem fideiussionis de soluendo id, quod per sententiam fuerit ordinatum, appellationi renunciatum non censetur, *vt ait Afflict. decis. 78. num. 8. Puteus decis. 281. lib. 2. & Rota per Card. Seraph. decis. 1168. num. 10. in vna Turritana Tertiariæ 1595.*

350 Amplia primò hanc tertiam limitationem præsertim procedere, si ante pręstationem fideiussionis fuerit sibi reseruatum beneficium appellandi, *vt fuit dictum in vna Anconitana Computorum 13. Iunij 1567. coram Oradino.*

351 Amplia secundò eam multò magis procedere, stante statuto, quod intra certum

tum

tum tempus caueatur, de refundendis expensis, quia tunc appellans etiam non requisitus fideiussionem præstare tenetur, *vt ait Surd. decis. 57. num. 13. & 17.* Et ad id præcipuè notandum erit, quòd in multis locis, & præsertim Germaniæ obseruatur, quod appellationes ad supremum Tribunal non admittantur, nisi appellantes iurent se nō temerè, aut ad differendum negotium calumniosè appellare, quas quidē cōsuetudines laudabiles vocat, *Misynger. decis. 56. par. 3. Camera Imperial. & Marta in sua compil. decis. in verbo appellatio cap. 5. tom 1.*

352 Sed animaduertas tamen, q appellatio ante sententiam non requirit nouā satisdationē, *vt ait Franch. decis. 344. n. 3.*

353 Limita quartò non procedere, quando quis ad sanctam Sedem appellasset, & postea grauatus compareret corā A. C. grauante, ad impediendam sententiæ executionem, ei illius iniustitiam ostendendo, quia tunc appellationi renunciare non dicitur, quando actum illi contrarium non facit, *vt ait Bellamer dec. 707. & Marta ibi supra in cap. 248.*

354 Limita quintò, quòd licèt etiam quis appellationi renunciaret, non obid tamē diceretur renunciatum Iuri de nullitate sententiæ dicendi, *vt fuit dictū à Rota in vna Tudert. bonor. 28. Mar. 1582. coram Card. Blanch. & Greg. dec. 151. n. 2. & 3.*

355 Extende primò id in tantum esse verū, q si fuerit cōmissa causa appellationis & nullitatis simul æquè, tunc causa nullitatis principaliter censetur commissa, & propterea dato, quod esset deserta causa appellationis, ex forma alicuius constitutionis, siue alio modo, non tamen diceretur deserta illa nullitatis, æquè principaliter commissa, & sic eam quis posset prosequi, per spatium triginta annorum, *vt ait Puteus decis. 168. lib 2. & Rota in Calaguritana Decimarum 20. Februarij 1579. coram Card. Lancellotto Seniore, & in Foroliuien. census Mercurij 16. Nouembris 1607. coram Card. Lancellotto Iuniore, & Gayll. obseru. 135. cent. 1. Anna singul. 93. & Riccius in sua collect. 1283. p. 4. & Rota per Buratt. dec. 170. nn. 18. & dec. 29. de appellat. in nou. Guidopap. decis. 436. Rota decis. 512. par. 2. in recent. Gregor. dicta decis. 151. num. 2. & idem Put. dec. 343. n. 4. lib. 3. & Rot.* in *Toletana Decimarum de Verceal. Lunæ 14. Martij 1616. coram Buratto. Scacc. de appell. lib. 3. c. 2. q. 17. limit. 2. num. 126. Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 1. Cardinalis Seraph. dec. 1485. num. 1. & Rot. decis. 512. num. 3. & decis. 591. num. 4. par. 2. in recent. idem Gregor. decis. 3 6. n 2. & ibi in addit. n. 3. Gayl. var. obs. lib. 1 obser. 235. n. 6. Marches. de cōmiss. p. 3. de cōmiss. sanat. null. §. 1. n. 9. & seq. & ita fuit quoque dictum in Elboren. iuris conferendi 24. Ianuarij 1614. coram Manzanedo, & in Romana pecuniaria 17. Iunij 1620. coram Dunozetto, & in alia Ariminen. Fideicom 31. Maij 1624. coram Merlino, & per Burattum dec. 826. n. 9.*

356 Secus verò, si nullitas incidenter deducatur, quia tunc assumit naturam appellationis, & secundum eam regulari debet; Vndè ea cessante, iudicium quoque nullitatis cessaret, quod secus esset, si principaliter fuisset inducta, *vt ait Rota per Greg. dec. 470. n. 12. & 13. Put. dec. 424. num. 1. lib. 2. & Gratian. lib. 4. disceпt. capitulo 691. num. 18. & 19.* vbi ait, quod permittitur allegatio nullitatis per viam exceptionis, licèt agendo non permitteretur, *Rota decis. 176 num. 1. p. 1. diuers.* Et ratio est, quia cum fauorabiliores simus reo, quàm actori, ideo multa tollerantur excipiendo, quæ non tollerantur agendo, *vt dicunt Doctores in L. Fauorabiliores ff. de reg. Iur.*

357 Contrarium tamen testatur, *de stylo Rotæ Achilles de Graff. decis. 17 de rescript num. 1.* vbi ait, quod appellatione deserta, censeatur quoque deserta nullitas æquè principaliter commissa, licèt ibidē fateatur huiusmodi stylum esse de directo contra cōem Doctorum opinionē, quod tamen intellige verum, quando notorie appareret nullitatem non extare, quia tunc deserta causa appellationis etiam deserta causa nullitatis censetur, *vt ait Buratt. decis. 163. num. 2.*

358 Licèt secus tamen esset, quando appellatio esset deserta in possessorio, quia non obid desereretur negotiū principale, ob rationis diuersitatem, *vt ait idem Achill. dicta decis. 17. num. 2.*

359 Declara tamen ea, quæ fuerunt dicta de volente nullitatem allegare, non procedere, quādo, dict. parte de nullitate nō opponēte, fuerit cōfirmata sētētia

dummodo tamen illa in rem iudicatam transierit, aliàs fecus, *veluti fuit dictum in Elboren. iuris conferendi Veneris 24. Ianuarij 1614. coram Manzanedo, quæ est decis. 512. num. 2. par. 2. in recent. & in Foroliuien. Emphiteusis 1. Iulij 1613. coram Coccino Decano.*

360 Et ratio ea est, quia quando res iudicata adest ea imponit finem litibus, *& Rota decis. 7. de re Iud. in antiq. Achil. decis. 5. de sent. & re Iud. & Rota decis. 572. num. secundo par. secunda recent. & in Oscen. Parochialis penes Marches. de cō missionibus tomo 2. fol. 595. Cæsar. de Grassis decis. 9. num. 13. de sent. & re iudicata Seraph. decis. 1261. num. 3. Put. decis. 60. lib. 3. in antiq.*

Extende prædictam declarationem procedere, etiam si nullitas ex defectu iurisdictionis proueniret, *vt ait Achil. decis. 4. de sent. & re iudicata, & Rota decis. 474. num. 4. par. 2. recent. & in Romana Canonis 18. Decembris 1609. coram Ortembergo.*

Quinimo id procedit, etiam si vitium non esset remissibile, *vt ait Rota dicta decis. 572. sub num. secundo par. secunda recent. & cæteri Doctores allegati à Beltramino ad decis. Gregorij Decimi Quinti 176. num. 14.* & præcludit viam probationibus, immò post eam, etiā nullitates non sunt attendendæ ex statuto Vrbis *cap. 190. lib. 1. vt ait Rota per Gregorium Decimum Quintum decis. 184. n. 2. & decis. 211. num. secundo decis. 508. num. primo Rota decis. 406. sub num. primo, & secundo par. secunda in recent. Cardinalis Seraphinus decis. 1308. num. primo Afflict. decis. 13. num. 28. & Rota dec. 424. par. prima in recent. & in Barchinonen. legitimitatis 4. Februarij 1613. coram Cardinali Caualerio, & in Pampilonen. Tributi 15. Ianuarij 1614. coram Pamphilio.*

361 Amplia prædicta eò magis procedere, si vltra prænarrata hæc duo quoque concurrerent, quorum primum est, quando suspicio calumniæ in appellante non deerit, *vt fuit latè deductum in Cornetana pecuniaria quarta Iulij 1601. coram Penia, & in Bononien. census Mercurij 11. Decembris 1602. coram Iusto, & Cassad. decis. 1. de restit. in integrum.* Secundum illud erit, quando lapsum esset quadriennium, *vt expressè ait Rota decis. 572. par. secunda in recentioribus.*

Subdeclara tamen prædictam declarationem non esse veram, quando sententia confirmans primam non dum in iudicatum transijsset, quia tunc posset de nullitate primæ opponi, *vt ait Cardinalis Mantic. decis. 301. num. primo, & latè Rota decis. 464. num. quarto, & quinto par. 2. in recent.* & ibi contrarijs respōdet, & propterea non est habenda ratio ad decisionem factam *in causa Oscen. coram Cardinali Lancellotto, quæ est penes Marchesanum de comissionibus tomo 2. fol. 595.* vbi habetur non posse dari de nullitate primæ sententiæ, etiam si secunda in iudicatum non transijsset, sed ad ea omnia respondēt *Rota in dicta decis. 474. & decis. 510. num. 1. & decis. 512. nu. primo, & secundo d. par. secunda in recentioribus.*

Et hinc propterea infertur, quòd, si fuerit commissa causa appellationis, & nullitatis æquè principaliter, tunc, quia fatalia quoad nullitatem durante spatio triginta annorum, non obstante lapsu fatalium appellationis opponi poterit de nullitate primæ sententiæ confirmatæ, at secus è conuerso nempè, quando sumus in casu vbi duæ conformes faciunt rem iudicatā, quia tunc statim secunda confirmans claudit viam nullitatis contra primam, *vt fuit dictum in Ferrarien. Decimarum 11. Ianuarij 1614. coram Pirouano.*

362 Fallit secundò vbi essemus in casu notoriæ iniustitiæ, quia tunc ea dicitur maxima iniustitia in tantum, quòd Iudex spoliare dicitur, *vt ait Gratianus libro tertio disceptation. capitulo 516. nu. 23.* &tunc talis iniustitia admittitur ad impediendam executionem trium conformium, *idem Gratianus ibi supra capitulo 581. num. 13. & prius libro primo cap. 118. num. 4.* Et notoria dicitur, quando nullo modo defendi potest, *vt ait idem Gratianus dicto lib. tertio disceptation. cap. 515. num. 49.*

Fallit tertiò, q̄ñ nullitates, & vitia primæ sentētiæ in secundā influerent, quia tūc dari posset de nullitate quāuis adesset cōfirmatio secūdæ, *vt fuit d. in Laud.*

pecun-

pecun. coram Orano, quæ est penes Marches. de commissionibus tomo 2. fol 144. sub num. quinto, & in Taruesina Simoniæ 13. Maij 1596. coram Corduba, quæ est penes Farinac. post primum librum consil. decis. 11. & Gabriel. conf. 49. nu. 5. & seq lib. 1. & ibi declarant, quã do dicantur uitia primæ, in secundam influere.

Fallit vltimo, quando de nullitate opponeretur, quia tunc Iudex appellationis non posset sententiam nullam confirmare, sed bene illam vti nullam in primis reuocare, *vt ait Vant. de nullitat. titulo quibus mod. nullitat. num. 16. Cæsar. de Graffis decis. nona num 13. de sententia, & re iudicata, & Rota decis. 37. par. 4. in recent. & decis. 474. num. 11. & decis 572. num. 2. parte 2. recent.*

Declara tamen istud esse verum, quando specifice, & in particulari de ea opponeretur; at secus, si genericè, siue quando causa nullitatis æquè principaliter, cum illa appellationis committeretur, quia tunc id non sufficeret, *vt ait Rota dicta decis. 572. num. 3. & in Toletana Parie um quinta Nouembris 1605. coram Cardinali Sacrato*, Animaduertendo, quòd dicta nullitas opposita, debet subsistere, & iuris effectum sortiri; aliàs Iudex eam attendere non valeret, *vt ait Rota dicta decisione 572. sub num. quinto.* Immo, si esset dubia, posset, Iudex appellationis, cognita iustitia sententiæ, non obstante nullitatis oppositione, illam confirmare, *vt ait Rota decis. 474. num. 11. par. 2. recent.* sed est benè verum, quòd in quolibet actu ista oppositio nullitatis venit repetenda, *vt fuit dictum in Anconitana affictus octaua Iunij 1587. coram Plato* ex ea ratione, quia in iudicialibus protestatio in quolibet actu venit repetenda, *veluti dixi in concl. 44. nu. 19. M. Andr. dec. 9. n. 5*

363 Extende secundo dictam limitationem tertiam, eodem modo procedere, quando esset commissa causa appellationis, cum clausula restitutionis in integrũ, prout de iure, quia tunc detecta iniustitia sententiæ, poterit ex capite dictæ restitutionis reuocari, licet illa in rem iudicatam transierit, *vt ait Caputap. decis. 86. lib. primo, & Cardinalis Seraphinus dec. 245. num. 1.*

364 Et ratio est, quia iniustitia est iusta causa restitutionis in integrum, *vt ait Seraphinus ibi supra num. secundo, & in dicta Foroliuien. census coram Cardinali Lancellotto Mercurij 16. Nouembris 1607.*

365 Extẽde, quòd veluti appellatione sublata, restitutio in integrũ nõ tollitur, ita etiã ea prohibita, dicta restitutio non prohibetur, *vt fuit dictum in vna Bononien. census Mercurij 11. Decembris 1602. coram Iusto, quæ est apud Marchesanum de Commissionibus parte secunda, & in eadem coram eodem apud eundem Marchesanum par. 1. fol. 431. num. 3.*

366 Licèt id fallat elapso quadriẽnio, quia tunc omnis exceptio perempta censetur, si fatalia non fuerint prorogata, *vt ait Rota apud Cincium de censibus dec. 31. num. 1. & Puteus decis. 407. num. 3. lib. secundo*, Veluti eodem modo dicitur de iniquitate, quæ per viam exceptionis allegari non potest, si instantia ex vi statuti fuerit perempta, *idem Put. dicta decis. 407. num. 1. & 2. lib. 2.*

367 Extende tertio eò magis procedere, quando, ne dum causa appellationis, & nullitatis est commissa, sed etiam illa in iustitiæ, æque principaliter, quia tunc non obstante desertione causę appellationis, poterit sententia ex capite iniustitiæ impugnari, & præsertim, quando de ea ex eisdem actis constaret, *vt ait Achill. de cis. 15. de commissionibus, & Rota ibidem in dicta Foroliuien. census coram Cardinali Lancellotto, & per Gregorium Decimum Quintum decis. 306. num. 2. Cardinalis Seraphinus decis. 1485. num. primo, & Rota decis. 512. num. tertio, & decis. 591. num. 4 par. 2. in recent. & fuit dictum in Toletana Decimarum 5. Iunij 1613. coram Card. Sacrato.*

368 Declara igitur prædicta procedere, quando de aliqua nullitate constat, secus autem, si de ea non constaret, *vt fuit dictum in Cesaraugustana pensionis 13. Martij 1619. coram Coccino, & in Ciuitatis Castelli bonorum 15. Martij 1621. coram Card. Verospio.*

369 Et ratio est, quia, quando re vera nõ constaret de aliqua nullitate, tũc eò magis de plano procederet illa regula, quòd scilicet deserta causa appellationis, censeretur etiam deserta illa nullitatis, *iux. decis. Acchill. 15. de rescript. & alias deci.* superius

superius allegata.

370 Declara secundò, quòd quando res iudicata impugnatur ex capite iniustitiæ, tunc ea debet esse clara, euidens, & ex eisdem actis concludenter patere, *vt fuit dictum in Firmana bonorum 29. Aprilis 1583. coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis decis. 616. & in dicta Ciuitatis Castelli coram Verospio, & Gratian. lib. 3. discept. 515. num. 49.*

371 Sed ad dictam notorietatem iniustitiæ tollendam, qualis qualis offuscatio sufficit, nec de ea dari potest, quãdo vna ex opinionibus controuersis fuerit tenta, *vt ait Cæsar de Graff. dec. 2. n. 6. de constitut. & Rota in Colonien. Contractus 2. Iunij 1574. coram Clemente VIII. quæ est decis. 206. par. 2. diuers.*

372 Quod tamen intellige verum, quãdo DD. eam opinionem tenentes de communi testarentur, aliàs secus, *vt fuit dictum à Rot. per Card. Seraph. in sua dec. 166. num. 1.*

373 Amplia idem pari modo procedere, quando altera ex opinionibus esset per Curiã recepta, & approbata, *vt ait Rota per Paleot. in sua dec. 195.* Et ad id erit quoque notandum, quòd quando nullitas est euidens, tunc ea etiam post tres sententias apponi poterit, *vt ait Crescet. decis. 22. de sentent. & re iudic.*

374 Extende quartò, idẽ procedere, quã do causa appellationis esset cõmissa cũ clausula (nec non totius negotij principalis) siuè cum clausula (quam, & quas) quia illa omnia ferè complectitur, & tũc, si fortè sẽtẽtia super negotio appellationis non valeret, sustinetur tñ vti super negotio principali lata, *vt ait Rui. cons. 114 & Rot. ibi corã Paleotto in vna Calagu. vnionis, & decis. 390. in antiq. & Mohed. decis. 6. de appell.* Et propterea videmus, quòd per eam clausulam, vna cum toto negotio principali, ne dum censetur deductum totum negotium principale, *vt ait Bellam. dec. 48. Mobedan. dec. 6. de appellat. Caputaq. dec. 152. p. 1. & Rota in Mediolanen. cappell. 3. Iulij 1595 coram Card. Pamphilio, & in alia Cæsaraugustana pecun. 5. Iunij 1601. coram eod.* Verum etiam per eam clausulam, vna cum toto negotio principali, operatur, vt censeatur commissum, non tantum possessorium, sed petitorium quoque, *vt ait Cassad. decis. 9. de caus. poss. & propriet.* Veluti eodem modo dicitur de ea clausula (cũ incidẽtibus, & emergẽtibus, annexis, & connexis) quæ pari modo operatur, vt non solum censeatur commissum possessorium, verum etiam, & petitorium, cum negari non possit, quin negotium principale sit de incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, *vt ait Aegidius Bellamer. dec. 619. Cassad. decis. nona de causis poss. & prop. & ita fuit quoque dictum in vna Perusina hæreditatis 26. Octobris 1602. coram Cardinali Pamphilio.*

Licèt tamen sit animaduertendum, quòd si fuerit appellatum à grauamine, & in cõmissione fuerit apposita illa clausula, cum incidentibus, dependentibus, &c. tunc causa diceretur commissa super negotio principali, *vt ait Bellam. dec. 615.* licèt *in dec. 318. dicat idem Bellam.* quod ista clausula operatur solùm, circa ea, quæ sunt eiusdem naturæ, vt puta, si causa iudicialis omissa sit, trahit alia iudicialia, secus autem, si connexa, gratiosa, siuè meri facti, *vt ait idem Aegid. in decis. 460.*

375 Subextende prædicta in tantum procedere, quòd licèt commissio esset nulla, tamen tribuit iurisdictionem in negotio principali, stante dicta clausula (quam & quas) *vt ait Rota per Gregorium Decimum Quintum decis. 399. num. 6.*

376 Extende quinto, eò magis procedere, quando pars aduersa coram Iudice appellationis compareret, & pateretur coram eo de meritis causæ agi, *vt ait Aegid. decis. 48. & 84. & Felyn. in capitulo cum inter Monasterium in octaua limitatione de re iudicata, & Paleott. ibi supra.*

377 Declara tamẽ opinionẽ Ruini, & aliorũ procedere, quando causa appellationis fuit commissa, ab interlocutoria, vel à diffinitiua, sed tamen super aliquo incidenti lata, quo casu negotium principale omnino esset diuersũ à causa appellationis, & tũc Iudex posset rectè super negotio principali procedere, secus autem, quando negotium principale idem contineret, quod appellatio, quia tunc quemadmodum iurisdictio esset nulla, in

in negotio principali, ita etiam in causa appellationis esset nulla, *iuxta dec. Mohedan. 393. & Aegid. decis. 236. in fine, & decisione 117. & Rauin. consilio 34.*

378 Rursus declara doctrinam, *Felyn. in in dicto cap. Inter Monasterium*, procedere, quando Iudex de negotio principali cognoscit, quod postea in rem Iudicatam non transierit, quia tunc benè posset Iudex cognoscere partibus consentientibus, at secus in causa appellationis, quia defuit iurisdictio, & sic huic repugnaret expræssa dispositio *Clement. si appellat de appellat. & ibi glos. & Vitalin. num. 3.*

379 Et sic igitur erit notādū, ꝙ qñ Iudex additur tāquā super negotio principali posset admitti illa limitatio Felyni, at secus, qñ Iudex adiretur, tamquàm super appellatione, quia tunc partium consensus non sufficeret, cum illæ iurisdictionem prorogare non possint, *vt ait Mohedan. decis. 3. de appellat. & text. est in l. priuatorum C. de iurisdict. omn. Iudic. & Card. Seraph. decis. 418. num. 2. & Rota in Ianuen. separationis Thori Merc. 5. Maij 1632. coram Coccino.*

380 Sed declara tamen, quòd licèt, quis appellationi per eum interpositæ possit renunciare, fallit tamen inuito appellato, *vt ait Surd. decis. 143. num. 3. & Grat. dec. 83. & ibi in add.* Sed in quibus casibus possit quis appellationi renūciare per se, aut per procuratorem, & inuito appellato, & in quibus non, vide *Scacc. de appel lat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 2. per totam.*

381 Subdeclara tamē, quòd in casu talis renunciationis sit in expensis condemnādus talis renuncians, *ait Guidopap. decis. 436. n. 36. vbi testatur ita seruari in Curijs illius Parlamenti*. Sed à quo tēpore talis condemnatio fieri debeat, *ait Bellamer. in sua decis. 14. per tot. & ibi in addit.* ait, quando per renunciationem liti, & causæ transferatur Dominium. Item ibi habetur, quòd renuncians liti non videtur fateri ius habere, aduersarium, sed solum renunciare censetur omni iuri sibi in illa causa competenti, licèt id fallat in beneficio, *vt ait Rota in decis. 3. de renunciation. in nouis*, veluti pari modo dicitur de renunciante liti, & non causæ,

quia tunc ille non inducit renunciationem tituli, de quo non agitur, cum renunciationes sint stricti Iuris, & sic in eis non nisi expræssa veniunt *l. tres fratres ff. de pactis, & capitulo, quia circa de priuilegijs, & Bellam. ibi supra.*

Et in proposito dicas idē procedere in eo, qui fateretur appellationē fuisse interpositam, quia non ob id fateri censetur eam legitimè interpositam fuisse, idest intra decem dies, *Rota decis. 30. de appellat. in nou.* Item de eo, qui confitetur se mutuo recipisse centum, quia non ob id fateri dicitur pecuniam realiter, & eum effectu fuisse numeratā; veluti tali modo exemplificando, *fuit dictum à Rota in Auersana pensionis Lunæ 27. Martij 1624. coram Merlino.* Et ratio predictorum ea est, quia qui fatetur factum illius qualitates fateri non dicitur, *Rota decis. 56. par. prima diuers. in fine.*

382 Declara id, quòd superius fuit dictum, vt. s. appellans non possit appellationi renunciare inuito appellato, solū procedere, quando idem appellatus illi appellationi inhæreret, quam pars aduersa interposuer at, etiamsi intra decem dies appellationi; non adhæserit, *vt ait Rota per Gregor. Decimum Quintum decis. 581. numero quinto, & prius decis. 323. numero tertio, & in Ianuen. Laudi Coram Cardinali Sacrato penes Marchesanum parte secunda fol. 64. & Surdus decis. 327. num. 9. & Franch. decis. 467. num. 2.*

383 Quod n. extēde procedere, etiamsi appellans appellasset in parte, & partibus præiudicialibus, quod de Iure fieri potest, *vt ait Rota in vna Ianuen. Lunæ 13. Martij 1604. coram Cardinali Sacrato, quæ est apud Marchesanum de commissionibus parte secunda fol. 64. numero quarto.*

384 Quod tamen secus esset, vbi appellatio fuit simplicitèr interposita, quia tunc à tota sententia appellatum censetur, & sic etiam in parte fauorabili, *vt ait Rota in Perusina Inuentarij septima Aprilis 1606. coram dicto Cardinali Sacrato.* Et ideò cautus erit procurator (si velit se à præiudicialibus eximere) appellare limtatè, & sic à præiudicialibus tantùm, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decisione 491. numero quarto*

385 Secus autem, si esset appellatum in parte, & partibus, quatenus contra, pro. vt in Curia seruari testatur, *Beltram. in addit. ad dictam decis. 223. dicti Gregorij, & Gratian. lib. 1. discept. cap. 1. num. 19.* quia tunc appellatus non potest inhærere appellationi appellantis, *vt ait Rota in dicta Ianuen. coram Sacrato, & Franc. Marc. decis. 143. num. 13. & Gratian. decis. 50. num. 8. & decis. 83. num. 6.*

386 Quod tamen subdeclara non esse verum, quando capitula adeò essent connexa, vt vnum ab altero diuidi non posset, *vt ait Rota per Gregor. dicta decis. 223 num. 5. & alij allegati à Beltram. ibi supra num. 9. & Franciscus Marcus ibi supra.*

387 Sed est benè verum, quòd dictus appellatus tenetur probare, quòd sententia pro se lata sit iusta, *vt ait Surd. decis. 327. num. 3.*

388 Et si velit obtinere confirmationem sententiæ, tunc opus erit fidem dare de appellatione, & omnia acta producere, *idem Surd. decis. 327. num. 6. Cappell. Tholos. decis. 91.* & ita passim Signatura obseruare facit, veluti contigit mihi scribenti in causa Domini Fabritij Vrselli, aliàs Iudex, cui executorialis dirigitur omni Iurisdictione careret, in quem per transportationem actorum transfertur, *vt dixi in verbo Acta, & ibi recurras.*

389 Et sic tunc poterit, etiam appellatus, inuito appellante, petere, quòd omisso articulo appellationis, cognoscatur super negotio principali, *vt ait idem Surd. decis. 175. num. 11.*

390 Extende prædicta procedere, etiãsi commissio fuisset obtenta à falso procuratore pro appellante, *vt ait Grat. lib. 3. discept. cap. 573. num. 4. & seqq.* quia nihilominus appellatus posset appellantis commissione, & appellatione vti, & ostẽdere se grauatum à primo Iudice, & sententiam reformari petere, ac, si ipse appellasset, *l. fin. C. quando prouoc. non est necess. Rota decis. 7. de appellat. in nou. Caputaq. decis. 36. num. 4. lib. 1. Surd. decis. 143. par. 1. & decis. 327. par. 2. & Gratian. in sua decis. 83. & ibidem etiam in addit.*

391 Fallit, quando quis approbaret sententiam metu mandati executiui, quia tunc ista exceptio taciti consensus, & ratificationis opponi potest, & per consequens posset appellationis prosequutio impediri, & sic appellatus ea non vti, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 151. num. 1. & 8.*

392 Secus verò si post appellationem ille comparuisset, siuè per alium gessisset actum coram Iudice, à quo, quia tũc censeretur appellationi renunciatum, & sic eam sententiam approbare, quando actus per aduersariũ factus fuisset in specie acceptatus; at secus, si fuisset impugnatus, *vt ait Gratian. in sua decis. 123. num. 6.*

393 Veluti eodem modo dicitur de redeunte ad Iudicem recusatum suspectũ, quia si ille id facit sine protestatione, eũ de nouo approbare censetur, *vt ait Mohedan. decis. 1. de Iudic. Put. decis. 380. lib. 1. Card. Seraph. decis. 971. & veluti dixi in Ampliatione 59. versiculo fallit. 2 num. 640.*

Circa autem illud, quòd fuit dictum de commissione imperrata pro appellante à procuratore non verò solet seruati in Curia, vt appellatus commissionem obtineat in qua mandetur Auditori, vt præfixo termino tali asserto procuratori ad docendum de mandato de quo non docto, eum condemnet in expensis, ac damnis, & interesse, nec non ad expeditionem negotij principalis procedat, *vt animaduertit Rota in decis. 34. & ibi addent. sub num. 3. de rescript. in nou.*

394 Sed pro complemẽto istius quartæ regulę, notandum igitur erit, quod licèt appellatio, & nullitas æquiparentur, *vt ait text. in cap. in causis de sent. & re iudic. & Riccius in sua collect. 1283. par. quarta.*

395 Fallit tñ primò, in casu appellationis remotæ, quia tunc nullitas sublata non censetur, *vt ait Gayl. obseruat. 135. lib. 1. & alij Doctores superius allegati.*

396 Fallit secundò, si sit deserta appellationis causa, quia non est ob id deserta illa nullitatis, vt superius ex auctoritatibus tot DD. & Rotarum, tùm Romæ, tùm aliarum, demonstratum fuit, *& idẽ ait Ann. in sua allegat. 93. & Gregor. decis. 151. num. 2. & 3.*

397 Fallit tertiò, quando nullitas est euidens, quia tunc de ea poterit, etiam post tres sententias opponi, quòd non est in appel.

appellatione, quia qñ illius causa in rem iudicatam transiuit, tunc ea imponit finem litibus, præcludit viam probationibus, & post eam nullitates non sunt attēdendæ, *vt ait Rota per Gregorium Decimum Quintum decis.* 184. *num.* 2. *& decis.* 211. *num.* 2. *& decis.* 508. *num.* 1. *& decis.* 406. *sub num.* 2. *part.* 2. *in recent. Card. Seraph. decis.* 1308. *num.* 1. *Afflict. decis.* 13. *num.* 28. *Rota decis.* 414. *par.* 1. *in recent. & in Barchinonen. legitimitatis* 4. *Februarij* 1613. *coram Card. Caualerio, & in alia Pampilonen. tributi* 15. *Ianuarij* 1614. *coram Pamphilio, & Crescent. decis.* 22. *de sent. & re iudic.* vbi loquitur, quòd de euidenti nullitate semper conqueri potest, cum ea nunquam in rem iudicatam transeat, vt latè dicam in verbo nullitas.

398 Fallit quartò, quia Iudicium nullitatis est prius decidendũ, quàm illud appellationis, *Puteus decis.* 60. *lib.* 3. *& decis.* 72. *&* 82.

399 Fallit quintò, quia in causis appellationum locus est inhibitioni, non autem in illis nullitatum, quando tales sunt, quæ altiorem indaginem requirunt, *vt ait Misynger obseruat.* 64. *Cent.* 4. *& Riccius ibi supra.*

400 Fallit sextò; quia nullitas sine appellatione proponitur, eum Iudex superior absque appellatione, sed per viam querelæ possit de ea cognoscere, *vt ait Hartaman in sua decis.* 35. *de appellat. lib.* 1. *& surd. decis.* 36. *num.* 21. *licèt in decis.* 35. *dicat*, quòd ob lites abreuiandas non sit concedenda supplicatio.

401 REGVLA quinta quinti casus est, quod appellatio vnius ex consortibus litis alteri prosit, etiamsi per appellantem postea fuisset appellationi renunciatum, siuè sẽtentiam approbasset, *vt est text. in l.* 1. *&* 2. *& l. si vnus ex pluribus alleg. à Rota in vna Farsen. matrimonij* 14. *Maij* 1580. *coram Card. Blanchetto, & Rota decis.* 779. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & Hartaman. decis.* 3. *de appellat. & Riccius in sua decis.* 12. *& in eo lect.* 1521. *par.* 5. *& Rota decis.* 132. *num.* 18. *par.* 2. *diuers. & Rota decis.* 52. *de appellat. in nou. & decis.* 191. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & ver Buratt. decis.* 315. *& ibi in addit. & Rota decis.* 680. *num.* 6. *par.* 3. *recent*

402 Extende primò hanc regulam in tantum valere, vt propterea, si ille consors appellans appellationi postea renunciaret, nihilominus alteri consorti præiudicare non potest, *vt fuit dictum in vna Aurien. Parochialis Lunæ* 11. *Decembris* 1606. *coram Card. Marcomontio. quæ est inter recent. decis.* 191. *num.* 1. *&* 2. *p.* 2. *& Franch. decis.* 658. *& prius decis.* 245. *num.* 3. *& Riccius ibi supra.*

403 Extende secundò id adeò esse verũ, vt propterea non possit fieri executio contra Tertium non appellantem, donec appellatio pendet, quasi, quòd victoria appellantis debeat iuuare eum, qui non appellauit, *vt ait Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 115 *num.* 1. *& Rota in Bergomen. præeminentiæ.* 16. *Iunij* 1606. *coram Manzanedo, quæ est apud Statil. decis.* 298. *idem Gratian. decis.* 142. *num.* 2. *& decis.* 149. *num.* 2.

404 Quod tamen intellige verum dummodo non appellans scientiam appellationis non habuerit, aliàs secus, quia ad hoc, vt appellatio vnius alteri non appellanti prosit debet ille tacere, & ignorare, & ad id in dubio ignorantia præsumitur, donec probetur scientia saltèm præsumptiuè, quæ etiam procuratoris ad hunc effectum sufficiet, *vt ait Grat. ibi supra nu.* 39. *&* 4.

405 Declara, quòd ad hoc, vt appellatio vnius ex cõsortibus, alijs prosit debet cõmuniter constare de scientia appellationis intra tempus ad appellandum, *vt ait Rota decis.* 777. *num.* 3. *par.* 3. *diuers.*

Rursus declara verum, quòd appellatio interposita ab vno alteri consorti prosit, si ille consors eundem procuratorem constituisset, at secus, si alium, quia tunc ille uidceretur quodammodo voluisse prohibere, ne ille Procurator, qui appellauit in suis negotijs se ingereret, nec per cõsequens appellatio interposita ab illo procuratore non suo, posset sibi suffragari, *vt ait Lancellot. de attentat. appellat. pendent. ampliat.* 11. *num.* 8. *Crescent. decis.* 7. *num.* 3. *de procurat. & Rota in Taruisina feudi Lunæ* 15. *Ianuarij* 1624. *coram Remboldo.*

406 Extende tertiò idem procedere, etiam in prorogatione fatalium, quæ si facta est ab vno alteri prodest, quando tamen causa est communis, & connexa, *vt ait Put. decis.* 466. *per tot. lib.* 2. *Thom.* de

de Tar. decis. 22.

407 Declara iterum, quòd ad hoc, vt appellatio vnius alterum iuuet opus est, quòd idem sit ius, & quòd ille appellationi adhereat intra tempus datum ad appellandum, *vt ait Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 573. *num.* 16. *& Franch. decis.* 467. *& Peguer. decis.* 194 *item fuit dictum in vna Pampilonen. Parochialis de Subiza* 14. *Decembris* 1576. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impræss. decis.* 314. *num.* 1. *& idem Gratian. decis.* 150. *numero* 13.

408 Et nota, quòd tunc sufficit verbo inherere appellationi, quia hic est actus, qui scripturam non requirit, sed est vna ratihabitio, quæ sine scriptis fieri potest, *vt ait Bellamer. decis.* 19. *per tot.*

409 Immò extende, quòd si vnus ex colligantibus appellauerit, tunc non licèt alteri appellare, quasi, quòd vnius appellatio pro omnibus sufficiat, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 444. *num.* 27.

410 Declara secūdò, quòd illa regula procedit in materia indiuidua, aliàs secus, *vt ait Rota ibi coram Card. Blanchet to in illa Farfen. matrimonij* 14. *Maij* 1580. & ratio est, quia litis consors non dicitur ille, qui suum ius ex diuerso fonte habuit, *vt ait Mohedan. in sua decis.* 1. *de appellat. fol. mihi* 222. *& Rota per Buratt. decis.* 315. *& ibi in addit.* vbi ait quòd appellatio vnius alteri non prodest, si causæ sint distinctæ, siuè si consors acqieuisset sententiæ, *Rotta decis.* 183. *in fine par.* 1. *in recent.*

411 Vndè ex prædictis inferri potest, quòd ob connexitatem Iudex appellationis potest cognoscere non solum super articulo, super quo primus Iudex pronunciauit, sed etiam super alio in prima instantia deducto, quando præsertim vnus articulus in necessariam cognitionem, dependentiam, & connexitatem alterius veniret, *vt fuit dictum à Rota decis.* 618. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* Et ratio est, quia appellatio à sententia continente capita indiuidua non potest ad diuersos Iudices interpòni, *vt fuit dictum in Conchen. Decimarum Veneris* 18. *Maij* 1607. *coram Cardinali Caualerio, quæ est apud Marchesſ. par.* 2. *fol.* 404.

412 Infertur secundò, quòd appellatio super vno articulo interposita, non deuoluit totam causam, si articulus sit separatus, secus verò si esset vnitus, connexus, & indiuiduus, *vt ait Surd. dec.* 143. *num.* 8. Et ratio est, quia, quando est vnica causa tota deuoluitur, secus, quādo esset duplex, quia tunc solum ab vna appellatur, ex regula limitata causa producit limitatum effectum, *Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 1. *num.* 2. *&* 3. & tunc capitula dicuntur connexa, quę se inuicem respiciunt, & proueniunt ex edem causa, & ad eundem effectum tendunt, nec nō vnum tendit ad qualificandum, vel perimendum aliud, *idem Surd. decis.* 258. *num.* 11.

413 Vndè, si appellatio in vno articulo deuolueret, tunc poterit Iudex appellationis cognoscere de toto negotio, *vt ait idem Surd. decis.* 175. *num.* 9.

414 Et in dubio appellationem deuoluere erit pronunciandum, *vt ait idem Surdus decis.* 36. *num.* 4.

415 Si verò declaretur non deuoluere, tunc causa statim ad primum Iudicem redit, *idem Surd. decis.* 175. *num.* 3. Veluti eodem modo ad illum negotium rediret, quando causa est deserta, *idem Surd. ibi supra num.* 4.

416 Item operatur deuolutionem omnium ad Iudicem, ad quem, quando appellatio fuit simplex, *Rota in Ianuen. coram Card. Sacrato, quæ est apud Marchesan. de commiss. par.* 2. *fol.* 64. *nu.* 3.

417 Declara tertiò dictam regulam non procedere, veluti, si essemus in appellatione vnius Tutoris, quæ non prodest alteri, vt si verbigratia, fuit lata sentētia contra duos tutores, reseruata facultate probandi remmissionem debiti, & vnus suscepit probationem, alter verò appellauit, & obtinuit, & ratio est, quia suscipiendo onus probationis, censetur renūciare beneficio, sibi ex alterius appellatione competenti, *vt ait Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 115. *num.* 14.

418 Vnde nota, q̄ si vnus appellet, & alter ab appellatione desistat, tunc debet Iudex commendare sententiam pro eo, qui appellat, super codē articulo, in quo est appellatum, vel ei connexo, non autem debet commendare illam pro eo, qui non appellat, *vt ait Franch. in sua decis.* 467. *num.* 2.

319 Declara quartò non procedere regulam

gulam, quando personæ essent diuersæ, &, quando causa defensionis esset diffor mis, secus autē, si eadem, *vt fuit dictum à Rota in illa Bergomen. præheminentiæ coram Manzanedo, quæ est apud Statil. dec. 298. num. 14. & Guidopap. q. 120. num. 96. vers. 3. fallit de appellat.*

420 Declara quintò non procedere, quā do collitigantes sententiæ acquieuere, quia tunc illa appellatio interposita ab al tero ex collitigantibus acquiescenti nō prodest, *Rota dicta decis. 298. nu. 13.*

321 REGVLA sexta texti casus ea est, quòd appellatus possit appellationi partis aduersæ inhærere, & tunc illa fit com munis, adeò, vt neque eo caso appellans illi inuito appellato renunciare possit, iux ta ea, quæ tradit, *Surd. in sua decis. 143. num. 3. & ibi in addit. & ita fuit dictum à Rota in Calaguritaua beneficij Vener. 18. Maij 1612. coram Gregorio Decimo Quinto, quæ est in eius impressis dec. 581. num. 5. & prius in Romana hæreditatis de Bonellis Veneris 21. Octobris 1605. coram eadem, quæ est in eius impress. decis. 223. num. 8.*

322 Extende primò id procedere, etiam in eo, qui ab vna sententia appellauit, etiam inter alios lata, quia tunc, si causam appellationis commisit, illam sententiam suam facit, *vt ait Card. Mantic. de cis. 2. num. 2.*

423 Extende secundò procedere, etiamsi appellatus intra decem dies appellatio ni non adhæserit, *vt ait Rota in dict. decis. 581. num. 6. coram Gregorio.*

424 Extende tertiò procedere, si appellans appellasset in parte, & partibus præ iudicialibus, quod enim de iure regulariter fieri potest, *vt fuit dictum à Rota in vna Ianuen. Luna. 23. Martij 1604. coram Card. Sacrato, quæ est apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 64. num. 4.*

425 Quod tñ nō procedere, vt superius dixi vbi appellatio fuit interposita simpliciter, quia tūc à tota causa appellatū censetur, & sic etiā in parte fauorabili, *vt fuit dictum à Rota in Perusina Inuentarij 7. Aprilis 1606. coram eodē Card. Sacrato.*

426 Secus autem, si esset appellatum in parte, & partibus, quatenus cōtra, prout in Curia seruari testatur, *Beltramin. in addit. ad dec. 223. Gregorij Decimi Quinti, Grat. lib. 1. discept. cap. 1. num. 19.*

427 Et sic igitur isto casu appellatus inhęrere non potest appellationi appellantis, *vt fuit dictum à Rota in dicta Ianuen. coram Card. Sacrato, Franc. Marcus decis. 143. num. 13. & Gratian. in de cis. 50. num. 8. & decis. 83. num. 6.*

428 Et prædictā extensionem tertiā subdeclara non esse veram, quando capitula adeò essent connexa, vt vnum ab altero diuidi non posset, *vt ait Rota per Gregor. in dicta decis. 223. num. 5. Lancel. ot. de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 44. Gratian. in dicto cap. 1. Gabriel. consf. 38. lib 3. per tot.* Et quando capitula cō nexa dicantur, *tradit idem Lancellot. ibi supra in limit. 2. num. 21. & Menoch. de arbitr. in casu 95. & Franciscus Marcus in præcitato loco.*

429 Subdeclara secundò, quando vna pars produceret acta cum protestatione in parte, & partibus tantum fauorabilibus, quia tunc ea productio prodesset, etiam alteri parti, quæ pari modo protestata fuerit, se velle vti illius Iuribus in partibus sibi vtilibus, *vt ait Surdus dicta decis. 327. num. 10.*

430 Sed animaduertas, quòd tunc Iudex quoque inhęrere potest illis actis, ab vna parte productis in partibus fauorabilibus, etiam si contra producentem faciant, *vt ait idem Surdus ibi supra num. 12.*

431 Sed ad hoc, vt prædicta procedant ad apppellati fauorem, op- test, vt ipse probet sententiam, pro se l..am esse iustam, *vt ait Surd. dicta decis. 327. num. 3.*

332 Rursus declara, quòd si ipse appellatus velit illius confirmationē obtinere, tenetur fi dē dare de appellatione, & oīa acta producere, pro quorū transportatione Iurisdictio Iudicis, cui executorialis, verbigratia, directa fuit, fundatur, aliàs secus, veluti dixi in verbo acta, *& Surd. dicta decis. 327. num. 5. & Rota decis. 32. & 33. de appellat. in nou. & Marta in compil lat. decis. in verbo appellatio cap. 6. tom. 1.* Et pro redimendis actis, quis teneatur refundere expensas, *tradit Mysing. decis. 21. par. 1. & Gaspar. Guglielm. decis. 8.*

434 Sed in Curia nota, quòd ille, qui vult prose qui appellationē, expensas facit, sed rarā ab altera parte actis vti volente repetir.

434 Extende, quòd licèr appellans non ser-

seruauerit ea, quæ seruare tenebatur, nihilominus appellatus causam appellationis introducere debet, *vt ait Rota dec. 59. n. 1. eodem tit. de appell. in antiq.*

435 Vnde ad id erit notandũ, quod appellãs tria facere tenetur, ad fundandam iurisdictionem Iudicis appellationis, & primò, quòd appellauerit. Secundo, quod ex causa legitima appellauerit. Tertio, quod intra legitima tẽpora id fecerit, *iux. tex. in cap. Romana, §. si verò de appellat. in 6. & Doctores in cap. cum in Ecclesia eo tit. sed Firman. in suo repert. versiculo Appellans* temere addit quartum remedium, vt scilicet teneat ut probare prosecutionem in tẽpore, & vt de prædictis constet, teneatur d. appellãs producere sẽtẽtiam contra se latam, sed si eam habere non possit, tunc duo tantum remedia dantur, quorum primum illud erit, quod cogat appellatum eam producere. Secundum, quòd faciat positiones ad effectum probandi, quemadmodum sententia fuerit tali modo lata, *vt declarat Innocent. allegat à Surdo in dicta decis. 327. n. 4.* Rursus addas, quod eo casu, quo sententia non inueniretur, posset illius amissio, & tenor per testem vnicum probari, veluti dicitur de appellationis amissione probanda, *vt ait Rota in decis. 19. de re iudic. in nou.* Licèt substantia probari posset, sed *Rot. inter crim. Farin. dec. 368 n. 1.* ait, quod iste tenor per vnum testem semiplene probatur.

436 Extende tertiò principalem conclusionem procedere, quòd scilicet appellatus post productionem iurium (vt superius dictum est) possit inuito appellante petere, vt omisso articulo appellationis causa super negotio principali cognoscatur, *vt ait idem Surd. in decis. 175. n. 11. & decis. 32. dub. 6. num. 1. Fastoldi.*

437 Secus verò procedit è conuerso, quia appellans non potest, inuito appellato, procedere, in negotio principali omisso articulo appellationis, & ratio est, quia sua interest tedire ad Iudicem ad quem id euentum, quòd appellatio mala pronuncietur, *vt ait Rota per Bisignet. decis. 19. num. 4. de appellat. & in decis. 97. num. 2. de appellat. in antiq.*

438 Quid si appellans procedat omisso articulo grauaminis, super negotio principali, parte aduersa non vocata, nec præsente, nec per contumaciam absente, An tunc dicatur ille nulliter procedere? Respondet Innocentius, quod sic, *sed Rota per Bisign. distinguit in hoc in dec. 8. de appellat.* ad quẽ per te recurrere poteris.

439 Extende quarto idem procedere, etiam, si commissio fuerit per falsum procuratorem, pro appellãnte obtenta, quia nihilominus posset appellatus dicta cõmissione ad sui fauorem vti, & ex ea se grauatum à primo Iudice ostendere, & sic illius sententiam reformari petere, ac si ipsemet appellationem interposuisset *l. fin. C. quando prouocat. non est necess. Gratian lib. 3. discept. cap. 573. num. 40. & seqq. Rota decis. 7. de appellat. in nou. Caputaq. decis. 36. num. 4. lib. 1. Surdus decis. 143. num. 1. & decis. 327. nu. 8. idem Gratianus in sua decis. 83. & ibi in additione, Marta in compillat. decis. in verbo appellatio tom. 1. cap. 3. Rota decis. 60. & decis. 61. de appellat. in nou.*

440 Extende quintò, quod etiã appellatus in rescripto appellantem præuenire potest, cuius enim vigore, nisi appellans præueniret, Iudex procedere debet; & ratio est, quia Iudex in Curia ex officio datur, vt finis litium habeatur, & circuitus inutilis euitetur, *vt ait Rota in decis. 16. de appellat. in nou.*

441 Quòd tamen declara verum, si id, circa finem anni faciat, aliàs secus, vt inferius dicetur, *& veluti ait Rota decis. 32. num. 2. de appellat. in nou.*

442 Extende sexto, quòd appellatus possit appellationem interpositã prosequi, etiam si sibi intimata non fuerit, dummodo tamen de illa fidem faciat, *vt ait Rot. in dec. 1. de elect. & dec. 6. de appel. in nou.*

443 Extende septimò, quod si appellatus reperierit cõmissionem appellationis per affectum procuratorem in Curia, pro prouocãte obtentã, tũc docto de illius absẽtia, poterit pro audientiã cõttradictarũ procedere, sed cõdemnatione expẽsarum non obtinere, quia de mandato procuræ non constat, nec verè, quod ille, cuius nomine appellatum est, causam committi fecerit, aliàs posset appellatus in hoc fraudem commisisse, *vt ait Rot. decis. 3. de appellat. Crescentij.*

444 Contrarium tamen illi extensioni, *ait Puteus, & cæteri Doctores allegati à Rota in vna Auellina vnionis die 28. Aprilis*

Aprilis 1595. coram Gipsio, vbi fuit resolutum, quòd commissio de stylo sine mã dato impetratur in Curia, & quando cõ missio erat valdè fauorabilis illi, cui impetratur, quia tũc ex hoc colligitur porri gentẽ, etiam habuisse mandatum, veluti quoque, si in expeditione commissionis fecerit aliquid graue, siue releuãs, quòd vtique absq. auxilio mandati non præsu meretur, & præsertim, si in expediendo eam magna impensa fuerit facta, veluti dicam in verbo Commissio, & dixi quoque supra in verbo Actus &c. sed quãdo appellatus excusetur à condemnatione expensarum, *ait Rota decis. 10. de dolo, & contumacia in nouis*, vbi distinguendo firmat, quòd sententia, quæ ex eisdem actis reuocatur à condemnatione expen sarum appellatum non excusat. at secus si ex nouis, *ex doctrina Bart. in l. fin. ff. de re iudic. & est decis. 22. de re iudic. in antiq.*

445 Extende octauò, quòd appellatus, si intra terminum appellans acta non producar, absoluendus erit, etiamsi ante absolutionem allegaret iustas causas, quare acta producere minimè potuerit, *vt ait Gaspar. Guglielmus in sua decis. 16. par. 2.*

446 Subextende primò, quòd si neque appellãs neque apellatus in termino præ fixo compareat, tunc appellatus petere potest per proclama, cõtra appellantem decerni, aliàs id eo non petente, Iudex decernere non debet, quia contra contu macem ad partis instantiam solum procedit, *vt ait Misynger. decis. 64. par. 2.*

447 Subextende secundò, quod appellatus post fatalia, potest committere causã, & per audientiam procedere in causa be neficiali, in qua fuerat extraiudicialiter prouocatum, nec altera citatio erit necessaria, *vt ait Rota decis. 39. de appellat. in antiq.* Item, quando non intimatus acta faciat per audientiam, *ait Bellamer. decis. 723.*

448 Secus verò, si essemus in desertione causæ principaliter commissæ, quia tunc nec articulum discutere, nec causam diffinire poterit, parte non vocata; & ratio est, quia citatus poterit, ob legitima impe dimenta desertionem excusare, *vt ait Rota decis. 59. de appellat. in nou.*

449 Item, quòd debeat appellans citari in partibus ad opponendum contra com missionem impetratam per appellatum, super desertione appellationis, in partibus interposita, cui delatum sit per vtrũque, *ait Rota decis. 56. eodem tit. in nou.* vbi eadem ratio allegatur, quod scilicet appellaos citatus potest desertionem excusare, secus verò si essemus in causa appellationis principale negotium deuoluente, *vt ait dicta Rota decis. 59. eodem tit. in nouis, & prius decis. 24. eodem tit.*

450 Sed tu igitur hic declara, quòd scilicet Iudex possit in causa procedere absque alia partis citatione, quando causa appellationis fuit principaliter commissa, quia tunc in consequentiam Iudex poterit de desertione, vti de accessorio cognoscere, secus autem, vbi causa appellationis non principaliter, sed ea desertionis fuerit commissa, quia tunc non posset illum articulum discutere, & diffinire, nisi citata parte, *vt ait Rota decis. 59. eodem tit. prope med. in nou.*

451 Extende nonò, quòd appellatus licet ei in causa beneficiali prouocatio intimata non fuerit, tamen deuolutionem causæ ad Curiam obtinere potest, quia tempus ad intimãdam prouocationem, in gratiam appellati introductum est, *vt ait Thom. Fastol. in sua decis. 12.*

452 Fallit tamen veluti, si appellatio per sonaliter eidem appellato fuerit intima ta, quia tunc non poterit audiri post decem dies ab illa sententia contra eum, per Audientiam lata, si in illius præsentia fuerit prouocatum; secus verò, si nec ei, nec procuratori fuerit personaliter intimata, quia tunc à die scientiæ appellare potest, quia fictè contumax auditur, *vt ait Rota decis. 22. de appellat. in nou.*

453 Veluti eodem modo dicitur de appellante in causa beneficiali suam appel lationem non prosequente, quia tunc ap pellato prosequente, si in causa appellationis succumbat, non auditur iterum ap pellans; Quod secus tamen esset in appel lato, sed est benè verum, quòd poterit restitui, si fuerit legitimè impeditus, *vt ait Rota decis. 53. de appellat. in nou.*

454 Secus autem, quando appellans in causa beneficiali infra annum veniret ad causam, quia tunc posset procedere etiã in contumaciam appellati, *Rota decis. 21. in principio eodem tit. in nou.*

455 Extende decimò, quòd appellatus ante

te commiſſionem obtinere poteſt examinari teſtes ad futuram rei memoriam, veluti ſi teſtes eſſent ſenes, vel valetudinarij, & præſertim, ſi per eum non ſter, ſed potius ſit in culpa appellans, quominus in cauſa appellationis procedatur, *vt ait Gaſpar Guglielmus in ſua deciſ.* 135. *par.* 1. Sed hic nota inpropoſito, quod teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam parte non citata non probant, *vt fuit dictum in vna Interamnen. vnionis 7. Aprilis* 1617. *coram Cardinali Veroſpio.* Quãuis *Rot. inter crimin. Farinae. deciſ.* 277. *num.* 5. dicat, quòd teſtes, etiam ſine citatione partis examinati adminiculum faciunt, *Rota deciſ.* 494. *& prius deciſ.* 198. *par.* 1. *recent.* veluti quoque operantur, ſcripturæ in formes, quæ adminiculum faciunt, ſed pro cautela validitatis examinis, erit citanda pars per edictum contra omnes intereſſe putantes, *vt ait Rota d. deciſ.* 494. *nu.* 2. *parte prim a recent.*

456 Extende vndecimò, quòd appellans licèt ſub prætextu paupertatis petat ſibi remiſſoriales gratis concedi, pro habendis actis, ex quibus iniquitas, & iniuſtitia apparere poſſit, tamen tenetur eius inopiam in principio probare; quod tamen in appellato non procedit, quia neque compulſoriales petere, neque acta exhibere, nec minus ullam citationem extrahere cogitur, ſed ſolum ſe defendere, & citatus in termino cõparere, quia ſic nulla fraus in eo præſumitur, *vt ait idem Gaſpar. Guliel. in ſua deciſ.* 138. *par.* 4.

457 Extende duodecimò, quod appellatus, inuito appellante, poteſt cauſam circa finem anni proſequi, *vt ait Rota deciſ.* 7. *num.* 1. *& deciſ.* 32. *num.* 2. *de appell. in nou.*

458 Declara tamen, quòd appellatus ante illud tempus appellantem in commiſſione cauſæ præuenire non poteſt, *vt ait Rota deciſ.* 32. *num.* 2. *eo. tit. in nou.*

459 Sed ſi d. appellatus intra terminum præfixum faciat committi cauſam appellationis appellanti non præiudicabit, *vt ait Rota per Bellamer. deciſ.* 1. *alias* 259. *de appellat.*

460 Sed eſt bene verum, quòd poſtea elapſo anno, nullo impedimento interueniente, neque appellans, neque appellatus appellationẽ proſequi poſſunt, quod enim procedit, etiamſi conſenſus vtriuſque partis concurreret, quia eo tempore Iudex appellationis deſinit eſſe Iudex, ob vim rei iudicatæ, nec minus partes poſſunt indè illius iuriſdictionem prorogare, *vt ait Cappell. Tholoſ. deciſ.* 245. *Miſynger. deciſ.* 59. *par.* 2. *Gaſpar. Guliel. dec.* 98. *par.* 1. *& Card. Seraph. deciſ.* 418. *num.* 2.

461 Contrarium tamen hodie ſeruatur, quia niſi elapſo biennio, quis appellationem proſequi cogi non poteſt, *vt ait Franc. Marc. in deciſ.* 143. *num.* 6. *p.* 2.

462 Concorda igitur, vt prima opinio procedat, ſi appellans poſt annum elapſum aliquid non fecerit in cauſa, quia tunc ea deſeritur. Secunda verò procedit, quando aliquid poſt annum feciſſet, ſiue fuerint prorogata fatalia, vt dixi ſuperius in regula tertia, *verſ. ſed in materia num* 197. *cumſeqq. idemque ait Caſſad. deciſ.* 6 *num.* 8. *de appellat. & Miſyng. dec.* 2. *par.* 3.

463 Subextende, quòd immò debet expectari vltimus menſis biennij, ad hoc, vt appellatus proſequi poſſit, quinimmò illud biennium impedito debetur, etiam ſi impedimentum in vna die conſiſteret, *vt ait Franc Marc. in dicta ſua deciſ.* 143. *num.* 16. *&* 17. *par.* 2.

464 Licet, *Put. in deciſ.* 151. *lib.* 2. dicat, quòd illud biennium conceditur in Curia, ſed non extra.

465 Secus vero eſſet in non impedito legitimè, quia tunc appellatus poteſt proſequi appellationem in vltimo menſe primi anni, *vt ait idem Franciſcus Marc. dicta deciſ.* 143. *num.* 2.

466 Contrarium vero, ſi eſſemus in appellante, qui in nihilo expectare tenetur cum illud tempus ad ſui fauorem ſit introductum, *vt ait idem Franc. Marc. in præcitato loco num.* 14.

467 Extende decimotertiò, quòd appellatus poteſt quandocumque veniens ad curiam appellationem ſibi non intimatam proſequi, *vt ait Rota in deciſ.* 1. *de elect. in nou. & deciſ.* 6. *de appellat. in nou.*

468 Extende decimoquartò, quòd ſi appellatus petierit, quòd appellans veniat inſtructus ad curiam, cum omnibus actis & munimentis, tunc ſi dictus appellans non comparuerit in termino Iuris, vel honi-

hominis, amplius nouum terminum pro eis producendis non habebit, quia termini lapsus viam contumaci præcludit, immò, quando terminus fuit per Iudicem assignatus, intra quem appellans non cõparuerit, tunc poterit postea sine alia citatione, nedum in causa appellationis, sed etiam in negotio principali procedi, *vt ait Rot. dec. 32. n. 5. & seqq. in addit. de appellationibus in nou.*

469 Extende decimoquintò, quòd idem appellatus poterit appellationem aduersarij prosequi, in vim commissionis per se antea impetratæ, & non sibi intimatæ, in qua obtinuerat causam, & causas, quam, & quas mouere intendebat cõtra ipsum, *vt ait Rota in decis. 34. de rescript. in nouis*, Vbi licèt Rota dicat id fieri posse absque alia citatione Aduersarij, qui iam in partibus appellauerat, sed solum repetita appellatione, pro parte aduersa interposita, in causa posse procedi, quamuis etiam de ea appellatione nihil dictum fuerit, ex ea enim ratione, quia illud verbum (causam) potest illam appellationis comprehendere, licèt tamen contrariũ videantur sentire *dec. Aegidij 25. & 26. de Iudic.* Vbi habetur, quod si quis obtinuerit commissionem, & citationem cõtra aliquem, & illa non exequuta procedere vellet, tunc opns esset, quòd noua citatio in vim illius primæ comissionis esset obtinenda, sed quamuis addentes *ad illam decisionem 34. de rescript.* Dicant prædictas decisiones sibi inuicem cõtrariari videri, nihilominus fatentur omnes ad vnum finem tendere, & ibidem earũ concordantia datur, nempè, quòd citatio non sit necessaria in causa, quæ virtute appellationis deuoluerat negotium ad Curiam, & sic vim citationis habuerat, & quòd ea citatio sit necessaria, vbi pars non erat citata, neque causa deuoluta, *vt in terminis earumdem decisionum Aegidij 25. & 26. dicunt addent. ad illam decis. 34. de rescript.*

470 Item an appellatus, qui fecit committere causam, & causas, quam, & quas mouet, seu mouere intendit, cum potestate citandi in Curia, & extra possit isto casu procedere per audientiam contra appellantem in vim suæ appellationis, in hoc, *vide Rotam in decisione 11. de off. deleg. in nouis*, Quam ego in libro meo inuenire non potui, & propterea istum casum indecisum reliqui. Sed quòd possit id fieri, *ait Rota in dicta decis. 34. de rescript. in no.*

471 Extende decimosextò, quòd appellatus, postquam dati fuerint Apostoli, quandocumque commissionem impetrare potest, *vt ait Rota decis. 16. de appellat. in nou.*

472 Extende decimoseptimò, quòd appellatus potest appellationem approbare, etiam puòd Iudex eam admittere noluerit, & tunc causa appellationis tantũ, non autem negotij principalis deuoluta censebitur *vt ait Rot. dec. 32. de appellat. in nou. in fine.*

473 Subextende, quòd cõsensus appellati, operatur deuolutionem causæ ad Curiam, licèt appellatio peccet in forma, *vt ait Rota per Bisignet. in decis. 18. de appellat.*

474 Declara tamen primò, quòd licèt appellatus, possit appellationẽ approbare, non potest tamen appellanti terminum ad appellationẽ prosequendã præfigere, veluti nec potest iuris terminũ abbreuiare, *Rota decis. 32. num. 1. & 5. eodem tit.*

475 Declara secundò, quòd vbi appellatus semel appellationem approbauit, nõ poterit amplius illam reprobare, *Rot. decis. 21. n. 6. de appell. Bisigneti.*

376 Declara tertiò, quòd omnis diligentia appellati prodest etiam appellanti, *vt ait Rota decis. 47. num. 3. eodem tit. in antiquis.*

477 REGVLA septima septimi casus erit materia Apostolorum, quorum petitio, cum sit de substãtia appellationis, ideo illam hic ponere oportunũ existimaui, & prius dicam quid sint Apostoli, vndè dicti, & qnomodo ab appellante petãtur, & à Iudice dentur, & de eorum defectibus in illos non petendo.

478 Sed prius, quòd Apostoli sint de substantia appellationis, *fuit dictum in Foroliuien. de Thorellis penes Marches. de comissionibus parte 2. fol. 79. coram Cardinali Marcomontio, & in alia Calagu ritana de Amazo 25. Maij 1612. coram Manzanedo, & est decis. Pedem. 12. n. 2. & Rota per Crescentium decis. 1. num. 3. de appellationibus & decis. 396. num. tertio par. 2. in recent. & decis. 41. de appellat. in nouis, & decis. 5. eo. tit. num. 1*

479 Deinde Apostolinota, quòd dicti sunt ab Apo, & Stolon, quod enim missionem significat, quæ fit de vno Iudice à quo appellatur, ad Iudicem, ad quem appellatum est, & sic illis mediantibus partes primum Iudicem dimittunt, & ad illum appellationis transmittuntur, *vt ait Imol. in c. dilectis filijs num. 28. de appellat. & est quoque textus in l. 1. ff. de libell. dimiss.*

480 *Sed Vestrius in sua praxi lib. 7. cap. 3. num. 32.* Ait, quòd Apostoli dicuntur ab Apost, & Lin, quod significat mittere, & nunciare, & sic quasi nunciatorij, siue nuncij dicuntur, veluti dicitur de Apostolis Sanctis, qui à Deo missi fuere, *vt ait glos. in cap. cordi in verbo petat Apostolos de appellat. in 6. & Specul. §. sequitur eodē tit.* Et sic illi dicuntur litteræ emanatæ ad instructionē Iudicis ad quē, & appellātis certificationē, *vt ait Rot. per Bellamer. dec. 2. alias 151. tit. de appellat.*

481 Et isti aliquando dicuntur Reuerentiales, quia illi dantur in reuerentiā superioris, ei appellationem deferendo, aliquando refutatorij dicuntur, quando Iudex à quo non vult appellationem admittere, & sic à se nō vult iurisdictionē abdicare, & tales illi dicuntur à refutatione vocis appellantis; deinde isti refutatorij solent dari ab interlocutoria; Reuerētiales, verò in diffinitiua, *vt ait Rot. dec. 61. n. 1. de appellat. in antiq.* Licèt *in dec. 50. eodem tit. in nou.* Dicat Rota, quòd non est multum necessarium petere apostolos in diffinitiua cū a iure ipso dētur reuerētiales, Imò habemus, ꝙ fatui sunt Iudices, qui dant apostolos reuerētiales in interlocutoria, abdicando à se iurisdictionē, & eā in alios transferēdo, *Rot. dec. 774 p. 1. diuers. & Contard. in l. vnica limit. 13. nu. 4. C. de moment. possess.*

482 Licèt tamē id fallat parte opponēte, qa tūc tollitur illius cognitio Iudici, ad quē, & in primo pronunciante, restat, *vt ait Rot. d. dec. 774.* Nisi tamen memoriale Sanctissimi, vel quid simile in contrarium disponeret, *vt testatur Marchesan. in 2. par. cap. 1. num. 46. de commiss.*

483 Aliquando verò libelli appellatorij dicūtur litterę dimissoriç; idest litterę missę, vel mittendæ de minori Auditorio, ad maius tribunal, ad quod appellatio vadit. Alio modo vocantur, etiam testimoniales, qui petuntur, quādo copia Iudicis pro interponenda appellatione habeti nō potest, ad hoc, vt faciant fidē de diligentia appellare volēris, sed ꝙ fuit illi responsum, quod Iudex domi non erat, *vt ait Marta in sua compil. dec. in verbo appellatio c. 138. tom. 1. Cassad. dec. 8. n. 7. de appellat. & Put. dec. 126. lib. 2.* Et ibi tradit formam, & quid facere debeat impeditus, ob absentiam Iudicis in appellando; Et datis testimonialibus, appellās habet annum ad comittendum, licèt in Romana Curia sit remediū c. oblatę de appellat, *vt ait Put. decis. 361. lib. 2.* Et nota, quòd tali casu, ob non copiam Iudicis, siue quando condemnatus haberet iustum, & probabile m metū Iudicis, à quo, tunc debet appellari corā Iudice ad quē, siue corā honestis viris, *vt ait Scacc. de appellat. quest. 6. lib. 3. cap. 2. per totum, & Grat. lib. 1. discept. cap. 10. & Rota per Buratt. decis. 202. nu. 3.* Sed cessantibus prædictis difficultatibus, appellatio debet interponi coram Iudice à quo, & propterea videmus, quòd non dicitur legitime appellatum, per solam cedulæ dimissionem apud notarium, *vt ait Rota dec. 396. num. 3. & decis. 394. num. 2. par. 2. in recent. & per Card. Caualerium decis. 495. num. 2. & in Neapolitana separationis Thori 5. Maij 1625. coram Pirouano.*

484 Licèt *Franc. allegat. à Cassad. dicta decis. 8.* Dicat, quòd, quando appellatur in absentia Iudicis, non est de necessitate Apostolos petere, & rario est, quia nullus alius potest dare Apostolos reuerentiales, siue refutatorios, nisi Iudex à quo, *Bald. & Angel. in l. 2. C. de his, qui per met Iud. non appell.* Alij verò conuentionales appellantur, & tales dicuntur, quando pars appellationem admittit, *vt ait Scacc. de appellat. q. 13. sub n. 3.*

485 Extende id, quod fuit dictum de eo, cui fuerunt dati Apostoli testimoniales, quòd scilicèt annū habeat ad prosequendum, procedere etiam, in eo, cui fuerunt dati refutatorij, qui pari modo annum habet ad causā comittendā, & sic habet terminum hominis ad inchoandū, & Iuris ad finiendum, *vt ait Cassad. decis. 4. de appellat. & Card. Mantic. decis. 121. num. 1.* Vndè nota quòd quamuis sint dati refutatorij, ob id nō impeditur,

quo-

uominus causa ad superiorem deuolua-tur, *vt colligitur ex decisionibus supertus allegatis, & Scacc. de appell. q. 13. n. 6. & seq.* & ibi docet, quādo sibi locū vēdicēt.
485 Extende, quod si fuerit appellatum à diffinitiua, & fuerint Reuerentiales da-ti, tūc licèt etiā in tēpore cedula appel-lationis data non fuerit; nihilominus nō obstante, *decis. 54. de appellat. in nou.* deuoluitur causa, si Iudex eidē appella-tioni deferat, cum per huiusmodi dela-tionem à se iurisdictionem abdicet, & totam suam potestatem in superiorem transfundat, quod tamen secus esset, si Iudex appellationi nō detulerit, qa tūc ea vti friuola causā ad Curiā nō deuolue-ret, *ait Rot. in d. dec. 54. alias 385. in nou.*
487 Rursus nota, quòd Apostoli dicuntur vna breuis forma instruendi Iudicem, ad quem, & modum Iudicis à quo, & totius appellationis circumstantias breuiter cō-pręhendens, *vt ait Zabarell. in clem. quā uis n. 4. de appellat. & Rot. per Buratt. in sua dec. 556. n. 3.* Vbi ait, quòd Termi-nus iuris datur pro cōmoditate Iudicis, vt possit delibetare pro respōsione dāda.
488 Quod tamen declara verū, si illi eas tres cōditiones in se habeant, & prima, si sit appellatum à diffinitiua, vel à decreto vim diffinitiuæ habēte. Secunda, si intra legitima tēpora. Tertia si à persona legiti-ma, *vt ait Cassad. dec. 7. n. 5. de appell.*
489 Sed si vis euadere periculū desertio-nis, ob nō eorum petitionē, debes pone-re in fine cōmissionis hanc clausulā (ter-mino iuris ad reddendū pro Appostolis, aliaque responsione data &c.) adeò, quòd pro illis amplius quis tunc redire non tenetur, si tamen, vt iam dixi, in cō-missione impetretur dicta derogatio ter-mini, ad reddendum pro Apostolis, *vt ait Ferrantes Garzareus in suo patrocinio 69. num. 5. vbi allegat Vestr. in sua pra-xi lib. 7. de appell. in fin.*
490 Et sic igitur eo seruato, si postea appel lās intra terminū iuris causā cōmitti cu-rabit appellatio valebit, *vt ait Veral. dec. 38. p. 1. & ita testatur Marches. in 2. p. c. 1. fol. 8. n. 50. & 60. de commiss.* Et ibi rationem Signaturæ ait esse, quia semper de stylo Palatij præsumuntur Reuerentia les dati, *vt ait Bellamer dec. 100. Crescen tius dec. 1. & 2. de appell. Idem Veral. dec. 157. par. 1. & dec. 115. par. 2.*

491 Sed quales præsumantur dati, quan-do Iudex eos simpliciter dedit nō expri-mendo, neque Reuerētiales, neque refu-tatorios, *tradit Rot. a dec. 8. eodem tit. in nou. ex sententia Baldi.* Licèt ibidem dicat, quòd si Iudex dederit acta pro A-postolis Reuerentialibus, quamuis illud verbum (defferrimus) non proferat; ta-men eum satis defferre, & à se Iurisdictio nem abdicare, ac in Iudicem superiorem eam trāsfundere videtur. *Gaspar Gugliel-mus decis. 90. par. 2.* Etid adeò opera-tur, quòd tunc, nec etiam de communi partium consensu in causa procedere va-let Iudex, aliàs processus esset nullus, nisi tamen per superiorem, sibi iterum ea committeretur, cum, vt supradictum est, partium consensus non sit sufficiens ad fundandam Iurisdictionem in vno, *text. est in c. cum appellationibus friuolis eodē tit. li. 6. alleg. à Rot. ibi sup. d. dec. 8. Cassad. d. dec. 7. n. 5. de appell. Rot. dec. 5. eod. tit. in nou. & in Romana damnorū, & interesse 10. Iunij 1591. coram Penia, & in Vlixbo nen. Pensionis 23. Maij 1603. coram Car-dinali Pamph. & Beninten. in sua dec. 17.* Ergo multò minus posset Iurisdictio fun-dari ex tacito partis consensu, quia non est in potestate partis, dare iurisdictio-nem, eam non habenti, *vt ait Rota dec. 451. num. 13. parte 2. recent. & Verall. de cis. 97. num. 2. & dec. 164. num. 1. cum seqq. lib. 1. Achil. dec. 2. num. 4. & 5. su per regula de trien. & alij alleg. à Rota in Ianuen. separationis Thori Mercurij 5. Maij 1632. coram Coccino Decano.*
At secus, si quis consentiret iurisdictioni, eam habenti, quia tunc defectus iurisdi-ctionis amplius tolli non posset, & eo ip-so Iudicis iurisdictio firmata dicitur, quā do quis declarauit se cōpetentē, & à tali pronūcia nō fuit appellatū, *vt dixi in ver bo appellatio, & ita ait Rota dec. 440. n. 3. & 4. par. 2. in recent.*
492 Animaduertēdo insuper, q ille termi-nus, quo Iudices vtūtur in respōsione A-postolorū, dum dicunt Reuerentiales in forma hęc tria, vt superius dixi importat Primò quatenus à diffinitiua. Secundò dūmodo in tēpore. Tertiò quatenus à legitima persona, alias Refutatorij dati intelliguntur, & sic per huiusmodi respō sionem nunquā censetur appellationi de-latū, nisi eo modo, quo dictū est, *vt ait Cassad.*

Cassad. decis. 7. nu. 5. de appellat. & Vestr. in sua prax. lib. 7. cap. quarto num. secũdo, sed Rota penes *Burat. in sua decis. 556. & ibi per addent. sub num. 16.* ait, quòd, si à Iudice dentur Apostoli reuerentiales in causa, in qua appellationi nõ sit locus, tunc illi videntur continere refutatorios, cum in præiudicium partis, possit Iudex tali modo causam facere appellabilem, & sic Apostolorum concessio effectum deuolutiuum tantum, sed non suspensiuum operabitur, licet sit benè verum, quòd Iudex, qui huiusmodi responsionem dedit, non poterit exequi sententiam, sed ea venit exequenda per Iudicem, ad quem, aliàs esset attentata, *vt fuit dictum in illa Romana damnorum, & interesse, & in alia Vlixbonen. pensionis 23. Maij 1603. coram Card. Pamph. & prius in Anconitana de Gozis 1. Iulij 1592. coram eodem, & in Tullen. bonorum, & attentatorum 6. Nouembris 1600. coram Litta.*

503 Præterea nota, quòd tempus recipiendorum Apostolorum incipit currere à tempore latæ sententiæ, si appellare debens fuit præsens in illius prolatione, siue de ea notitiam habuerit alio modo, secus verò, si superuenerit scientia, quia tunc incipit currere à die habitæ notitię, & hanc opinionem pluries amplexa, *fuit Rota, vt testatur Marches. in præcit. loco num. 29. par. 3. cap. 2. fol. 5. & est decis. Rotæ prima de appellat. in nou. & decis. 80. eodem tit. in antiq. Ioacchin. Misyng. decis. 36. par. 4. Cam. Imper. & Marta in compil. decis. tom. 1. in verbo Apostoli cap. 8. & Rota per Burat. in sua decis. 556. num. 7.*

504 Quod quidem tempus durat per spacium vnius mensis, in quo tamen computantur illi decem dies dati ad appellandũ, quia apostolorũ petitio, quæ verbalis est, dicitur appellationi accessoria, vt in principio istius regulæ demonstratũ fuit ex mente Rotæ, *idemq. ait, & testatur in Signatura, ita seruari Marchesan. ibi supra num. 27. & 30. & Rota decis. 50. n. 2. & 3. de appellat. in nou. item Rot. Pedemont. dec. 12. & Crescent. dec. 1. n. 3. eodem tit.*

505 Vndè si intra illud tempus pro Apostolis nõ redibis appellatio peribit, & sic sententia in Iudicatum transibit, *vt ait Scacc. de appellat. lib. 2. q. 13. nu. 29. & seq. Rota decis. 178. par. 1. diuers. & decis. 144. parte secunda. & decisione 420. n. 2. p. 2. in recent. & ita quoq. fuit decisum in vna Assisien. Canonicatus coram Iusto, quæ est apud Marches. de commiss. p. 2. fol. 14. & in illa Foroliuien. de Terellis panes eumdem Marches. in dicta 2. p. fol. 79. quæ est coram Card. Marcimontio, & per Burat. in decis. 556. num. primo.*

506 Extende id adeò esse verum, vt neq. impedimentum superueniens à desertione appellantem excuset, *vt ait Rota dec. 144. num. 2. p. 2. diuers. & ita fuit decisũ in Salutiarum Pensionis 14. Nouemb. 1616. corã Car. Verospio*, quam secuta fuit nouissimè, *Rota in vna Meten. Canonicatus 21. Iunij 1628. coram Verospio.*

507 Subextende, quòd neque negligentia procuratoris excusat, cum sit imputãdum Domino, quare negligentem procuratorem adhibuerit, *vt fuit dictum à Rota in dicta Salutiarum pensionis coram Verospio, quam sequitur Beltramin. in decis. Gregor. 573. num. 13.* Et plures alias decisiones allegat, *D. Ferentill. ad decis. Buratti 585. sub litera A.*

508 Declara tamẽ illud benè sufficere, si appellans intra terminum iuris causam committi fecerit, quia tunc sententia in iudicatum non transiret, etiamsi postea pro Apostolis non rediret, *vt ait Rota per Verall. decis. 38. par. 1. & decis. 115. p. 2. & dec. 734. p. 4. in nouiss. & ita fuit dictũ in Ariminen. bonorũ 22. Maij 1606. corã Litt. & Crescent. decis. 7. de appellat. & Rota decis. 17. eodem tit. in antiq. & decis. 144. num. 2. par. 2. diuers. & in Foroliuien. fideicommissi 21. Aprilis 1581. coram Cantuccio, & in Salutiarum Pensionis 14. Nouembris 1616. coram Card. Verospio, & in illa Meten. Canonicatus 21. Iunij 1628. coram eodem Card. Gregor. dec. 573. nu. 14. & in Veneta Sequestri 22. Maij & 26. Iunij 1626. coram Durano.*

509 Subdeclara tamen illud esse verum de Apostolis, si quando fuit interposita appellatio, fuerunt etiam petiti Apostoli, aliàs non suffragaretur sola commissio causæ, infra illum terminum Iuris, quia illis non petitis appellatio non subsistit, *vt ait Ioacchinus Misingerius*

decis.

decis. 36. par. 4. Et (vt superius dictum est) *ita declarata fuit dicta decis. Veralli à Rota in Legionen. Parochialis 1. Februarij 1589. coram Comitulo, & Rota per Buratt. in dicta decis. 556. num. 11.*

510 Et ratio prædictorum ea est, quia petitio Apostolorum est de appellationis substantia, vt in principio Regulæ dixi, ex mente Rotæ, & illorum non datio facit, vt in causa appellationis non impetretur commissio, *vt ait Bellam. decis. 637. & decis. 41. & decis. 50. num. 3. de appellat. in nou. & in dicta Meten. Canonicatus 21. Iunij 1628. coram Verospio.*

511 Vndè Iudex requisitus eos non dans nulliter in causa procedit, quòd tamen intellige verum, si debita instantia fuerit requisitus, licèt eo casu nihil responden do denegare videatur, *vt ait Lap. allegat. 124. per totam, & Marches. in dicta 2. par. cap. 1. fol. 10. in fine num. 84. de commiss.*

512 Quinimò nec isto casu sufficeret præsentatio cõmissionis signata de manu Regẽtis, quia illa solùm probat diligentiam, & à lapsu illorum decem dierum, ad committendam appellationem excusat, sed non à redditu pro apostolis intra terminum Iuris datum, intra quem appellans pro apostolis omnino redire tenetur, *vt fuit dictum in Castren. pecuniaria 25. Aprilis 1627. coram Merlino, Cassad. decis. 4. de appellat. & per Buratt. in decis. 556. num. 4.* Neque isto casu redditionis pro Apostolis sufficeret noua comparitio, sed est necessaria specialis illorum petitio, *vt ait Rota decis. 144. num. 1. par. 2. diuers. & in 1. decis. 178. & decis. 420 num. 2. par. 2. in recent. & per Gregor. dec. 573. num. 1. & ibi per addent. n. 2. & in Leodien. Parochialis 20. Maij 1622. coram Card. Caualerio, & in illa Castren. Pecuniaria 25. Aprilis 1627. coram Merlino, & prius fuit decisum in dicta Foroliuien. de Thorellis coram Cardinali Marcomontio.* Cuius enim corpori fuit hodie data honorificentissima sepultura ingenti dolore totius Curiæ, & meritò quidem, quia rato talis bonitas, & virtus in homine floresceit, quanta erat in eo, & qualis fuerit hercle illius scripta, atque monumenta demonstrant, Dies illius obitus fuit Romæ 18. Septẽbris 1626. & solum octo menses in purpurea dignitate permãsit, quia de mẽse Ianuarij die 19. fuit Cardinalis a S. D. N. PP. Vrbano VIII. creatus.

513 Vltimo erit notandum, quòd in Curia Romana desertio non habet locum, quod tamen intellige verũ in causa, quæ coram Papa ageretur, cum de illius persona non ita facile potest haberi copia, secus autem de alijs Iudicibus, *vt ait Rota in decis. 25. num. 2. de appellat. in antiq. alias 295. & in hac materia vide Scacc. de appellat. q. 13. per totam, & ibi multa alia habebis.*

ARGVMENTVM.

DE APPOSITIONE MANVVM Pontificis, in beneficijs, & causis, & quid ea operetur in illis

CONCLVSIO CXXX.

1 Appositio manus Pontificis super dispositione alicuius beneficij nota, quòd operatur, vt illud dicatur affectum, siue reseruatum, *vt fuit dictum in Ceneten. Parrocchialis Lunæ 4. Decembris 1606. coram Card. Marcomontio, quæ est in 2 par. recent. decis. 190. num. 6. & Cassad. dec. 2. super reg. de vnionibus, & Rota per Buratt. dec. 36. num. 2.*

2 Extende primò id in tantum operari, vt Ordinarius amplius in futurum illud conferre non possit, *iux. text. in extrauagant. ad Roman. de prębend & DD. communiter in c. inter dilectos, & ibi præsertim Innoc. n. 4. de excess. Prælat. & Rot. ibi supra d. n. 6. & Veral. dec. 282. n. 5. p. 3.*

3 Fallit tamen, si appositio manus Papæ fuerit facta ad certum finem, quia si ille finis cessaret Ordinarius non impediretur, quo minus illud conferre posset, *argum. c. cum cessante de appellat. Gemin. consl. 136. num. 3. in fine, & Rota ibi supra coram Marcomontio num. 7.* Et veluti dicam infine istius conclusionis.

Cõtrarium, quòd scilicèt gratia Papæ, et'ã subreptitia, & quòd emanata fuisset ad fauorem cętræ personę affectionẽ perpetuam inducat, *fuit dictum a Rota per Burattum in sua decis. 36. num. 4. &*

in decis. 78. *& ibi per addent.* Vbi testatur hanc opinionem multos habere contradictores ad id allegando, *Ancar. in conf.* 58. *& Doctores omnes in c. inter dilectos, & ibi signanter Abb. num.* 10. *Io. Andr. col.* 3. *in fine Butr. in fin. Soc. num.* 18. *& Host. num.* 14. *de excessibus Prælatorum*, Et propterea pro concordantia istarum opinionum, ait tali modo esse distinguendum; nempe ponendo, ibi narratiuam posset duobus modis accipi, & primo vti causa concessionis, vt est mensis reseruatus, pertinẽtia collationis ex qualitate beneficij impetratio ex delicto, & sic de similibus, in quibus, cum Papa se fundet, idcircò plene, & concludenter venit probanda, neque isto casu sufficeret semiplena probatio pro iustificatione gratiæ, *vt ait Aegid. decis.* 625. *Puteus decis.* 265. *lib.* 3. *Rota decis.* 268. *num.* 3. *par.* 1. *& decis.* 46. *par.* 2. *diuer. & per Gregor decis.* 387. *num.* 5.

Secundò modo accipitur narratiua vti pars gratiæ, vt est valor, Doctoratus, & aliæ similes qualitates, ad quas enim probandas probatio semiplena sufficeret, & sic igitur erit concordandum, vt prima opinio procedat, quando agitur de narratiua, quæ sit causa concessionis, quia tunc, si ea falsa quoque gratia, itavt tali casu per manus Pontificis appositionem affectio non inducatur, *vt fuit dictum in Barchinonen. Præcedentiæ* 23. *Ian.* 1602. *corã Card. Sacrato*. Secunda verò opinio procederet in casu, vbi agitur de falsa narratiua, in his, quæ sunt pars gratiæ, quia isto casu, etiamsi narratiua non sit vera; nihilominus beneficiũ remaneret affectum, per appositionem manus Papæ, veluti ita distinguendo, *ait D. addens ad Buratt. in decis.* 36. *num.* 4. *& decis.* 78. *sub num.* 8. *sub litera A.*

Et ratio super eo, dum dicitur, quòd affectio sustineatur, etiam, quòd gratia esset subreptitia, & emanata ad fauorem certæ personæ, ea esse uidetur, quia Papa dicitur tam prouidere personæ, quã benificio, necnon etiam, quia indignum esset, vt collatio super quã sũmus Põtifex manus apposuit ad inferiorem reuerteretur, *vt ait Rota per Burat. dicta decis.* 36. *num.* 4.

4 Extende secũdò, quòd si Papa aliquod beneficium in perpetuam commendam daret, vel administratorem in eo opponeret donec beneficium prouideretur in titulum, tunc ex huiusmodi appositione manus Pontificis dicta commenda cessãte, solus Papa prouidere deberet, *vt ait Rota per Crescent. decis.* 2. *de parot. Cassad. decis.* 2. *de reseruat. & decis.* 9. *de prabend. idem in decis.* 5. *de priuileg. & decis.* 2. *de vnionib. super reg. Cancell. & decis.* 4. *de reseruat. allegat. à Puteo in decis.* 154. *lib.* 1. *& Rota per Burat. d. dec.* 36. *Caputaq. decis.* 145. *par.* 1. *Rota decis.* 154. *num.* 5. *par.* 1 *recent. & in Pampilonen. Archidiaconatus* 29. *Martij* 1621. *coram Cardinali Caualerio, & alij Doctores allegati ab addent. ad Buratt. in dicta decis.* 36. *in lit. D.*

5 Extende tertiò idem procedere, quando Papa concederet alicui mandatum de prouidẽdo de certo beneficio, etiam ante illius vacationem, quia tunc etiam, quòd alias illud beneficium non esset reseruatum, nec vacauerit in mense reseruato, nihilominus ex illa manus Pontificis appositione tale beneficium remaneret affectum, *vt ait Rota decis.* 10. *de prabend. in nou. & ibi Papazor. in addit.*

Veluti eodem modo procederet ex coadiutoria concessa cum futura successione, quia tunc beneficium quoque remaneret affectum, itaut de illo ordinarius disponere non posset, *vt ait Rota per Buratt. decis.* 78. *& ibi in addit. sub litera B. & Cassad. decis. vnica de pact. & Put. decis.* 108. *lib.* 2 *in prin.* Sed est bene verum, quòd ad hoc, vt immissio vigore istius gratię, ex capite gratiosæ subrogationis est plene, & concludenter probanda, ea expressa in coadiutoria à qua dependet futura successio; alias non intraret affectio, *vt dicunt addentes ad Buratum ibi supra.*

Secus autem, quando coadiutoria cessaret, quia tunc ordinarius non impediretur quò minus, illud beneficium cõferre valeret, *vt ait Rota per Buratt. d. dec.* 36. *num.* 12.

6 Extende quartò, quòd ex decreto, per Papam apposito alicui, dedimittendo beneficio in manibus eius, illud remaneret affectum, itaut ille solus posset pro illa vice conferre, dato etiam, quòd ille non dimitteret, *vt ait Rota decis.* 14. *de rer permutat. in antiq. & ita fuit quoque de*

cisum

cyum in vna Compostellana Canonicatus 10. Maij 1600. coram Card. Lancellotto Iuniore, Quòd tamen intellige verum iuxta distinctionem per me traditam in fine istius conclusionis, *sub num.* 26.

7 Extende quintò, quòd ordinatus à Papa, licèt ex eo non sit exemptus à iurisdictione ordinaria, *iux. text. in cap. per tuas de maior. & obed.* Nihilominus non poterit ordinarius, ob delictum ordinati degradationem requirens, illum ab ordine deponere, in reuerentiam illius manus appositionis, *vt ait Cappell. Tholos. decis.* 293. *in addit.*

8 Extende sextò, quòd in petitione gratiæ est facienda mentio de illa affectione ratione manus appositionis Pontificis, sicut de expressa reseruatione, aliàs dicta gratia esset nulla, *vt ait Mohedan. decis.* 9. *de præbend.*

9 Extende septimò, quòd ob huiusmodi manus Pontificis appositionem non habet locum dispositio *Concil. Trident. in sess.* 24. *c.* 2. *de reform.* vbi disponit, quòd omnes causę sint in prima instantia corã loci Ordinario cognoscendæ, quia illa dispositio nõ vẽdicat sibi locũ in beneficijs, manus Põtificis appositione reseruatis, *vt latè ait Riec. in sua dec.* 21. *Curiæ Archiep. Neapol.* & ita quoque fuit declaratum in Sacra Congregatione Concil. Trident. per hæc verba; nempè, si de affectis aut de reseruatis beneficijs agatur, tunc causa in Curia committitur.

10 Extende octauò, quòd appositio manus Regis impedit Dominij translationem, & possessionis appræhensionem, *vt dicunt Bart. Bald. Ias. in l. manumissiones de Iust. & Iure, & Cinus in l. fin. C. de reb. alien. & Franciscus Marcus in sua dec* 44. *num.* 2. *par.* 2.

11 Extende nonò, quòd appositio manus Pontificis facit, quòd causa semel affecta Curialis, semper remaneat Curialis, *vt ait Mohed. decis.* 12. *de sentent. & re iudic. Rota decis.* 2. *& decis.* 23. *&* 43. *de appellat. in nou. & in antiq. decis.* 8. *de re iudic. & decis.* 13. *de rescript. in antiquior. Bisigneti.*

12 Subextende primò id in tantum esse verum, vt propterea, quando causa est semel effecta Curialis, non nisi de certa scientia Papæ, è curia extrahi poterit, *vt ait Put. decis.* 234. *num.* 2. *lib.* 2. *Rubin. decis.* 92. *Cappell. Tholos. decis.* 481 *Magon. decis. Lucen.* 55. *per totam Surd. decis.* 175. *num.* 5. *Put. decis.* 140. *par.* 2. *Gayl. obseruat.* 41. *lib.* 1. *& Merlin. conciuis meus decis.* 72. *Rota Lucens.* vbi dicunt prædicta procedere, etiamsi concurreret consensus partium in Iurisdictione proroganda.

13 Subextende secũdo procedere, quòd neque inferior amplius se ingerere possit in illa causa, in qua ipse manus apposuerit, *vt ait dictus Mohedan. dicta decis.* 12. *de sentent. & re iudic. alias decis.* 320.

14 Subextende tertio eo magis procedere, quando vlterius processit reseruando, vel annullando dispositionem, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis.* 580. *n.* 1.

15 Subextende quartò, vt id quoque procedat quoad ignorantes, *vt ait Caualc. decis.* 4. *num.* 3. *par.* 2. *& Rot. per Buratt. decis.* 36. *num.* 6.

16 Contrarium licèt videatur tenere, *idem Caualcan. ibidem num.* 29.

17 Subextende quinto idem esse verum in omni causa Curiali effecta, quæ, & qualis sit, docet *idem Caualcan. in pracit. loco num.* 32.

18 Subextende sextò, quòd si Papa committeret causam alicui, tunc ordinarius non posset se ingerere, sed si Delegatus nulliter procederet, vel si esset mortuus, tũc ille de licentia Papæ id facere posset, *idem Caualc. dicta decis.* 4. *num.* 51.

19 Vndè ex prædictis infertur, quòd si Papa emphiteusim confirmauerit, tunc Ordinarius, vel alius inferior non poterit cognoscere de validitate, siue inualiditate dictæ Emphiteusis, *idem Caualc. dicta decis.* 4. *num.* 35.

20 Limita tamen primò conclusionem principalem non procedere, quando illa affectio ex appositione manus Papæ inducta, semel fuerit suum effectũ per subsequutã prouisionem sortita, quia tunc ea expirat, & quoad futuras uacationes non obstabit, *vt ait Rota decis.* 13. *&* 14. *de præbend. in antiq. & Cassad. dec.* 4. *de caus. possess. & propriet. & in decis.* 9. *de præbend. & multa dixi in verbo acceptatio. & in verbo accessus.*

21 Limita secundo, quòd licèt manus Papæ apposito, etiam possessionem inficiat, *vt ait Franc. Marc. in decis.* 44. *num.* 2. *p.* 2. Nihilominus id non procedit, quo-

ad

ad beneficium vacaturum; sed ad illud solum iam vacans, *vt ait Put. decis. 27. lib. 2. & decis. 180. lib. 3.*

22 Limita tertiò procedere, quando ex tali manus appositione derogatio indulti alicui Cardinali cõcessi resultaret, quia tunc conclusio principalis non haberet locum, nisi mentio expræssa de illo indulto, siue illius derogatio fieret, *vt ait Caputaq. decis. 82. par. 2. & Put. decis. 14. lib. 2.*

23 Limita quartò non esse verum, quando ex illa manus appositione Papæ resultaret præiudicium Cõcordatorum, quia tunc nulla affectio induceretur, *idem Puteus decis 226. lib. 3. & Rota per Buratt tum decis. 36. num. 12.*

24 Limita quintò, quando essemus in aliquo beneficio Iurispatronatus laicalis, siue mixti, & ratio est, quia veluti in illis expræssa reseruatio nõ intrat, ita nõ illa tacita ex Põtificię manus appositione resultãs, *vt latè ait Rota in Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram Card. Pamph.*

25 Limita sexto, quando Papa manum apposuit ad diuersum effectum, quàm cõferendi, nam tunc manus Ordinarij ligatæ non remanerent; & ratio est, quia effectus consideratur ratione respectus, ne actus factus ad vnum finem, alium diuersum operari debeat, cum nunquam actus vltra intensionem agentis operetur, *DD.* & præsertim *Iason in l. non omnis ff. si cert. pet. & Rota decis. 14. & 15. de preben. in nou. & in hoc latè dixi supra in verbo Actus, Achil. de Graß. decis. 119 de rest. spol. & Rota decis. 419. par. 1. diuer. & in Tridentina beneficij 13. Iunij 1578. coram Card. Blanchetto, & in alia Cusentina Parochialis 1594. coram Card. Pamphilio, & Riccius in sua collect. 1660. par. 5.*

26 Limita septimò, quòd beneficium affectum non remaneat ex appositione manus Pontificis, quando resignatio emanauit ad fauorem certæ personæ, neque posset sustineri ex aliqua falsa causa, & interim resignans moriretur, qu a tali casu, dum Papa limitatè manum opponat ad resignationẽ, tũc cẽseretur vacare beneficium per obitum, neque propterea isto casu posset Ordinarius impediri illud cõferre, *vt ait Rota decis. 419. num. 2. par. 1. diuers. Achil. de Graß. dec. 14. de rest. spol. Garg. de benef. par. 5. cap. 1. num. 155. & late fuit deductum à Rota in Leodien. Sancti Dionysij 27. Mart. 1623. coram Pirouano, & in eadem coram eodẽ 25. Maij 1626. vbi contrarijs responde tur, quæ deducta fuerunt à Rota per Buratt. in sua decis. 36.* Et sic ea ad concordiam reducuntur medio illius distinctionis, quam adduxi in principio istius conclusionis sub *num. 3.* vbi reccurras.

Declara tñ id q̃ fuit dictum de cessatione affectionis, vbi prouisio Papæ fuit facta ex falsa causa, solùm procedere, qñ falsitas causæ versaretur, circa pertinentiam collationis, veluti, quia Papa conferret beneficium, vti reseruatum, cum tale non esset; siue circa vacationem ipsam, principaliter narratam, quæ verè non adsit, siue etiam si diuersa succedãt, ad quæ manus appositio, non extendatur, *vt ait Rota decis. 488. alias 14. vt lit. pen. in nou. & decis. 419. num. 2. pa. diuers.* licèt *Gemin. cons. 136.* cõtrariũ sentiat, si vacatio ex qua fuit apposita manus, sit necessaria, & subsequatur, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. decis. 36. num. 10. & prius in Barchinonen. Præcedentiæ 23. Ianuarij 1602. coram Card. Sacrato.* Et ibi fuit dictum affectionem, ex vnione nulla nõ resultare. Et ratio ea est, quia Papa voluit limitatè solum prouidere, & sic beneficium vnire; secus autem, quando prouideret, licèt nulliter in casu, qui postea accidit, siue si expectãs aposto licus adesset, qui acceptare poterat, quia tunc Papamet prouidere censeretur, *vt ait Rota per Buratt. ibi supra & dec. 39. de conceß. præb. in antiq.* Et sic tali casu nullo modo posset prouidere Ordinarius iure proprio, & eo magis, quando illius manus fuissent ligatæ, aut per decretum, siue per inhibitionem, quia tunc Ordinarius nullo modo posset se intromittere, nisi prius restituta sibi potestate per decretum, ac inhibitionem ablata, *vt ait Rota decis. 10. de præb. in nou. & per Buratt. ibi supra.*

Extende, q̃ edem modo beneficia dicuntur remanere affecta ex prouisionibus, siue mandatis Papæ de prouidendo, etiã si ex aliqua causa effectum nõ sortiantur; & ratio est, quia cum Papa ius eminentissimum habeat super beneficijs, id circo indignum esset, si collatio, super qua iple

ipse manus apposuit, ad Ordinariũ reuertetur, *vt ait Burat. dicta decis. 36. n. 4.*

ARGVMENTVM.

APPROBATVS QVANDO, QVOmodo, & ex quibus censeatur vnus actus, & quando secus.

CONCLVSIO CXXXI.

1 Approbatio nota, quòd vim cõfessionis habet, *vt ait Magon. decis. Florent.* 58. *num.* 27. Et ea est tantæ vis, & efficaciæ, vt propterea, quod semel approbatum est amplius reprobari non possit, *vt ait Gratian. lib. 5. discept. cap.* 941. *num.* 20. *Franc. Marchns decis.* 60. *par.* 1. *Surd. decis.* 343. *n.* 22. *& prius decis.* 288. *num.* 5.

2 Extende primò id in tantum esse verũ, vt si quis agat ex contractu suo nomine, ab alia persona facto, ne dum censetur illum contractum approbare, verum etiã personam ipsam, quæ contractum egit, *vt ait idem Gratian. dicto lib.* 5. *c.* 944. *num.* 53.

3 Secus verò, si essemus in actu facto prò eo, pro quo agens, nõ fuit rogatus, quia tunc ille actus eo modo factus neque prodesset, neque noceret, *vt ait Grat. in præcit. loco cum alijs Doctoribus ibi allegatis.*

4 Extende secũdò, ꝙ si quis ad aliquod officium fuerit approbatus, non poterit postea, sine causa amplius ab eo amoueri, etiam, quòd concessiò ad beneplacitum facta fuisset, *idem Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 590. *num.* 12.

5 Fallit tñ, si aliqua causa superueniret, quia tũc reprobatio admitteretur, veluti si ille fuerit repertus imperitus, & id ob fauorem publicę vtilitatis, *Boer. dec.* 149. *num.* 16. *Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 167. *num.* 42. *&* 43. *& cap.* 186. *num.* 31.

6 Veluti è conuerso procedere potest, nempe, vt ille ob imperitiam reprobatus possit, cessante ignorantia, iterum approbari, *idem Gratian. dicto capitulo* 186. *num.* 23.

7 Extende tertiò pari modo procedere in eo, qui ad aliquod officium semel fuerit approbatus, quia amplius examinari non debet, veluti dicitur de clerico, qui fuerit approbatus ad vnum beneficium, quia iterum ad illud non erit examinandus, quod tamen intellige verum, quoad litteraturã, secus verò, quoad mores; Et ratio est, quia litteratura in dies augeri solet, cum omne artificium, ob continuũ exercitium, accipiat incrementum, mores verò mutari solent, & sępè in peius, cum nostra natura sit magis ad malum, quàm ad bonum prona, *Caualcan. decis.* 29. *num.* 10. *Caputaq. decis.* 365. *par.* 2. *Maceraten. variar. resolut.* 104. *num.* 2. *lib.* 1. *Franc. Marc. decis.* 793. *par.* 1.

8 Fallit tamen huiusmodi extẽsio primò, quando beneficium secundum requireret maiorem litteraturam, quam primũ, *vt ait dictus Caualcan. & Maceraten. in præcitatis locis.*

9 Fallit secundò iuxta dispositionem Sacri Concil. Trident. quod vult, vt quis examinetur de nouo, quando nouus titulus acquiritur, *vt fuit dictum à Rota in Calaguritana Iuris accrescendi* 28. *Iunij* 1599. *coram Card. Seraph. quæ est decis.* 1323. *num.* 1. *in eius impressis.*

10 Extẽde quartò, ꝙ actus approbationis, tamquam à propria voluntate depẽdẽs partis præsentiam nõ requirit, *vt ait Magon. dicta decis. Floren.* 58. *num.* 32. *& Gratian. lib.* 4. *discep. cap.* 704. *num.* 5.

11 Extende 5. ꝙ approbatio semel facta ab herede de testamẽto, amplius non admittit reprobationem, etiam in alia causa, & inter personas diuersas, *idem Gratianus lib.* 2. *discept. cap.* 264. *num.* 34.

12 Extende sextò, quòd scilicet illa approbatio testamenti per hæredem facta, profit etiam omnibus absentibus, quod tamen intellige verum, quando actus tẽderet principalitèr ac declarandam agẽtis voluntatem, at secus, si principalitèr de se obligando tractaret, quia tunc requireretur præsentia illius, cui esset acquirenda obligatio, *vt ait Soccin. consilio* 105. *incipien. Visis testibus num.* 10. *vers. Quinto etiam adducimus libro* 4. *& Gratian. in dicto cap.* 264. *num.* 36. *idem Magon. ibi supra num.* 31. *& Surd. decis.* 53. *num.* 3. *& decis.* 132. *num.* 11.

13 Et ratio prædictorum ea est, quia non ad alium finem præsẽtia requiritur, quã, vt de illius consensu constet, *Mascard.* con-

cluf. 347. *num.* 8. *cum infinitis feqq. Ay. mon. de antiquit. temp. par.* 1. *num.* 47. §. *viso de verbis fol.* 58. *vbi de communi testatur*, Et propterea videmus in præscriptione, quæ cum contra absentem non currat, idcircò eam allegans, tenetur probare, aduersarium fuisse præsentē, quòd tamen non procedit, quando partes essent eiusdem ciuitatis, & loci, quia tunc præsentia præsumitur, *vt ait Card. Mantic. dec.* 291. *num.* 3. *&* 4. Et veluti quoque absentes non dicuntur illi, qui sunt in eadem Prouincia, vel diœcesi, ad effectum illos citandi ad faciendam electionē, vel præsentationem, item eodem modo dicitur, quando absentia esset dedita opera, vel alio modo affectata, *vt ait idem Card. Mantic. dec.* 288. *per totam, & vidend. est decis. Gregor.* 576. *in addit. num.* 15. *& seq.* Et ibi habetur, quomodo præsentia procuratoris in actibus iudicialibus sit probanda, & quid operetur in Iure, & in hac materia fiendæ electionis, *vide qua dixi in concl.* 128. *sub num.* 522.

14 Sed est benè verum, quòd dicta approbatio, etiam minus solemnis facta præsente eo, cuius interest, nocet etiam quo ad alios, *vt ait Magon. ibi supra num.* 30. *& Surd. dicta decis.* 132. *num.* 2.

15 Extende septimò, quòd, quando approbatio testamenti est expræssa, tunc in omnibus facta censetur, *vt ait idem Magon. decis. Florent.* 35. *num.* 8.

16 Subextende, quòd ista approbatio testamenti, quando esset specialis, noceret etiam detractioni trebellianicæ, *idem Magon. decis.* 35. *num.* 9. Vbi infinitos allegat communitèr tenentes, quòd ad hoc, vt filius non possit detrahere Trebellianicā, debet expressè illam prohibitionem approbasse, ita vt simplex approbatio testamenti non sufficiat; Et ratio est, quia approbatio resultans ex aliquo actu positiuo, non extenditur ad alium, sed illi tantum approbanti præiudicat, *Rota per Gregorium decis.* 317. *num.* 5. *& Rota decis.* 514. *num.* 5. *par.* 3. *recent.*

17 Subextende id, quod fuit dictum de speciali approbatione alicuius actus præiudicialis eò magis procedere in materia legitimæ, quam generalis approbatio non excludit, quia specificè ei renunciari debet, *vt ait Rot. per Gregor. dec.* 489. *n.* 18. *& dec.* 539. *nu.* 11. *& in addit. n.* 20. *& dec.* 568. *n.* 5. *& in Romana legitimæ* 27. *Iunij* 1597. *coram Card. Pamphilio, & Card. Seraph. decis.* 1365.

18 Subextende tertiò idem procedere in approbatione facta à filio de inofficiosa donatione facta à patre, quia ea nullū præiudiciū filio affert, quoad legitimam, ex ea ratione, quia quoad eam expræssa renunciatio requiritur, vt superius dixi, *& veluti ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 247. *num.* 29. *& Rota dicta decis.* 514. *num.* 5. *par.* 3. *recent. & in hoc multa dixi in verbo legitima. concl.* 42.

19 Declara tamen, quòd ad hoc, vt illa approbatio testamenti valeat in vim pacti, debent interuenire omnia, quæ ad validitatem conuentionis sunt necessaria, aliàs secus, *idem Grat. dicto lib.* 2. *c.* 264. *num.* 32. Vndè cum requiratur ibi simultaneus consensus, ideo esset necessaria præsentia legatarij, siue alterius, cui ius in vim illius pacti esset acquirendum, aliàs stante absentia resolueretur in vim simplicis pollicitationis, & nudi pacti, quod non obligat de Iure Ciuili, nisi esset factum Deo, vel Reipublicæ, *Surd. decis.* 132. *nu.* 12. *& seqq.* At secus de iure canonico, ex ea ratione, quia inter simplicē, & solemnem loquelā, Deus non facit differentiam, *vt ait Ricciu collect.* 1121. *n.* 1. *p.* 4. *& dec.* 21. *Cur. Archiep. Neap.* Veluti quoque pactum nudum actionem producit in actu, in quo fuerit data fides, cum ea vim iuramenti habeat, *vt ait Afflict. decis.* 389. *nu.* 1. *Menoch. consi.* 178. *num.* 19. *Gabr. de transact. concl.* 1. *num.* 21. *Surd. decis.* 225. *num.* 1. *& decis.* 234. *num.* 4. *& sequen.* Licèt secus sit, quando fides esset interposita super facto alieno, quia tunc talis liberatur possibilia faciendo, *idem Surd. d. dec.* 234. *n* 12. Item in alijs quoque casibus pactum nudum parit actionem, de quibus, *vide apud dictum Riccium in dicta collect.* 1121. *per totam*, Et in specie illud actionem producit, quando fit præmissa imploratione diuini auxilij, quia tunc Deo factum diceretur, *vt ait Gratian. decis.* 1. *num.* 1. *in addition.*

20 Amplia primò, quòd neque illa approbatio, in vim pacti sustineretur, vbi pactum de ea re non valeret, *vt ait dictus Surd. decis.* 53. *num.* 24.

An-

20 Amplia primò, quòd neque illa approbatio in vim pacti sustineretur, vbi pactum de ea re non valeret, *vt ait dictus Surdus decis. 53. num. 24.*

21 Amplia secundò, quando approbatio esset de testamento non solemni, quia tunc ea non faceret valere illud vti testamentum, sed potius in vim pacti donationis, vel constituti, *vt ait idem Magon. dicta decis. 58. num. 33.*

22 Amplia tertiò, quando essemus in approbatione simplici inutilis dispositionis ex defectu iuris publici, quia tunc ea facta non noceret, *Magon. in precitato loco num. 14.*

23 Extende octauò principalem conclusionem, vt scilicet legatum acceptans testamẽtum approbare cẽseatur, itaut post illud receptum, amplius non possit ab intestato venire, siue scienter, siue ignoranter illud receperit, *vt fuit dictum à Rota per Gregor. Decimum Quintum decis. 271. cum ibi allegatis.*

24 Contrarium licèt tenuerit, *Bart. à Rota ibi supra allegatus,* Qui ait ignorantiã, tàm iuris, quàm facti excusare, & præcipuè in muliere, in qua iuris ignorantia præsumitur, *vt ait Rota ibi supra, idem Gregor. in decis. 208. nu. 4.* Vbi ait, quòd acceptatio legati non præiudicat, data ignorantia in acceptante, quoad ius impugnandi testamentum, quia regulare est, quòd ratificatio nunquam inducatur, nisi data plena notitia, tàm iuris in ratificante, quàm facti, cum omnibus suis qualitatibus, *idem Gregor. decis. 317. & Rot. decis. 51. num. 25. & decis. 95. num. 4. & decis. 244. num. 2. & decis. 280. num. 9. & decis. 535. num. 12. par. 1. in recent. & in 2 par. decis. 662. num. 2. & 3. Ossasch. decis. Pedem. 179. num. 13. & Rota decis. 492. num. 10. par. 1. in recent. & idẽ Gregor. in decis. 473. num. 20. & ita quoque fuit resolutum in Romana Syluę 15. Maij 1628. coram Verospio, & in alia Romana nullitatis donationis 3. Iulij 1628. corã Dunozetto, & per Buratt. in sua decis. 410. num. 11. & 15. & nouissimè Grat. discept. 429. nu. 22. cum seqq. lib. 3. & discept. 513. num. 11. eodem lib. & discept. 823. num. 29. & 824. num. 49. cum seqq. lib. 5.* Vnde videmus, etiam, quòd ratificatio actus nulli nunquam inducitur, neque nocet, nisi data scientia nullitatis in ratificante, *vt ait Card. Seraph. decis. 477. num. 10.* Et ratio est, quia in materia præiudiciali ratificatio non venit præsumenda, *idem Card. Seraph. decis. 993. num. quarto, sed omnino vide, quæ dixi in concl. 169. num. 16.*

Subextende dictam octauam extensionem intantum procedere, vt propterea neque illud testamentum iam approbatum possit amplius impugnari, etiam si impugnatio iure permittente fieret, *vt ait Rota per Buratt. dec. 257. num. 18.*

Contrarium, vt scilicet approbatio testamenti paterni, per filium in Iudicio facta, possit, per contrarium actum reuocari, *ait eadem Rota decis. 541. num. 5. par. 3. recent.*

Concorda tu tamen, vt prima opinio procedat, quando deliberatè, & irreuocabiliter fuisset per filium facta dicta acceptatio. Secunda verò, quando secus, *vt colligitur ex eadem decis. 541. d. n. 3.*

25 Sed redeũdo ad illud, quod superius dixi, an scilicet approbatio contractus cum suis qualitatibus debeat fieri, tàm respectu tertij, quàm negotiorum gestoris, distinguas in hoc, *cum Gratian. lib. 2. discept. cap. 335. num. 24.* Vbi ait, aut Domino potest plenè consuli, non variãdo, & tunc non debet variare, aut non potest ei plenè consuli in totum appellando, & tunc ille potest approbare factum, & modum reprobare, licèt secus fit in scriptura testimoniali, quia ea debet esse, aut in totum vera, vel falsa, quod non contingit in negotiorum administratore, quoverò ad præiudicium tertij, tunc actus non potest approbari secundũ quid, *idem Gratian. ibi supra.*

26 Et hanc secundam opinionem vti veram tenendo, extende eam multò magis procedere, quando sumus in casu, vbi non erat in illius legatarij potestate testamenti nullitates tollere, *vt ait Rota per Gregor. in dicta decis. 271. ferè in fine.*

27 Sed est benè verum, quòd dictus legatarius non est admittendus ad hæreditatis petitionem, nisi prius legato restituto, dummodo tamen ei cautio offeratur de eo restituendo de nouo, in casu succũbentiæ, & si dicta cautio nõ offeratur, tenet tamẽ iudiciũ sine restitutione, *vt ait idem Gregor. dicta decis. 271. num. 15.*

28 Amplia eodem modo procedere, quan-

quando concederetur ex gratia legatario, vt illud reprobare posset, quia tunc tenetur omne legatum restituere, nec eo casu posset illud ex alia causa retinere, *vt fuit dictum in Romana de Gabriellis 12. Nouembris 1593. coram.*

29 Extende nonò, quòd quis approbare dicatur contractum, quando ad illius rescissionem, ex capite inobseruantiæ agit, *vt fuit dictum à Rota in Romana Vineæ Veneris 12. Decembris 1614. coaam Pirouano, quæ est decisio 615, num. 6. par. 2. in recent. & Rota apud Statil. dec. 261. num. 26. & apud Ciucium de censibus decis. 96. num. 23.*

30 Extende decimò, quòd quis censetur contrauentionem approbare, quando post dictam contrauentionem in contractu perseueret, itavt de ea amplius per eum opponi non possit, quia quòd semel placuit, amplius displicere non potest, *Rota in Mediolanen. frumenti 16. Octobris 1588. coram Bubalo.*

31 Extende vndecimò, quòd contractus censeatur approbatus per petitionem fructuum, licèt id non sufficiat, nisi receti sint, & petitio fuerit facta in iudicio, & acceptata, *vt dicunt Doctor. citati à Gratian o lib. 2. discept. cap. 301. num. 45. cum seqq. sed vide in li. 5. disc. c. 944. n. 57.*

32 Extende duodecimò, quòd confessio ab vno facta, nempè contenta in tali instrumento esse vera, tunc illud instrumentum approbat, etiam, quòd minus solemne existat, quod tamen intelligẽ verum, si ille declarans approbaret instrumentum, carens solemnitate, quam requireret, veluti si dicerem, confiteor illud instrumentum, quòd caret die, & cõsule esse verum, quia tunc mihi praiudicarem, cum ex vi illius confessionis adiunctæ scriptura habeatur pro solemni, & publica, sed si confiterer, testamen tum non solemne esse verum, tunc non mihi praiudico, quia ad rei essentiam veritas sine solemnitate non sufficit, etiã si iuramentum adesset, quia illud sequitur, semper naturam actus, super quo interponitur, & sic, si actus sit nullus, ergo nullum quoque esset iuramentum, & è conuerso, *vt dicunt Doctores allegati à Grat. ibi supra in cap. 312. num. 46. cum seqq.*

33 Extende decimotertiò, quòd etiam approbata, verbigratia, censeatur illa partita, quæ tempore solidationis computorum extabat, & ea fuerit visa, & nõ reprobata, *vt fuit dictum à Rota in Romana pecuniaria, seu cambiorum Lunæ 9. Aprilis 1612. coram Manzanedo, quæ est decis. 388. num. 3. par. 2. in recent. & Surd in sua decis. 199. num. 8.*

34 Subextende id eò magis procedere, quando vltra prædicta concurreret etiã temporis longitudo, & prætensi creditoris taciturnitas, quæ enim dignè credere facit, vt tandiu huiusmodi crediti petitionem non distulisset, si reuera creditor illius partitæ extitisset, *vt ait Rota in dicta decis. 388. nu. 3. in vltimis verbis.*

35 Extende decimoquartò, quòd quis dicatur, approbare sequestrum, si pro sequestri releuatione caueat, veluti eodem modo dicitur de eo, qui captus de fuga suspectus fideiubet, de stando Iuri, & Iudicatum soluendo, quia tunc capturam fideiubendo approbare censetur, & propterea cautus erit ille, qui tali modo capitur, si dictam fideiussionem non præstabit, siue si eam præstando protestatus fuerit eam dare, citra tamen approbationẽ capturæ, *iuxta ea, quæ ait Cæsar de Grassis decis. 145. num. 17.*

36 Extende decimoquintò idem procedere, & è conuerso, quòd scilicèt, quis non possit amplius actum impugnatum approbare, & eo se iuuare, *vt ait Rota in vna Vrbeuetana Castri 29. Ianuarij 1574, coram Aldobrandino postea Clemente VIII. & in Pampilonen. Parochialis 7. Iunij 1610. coram Ortembergo.*

37 Fallit tamen primò, quando ille ab impugnatione destitit, vel in ea non obtinuit, quia tunc posset in actu negato se fundare, *vt fuit dictum in vna Romana pecuniaria 10. Martij 1586.*

38 Fallit secundò, quando impugnatio fuit facta in alio iudicio, & inter diuersas personas, *vt fuit dictum in Romana Cessionis 9. Martij 1607. coram Card. Lancellotto.*

39 Fallit tertiò, si impugnatio esset facta lite pendente super ea, & quando non in vno, & in eodem iudicio impugnatur, *vt ait Rot. ibi supra, & in alia Taruisina Parochialis Sancti Theonisti Veneris 11. Ianuarij 1602. corã Gregorio XV. quæ est in eius impressis deci 37. num. 7. & 8.*

Fallit

40 Fallit quartò, quando impugnatio nõ fuit acceptata à parte, quia tunc impugnans non impeditur, quin actu impugnato possit se iuuare, *vt ait Rota in illa Romana cessionis coram Cardinali Lancellotto.*

41 Secus verò, si vna approbatio fuisset, verbi gratia, recepta, & decreto capituli approbata, quia tunc illa secunda approbatio, super eo non admittitur, nisi esset indubitata, *vt ait Rota per Card. Mantic. in decis. 274. num. 2. & 3. & prius in alia Legionen. denegationis possessionis 8. Martij 1586. coram Card. Blanchetto.*

42 Declara tamen, quòd si quis velit dicto actu impugnato vti, tunc debet illum, cum suis qualitatibus acceptare, *vt fuit dictum in dicta Pampilonen. Parrochialis coram Ortemberg.*

43 Extende decimosextò, quòd vnus quoque cẽseatur approbare scripturam, ad cuius instantiam fuerit ab Aduersario producta, si non contradicit, *iuxta tradita per Surd. in sua decis. 199. nu. 9. cum alijs per eum ibi alleg.*

44 Subextende idem procedere de apocha priuata, contra quam, si pars non opponat, tunc eam approbasse censetur, *vt ait idem Surd. in dicta decis. 199. num. 8. & Rota per Buratt. decis. 539. n. 1.*

45 Extende decimoseptimò, quòd quis censetur aliquem, vti talem approbare, quando cum eo, vti tali agit, *vt fuit dictum in vna Roman. prætensæ nullitatis de Scapucijs 15. Iunij 1576. & Rota per Burattum decis. 409. num. 12.*

46 Subextende id adeo esse verum, vt propterea approbans illum talem in Iudicio, non possit amplius eum, vti talem reprobare, *vt ait Felin. in c. cum inter, num. 11. de except. & Rota in vna Strigonen. legati Lunæ 23. Ianuarij 1589. coram Card. Platto.*

Licèt tamen secus esset, veluti si quis aliquem, vti procuratorem approbasset in Iudicio, quia & si cum amplius reprobare non possit, etiam si citatio esset facta per procuratorem; nihilominus nõ impeditur ille approbans, quin possit illum minus legitimum procuratorem ostendere, *vt ait Rota per Gregorium, dec. 280. num. 11. & ibi per addentes, Surdus decis. 104. num. 12. & decis. 108. num. 12. & seq. & Rota per Coccinum decis. 61. num. 3. & decis. 169. par. 1. recent. num. 3. & per Buratt. decis. 409. num. 12. & decis. 531. in fine Card. Seraph. decis. 933. num. 3.* & licèt contrarium fuerit alias decisum *in vna Verulana supplementi legitimæ 18. Martij 1588. coram Card. Blanchetto, vt refert Beltram. in præcit. loco,* Nihilominus ad euitandam in hoc contrarietatem, ait bonum esse non citare simplicitèr vnum, vti procuratorem alicuius, sed adiecto illo verbo assertus, siuè, prætensus, & imò in casu, vbi fuerit ille talis probatus procurator non idoneus, tunc prima illius approbatio non obstaret, & sic omnia per eum gesta corruerent, *vt dicunt Doctores allegati à Beltramino ibi supra, & Surdus dicta decis. 104. num. 12. & Rota in illa Verulana supplementi legitimæ coram Cardinali Blanchetto, & in alia Toletana Decimarum de Cappellia 6. April. 1615. coram Andrea.*

Declara præterea, quòd quis non fit legitimus contradictor per citationem, si aliàs talis non erat; Vndè non obstante, quod fuerit citatus vti talis; nihilominus de iure suo docere tenetur, quia qui errat non consensit vltra, neque sola nominatio non tribuit ius nominato, sed talis citatio solum operatur, vt ille non teneatur illius personam amplius legitimare ad effectum comparendi, at secus, quoad merita causæ, *vt fuit dictum à Rota in Motulen. Iuris patronatus 18. Februarij 1630. coram Motmanno.*

47 Subextende secũdò, quòd si forsan approbans, huic approbationi contrauenire velit, tunc contrarium clarè probare tenetur, *vt late ait Surdus d. decisione 104. per totam, & pro hoc faciunt quoque deducta in prædicto num. 46. vbi tot decisiones allegantur.*

48 Extende decimo octauò, quòd quis tunc actum approbare dicatur, quando eo vtitur, *vt ait Mohedan. decisione prima de regul. iur. Verall. decisione 33. parte prima, Rota apud Statilium Pacificum decisione 261. num. 26. Cæsar de Grass. decisione prima, num. secundo, & tertio de fide instrumentorum, & fuit dictum in alia Romana Spolij 21. Februarij 1603. coram R. P. D. Ortembergo.*

49 Subextende procedere, etiamsi ille actus per solutionem approbatus, esset aliquo modo nullus, *vt ait Grat, lib. 3. discept. cap.* 429. *num.* 18.

50 Fallit tamen hæc subextensio, *vt mox dicam in limitatione* 4.

51 Extende decimonono, quòd quis censeatur litteras approbare, quando illas admittit, *vt ait Verall. dec.* 216. *num.* 2. *par. prima*. Quæ quidem literæ, nota, quòd plenè probant contra scribentem, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. decis.* 360. *num.* 4.

52 Sed reassumendo principalem conclusionem, vbi habetur, quòd semel approbatum amplius reprobari non possit. Limita eam primò non procedere, quando interueniret causa, ob quam ab eo recedi posset, vnde si quis, verbigratia, in officio positus, in eo delinqueret, tunc mentò si ab eodē remoueri posset, iuxta regulam illam, quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent, iuxta ea, *quæ ait Gratian. libro primo discept. cap.* 167. *n.* 42. *& 43. & in capitulo* 186. *num.* 23 *&* 31.

53 Limita secundò nō procedere, quādo essemus in approbatione testamenti Patris, ab eius filio, aliquo modo facta, quia tunc, ob id non prohibetur vti beneficio inuentarij, & ratio est, quia simplex, & indeterminata approbatio priuilegium sibi de iure competens non tollit, *iuxta distinctionem, quam facit Bart. in l. quod nomine ff. de cond. indebit. Phanuc. de inuent. par.* 9. *num.* 112. *Gratian. in lib.* 2. *discept. cap.* 264. *num.* 5. *&* 6.

54 Extende, quòd neque approbatio, quando est simplex obligationem ciuilem inducit, *vt ait Surdus in sua dec.* 53. *num.* 19. Et propterea ibidem infertur, quòd talis approbatio facta à filio de testamento Patris, ei non præiudicat.

65 Limita 3. vt. s. testamentū Patris nō censeatur à filio approbatū, quādo in eo mater erat instituta, & filius præteritus, quia eo casu erat necessarium, expræssè scire filium esse exhæredatum, cum ad hoc, vt præiudicialia censeātur approbata, requiratur scienria præcisa in approbante, *vt latè dixi in verbo acceptatio, concl.* 17. *sub num.* 49. *& idem ait Rota dec.* 662. *par. secunda recent. & ibidem decis.* 768. *num.* 3.

56 Limita quartò, quòd nempè approbatio actum nullum non conualidet, quando nullitas à potestate approbantis non dependet, *vt ait Surd. decis.* 53. *nu* 17.

57 Limita quintò, quòd quamuis approbatio contractus ex perceptione cōmodi inducatur, *vt ait Surd. in sua decis.* 33. *num. primo*, Fallit tamen, quando quis, verbigratia, reciperet ex contractu pecuniam, & sic commodum, sed illum expræssè impugnauerat, *vt ait idem Surd. in decis.* 262. *num.* 10.

58 Cuius quidē opinio non mihi placet, nedum ex eo, quia illa protestatio contraria facto nō iuuet, necnō ex alio, quia nedū vnus incōnexis nō possit pro parte actum approbare, & pro parte non; Verum etiam, & eò magis, quia desistendo ab impugnatione iam facta, & commodum ex eo contractu recipiendo, illum ratificare censetur; & propterea intrat illa regula, quòd vltima derogant prioribus, *Put. decis.* 380. *lib.* 1. *Cardinalis Seraphinus decis.* 1343. *per tot. Rota dec.* 1. *tit. deposit. in antiq. & in vna Rom. depositi* 5. *Nouembris* 1584. *coram Gipsio, & in alia Romana affictus* 15. *Nouembris* 1602. *coram Gregor. XV. quæ est in eius impræssis decis.* 76. *num.* 1.

59 Limita sextò conclusionem non procedere, quando essemus in approbatione vnius actus, quæ ad alium separatum non extenditur, sed solùm restringitur ad id, quod ex illo actu necessario infertur, *vt fuit decisum in Verdunen. Abbatiæ Veneris* 27. *Nouembris* 1615. *coram Burat. to, quæ est in secunda par recent. dec.* 768. *numero* 3. *& in eius impræssis* 136. *nu.* 8.

60 Et ratio est, quia in renunciatione alicuius iuris requiritur certa, & indubitata scientia illius, quod approbari debet, cum omnibus suis qualitatibus, tàm iuris, quàm facti, *vt ait Rota decis.* 51. *n.* 5. *decis.* 95. *num.* 4. *decis.* 244. *num.* 2. *decis.* 280. *num.* 9. *decis.* 535. *num.* 12. *par.* 1. *in recent. & in* 2. *par. decis.* 662. *num.* 2. *&* 3.

61 Extende illam limitationem procedere, veluti si essemus in approbatione ex aliquo actu positiuo resultante, siue in approbatione alicuius sententiæ, quæ nō nocet respectu alterius effectus, quādo d. approbatio potest ad alium effectū referri, *vt fuit d. in Rom. dotis de Trincijs*

Lu-

Lunæ 22. Maij 1607. coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 317. num. 5. & Rot. per Buratt. ibi supra.

62 Secus autem si approbatio esset relati ua ad illud, quia tunc ea secundum relatum erit intelligenda, *vt ait Rota decis. 555. num. 5. par. 2. in recent.*

63 Fallit tamen, quando in referēte adessent verba, quæ relatum à referente facerent differre, *vt ait Rota ibi supra nu. sexto.*

64 Limita septimò, quòd approbatio litis non valeat, nisi fiat cum suis qualitatibus, nempè cum sententijs latis in causa, *vt fuit dictum in Pampilonen. Decimarum Veneris 14. Maij 1610. coram Gregorio, quæ est in 2. parte recent. decis. 285. num. 2. & in eius impress. decis. 487.*

65 Limita octauò, quòd approbatio non inducatur ex taciturnitate, vel cohabitatione, absque scientia, & Iuris sibi quæsiti certioratione, *vt ait Rota apud Statil. de Saluia. decis. 155. & veluti dixi in verbo aditio*, Immò in eo requiritur aliquis actus positiuus, post scientiam, etiamsi essemus in actu in maiori ætate facto, *vt ait Rota per Burattum decis. 136. num. 5. & penes Statil. dicta decis. 155. num. 10. & Verall. decis. 81. par. 3. & vide, quæ dixi in hac materia in conclusione 86. sub num. 185.*

66 Sed hic animaduertendū erit, quòd datur quoddā mediū inter acconsentire, & dissentire vnde in eo, qui tacet, tunc dissentire videtur, quando de illius præiudicio agitur, acconsentire verò, quando de illius commodo tractatur, *Surdus in sua decis. 302. num. 4. & 5.*

67 Extende eò minus taciturnitatem præiudicare, quando quis verbis expræssis contradicendo, actum impedire non potuisset, *vt ait idem Surdus in sua decis. 100 num. 8. & prius in decis. 99. & postea decis. 199. num. 10. & decis. 294. num. 3.* At secus, si conquerendo aliquid obtinere potuisset, *vt ait Rota decis. 225. num. 4. par. 3. recent.*

68 Limita nonò, quòd quando fit approbatio testis, tunc intelligitur de persona, nō autē de illius dicto, vt iam diximus, & *vt ait Gratian. lib. 2. disc. c. 269. n. 22.* Et propterea Rota seruat, nō dare maiorem fidem testi contra inducentem, quàm pro inducente, *Cardinalis Seraph. decis. 1249. num. 4. Rota decis. 244. num. 2. p. 1. in recent. & prius fuerat dictum in Taruisina pensionis 12. Decembris 1571. corā Oradino, & in alia Placentina bonorum 5. Nouembris 1584. coram Card. Seraphino, & Terdonen. Mercurij 25. Maij 1611. coram Cardinali Caualerio, & Caroc. in sua decis. 116. num. 12.*

69 Et ratio istius opinionis est pulchra, nam approbatio non potest cadere, vbi non adest depositionis scientia; secus verò, si vltra inductionem testis, dictus conducens produceret depositionem in Iudicio, quia tūc talis depositio plenè probaret contra inducentem, etiamsi esset vnicus testis, cū productio talis vim expræssæ probationis habeat, *vt ait Card. Seraph. dec. 295. num. 14. idem ait Rota per Gregorium decis. 215. num. 9. & hāc opinionem latè defendit Farinac. de testibus quæst. 62. num. 241. & Honded. cons. 84. num. 49. & seqq. lib. 2. viden.* quam quidē opinionem vltra Farina ciū canonizauit *Rota in Bonon. Tutelæ. 1. Iunij 1615. coram Verospio, Gratian. decis. 105. num. 5. Achil. decis. 1. de testibus, & per Card. Caualerium decis. 154. num. 3. & decis. 366. num. 5. & in recent. par. 1. decis. 244. num. 2. & per Gregorium dec. 215. num. 5. & ibi in addit. num. 9. & ita quoque fuit dictum in vna Tullen. Iurisdictionis 3. Iulij 1628. coram Cardinali Virili.*

70 Extende hanc opinionem adeò esse veram, vt propterea persona testis per illius productionem approbatur, etiamsi sit interessatus, & pars formalis; Immò id procedit, etiam in diuersis causis, cū talis persona possit à parte in testem approbari, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 289. num. 1. & 2. Hondedeus consilio 81. num. 50. & seq. lib. 2. Farinac. de testibus quæstione 62. num. 243. Gratian. lib. 4. discept. cap. 699. nu. 21. & cap. 753. & Rota per Gregorium decis. 215. & ibi per addentem numero nono.*

71 Contrarium licèt aliàs tenuerit Rota, nempè, quòd testis etiam vnicus plenè probet contra inducentem, iuxta illud dictum, Heu patior telis vulnera facta meis, *Gabr. Roman. Paris. Crauett. Surd. & alij allegati in Assisien. Pecun. 7. Maij 1607. coram Manzanedo, & in alia* Me-

Mediolanen. Decimarum Mercurij 9. Iunij 1610. coram Pirouano, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 291. num. 7. & 12.

72 Et ratio est, quia inducẽs testes nõ pôt contra personas ab eo approbatas opponere, *vt ait Rota decis. 455. num. 5 Papæ Ludouisij in eius impræssis. Boer. decis. 245. num. 3. Gramat. decis. 34. num. 10. cum seqq. Surd. decis. 284. num. 14. & cons. 217. num. 21. & Rota decis. 594. num. 2. par. 3. lib. 3. diuers. & dec. 747. la 2. num. 6. par. 2. recent. & in Anconitana, seu Auximana Florum 18. Aprilis 1516. coram Cardinali Sacrato, & in Leodien. Decanatus 15. Decẽbris 1627. coram Pirouano.*

Sed prædictæ opiniones tali modo sunt concordandæ, nempè, vt prima procedat, iuxta opinionem, quam tenet Rota Romana, quæ est, vt testis vnicus, etiam contra inducentem non probet, ex prædicta ratione, quòd scilicet, quis censeatur approbare personam, & non dictum. Secunda verò opinio procedit de rigore iuris, & quando non vnicus, sed plures inducti contra eum deponerent, nec non in casu, vbi eorũ dictum de iure concluderet, *vt fuit dictum in vna Illerdien. Canonicatus 19. Aprilis 1624. coram Pirouano*

Licèt in omnem euentum huiusmodi testes contra inducentem deponentes magnũ facerent adminiculum, veluti in istis terminis, *fuit decisum à Rota in Parmen. status 26. Martij 1618. corã Card. Sacr.*

73 Sed tenendo hanc secundam opinionem, extende eam in tantum procedere, quòd immo nominans testes, eos approbare cẽseatur, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 241. in fine.*

74 Subextende, quòd si depositio testis inducti erit dubia, tunc contra producentem semper erit interpretanda, *vt fuit dictum in Romana domus 27. Aprilis 1583. coram Card. Blanchetto.*

35 Vltimò notandum erit pro cautela Tironum, quòd productio, quæ fit per compulsum, nunquam nocere potest, & sic ex tali productione, nunquam approbatio datur, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 279. num. 35. & propterea idem Gratian. in lib. 1. discept. c. 1. n. 20.* Ait, quòd productio in parte, & partibus limitatum effectum producit, quod tamen declara, procedere, cũ ea distinctione, de qua dixi inferius, *in conclus. 155. sub n. 42.* Et prędicta productio per compulsum facta, tantò minus afficit, quando additur illa clausula, non aliàs, nec alitèr, nec alio modo, quia ea tollit consensum ab actu, ac si non fuisset gestus, *vt fuit dictum à Rot. in Ianuen. Separationis Thori Lunæ 16. Februarij 1632. corã Coccino Decano.*

76 Declara rursus, licèt obiter, prædicta non procedere, veluti si essemus in subscribente aliquam scripturam, quia tunc omnia in ea contenta ille confirmare, & approbare censetur, *vt ait Card. Seraph. in sua dec. 973. num. 11. & per Caualer. in decis. 75. num. 3. Mantic. decis. 321. num. 4. & Rota in Romana pecuniaria 8. Nouembris 1596. coram Card Pamphilio Seniore, & in Pacen. Cappellaniæ 27. Iunij 1625. coram Durano, & in Tullen. reformationis 18. Iunij 1629. coram Dunozetto, & prius fuerat ita resolutum in Tarraconen. paritionis Breuis 28. Aprilis 1606. coram Iusto, & in Bononien. de Berroaldis 24. Ianuarij 1624. coram Merlino, & per Buratt. decis. 429. nu. 8.*

77 Subdeclara tamen prædicta procedere, quando subscribens legit, & intellexit naturam contentorum in scriptura subscripta, aliàs secus; & propterea hinc fit, quòd subscribens folium album, ex quo non potest legere, nec intelligere, quæ in eo scribenda erunt, non sibi præiudicat, *Farinac. cens. 165. num. 13. lib. 2. & fuit dictum in Romana Laudi 3. Decembris 1599. coram Penia, & in Bononien. Laudi 23. Februarij 1615. coram Remboldo & Card. Seraphino dicta dec. 973.*

78 Fallit tamen, si ex præsumptionibus, poterit depræhendi, subscribentẽ habuisse scientiam eorum, quæ postea scribenda veniebant, *vt fuit dictum in dicta Bononien. de Beroaldis 24. Ianuar. 1624. coram Merlino.*

79 Sed nota tñ, ꝙ quando folium reperitur scriptum, & subscriptum, tunc in dubio allegans ingnorantiã contentorum in folio, eam concludenter probare tenetur, cũ præsumptio vrgeat tali casu contra subscribentem, nempè illum habuisse notitiam contentorũ in scriptura subscripta, *vt fuit dictũ in d. Bonon. de Berold. coram.*

coram Merlino, & per Gregor. in decis. 328. n. 1. & tandem fuit quoque ita decisum in Perusina laudi 13. Martij 1628. coram Durano.

Extende prædicta in tantum procedere, vt non sufficiat per subscribentem solum probare eam scriptam non legisse, sed opus est, etiam per eum probare fraudem, & deceptionem, ex parte aduersarij interuenisse, & sic, verbi gratia, sibi fuisse dictum, quòd scriptura continebat vnum, cum cōtineret aliud, *vt ait Card. Serap. d. dec. 973. n. 2. Vinc. Manc. in tract. de confessione cap. 6. num. 57. Iaf. in l. si ita stipulatus, S. Chrisogonus n. 14 & ibi cæteri Doct. ff. de verb. oblig. & Rota ibi supra.*

ARGVMENTVM.

AQVA QVID SIT, AC DE ILLIVS seruitutibus, vsu, præscriptione, & diuersione.

CONCLVSIO CXXXII.

1 AQVA, nota, quòd est necessarium elementum, sine quo homo viuere non posset, iuxta notata in *gloss. in prohem. inst. in verbo Elementa, & iuxta psalm. Sicut terra sine aqua tibi, Franc. Marc. in sua decis. 563. num. 3. & decis. 589. num. 13. par. prima.*

2 Et aqua (vt inquit Festus) dicitur à qua iuuamur, & res nostræ, & præsertim campi rurales, ac animalia quæquæ rectè gubernantur.

3 Item aqua alia dicitur diurna, & est quæ diu tantùm, altera nocturna, idest, quæ noctu tantùm ducitur, *vt est text. in l. si sic, ff. quemadm. seruit. amit. l. si prius, & ibi DD. ff. de aq. & aq. pluu.*

4 Alio modo vocatur aqua, nempè æstiua, qua sola æstate vti expedit, veluti dicimus vestimenta æstiua, saltus æstiues, & castra æstiua, quibus sæpè etiam hyeme, & plerumque æstate vtimur, *l. 1. S. æstiua. ff. de aqua quotid. & æstiu.*

5 Pari modo vocamus aquam quotidianam, & continuam, quæ assiduè labitur, & duci potest, tam æstiuo, quàm hyemali tempore, etiam si quotidie nō ducatur, nam naturam aquæ, & consuetudinem respicere debemus, *vt dicunt text. & DD. mox citandi.*

6 Et dictarum aquarum caput est illud, vnde aquæ nascuntur, *vt ait text. in l. 1. S. caput, ff. de aqu. quotid. & æstiu. Franc. Marc. decis. 560. num. 4. par* 1. Et proptereа aqua, quæ ducitur ex Castello, ab eo tanquam à capite pendere dicitur, *vt ait Gratian. lib. 2. disceptation. cap. 396. num. 8.*

Et propterea hinc fit, quòd aqua viua quæ in aliquo fundo oritur, illius pars dicitur, *vt ait Card. Mantic. de tacit. tomo 1. lib. 4. tit. 16. num. 6. fol. 218. & Boer. decis. 129. sub num. 2.*

Vnde hic erit igitur animaduertendum, quòd quando aqua alicui prædio debetur, cum eo in venditione transit; Immò veniunt etiam pisces in ea existentes tāquam fructus, & pars illius fundi, nisi tamen studiosè, causa custodiæ illi positi fuissent in aquis, quia tunc non venirent, vt uti regulariter non veniunt vendito fundo in quo adsit piscina, quia illi, nec ædium, neque fundi esse dicuntur quemadmodū etiā pulli, aut cætera animalia, quę in fundo sunt, *l. funes, S. vlt. cum l. seq. ff. de act. empt.* At secus vendito fundo, in quo adsit aqua, quia tunc venirent pisces, attenta tamen ea distinctione, de qua supra, *Guidopap. decis. 91. & alij alleg. à Card. Mantic. ibi supra num. 5. & seqq.*

Declara in aquā, quæ prędio debetur venire in illius fundi venditione, si ea iure seruitutis illius fundi debeatur. Secus autem, quando venditor quasdam vncias aquæ haberet, quibus erat solitus fundum, quem vendidit, & alios quoque irrigare, quia tali casu aqua ista diceretur ius quoddam prorsus ab ipso fundo separatum, & per consequens fundum non sequeretur, *vt est textus in l. in vendendo, ff. de contrahend. emption. Bellon. consil. 27. num. primo, & sequenti, vbi ait ita esse intelligendum Bartol. Dec. & alios in l. 2. ff. de iurisdiction. omnium iudicum, & Cardinalis Mantica de tacitis ibi supra num. 7.*

Sed in casu vbi quis vendiderit aquā, & promiserit illam eidem fundo accessuram, tunc intelligendum erit, vt etiam iter aquæ ad illum fundum per eum concedatur, *vt ait Card. Mantic. de tacit. dicto tomo 1. lib. 4. tit. 27. n. 10. fol. 266.*

7 De illa autem aqua pluuiali, tradit *Vlpianus in l. 1. §. 1. ff. de aqu. & aqu. pluu.* Et est, quæ de Cœlo descendit, atque imbre excrescit, & quando est ingens, & magna ponitur inter casus fortuitos, *vt ait Seraph. de priuileg. Iuram. priuil. 106. num. 11.*

8 Sed si cursum naturalem egrediatur, tunc dicitur inundatio, *vt ait Gregorius XV. decis. 155. num. 11.* Licèt speciem fundi tunc non mutet, *Rota ibidem num. 12.* Et propterea videmus, quòd cum fluminis innundatio dicatur casus insolitus, & sic, quòd de eo non fuerit cogitatum, fit ob id conductori remissio, si Molendinum ob incursum aquarum inutile reddatur, veluti idem dicitur, quando esset destructa, vel perempta illius substantia, *vt fuit dictum à Rota in Ferrarien. Affictus Sabati 26. Nouembris 1616. coram Buratto, quæ est in eius impressis decis. 210. nu. 4. 5. & 6.* Et ibi docet, quomodo destructio Molēdini impetu fluminis sit probanda, & de hac materia, *vide supra in concl. 75. sub num. 14. & ibi multa notanda inuenies.*

9 Et propterea hinc fit, quòd a quarum inundatione perdatur dominium, & possessio, *vt ait Franc. Marc. decis. 79. nu. 1. par. 1.*

Quòd tñ intellige verum, si flumē mutet alueū in alieno territorio, quia, si illud postea tractu temporis ad pristinum redeat, tunc Dominus primus non recuperat ius Portus, & Pedagij, *vt distinguit idem Franc. Marc. ibi supra.*

10 Præterea nota, quòd si forsan aliquis collectus pluuiæ aquæ secans, transuersum finem alterius flumen influat, & disconueniat, tunc ad ius ordinarium id spectabit, *vt ait Frontin. de limitibus agrorum.*

11 Verum, quia in vsu istarum aquarum sæpe lites, & controuersiæ, ac denique bella inter homines, & vniuersitates oriri solent, igitur operæ pretium erit modum tradere, quo quilque discere possit, quomodò illis legitimè vti iure valebit.

12 Et primò erit inchoandum ab illa aqua publica, cuius enim vsus, licèt sit cōmunis, *vt ait Franc. Marc. in sua decis. 561. in fine par. 1.* Nihilominus si quis priuatus velit haurire aquam è fontibus, quæ usui Reipublicæ sunt pro eius seruitio, id ei non conceditur, nisi ex speciali derogatione Principis, siue Vniuersitatis, & pariter eorum per quorum prædia fit aquæ transitus, & consensu Domini loci, pro habendo transitu, *vt ait idem Franc. Marc. in decis. 561. num. 1. & decis. 562. num. 1. & decis. 563. num. 5. dicta par. 1.*

13 Et id in tantum est verum, vt propterea aqua ex publico fonte, quæ necessitati Ciuium non sufficiat, non potest ex ordinaria Regis potestate concedi, pro extruendis priuatorum Molendinis, Immò ea possunt, ob publicam vtilitatem destrui, *vt ait Ioann. Franc. de Ponte in suo tract. de potestate Proregis fol. 75. n. 6.* Et nota, quòd aqua, tunc dicitur communis, quando principium est cōmune *vt ait Surdus cons. 130. num. 11.*

14 Extende primò idem procedere in fluminibus publicis, quę licèt sint cōmunia quoad vsum, & per consequens licitum sit cuilibet ab eis accipere aquam pro vsu proprio, tamen quoad proprietatem, & alueū sunt Principis, & de illius regalibus dicuntur, & per consequens aquæ, ex istis fluminibus accipi nō possunt, pro vsu Molendinorum, sine Principis licētia, aut alterius Domini loci, *vt ait idem Francisc. Marc. in sua decis. 40. num. 3. par. 1. & in 2. par. decis. 500. num. 2.*

15 Subextende, quòd neque etiam Vassallis liceat aquam capere de flumine publico, sine licentia Principis, vel Baronis etiam, quòd nemini noceat, *ait Franch. decis. 183. num. 2. & 5.* vbi ait, quòd satis dicitur ei nocere, si contra illius voluntatem fiat.

16 Extende secundò eo magis procedere, quando accipiendo aquam, impediretur, siue non æquè commoda fieret nauigatio, vel alio modo enorme damnum alteri infertur, *idem Franc. Marc. dicta decis. 40. in principio, & num. 3. & Surd. cons. 321. num. 38.*

17 Contrarium tamen in flumine publico non nauigabili, vbi omnibus aquam deducere, licèt modo cursus aquæ non im-

impediatur, *idem Franc. Marc. dicta de cis.* 500. *num.* 3. *p.* 2. *& Surd. ibi supra.*

18 Sed tenendo primam opinionem, extende eam in tantum procedere, vt propterea Vasalli possint prohiberi à Barone, ne aquam ducant à flumine publico pro irrigandis agris, nisi tamen ex veteri obseruantia, eos vsos fuisse aqua prædicta appareret, *vt ait idem Franch. in dicta decis.* 183. *num.* 6. *& seqq.*

19 Sed hic obiter nota, quòd quando aqua est ad mare reuersa, tunc amplius non dicitur aqua fluminis, *idem Franch. decis.* 517. *num.* 3.

20 Extende tertiò idē procedere in alio flumine, ad aliud flumen nauigabile decurrente, à quo huiusmodi aquam in prædictis casibus accipere non licet, *idem Franc. Marc. in alleg. decis.* 40. *num.* 3.

21 Extende quartò, quod licitum non sit, aquam restagnare, siue ab alueo diuertere in præiudicium eorum, qui ius aliquod habent, veluti in tollendis aquis pro lauandis pannis, *vt ait Franc. Mar. dec.* 590. *n.* 1. *& dec.* 598. *n.* 1. *p.* 1. *& in* 2. *par. decis.* 270. *num.* 4. *& decis.* 348. *n.* 5. *& Surd. cons.* 446. *num.* 10. Et ratio peculiaris prædictorum ea est, quia aquę concessio, semper intelligitur facta sine damno eorum, qui ea prius vti consueuerunt, *idem Surd dicto cons.* 321. *num.* 46. *& cons.* 447. *num.* 33.

22 Fallit tamen primò, quando causa legitima, siue necessitas vrgeret in contrarium, quia tunc benè flumen diuerti posset, *vt ait idem Franc. Marc. dicta decis.* 348. *num.* 2.

23 Fallit secundò, quando aqua intrauit semel fistulam meam, quia tunc ea à me posset in quemcumque locum deriuari, perinde, ac si haberet ortū à fundo meo, *vt ait Surdus decis.* 9. *num.* 11. *& cons.* 41. *num.* 2. *& cons.* 130. *num.* 2. *&* 338. *num.* 10. Licèt secus esset, quoad præiudiciū eius, cui ius competeret ex statuto, consuetudine, vel priuilegio dicta aqua vtendi, *idem Surdus in cons.* 137. *num.* 17.

24 Subextende prædicta adeò procedere, vt quamuis adsit licentia Principis pro ea ducenda, id tamen intelligendū venit sine iniuria, siue præiudicio alterius, & præsertim, quando de magno, & intolerabili damno ageretur, *vt ait Franciscus Marc. dicta decis.* 348. *sub num. quinto.*

25 Vndè hinc fit, quòd concessio aquæ, ex publico Ciuitatis aquæ ductu, facta à Rege Ferdinando in Ciuitate Neapolis ad fauorem priuatorum, fuit ab eodē limitata, dummodo talis concessio abundantiæ Ciuium non deficeret, quinimò, etiam, si simplicitèr fuisset facta aquæ cōcessio, quod quidem à Principe concedi potest; nihilominus ea reuocari potest, si aqua vsui Ciuium deficeret, *iuxt. ea, quæ ait idem Ioannes Franc. de Ponte in suo tract. de potestate Proreg.* §. 6. *fol.* 75. *&* 76. *num.* 6. 7. *&* 9.

26 Extende quinto idem procedere, veluti si essemus in eo, qui seruitutem habet, in vtendo aqua alterius, quod enim fieri potest, allegando titulum, cum cursu decem annorum inter præsentes, inter absentes verò viginti; quod tamen intellige verum, si seruitus aquæ ex priuato duceretur, & causam discontinuam haberet, quia tunc sufficeret, quod semel in anno ea vsus fuerit, non vi, nec clam, nec minus præcario nomine, nam eo casu sibi interdictum competeret, si prohiberetur vti aqua fontis, siue eā haurire, vel etiam pecudes, ad aquam appellere. Secus autem, si aqua ex publico duceretur, quia tunc tantum tempus requiritur, cuius initij memoria hominis non extet in contrarium, & sic igitur in prædicto casu, non potest aqua diuerti à suo solito cursu, & si contra fiat, ante omnia esset ille in pristinum remittendus, *vt ait Franc. Marc. decis.* 560. *num.* 4. *&* 561. *num.* 1. *par.* 1. *Afflict. decis.* 395. *num.* 4. *Cassad. decis.* 14. *super regul. num.* 8. *Mobedan. decis.* 127. *Card. Seraph. dec.* 970. *num. quinto, & Franch. decis.* 183. *num.* 13. *& Surd. cons.* 446. *num.* 10.

Et ad id notandum erit, quòd tunc quis iure seruitutis aquam duxisse præsumeretur, si eam per alueū manufactū duceret, cum in eo construendo scientia, & tollerantia partis aduersę sit præsumenda, *iuxt. tradit. per dictum Surd. in suo cons.* 442. *num.* 12.

27 Animaduertendo prætereà, quòd in casu, vbi seruitus esset præscripta, tunc actione confessoria esset agendum, si verò ea non esset præscripta, tunc officium Iudicis implorari posset, & in alijs casibus,

vbi

vbi quis vſum ſeruituris, ſed non ius ſeruitutis habet, ſemper ei per officium Iudicis ſubuenitur, ſi impeditus veniar, in alio verò caſu iure proprio vtitur, & ſic officio Iudicis mercenario, quod actioni propoſitæ, & proponendæ ſemper inſeruire ſolet, quòd ſecus eſt in Iudicis officio nobili, quia illud de per ſe ſtat, & in danda bonorum poſſeſſione, & ſimilibus conſiſtit, *idem Franc. Marc. dicta dec. 561. num. 2. par. 1. & in 2. par. dec. 111. num. 9.* Sed quando ſumus in ſeruitute cauſam diſcontinuam habēte, tunc non datur remedium (Vti poſſidetis), quia ſuum particulare interdictum habet, *vt ait Rota deciſ. 164. num. 5. par. 2. diuerſ. & Theſ. deciſ. 245. ſub num. 7.* Ait, quòd etiam ſi actio deficiat, officium Iudicis ſuppl ere deber.

28 Interdictum verò aquæ quotidianæ, & eſtiuæ ad hoc, vt competat, quis probare deber, quòd ſuperori anno aquam duxerit, nec ſufficeret probare eo anno, quo cæpit agere, aqua vſum fuiſſe, *vt ait Rota per Gregorium deciſ. 100. num. 1. & 5.*

29 Contrarium, quòd ſcilicet aqua ſcaturiens in fundo ſuperiori, ſi per mille annos fluxerit in fundum vicini inferioris, poſſit Dominus fundi ſuperioris huiuſmodi curſum aquæ impedire, *ait Rota dicta deciſ. 164. num. 1. & Theſ. dec. 245. num. 3.* Licèt ad id notandum ſit, quòd veluti aquæ inferiores ſuaptè natura coguntur recipere aquas agrorum ſuperiorum, *vt ait Surd. in conſ. 429. num. 35. & Franc. Marc. deciſ. 590. num. 2. par. 1.* Ita quoque illi, qui habent agros ſuperiores non poſsũt retinere aquas in ſuo, quia aquæ naturaliter deſcendere debēt ad inferiora, & ideo cum illi, qui habent agros inferiores, cogãtur recipere aquas ſuperiores, poſſunt poſtea eas quoque retinere, & hæc quaſi ſeruitus vocatur *l. 1. §. fi. cum l. ſeq. ff. de aq. plu. arcen. & Bart. in l. quominus in 2. quæſt. ff. eodem tit. & Franc. Marc. ibi ſupra, & Menoch. conſ. 43. num. 3.*

Licèt tamen melius ſit paciſci, ne ſuperiori aquam retinere liceat, *vt ait Surdus conſ. 447. num. 14.* Aliàs non exiſtēte pacto, quis poteſt facere cluſas in ſuo de iuri communi, & poteſt impedire, ne fluat in fundum vicini, ſi tamen alio modo non fuiſſet ius acquiſitum Inferiori aqua illa vtendi, *ait Rot. dec. 150. p. 3. rec.*

30 Extende prędicta multò magis procedere, quando aqua in proprio ſcaturiret, quia tunc Dominus poſſet in damnum vicini illam diuertere, niſi aliter eſſet cõſuetudine, vel partium conuentione determinatum, *vt ait idem Theſaur. dicta deciſ. 245. num. 1. 5. & 6.* Et ratio eſt, quia aqua viua, quæ in fũdo oritur illius pars dicitur, *vt dixi ſub num. 6.*

31 Concorda tu igitur primam opinionē procedere, quãdo in fundo ſuperiori impediretur aliquod miniſterium hominis, ſiue aliquod opus manufactum, ex quo poſſit argui aquam non iure facultatiuo, ſed iure ſeruitutis defluere, *vt ait Theſ. dicta deciſ. 245. num. 4.* Secunda verò procedit, quando tale opus, ſiue miniſterium ibi non extaret, quia tunc illa defluxio aquæ non Iure ſeruitutis, ſed in vim facultatis præſumeretur, & ſic iſto ſecundo caſu non haberet locum ſeruitus negatiua non diuertendi aquam de fundo inferiori, pro qua enim acquirenda nedum illud opus manu factum requiritur, ſed etiam ſcientia, & pacientia Domini fundi ſuperioris eſt neceſſaria, *vt pulchrè ait Rota dicta deciſ. 164. num. 2. & 3. & Theſ. ibidem num. 4. & facit deciſ. 150. num. 3. par. 3. recent.* Vbi habetur, quòd poſſeſſio iuris negati vi num quã acquirirur, niſi ille, qui aliàs poterat facere, fuerit per volentem acquirere poſſeſſionem prohibitus, & illi prohibitioni acquieuerit, *vt dicunt Doctores ibi allegati.*

32 Secus autem, quando aqua egreditur de fundo vnius, quia tũc deſinit eſſe in illius dominio, & in illud recipientis tranſit. *vt ait Rot. per Gregorium in ſua deciſ. 133. num. 5. & Surd. dicto conſ. 41. num. 2. & 130. nu. 2. & 330. num. 12.*

33 Amplia iſtud procedere, etiamſi aqua iure ſeruitutis reciperetur, quia nihilominus ſit recipientis, *vt fuit dictum in Bononien. Molendini 3. Decembris. 1618. coram Veroſpio, & Surd. conſ. 41. num. 2. & conſ. 447. Honded. conſ. 79. num. 19. lib. 1. & eſt doctrina Bart. in l. quominus num. 85. & 88. ff. de flum.*

34 Contrarium, quòd ſcilicet aqua etiã ſi per mille annos in fundum vicini decurriſſet, illi in pręiudicium Domini non acqui-

acquiratur, *ait Thes. decis. 245. num. 3. & idem ait Rota decis. 164. num. 5. par. 2. diuers. & veluti superius dixi in vers. Contrarium quod scilicet.*

35 Extende sextò, quòd neque alicui liceat diuertere aquam à suo solito cursu respectu æstatis præteritæ, *vt ait Franc. Marc. decis. 111. num. 14. par. 2. & in p. 1. dec. 560. num. 5. & decis. 590. num. 1. eadem par. 1.*

36 Fallit tamen, quando versaretur maxima vtilitas ducentis aquam, & modica incōmoditas alterius resultaret, quia tunc intraret illa Regula, quòd sibi non nocet, & alteri prodest, facile sit concedendum, aliàs periniquum esset denegare, *idem Franc. Marc. dicta decis. 111. num. 14. & Thes. dicta decis. 245. num. 7. & num. 8.* ait, quòd semper vtilitas maior minori præfertur.

37 Extende septimò, quòd si aliquid fuerit fabricatum, vt aqua citius curreret ad inferius Molendinum, erit remouendū, *Rota decis. 1545. lib. 3. diuers.* Veluti quoque è conuerso posset vnus ex socijs habēs molendinum commune in loco inferiori, prohibere construere Molendinum in loco superiori, *vt ait Rota in decis. 717. num. 1. par. 1. diuers.*

Contrarium, quòd scilicet Dominus fundi superioris possit Molendinum construere ad sui commodum, etiamsi Domino Molendini inferioris noceret, ex regula illa naturali, quod ille nemini iniuriam faciat, qui suo iure vtatur, *ait Dec. cons. 373. col. 1. allegat. à Menoch. in suo cōs. 43. n. 11. & seq. lib. 1.* Licèt mihi videatur, posse prædictas opiniones tali modo concordari, nempè, vt prima procedat, quando quis construendo secundum molendinum immitteret in alienū, veluti si, ob secundum aqua prioris Molendini diminueretur. Secunda verò, qñ secus, quia tūc intraret prędicta regula, quòd tibi non nocet, & alteri prodest, facile est concedendum, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 89. num. 1. & seqq.*

Licèt sit bene verum, quòd ædificans semper est præferendus in suo, etiam si mixta ratione ædificaret, vt puta, si vicino noceret, & sibi opus construendum prodesset, qu a tunc illud potius esset sustinendum, ex causa, quæ prodest, quàm ex ea, quæ nocet, cum res semper sit iudicanda ex effectu, & non ex affectu, & ratio ea est, quia ille ex consilio non offenditur, qui re ipsa non læditur, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano in dicto lib. 1. discept. cap. 89. num. 3. cum seqq.*

38 Extende octauò, quòd qñ aqua fluit ad agrum alicuius, tunc non licet ageres facere, per quos cursus aquæ impediatur, vel ad hoc, vt aqua in præiudicium tertij aliunde fluat, *vt ait Menoch. qui plures allegat in suo cons. 43. num. 13. & seq. lib. 1.*

39 Fallit tamen primò dicta extēsio, quādo extaret vetustissima, & antiquissima consuetudo in contrarium, quia tunc etiam in præiudicium aliorum, per ageres esset ducenda aqua, *vt ait Menoch. ibi supra num. 6. cum seqq. Papien. in forma libelli seruit. confess. in §. seruitus aquæ ductus.*

40 Quinimmò extende, quòd dicta consuetudine stante, quis per agrum alienū posset ducere aquam ad suum molendinum, immò si contigeret huiusmodi seruitute spoliari, tunc ad pristinam suam quasi possessionem esset reintegrandus, *vt ait Ripa in sua responsione 21. tit. de interd. per totam,* Vbi docet quid in hoc sit probandum, *& prius in respons. 7. eodem tit.* tradit quomodo prætendens ducere, vel facere currere aquā fundi sui, per agrum alienum, id facere possit. In hoc videndus est, *Thes. in d. sua dec. 245. Rimin. Iun. cons. 24. Marchus Brunus de Anguillis cons. 49. Bero. cons. 139. lib. 3. Rimin. Senior cons. 623. & 624. Bursat. cons. 41. & cons. 156. & cons. 277.*

41 Extende, quòd etiam superior vicinus potest Molendinum facere, & aquā, quæ, per suum fundum veniebat auertere, in præiudicium habentis Molendinū inferius; si tamen aqua defflueret ex flumine priuato, quod non esset pluribus commune, aliàs, si esset flumen priuatū inter plures commune, tunc vnus non posset opus facere, per quod damnum alteri vicino resultaret, & propterea in hac materia semper attenditur illud ius quod, quis in priuato flumine, siue riuo, aut torrente habet, & secundum illud regulatur, *ita Gratian. lib. 3. discept. cap. 480. num. 1. & seqq. cum ibi allegatis.*

42 Subextende, quòd immò habens Molendinum superius possit ducere aquam

ad

ad eius Molendinum, non obstante prohibitione habentis Molendinū inferius, quod tamen declara verum, quando adest tanta aqua, quæ vtrique Molendino sufficiat, aliàs secus, *vt ait Afflict. decis.* 388. *num.* 11. *& Thes. dicta decis.* 245. *sub num.* 7. *vers. ex quo.*

43 Secus verò, quando aqua esset egressa fundum alicuius, quia tunc desinit esse sua, & fit recipientis, *veluti dixi ex mente Rotæ supra in vers. secus autem num.* 32. Et id eo magis procederet, quādo aqua statim, atque naturali cursu ingrederetur fundum meum, quia tunc fit mea, *vt ait Thesaur. in dicta decis.* 245. *num.* 2. Item secus esset, quando quis haberet priuilegium prohibendi cōstructionem alterius Molendini, siue legitimam præscriptionem haberet, *vt ait Vrsil ad Afflict. dicta decis.* 388. *num.* 1.

44 Sed in hoc proposito erit bonum scire, quòd in aquæductu tria potissimum sunt attendenda, nempè conuentio, natura fundi, & vetustas loci, *vt ait Franc. Marc. decis.* 651. *num.* 3. *par.* 1. *& in par.* 2. *decis.* 111. *num.* 10. *& Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 480. *num.* 13. Veluti quoque seruatur in Pascuis, & Portibus, in quibus antiquitati est standum, *Franciscus Marc. dicta decis.* 561. *num.* 6.

45 Fallit secundò illa octaua extensio, quando aqua duceretur ex publico, quia tunc seruitutem inducit, at secus, quando ex se deflueret, quia eo casu, neque consuetudinē, neque possessionem inducit, *idem Franc. Marc. decis.* 590. *num.* 2. *par.* 1. *& in par.* 2. *decis.* 111, *nu.* 12.

46 Declara tamen, quòd si fiat aquæductus per fundum, aut domum priuati, vt aqua ad fontem, vel aliundè ob vtilitatem publicam deducatur, tunc impensis publicis manuteneri debet, ne priuato noceat, *vt ait idem Franc. Marc. dec.* 598. *num.* 2. *par.* 1.

47 Et ius aquæductus nota, quòd dicitur seruitus realis, *vt ait idem Franc. Marc. decis.* 608. *num.* 1. *dicta par.* 1.

48 Extende, quòd quando purgatur aquæductus expensæ sunt communes, & propterea illius possessio fit quoque cōmunis, *vt fuit dictum in Gerunden. fontis* 20. *Decembris* 1591. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis dec.* 970. *num.* 3. Vnde videmus, quòd ille, qui ius ducendæ aquæ concessit, potest supra pontem alij concessum aliam aquam ducere, *vt ait Surd. in suo cons.* 137. *n.* 6.

49 Modo erit hic notādum, quod pro acquirenda illius seruitute requiritur titulus, vt superius dixi, & veluti fit in seruitutibus prædiorum, quod tamen intellige verum, quando agitur contra proprietarium, secus verò, si ageretur inter duos tertios, *vt optimè declaratur per Achill. decis.* 5. *de restit. spol. Put. decis.* 25. *allegat. à Rota ibi coram Seraphino. dicta decis.* 970.

50 Extende, quòd immò quasi possessio hauriendæ aquæ acquiritur, faciendo riuum, vel fossam, *vt ait Gratia. lib.* 4. *discept. cap.* 615. *num.* 14. *& Franc. Marchus decis.* 590. *num.* 4. *par.* 1. Vbi ait, quòd vsum semel fuisse aquæductu vna die, vel nocte sufficit, ad acquirendam illius quasi possessionem, licèt secus esset, si in seruitute itineris versaremur, *idem Franc. Marc. ibi supra in fine. cum ibi alleg.* Neque est necessaria scientia aduersarij de necessitate in probanda quasi possessione hauriendi, siue ducēdi aquā, *vt ait Rota per Gregor. decis.* 100. *num.* 2.

51 Vndè si quis incipiat laborare in flumine pro ea haurienda, semper præfertur postea incipienti, licèt prius opus aquæ ducendæ fecerit, *idem Gratian. ibi supra cap.* 745. *num.* 27.

52 Sed si contigerer, quòd ex aliqua differentia esset diuidenda, tunc ista diuisio fieri debet, aut alternis temporibus, siue mensuris, & illius distributio si fiat, id arbitrio boni viri sequi debet, *vt ait Franciscus Marc. decis.* 561. *num.* 4. *par.* 1. *& ita fuit dictum in vna Romana Horti Mercurij* 27. *Iunij* 1607. *coram Cardinali Caualerio*, Nec vnquam illius diuisio per partitum admittitur, quoties illa diuidi possit; & an ea sit facienda pro mensura qualitatis fundi, vel pro necessitate partis fundi, id arbitrio Iudicis residet, *vt ait Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 160. *num.* 28.

53 Præterea nota, quòd aqua adeò est vtilis, & agris proficua, vt propterea ea dicatur causa augumenti reddituum, & non agri, quando tamen sine ipsis aquis, illi fructus haberi non possent, *vt fuit dictum in vna Placentina bonorum* 3. *Nouembris* 1580. *coram Card. Seraphino*, *quæ*

quæ est in eius impressis decis. 480. num. quinto.

54 Et ob id dici solet, quòd sitientibus agris nostris illam alijs concedere, nedũ est iniustum, sed crudelitati proximum; *ut refert Ioannes Franciscus de ponte in suo tract. de Potest. pro Reg. §. 6. fol. 76. num. 9.*

55 Et hinc infertur, quòd deturpantes aquas extraordinariè sunt puniendi, sed si illas venenarent, nempè Puteum, & Fontes, itaut mors sequeretur, tunc pœna esset capitalis, *vt ait Franc. Marc. decis. 564. num. 3. par. 1.*

56 Contrarium tamen dicitur de vmbra arborum, quæ valdè fit agris, & corporibus humanis nociua, & propterea *Virgil. in Buccol. Eglog.* 10. ait, quòd solet esse grauis cantantibus vmbra, Item nocent frugibus vmbræ, *idem Virgil. in primo Georg.* Monet Agricolas ad ampu tandos arborum ramos facientes vmbram, *Plinius autem lib. 17. cap. 12. Nat. Histor.* ponit in prima classe arborum no ciuorum, Cipressum, Pinum, Nucem, & similia, Subdens eorum vmbram esse hu manis corporibus infestam, & si vis scire melius in hac materia recurres in verbo Aedifficium, & ibi multa inuenies.

ARGVMENTVM.

DE MODO, ET POTESTATE procedēdi per arbitrum, & quotuplex sit, ac de illius, & arbitratoris differentia

CONCLVSIO CXXXIII.

Arbiter nota, quòd duplex est, alter dicitur iuris, idest quem ius elegit, & sibi certam causam examinandi eximit, & comittit, *vt est text. in cap. suspicionis de offic. deleg.* Et talis in omnibus, & per omnia Iudici æquiparatur, & per consequens ab eius sententia appellatur, *c. arbitrii de officio deleg. & Rota per Cæsar. de Grassis decis. 57. alias 11. de prob.* Et ideò datur illi limitata potestas decidendi de iure tantũ, item coram istis arbitris iuris, lis contestatur, & omnes iuris effectus habentur, qui ex litis contestatione, vel interpretatiua oriuntur, *vt ait Card. Seraph. decis. 697. num. 2. recent.* Sed litis contestatio, neque verè, neque interpretatiuè ex illis actibus oriri potest, qui nulla præcedente petitione facti, seu producti fuerint, *vt ait idem Card. Seraph. decis. 698. num. 8.* Sed isti habentur vti coram Abitratore gesti, *Seraph. dicta decis. 697. num. 4.*

2 Alter verò arbiter ille dicitur, qui de communi partium consensu eligitur, & ab illius sententia regulariter non appel latur, licèt in multis casibus sic, vt dixi in verbo appellatio, vndè videmus, quod cum coram eo etiã iuris ordine seruato procedatur, hinc est, quòd hodie dicuntur arbitria esse ad instar Iudiciorum redacta, *vt pulchrè ait Gayl. pract. obser. obseruat. 150. num. 4. in hac materia vi dend. idem ait Cæs. de Grass. d. dec. 11. & Rota per Greg. dec. 204. n. 3. Franch. decis. 173. num. 3. & in hac materia est videndus Camill. Borell. in sua summa decis. tit. 63. de compromiss. & arbitr. nu. 254. cum seqq.* Vbi docet, quibus casibus à sententia Arbitri, appellatio detur, itē *viden. est Soc. Iun. in l. si quis arbitra tu de verb. oblig.* Et ibi diffusè de hac ma teria loquitur, & præsertim, quòd isti ta les non possunt, postquam sunt electi recusari suspecti, nisi superueniat noua, & magna causa, *vt fuit dict. etiã à Rota per Card. Caualerium decis. 178. num. 3. & 4.* Et ibi ad id subdit, quòd aliquę causæ reppelluntur pro arbitri, & periti recusatione.

3 De illo autem primo genere arbitri in pluribus locis, & in pluribus causiis à iure reperitur dispositum, & primo pro diuidendis bonis datur ab *Vlpiano in l. 1. in fine ff. de collat. & l. Nerius §. arbiter ff. famil. hercisc.* & ideò arbiter familiæ hercilcundæ vocatur.

4 Secundò vocatur arbiter communi diuidundo, *iuxta text. in l. is qui, ff. commun. diuidundo, & apud Paul. lib. 1. sentent. tit. 18. & Cicero in Oratione pro Cecinna.*

5 Tertiò vocatur pro socio, *in l. pro socio ff. eodem tit. & apud Ciceronem in Oratione pro Rosc. Comœdo.*

6 Quartò Arbiter tutelæ dicitur, *l. fin. §. fin. ff. de appellat. & l. 2. & 3. C. de arbitr.*

bitr. tutel. Et ibi appellatur Iudex.

7 Quintò, arbiter recuperandę dotis *l. Titia ff. de ſolut. & l. 1. ff. de pact.*

8 Sextò, Arbiter aquæ pluuiæ arcendæ *apud Alſenum l. vicinus, ff. de aqu. & aqu. plu. & apud Ciceron. in Topic. in loco à ſimilitudine.*

9 Septimò, dicitur Arbiter actionis, quòd metus cauſa, *l. item ſi cum §. hæc autem ff. quod met. cauſ.*

10 Octauò, datur in illis cauſis, quæ arbitratu boni viri æſtimandæ, & definiendę ſunt, veluti ad determinandam viam, latitudinemque actus, vel itineris ſtatuendam, *l. ſticus ff. de legat. 3. & l. certo ff. de ſeruit. ruſt.* Item ſi inter vicinos ſit cõtrouerſia de altitudine ædificiorum, *l. qui fluminibus ff. de ſeruit. vrban.* & ad fideiuſſores approbãdos. *l. arbitrio ff. qui ſatiſd. cogan.*

11 Nono, Arbiter falcidiæ dicitur, & iſte deſtinatur, ad quantitatem æſtimandam, & conſtituendam bonorum defuncti, *l. ſi debitor ff. ad l. falcid. l. 1. §. cum dicitur ff. ſi cui plus quam.*

12 Decimò, eligebatur Arbiter à Prætore pro rationibus excutiendis, inter hæredem, & ſeruum, *l. ſi quis ff. de manumiſſ.* Item dabatur æſtimaturus, quantũ in facultatibus exiſteret, pro decernendis alimentis inter Dominum, & vſufructuariũ circa refectionem ædium, *l. vſufructu §. quoniam ff. de vſufructu.*

13 Vltimò datur Arbiter ad definiendũ, quantum diminui oporteat, *l. 1. §. penult. ff. de rebus auct.* Et etiam in modo agrorum, & finibus regundis, *l. de modo ff. fin. regund.* Vndè Terentius *in Neauton. actu tertio ſcena* 1. ait Vicini noſtri hic ambigũt de finibus, me capere Arbitrum. Et iſti veniunt appellatione Iudicum, veluti illi dati à Papa, & qui eliguntur ex forma ſtatuti, & præſertim, quando eis eſſet conceſſa facultas cognoſcendi, adiudicandi, &c. quia tales dicuntur Arbitri iuris, & Iudices delegati appellãtur, quod ſecus eſt in alijs arbitris, qui nõ veniunt ſub appellatione Iudicum, niſi ſũpto largo modo vocabulo, *vt ait Gratian. lib. 1. diſcept. c. 66. n. 14. & ſeqq.*

14 Præterea reperitur, quoque aliud genus arbitri, qui alio nomine Arbitrator nuncupatur, & iſte dicitur amicabilis compromiſſor, qui nulla iuris ſolemnitate ſeruata differentias, & controuerſias amicabilitèr ex bono, & æquo definit, ac tollit; & propterea iſtud genus arbitramenti vocatur tranſactio quædam *à Panormitano in c. quinta vallis de iuſiuran. & auth. ſi contingerit C. de Iudic. & Iaſ. in l. nemo poteſt in 1. lectura num. 64. ff. de legat. 1.* Item, quòd arbitramentum non dicatur iudicium, & nulla auctoritate iudiciali fundetur, ſed quòd potius ad inſtar contractus habeatur, *ait Rota per Gregorium deciſ. 204. num. 6. 7. & 8. & Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2 quæſt. 17. limit. 14. nu. 1. & ſeqq.* Et hinc propterea fit, quòd à muliere, & minore, ſine ſolemnitatibus ſtatuti fieri nõ poteſt, quando voluntariæ compromittũt, cum illud ſit de ſui natura læſiuum, *vt ait Put. dec. 162. lib. 1.*

15 Vndè iſte Arbitrator ab Arbitro valdè differt, & propterea videmus, quòd excomunicatus, poteſt eſſe Arbitrator, ſed non arbiter, *vt ait Franc. Marc. in ſua deciſ. 528. num. 3. par. 1.* Item in altero differt arbiter ab arbitratore, & eſt, vt compromiſſum oretenus, ſine ſcriptis in eo valeat, in arbitro verò ſimpliciter ſine ſcriptis non ſuſtinetur, *vt ait Magon. deciſ. 119. num. 1. Rotæ Florentiæ.*

16 Extende primò facultatem iſtius arbitratoris adeo valere, vt propterea poſſit etiam de facto procedere, & præſertim, quando ei fuiſſet tradita poteſtas procedendi altè, & baſſè, prout ſibi placuerit, *vt dicunt omnes Doctores allegati à Rota in Romana 20. mil. 20. Iunij 1580. coram Cardinali Lancellotto, ſed in hoc videndus eſt Gratian. lib. 1. diſcept. c. 23. ferè per totam,* Vbi latè hanc materiam examinat.

17 Subextende eò magis prædicta procedere, quando fuit cum iuramento renunciatum reductioni ad arbitrium boni viri, cum quilibet poſſit ſuo fauori renunciare, ex eo, quia vnuſquiſque dicitur in re ſua moderator, & arbiter, *vt fuit dictum à Rot. in vna Imolen. bonorum 18. Iulij 1573. corã Cantuccio, Cappell. Tholoſ. dec. 277. Caualcan. deciſ. 9. num. 3. par. 1. Viu. deciſ. 58. per tot. & dec. 131 n. 3. & dec. 276. n. 6. Guidop. dec. 519. per totam Boer. deciſ. 284. num. 18. & infinitos allegat. Camill. Borell. in ſua ſumma deciſ. tit. 63. de compromiſſ. arbitr. &*

ar-

arbitrat. numero 266. & 288.

18 Contrarium tamen, *fuit decisum pluries à Rota, & signanter in vna Asculana pratensæ nullitatis laudi Lunæ 5. Iulij 1599. coram Litta, & in alia Nepesina laudi Veneris* 10. *Decembris* 1604. *coram Card. Mellino, & per Cardinalem Caualer. decis.* 292. *num.* 6. Vbi ait à laudo semper recursum dari, non obstante quauis renunciatione.

19 Concorda tu tamen, vt scilicet prima opinio procedat, quando Arbitratoris sententia læsionem non contineret, vel saltem modicam, quia tunc ab illa reductio non petitur, *vt dicunt Rotæ, & Doctores allegati à Borello ibi supra n.* 167. Secunda verò procedit, quando ea iniquitatē, & euormissimā læsionem contineret, quia, cum eo casu dolus Arbitratoris arguatur, vtique reductio venit cōcedenda, imò licèt fuerit promissum de stando illius laudo, & res fuerit prorsus collata in liberam eius voluntatem, nihilominns semper intelligitur de iusta, non autem de dolosa, *Cassad. decis.* 1. *de emptione, & vend. & Vrsill. ad Afflict. dec.* 91. *num.* 12. *& Rota in dictis decis. coram Cantuccio, & Mellino, & Doctores omnes allegat. à Borello ibi supra n.* 269. *& Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 14. *sub num.* 2. *vers. extende secundo.*

20 Et ratio istius secundæ opinionis ea est, quia facultas addendi, & minuendi, non extenditur ad totalem derogationem, siue alterationem, sed ad modicum tantum, *vt ait Rota decis.* 553. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* Vltra quod ista facultas addendi, & minuendi, non habet locum in his, quæ secundum ius commune disposita reperiuntur, *vt ait Rota dec.* 240. *num.* 5. *&* 6. *par.* 2. *in recent.*

21 Declara tamen, quòd semper in dubio arbitrium boni viri locum habere debet, *vt ait Afflict. decis.* 307. *num.* 22. Et semper arbitrio boni viri decidi debet id, quod formaliter fieri non potest, *idem Afflict. decis.* 23. *num.* 6.

22 Contra illam secundam opinionem videtur sentire, *Gratian. lib.* 1. *discept. c.* 146. *num.* 24. Vbi habetur, quòd in huiusmodi arbitrarijs Iudex possit dolum committere, *iuxta capitulum* 1. *de re iudic. Bald. in l. si fugitiui n.* 7. *C. de seru. fugit. idem Gratian. in sua dec.* 86. *nu.* 6. *cum seqq.* Et in hoc idem videndus est, *in c.* 23. *dicto libro* 1. *discept. & Rota per Verall. decis.* 82. *num.* 1. *par.* 1.

23 Vnde illā secundam opinionem tenēdo, extende primò eam in tantum procedere, vt neque per quodcumque pactum impediri reductio possit, *vt ait Rota ibi coram Cantuccio, & Puteus decis.* 384. *lib.* 2. Item, quòd à nulla cautela impediri possit reductio ad arbitrium boni viri, ne detur materia committendi dolum, *dicunt infiniti Doctores allegati à Borello tit.* 63. *de compromiss. & arbitr. num.* 270. *& signanter Ludouic. decis.* 27. *Rotæ Lucens. num.* 2. *cum seqq. & Franciscus Marc. in decis.* 149. *par.* 2. *& Magon. decis.* 98. *num.* 30. *Rotæ Lucens. Card. Caualer. decis.* 292. *num.* 6.

24 Extende secundò, quòd, stante dicta læsione enormissima, executio laudi sit impediēda statim, *vt ait Rot. ibi supra corā d. Cantuccio & veluti dicam sub nu.* 49. *& Scaccia de appellation. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 14. *num.* 2.

25 Extēde tertiò procedere, etiamsi sētentia, & laudum arbitratoris paratam executionem haberet, ex forma statutorum, quia nunquam intelligitur de dolo sa, nam statutum ad turpia, & inhonesta non extenditur, *Salicet. & Castrens. in l.* 2. *C. vbi, & apud quem Imol. Anchar. & Franch. quos omnes allegat, & sequitur Couar. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 300. *num.* 54. *idem Scacc. ibi supra, & prius lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 443. *&* 446.

Et eò magis id procederet, vbi ageretur de pœna cōuētionali in cōpromisso apposita, q̄ ab eo nō debetur, qui cōtrauenit pendente reductione, vltra q̄, quis eam soluere non tenetur, antequam laudum fuerit confirmatum contra eum, *vt ait Rota, & Doctores allegati à Scaccia in d. quæst.* 17. *limit.* 14. *num.* 7. Quicquid dicat *Lancell.* Contrariū tenen. & ab eodē allegat. & sic, si illud cōfirmabitur, tūc appellans non audiretur, nisi prius soluta pœna, *vt ait Scacc. ibi supra.*

26 Contrarium tamen, vt scilicet executio nō suspēdatur pendente reductione, *tenēt Bart. & Bald. in d. l.* 2. *& Abb. in c.*

Quinta Vallis num. 39. *& Lanfranch. de arbitr. quæst.* 19.

27 Extende hanc secundam opinionem eò magis procedere, quando obligatio Cameralis concurreret, quia tunc executio impedienda non veniret, *Caputaquen. decis.* 179. *lib.* 1. *in manuscript. Antonius Augustinus decis.* 172. *& Rota in dicta Imolen. coram Cantuccio.*

28 Contrarium licèt teneat, *Dec. cons.* 11. *& Paris cons.* 24. *num.* 126. Dicentes, quòd illa reductio vim appellationis habet, & propterea effectum suspensiuum operatur, & præsertim, quando læsio sit maxima, *vt dicunt Doctores allegati à dicto Borello ibi supra num.* 267. *& Scacc. ibi supra dicta limitatione* 14. *num.* 6.

29 Sed huiusmodi opiniones, iudicio meo tali pacto concordari possunt, nempè, vt prima procedat, quando de læsio ne enormissima apparentèr, & inconti nenti non doceretur. Secunda verò, si è contra, *vt fuit dictum in Romana executionis de Anguillara Veneris* 6. *Martij* 1592. *coram Orano, & in alia Romana executionis obligationis Veneris* 2. *Aprilis* 1594. *coram Litta, & apud Gregorium Decimum Quintum decis.* 120. *num.* 17. *& prius in Romana bonorum* 15. *Martij* 1572. *coram Binarino, & in Nepesina laudi Veneris* 10. *Decembris* 1604. *corā Card. Mellino.*

30 Sed animaduertas tu tamen, quòd de enormissima apparere non dicitur, nisi de ea per rem iudicatam, & sic per tres sētētias doceatur, *vt ait Rot. in d. Nepesina coram Mellino Veneris* 10. *Decembris* 1604. *& veluti ego dixi in concl.* 11. *num* 2. *& seq.* Et quod de ea præcipue plenè, & cōcludentèr apparere debeat, dum ad rescissionem contractus agere tur, *fuit dictum à Rota per Buratt. dec.* 538. *n.* 1. *& ibi multa in hac materia.*

31 Extende quartò, quòd neque etiam sit necessaria petitio absolutionis à iuramento, quando læsio est euidens, ac notoria, licèt de stylo Rotæ soleat peti ad cautelam, *vt fuit dictum in Romana legitimæ de Vrsinis* 20. *Maij* 1588. *coram Cardinali Blanchetto, & de hoc, late dixi in verbo absolutio à Iuramento cōclusio* 11.

32 Contrarium, q scilicet in euentum cō traditionis laudi sit petenda absolutio, alias, quòd non detur reductio ad arbitrium boni viri, *fuit dictu in d. Nepesina laudi Veneris* 10. *Decembris* 1604. *coram Card. Mellino*; Et quod propterea sit bonum eam ad cautelā petere dicunt, *DD. allegati à Borello in sua summa decis. tit.* 63. *n.* 271. *de compromiss. & Arbitr.*

33 Declara tamen, quòd ea amplius peti non posset, postquam de nullitate laudi fuisset exceptum, quia tunc esset necessaria prius absolutio à periurio, iam per eam exceptionem incurso, *vt ait Afflict. dec.* 220. *num.* 17.

Sed illud, quod fuit de petitione absolutionis à iuramento præstito, de stando laudo, siue mandato arbitratoris, & ab eo non contrauenire, declara esse verum, dummodo arbitrium fuerit iustum, & ratio ea est, quia iuramentum nunquā adstipulatur enormissimæ læsioni, cum illud vti contra bonos mores tendens, non est attendendum, *vt dicunt doctores allegati à Scaccia de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 10. *num.* 29. *& limit* 14. *sub num.* 2. *vers. extende* 2. *& prius lib.* 2. *cap.* 2. *sub num.* 368. *vers. aduerte.*

34 Extende quintò, quòd huiusmodi reductio peti potest, vsque ad triginta annos, & sic sententia arbitratoris non trāsit in rem iudicatam: nec producit effectum, vel actionem in factū, ex vi rei iudicatæ, nisi post illius temporis lapsum, *Bart. in l. Societatem* §. *Arbitrorum nu.* 21. *ff. pro soc. Gayll practic. obser. obser.* 150. *in princ.* Vbi ait hanc esse magis cōmunem opinionem, *& Afflict. dec.* 132. *per totam*, Et ratio istius opinionis ea est, quia ius istud dicitur personale, neque per consequens, nisi intra triginta annos præscribi potest.

35 Contrarium licèt teneāt multi, quos allegat, *idem Gayll. ibi supra* Dicendo, quòd istud remedium est species appellationis, & ideò intra decē diū est seruandū Sed eas opiniones hoc modo concordare possumus, nempe, vt prima procedat in petitione reductionis Secunda verò in laudo à quo intra decem dies appellari debet, *vt ait Scacc. de appell. quest.* 12. *num.* 114. *cum seqq.*

Sed tenendo primam opinionem sub-

subextende eam, multo magis procedere in laudo lato, tamquam à perito, quia illud non transit in rem iudicatam, ex ea ratione, quia potest per peritiores reuocari, *vt ait Rota per Card. Caualer. dec. 292. num. 5.*

36 Extende sextò, quòd laudum ex enormissima læsione rescindi potest *veluti latè fuit deductum in Imolen. bonorum 18. Iulij 1573. coram Cantuccio, & in Nepesina laudi Veneris 10. Decembris 1604. coram Cardinali Mellino,* Licèt secus, quādo esset à partibus acceptatum, quia tūc valet in vim pacti, transactionis, & rei iudicatæ, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. c. 755. num. 34. & 37. idem ait Rota decis. 588. num. 1. & seqq. par. 2. in recentior. & Card. Caualer. decis. 118. num. 2. & decis. 248. eodem num. 2.*

37 Extende septimò quòd reductio bis, sicut in sententia peti potest; *Vrsill. ad Afflict. decis. 132. num. 3.*

38 Contrarium licet dicant *Borgn. dec. 14. num. 49 lib. 1. Boer. decis. 284. num. 18. Salicet. in l. & in maioribus C. de appellat. Castrens. cons. 353. Gaspar Caballinus in in Milloquio 880. & Baldus in lege vnica sub num. 10. C. Ne in vna eademq. causa,* qui secūda vice reductionem peti non posse affirmant.

39 Extende octauò, quòd Arbitrator super beneficio electus potest vni fructus, alteri beneficium dare, *vt ait Grat. decis. 6. num. 15.*

40 Declara tamen, quòd licèt possit iubere, vnam rem dari pro alia, non potest tamen manum ad aliena incogitata extendere, *vt ait idem Gratian. ibi supra num. 22. & 23.* Et ratio est, quia arbiter non potest pronunciare super non contentis in compromisso, *vt ait Rota decis. 768. num. sexto parte 3. recent.*

41 Extende nonò, quod si ille sit datus cum clausula decidendi de facto, tunc admittit probationes persuasiuas, at secus, si cum clausula sola facti veritate inspecta, *vt ait Osasch. decis. prima nu. 30. Gram. decis. nona, idem Gratianus decis. 68. nu. 10. & libro quarto discept. cap. 706.*

42 Declara tamen primò, quòd illa probatio, quæ non esset sufficiens coram Iudice, sufficeret in Arbitratore, cum am plissima facultate electo, *Gratianus libro 2. discept. cap. 236. num. 48.*

43 Declara secundò, quòd Arbitratori multa permittuntur, pro eximendis partibus à litibus, quæ alijs non permitterētur, *idem Gratianus dicto capitulo 706. num. 18. & 19.*

44 Sed redeundo ad id, quod fuit dictū de rescindendo laudo, declara primò procedere, si de iniquitate, ac læsione, per allegantem clarè, & concludenter probetur, *vt fuit dictum in Romana reductionis laudi 28. Februarij 1582. coram Cardinali Blanchetto, & alias sæpe, & in dictis decisionibus Imolen. bonorum, & Nepesina laudi coram Cantuccio, & Mellino, & Rota decis. 588. p. 2. in recent.*

45 Licèt sit benè verum, quòd in dubio laudum pro se præsumptionem iustitiæ, & rectitudinis habet, *vt ait Rota in dec. 515. par. 1. in recentior.* Et tale dicitur, quando Iuri, ac legibus est consonum, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum in decis. 1017. num. 1. & Rota dicta dec. 588. numero quarto parte secunda recentior.*

46 Declara secundò, dummodo illa reductio petatur coram Iudice, qui ipsius causæ esset Iudex ordinarius, quia arbitrium boni viri intelligitur de Iudice, *vt ait Mantica de tacit. tomo primo libro 11. titulo decimo num. 21. & seq. fol. 590. idem ait Bartolus in l. societatem §. Arbitrorum ff. pro soc. num. 19. Marant. de ordin. Iudiciorum tit. de appellat. num. 114. Couar. var. resol. post Abbat. & alios, qui de comuni testantur libro secundo cap. 12. num. primo Villab. in suis commun. opin. in verbo reductio num. 13. Roland. cons. 76. num. 33. lib. primo & cons. 24. num. 12. & ibi de communi testatur lib. 4. & Thes. decis. 14. n. quinto,* & ibi quoque de communi opinione testatur, *& Gratianus decis. 86. num. 2.*

47 Contrarium licèt teneant multi, *quos allagat Afflictus decisione 51. & Couaruuias ibi supra num. primo in fine, & Roland. dicto consilio 24. num. tertio cum sequentibus,* Qui volunt dictam reductionem coram Iudice Arbitratoris, esse petendam.

48 Sed tenendo primā opinionē, extēde eam procedere, etiamsi dicta reductio ab ipso reo peteretur, qui potest, &

& debet eam coram suo Iudice,non autem illo actoris petere, *vt ait Bart. in dicto §. arbitrorum n. 19. idem tenet Franc. Abb. & alij, quos allegat Couar. in dicto lib. 2. cap. 12. num. 1.*

49 Contrariam opinionem isto casu tenuere, *Salicet. Castrens. & Imol. allegati per dictum Couar. qui hanc opinionem approbare videtur in dicto cap. 12. sub num. primo.*

Concordare tu tamen poteris, *iuxta ea, quæ ait Fossan. in sua dec. 14. allegatus à Scaccia de appell lib. 3. c. 2. quæst. 17. limit. 14. sub num. 5.*

50 Modo pro complemento istius materię, opus est scire, quando laudum læsionem modicam, siue enormē, vel enormissimā cōtinere dicatur; & ideò in hoc tres opiniones sunt referendę, *& prima est glosa in l. vltima C. de contrab. empt.* Vbi habetur, quod laudum dicitur iniquum, si continet læsionem vltra dimidiam iusti prætij.

51 Secunda opinio est, *Bart. in dicto §. Arbitrorum ff. pro socio,* Vbi ait laudum esse iniquum, quando continet læsionē in sexta parte, vt puta, iustum pretium est duodecim, & ideò si Arbitrator definit minus, quam decem, vel decem tunc lædere dicitur.

52 Tertia opinio est, *glos. in §. pretium inst. de empt. & vend. in verbo definierit,* Vbi habetur, quòd laudum est iniquum iudicandum, arbitrio Iudicis, sed in hoc videndus est, *Natta consilio septimo lib. septimo.*

53 Primam opinionem iuuat, *text. in l. 2. & ibi DD. C. de rescind. vend.* vbi dicunt venditionem esse rescindendam, quando læsio dimidium iusti prætij excedit.

54 Secunda opinio comprobatur, *ex lege si verus, cum l. seq. ff. pro socio,* Vbi laudum tertij est iniquum, quando continet læsionem in sexta parte, vt quando declarauit duas partes societatis ad vnū & sic octo vncias; tertiam verò partem, & sic quatuor vncias ad alium spectare.

55 Pro tertia opinione facit illud, vt scilicet, quando aliquid est dubium, tunc in arbitriū Iudicis illud consertatur, *text. est in l. 1. ff. de Iure deliber. glos. in l. 1. ff. de expens. in rebus dot. fact.*

56 Ego autem vltimam opinionē teneo, quam tenebat, etiam dissertissimus, & doctissimus Camillus Gypsius Præceptor meus, dum Bononiæ studebam.

57 Illā igitur primā opinionē non obstare dico, quia non tantùm committitur huic arbitrio in rebus alienis, quantùm Domino in rebus proprijs, *tex. est in l. etiā, §. 1. ff. solut. matrim. & ibi Doctores.*

58 Nec minus obstat secūda opinio, quia concedo illud laudū esse iniquū, quando læsionem in sexta parte continet, sed nō sequitur, ergo arbitrio Iudicis non est remittendum, si læsio sit minus, quàm sextæ partis.

59 Sed in omnem euentum nota, quòd Iudex in consideranda enormissima læsione, debet habere respectum ad dubiū litis euentum, *vt ait Rota decis. 588. nu. 3. par. 2. in recent. & latè in Romana transactionis Lunæ 26. Iunij 1617. coram Pirouano,* Et ibi habetur, quomodo dubius litis euentus, ad hunc effectum sit considerandus.

Extēde, ꝙ neque Iudex redargui potest in arbitrarijs de eo, ꝙ facit, quia semper ex iusta causa motus præsumitur, *ait Rot. apud Gregorium dec. 106. num. 2.*

Sed id, quòd fuit dictum de læsione, de qua sit habenda ratio, inspecto litis euentu, intellige procedere, quando euētus futurus esset certus, siue verisimiliter contingens, at secus quando esset īcertus, quia tunc de eo non esset facienda cōsideratio, *vt fuit dictum à Rota in Interamnen. Mercium Mercurij 4. Iunij 1597. coram Pennia, quæ est apud Zacbiam de oblig. Camer. dec. 100. num. 3.*

Et ratio prædictorum ea est, quia futurus euentus, tunc est in cōsideratione habendus, quando, inspecto tempore præsenti, verisimilites est contingens, aliàs secus, *veluti fuit ita resolutū in vna Auximana bonorum Veneris 2. Iunij 1595. coram Card. Mellino, & facit decis. Card. Seraph. 855. num. 3.*

60 Deinde restat, quoque videre, quando quis dicatur, vti Arbiter, vel Arbitrator sententiare, & ideò id ex modo procedendi dignoscitur, & eorum auctoritas tota pendet à forma compromissi, *Rota decis. 515. num. 1. par. 1. recent. idem ait Rota per Mobedanum decis. quinta de Iudic. numero tertio, & Surdus decis. 333. numero 15. & Rota decisione 759. num.*

num. secundo parte tertia recent.

61 Vnde nota, quòd si in aliquem fuerit compromissum, vti Arbitratorem, ea cõditione, vt libellum responsiones, & probationes recipiat, & iuris ordine seruato in causa procedat, tunc non arbitrator, sed arbiter censendus erit, *vt ait Gayl in dicta obseruatione* 150. *& fuit dictum à Rota in Ciuitatis Castelli hæreditatis, seu nullitatis laudi* 14. *Ianuarij* 1605. *corã Gregorio, quæ est in eius impræssis decis.* 204. *& in Romana Societatis* 27. *Iunij* 1611. *coram Card. Sacrato.*

62 Et ratio est, quia verba rebus, & non res verbis inseruire debent, *vt ait Gayl. in præcitato loco, & ita fuit decisum à Rota in Romana Societatis Veneris* 16. *Februarij* 1596. *coram Iusto Amat. decis.* 41. *num.* 24. *&* 25. *& Card. Seraph. dec.* 1362. *n.* 5. Itẽ, habemus etiam ex Diuo Augustino tractatu 102. quod non sonu litterarum, ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat, & quòd eo sono rectè, ac veraciter intelligitur, attendi debet.

63 Sed declara tu tamẽ, quòd licèt Arbitrator, vti Iudex de necessitate non procedat, iuxta formam Iuris, cum arbitramentum non sit Iudicium, neque vlla iudiciali auctoritate fundetur, tamen si vult, potest forma Iuris vti, nec, obid con tra naturam Arbitratoris faceret, *vt ait Rota per Gregorium decis.* 204. *num.* 7. 8. & 14.

64 Sed est benè verũ, quòd electus, vt Arbiter, & Arbitrator, quamuis possit eligere, qua auctoritate vti vellit, tamen si vnam viam eligat, non potest amplius ad aliam redire, *vt ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 228. *num.* 20. *& Masc ard. de probat. concl.* 125. *num.* 4. & ibi docet quibus modis, quis dicatur elegisse viam arbitri, in procedendo, & Iudicando.

65 Sed nota tamen, quòd in dubio quis potius est censendus Arbitèr, quàm Arbitrator, *vt ait Cæsar de Graff. decis.* 57. *alias* 11. *de probat. Alex. cons.* 55. *num.* 9. *lib.* 5. *Mascard. de probat. concl.* 125. *nu.* 1. & 2. Ex ea ratione, vt. s. hæc sit æquior, & mitior interpretatio, cum reductionem ad arbitrium boni viri tollat, *iuxta Felin. allegatum ab eo in c. cum ex officij col.* 11. *vers. sunt duæ opiniones de præscript. cum alijs per eum adductis.*

66 Contrarium licèt teneat *idem Alex. cons.* 13. *num.* 6. *lib.* 1. *Alciat de præsũpt. regula tertia præsumpt.* 35. *Menoch. consilio* 606. *num.* 10. *& Gabr. cons.* 110. *n.* 17. 23. *&* 24.

67 Sed tenendo dictã secundam opinionẽ, extende primò eã procedere, etiamsi arbitrator vtramque facultatem haberet, *vt ait Gregor. XV. d. dec.* 204. *n.* 10.

68 Extende secundò eo magis procedere, si in cognoscendo, non fuerit ordo iuris, & illius forma, seruata, *vt ait Rota dicta decis.* 204. *num.* 11. Licèt sit benè verum, quòd implementum formæ allegans, illud probare tenetur, *vt ait Rota in dicta decis.* 515. *nu.* 4. *par. prima in recent.*

69 Extende tertiò, quòd quando Arbitrator non posset esse Arbiter, tunc licet in procedendo forma, & ordo iuris seruetur in aliquo, tamen eo casu, quis censeretur, vt Arbitrator procedere, *vt ait idem Gregorius ibi supra num.* 12. & 13.

70 Subextende id eò magis procedere, quando illud laudum, vti ab Arbitro latum non sustineretur, *Rota ibidem num.* 15.

71 Sed redeundo iterum ad illam secundam speciem arbitrornm, qui de communi partium consensu eliguntur, declara primò, quòd eis non credatur ad fundandam eorum iurisdictionem, *vt fuit decisum in Romana laudi Veneris* 28. *Iunij* 1613. *coram Buratto, quæ est in* 1. *par te recent. decis.* 515. *num.* 11. *& Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 529. *nu.* 12. *& Card. Seraph. decis.* 554. *num.* 1.

72 Extende id eò magis procedere, si illi iurisdictionem limitatam haberet, *vt ait Rota dicta decis.* 515. *num.* 9.

73 Et propterea ad id iustificandum, in primis arbiter de compromisso docere debet, quia potest esse quòd (vt dixi) fuerit illius potestas limitata, siue cum conditione, cuius quidem purificatio erit per eum demonstranda, *veluti fuit dictũ à Rota ibi supra, & in alia Romana laudi Lunæ* 13. *Ianuarij* 1614 *coram eodem Buratto, quæ est decis.* 553. *num.* 7. *dicta par.* 1. *in recent. & apud Marches. par.* 1. *fol.* 1141. *num.* 9. & 11. *Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 529. *Put. decis.* 283. *num.* 1. *lib.* 1. *& decis.* 429. *eodem lib. & Caputaq. dec.* 150. *n.* 5. *p.* 1. Et in hac materia

compromissi, omninò *vide Camil. Borell. in sua summa decis. tit. 63. de compromiss. per tot.* Et ibi pulchra inuenies in huiusmodi materia memoriæ mandanda. Et ratio prædictorum ea est, quia auctoritas arbitri, calculatoris, & periti ab illius deputatione dependet, *vt ait Rota decis. 759. num. 2. par. 3. recent.* Et in omnem euentum compromissum potest recipere formam à verisimili mente partium, cum ab illarum pendeat conuentione, *vt ait Rota per Cardinalem Caualerium decis. 327. num. 2.*

74 Declara secūdò prædicta procedere, quando Arbiter assereret super concernentibus iustitiam, vel iniustitiam laudi, quia tunc ei non creditur, *vt ait Rota in dicta decis. 553. num. 4. & per Burat. decis. 29. num. 5. & prius decis. 14. num. 21.*

75 Fallit tamen, si essemus circa negotiū sibi commissum, quia tunc ei est credendum, tanquam de facto proprio deponenti, & pręsertim, quando illius assertio esset verisimilis, *vt ait Rota decis. 52. nu. 7. par. 3. recent. idem ait Alex. cons. 88. num. 32. lib. 5. vbi allegat Bart. Bald. quorum opinionem sequta fuit Rota in vna Bononien. fideicomissi de Dalphis Veneris 12. Decembris 1610. coram Card. Caualerio,* Et ibi concludit, quòd in probationibus faciendis, illis est credendū, aliàs arbitramenta semper redderentur nulla, & elusoria, *idem ait Tuscus in conclus. 102. in verbo Testis.*

76 Extende primò eodem modo fallentiam prædictam procedere in calculo à peritis facto, & ex sententia Iudicis confirmato, qui non solet retractari, nisi clara liquidatio in contrarium extet, & præsertim stante temporis longinquitate, *Bart. in l. instar num. 7. C. de Iure fisci lib. 10. & Rota in Imolen. Spolij 31. Martij 1628. coram Virili, & prius in Romana executionis Laudi 26. Octobris 1584. corā Pamphilio, & in Terracinen. Molendini 2. Maij 1608. coram Caualerio allegat. à Gratt. l. 4. discept. cap. 665. num. 11. & veluti ego dixi in conclus. 56. in verbo administrator sub num. 89. & Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 35. per tot.* Immò *Gratt. ibi sup. sub n. 13.* Ait id procedere quoq. si quis fuerit condemnatus ad certam summam, non autem ad reddendam rationem, quia in vtroq. casu executio impedienda non venit, *vt ait Affl. decis. 157. n. 1. & seq. Rota Genuen. decis. 209. num. 2. & seq. & alij allegati à Gratt. ibi supra num. 13. & 14.*

Et ratio illius extensionis est, quia arbitrium semper præsumitur iustum, dum ab eo non fuit reclamatum, *vt ait Rota decis. 154. num. 5. par. 3. recent.*

77 Extende secundò idem quoque procedere in liquidatione expensarum, per peritum facta, cuius relationi standum est, quandiu de errore non doceatur, *Rota per Gregorium decis. 49. per totam, & prius in Nepesina executionis 26. Iunij 1601. coram Iusto,* Quod quidem tanto magis procederet, quando plures periti concurrerent in eadē sententia, & conformes in arbitrando, quia tunc ex ea cōformitate maior præsumptio veritatis oriretur, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. decis. 419. num. 9.*

78 Declara tertiò, quòd neque Arbiter, cui fuerit data facultas procedendi, etiā sine scriptis, fidem facit de gestis coram eo, aliàs esset velle viam fraudibus aperire, vltra quòd rarò peti posset reductio, *vt ait Puteus Butr. Angel. & alij allegat. à Rota in dicta decis. 515. num. 9. par. 1. in recent.*

79 Contrarium tamen huic declarationi, *fuit decisum à Rota in dicta dec. 553. num. 10.* Et ratio est, quia talis potest iudicare secundum veritatem, sibi quomodolibet notam, *vt ait Rota decis. 380. num. 2. par. 3. recent.*

80 Concorda tu tamen, quòd scilicèt prima opinio procedat, quando essemus in re magni ponderis, & præiudicij. Secunda verò si essemus in ea parui momenti, quia tunc sine scriptis, & sine tela Iudiciaria procedi posset, & in illis assertioni arbitri credendum esset, vt distinguēdo, *ait Rota in dicta decis. 553. num. 9.* Veluti quoque dicta distinctio procedit, quando essemus in compromisso, quod in se illam clausulam contineret, vt scilicet ille arbiter, posset de iure, & de facto, nulla seruata tela Iudiciaria, procedere, quia talis facultas solùm ad ea, quę sunt modici præiudicij extenditur, non autem in summa graui, *vt ait Rota in dicta decis. 553. num. 2. & seqq.* Veluti dicitur etiam in Iudice reductionis, à quo

non

nõ appellatur, si in modico augeat, seu minuat laudum, *vt ait Scacc. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 14. *sub n.* 3. *ver. Alij.*

81 Rursus declara, quòd ratio illa, vt scilicet assertioni Iudicis sit standum, qui facultatem procedendi, sine scriptis habet, intelligẽda veniat de actis ordinatorijs, non autem probatorijs, item de friuolis, & leuibus scripturis, non autem de his, in quibus ius partis cõsistit, *vt pulchrè distinguit Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 529. *num.* 33. *& seqq. & facit illa decis.* 553. *num.* 2. *cum seqq.*

Contrarium licèt, *dicat Rota in decis.* 515. *num.* 9. *dict. par.* 1. *recent.* vbi habetur, quòd non est standum assertioni arbitratoris de gestis coram se; alias via aperiretur malitijs, & fraudibus, & vt dixi, raro posset peti reductio ad arbitrium boni viri. Vndè prædictæ opiniones prædicto modo veniunt concordandæ, & sic, quòd prima procedat in actis ordinatorijs, friuolis, & leuibus scripturis. Secunda verò in probatorijs, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. c.* 529. *num.* 31. *& seqq.*

82 Declara quartò, quòd arbitro non credatur in his, quæ non nisi per scripturã probari possunt, veluti in solidatione computorum, & confectione bilanciorum, quæ fieri sine scriptura, sit impossibile, *vt ait Puteus decis.* 43. *lib.* 3. *& Rota in dicta decis.* 553. *num.* 9. Et ratio est, quia calculus fieri non dicitur, nisi omnibus, & singulis rationibus examinatis, *Rota decis.* 515. *num.* 16. *dicta par.* 1. *in recentioribus, & in Callaguritana iuris ac cedendi ad processiones* 5. *Aprilis* 1622. *corã Remboldo*, Licèt prædicta non procederent; quando essemus inter mercatores, quia tunc arbiter posset, etiam per præsumptiones, & coniecturas referre, *vt ait Rota in Romana administrationis fundaci Veneris* 18. *Iunij* 1621. *coram Buratto. quæ est in eius impress. dec.* 546. *num.* 2.

83 Fallit tamẽ dicta declaratio, vt superius diximus, in rebus parui præiudicij, quia tunc ei credendum est, *vt ait Rota per Coccinum decis.* 333. *num.* 2. *& Gratian. ibi sup.* Si tamen prius de compromisso constaret, *ait Rota d. decis.* 553. *n.* 7.

84 Declara quintò, quòd Arbiter debet pronunciare super omnibus in compromisso contentis, & nihil reseruare, ac diuidere, alias laudum esset nullum, etiam si amplissimas clausulas contineret, nec non iuramento esset munitum, *vt ait Cardinalis Caualerius decis.* 646. *num.* 1. *& decis.* 768. *num.* 6 *par.* 3. *recent.* Vbi ait, quod Arbiter non potest pronunciare super non contentis in compromisso, *& fuit etiam decisum in illa Romana laudi coram Buratto, quæ est in eius impressis decis.* 12. *& ibi per addent. & in recent. decis.* 515. *nu.* 17. *&* 23. *p.* 1.

85 Et ratio pdictorũ est, quia laudum licèt sit diuiduũ, respectu personarũ, vt est sententia, fallit tñ primò, quando negotiũ de sui natura esset indiuiduum, veluti, quia ratio vnius partis non posset rectè adæquari sine visione, & adequatione rationis alterius partis, & veluti etiã, quia diminutio debiti, vel crediti vnius posset augere, & minuere debitum, & creditum alterius, *vt ait Rota d. dec.* 515. *nu.* 22. *par.* 1. *in recentior. Franch. decis.* 173. *num.* 4. *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 529. *num.* 46. *Mobed. decis.* 10. *de re Iud. & Rota in Senogalien. pecun.* 17. *Decembris* 1612. *coram Coccino, & latè in Romana laudi Lunæ* 13. *Ianuarij* 1614. *coram Buratto.*

86 Fallit secundò, quando illud esset indiuiduum, ex conuentione partium, veluti, si fuisset dictum, quòd Arbitrator non posset, nisi super omnibus pronunciare, quia tunc non valeret, vnum decidere, & aliud indecisum relinquere, sed omnes controuersias tollere deberet, *vt ait Rota ibi supra in d. decis.* 515. *num.* 16. *&* 23. *& Puteus decis.* 315. *in fine lib.* 1. Vbi propterea habetur, quòd stante ea conuentione compromissũ indiuiduũ reddẽre, si in vno deficeret laudum, in alio sustineri non posset, *vt dicunt Bart. & Bald. allegati à Rota in dicta decis.* 515. *sub num.* 23. *& seq.* Et ratio potissima ea est, quia laudum est stricti iuris, & propterea strictè est interpretandum, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. decis.* 13. *&* 29. *& ibi per addent. & Gratt. lib.* 1. *discept. cap.* 66. *num.* 4.

87 Contrarium tamen, quando essemus in annexis, & dependentibus, sine quibus non posset arbiter sibi expræsè cõmissa commodè explicare, quia tunc ille posset super eis, absque vitio nullitatis laudi pronunciare, *veluti fuit decisũ in*

in Romana pecudum Lunæ 2. Decembris 1613. coram Vbaldo, quæ est in prima par te recent. decis. 540. num. 6. & Grat. decis. 6. num. 8. & 16. Veluti eodem modo prædicta procederent, quando ageretur probono pacis, quia tunc etiam super re non petita, siuè in compromisso non deducta laudare posset, vt ait Soccin. Iun. consf. 135. num. 9. lib. 1. idem Grat. dicta decis. 6. num. 33. cum seqq. Rotæ Marchiæ, Sed in omnem euentū nota, quòd laudum dicitur terminare omnes controuersias contentas in compromisso, si post multas terminatas expresse additur absolutio partium super alijs, vt ait Rot. per Card. Caual. decis. 646. num. 2.

88 Declara sextò, quòd Iudex, siue arbiter formam compromissi egrediēdo, nulliter procedere dicitur, vt fuit dictum in illa Romana laudi coram Buratto in principio, quæ est decis. 515. par. 1. in recent.

89 Extende idem procedere, quando arbiter elapso tempore compromissi pronunciaret, siue, quando Arbiter fundamentū suæ iurisdictionis ignotaret, quia tunc nulliter procedere diceretur, veluti fuit decisum in Florentina nullitatis laudi Veneris 28. Nouembris 1597. corā Corduba, quæ est apud Marches. de comissionibus par. 1. fol. 1126. num. 1. & Rota penes Burat. in decis. 14. num. 38. & decis. 29. per totam, & ibi in addit.

90 Fallit tamen, quando fuisset prorrogatum compromissum, quia tunc legitimè procedere censeretur, animaduertendo, quòd, quādo sequeretur protogatio, tunc ea facta intelligitur, cum eisdē qualitatibus, & conditionibus, sicut in primò actu, vt ait Rota decis. 553. num. 21. par. 1. in recent.

91 Restringe præterea, quòd ei non credatur, si diceret, quòd pars habuerit notitiam prorrogationis Iurisdictionis, vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 529. nu. 5. cum seqq.

Licèt tamen omnis difficultas tunc cessaret, quando partes essent præsentes, & non contradicerent, quia tali casu illud extare præsumitur, alias si non constaret de compromisso, laudum esset nullum, Gratian. decis. 6. num. 36. & decis. 64. num. 7. & Rota per Buratt. decis. 14. & decis. 29. per totam.

Quod procedit, etiam si per partes homologaretur, quia non per hoc valeret vti laudum, sed bene in vim pacti sustineri posset, dummodo tamen simultaneus consensus partium ab initio interuenisset; aliàs secus, vt fuit dictum in dicta decis. 13. per Burattum, & decis. 512. num. 2. par. 1. diuers. & in Romana de Gabr. 11. Februarij 1609. coram Ortembergo, & in Romana executionis laudi 26. Iunij 1613. coram Vbaldo, & in Bononien. hæreditatis 22. Maij 1620. coram Cardinali Caualerio, & prius in Pampilonen. Iurispatronatus 5. Iulij 1610. coram eodē, & in alia Perusina laudi de Cantuccijs 11. Martij 1622. coram Vbaldo, & Surd. decis. 53. num. 21.

Vnde ad id in proposito hic erit animaduertendum, quòd si adesset statutum, quod tolleret exceptiones contra sententiam, non ob id tamen illam tolleret, qua quis negaret, sententiam esse latam à Iudice competenti, & sic illam esse sententiam, vt fuit dictum à Rota in decis. 553. num. 8. par. 1. recent.

92 Declara septimò, quòd Arbiter non cogitur compromissum acceptare, sed eo acceptato illi amplius renunciare nequit, veluti fuit decisum in Anconitana compromissi Lunæ 10. Iunij 1612. coram Vbaldo, quæ est apud Marches. dicta par. 1. fol. 1144. num. 3.

93 Et ratio ste, quia acceptatio compromissi à principio est voluntatis, sed ex post facto dicitur necessitatis, vnde videmus, quod si quis ad illud acceptādū inuitus cogatur, appellare potest, Blanchet. de compromis. q. 1. n. 33. & Franc. Marc. decis. 463. nu. 5. par. 1.

94 Secus verò acceptato compromisso, quia tunc Arbiter captis pignoribus pronunciare cogi posset, & hæc sunt remedia, quibus prætor vtitur, ad faciendum sentētiare Arbitrum, nempè eū pignoribus grauando, seu illi indicta mulcta, vel in corpus Arbitri iniecta manu, vt ait Rota dicta decis. 553. num. 2. par. 1. in recent.

95 Fallit tamen concurrente impedimento Arbitri, ob quod ei renunciare liceret, quod tamen intellige verum, quando impedimentum esset perpetuò duraturum, veluti dicitur de absentia, per quā compromissum non expirat; nisi ea sit lon-

longeua, & diuturna, vel quia partes alium Iudicem adire in compromisso promiserunt, *vt fuit dictum à Rota in dicta Anconitana nullitatis coram Vbaldo, quę est decis. 498. num. 6. par. 1. in recent.* Siue etiam, si morte præuentus suum laudum ferre non potuerit, quia omne arbitrium arbitrari debentis, illius morte extinguitur, quę omnia soluit *Rota de cis. 765. num. 3. in fine par. 3. recent.*

96 Animaduertendo tamen, quod illud impedimentum non probatur ex simplici assertione Arbitri, Sed per Iudicem causa cognita erit illud probandum, *vt ait Rota coram Vbaldo num. 5. & 7. apud Marches. fol. 1145. p. 1. & facit Gratian. in dicto cap. 529. nu. 1. cum seqq.*

97 Extende secundò illam declarationē procedere in Arbitris de cōsensu ambarum partium electis, qui non possunt renunciare, nisi præuio pari consensu, *vt ait Rot. ibidem coram Vbaldo*, Et ratio ea est, quia quælibet res dissoluitur eodem modo, quo ligatur, ex vulgatis iuribus. Vnde videmus in proposito, quòd compromissum cessat, si partes coram Iudice ordinario vnanimiter cōpareant, *vt ait Rota per Card. Caualerium decis. 300. num. 1.*

98 Declara octauò, quòd Arbitri nō possunt laudare societate nondum finita, veluti id non possunt etiam, quando omnia computa non ferunt solidata, aliàs nullitèr pronunciare dicerentur, *vt fuit dictum in illa Romana laudi coram Buratto, quæ est penes Marches. de commiss. p. 1 fol. 1140. num. 2.* Et ratio est, quia dictis computis non solidatis, non potest verè sciri, quis sit creditor, vel debitor, *vt ait Rota per Card. Scraph. in sua decis. 1214.*

99 Declara nonò, quòd isti arbitri non possunt suas sententias exequi, licèt ex eis actio producatur, veluti neque possunt etiam Iudices prorogati, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 66. num. 4.*

100 Et ratio est, quia iurisdictio prorogata detrahit illi ordinariæ, & propterea ea strictè venit interpretanda, *vt ait Grat. ibi supra, & Rota per Buratt. decis. 13. & decis. 29. & ibi per addentem.*

101 Fallit tamen, quando in compromisso poneretur facultas omninò finiendi, & terminandi litem, prout solet apponi, quia tunc posset sententia per Arbitrum executioni demandari, licet eo casu non sufficeret litem esse finitam, per rem iudicatam solum, *vt ait Gratian. ibi supra n. 17. & seqq.*

102 Et ratio est, quia lis non dicitur finem accipere, quando remanent reliquiæ executionis fiendæ, & sic ea non dicitur talis, nisi postquā res ei fuerit data, qui vicerit, & sic non sufficeret, solum habere sententiam, nisi quoque fuerit executa, vt dixi superius, *& veluti ait Rota in ox allegada, & vt ait Grat. dicto cap. 66. num. 20. & Cassad. decis. 6. num. 5. de reg. iur.*

Veluti neque lis finita, ac terminata diceretur per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quando ex actis non iustificatur, siue si sit iniusta, *vt fuit dictū à Rota per Buratt. dec. 178. num. 9, & seq.*

103 Rursus fallit in delegato Principis, qui suam sententiam exequi potest, *vt ait Gratian. dicto cap. 66. num. 6.*

104 Extende prædictam nonam declarationem in tantum procedere, vt neque arbiter possit etiam per adiudicationem à se factam dominium transferre, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 545. nu. 40. & 41.*

105 Declara decimò, quòd si Arbitro fuit datus consultor, ille absque eo decidere non poterit, immò tenetur eum requirere, licèt eum non sequi, *vt fuit dictum in dicta decis. 553. num. 18. par. 1. recent.*

Et tūc, quādo solū arbiter teneatur requirere, aut expectare adiunctum, *vide Sanchez. de matr. lib. 1. disput. 34. Menoch. consi. 69. num. 18. & seq. latè Bursat. consi. 90. nu. 41. & seqq. lib. 1. Corn. consi. 53. num. 2. lib. 1.*

Et ratio illius declarationis est, quia laudum est nullum, quando arbiter tenetur sequi votū alicuius, & illud non est secutus, *vt ait Rota per Cardinalem Caualerium decis. 270. num. 2.*

106 Extende, quòd neque sufficeret fides Consultoris, vbi diceret, quòd arbiter illius voto consenserit, cum reseruatione, quia non obid sequeretur illum consensisse prolationi laudi, sub illa reseruatione, cum non extendatur consēsus, nec minus nudus consensus vnius actio.

actionem producat, altera parte absēte, quia sic pactum induci non poterat, ad quod quidem corroborandum stipulatio requirebatur, *vt fuit dictum à Rota dec is. 515. num. 18. par. 1. recent.*

107 Sed qualiter possit Arbiter iudicare secundum votum Consultoris, *ait Rota decis. 649. num. 2. par. 2. recent.*

108 Declara vndecimò, quòd si Arbiter de sua iurisdictione nō sit certus, vt superius diximus, sed illius fundamentum ignoret, tunc pronunciare non potest, *Rota in dicta decis. 515. num. 21.* Et propterea ad id requiritur exibitio compromissi, ac illius prorogatio, si fuerit facta, ac ad illud perficiendum requiritur, vtriusque partis ratificatio, aliàs si fuerit facta ab vna parte tantum, alteri præiudicare non poterit, quia cum ex eorum deficientia cum sequeretur nullitas laudi, & per consequens exequi non deberet, *Rota decis. 13. alias 1. de procurat. in antiq. Put. decis. 373. n. 4. lib. 2. & Rota dicta decis. 515. n. 21. & seqq. idem Put. decis. 387. lib. 3. & Rota in Tudertina beneficij 12. Decemb. 1594. coram Penia.*

At secus, quando iam fuisset expitatū, quia tunc prorogari non potest, cum nō entis nullæ sint qualitates, *vt ait Card. Caualer. decis. 327. num. 3.*

109 Extende, quòd ad hoc, vt Arbiter Iudex dicatur, prius ab eo debet compromissum acceptari, & à die acceptationis incipit currere, *Franch. decis. 526. n. 1. & Rota per Card. Seraph. decis. 698. num. 10.*

110 Subextende primò, quòd iuriū productio coram Arbitris iuris, ante acceptationem compromissi facta, est nulla, *vt ait Card. Seraph. decis. 697. num. 6.*

Vnde hinc fit, quòd compromissum vim petitionis habet, post illius præsentationē Iudicibus factam, aliàs secus, *vt ait Card. Seraph. decis. 698. num. 9.* Et ratio est, quia arbitri non dicuntur Iudices, nisi post compromissi acceptationē, sed est benè verum, quòd compromissū, etiam ante acceptationem currere incipit, quando tamen esset præfixus terminus ad certam diem, veluti per tot dies proxime sequuturos, siue intra tot dies immediatè subsequuturos, quia tunc tēpus de momento ad momentum computatur, *vt ait Surd. dec. 203. n. 10. & 13.*

111 Subextende secundò idem procedere, quando illa productio fieret coram vno ex Arbitris tantum, quia est nulla, nisi fiat coram omnibus, sed est benè verum, quòd ea poterit conualidari, si ea pariter fieret corā alijs, parte præsente, secus verò si fieret absente parte, & ea non citata, quia tunc esset nulla, *vt ait Seraph. di cta decis. 697. num. 7.*

Vnde hic opportunè erit notandum, quòd quando compromissum factum fuit in duos, si processus ab vno tantum fiat altero non acceptante, non valet etiam de iure ciuili, cum sit contra expressam voluntatem compromittentium, *vt ait Card. Seraph. dicta decis. 698. nu. 7.*

Immò extende, ꝗ qñ processus est nullus, tunc partes non possunt facere, vt ille producat iuris effectum, & quòd valeat, tāquā actus iudiciarius, & idcò si à partibus sententia nulla, siue laudum nullū acceptetur, tunc non dicitur valere in vim sententiæ, ac laudi, sed benè in vim pacti sustinetur, *vt ait Card. Seraph. dicta decis. 698. num. 4. & seqq.*

102 Subextende tertiò, quòd neque litis contestatio inducitur per productionem iurium factam, ante actoris petitionem, secus, quando contestatio litis legitimè inducitur, quia tunc actio perpetuatur, quod tamen contrarium succederet, si interpellatio, verbi gratia, esset nulla, vel talis, quæ contestationis litis vim non haberet, & ratio est, quia non perpetuatur actio per actus nototiè nullos, *vt ait Rota per Seraphinum dicta decis. 698. num. primo & prius decis. 697. nu. 5.* Vbi ait, quod nullum est, nullum parit effectum.

113 Et sic igitur illi actus nulliter gesti corā Arbitris, non habent vim contestationis litis, sed habentur tamquàm coram arbitratoribus facti, *vt ait Seraph. dicta dec. 697. num. 4.*

114 Vnde videmus etiā, ꝗ si in compromisso adsunt clausulæ (sine strepitu, & figura Iudicij &c.) tunc dicitur solum remissus rigor iuris ciuilis, & sola iuris gentium solemnitas attenditur, *idem Card. Seraph. dicta decis. 698. num. 2.*

Et ratio est, quia si compromissum, etiam cum omnibus clausulis facultatiuis fuisset concessum, tamen illæ non operantur, vt sibi fuerit data facultas nulliter prorsus procedendi, *vt ait Card. Seraph.*

raph. dicta decis. 698. num. 6.

115 Subdeclara, quòd si Arbiter habeat facultatem pronunciandi, sola facti veritate inspecta, tunc potest adhibere fidem testibus, non iuratis, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 581. num. 26. & seqq.*

116 Fallit tamen, si laudum, absque citatione feratur, quia tunc dicitur nullum, *vt fuit decisum in vna Florentina nullitatis laudi Lunæ 28 Nouembris 1597. corã Corduba, & in alia Romana laudi 3. Decembris 1599. coram Penia, & in Romana pecuniaria Lunæ 24. Febr. 1620. coram Buratto, quæ est in eius impress. decis. 458. num. 6.* Quod procedit, etiam si compromissum esset factum, & de iure, & de facto, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Mantic. decis. 299. nu. 2.* Licèt tamẽ secus sit, incasu, de quo dixi inferius, *sub num. 138.*

117 Extende primò procedere, etiamsi essemus in compromisso in folio albo, cum subscriptione partium, quia illę benè possunt tollere ea, quæ sunt Iuris Ciuilis, sed non ea, quæ sunt de Iure naturæ; vt est citatio, *vt fuit dictum in illa Romana laudi coram Penia, & Card. Seraph. dicta decis. 698.*

Et propterea videmus in simili, quòd in casu, vbi statutum tolleret omnes exceptiones contra sententiam, non excludit illam, qua quis negaret sententiam à Iudice competenti, fuisse latam, & sic ea non esse sententiam, *vt fuit dictum à Rota in decis. 553. nu. 8. par. 1. recent.* Licèt secus, quando per arbitrum fuisset maturè discussa illius causæ cognitio, quia tunc sine citatione posset suam sententiam ferre, *vt dicam inferius nu. 138.*

118 Extende secundo procedere, etiam quòd laudum fuisset latum ab arbitratore, *vt fuit dictum in illa Romana laudi 3. Decembris 1599. coram Penia.*

119 Fallit tamen primò, si essemus in amicabili compromisso, *vt dicunt Doctores allegati à Menoch. cons. 208. nu. 5. lib. 3. & Boer. decis. 283.*

120 Fallit secundo de Iure Canonico, quia illius dispositione laudum valet absque citatione, *vt ait Gayl. obseruat. 109. in fine lib. 1.*

121 Fallit tertiò, si laudum esset latum in vltima die termini, *vt ait Boer. in d. decis. 283. sub num. 38.*

122 Declara decimosecũdò, quòd si Arbitri pronunciant tertio electo, & eo non vocato, nulliter procedere dicuntur, *vt fuit dictum in Florentina nullitatis laudi Veneris 28. Nouembris 1597. coram Corduba, quæ est apud Marches. par. 1. fol. 1127. num. 4. de comiss.* Eò magis, si tertius eligeretur ab ipsis arbitris, quia non valet compromissum, in quo datur facultas arbitris eligendi tertium, *vt ait Rota per Card. Caual. decis. 327. num. 5.*

123 Et ideo id notandum erit, quòd tertius eligitur, quando duo dati inter se discordant, quia hoc modo perfecta probatio haberi non potest, *vt fuit dictum in Romana prati Fiani Lunæ 22. Martij 1631. coram Pirouano* Licèt in primis ad hoc, vt ille sententiare possit, debeat cõstare de eorum discordia, *vt ait Gratian. decis. 51. num. 21.*

124 Sed si fortè relatio dicti tertij sit ab aliorum relatione discordans, non sustinebitur, nisi quando alij suum votum nõ retulere, quod quidem procedit, etiam in illis arbitris electis ex necessitate, sed si illi eorum votum referant, tunc tertius cogitur sententiæ vnius inhærere, quia solus iudicare non potest, *vt ait Grat. lib. 2. discept. cap. 228. num. 11. & 12. & veluti ait Rota per Buratt. decis. 56. & ibi per addent. num. 8. & Rota decis. 294. num. 2. & decis. 354. num. 1. par. 1. recent.*

125 Et hic nota, q̃ dixi de Arbitris ex necessitate electis, ad differentiam aliorũ, qui ex mera partium voluntate eligitur, quia quando sumus in electione ex necessitate legis, vel statuti, tunc tertius non dicitur arbiter, prout dicitur de electo ex mera partium voluntate, qui dicitur verè arbiter, & perinde est, ac si omnes à principio essent electi arbitri, *vt ait Surdus cons. 452. num. 61. lib. 3. & Gabr. de arb. concl. 1. num. 1. & seqq. & Rota per Burattum in dicta decis. 56. & ibi per addent.*

126 Et hinc propterea fit, quòd quando certus homo eligitur, pro tertio auctoritate legis, vel statuti tunc illius relationi statur, licèt ab aliis duobus discrepet, quod nõ sequeretur ab electo à partibus ex prædicta ratione, quia talis non dicitur arbiter, quando eligitur ex necessitate, veluti diceretur, de eo electo, ex volũtate

tate

tate, *idem Gratian. dicto cap.* 228. *num.* 10. 11.

At secus, si essemus in peritis, qui essent electi de voluntate, & partium con sēsu, & inter eos discordarent, quia tūc, si tertius eligatur, & ab alijs discordet, tali casu nulli standum est, sed benè erit deueniendum ad nouam electionem peritorum, quod tamen intellige, procedere, quando ille fuit electus de voluntate partium, quia tunc intraret illa conclusio, *firmata à Rota in dicta decis.* 56. *per Buratt. & ibi per addent. num.* 8. Secus autem, quando tertius esset electus ex dispositione legis, vel statuti, quia tali casu, si arbitri eorum votum retulerunt, tunc tertius tenetur vni eorū (vt superius diximus) inhærere; alias solus iudicabit; Sed nota tamen, quòd facta secunda electione peritorum, non erit amplius deueniendum ad vlteriorem electionem, ne processus causæ trahatur in infinitum, *vt fuit dictum in Rom. prætij castri Fiani* 14. *Iunij* 1610. *coram Cardinali Lancellotto., quæ est penes Marches. de comiss. par.* 2. *fol.* 236. *& Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 600. *num.* 30. *Mandel. cons.* 157. *nu.* 1. *Rim. Iun. cons.* 112. *num.* 21. *lib.* 2. *& cons.* 335. *num.* 6. *lib.* 3. *allegati à Rot. ibi supra coram Lancell.*

Sed est bene verum, quòd si erronea reperiretur periti relatio, tunc ea de nouo retractari poterit, sed quando duo erunt concordes, tunc illis magis credendum erit, quàm tertio discordanti, *vt fuit resolutum à Rota per Buratt. in dicta decis.* 56. *num.* 6. *&* 7.

127 Sed si forsan Arbitri in summa discordarent, tunc standum erit illis, qui in minori concordant, cum maiori minor quātitas insit, licèt tamen id non procederet, quando de probando certo valore pretij ageretur, & quando absurdum sequeretur, si standum esset illis, qui de minori summa deponunt, vt potè si res, quæ valet decem, pro quinque daretur; nam tunc sententia, neque etiam in minori quantitate ad euitandam inæqualitatem, valeret, *vt ait Bald. cons.* 307. *vers. item sequeretur lib.* 1. *text. est in l. decem ff. locat. idem Bald. in l.* 1. *in principio C. de sent. quæ Sin. cert. quant. & Gabr. cons.* 168. *num.* 99. *lib.* 1.

128 Extende id eò magis procedere, si plus tempore dicta sententia cōtineret, & minus quantitate, veluti si vnus condemnaret in decem ad annum, & alius Arbiter in quinque ad mensem; quia tūc sententia non valeret, cum mensis plus præstationis contineat, quàm annus, & ratio est, quia licèt illa quinque sint minus quantitate, tamen mensis est plus tempore, & ideò tamquam incompatibilia non operantur, *text. est in l. Valerianus de Prætor. stipulat. l. cum in plures S. dicta ff. locat. & ita concludit Bald. in dicta l.* 1. *in princip. vers. item ille C. de sentent. quæ, &c. & Gratian. dicto cap.* 228. *num.* 16.

Declara tu tamen illam regulā, vt scilicet minor quantitas insit maiori, nō procedere, quando summæ diuersitas diuersitatem specierum constitueret, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis.* 267. *num.* 2. Et propterea videmus etiam, quòd aliquando testes magis probant, qui deponunt de minori summa, quam illi deponentes de maiori, *vt ait Rota dec.* 315. *num.* 7. *par.* 1. *recent.* Licèt regulariter de iure testes discordantes in summa, in minori dicantur contestes, *vt ait Rota decis.* 551. *num.* 1. *in fine dicta p.* 1. *recent.* Et sic igitur testes non dicuntur varij, si vnus plus deponat, quàm alter, *Rota decis.* 14. *num.* 14. *par.* 1. *recent.*

Secus autem, quando vnus plus altero deponit, & taxatiuè loqueretur, quia tunc dicerentur contrarij, *vt ait Rota decis.* 550. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*

129 Subdeclara tamē prædicta nō procedere, quando arbitri essent tres, & omnes discordarent, diuersas sententias ferendo, quia tunc fit coaceruatio summarum, & diuisio in tres partes erit facienda, & tertia ex illis vera æstimatio dicetur, *vt ait Salicet. quem sequuntur Hippol. Riminal. Castellian. Gott. Stracc. Firman. & alij, quos allegat Gratian. in sua decis.* 32. *num.* 10. *& in primo libro discept. cap.* 187. *num. secundo & lib secundo cap.* 228. *num.* 28. *& Corsett. in suo singul.* 17. *in verbo sententia alias* 348. *incipien. si tres arbitratores*, Vbi ait id, tanquam singulare esse valde notandum, *Bal. in l.* 1. *C. si seru. inter latè defendit Rimin. Iun. cons.* 212. *num.* 22 *cum seqq lib.* 2. *& cons.* 335. *num.* 15. *& sequentibus lib.* 3.

Se.

130 Secus autem, quãdo Arbitri essent electi, ex vi statuti, veluti in casu Arbitrãdæ dotis, quia tunc limitatam facultatẽ habere dicuntur, vt scilicet minus legitima arbitrari non possint, sed benè possunt eã excedere, quando non sufficeret pro dote, *vt ait Rota per Coccin. dec. 143. num. 17.*

131 Præterea hic erit notãdum, pro Coronide istius materię, quòd scilicet electio Arbitrorum spectet ad partes, non autẽ ad Iudicem, veluti etiam illa peritorum, quod quidem, tàm de iure, quàm de cõsuetudine procedit, secundum quam partes eligunt, veluti quoque electionẽ faciunt tertij, in casu discordiæ, licèt secus, si partes in illius electione dissentirent, vel in eligendo moram contraherent, quia illis casibus Iudex posset eligere, & tertium dare, cum factum Iudicis pro facto partis habeatur, vt latè ait in hac materia, *idem Cratian. dicto cap. 228. num. 17. cum pluribus seqq. lib. 2. & Franc. Marcus dec. 463. num. 2. p. 1. Menoch. de adipisc. remed. 5. nu. 168. Felin. in cap. proposuisti num. 6. & ibi Dec. nu. 39. deprob. & Rom. cons. 155. num. 4. & ibi in addit. in verbo peritis Gabr. cons. 158. num. 100. libro 2. & Rota in Rom. pratij Castri Fiani 13. Iunij 1611. coram Card. Lancellotto, quæ est penes Marches. de comiss. par. 2. fol. 237.*

132 Contrarium licèt teneat, *idem Franciscus Marcus in decis. 464. num. tertio dicta parte prima*. Vbi loquitur de arbitratoribus, dicens, quòd erit in potestate partium, si velint eligere tertiũ, quando arbitratores erunt discordes, & ratio est, quia isti arbitratores ad instar proxenetarum sunt redacti, vnde veluti proxenetæ non possunt cogi ad electionem tertij, quia illi debent alloqui testibus, ita arbitratores de negotio sibi commisso, cum partibus se informare tenentur, aliàs nullitèr procedere dicerentur, *vt ait dictus Franciscus Marcus dicta decis. 464. num. primo, & secundo parte prima, & ita fuit quoque decisum à Rota in Romana domus Veneris 23. Maij 1614. coram Buratto, quæ est in eius impræss. decis. 56. num. primo cum sequentibus*, Et ibi potissimũ firmatur, quod ratio, & præsentia partis sit necessaria in æstimatione à peritis fienda, etiamsi illi extraiudicialiter à partibus electi fuissent, quia cognitio, etiam extraiudicialis sine præsentia partium haberi non potest, *vt fuit dictum in Romana Pecuniaria 18. Aprilis 1616. coram Vbaldo, & in Nepesina Laudi 15. Ianuarij 1620. coram Cardinali Caualerio, quæ est in eius impræssis decis. 527. num. secundo, & optimè facit Surdus in Consilio 452. num. 66.*

133 Declara decimotertiò, quòd Arbiter non possit de Iure suam Sententiam corrigere, & emendare, licèt tamen id ei de consensu partium concedi possit, *vt ait idem Franciscus Marc. decis. 547. num. 21.*

134 Extende idem procedere etiam in Iudice, qui malè Iudicans non potest illius sententiam inde reuocare, *vt fuit dictum à Rota in decis. 264. parte prima in recent.*

135 Fallit tamen, quando essemus intra tempus instantię, siue termini pro seruato habiti, quia tunc eam annullare, & reuocare poterit, si tamen ea nondum publicata fuerit, idq. eò magis procederet, quando non per cedulam, sed per decretum Iudex sententiauerit, quia tunc illius Iurisdictio expirata non diceretur, *vt ait Caualcan. in sua decis. 17. num. 45.* Et latè dixi in verbo Actus, & latiùs Deo dante dicam in verbo Iudex.

136 Extende prædicta procedere, quando essemus in Iudice Ordinario, qui si de iniquitate suæ sententiæ cognoscere non potest, poterit tamen iterum de illius nullitate videre, *vt dicunt Doctores allegati à Salustio Tiberio in sua praxi tit. de reposit. cap. 52.*

137 Rursus hic erit animaduertendum, quòd arbitri in Iudicando, debent in aliquo loco sedere, dummodo tamen locus, vbi sedent, sit honestus, *vt ait Franciscus Marcus in sua decis. 521. num 3. par. 1.*

Immò, quòd possint in laudando, & sententiando Iudices stare, & sedere, & præcipuè si stylus ita fieri permittat, *ait Card. Seraph. decis. 1441. num. 6.* Veluti quoque sustineretur Sententia lata de nocte, si ita dictus stylus approbaret, aliàs de Iure nõ sustineretur, licèt tam idẽ nõ seruetur in Curia, & in eo Iudice, qui multitudine negotiorum esset valdè implicitus, *vt ait Greg. dec. 131. n. 3. & seqq.*

133 Sed est benè verum, quòd suam sen
tentiam ferre poterunt absque citatio-
ne, dummodo tamen illius causæ cogni-
tio maturè præcesserit, *vt fuit dictum à
Rota in vna Mantuana bonorum 20.
Februarij 1576. coram Verallo* Secus igi
tur, quando maturè negocium prius nõ
fuerit discussum, quia tũc citatio esset
necessaria, etiam in declaratione arbitra
toris, extraiudicialiter procedete deben
tis, sed nota hic tamẽ, ꝙ matura discussio
negotij nunquam haberi potest sine vo-
catione, vel partium præsentia, *vt fuit
decisum in Romana Domus Veneris 4.
Iulij 1614. coram Buratto, quæ est in eius
impræssis decis. 70.* Imò, vt dixi *sub num.*
116. Citatio in ferendo laudo est neces
saria, etiam si Compromissum esset fa-
ctum de iure, & de facto. Vnde concor
dare possumus, vt prima opinio proce-
dat, quando prius matura discussio præ-
cesserit illius causæ, ita vt de ea nil aliud
hæsitandum remaneret. Secunda verò,
quando secus, cum ęstimatio, siue lau-
dum ferri non possit, sine citatione, aut
partis præsentia, quamuis tamen vnica
sufficeret facta, ad audiendum laudum
sine particulari citatione ad alia, *vt ait
Cardinalis Caualerius decis. 527. num.
secundo, & tertio* Licèt in dubio arbitra-
tores præsumãtur audiuisse partes extra
iudicialiter, super re, per ipsos declaran-
da, *vt ait Rota decis. 52. num. 7. par. 3.
recent.*

139 Rursus nota, ꝙ arbitri in senten-
tiando, possunt salarium sibi debitum
recipere, *vt ait Gratianus libro 4. discep
tat. cap. 618. num. 23.* Quod tamen in-
tellige non procedere pro illis partitis,
quæ arbiter remisisset ad Iudicem, quia
tunc, cum ipse nullum opus in illis deci-
dendis adhibuerit, & sic, cum ita inde-
cisæ nulli prosint, nequè minus de illis
cõpẽsatio vlla ab vno peti possit cum ad-
versario, meritò, si pro illis ipsi nulla mer
ces debeatur, *iuxta ea, quæ fuerunt dicta
à Rota in Rom. dotis 14. Iunij 1630.
coram Motmanno.*

140 Declara decimoquintò, quòd acta
facta coram Arbitratoribus, non probãt
coram Iudice Ordinario, cum ea in for-
ma Iudicij facta non fuerint. *Felinus in
capitulo præsentata numero 12. de testi-
bus Mascardus de probat. conclusio 33.
numero quarto lib. primo, cum alijs ibi
per eum alleg.*

141 Subdeclara tamen, quòd ea acta fa-
cta coram Arbitris, à quibus postea fuit
appellatum, sunt transportanda ad Iudi-
cem ad quem, *vt fuit dictum à Rota per
Gregorium decis. 300. num. 2.*

Item, quòd arbitri sententia, siue il-
lius acta non valeant coram Iudice, co-
ram quo deberet de nouo libellus por-
rigi lis contestari, ac de calumnia Iurari,
ait Capic. d. decis. 47. nu. 2. & 5.

Extende, quòd neque etiam pars te-
neatur stare dicto testium corã arbitro
examinatorum, sed illos repeti facere
potest, si pars, contra quam producun-
tur, illis stare recusaret, *vt ait idem Ca-
pic. dicta decis. 47. num. 4.*

142 Restat modo videndum, quinam
possint esse Arbitri, & Arbitratores, &
qui non; Vndè in primis erit sciendum,
quòd Monachus non potest esse Arbi-
ter, sed Arbitrator, *vt fuit dictum à Rot.
in Ciuitatis Castelli hereditatis, seu nul-
litatis laudi. Veneris 14. Ianuarij 1605.
coram Gregorio Decimo Quinto, quæ est
in eius impræssis decis. 204. num. 9.*

143 Extende primò idem procedere in
muliere, quæ non potest esse Arbitra,
etiam si in compromisso adesset Iura-
mentum, sed bene potest esse Arbitra-
trix, & propterea in dubio erit præsumẽ
dum, eam vti Arbitraticem tulisse lau-
dum, etiamsi illa forma Iuris seruata pro
cesserit, & sine dubio, quando non ser-
uata illa forma processisset, *vt fuit deci-
sum à Rota in Romana tutelæ de fabijs co
ram Cardinali Seraphino, quæ est in eius
impræssis decis. 697. & 698. & corã Grego
rio in dicta decis. 204. num. 10. & 11.*

144 Declara tamen, quòd mulier possit
esse arbitratrix, quando scilicet ei iudi-
care permittitur, aliàs secus, *vt ait Gra
tianus libro primo discept. cap. 238. num.
85. & 86.*

145 Amplia dictam declarationem eò
magis procedere, vbi de salute animæ
ageretur, veluti si essemus in malè abla
tis restituendis, vel in causa decima-
rum, in quibus, cum de apicibus Iuris nõ
disputetur, idcircò in his mulieres se in-
gerere possunt, *vt ait Decius in lege
fœmina de reg. Iur. & Cæteri Doctores
allegati à Gratiano in præcitato loco.*

num.

num. 86. cum seqq. & text. est in c. dua 19. quæstione secunda Archid. in capitulo scriptum vers. secundum alios 6. quest. 3. & Borel. de compromiss. §. 2. glos. 4. nu. 19. & glos. 1. d. §. 2.

146 Extende secundò regulam non procedere, quando versaremur in Iuribus Ecclesiæ, quę remitti nō possunt in arbitriū alicuius, cū facultate procedēdi de Iure, & de facto in procedendo, sed solum de Iure in decidendo, & præsertim, quando Arbiter esset persona secularis, quæ de rebus Ecclesiæ cognoscere non potest, etiamsi essemus in quocumque iudicio possessorio, & prædicta præcipuè procederent, quando compromissum de rebus Ecclesiæ esset factum, absque consensu Episcopi, & Papæ, quia tunc illud hoc modo factum successoribus non præiudicaret, *vt ait Caputaq. decisione 565. parte prima & Guidopap. decis. 69. num. 2.*

147 Et ratio istius extensionis ea est, quia ex tali compromisso sequi posset alienatio, quæ neque etiam per Episcopum fieri potest, absque consensu superioris, *vt ait Gratian. lib. 4. disceptatione capitulo 674. numero 13. cum sequentibus.*

148 Declara tamen, q̄ quamuis Iudex secularis non possit in causis spiritualibus effici arbiter, potest tamen esse simul cum Clerico, licet non possit simul delegari cum eo; & ratio est, quia Delegatus habet Iurisdictionem, quam Arbiter habere non potest, Vnde sequitur, quòd vbi viget diuersum ius, ibi viget diuersa ratio, cum ex diuersis illatio non fiat, sed in primò casu secularis ratione concomitantiæ habilitatur à Clerico, sed non è contra, etiamsi seculares essent duo Arbitri, & Clericus esset solus, quia habemus, quòd actus indiuiduus semper recipit nomen à parte digniori, quamuis ea esset numero, & quantitate minor, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano libro secundo disceptationum c. 238. nu. 44. cum alijs ibi allegatis.*

149 Subdeclara primò prædicta non procedere, quando licentia, & superioris auctoritas intercederet, qua enim mediante, quilibet potest esse Arbiter, & Arbitrator super spiritualibus, & in hoc solus consensus Episcopi sufficeret, siue etiam Delegati, ad quem causæ spiritualis cognitio spectat, & multò magis, Papæ, qui potest delegare causas Iudici seculari, etiam criminales clericorum, cū ea, quæ sunt Iurisdictionis delegare possit, at secus, quæ sunt ordinis, *vt ait Alexander Ambrosin. in commentar. Bullæ Gregor. XIV. de imunit. & libert. Eccles. capitulo 18. num. 1. & sequenti*; Licèt *sub num. tertio*, Dicat id non procedere in Episcopis, ac cæteris ordinarijs, qui causas criminales clericorum Iudici laico non delegant, etiamsi vnà cum laico cōmitteretur Ecclesiastico, veluti neque etiam clerico coniugato, *vt dicunt Doctores allegati per Ambrosinum ibi supra. ibidem ait Mandos. regula 27. num. 12. de non iudic. iuxta form. supplicat. quæstione quinta, & Guidopapa decis. 69. in verbo Episcopi*

Subdeclara secūdò prędicta nō procedere, quando essemus in materia possessorij rei beneficialis, quia tunc benè in Iudicem secularem compromitti posset, cum possessorium, etiam in beneficialibus sit temporale. *vt ait Guidopapa in dicta decisione 69. num. secundo*, vbi testatur de tali obseruantia in illa Curia, *& nouissimè d. Alexander Ambrosinus in Commentar. in Bullam Gregarij Decimi Quarti de immunitate, & libertate Eccles. capitulo 20. num. 61.* Et ibi docet, quando Iudex secularis in causa possessorij rei Ecclesiasticæ se ingerere possit, quem per te videre poteris.

150 Vltimò erit notandum, quę verba importent arbitrium boni viri, & illud importare videtur illa clausula (si ita expediri iudicauerit) *veluti fuit dictum in Comen. habitus Lunæ 14. Maij 1607. coram Iusto, quæ est inter Crimin. Farinac. decis. 243. num. 2.*

151 Extende, quòd etiam facultas, siue potestas faciendi concessa ei, qui prius habebat facultatem, liberum arbitrium, & absolutum inducit, veluti si loqueretur per verbum (liceat) quod sumitur pro libero arbitrio, secus autem, si potestas concederetur ei, qui prius talem facultatem non haberet, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano lib. 3. discept. capitulo 442. num. primo, & secundo*

vel infirmitate, vel alia causa esset impeditus, siue esset absens, vel non procedit, siue lentè procedit, *vt fuit dictum in Macraten. dotis 10. Martij 1581. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 506. num. 4. & 5. idemquè ait Rota decis. 259. num. 7. par. 2. diuersorum coram eodem Seraphino, & decis. 497. num. 2. par. 1. diuers.*

3 Extende primò, quòd Iudici dicatur arbitrarium, si sententia sit antiqua, vel nō, iuxta comunem opinionem, *vt fuit dictum in Meliten. præcedentiæ Veneris 5. Decembris 1578. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impræssis decis. 381. num. 11. & est dec. 438. n. 7. p. 1. diuers.*

4 Sed est benè verum, quòd illa præsūptio, quæ ex antiquitate oritur, per contradictionem facilè elidi potest, *vt fuit dictum in vna Tudertina bonorum 23. Maij 1569. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impræssis dec. 76. num. 1.*

5 Extende secundò, quòd arbitrarium sit Iudici admittere testes consanguineos, vel non, in causa ciuili, & propterea erit notandum, quòd frater erit admittendus pro alio fratre, quando causa non sit grauis, vel ardua, *vt ait Rota dec. 342. n. 2. 3. & 4. par. 1. diuers.*

Veluti eodem modo dicitur de sorore, quæ potest esse testis pro alia sorore in causa matrimonij, & præsertim, quando non est disparitas inter coniuges, *vt ait Rot. in decis. 147. num. 23 p. 1. recent.* Licèt secus, vbi ageretur de dirimendo matrimonio, quia tunc testes debēt esse omni exceptione maiores, & quando dicantur tales, Iudicis arbitrio venit remittendum, *vt ait Rota dicta decis. 147. num. 2. & 5.*

Contrariū tamen habetur, *in dec. 207. num. 4. d. p. 1. recent.* Vbi ait, quòd soror non est idonea testis ad fauorem alterius sororis.

Cōcorda tu igitur, vt prima opinio procedat, vbi agitur non de dirimendo matrimonio, sed de eo contrahendo, & quādo nō est disparitas inter contrahentes. Secunda verò, vbi ageretur de eo dirimendo, & contrahentes essent disparis conditionis, tàm in natalibus, quàm in diuitijs, *vt benè colligitur ex dictis decisionibus 147. num. 23. & 207. num. 4.*

6 Extende tertiò, quòd arbitrariū sit Iudici, quando causa sit grauis, vel leuis, *vt fuit dictum in Cartaginen. Iurisdictionis 27. Nouembris 1587. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impræssis decis. 710. num. 3.*

7 Extende quartò idem procedere in familiari, quem Iudex poterit admittere, vel repellere attenta affectionis qualitate, *vt ait Rota decis. 337. num. 1. par. 1. diuers.*

8 Subextende primò, quòd stetur illius arbitrio, quando testes sint habiles, & omni exceptione maiores, *vt ait Rota apud Farinac. decis. crimin. 249. num. 1. & & in Ferrarien. bonorum, idest matrimonij 18. Iunij 1610. coram Ortembergo, & decis. 147. num. 2. parte prima recent.*

Sed re vera testes omni exceptione maiores illi dicuntur, qui nulla legitima exceptione repelli possunt, *vt ait Rota decis. 147. num. 16. par. 1. recent. & Buratt. decis. 458. & ibi in addit.*

Declara tamen prædicta procedere, nempè testes debere esse omni exceptione maiores, in probationibus reprobatorijs, at secus ad probandum aliquod instrumentum, quia tunc non tam rigorosè proceditur, & præsertim in Rota, sed in dubio testes integri præsumuntur, donec contrarium probetur, *vt fuit dictum in dicta Ferrarien. bonorum coram Ortembergo, Greg. decis. 351. num. 1.*

Sed nota, quòd habilitas, siue inhabilitas testium venit considerandà tempore suæ depositionis, *vt ait Rota decis. 147. num. 22. par. 1. recent. & Grat. libro secundo discept. capitulo 277. numero sexto.*

9 Subextende secundò, quòd etiam testibus exceptiones patientibus, potest fidem adhibere Iudex, *vt fuit dictum in Conchen. limitum 19. Ianuarij 1596. coram Cardinali Blanchetto*, Et præsertim, quando essemus in teste paupere & vili, quia illi quādo sūt probatæ vitæ, siue vbi aliàs veritas haberi non posset, tunc non sunt reijciendi, vel saltem in totum in quacunque causa, *vt fuit dictum à Rota coram Buratto in sua decisione 359. numero 14. & sequenti, & multa dixi in conclusione 155. sub numero 63.*

& Grat. lib. ſecundo diſcept. c. 277. n. 4.

10 Subextende tertiò id adeò valere, vt propterea Iudex poterit non adhibere fidem teſtibus plenè probantibus, & non probantibus eam adhibere, *Bart. in l. Lucius ff. de his, qui not. infam. Dec. conſilio 94. num. 1. & conſ. 105. num. 5. & conſ. 165. in fine Curt. Iun. conſ. 106. n. 2. & conſ. 178. col. 5.* Et ratio prædictorum eſt, quia multum defertur Iudici in materia teſtium, *vt ait Rota deciſ. 246. num. 3. par. 3. recent.*

11 Subextende quartò, quòd etiam præſumptionibus, & coniecturijs poteſt fidẽ adhibere, *Dec. conſ. 510. nu. 1. per tex. in c. affectæ de præſumpt. & in conſ. 577. num. ſecundo, & conſ. 650. nu. 3. Pariſ. conſ. 75. n. 21. lib. 1. conſ. 88. n. 52. lib. 3.*

12 Et ratio eſt, quia illa probatio dicitur ſufficiens, quæ inducit Iudicem ad ita credendum, *Soc. conſ. 11. lib. 3. & conſ. 98 num. 8. lib. 4. Dec. dicto conſ. 510. n. 3.* Imò quod poſſit eius animũ ex diuerſis præſũptionibus informare, *ait Dec. conſ. 577. Bertrand. conſ. 154. num. 7. vol. 9. & facit deciſ. Buratti 544. num. 16.*

13 Et eò magis prædicta procederent, quando eſt Iudex deputatus à Principe, qui iuxta conſcientiam iudicare poteſt, *Decius conſ. 200. in fine Guidopap. in ſua quæſt. 29. Iaſ. in l. quominus in ſecundo not. de Flum. Aym. conſ. 198. num. 7. & Gramat. deciſ. 19. num. 53.*

14 Sed eſt benè verum, quòd quando Iudex ſe informat, non poteſt mentem ſuam ad vnam tantum ſpeciem probationis applicare, ſed ex varijs ſe informare, *Rota in Interamnen. affictus 29. Martij 1596. coram Litta.*

Quod tamen declara verum, dummodo ex actis productis animum ſuum informet, at ſecus ſi id fieret extra acta, quia Iudici non dicitur liquere, niſi inter partes fuerit diſcurſum de negotio, & ex actis iudicet, *vt ait Gard. Mantic. deciſ. 33. num. 10. & deciſ. 173. num. 2. par. 3. recent. & prius in Romana bonorum 25. Maij 1572. coram Binarino,* Et ratio eſt, quia Iudici non creditur, quando eius fides ex actis non comprobatur, *vt fuit dictum à Rot. in Placentina Capellaniæ 13. Ianuarij 1597. coram Card. Seraphino. & in Pampilonen. Sepulturæ Merturij 27. Maij 1609. coram Gregorio XV. & prius in Lauden. deuolutionis 23. Martij 1594. coram Corduba idem Gregor. deciſ. 1. & ibi multa in addit. & Magon. deciſ. 22. Rotæ Lucen.*

Subextende ea, quæ fuerunt dicta de Iudice, non viſis actis in cauſa ſententiãte procedere, etiamſi probationes eſſent in actis, ſed Iudex illas non viderit, *vt ait Rot. per Cardinalem Caualerium deciſ. 203. num. 6.*

Fallit tamen, quando Iudex ſe informaret ad ſui inſtructionẽ, quia tunc ſufficit, quòd ſe informet ſummariè, ac parte non citata, *vt ait Scacc. de Iudic. cauſ. ciuil. cap. 9. num. 90.*

15 Extende quintò, quòd ſit in arbitrio Iudicis declarare, ad quod tempus referri debet depoſitio teſtis deponentis, cũ illa dictione (in circa) & licet aliqando tres, vel quatuor annos contineat; tamen ad hunc effectum sũt attendendæ coniecturæ veriſimilitudines, & ſubiecta materia, *vt fuit dictum in Parmen. ſtatutus 18. Martij 1602. coram Card. Mellino, quæ eſt inter Crim. Farinac dec. 172. n. 1. & in eadẽ Lunæ tertia Decẽbris 1607. corã Gregorio, quæ eſt in eius impreſſis dec. 344. n. 9. & apud eundem Farinaccium eſt deciſ. 246. num. 5. & 6.*

Declara tamen id regulariter non eſſe verum, quia teſtes deponentes per iſtam dictionem, incirca, plus, & minus, ſiue ferè, vltra, & de ſimilibus, non probant quaſi, quòd eorum probatio hoc modo dicatur dubia, & incerta, & quòd per conſequens illi non dicantur aliquã rem, ſiue aliquod tempus probare, imò iſto caſu contra producentem eſſet faciẽda interpretatio, & præcipuè prædicta procederent, quando teſtis deponeret per viam alternatiuæ, vel, vt ſi diceret talis poſſedit nouem annis, vel plus, cum alternatiua accipiatur in eo, quòd eſt minus, At ſecus, ſi loqueretur copulatiuè dicendo aliquem poſſediſſe nouem annis, & plus, quia tunc probaret de modico tempore plus, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano lib. ſecundo diſcept. c. 277. num. 11. cum ſeqq.*

Concordari tamen poſſunt huiuſmodi opiniones hoc pacto, nempe, vt prima procedat, quando vis non eſt tempore, aut quantitate præciſa, quia tunc Iudex ex illius arbitrio, poſſet reducere eam

di-

dictionẽ (in circa) ad modicam quantitatem. Secunda vero opinio procedit, quando agitur de probatione certæ, & determinatæ mensuræ, quia tunc huiusmodi testes nhil probant, neque per consequens potest Iudex, circa hanc dictionem, in circa, vllum arbitrium dare, *vt fuit dictum à Rota in Parmen. status 3. Decembris 1607. coram Gregorio, & alij Doctores allegati à Grat. lib. secundo discept. cap. 277. num. 24. & seqq.*

Et propterea videmus, quòd testis obscure deponens, per eam dictionem, in circa, potest à Iudice repeti, ad hoc, vt suam declarat depositionem, at secus si deponeret, per verba parum plus, vel minus, in materia liquidationis, quia tunc talis rigor non atrenditur, sed tunc dictũ tale sustinetur in modico, in teste tali modo deponente, & sic in minori summa, in qua alii conueniunt illius dictum erit verificandum, quia isto casu semper media interpretatio erit sumẽda, *vt ait Gratian. ibi supra num. 22. & 23.*

16 Extende sextò, quòd arbitrarium sit quoque Iudici diminuere depositionem testis famuli, maximè si sit pauper, & vilis, quia istæ qualitates faciunt, vt ei de fide diminuatur, *vt fuit dictum in Romana frumenti 20. Februarij 1587. corã Cardinali Seraphino, quæ est in eius impræssis decis. 768. num. 1.*

17 Subextende, quòd illi sit pari modo arbitrarium cognoscere, an quis sit pauper, vel non, ex communi, *vt ait Rota decis. 48. num. 1. par. 2. diuers. & penes Farinac. decis. 13. & Riccius in sua collectanea par. 4.* Et ibi multos alios casus recenset, qui arbitrio Iudicis veniunt terminandi.

18 Quã tamẽ subextẽtionẽ intellige verã, vbi agitur simpliciter, & absolutè, At secus si respectu alicuius certi, & determinãti effectus, veluti respectu alicuius debiti soluẽdi, quia tunc ille diceretur pauper, cuius facultates, pro illius debiti solutione non sufficerent, *vt benè declarat Rota ibi supra num. 2. & per Cardinalem Cauallerium decis. 120. num. 1.* Vbi ait, vt in hoc, omisso vtroquæ extremo rigoroso, seruetur æquitas per Iudicem.

19 Extẽde septimò, quòd sit remittendũ Iudicis arbitrio, an res dicatur facta incontinenti, vel ex interuallo, ad effectũ inducendi coresspectiuitatem, *vt fuit dictum in Placentina bonorum 13. Aprilis 1584. coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impræssis decis. 660. num. 7. & per Burattum decis. 544. num. 16. & Ioseph. Ludouicus decis. 24.*

20 Extende octauò, quòd Arbitrarium Iudici sit considerare habilitatem memoriæ, *vt ait Rota decis. 303. num. 4. p. 1. diuers.*

21 Extende nonò, quòd sit eidem arbitrarium iudicare, quæ sit celeris satisfactio, *Rota decis. 572. num. 2. dicta par. 1. diuers.*

22 Extende decimò, quòd sit illi arbitrarium oblationem partis reijcere, vel admittere. *Rota decis. 475. num. nono dicta par. 1. diuers.*

23 Extende vndecimò, quòd illi sit arbitrarium super probatione valoris alicuius rei, *vt ait Rota decis. 302. num. 3. p. 1. diuers.*

24 Extende decimosecundò, quòd arbitrarium sit Iudici decernere, anquis furiosus, vel mentecaptus habuerit dilucida interualla, vel, non ad effectum validitatis actus, per eum ritè, & rectè facti, *vt ait Rota decis. 129. num. 18. par. secunda diuers.*

25 Extende decimotertiò, quòd illi sit arbitrarium decernere quanta vtilitas esse debeat Ecclesiæ tempore concessionis, vt res in Emphiteusim possit concedi, *vt ait Rota decis. 664. num. secundo par. 1. diuers.*

26 Extende decimoquartò, quòd sit illi arbitrarium deferre Iuramentum patienti damna, & interesse, etiam stante pacto super illis vallato, *Rota decis. 467. num. 4. par. 1. diuers.*

Quod tamen intellige verum, quando summa non esset magna, & considerabilis, ita vt, ex ea facile dolus argui posset, quia tunc Iudex tale Iuramentũ deferre non posset, nisi concurrerent coniecturæ, & verisimilitudines, ex quibus moueri posset, ad ita credendum, *Afflict. decis. 91. & Rota ibi supra.*

27 Extende decimoquintò, quòd sit eidem arbitrarium terminare, quãdo quis dicatur assiduè in loco habitare, *Rota decis. 105. num. quarto parte 2. diuers.*

Ex-

28 Extende decimosextò, quòd Arbitrarium est Iudici iudieare, an quin sit mortuus ex prima, vel ex secunda causa, *Rot. decis. 70. num. 7. dicta par. 1. diuers.*

29 Extende decimoseptimò, quòd sit eidem Arbitrarium, an sit facienda specificatio diei in libello in causa criminali, vel non, *Rota decis. 431. num. 3. par. 1. diuers.*

30 Extēde decimooctauò, quòd Iudici remittatur, quantum falsitatis præsumptiones operentur, *vt fuit dictum in Ciuitaten. præstimoniorum 23. Octobris 1589. coram Clemente Octauo, quæ est inter Crimin. Farinac. decis. 42. num. 5.*

31 Extende decimononò, quòd stetur illius arbitrio in materia liquidationis fructuum, per testes faciendæ, *vt ait Card. Seraph. decis. 955. num. 4.* Et ratio est, quia ista materia eum sit difficilis probationis, ideò admittuntur coniecturæ, testes singulares, & datur Iuramentum in supplementum, iudicis arbitrio. *Rot. decis. 767. num. 3. par. 3. recent.*

32 Subextende idem procedere in materia taxationis apparatuum, quia est Iudici arbitraria, *vt ait idem Card. Seraph. decis. 1464. num. 2. in Bonon. pecuniaria 1603.*

33 Extende vigesimò, quòd materia separationis Thori est Iudici arbitraria, nō solum ratione subiectæ materiæ separationis, verum etiam iusti metus, *vt ait idem Card. Seraph. decis. 226. num. 1. Abb. in c. litteras num. 7. de restit. spol. l. metus causa ff. ex quibus caus. maior. & infinitos allegat Menoch. de arbitr. cas. 135. lib. 2. centur. 2.*

34 Et hinc propterea quoq. fit, q' est positū in arbitrio Iudicis dignoscere, An, & quando Viri sæuitia tanta sit, vt non deceat fragilitati cautionum vxorem trepidantem committere, *vt ait Rota decis. 39. num. 2. & 156. num. 3. inter crim. Farinac. & Card. Seraph. dicta dec. 226. num. 1. & ita fuit resolutum à Rota in Romana separationis Thori Veneris 1. Martij 1630. coram Merlino.*

35 Et nota, q ad probādā sæuitiā viri in vxorem multum faciunt acres iniuriæ, minæ de occidendo, nec non præcipuè insidiæ vitæ vxoris, per venena, & maximè sæpius propinata, & eò magis si prius intercessisset, per vxorem quærela contra virum, super venefitio porrecta, & in vim illius fuisset careeratio sequuta, ac eidem illata, & repetita tortura, ex quibus odia ferè implacabilia oriuntur, quæ iustam causam faciendi diuortium inter coniuges præbent, cum ad hunc effectū solus metus futuræ seuitiæ, vel alterius grauis mali sufficiat, & præsertim in muliere, in qua, tāquā fragilis sexus, ac imbecilioris ingenij, minor metus requiritur, quàm in viro, *vt fuit latè deductum in Toletana separationis Thori coram Card. Pamph. allegat. in illa Romana separationis coram Merlino.*

36 Et in materia, quando dubitatur per virum fuisse vxori propinatum venenū, tali casu assertioni medieorum erit standum, *vt ait Caball. resol. 181. nu. 3. & Gomes var. resol. tom. 3. c. 3. num. 8. & Rota ibi coram Merlino.*

37 Extende prædicta in tantum procedere, vt propterea testes, etiam singulares ad eundem finem probationis tendentes, sufficiant, & præsertim in crimine atrocissimo, ac difficilis probationis, vt est illud veneni, & præsertim, quando illi testes deponerent super eo, quòd maritus erat solitus contra vxorem insæuire, & quod illius vitæ insidias parasset, & in illius necem conspirasset, *vt ait Rota in dicta Toletana separationis Thori, coram Card. Pamphilio, & per Gregorium Decimum Quintum decis. 374. n. 21 & decis. 156. num. 2. inter Crim. Farinac. & alij Doctores allegati à Rota in illa Romana separationis thori corā Merlino.* Secus autem, vbi testes non fuissēt examinati, cū in interogatorijs partis aduersæ, nequè sufficienter appareret de rationabilitate metus vxoris, ac de illius vitæ periculo, *vt fuit dictum à Rota decis. 250. inter Crim. Farinac.*

38 Declara tamen prædicta nō procedere, vbi cautio securtatis aliquo modo sufficere potest, quia tunc ad separationem nō esset deueniēdum, per ea, quæ dixi in verbo adulterium, *& veluti ita fuit consideratum à Rota in dicta Romana separationis coram Merlino, & vide in hoc concl. 89. num. 308. & prius conclus. 59. sub num. 74.*

39 Declara tamen vltimo loco, quòd in arbitrarijs Iudex redargui non potest de eo, quòd fecit, quia semper præsumitur

ex

ex iusta, & rationabili causa motus, *vt fuit dictum à Rota in vna Farsen. pecuniaria Luna 21. Aprilis 1603. coram Gregorio, quæ est in eius im præssis decis.* 106. *num.* 2. & *decis.* 47. *de appellat. in nou. & Ludouic. decis.* 2. & 3. *Rot. Lucen. & Rota in decis.* 514. *num.* 4. *in fin. par.* 3. *recent.* Ait, quòd quando aliquid Iudicis arbitrio remittitur, semper intelligitur de iusto, & regulato arbitrio, & ideò à Iudice sperandum est id, quod de Iure fieri opportet, *Benint. decis.* 31. & *Ludouic. decis. Lucens.* 4. & 24. licet *Magon. decis.* 23. *num.* 16. dicat, quòd in Iudicis arbitrio pauca sunt relinquenda tantùm.

ARGVMENTVM

ARBITRIVM ROTAE QVANDO intret, & quando non

CONCLVSIO CXXXV.

1 Hæc sanè materia est pulchra, & sæpè contingibilis in Curia, & præcipuè circa nullitates, quæ sæpè in processibus inueniuntur, & propterea pro curandis dictorum processuum nullitatibus, opus est recurrere pro medela ad Signaturam Sanctissimi, illi porrigendo Cõmissiones sanatorias nullitatis sententiæ, vel examinis testium, & similium; Verum, quia in huiusmodi materia regularitèr per eandemmet Signaturam solet in dictis commissionibus apponi illa clausula (Arbitrio Rotæ) veluti quoque solet fieri per ipsammet Rotã in aliquibus casibus. Hinc ꝑpa fit, quòd ibi per Dominos venit necessariò disputandum, an intret Arbitrium, necne.

2 Sed est benè verum, quòd in primis pro maiori intelligentia præsentis materiæ pulchra erunt in præmittẽda, & primò notandum erit, ꝗ istud Arbitriũ debet regulari in iudicando, prout de Iure, quia illud debet esse iuri, ac legibus conformum, *vt ait Card. Seraph. decis.* 107. *num.* 1. & *Rota decis.* 348. *num.* 4. *par.* 3. *diuers. Cæsar de Graff. decis.* 7. *num.* 7. & *decis.* 8. *num.* 2. & 4. *de sentent. & re iudic. & Rota per Gregorium decis.* 189. *num.* 3. & *decis.* 221 *num.* 1. & *dec.* 465. *num.* 1. & *in* 1. *par. recent. decis.* 547. *n.* 1. & *decis.* 648. *num.* 6. & *decis.* 476. *n.* 1. & *prius decis.* 179. *num.* 1. & *dec.* 235. *num.* 1. & *decis.* 450. *num.* 1. & *dec.* 587. *num.* 1. & *decis.* 669. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* & *decis.* 698. *num.* 1. & *prius decis.* 326. *num.* 6. *Cardinalis Seraphinus decis.* 29. *num.* 4. *Rota decis.* 81. *num.* 2. & *decis.* 101. *num.* 1. & *decis.* 234. *num.* 1. & *decis.* 537. *eodem num.* 1. *p.* 3. *recent.*

3 Extende istud primum notabile eò magis procedere, si clausula ista (Arbitrio Rotæ) esset apposita in prima commissione, & præsertim, quando commissio emanauit à Signtura Iustitiæ, quæ non facit rescripta gratiosa, seu ab ordine Iuris aberrantia, licèt ista clausula sit satis ampla, quando æquitas concurrit, vt mox dicam & *vt ait Rota decis.* 363. *nu.* 1. *par.* 2. *in recent.* & *ita fuit dictum in Romana Cottiuij.* 6. *Martij* 1606. *coram Cardinali Sacrato, & in alia Hispalen. præbeminentiarum Veneris* 24. *Ianuarij* 1614. *coram eodem.*

4 Secundò nota, quòd licèt arbitrium sit regulandum, prout de Iure, solet tamen semper aliquid de rigore Iuris remittere ita ut relicto rigoroso extremo, æquitas seruanda veniat, *vt ait Crescent decis.* 4. *num.* 3. *de testib.* & *Rota decis.* 365. *n.* 1. *par.* 1. *in recent,* & *prius decis.* 85. *nu.* 4. & *decis.* 179. *num.* 2. & *decis.* 462. *n.* 3. & *Rota in Recanaten. separationis Thori* 8. *Iunii* 1618. *coram Pamphilio,* & *postea* 5. *Aprilis* 1619. *coram eodem,* & *in eadem* 20. *Martij* 1620. *coram Vbaldo,* & *Rota decis.* 284. *num.* 5. & *decis.* 440. & *dec.* 450. *n.* 1. & *dec.* 506. & 587. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* & *ibidem decis.* 607. *nu.* 2. & *per Cardinalem Seraphinum decis.* 1154. *num.* 1. & *per Burattum decis.* 15. *num.* 3. & *decis.* 251 *num.* 1. *in fine* & *decis.* 498. *num.* 4. *in fine par.* 3. *recent.* & *prius in decis.* 165. *num.* 2. & *decis.* 251. *num.* 1. *dicta par.* 3 *recent.*

5 Rursus, ꝗ dicta clausula operetur, vt relicto rigoroso extremo, æquitas sit seruanda, *ait Rota decis.* 506. *num.* 1. *d. par.* 2. *recent.* & *in prima par. decis.* 462. *num.* 3. & *decis.* 434. *num.* 3. & *decis.* 440. *n.* 8. & *decis.* 450. *num.* 1. *dicta par.* 2 *recent.* & *per Gregorium Decimum Quintũ decis.* 361. *num.* 2. & 369. *num.* 8. *Card. Seraphinus decis.* 1154. *num.* 1.

6 Extende id eò magis procedere suadẽ

te

te æquitate, vel aliqua iusta causa, *vt fuit dictum in Genuen. Viridarij 1595. coram Cardinali Seraphino, & in Perusina dotis 15. Maij 1598. coram Penia, & in alia firmana Iuris Patronatus 15. Ianuarij 1614. coram Coccino.*

7 Declara igitur id in tantum esse verum, quòd si non concurrat æquitas, vel alia rationabilis causa, à rigore Iuris non esset recedendum, *vt fuit dictum in vna Tirasonen. coram Scotto, quæ est apud Marchesf. de comiss. tom. 1. fol. 344. & Card. Seraphinus decis. 1154. num. 1. & Rota decis. 586. num. 1. in fine, & cap. 688. nu. 1. p. 3. recent. & prius ibidem in decis. 308. num. 6. & decis. 165. num. 2.*

8 Extende secundò, quòd etiam retardaret executionem, quando probabilis dubitatio adesset, *vt ait Rota decis. 228. n. 2. par. 1. recent. quæ est in vna Baren. Breuis coram Card. Caualerio.*

9 Extende tertio præcipuè procedere, quando rescribitur Iudici, aliàs amplam Iurisdictionem habenti, ne si reducatur ad meros terminos iuris, hęc clausula reddatur elusoria, *vt ait Rot. dec. 363. n. 1. par. 2. recent. & pulchrè Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. quæst. 8. num. 35.*

10 Extende quartò, quòd tunc Arbitrium Iuris rigorem relaxet, quando concederetur circa ea, quæ à Iure determinata reperiuntur, *veluti fuit dictum in Catarien. illegitimitatis 10. Ianuarij 1583. coram Clemente Octauo.*

11 Restringe tamen primò, quòd licèt dicta clausula remittat aliquid de rigore Iuris, non tamen ipsum ius naturæ tollit, *vt ait Rota decis. 474. num. 1. par. 2. recentior.* Et ratio est, quia Rota dat facultatem amplectendi substantiam, reiecta solemnitate, & figura, *vt ait Rota in decis. 355. num. 3. in fin. par. tertia recent.*

12 Restringe secundò, ꝙ quamuis Arbitriũ aliquid de rigore Iuris remittat, nihilominus venit intelligendum, prout de Iure, Vnde videmus, quòd si fuerit commissa causa, cum hac clausula arbitrio Rotæ, non per hoc Iudex poterit recedere ab ea regula, quòd spoliatus ante omnia restituendus veniat, *vt ait Rota decis. 586. num. 1. parte 3. recent. & fuit quoque dictum à Rota in decis. 510. nu. 4. in fine parte 2. in recent.* Et ratio vltra prædictas ea potissimum esse videtur, quia Rot. strictè vtitur arbitrio suo in materia Spolij, & ad exclusionem cumulationis petitorij, & possessorij, *vt ait in decis. 688. num. 4. par. 3. recent.*

13 Restringe tertiò, quòd ista clausula non præstat facultatem lædendi ius partis, *vt fuit dictum in Paderbonen. Canonicatus Veneris 28. Nouembris 1608. coram Coccino Decano, quæ est in eius impressis decis. 431. num. 1. & in alia Verdunen. Abbatiæ Veneris 20. Februarij 1615. coram Buratto, quæ est in 2. par. recent. decis. 652. num. 2. & decis. 198. n. 1. par. 3. recent.*

14 Restringe quartò, quòd vbi aliquid alicuius arbitrio remissum est, semper intelligendum venit de eo, quod sit ratione regulatum, non autem de eo irrationabili, & dissoluto, cum nunquam commissio ad turpia, & inhonesta extendatur, veluti dicitur de mandato alicui facto, vt dicam in verbo mandatum, *& veluti fuit dictum à Rota in decis. 329. nu. 4. par. 2. in recent. & decis. 403. num. 2. & decis. 514. num. 4. in fine par. tertia recent.*

15 Tertiò notandum erit, quòd huiusmodi clausula (Arbitrio Rotæ) non est potens ad reijciendum possessorium reintegrandæ, adhoc, vt solum super petitorio cognoscatur, quia possessorium ante petitorium est terminandum de Iure, *veluti fuit dictum in illa Verdunen. Abbatiæ coram Buratto decis. 652. in 2. par. recent. num. 1. & 2. & in eius impress. decis. 100. eodem num. 1. & 2. & prius decis. 33. num. 1. & 2. & decis. 48. num. 1. penes eundem Buratt. & decis. 689. num. 1. par. 2. in recent. & in Romana domorum in Burgo 22. Iunij 1615. coram Vbaldo, & in Tolletana decimarum 2. Decembris 1620. coram eodem, & in alia Meten. Prioratus 2. Decembris 1622. coram Merlino.*

16 Declara tamẽ, ꝙ benè potest operari cumulationẽ petitorij, cũ possessorio reintegrandæ, *vt fuit dictũ in Romana Contiej 6. Martij 1606. coram Card. Sacrato, & in alia Hispalen. matrimonij Lunæ 18. Iunij 1607. coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 326. num. 50.*

17 Quòd tamẽ subdeclara verũ, quando possessorium est turbidum, vt inferius dicetur

cetur, & quando hincinde difficultates adessent, *vt ait Rota decis. 552. num. 4. par. 1. in recent. cum alijs decisionibus mox sub n. 19. allegan.* Siue etiam aliqua subsistente æquitate, *vt ait Crescent. dec. 4. num. 3. de testam. & Rota decis. 363. num. primo par. 2. recent. & per Buratt. decis. 131. sub lit. D & decis. 659. sub littera A. & decis. 686. sub eadē litt. A. & in Leodien. Canonicatus 24. Nouembris 1627. coram Dunozetto.*

Aliàs, si dictum possessorium esset clarum, tunc potest in qualibet parte Iudicii intentari, suspenso petitorio, *vt ait Rota per Gregorium decis. 307. num. 19.*

18 Fallit tamen, quando Signatura commisisset causam, sine retardatione solutionis, Arbitrio Rotæ, quia tunc illa clausula (Arbitrio Rotæ) iuncta cum alia (sine retardatione solutionis) operatur, vt censeatur data facultas Rotę examinandi validitatem pensionis, quæ erat soluenda, etiamsi ageretur in vim literarum Apostolicarum, super reseruatione pensionis expeditarum, quæ paratam executionem habent, si sint iustificatæ; vt latè dixi supra in verbo Apostolicæ literæ, quam intellige verum de earum retardatione, veluti si pars aduersa rē iudicatam, ad sui fauorem haberet, & sic legitimus contradictor esset, aliàs secus, *veluti in istis terminis fuit decisum in Tirasonen. pensionis Veneris 20. Iunij 1614. coram Coccino Decano, quæ est in 2. par. recent. decis. 567. num. 1. Cardinalis Seraphinus decis. 674. num. 4.*

19 Extende illud tertium notabile, eò magis procedere, quando ageretur de impedienda manutentione, & possessione iam acquisita, quia isto casu dicta clausula non suffragaretur, *veluti fuit dictum in Aurien. Parochialis 17. Aprilis 1600. coram Cardinali Lancellotto Iuniore, & in alia Elnen. distributionum 21. Februarij 1614. coram Card. Caualerio.* Et ratio est, quia arbitrium semper censetur consensum, ad suspendendam, non autem ad retractandam executionem, *vt fuit dictum à Rota sæpius, & signanter in dicta Aurien. Parrochialis 23. Aprilis 1600. coram eodem Card. Lancellotto, & in alia Tuden. Parrochialis 3. Decembris 1599. coram Cardinali Sacrato, Gonzal. super regul. 8. in annotat. contra nullitat. num. 296. Rota decis. 201. num. 1. par. 2. in recent. & Rota in Elnen. Translationis 27. Iunij 1614. coram Card. Caualerio. & apud Gregoriū decis. 70. num. 1. & in Tuden. Parrochialis 3. Decembris 1601. coram Cardinali Sacrato, Rota decis. 99. num. 6. par. 1. diuers. & decis. 476. num. 7. par. 1. in recent. & in 2. decis. 698. num. 2. & in præallegata Meten. Prioratus 2. Decembris 1622. coram Merlino.*

Licētsi prædicta non procederent, qñ possessorium esset turbidum, *vt superius diximus sub num. 17.* Quia tunc Rota arbitriū exercet pro cumulatione petitorij, cum possessorio, nedum in Iudicio spolij, verum etiam in illo manutentionis; & pro turbiditate huiusmodi remediorū accipi potest, quando causa possessorij fuisset pluries proposita, sed non resoluta, *vt ait Rota in dicta decis. 33. & 48. num. 2. penes Burat. & Rot. in Vicen. Parrochialis 10. Decembris 1608. coram Manzanedo, & per Caualerium in sua decis. 283. num. 1. idem Buratt. decis. 100. & ibi per addent. num 23. & in decis. 512. num. 15. in addit.* Vbi subiungit prædicta procedere in possessorio summarijssimo retinendæ; quia in eo recuperandæ solet dari cumulatio à Rota, etiam si possessio esset clara, quo quidem casu Princeps solet esse pronior ad huiusmodi cumulationē concedendā, *vt ait Rot. decis. 99. num. 6. par. 1. diuers. & decis. 476. num. 7. par. 1. recent. & in Meten. Prioratus 2. Decembris 1622. coram Merlino.*

20 Item ea, quæ fuerunt dicta super reiectione possessorij ad effectū cognoscendi super petitorio, siue super eorum cumulatione concedenda, eo facilius procederent, quando Iudex nullitèr, & iniustè processit, & sic grauasset, *vt fuit dictum in Celsonen. Præceptoriæ Veneris 14. Maij 1604. coram Coccino Decano, quæ est decis. in eius impressis 177. n. 1.* Et in hoc quando Iudex grauare dicatur, *ait Rota per dictum Coccinum ibi supra num. 3. & in alia Gerunden. beneficij 31. Maij coram Reuerendissimo Domino Episcopo Pacen.* Sed est benè verum, quod ad hoc, vt nō sit locus Aegidianę nullitas vel iniustitia, debet esse valdè patens aliàs inspectio esset ad petitoriū

re,

remittenda, *vt fuit dictum à Rota in Romana attentatorum* 24. *Ottobris* 1588. *coram Cardinali Mantica, & in Romana Vineæ* 15. *Ianuarij* 1590. *coram Cardinali Pamphilio & in Romana Saluiani* 14. *Decembris* 1598. *& in Farfen. bonorum* 16. *Februarii* 1608. *coram Penia & in Romana Spolij* 4. *Iunij* 1608. *coram Coccino. & in Romana Saluiani Veneris* 5. *Decembris* 1614. *coram Card. Sacrato.*

21 Quartò nota, quòd dicta clauſula (Arbitrio Rotæ) operatur, vt expenſæ non veniant reficiendæ, quando proceſsus fuit legitimè fabricatus, ſed ſolùm ſoluatur illæ ſententiæ, ſi nullitas ſolùm circa eam verſetur, *vt ait Rota deciſ.* 129. *p.* 3. *lib.* 3. *diuerſ. & Rota in deciſ.* 400. *nu.* 1. *par.* 2. *in recentior.*

22 Et licèt contrarium videatur tenuiſſe, *Rota in Catanien. Quartæ portionis* 12. *Februarij* 1610. *coram Penia, & in alia Segobien. penſionis* 24. *Aprilis* 1606. *coram Iuſto*. Nihilominus illas opiniones concordat *Rota in dicta deciſ.* 400. *nu.* 20. *vt teſtatur quoque Gratianus libro* 4. *diſceptat. cap.* 734. *num.* 52. *&* 53.

23 Quintò nota, quòd Arbitrium conceſſum in vna Inſtantia, non diſſoluitur, ſed durat etiam in alia, *vt fuit dictum in vna Meliten. Conſeruæ Mercurij* 10. *Iunij* 1615. *coram Buratto. quæ eſt in* 2. *p. recent. deciſ.* 716. *num.* 5. *Caſſad. deciſ.* 8. *de reſcript. & ita fuit dictum in alia* Neri*tonen. penſionis* 26. *Nouembris* 1607. *coram Card. Caualerio, & in Anconitana legati* 1. *Iulij* 1613. *coram eodem.*

24 Extende hic obiter, eodem modo procedere in Cōpromiſſo, quod non diſſoluitur Arbitro electo non arbitrante, de æquitate canonica, ſed tunc ad arbitriū Iudicis erit recurrendum, *vt fuit dictum in Peruſina Concordiæ Lunæ* 10. *Iunij* 1603. *coram Cardinali Pamphilio, quæ eſt in dicta* 2. *par. recent. deciſ.* 462. *numero ſecundo.*

25 Contrarium tamen eſſet de Iure Ciuili, quia vbi eſt electa alicuius perſonę induſtria, tūc ab ea perſona nominata recedi non poteſt, *vt ait Rota ibi ſupra num. tertio.*

26 Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat, attenta Iuris Canonici æquitate, & quando illa perſona fuerit electa, non ſuper ſubſtantia contractus, & ſic ad eam declarandam. Secunda verò procedit, iuxta diſpoſitionem Iuris Ciuilis, & quando electa eſſet induſtria perſonæ, ſuper liquidatione expenſarum iam finito negotio principali, quia tunc perſona electa non arbitrante, vel ea nō acceptante, ab ea receditur, & ad Arbitrium Iudicis recurritur, *vt colligitur ex illa deciſ.* 462. *num.* 4. Et ibi, reſpondendo contrarijs, hanc diſtinctionem comprobat Rota.

27 Fallit tamē, ſi ſequatur mors illius, qui Arbitrium habebat, quia tunc compromiſſum expirat, *vt fuit dictum in Mediolanen. penſionis Veneris* 20. *Februarij* 1615. *coram Vbaldo, quæ eſt in* 2. *parte recent. deciſ.* 651. *num.* 2.

28 Sextò notandū erit, q̃ ſi fuerit cōmiſſa cauſa in Rota, cum clauſula ſubminiſtratis alimentis, illius arbitrio, tunc illa clauſula intelligenda venit, vt alimenta præciſè ſint præſtanda, & quòd arbitriū ſit ſolum datum, quoad determinandam eorum quantitatem, non autem ad eorum præſtationem, *iuxta diſtinctionem, quam fecit Rota in Hortana domus* 25. *Octobris* 1604. *coram Gregorio, quæ eſt in eius impreſſ. deciſ.* 189. *idem in dec.* 534. *num.* 1. *vt fuit quoque dictum in Imolen. diuiſionis* 8. *Februarij* 1608. *coram Coccino Decano, quæ eſt in eius impreſſis deciſ.* 390. *num.* 2.

29 Quibus ergo ſupradicto metodo examinatis; Modo ad perfectiorē intelligentiam iſtius materię, reſtant conſiderandi illi caſus, in quibus arbitrium intret, veluti poſtea examinabuntur illi, in quibus illud non intret.

30 Et ſic igitur erit primò animaduertendum, quòd Arbitrium intrat pro ſananda nullitate examinis teſtium, quod tamen intelligē verū, qñ hincindè eſsent data Interrogatoria aliàs ſecus, *vt ait Rota dec.* 716. *p.* 2. *recent. & fuit dictum in Leodien. Salarij coram Scotto, quæ eſt apud Marcheſ. de comiſſ. tom.* 3. *fol.* 77. *n.* 1. *& in alia Cartaginen. Canonicatus coram Card. Lancellotto. penes eundem Marcheſ. dicto tomo* 3. *fol.* 91. *& in Toletana Iuriſdictionis* 11. *Decembris* 1617. *coram Pirouano*, Et ibi teſtatur, quòd Rota antiqua, & moderna hanc æquitatem ſequuta fuit, & id ad euitandos inutiles, & multiplicatos expenſarum circuitus, & ratio denique eſt veriſſima, quia quando

do sunt data interrogatoria dignoscitur quòd pars habuerit scientiam testium examinandorum, & super quibus erant examinandi, & sic fecit omne id, quod facere poterat, si examen esset validum quam æquitatem, & Rotæ opinionem sequitur *Viuius in suis commun. opin. opin. 931. num. 6. idem ait Farinac. de testibus quæst. 72. ampliatione 12. num. 34.*

31 Quod quidem procedit etiam, si interrogatoria essent data, cum expressa protestatione de non consentiendo in iurisdictionem, & in examen, vt fuit dictum in *Toletana Iurisdictionis 11. Decembris 1617. coram Pirouano.*

Et sic multo magis prædicta procederent, si pars dederit interrogatoria, sed illa non exhibuerit; quia tunc esset sibi imputandum, neque per hoc examen testium, sine interrogatorijs examinatorum esset nullum, vt ait *Farinac. de testibus quæst. 73. num. 73. & Rota per Gregor. dec. 351. num 47. & ibi per addent. in litt. E*, Sed est benè verum, quòd extra hanc materiam sanationis nullitatis testium, ad effectum, vt intret in arbitrium, examen esset nullum, si testes fuissent examinati sine interrogatorijs, & pars quando illa produxit fuerit protestata nō examinari testes sine, vt fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Mauris 2. Nouemb. 1606. cor. Card. Lancellotto*, & in omnem euentum illis non adhibetur fides si ipsi non repetantur, *Put. decis. 417. lib. 1. & decis. 308. lib. 2. & Seraphin. decis. 702. nu. 4. & Rota decis. 2. 4. num. 2. inter crim. Farinacc. & Rota per Burattum decis. 100. & ibi per addent.*

32 Extende primò, eò magis procedere, quando ius causæ principalis non in depositione testiū, sed in scripturis consisteret, vt fuit dictum *à Rota per Greg. XV. in sua dec. 466. num. 3.*

33 Extende secūdo procedere, quando dicta testium aliunde robur reciperent, vel si eorū depositio, cum dictis scripturis, necnon cū examine prædictæ instātiæ concordarent, ita quod omnis suspicio cessaret, sed veritas elucesceret, vt ait *Gabr. cons. 118. n. 77. lib. 2. & Rot. ibi coram Greg. d. dec 466. n. 4.*

34 Extende tertiò, quando nullitates essent turbidæ, quia dato etiam quòd remaneret aliquis scrupulus; nihilominus arbitrium intraret, quia illud semper aliquid de rigore iuris remittit, vt ait *Crescent dec. 4. de sent. & re iudic. &* Rota millies ita resoluit, vt superius dixi, & veluti quoque ait penes *Gregor. d. dec. 466. n. 10.*

35 Extende quartò, multò magis procedere, quando de bono iure petentis arbitriū intrare, constaret argumento decisionis *450. n. 1. p. 2. recent. & d. dec 466. in fine coram Gregorio.*

36 Extende quinto, illud præcipuè intrare ad effectum sanandi examen testium ex æquitate, & potissimum si illa clausula (Arbitrio) esset directa alicui iudici, alias iurisdictionem habenti, vt fuit dictum *à Rota in d. Rom. Cottiuij 6. Martij 1606. coram Card. Sacrato, & apud Gregor dec. 587. n. 1.*

37 Extende sextò, procedere etiā, quòd nullitas ex citatione resultaret, quando tū fuerunt data interrogatoria, & hinc inde fuerunt interpretes conducti, quia tunc validitas examinis controuerti nō debet, & sic isto casu nullitates non attenduntur, quominus arbitrium intrare possit, & ratio est, quia quando pars dat interrogatoria videtur illi examini consensisse, *Rota dec. 587. n. 3. & dec. 680. n. 2. & seq p. 2. recent. & per Greg. dec. 466. n. 1. & ibi per addent. n. 1. vbi alios allegat;* necnon præsumitur dictis testiū velle vti *Gratian. lib. 3. cap. 550. num. 35. & lib. quarto cap. 738. num. 40. & seqq. & Card. Seraphin. decis. 897. in fine, & Rota decis. 686. num. 1. par. 1. in recentioribus, & ita fuit dictum in Cæsaraugustana Pensionis 16. Februarij 1610. coram Card. Pamphilio, & in Toletana Iurisdictionis 11. Decembris 1610. coram Domino meo Pirouano.*

38 Et sic isto casu citatio censetur ex æquitate, potius quàm de rigore requisita, *vt ait Rota decis. 633. num. 2. p. 2. in recent.*

39 Contrarium tamen reperitur decisum *in decis. 510. num. 4. d. p. 2. recent.* & ratio est, quia licèt arbitrium aliquid de rigore iuris remittat, tamen illud nō admittitur, quando agitur de supplendo vno substantiali, vt est citatio ad

sententiam, aliàs iudicium non diceretur sua substantialia habere, & præsertim, quia citatio respicit defensionem partis, qua enim deficiente, tunc pars suas rationes deducere non posset, *vt ait Rota ibi supra.*

40 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando causa iam erat instructa, & defectus non esset totalis, Secunda autem, quando secus, *vt ait Rota in d. dec.* 510. *n.* 4. & veluti dicam in primo casu, vbi arbitrium non intrat, & in hoc vide additionem ad *Puteum dec.* 114. *lib.* 1.

41 Rursus concorda, vt prima opinio procederet super eo, q. s. examen ex arbitrio Rotæ sanetur, quando fuerunt data interrogatoria, dummodo tamen illa omnem defensionem partis, & litis cõsortium respicerent, & sic cum interrogatorijs plenis, *vt ait Put. dec.* 301. *lib.* 3. *Verall. dec.* 149. *par.* 1. *& Rota in Montisfalisci fideicommissi Mercurij* 27. *Iunij* 1629. *coram Reuerendiss. Coccino Decano.*

Secunda verò opinio procederet, & sic, quod examen respectu illorum non saluaretur, quando interrogatoria non essent plena, & per consequens, omnẽ partis defensionem non respicerent, *vt fuit dictum in vna Treueren. Decimarum* 26. *Maij* 1624. *coram Reuerendissimo Archiepiscopo Seleucien allegat a in illa Montisfalisci coram Coccino, & aliàs sæpè.* Siue etiam, quando interrogatoria non respicerent, tam testes inductos, quàm etiam inducendos. in futurum, ita vt nil aliud releuans circa illos testes induci potuisset, quod in illis interrogatorijs prius datis, deductum non fuisset, aliàs examen nullum hoc modo per commissionem arbitrio Rotæ non sanaretur, veluti post *Put. in d. dec.* 301. *n.* 3. *lib.* 3. *ait Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 550. *n.* 27.

Tertio loco concordare possumus, vt scilicet prima opinio procedat, veluti, si ageretur de sustinendo examine testium in locis Hispaniæ, sine citatione examinatorũ, sed cũ decreto tñ admissionis ad probandum nouem dierum partibus intimato, & vbi sit apposita etiam clausula citationis ad videndum iurare testes, quam enim consuetudinẽ approbauit Rota in pluribus decisionibus relatis in vna *Placentina decimarũ de Truscillo* 7. *Febr.* 1618. *coram Buratto, & in alia Calaguritana processionum* 9. *Iunij* 1623. *coram Remboldo.*

Secunda verò opinio procederet, vbi agebatur de supplenda citatione ex forma remissoriæ requisita, quia tunc veluti neque in Hispania, si talis defectus fuisset commissus, laxari posset: ergo multo minus extra illam cum forma in remissoria requisita adunguem sit seruanda; at secus, si defectus resultaret a citatione a iure requisita, quia tunc illud decretum solitum fieri in Hispania supplere valeret, *vt ait Rota per Greg. dec.* 518. *n.* 3. *& in Calciaten. Iurisdict.* 1. *Febr.* 1623. *coram Reboldo.*

Et prædicta eò magis procedere debent, quando pars habuisset scientiã de citatione, *vt ait Card. Seraph. decis.* 1044. *num.* 4.

42 Fallit tamen prædicta prima opinio, si spolium esset cum nullitatibus admixtum, quia tũc arbitrium non intraret, *vt ait Rota allegata per Marches. de commiss. tom.* 3. *fol.* 21. *quam etiam alleg. it Gratian. ibi supra n.* 43. Et ideo tali casu intraret arbitrium pro cognitione petitorij, quando spolium esset turbidum, sequestrata tamen possessione, iuxta stylum Rotæ, vt fuit dictum a *Rota per Buratt. dec.* 136. *num.* 1.

43 Fallit secundò, quando ageretur de sanando sententiam nullam, ex defectu iuramenti testium, quia tunc dictum arbitrium non intraret, cum tota vis examinis in iuramento consistat, *vt ait Rota dec.* 15. *de testib. & dec.* 1. *de fide instr. num.* 2. *in nou. Caputaq. dec.* 274. *n.* 3. *& dec.* 289. *par.* 3. *Achil. dec.* 1. *de testib. & ita fuit decisum in Lacen. portionis* 9. *Iunij* 1610. *coram Ortembergo, & dec.* 633 *num.* 1. *p.* 2. *in recent. & ita fuit firmatum à Rota in Montisfalisci fideicommissi Mercurij* 27. *Iunij* 1629. *coram Reuerendissimo Coccino Decano, & per Burattum decis.* 216. *num.* 15. Veluti eodem modo veniret dicendũ, quãdo ageretur de huiusmodi sanatione testium, post latam sententiam, & sic post ius acquisitum parti, quia tunc arbitrium non intraret, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 550. *num.* 23.

Item

44 Item secus esset, si ageretur de remittenda tantumodo Iuramenti extensione, quia tunc, dicto defectu non obstante, arbitrium intraret, *vt fuit dictum à Rota in dicta decis. 633. numero primo in fine.*

Extende eodem modo procedere, vt scilicet examen testium sustineatur, si terminus ad probandum fuisset seruatus iuxta loci consuetudinem, etiam si particularis citatio, ad videndum iurare testes, non præcesserit, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. dec. 304. n. 3. & seq. & dec. 686. num. 4. par. 1. in recent.* Sed, quando stylus non sufficiat, *ait idem Buratt. decis. 294. num. 2. & 3. quem per te videre poteris.*

Sed quòd stylus supet omissione citationis, ad videndum iurare testes, non valeat, vti contra ius, *fuit dictum à Rot. per Coccinum dec. 182. per tot.* Licèt prædicta eò magis procederent circa huiusmodi sanationem, quando defectus citationis non esset totalis, *vt ait Card. Caualer. decis. 275. nu. 3. & vide decis. 411. num. 2. & 3. par. 1. recent. & prius decis. 128. num. 1. & dec. 555. num. 4.*

45 Extende septimò procedere, quando nullitas prouenirer ex defectu Iurisdictionis, dummodo tamen defectus non esset totalis Iurisdictionis, sed solùm in aliqua parte, *vt fuit dictum in Hispalen. beneficij 22. Aprilis 1611. coram Pāph.*

Sed quòd Rota non soleat arbitrium interponere, pro sanatione examinis nulli, ex defectu Iurisdictionis, etiam, quòd per partem fuissent data interogatoria, *fuit resolutum in vna Perusina de Alpbanis coram Coccino Decano,* quæ licèt pluries fuerit repropofita, nihilominus Rota nihil resoluere voluit, *vt fuit dictum in Leodien. Decanatus 15. Ianuarij 1629. coram Pirouano.*

Vndè ego concordarem, quòd prima opinio procedat, quando defectus Iurisdictionis esset modicus. Secunda verò, quando totalis; & sic hoc pacto saluantur decisiones pro vtraque parte, veluti ita de stylo seruari testatur quoq. *Marchesi. de cōmiss. par. 2. cap. 1. n. 63. & e. 3. num. 35. Cæsar de Grass. dec. 4. in fine de rescript. & Rota in Hispalen. beneficij 22. Aprilis 1611. coram Card. Pamph.*

Veluti quoq. eodem modo sustinetur nullitas ex defectu mandati, si tamen defectus non sit totalis, vt puta, si citatus fuerit procurator, sed illius mandatum minus legitimè habuisse prætēderetur, *vt ait Rota dec. 680. n. 4. p. 2. rec.* Secus autem, si citatio fuisset facta procuratori mandatum non habenti, quia tunc arbitrium nō intraret, pro sanando examine, veluti nō sustineretur illud factum à Iudice remissoriali, post terminum in literis assignatum, siue ex defectu citationis prædictę, ad videndum iurare testes, tā necessariæ, *vt fuit dictum à Rota per Burattum dec. 324. per totam.*

46 Animaduertēdo in hoc, q sanatio nullitatis examinis testium non censetur concessa, ex eo solùm, quòd Papa remittit fidem testium arbitrio Rotæ, *vt ait Rota per Gregorium decis. 312. numero secundo.*

47 Secundò Arbitrium intrat ad cumulandum possessorium, cum petitorio, quando hincinde difficultates insunt, ita ut illud turbidū, & offuscatum reddatur, *Lancellott. latè tradit in par. 7. cap. 24. q. 19. & fuit dictum in Romana Cottiuj 6. Martij 1606. coram Card. Sacrato, & in Romana Vineæ 6. Aprilis 1612. coram Coccino Decano, & latè fuit dictum in Sabinen. Iuris Pascendi 5. Nouembris 1619. coram Card. Caualerio, & prius coram eodem in Romana hæreditatis de Alexijs Veneeis 24. Ianuarij 1614. quę est in 1. p. recent. decis. 557. num. 4. & in Lauretana Iurisdictionis 2. Iunij 1631. coram Durano.*

48 Extende idē procedere etiā in possessorio summarijssimo manutentionis, *vt ait Rota in Vicen. Parrochialis 10. Decembris 1608. coram Manzanedo.*

49 Fallit tamen, quando turbiditas non adesset, quia tunc possessorium prius esset terminandum, *vt fuit dictum in Montis Falisci Cappellaniæ 13. Ianuarij 1605. coram Cardinali Lancellotto, & in alia Narnien. confinium Veneris septima Aprilis 1606. coram Coccino, quæ est in eius impressis decisione 278. numero tertio.*

50 Et id eò magis procederet, quando prætenderetur spolium, vti Iudicium magis priuilegiatum, quàm aliud

possessorium, *vt fuit dictum in illa Romana Cottiuij coram Card. Sacrato.* At secus si è contra nēpè, quando facilius posset terminari petitorium, *vt fuit dictum in dicta Lauretana Iurisdictionis 2. Iunij 1631. coram Durano.*

51 Fallit secundò, quando possessorium esset solùm cognoscendum, vigore alicuius Commissionis, quia tunc cumulatio non admittitur, etiam parte non opponente, *vt ait Veral. dec. 143. nu. 3. p. 3.*

52 Turbiditas autem satis apparere diceretur, veluti si pluries dubium super manutentione fuisset propositum, & non resolutum, quia talis non resolutio infert diuersitatem sententiarum Auditorum in Rota, quod esset Turbiditatis argumentum, *vt ait Card. Seraph. decis. 705. num. 5. & ita quoque fuit dictum in dictis Vicen. & Sabinen.* Et tunc, quando causa spolij habet multas difficultates, & adest clausula arbitrio, Rota solet super petitorio cognoscere, & interim sequestrum in beneficio apponere, *vt fuit dictum à Rota per Burattum dec. 136. num. 1.*

53 Tertiò intrat arbitrium ad effectum supersedendi in executione literarum Apostolicarum, quando adest legitimus contradictor, veluti, si pars aduersa rem Iudicatam ad sui fauorem haberet, & literæ nō essent iustificatæ, quia tūc contra talem legitimum contradictorem nō posset executiuè procedi, sed ordinariè, ita vt ille esset præferendus in sententia, qui potiora iura foueret, *vt ait Cardinalis Seraphinus decis. 674. num. 4. & Rota decis. 567. num. 1. par. 2. in recent. quæ est in causa Tirasonen. pensionis Veneris 20. Iunij 1614. coram Coccino, & coram eodem in Celsonen. Canonicatus Veneris prima Iunij 1607. quæ est in eius impræssis decis. 347. num. primo, & in alia Paderbonen. Canonicatus Veneris 28. Nouembris 1608. coram eodem, quæ est in eius impræssis decis. 431. nu. primo & seqq.*

Secus autem, quando essemus in executione iam facta, quia tunc arbitrium nō intraret, cum multa facta teneant, *vt fuit dictum in Barbastren. Decimarum Veneris 10. Nouembris 1623. coram Vbaldo,* Veluti eodem modo dicitur, quādo ageretur pro repetitione illius, quod indebitè fuit solutum, quia tunc arbitriū non intrarer, veluti fieret, si ageretur de suspendenda execurione, Nam clausula Arbitrio vim non habet retractandi executionem iam factam, sed benè operatur suspensionem executionis fiendæ, *Rota per Burrattum in sua decis. 138. & decis. 2.7. per totam.*

54 Quartò intrat arbitrium ad effectum, vt spoliator, qui de sui natura non est audiendus, nisi purgato spolio, possit isto casu audiri, etiam eo non purgato, dummodo tamen nō sit spoliator dolosus, & reseruatis expensis, ac fructibus in fine litis, *vt ait Mohedanus decis. secunda de solut. Puteus decis. 4. eodem tit. & Rota in Toletana Parrochialis 13. Ianuarij 1595. coram Episcopo Pacen. & melius in alia Cæsenaten. de Aldinis Mercurij 9. Nouemb. 1600. corā Coccino Decano, quæ est in eius impræssis dec. 496. n. 3.*

55 Extende hic obiter, quòd quando spoliator non esset violentus, tunc non condemnatur in fructibus, nisi a die motæ litis, quod tamen declara procedere, quando ageretur principalitèr ad restitutionem alicuius rei, cuius fructus accessoriè venitent; secus autem, si principaliter ad fructus ageretur, & illos quis principaliter tāquam spoliatus peteret, prout fit in annuis prçstationibus, in quibus spoliarus potest petere in Iudicio possessorio iam subtractos, & sic tunc faciēda esset condemnatio ad omnes pensiones iam decursas, & subtractas, *vt fuit dictum in Cæsaraugustana pensionis 18. Maij 1589. coram Gypsio, & melius in vna Mediolanen. fructuum Veneris 26. Maij 1589. coram Card. Platto.* Addendo in hoc proposito, quod spoliaror dolosus, & violentus, nulla præscriptione, etiam centum annorum tuuari potest, quando tamē de dolo clarè constaret, *vt ait Card. Seraph. in dec. 1360. n. 2. & 5.*

56 Quintò intrat Arbitriū ad effectū retardandi Breuis executionem, si adesset probabilis dubitatio subreptionis, vel alterius similis dolosæ qualitatis, *vt fuit dictum in Baren. Breuis 1. Martij 1610. corā Card. Caualerio;* Et ratio est, quia veluti clausula illa (Arbitrio Rotæ) multū releuat de rigore Iuris, ita vbi probabilis dubitatio viget, executio per eā retardatur, *vt ait Crescent. dec. 4. num. 3.*

de

de testib. Et ibi testatur, ita pluries fuisse decisum *à Rota*.

57 Extende idem procedere, etiamsi adesset clausula (sublata, & decreti irritãtis) quæ in consideratione minimè habentur, quando Breue non fuisset expeditum motu proprio Papæ, sed ad postulationem partis, & propterea rectè potest de defectu subreptionis opponi, *vt ait Rot. per Puteum dec.* 208. *lib.* 2.

58 Sextò intrat arbitrium ad effectum retardandi solutionem pensionis, quando possessio, vel quasi possessio exigendi non probatur, veluti eodem modo dicitur, quando non iustificatur illa conditio (dummodo remaneant centum pro Rectore) Item, quando dicitur, quòd contra consentientem pensioni procedatur ad executionem, etiam literis non iustificatis, *vt ait Mohedan. decis.* 331. *& Guidob. decis.* 141. Et præsertim si obligatio Cameralis adsit, ilicèt illud tamen procedat, quando sumus in gratia pura, at secus, quando esset conditionalis, *vt ait Rota per Cardin. Seraph. decis.* 1017. *num.* 1. *& seqq. & in Asculana pensionis* 23. *Iunij* 1593. *coram Orano, & in Lauden. pensionis* 24. *Martij* 1599. *coram Penia, & in Forosempronien. Pensionis* 16. *Decembris* 1613. *corã Card. Sacrato.*

59 Animaduertendo tñ, quòd ad docendũ de solutione pensionis, ad effectũ manutenendi in illius exactionis possessione, non sufficit, quando de ea doceatur, solum per confessionẽm de recepto, quę regularitèr non probat contra tertium, & sic contra successorem in beneficio, sed de ea plene constare debet, *vt fuit dictum in Vrbinaten. pensionis* 20. *Maij* 1613. *coram Card. Caualerio, quæ est in eius impræssis dec.* 249. *n.* 4. *& dec.* 389. *n.* 1. *p.* 1. *diu. & in Cęsaraugustana pensionis* 30. *Ianuarij* 1589. *corã Gyptio, & in Gerũden. pensionis Veneris* 18. *Decembris* 1579. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impræss. decis.* 436. *num.* 1. *& in alia Pacen. pensionis* 1. *Decembris* 1594. *coram Card. Pamphilio.*

60 Sed ad faciliorem intelligentiã istius materiæ solutionis pensionis, quæ sępè contingit, est recensendus casus illius *decisionis in Forosempronij pensionis coram Card. Sacrato,* Qui talis est. Nam scire debes, quòd D. Accorambonus illius Ciuitatis Episcopus prædictã Ecclesiã D. Canaulio resignauerat, cum reseruatione pensionis scutorum mille ducentorũ, qui D. Canaulius, cum postea eandem Ecclesiam resignasset in manibus Sanctiss. ea occasione, quòd ipse officium sigilli Pęnitentiariæ obtinuerat, & antequam D. Landus de eadem Ecclesia prouideretur, & postea prouisus possessionem caperet, persoluit D. Episcopo Accorambono in vna vice scuta 1200. pro integra, & finali duorum terminorum decursorum, & non solutorum solutione, & in altera vice pro totali pensionis solutione alia scuta 200. persoluit, ex quibus quidem solutionibus dictus D. Accorambonus prætendebat esse in quasi possessione exigendi pensionem, etiam contra D. Landum successorem, itaut opus fuerit iudicium introducere coram Garzadoro de, & super huiusmodi manutẽtione exigendi pensionem contra eũ, à quo denique mandatum illud de manutenendo obtinuit, sed cum ab eo D. Landus appellasset, idcircò Signatura causam Cardinali Sacrato, tunc temporis Rotæ Auditori, cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis Arbitrio Rotæ) commisit. Vndè fuit disputatum in Rota, an intraret arbitrium, ad effectũ retardandi solutionem prædictam, & tãdem affirmatiuè resolutum fuit, ex eo quia solutiones illę à D. Canaulio factæ non fuerunt sufficientes constituere D. Accorambonũ in ea quasi exigendi possessione; Et ratio est, quia clarè apparebat prædictas solutiones data opera fuisse factas, detrahendo prius suã congruã, & expensas, veluti probant testes, vltra, quòd aderat confessio eiusdẽ D. Canaulii pro exoneratione propriæ conscientię facta in mortis Articulo, cui maximè Domini detulerunt, nedum, ob legalitatem personæ, *iuxta tradita per Menoch. consilio* 39. *num.* 13. *& seq.* Verum etiam, ob illius mortis infirmitatem quo fit, vt moribundus vti memor salutis æternæ mentiri non præsumatur, *Aymon. cons.* 6. *nu.* 51. *& 62. & cons.* 158. *n.* 7. *Rot. dec. vltima n.* 13. *par.* 1. *diuers. Hondedeus consilio* 91. *numero* 88. *libro primo & fuit dictum in Romana Societatis officij Mercurij* 10. *Decẽbris* 1597. *coram Cardinali Lancellotto Iuniore.*

61 Quæ tantò magis procedebant Iuramento accedente, cum illud operetur, vt confessio probet, etiam quòd alias non probaret, *Felin. in cap. si cautio num. 25. de fid. Instrum. Rota decis. 669. num. 1. par. 1. diuers.* Et præsertim, quando nullū cōmodū Iuranti, nec suis hæredibus resultaret, quia id facit præsumere, vt quis absque spe lucri dolum non contrabat, nec sibi futurum Iudicium manducare velit, *ad tradita per Surd. decis. 55. num. 10. & 11.*

62 Quibus præterea accedebat alia coniectura desumpta ex litteris eiusdem Domini Canaulij ad illius fauorē directis, in quibus mandabat, vt computa introituū trāsmitteret, & deinde cōputis factis cum alio factore Domini Accorāboni ducatos mille retineret, & scuta 700. quæ superessent eidem solueret.

63 Rursus prædicta ad fauorem D. Landi successoris eò magis procedebant, quia pensio D. Accorambono reseruata fuerat, cum clausula (dummodo remaneāt mille pro Ordinario) ex quibus ergo sequebatur, quòd huiusmodi confessiones de recepto, non probarent quasi possessionem exigendi, respectu integræ pensionis, etiam habito respectu ad congruam, Ordinario debitam, & præsertim, quia regulariter confessiones de recepto non præiudicāt successori, nisi fuerint adminiculatæ, *Rota decis. 700. num. 2. par. 1. recent. Achill. decis. 3. & 4. de confess. & fuit dictū in Cæsaraugustana pensionis 30. Ianuarij 1589. coram Gipsio, & in alia Reatina, seu Firmana pensionis 15. Decembris 1599. coram Cardinali Pamphilio, & facit decis. 303. num. 8. & sequentibus par. 1. recent. & dec. 177. num. 5. par. 2. diuer. & Card. Seraph. decis. 436. num. 6. & facit decis. 1. Achil. de Graff. de confess.*

64 Sed tantum abest, quòd *in dicta Forosemproniј coram Card. Sacrato*, Adminicula concurrerent, quòd immò contrariæ probationes resultabant, quæ tanquam veræ præsumptiuas tollebant, *Paris cons. 98. num. 15. lib. 1. Corn. cons. 85. num. 4. lib. 1.*

65 Et præcipuè, cum in hac materia attendatur solùm animus, & voluntas soluendi, *vt ait Puteus decis. 273. lib. 2. Cæsar. de Graffis decis. 76. num. 9. Rota dec. 397. p. 2. diuers.* Et voluntas, vel animus agentis colligitur ex modo, & forma procedendi, *vt ait Rota decis. 108. n. 3. par. 2. diuers.*

66 Vnde cum ex supradictis coniecturis appareret tales solutiones non constituisse Dominum Accorambonum in quasi possessione exigendi pensionem, nec minus talem possessionem vllo modo probare, propterea, *Rota respondit sub dicta die 16. Decembris 1613. in dicta Forosempronii pensionis coram Card. Sacrato*, Intrare arbitrium pro retardatione soluendæ integræ pensionis scutorum 1200.

67 Declara tamen id, quod fuit dictum de confessionibus de recepto, quæ non constituant in quasi possessione exigendi pensionem, non procedere, quando in confessionibus hæc verba adessent, quòd scilicèt Dominus Petrus pro termino pensionis, tunc decurso, actualiter habuit, & recepit à Domino Marco &c. presente, & soluente scuta centum, & in altera solutione adderentur alia verba, scilicèt à Domino Marco præsente, soluente, exburlante in tot Zechinis, & Vngheris aureis, quæ quidē solutiones isto modo diuersis temporibus factæ, benè sufficiunt, pro acquirēda possessione, ad effectū manutentionis obtinendæ; Quinimmò, etiam vnica erit sufficiens, pro ea acquirenda, *vt fuit decisum in Fauentina pensionis Mercurij 23. Ianuarij 1619. coram Pamphilio,*

68 Et ratio est, quia ex dictis verbis (Præsente soluente, & exbursante &c. in tot Zecchinis, & Vngheris aureis) nil aliud Horatius videbatur voluisse dicere, nisi quòd in sui præsentia pecuniæ actualiter numeratæ fuere, & per consequens, talis confessio non dicitur simplex confessio de recepto, sed ex ea dicitur verè probata necessaria numeratio, tempore confessionis prædictæ, & ex legalitate Notarij valdè coadiuuata, *velati fuit dictum in causa Bononien. census 24. Aprilis 1600. coram Card. Pamphilio, & in istis terminis fuit ita quoque re resolutū in Terdonen. pensionis 17. Iunij 1616. & 16. Ianuarij 1617. coram Vbaldo, & ita quoque fuit postea decisum in cadem Fauentina pensionis Lunæ 16. Decembris 1619. coram eadem Card. Pamphilio,* Et ibi

ibi omnibus contrarijs exaduerso deductis, pulchrè respondet, quæ per te videre poteris, quia ibi, *in illa Fauentina præcedenti Rota infinitos Doctores allegat.*

69 Contrarium licèt videatur, tenere eademmet Rota, *in vna Ianuen. pecuniaria 15. Aprilis 1611. coram Card. Lancellotto Iuniore*, Vbi habetur prædicta verba per necesse numerationem præsente notario factam non importare.

70 Sed huiusmodi secunda opinione minimè obstante, *Rota in dicta Fauentina pensionis 16. Decembris 1619.* Concludit primam opinionem esse veram, & sic ex prædictis verbis veram, & actualem numerationem deprehendi, & primo, quia nedum in illa Ianuen. illa verba nō aderant, nempè actualiter præsente, soluente, & exburſante, & quæ sequuntur, verùm etiam, quia ibidem agebatur de defendendo Instrumento à falsitate, & propterea interpretatio erat sumenda, quòd ea verba nō essent inferenda ad cōfessionem, sed quod potius importarent veram solutionem, tunc præsente Notario factam, mediante consignatione cedulæ banchariæ, quæ vim solutionis habet, vt dicam in verbo Bancharia cedula, *& ita firmauit Rot. ibi corā Pāphilio in dicta Fauentina pensionis 16. Decembris 1619.* Et propterea, videmus, in hoc proposito, q̄ licèt in cōtractu census solutio in pecunia numerata requiratur pro forma, ex cōstitutione Pij Quinti, nihilominus sufficit solutio per cedulā banchariā *vt ait Rot. apud Cinciū de cēsibus dec. 103. n. 7. & dec. 281. & plures alias decisiones Rotæ refert idem Cincius in p. 2. cap. 1. q. 1. articulo 7. num. 14. & Rota decis. 536. num. 3. par. 1. in recent.*

Quod tamen declara verum, si creditor recipiendo cedulam extingueret debitum, per viam nouationis, vel per modum delegationis, aut extinctionis debiti, veluti, quando creditor reciperet cedulam insolutum, cassando Instrumentū debiti, vel faciendo, se creditorem describi in libro Campsori, qui cedulam cōfecit, atsecus, quando dicta cedula solùm contineret promissionem soluendi, quia tunc potius diceretur quædam obligatio pro maiori creditoris securitate, quàm pro reali solutione, *vt fuit dictum in vna Romana domorum prima Decembris 1616. coram Card. Pamphilio, & in Romana pecuniaria 15. Iunij 1620. coram Cardinali Verospio & in Interamnen. censuum 27. Ianuarij 1623. coram Pirouano, & in alia Romana pretij Vaccarum 28. Iunij 1623. coram Nauarro, & Rota decis. 244. num. 7. par. 4. diuersorum & per Cardinalem Seraphinum in sua decis. 1419. num. secundo, & in alia Romana Electionis puellæ Lunæ 14. Decembris 1620. coram Buratto.*

71 Declara tamen prædicta non esse vera, quando testes extarent, qui dictam veram, & actualem numerationem excluderent, quia tunc præsumpta solutio ex dictis verbis resultans non iuuaret, vt animaduertit Rota ibi supra, de mense *Decembris coram Pamphilio.*

72 Extende primò dictū illum casum etiā procedere, vt scilicet Arbitrium intret ad retardandum solutionem pensionis, quando ea fuit reseruata sub conditione, quæ non sit iustificata, *vt fuit dictum in Lunen. Sarzanen. pensionis 30. Ianuarij 1612. coram Card. Caualerio.*

73 Subextende idem procedere, etiam contra eum, qui reseruationi pensionis consensit, quia consensus cum sit conditionalis, ideo cōditio nil ponit in esse, *l. cedere diem, & ibi D D. ff. de verbor. signif. & Rota ibi supra coram Card. Caualerio.*

74 Extende secundò idem procedere, quando pensio fuisset reseruata ad tempus, quod nondum aduenisset, quia tūc arbitrium intraret, pro retardatione solutionis, quamuis adesset quasi possessio exigendi, *vt fuit dictum in Collubricen pensionis 6. Iulij 1614. coram Manzanedo*, Veluti quoque illud intraret, quādo pensionis reseruatio redderetur turbida, *vt ait Rota penes Burat. in sua decis. 591. num primo, & sequen. & ibi per Addent. sub num. 10.*

75 Extende tertiò, quòd arbitrium intret, pro retardanda pensionis solutione, quando agitur contra alium, quàm successorem illius, qui pensioni consensit, quia contra illum litteræ reseruationis pensionis exequi non debent, si de illius malo Iure constaret, *Rota decis. 167. par. 3. diuers. Acchill. decis. 6. num. tertio, & decis. 9. de pensio. Guidob. decis. 138. in cipien. Albertus Vicedominus, & fuit dictum*

ctum in Cæsaraugustana pensionis 20. Decembris 1591. coram Penia.

76 Veluti in simili dicitur de via executiua ratione pacti competen. quæ non datur contra singularem successorem à paciscente causam non habentem, *vt ait Negus de pignor. par. 4. num. 20. & fuit ita decisum in Tirasonen. pensionis 20. Iunij 1614. coram Coccino.*

77 Extende quartò, quòd Arbitrium intret pro retardanda solutione, quando de extinctione pensionis constaret, quia non entis nullæ sunt qualitates, *Rota in Mediolanen. pensionis 5. Nouembris 1607. coram Card. Marcomontio.*

78 Septimò intrat arbitrium pro relaxanda declaratoria, quādo quis, ob aliquod impedimentum, quod ipsemet præstet, intimari non potest, *vt fuit dictum in Agrigentina beneficij 1. Iulij 1613. coram Pamphilio.*

79 Cuius autem decisionis talis est, Dominus Dominicus Piouanus præstitit impedimentū, ne contra eū in partibus mandatum Rotale de immittendo, ad fauorem Varoni concessum exequeretur, Ideò fuit habitus recursus ad Signaturam Sanctissimi, quæ rescripsit cum clausula (Arbitrio Rotæ) Vndè disputato dubio, an illud intraret, Rota affirmatiuè resoluit, quia cum D. Dominicus impediret, ne sibi illud mandatum Rotale intimaretur, propterea in illius odium pro intimato haberi debebat, *iuxt. text. in cap. quonia n frequenter S. Porro, & ibi glos. in verbo impedit, vt lit. non contest. Crescent. decis. 18. de sent. & re iudic.* Quæ loquitur in terminis executorialium, quæ non poterant intimari, ob impedimentum partis, ad quod facit, *decisio Rotæ in Pampilonen. Parrochialis de Arsas 4. Martij 1618. coram Vbaldo.*

80 Extende primò idem procedere in latitante, qui pro citato, & intimato habetur, vt dicam in verbo citatio, & per hoc latè *ait Mysing. in sua centur. 2. obseruat. 91. per totam.*

81 Extēde secundò idem in simili procedere in impedimēto, ne possessionē quis capiat, quia pro possessore habetur, & sic distributiones lucratur, *vt fuit dictum in Toletana Canonicatus 5. Nouembris 1610. coram Cardinali Lancellotto Iunio re.*

82 Extende tertiò idem procedere de Canonico, cui à Capitulo fuit denegata possessio, qui pro admisso haberetur, ad effectum gaudendi prærogatiuis, & emolumentis aliorum Canonicorum, *vt fuit dictum in Pacen. Canonicatus 27. Iunij 1612. corā Manzanedo, & in dicta Toletana Canonicatus corā Card. Lancellott.*

83 Extende quartò pari modo procedere in Equite Hierosolymitano, ne faciat suas Carauanas impedito, qui dicto impedimento non obstante antianitatē acquirit à die protestationis, per eum factæ, quæ necessariò est facienda, super eo, quòd scilicet per eum non stabat, quominus suas Carauanas faceret, aliàs non dormientibus, sed vigilantibus iura subueniunt, Item, quia protestatio tamquam voluntatis, & animi protestantis declaratio ius suum præseruat, *vt fuit dictum in Ciuitaten. habitus 19. Nouembris 1608. coram Manzanedo, & apud Gregorium Decimum Quintum dec. 341. num. 1. & 2. & est decis. 567. in fine par. prima recent. Roland. cons. 69. num. 39. lib. 4. & Maceraten. vār. resolut, resolut. 55. num. 7. lib. 1.*

84 Extende quintò procedere, quòd regulariter pro facto habetur id, quòd fieri debebat, si per eum stetit, quominus fieret, & ideò solutio pro facta habetur, quā do stat per eum, cui erat facienda, quin fiat, *vt ait Surdus cons. 117. num. 9. & cons. 374. num. 7. & cons. 533. num. 8. lib. 4.* Et veluti eodem modo dicicitur de conditione, quæ pro adimpleta habetur, quando stat per aduersarium, quominus adimpleatur, *vt fuit dictū à Rota per Burattum decis. 5. num. 9. & 13.* vbi propterea ait, quòd locator operarum facto conductoris impeditus, potest illius mercedem conuentam petere, etiā, quòd operas suas non præstiterit.

Subextende prædicta eodem modo quoque procedere in præstante impedimentum, nè testis examinetur, quia tūc prolegitimè examinato habetur, *vt dixi superius sub nu. 43. per dec. Gregor. XV. 327. num. 8. & seq. & dec. 498. in fine.*

85 Extende sexto idē procedere in reddenda ratione, quæ habetur pro reddita, quando stat per eum, cui erat reddē da, quominus reddatur, *vt ait Cephal. cōs. 7. num. 6. libro primo cum ibi allegatis.*

Decla-

86 Declara tu tamen prædicta procedere solùm in præiudicium præstantis impedimentum, non autem alicuius tertij, *iuxt. trad. per Gonzal. super regula* 8. §. 3. *num.* 38. *& seqq.*

Extende hic obiter ea, quæ fuerunt dicta de præstante impedimento, vt aliquid non fiat, procedere, & è conuerso in promittente factum alienum, quæ enim promissio licèt resoluatur in promissionem facti proprij, tamen ille liberatur, si diligentiam, & curam adhibeat, vt promissa succedant, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis.* 64. *num.* 1. *& ibi per addentem,* Qui ad id corroborandum infinitos allegat, *& prius fuit dictũ in Perusina dotis* 5. *Decembris* 1607. *coram Attrebaten. Manzanedo, & in Signina Castrorum* 3. *Aprilis* 1615. *coram Buratto, quam allegat, & sequitur Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 726. *num.* 12. *& Rota per per Gregorium decis.* 241. *num.* 8. *& prius in Romana Palatij* 7. *Maij* 1590. *coram Bubalo, quæ est apud Marches. de comiss. par.* 1. *fol.* 728.

Subextende prædicta adeò procedere, vt propterea promittens se facturum & curaturum excusetur à pœna, & interesse, si fecerit quicquid potuit, licèt effectum non habuerit, *vt dicunt Doctores allegati à Ferentill. in addit. ad dictam decisionem Buratt.* 64. *num.* 15. *& seq. & addens ad Gregor. d. decis.* 241. *n.* 8.

Et in materia mariti, quòd scilicèt excusetur per diligentiam factam cum vxore, vt bonis paternis, & maternis renunciaret, iuxta illius promissionem, *ait Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 726. *num.* 6. *&* 12. *Affl. dec.* 295. *Boer. dec.* 3. Dicentes id procedere, non obstante iuramento, at secus, si adesset obligatio Cameralis.

Quinimmo rursus extende idem procedere, etiam, si ille promisisset se operaturum cum effectu, secundum aliquos *allegat. ab Addente ad dictam dec. Buratt.* 64. *num.* 17. Sed Fontanella ait contrariũ esse verius, subdens eam promissionem cum effectu facere, vt quis ad pœnam, & interesse teneatur, licèt tamen addens ad Burattum ibi supra cõcludat, primam opinionem esse communem, & vsu receptam ex sententia Cardinalis Manticæ, Parisij, & Eugenij, sed ego illi opinioni Fontanellæ magis inhæreo, quia appellatione actus promissi intelligitur de valido, & perfecto, veluti dixi in verbo Actus, & sine vlla difficultate, quando colligeretur ex verbis stipulantem voluisse teneri ad pœnam, & interesse, si effectus non sequatur, veluti, etiamsi esset appositum pactum resolutiuum, si quis quolibet an nonon prę stiterit cautionem, siuè si dixerit aliàs velle teneri de proprio, aut si promiserit, releuare aliquem indemnem, quia istis casibus, quis sola diligentia adhibita, non excusatur; Immo talis absque interpellatione in mora constituitur, qnando tamen dies expressa, vel tacita esset adiecta, aliàs secus, *vt fuit dictum à Rota per Burattum dicta decis.* 64. *num.* 5. *& seq. & cæteri Doctores allegati ab addente,* Vbi quamuis alleget Doctores, qui tenent, quòd pro adimplemento vnius sufficiat, quòd actus fiat absq. quòd sit validus, ego tamen contrarium puto verius ex prædicta ratione, nempè, quia appellatione actus semper intelligatur de valido, & perfecto, & præsertim, quando alter cõtrahens non fuisset aliàs contracturus, & sic illud causam finalem respiceret, *vt dixi in verbo Adimplere in principio, & prius in verbo Actus.*

Extende ea, quæ fuerunt dicta super eo, quòd sola diligentia non sufficiat in promittente factum alienum, multò magis procedere, si dictus promittens vellet ex illa promissione actionem aliquam deducere, quia tunc non liberaretur per solam diligentiam, sed esset necessarius effectus promissionis, & ideò videmus, quòd si fuerit facta promissio marito de dote, ea conditione, vt faceret renunciare iura suæ vxori competentia, tunc ea renunciatione non secuta, non posset maritus ad dotem agere, *vt ait Card. Caualerius decis.* 64. *num.* 2. Vbi habetur, non esse verisimile tantam dotem promisisse, si cum effectu renunciatio non fuisset facta, idemq. fuit resolutum *in Anconitana dotis* 3. *Maij* 1606. *corã Cardinali Pamphilio, & Franch. decis.* 624. *& est dec. Gregor.* 241. *num.* 5. *& in addit. num.* 8. *in fine.*

87 Octauò intrat arbitrium ad sanandam nullitatem ex defectu citationis, quando defectus non esset totalis, *ad tradita*

ta per Vantium de nullitate, tit. 14. *& vltimo num.* 124. *Roman. conſ.* 100. *Veſtr. in ſua praxi lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. *Rota deciſ.* 11. *de dolo, & contumac. in nou. & dec.* 259. *n.* 8. *par.* 2. *diu.* Et in terminis iſtius clauſulæ Sanatoriæ Arbitrio Rotæ, *fuit dictum in Cremonen. penſionis* 19. *Ianuarij* 1605. *coram Card. Sacratc. & in alia Ferrarien. affictus* 9. *Decembris* 1613. *coram Dunozetto*, Vbi Eminentiſſimus Cardinalis Eſtenſis, qui debebat citari ad valuas Eccleſiæ maioris, fuerat citatus ad Valuas Palatij, non relicta copia citationis, ſed procurator comparuerat dando interrogatoria, vnde cum talis defectus non eſſet totalis, viſus fuit ſanabilis, ex quo citatio non ad alium finẽ fuit reperta, quàm vt aliquid ad notitiã citandi perueniat, & propterea dici ſolet, quòd certus amplius certiorari non debet, *text. eſt in l. eum, qui ff. de reg. Iur. Cabalin. de euict.* §. 3. *nn.* 2. *Creſcent. deciſ.* 2. *de dilat. pulchrè ait Beltramin. ad deciſ. Gregor.* 575. *Aegid. in ſua deciſ.* 59. *Gomes in cõpend. Signaturę ſol.* 521. *& Rota in Catanien. illegitimitatis.* 29. *Maij* 1598. *coram Orano.*

88 Extende prædicta procedere, etiamſi aliàs in citando certa præciſa forma tradita fuiſſet, quia ea ſatis dicitur adimpleta, ſi per æquipollens adimpleatur, *Vitalin. in Clement. cauſam* §. *Intimatio nu.* 24. *de elect. Puteus deciſ.* 252. *lib.* 2.

89 Nonò intrat arbitrium pro abſolutione à cenſuris, quando ædem nullitèr, & iniuſtè fuerunt decretæ, & relaxatæ, *vt fuit dictum in Bouen. penſionis* 24. *Ianuarij* 1614. *coram Dunozetto.*

90 Et ad id nota, quòd, ſi verbigratia, cenſuræ, ſiue excomunicatio fuerit lata cõtra pauperem, nihilominus ea valeret, etiam, quòd paupertas ſit notoria, licèt tamen probata poſteapauperrate ſententia ſit retractanda, *iuxta text. in cap. à nobis de ſentent. Excomunic. Gratian. in ſua deciſ. Marchiæ* 36, *num.* 8. *& ſeq. vbi alios allegat.*

91 Decimò intrat arbitrium ad effectum procedendi ad vlteriorem executionem, quando cõſtat de bono Iure, licèt poſſeſſio capta in vim executorialium fuerit nulliter capta, *vt fuit dictũ in Firmana Iuriſpatronatus* 15. *Ianuarij* 1614. *coram Coccino Decano*, Vbi fuerit capta poſſeſſio in vim executorialium, non ſeruatis terminis de ſtylo Rotæ ſeruari ſolitis, & propterea poſſeſſio videbatur nulla, & attentata, *Mandoſ. de comiſſ. in cõmiſſ. execut. quæſt.* 24. *Creſcent. deciſ.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſ. Caſſador. deciſ.* 6. *n.* 10. *de conſ. poſſeſſ. & propr. Rota deciſ.* 758. *num.* 2. *par.* 3. *diuerſ.*

92 Verùm, quia Papa reſcripſerat, vt reiectis nullitatibus, arbitrio Rotæ, ad vlteriorem executionem procederetur, ex eo, quia conſtabat de bono Iure, idcircò placuit Rotæ reſpondere, Arbitrium intrare, Et ratio eſt quia, cum executio fuerit benè, licet nõ legitimè facta, ideò ſi fuiſſet reuocata, & de nouo poſtea in continenti eſſet concedenda, vtique ad tollendos circuitus, ea debebat confirmari, & non reuocari, *Goz. conſ.* 21. *nu.* 31. *Alex. conſ.* 81. *num.* 5. *lib.* 7. *Decius conſ.* 449. *num.* 13. *Curt. Iun. conſ.* 127. *num.* 5. *Aymon. conſ.* 46. *num.* 7. *& cõſilio* 65. *num.* 4. *& conſ.* 140. *num.* 9. *& Rota per Caputaquen. deciſ.* 175. *par.* 3.

93 Et prædicta eò magis procedere debent, ſtante facultate Rotæ, quæ multum de rigore Iuris dettahere poteſt, & præſertim æquitate, vel alia rationabili cauſa ſuadente, *Creſcent. deciſ.* 4. *num.* 3. *de teſtib. & pluries fuit dictum à Rota, vt ſuperius dixi, & ſignanter in vna Genuen. Viridarij* 6. *Nouembris* 1595. *coram Cardinali Seraphino.*

94 Et præcipuè, quia in illa cauſa ſentẽtia fecerat tranſitum in Iudicatum, & propterea poterat ad executionem procedi, abſque alia obſeruatione dictorum terminorum, ad docendum de appellatione, ac illius legitima proſequtione &c. *vt per Innoc. in c. ex noſtra de appellat. Lancell. de attentat. appellat. pend. num.* 34. *Franc. Marc. dec.* 283. *n.* 1. *&* 2. *p.* 1.

95 Vndecimò intrat arbitrium ad effectum, vt non retardetur proceſſus ad vlteriora, ex benignitate Rotæ, quando attentata integrè non fuerunt purgata, *Lãcellott. de attentat. par.* 3. *cap.* 29. *ſub nu.* 23 *de purgat. attentat. & fuit dictum in Aſtoricen. reſidentiæ* 31. *Ianuarij* 1613. *coram Coccino Decano.*

96 Extende primò eò magis procedere, quando expenſæ illius Iudicij attentatorum, adhuc nõ eſſent liquidæ, quia tunc non impeditur proceſſus ad vlteriora,

idem

idem Lancellot. p. 3. cap. 31. num. 166. de pæn. attentat. & præsertim stante clausula (Arbitrio Rotæ) vt fuit dictum in dicta *Astoricen. coram Coccino*, & præsertim, quando per aduersarium statet, quo minus expensę liquidarentur, vt fuit dictum in dicta *Astoricen. coram Coccino*.

97 Extende secundò, eò facilius procedere, si fieret oblatio de soluendis expensis, facta earum liquidatione, vt fuit dictum in *Hispalen. fructuum 24. Feb. 1584. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 655. n. 2.*

98 Subextende idem procedere, veluti si essemus in purgatione spolij, quę a pari procedit, cum illa attentatorum, vt ait *Rota per Mobedan. dec. 311. incipien. Cruciferorum*, vbi ait, quod eo casu oblatio sufficeret, *idem Seraph. dict. dec. 655. n. 3.* & ibi rationem differentiæ assignat.

99 Extende tertiò, quòd intret arbitriũ ad effectum reseruandi restitutionem fructuum in fine litis, stãte paupertate, vt fuit dictũ a *Rota in Cæsenaten. de Aldinis 9. Decemb. 1609. coram Coccino, quæ est in eius impress. dec. 496 num. 3.* Et ratio, quæ ibi assignatur ea est, quia cum arbitrium debeat ab æquitate regulari, ideò omnis æquitas suadet, quòd stante paupertate, quis audiatur reseruatis fructibus, cum pręceptum ad impossibile non extendatur, *Rota in Eluen. præceptoriæ 5. Iunij 1609. coram Manzanedo*. aliàs pauper licet bonum ius foueret, nihilominus causam deserere cogeretur, vt benè ait *Ma rescot. var. resolut. lib. 1. cap. 86. num. 33.* vbi testatur, quod stante paupertate Signatura solet rescribere, dimissa possessione tantum, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis, constito de paupertate, & quòd paupertas sit maximè considerabilis in hac materia, ait *Rota decis. 363. in fin e p. 2. in recent.*

100 Sed nota tamen, quòd paupertas regulariter non suffragatur, ad hoc, vt quis audiatur ante purgatum spolium; secus tamen est stante clausula (Arbitrio Rotæ) *vt ait Coccin. ibi supra nu. 7.*

101 Contrarium tamen esset stante clausula, Parito Breui) quia illa requirit paritionem, etiam respectu fructuum, & sic eo casu oblatio de reficiendo expẽsas, siue fructus, post eorum liquidationem non sufficit, sed in effectu debent restitui fructus, vt tollatur iurisdictionis suspensio. Et ratio ea est, quia in primo casu iurisdictio non est conditionalis, veluti in secũdo, vt ait *Sarnen. dec. 15 lib. primo, & Anton. Augustin. de fructibus in repert. allegat. a Rota ibi supra num. 3. coram Card Seraph. dicta dec. 655.*

102 Et propterea ad id notandum erit, quod Rotæ practica est, vt petens procedi ad vlteriora vigore Breuis habentis clausulam (Parito, &c.) prius fructus liquidet, vel ab eo impetretur commissio, quòd Iudici præfigatur terminus ad liquidandum, quo elapso procedatur ad vlteriora in negotio principali, quod denegandum non esset, si constaret de calumnia liquidare negligentis, veluti testatur de huiusmodi practica Rotæ, *Cardin. Seraphin. vbi supra num. 4.*

103 Secus verò, si essemus in clausula (Parito iudicato) quæ ex stylo Signaturæ dari non solet, nisi in eo casu, vbi adsunt tres conformes, non autem quando vnica tantum sententia adesset, *vt ait Rota in Romana Molendini coram Coccino, quæ est penes Marchesan. de commiss. tom. 2. fol. 247. & in alia Placentina beneficij 1. Iunij 1615. coram Verospio, & in Vallis Oletana Exemptionis 14. Martij 1616. coram Pirouano, & in Barbastren. pecuniaria 1. Iunij 1616. coram Andrea.* Et propterea Rota semper respondet pro arbitrio, quando res iudicata non prouenit ex tribus sententijs, licèt etiam adessent duæ, quę ex Statuto loci, vt est in Vrbe facerent rem iudicatam, veluti signanter fuit dictum in *Vallis Oletana, & Barbastren. coram Pirouano, & Andrea.*

104 Et ratio est, quia tres sententiæ cõformes semper arguunt maiorem causæ cognitionem, quam duæ, vel vnica tantum, quod enim considerari solet ad effectum executionis, iuxta tradita per *Gabriel. conclus. 1. nu. 37. tit. de execut. rei iudicat. & ita ponderauit Rota in supra allegat. decis.* & plura de hac clausula Parito, &c. quando in commis-

missionibus soleat apponi à signatura, latè tradit *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 86. & Marta de clausul. vbi plures decisiones Rota cumulat circa effectus istius clausulæ.*

Immo quòd pauper etiam stante rescripto (refectis expensis, & assecurato iudicio arbitrio Rotæ) audiantur licet nō facta ea assecuratione, sed quod fructus, & expensæ in fine litis reseruentur, iuxta stylum Rotæ, & fuit dictū *à d. Rota per Buratt. dec. 320.*

Et ad hoc nota, quòd pauper quis dicitur regulariter arbitrio Iudicis, vt ait idem *Buratt. decis. 15. & ibi in addit. sub litt. B.* Animaduertendo tamen quòd pauperras non in genere; sed in specie probetur, habito respectu ad restitutionem expēsarum, *vt fuit dictum à Rota per eundem Burattum in sua decis. 41. num. 5. & ibi per addent. concord. adducuntur sub litt. C. & in decis. 208. num. 8. & decis. Sicil. 18. num. 6.*

Et ratio prædictorum ea est, quia impossibile non ligat præceptum, vt ait *Marescott. var. resol. cap. 86. num. 33. lib. 1. & Rota per Gregor. decis. 261. num. 5. & per Coccin. decis. 496. & in alia Elnen. præceptoriæ 5. Iunij 1609. coram Manzanedo.*

105 Duodecimo intrat arbitrium ad effectum retardandi processum ad vlteriora pendente termino remissoriæ, quando probatum fuit per scripturas, & alias concludentes, probationes, articulos remissoriales iam cōcessos fuisse irreleuantes, vt fuit dictum in *Hispalen. legitimitatis 28. Apr. 1614. coram Card. Sacrato.*

106 Casus autem illius decisionis erat talis; Dominus Franciscus de Varte productis articulis obtinuerat remissoriam in secunda instantia, cum retardatione processus, quo stante pars aduersa productis quibusdam iuribus, ex quibus irreleuantia, & calumnia dictorum articolorum detegebatur, adiuit Signaturam Sanctissimi, ad hoc, vt mandaret ad vlteriora procedi, ac si remissoria data non fuisset, sine retardatione processus; &c.

Verum quia Sanctissimus rescripserat (Arbitrio Rotæ) ideò disputato dubio, super eodem arbitrio, illud demum intrare resolutum fuit, ad effectū, vt non retardetur processus; & ratio est, quia licèt arbitrium reguletur a iure, & de iure pendente dilatione officium Iudicis conquiescat. *c. significante, & ibi glos. & Franc. num. 15. de appellat. l. siue pars, C. de dilat. Bart. in l. Generaliter, § his in fine, C. de reb. Eccl. non alien. Accoromb. decis. 30. Put. decis. 156. lib. 1. Franc. Marc. decis. 42. num. 1. par. 2. & ita fuit dictum in vna Valentina Gabellæ 4. Decembris, & 29. Iunij 1596. coram Card. Pamphilio.*

107 Nihilominus per illud arbitrium remittitur multum de rigore iuris, ita vt ex aliqua iusta causa, ab eo recedi possit, vt latè per me superius fuit dedu ctum. Causa enim in illo casu aderat, quia stante irreleuantia probationum illæ frustra expectabantur, & propterea habemus regulam; quòd scilicet frustra dilatio conceditur, ad illud probandum, cuius expectatio, & finis potius dispendium, quàm commodum vtrique parti esset allaturus, vt ait *Rota per Gregor. decis. 184. num. 4. & docet glos. in text. cap. cum contingat in verbo Nihilominus, & ibi Bald. de offic. delegat. Butr. in cap. peruenit num. 2. in fin. qui fil. sint legit. Castrens. in l. ad probationem num. 5. C. de probat.*

108 Fallit tamen illa regula, quòd scilicet officium Iudicis conquiescat pendente dilatione, quando ea, quæ conceduntur dilationi non repugnant, vt fuit dictum in illa *Valentina Gabellæ coram Card. Pamphilio.*

109 Extende prædicta eò magis procedere, quia ibi per processum ad vlteriora non tollebātur probationes, cum remaneret tertia instantia, in qua forerat in omnem euentum de illis ratio haberi.

110 Decimotertio intrat Arbitrium, quando in petitorio ex iuribus productis & ex alijs probationibus de bono iure constaret, *Alex. consil. 54. num. 3. lib. 5. Aymon. consil. 182. num. 14. & 341. num. 16. Natta consil. 591. num. 7. lib. 3. Capice. decis. 69. num. 13. Rota decis. 99. num. 6. par. 1. diuers.*

111 Decimoquarto, intrat arbitrium pro reiectione attentatorum, quando illa sunt turbida, vt ait *Cæsar de Grassis decis.*

dec.3.n.9.de appell.Lancellott. de attentat.p.3.c.24.p.1.n.60.& 61.& ita fuit dictum *in Cæsaraugustana dismembrationis 23 Ianuarij 1610. coram Cardin. Sacrato.*

112 Extende primò, quoq; procedere quando attentata à negotio principali penderent *Capic. dec.72.& dec.209. num.4. Paleott.dec. 220. Lancellott. de attentat.dicta par. tertia cap. 24.quæst. 19.& ita fuit dictum in dicta Cæsaraugust. dismembrationis coram Sacrato.*

113 Extende secundo, quando constaret de malo iure petentis attentatorũ reuocationem, quinimmò sufficeret esse verisimile ius parti non competere, *vt ait Cassad.dec. 4 num. 4. vers. vel satis verisimile de restit. spoliat.* Rota *dec. 7. vt lit. pend. in antiq. idem Lancellott. in dicta tertia par. cap. 24. quæst. 31. num. 8.* & Rota *in dicta Cæsaraugust. coram Sacrato.*

114 Regula modo hic incipit illorũ casuũ, in quibus arbitriũ non intrat, & primo, illud nõ intrat, ad effectũ, vt procedatur sine retardatione solutionis pensionis, qñ sumus in trãslatario, qui nõ est in quasi possessione exigendi pensionem, & agitur contra successorem in beneficio, qui pensioni non consensit, & gratia transferentis, non est iustificata, per translationem, veluti fuit resolutum *in Lauden. pensionis 29. Martij 1593. coram Pena, & prius in alia Asculana pensionis 23. Iun. 1593. coram Orano.*

115 Secundo non intrat Arbitrium ad effectum sanandi nullitatẽ, ex defectu citationis, *vt fuit dictum in* Romana *nullitatis subhastationis 10. Iunij 1609. coram Gregorio, & in Zamuren. pecuniaria 20. Martij 1609. coram* Card. *Caualerio, & in Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram Vbaldo, & in eadem 14. Maij 1612. coram eodem.*

116 Et ratio est, quia cum arbitrium (vt supra diximus) debeat esse Iuri, ac rationi consonum, de Iure igitur, erit, vt sententia nulla ex defectu citationis sit reuocanda, *Clem. sæpè §. sententia de verb signific. clem. pastor. de re iudic. cum alijs allegatis in dicta Mantuana coram Vbaldo.*

117 Nec suffragatur dicere, quòd Arbitrium aliquid remittat de rigore iuris, quia quòd pars citetur non est de rigore iuris tantum, sed est, quid in omni iure Diuino, & humano fundatum, & propterea dici solet nullitatem ex defectu citationis resultan. esse insanabilem, aliàs esset velle tollere naturalem defensionem de iure naturali, ac Diuino competentem, vt ait *Bart. in Extrauagan. ad reprimendum numero sexto, & cæteri allegati in dictis decisionibus coram Gregorio,* Caualerio; *& Vbaldo.*

118 Limita tamen prædicta, non procedere, quando defectus citationis non esset totalis, quia tunc esset sanabilis, iuxta notata per *Sarnen. in compend. vtriusque Signaturæ num. 68.* & veluti dixi in primo casu, vbi arbitrium intret *vers. Extende sexto. sub n. 38.*

119 Limita secundò, non procedere, quando causa, iam esset instructa, quia tunc dicta nullitas esset sanabilis, vt ait *Rota dec. 510. n. 4. p. 2. in recent.*

120 Limita tertiò, quando essemus in nullitate examinis testium, ex defectu citationis commissa, quæ esset sanabilis, dummodo fuerint à parte data interrogatoria, & conductus suus interpres, quia tunc validitas examinis cõtrouerti non debet, nec isto casu nullitates attenduntur, quominus arbitriũ intrare possit, vt ait *Gratian. lib. 4. disc. c. 738. n. 40. & seqq. Card. Seraph. dec. 897. in fine,* & ita fuit dictum *in vna Cæsaraugustana pensionis 16. Februarij 1610. coram Pamphilio.*

121 Et ppa Rota *in d. Mantuana bonorum 14. Maij 1612 coram Vbaldo,* declarat doctrinam *Sarnen.* procedere, quando pro illa die, qua emanauit sententia, aderat aliqua citatio, sed, quòd ea fuerit minus legitimè executa, & constaret partem de ea habuisse notitiam, veluti, quia misisset procuratorem ad causam, vel alio modo de dicta notitia citati constare videretur, vt fuit deductũ in prędic. *dec. corã Vbaldo.*

Extende prędictas limitationes, quoque procedere, & sic, quòd arbitrium intraret, vbi expositæ nullitates essent aliquo modo turbidæ, vt fuit dictum à *Rot. per. Burat. dec. 405. n. 15. & est dec. 682. ibi alleg.*

122 Tertio non intrat ad cumulandum possessorium cum petitorio, cum de iure prius sit terminandum possessorium, quam petitorium *l. ordinarij*, *C. de rei vendic. l. incerti*, *C. de interd. l. si de vi*, *ff. de iudic.* & fuit dictum *in Terracinen. S. Antonij 13. Februarij 1612. coram Card. Caualerio*, & veluti latè dixi plures decisiones allegando supra *nu. 15 cum seqq.*

123 Et ratio est pulchra, quia exitus controuersię possessorij declarat, quis debeat esse actor, & quis reus in petitorio, *l. exitus controuersiæ, ff. de acquir. possess. §. Commodum inst. de interdict.* & ita fuit dictum *in Verdunen. Abbatiæ 31. Ianuarij 1614. coram Buratto, & prius in Turritana 22. Aprilis 1613. coram Vbaldo.*

124 Et hinc propterea infertur, quòd causa spolij importat, vt prius ea sit terminanda, cum spoliatus ante omnia sit restituendus, *l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi publ. l. si coloni, C. de agricol. & cens. lib. 11. Surd. consil. 28. n. 25. & cons. 166. num. 1. Gabriel. cons. 49. nu. 22. lib. 2. Paris. cons. 7. num. 25. lib. 4. Menoch. de recuperand. reme. 1. n. 2.* & ita fuit dictum *in illa Mantuana coram Vbaldo, & in Foroliuien. de Monsignanis 17. Nouembris 16 o. coram Penia, & in alia Perusina spolij 8. Iunij 1607. coram eodem.*

125 Extende id in tantum procedere, quòd neque spoliatus ante restitutionem tenetur spoliatori respondere in petitorio, *DD. in §. nihil commune, vbi Alex. num. 10. Ripa num. 52. & cæteri communiter, idem Ripa in c. sæpe nu. 37. & 50. de rest. spol. Dec. cons. 57. num. 6. Gabriel. tit. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 45.*

126 Et ratio est, quia possessorium est magis priuilegiatum, quam petitorium, vt fuit dictum *in Romana Cottiuij, Lunæ 6. Martij 1606. coram Card. Sacrato, & prius in Montisfalisci Cappellaniæ 13. Ianuarij 1607. coram Card. Lancell. & in alia Narnien. confinium Veneris 7. Aprilis 1606. coram Coccino Decano.*

127 Et propterea dicitur, quòd est speciale in causa spolij, vt suspensio illius impediat, vt fuit dictum *in Corrigen. Gabellarum Lunæ 16. Martij 1603. coram Iusto*, vbi aliæ decisiones allegantur.

128 Contrarium tamen fuit decisum in *d. Romana Cottiuij coram Card. Sacrato*, vbi habetur, quòd virtute illius clausulæ (Arbitrio Rotæ) quę dat facultatem aliquantulum recedendi à regulis iuris, ob id cumulatio possessorij, cum petitorio veniat concedēda, sed quòd reuera, Principis auctoritate, possit cōmitti petitorium omisso possessorio, ait *Gabr. concl. 5. n. 13. de rest. spol.*

129 Concorda tu tamen, primam opinionem procedere regulariter; secunda vero procedit, quando hincindè difficultates insunt, per quas possessorium turbidum reddatur, veluti latè dixi supra in secundo casu, vbi intrat arbitrium, & ibi recurras, quia multa vides in materia sub num. 48.

Sed nota tñ, quòd si sententia fuerit lata in petitorio suspenso per partē, sustinebitur, stāte rescripto super cumulatione petitorij, cū possessorio, vt fuit dictū *à Rot. per Burat. in sua dec. 337. n. 33*

130 Quarto non intrat Arbitrium ad retardandam executionem Breuis iustificati, vt fuit dictum *in Corduben. beneficij de Onero 19. Nouembris 1607. corā Coccino, quæ est in eius impress. dec. 373 n. 2. & in Assisien. beneficij 7. Maij. & 18 Iunij 1607. coram Card. Sacrato, & in Tirasonen. Canonicatus 12. Nouembris 1607. & 4. Febr. 1608. corā Scotto, & in Hispalen. præheminentiarum 24. Ian. 1614. coram Card. Sacrato*; Cuius .n. decisionis casus est talis, videlicet.

131 Fuit enim resolutum à Rota, arbitrium nō intrare, pro retardatione Breuis iustificati, quamuis aliud Breue suspensiuum primi adesset, cum clausula pędicta, quia non ob id illud videbatur facere executorem mixtum, & ratio est, quia illud secūdū Breue primi suspēsiuum erat super exceptionibus emanatum, quibus factis executor remanebat merus, *Imol. in c. fin. num. 9. de præsumpt. vers. tamen pro clariori.*

132 Et propterea isto casu regula illa succedere debet, quòd scilicet breue iustificatum paratam executionem habere debet, *Sarnen. in tract. breuium num. 4. & Lancellott. de attentat. par. secunda cap. 4. in præfat. numero 394. & seq. Caputaquen. decis. 71. par. 1. & Rota*

Rota decis. 180. p. 3. diuers.

133 Extende id in tantum esse verum, quòd si aliquod extaret impedimentũ, veluti inhibitio, vel aliud simile, est moderandũ, vt illud breue iustificatũ executioni demandetur, *idem Sarnen. d. tract. Breuiũ nu. 4.* & ita fuit dictum *in Iacen. Parrochialis 17. Iunij 1603. corã* Pamphilio, *& in dicta Assisien. coram* Card. *Sacrato.*

134 Declara tamen prædicta non procedere, quando daretur fumus de iure patronatus, quia tũc, dato etiam, quòd ille fumus daretur, per scripturas informes, tamen de stylo Rotæ remittitur aliquid de rigore, qui in Breui inesse solet, & sic illius executio retardatur, vt fuit dictum *in Barebinonen. beneficij coram Mellino, & in Astoricen. Prioratus 9. Decembris 1596. coram Litta. & in Aurien. Parrochialis 17. Aprilis 1598. coram* Card. *Lancell.*

135 Et ratio est, quia per ius patronatus intentio prouisi Apostolici excluditur, quæ est in reseruatione fundata, & super beneficijs de iure patronatus Laicorum non cadit, vt ait *glos. communiter approbata in cap. 2. de præbẽd. in 6. Puteus decis. 319. numero secundo, lib. primo*, & ita fuit dictum *in Tuden. Parroch. 3. Dec. 1601. corã Card. Sacr.*

136 Subdeclara tamen prædicta procedere, quoties detur fumus de iure patronatus, quod reseruationem excludat, secus verò si daretur fumus in genere de d. iure patronatus, quia tunc Breuis executio non esset impedienda, vt fuit dictum in *Pampilonen. beneficij de Arizaleta 4. Iulij 1614. corã Reboldo.*

Casus enim illius decisionis est, quod ad impediendam executionem Breuis allegabatur exceptio illa iurispatronatus, sed Domini dixerunt non sufficere dare fumum in genere, sed necesse esse de illo in tantum docere, quod reseruationem excluderet, quia non quodlibet iuspatronatus eam impedit, sed solum illud, quod ex dotatione, vel fundatione, non autem ex priuilegio acquiritur, *Cassad. decis. 4. num. 5. de probat. & decis. 7. n. 5. de iur. patronat. cum alijs allegatis in Compostellana iurispatronatus 23. Ianuarij 1603. coram Litta.*

137 Subdeclara secundo, etiam exceptionem iurispatronatus non suffragari, quoties ageretur de manutẽtione, quia tunc neque clausula (Arbitrio Rotæ) aliquid operaretur, vt fuit dictum in *Aurien. Parrochialis de Pao 17. Aprilis 1600. coram Card. Lancellotto.*

Sed ad hoc, vt quis possit dici legitimè in iure patronatus institutus, nota, φ hęc quatuor concurrere debẽt, & primo, Vacatio beneficij, secũdo, existentia iurispatronatus, tertio, habilitas præsentati, quartò, quod præsentatio fuerit facta in tẽpore, vt fuit dictũ *in Pientina iurispatronatus 23. Mart. 1613. corã Coccino. quæ est dec. 337. par. 2. in recen. sed melius in Lunen. Sarzanen. benef. Luna vlt. Maij 1627. coram Durano*, & ibi docet, quõ prędicta requisita probẽtur

138 Quintò Arbitrium non intrat, quãdo adsunt attentata, aliàs esset contra ius, si attentata, quæ in primis, & ante omnia sunt purganda, non reuocarentur, vt latè dicam in verbo *Attentata, & tex. est in c. cum sit de appellat.* Immò id in tantum est verum, vt Iudex aliter faciens iniustitiam faceret, *Io. Andr. in c. non solum de appell. in 6. Franeb. in c. cõsuluit n. 7. & in c. dilecti n. 3. eod. tit. Affl. dec. 98. n. 5.* & fuit pulchrè decisum in Parmen. *Status 30. April. 1610. corã Gregorio, quę est in eius impres. dec. 465. n. 2.*

139 Et propterea licèt Arbitrium soleat iuris rigorem moderari, tamen id sequi nunquam in præiudicium partis, & sic ius suum lędere non debet, *Bald. cons. 217. circa fin. vers. Vnde sciẽdũ est lib. 4.* & veluti ex mente Rotæ superius dixi.

140 Nec minus ita de facili arbitrium intrare debet, pro attentante, aliàs illud eodem tempore ius, Iudicem, & partẽ læderet, *Franc. in c. bonæ n. 14. de appell. & Natta cons. 568. n. 7.*

145 Extende prædicta, adeò esse vera, vt propterea attentata integrè etiam, quoad expensas, sint purganda, & realiter quidem, ita vt neque sufficiat oblatio de restituendo residuum, cum depositione alicuius paruę summę, *Bald. in c. conquęrente n. 1. de resti. spol. Caputaq. dec. 150. n. 7. p. 1.* & ita fuit dictum *in Toletana Cappell. de Partiana 15. Decemb. 1610. coram Pamph.*

144 Fallit tamẽ primò, quãdo attẽrata essent

sent turbida, quia tunc arbitrium intraret pro eorum reiectione, *Cæsar de Graffis decis. 3. n. 9. de appellat. Lancell. de attentat. par. 3. cap. 24. quæst. 1. n. 60. & 61.* & ita fuit dictum in *Cæsaraugustana dismembrationis 23. Ianuarij 1610. coram Card. Sacrato, quæ est penes Marches. de commiss. tom. 3. fol. 178. & Rota decis. 235. n. 1. par. 1. recent. & decis. 235. num. 2. par. 2. recent.* & ita fuit decisum *in Conchen. Cappellaniæ 3. Nouemb. 1617. coram Card. Verospio.*

Secus autem, quando de illis clarè constaret, quia tunc Rota arbitrium pro eorū reiectione exercet, quod non sequitur, quando ius parti ex rescripto Signaturæ iam fuisset quæsitum, quia tunc Rota non exercet arbitrium, ad illud ius parti quæsitum tollendum, per viam reuocationis attentatorum, vt fuit dictum à *Rota per Burat. in sua decis. 177. n. 4. & 8. & prius in Toletana Parochialis 26. Iunij 1609. coram Cardin. Pamph. & in illa Cæsaraugustana dismembrationis 23. Ianuarij 1610. coram Card. Sacrato.*

143 Fallit Secundò, quando attentata à negotio principali penderent, *Capic. decis. 72 & decis. 209. num. 4. Paleott. decis. 220 Lancell. d. par. 3. cap. 24. quæst. 19.* & ita fuit dictum in d. *Cæsaraugustana coram Card. Sacrato.*

144 Fallit tertiò, quando aliàs diminueretur cultus Diuinus, vt fuit dictum in *d. Cæsaraugustana corā Card. Sacrato.*

145 Fallit quartò, quando aliquo modo constaret de malo iure petentis attentatorum reuocationem, per rem iudicatam, vel per confessionem partis; Quinimmò sufficeret esse verisimile ius parti non competere, vt ait *Cassad. decis. 4. n. 4. vers. vel satis verisimile de restit. spoliat. Rota decis. 7. vt lit. pend. in antiq. idem Lancell. in d. 3. p. c. 24. q. 31. n. 8. & Rota in eadem Cæsaraugustana coram Sacrato.*

146 Sextò non intrat, vbi fuit commissum spolium, cum spoliator non sit confouendus, nisi purgato spolio, & sic nūquam Rota interponit arbitrium, pro spoliatore, vt ait in *decis. 365. n. 9. p. 1. in recent.* & fuit quoque dictum in *Maceraten. hæreditatis 13. Maij 1616. coram Card. Caualerio, & in alia Romana spolij 26. Iunij 1618. coram Manzanedo*, & ibi dicitur, non esse locum arbitrio, ad sanandam nullitatem sententiæ, quando illius vigore fuit etiam obtenta Immissio, quia ipsa quoque immissio est spoliatiua, & sic si radix infecta, ergo & rami.

147 Quod tamen limita non habere locum, quando nullitas, ex qua spolium deducitur, ex mero rigore iuris prouenirct, & non defensionem respiceret, quia isto casu arbitrium intraret, non obstante spolio, veluti fuit decisum in *Firmana bonorum 13. Ianuarij 1617. coram Remboldo.*

148 Septimò, non intrat arbitrium ad retardandam executionem literarum Apostolicarum, quando sunt iustificatæ, vt fuit dictum in *Eluen. beneficij Sancti Saluatoris 1612. coram Penia*, vbi fuit rescriptum à signatura, cum clausula (Parito literis Arbitrio Rotæ)

149 Et ratio est, quia literę Apostolicæ, quando sunt iustificatæ, ob reuerentiā, quę eis debetur, paratam, & expeditam executionem habent, *Cassad. decis. 10. de rescript. n. 8. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Gigas de pens. quæst. 80. num. 2.* & fuit ita resolutum in d. *Eluen. coram Penia, & in alia Cremonen. pensionis 15. Aprilis 1610. coram Card. Caualerio*, & aliàs sępissimè, veluti dixi supra in verbo Apostolicę literæ, vbi recurras, & *& Card. Seraph. decis. 1017. num. 2.* ait quòd, ob earum reuerentiam solet semper apponi illa clausula in cōmissione, quòd scilicet procedatur, sine retardatione pensionis.

Et propterea videmus etiam, quòd Arbitrium semper intrat, dum agitur de excludenda superfluitate gratiæ Principis, ad hoc, vt ea suum sortiatur effectum, in illius Principis reuerentiam, vt fuit dictum in *Toletana habitus Veneris 18. Feb. 1622. coram Piruuano.*

150 Extende idem procedere in executione Breuis, quando illud sit iustificatum, veluti dixi in 4. *notabili.*

151 Fallit tamen, quando adesset legitimus contradictor, quia tūc intraret Arbitrium, ad effectū illarum executionē retardādi, veluti qn pars aduersa pro se rē iudicatā haberet, & veluti superius dixi n. 53. qū literæ non essent iustificatæ, nam eo casu contra legitimū cōtradictorem nō posset executiuè procedi

sed

ſed benè ordinariè, ita vt ex eis ille eſſet præfetēdus in ſente ntia, qui meliora, & potiora iura habe ret, vt ait *Seraph. dec.* 624. *n.* 4. *Rota dec.* 567. *n.* 1. *p.* 2. *in rec. & in* Celſonen. *Canonicatus* 1. *Iunij* 1607. *corā Coccino dec.* 347. *in impreſ. n.* 1. *& in alia Paderbonen. Canonicatus Veneris* 8. *Nouembris* 1608. *coram eodem, quæ eſt in eius impreſſis dec.* 431. *num.* 1. *& ſeq.*

152 Octauò, non intrat ad ſanandā nullitatem, ex defectu liquidationis, vt quando fuiſſet deuentum ad executionem, non facta prius legitima liquidatione, vt fuit reſolutum in *Mantuana bonorum* 16. *Dec.* 611. *coram Vbaldo, & in hoc recurras ad* 11. *notab. quando arbitrium intret n.* 95. *cum ſeq.*

153 Et ratio eſt, quia executio facta, non præcedente legitima liquidatione eſt nulla, vt fuit dictum in prædicta *decis. coram Vbaldo, & text. eſt in l. hac au tem, §.* 1. *ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Bald. conſ.* 165. *lib.* 4. *& Surd. conſil.* 186. *num.* 24. *lib.* 2. ait, quòd ſtante incertitudine ſententia executioni demandari non poteſt:

154 Et propterea videmus etiam, quòd à nōn legitima liquidatione facta, datur appellatio, vt latè dixi ſupra in verbo *Appellatio, n.* 112. *cum ſeqq.* vbi recurras.

155 Nonò, non intrat arbitrium ad retardādam ſolutionem penſionis in eo, qui reperitur in quaſi poſſeſſione exigendi eam, vt fuit dictum in *Vrbinaten. Penſionis* 20. *Maij* 161;. *coram Card. Caualerio, & in Aſculana Penſionis* 28. *Iunij* 1593. *coram Orano, & in Lucentina Penſionis* 2. *Martij* 1592. *coram Penia*, & ſic durante lite, ſuper pēſione, ille quaſipoſſidens ſuæ poſſeſſione priuari non debet, vt ait *Rota in dec.* 387. *n.* 1. *p.* 2. *in rec. & in Tullen. Penſionis* 22. *Iun.* 1609. *coram Ortembergo, & in Hidruntina Pēſionis* 25. *Iun.* 1618. *coram Coccino Decano, & in alia Cremonen. Penſionis* 25. *Febr.* 1622. *coram Vbaldo, & per Card. Seraph. in dec.* 1419. *n.* 2. *& per Buratt. dec.* 238. *num.* 1.

156 Et ratio eſt, quia cum Arbitrium regulerur à Iure (vt aliàs ſuperius diximus) de iure igitur in hac materia penſionis, non retardata ſolutione proceditur, vt ait *Staphil. de litter. gratiæ, & iuſtitiæ* §. *in primis agitur, num.* 84. *Caſſador. deciſ.* 10. *de reſcript. Gigas de penſionib. quæſt.* 85. *&* 88. *Couaru. lib.* 2. *variar. reſolut. cap. primo, num.* 9. *verſic. Quoties, Rota deciſ.* 301. *par. prima diuerſ. vt fuit dictum in dicta Lucentina Penſionis* 6. *Nouembris* 1596. *coram Corduba.*

157 Extende primò, id eò magis procedere, ſi ageretur contra eum, qui penſioni conſenſerit, vt fuit dictum in *Salamantina penſionis* 26. *Martij* 1593. *coram Gipſio.*

158 Extende ſecundò, quando præſertim penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, aliàs ſecus, vt ſupra dixi, & veluti ait *Rota dicta dec.* 301. *par.* 1. *diuerſor.* Et ita quoque fuit dictum *in Lunen. Sarzanen. penſionis* 15. *Februarij* 1593. *coram Card. Seraphino quæ eſt in eius impreſſ. deciſ.* 1017.

159 Subextende, quòd immò proceditur ad executionem contra conſentientem penſioni, etiam ſine iuſtificatione literarum, quod tamen intellige verum, quando gratia eſſet pura, at ſecus ſi conditionalis, veluti quādo adeſſet dictio (dummodo) quæ importat conditionem, ſi tamen ſit adiecta diſpoſitioni, at ſecus ſi executioni, veluti fuit dictum *in Eluſina penſionis* 1573. *coram Card. Lancellotto Seniore, & Rota ibi coram Card Seraphino dec.* 1017. *num.* 4.

160 Extende tertiò, quòd neque in eo aliquid operatur clauſula (arbitrio Rotæ) quia licèt ea de ſui natura ſuſpendat, non tamen impedit poſſeſſionem iam quæſitam, vt fuit dictum *in Tuden. Parrochialis* 3. *Decembris* 1601. *coram Sacrato, & in alia Aquilana beneficij* 19. *Decembris* 1608. *corā Manzanedo.*

161 Extende quartò prædicta procedere, etiam ſi opponatur penſionem eſſe extinctam, quia nihilominus dicta clauſula (Arbi trio Rotæ) ſolutionem penſionis non retardat, donec ſuper extinctione fuerit iudicatum, per tres ſententias conformes, veluti eodem modo dicitur, quando eſſemus in eo, qui eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi cenſum, vel aliam annuam reſponſionem, *vt dixi in verbo Annui red-*

redditus, & ita quoque ait *Cassador. decis. 10. num. septimo de rescript. & dec. 8. de restit. spol. Caputaquen. decis. 317. par. 2. & Rota in Romana Pensionis 23. Martij 1576. coram Blanchetto, & in alia Romana Pensionis Veneris 27. Februarij 1598. coram Cardinali Pamphilio, & per Gregor. in sua decis. 235. & ibi in addit.*

162 Subextende etiam, si extinctio pensionis allegaretur per euentum certæ conditionis, vt fuit dictum in *Collimbricen. Pensionis 2. Decemb. 1613. coram Manzanedo.*

163 Casus enim illius decisionis erat talis, nempè quidam Pintus resignauerat Ecclesiam Parrochialem de iurepatronatus Comitis de Monsarato ad fauorem alterius, cum clausula, quòd in euentum, in quem Pintus resignans, præsentaretur ad aliam Parrochialem de iurepatronatus eiusdem Comitis, eo ipso pensio cessaret, quam dictus Pintus sibi seruauerat. Vndè cum ad fauorem dicti Pinti, quidam Emanuel resignasset Parrochialem de iurepatronatus prędicti Comitis, & ille Comes præstitisset consensum, propterea prætendebatur casum extinctionis pensionis euenisse, & per consequens eam cessare debere. Quapropter, post varias sententias de partibus, Signatura tandem commisit causam in Rota, cum clausula (Sine retardatione pensionis, Arbitrio Rotæ) vbi propterea fuit dubitatum, an illud intraret.

164 Et pro parte consentientis pensioni, fuit dictum arbitrium non intrare, ex quo pensio fuerat reseruata ad tempus, siue sub conditione, quę per executionem secundæ Parrochialis eiusdẽ Comitis, fuit purificata, & ideò cessabat eo ipso pensio, etiam quoad possessionem, vt ait *Gigas de pensionib. quæst. vltima, num. 7. & ibi alios allegat.*

Et id arguebant expressè illa verba (Cesset & vlterius non tenearis) quia dicta verba (eo ipso) sententiam non expectant, sed ipso iure annullant. *clement. 1. vbi Cardin. de elect. Tiraqu. in l. si vnquam, num. 141. C. de reuocan. donat.* & ita in materia pensionis, fuit dictum in *Fauentina pensionis 12. Nouembris 1621. coram Card. Caualerio* me scribente pro amico, & obtinente.

165 Item, quòd euenisset casus cessationis pensionis, quamuis non fuisset ille præsentatus in vacatione per obitum, sed solùm Comes resignationi alterius secundæ parrochialis consensisset, adducebatur, quod isti duo casus æquiparantur, scilicet præsentare per obitum, vel resignationi consentire, *Abbas consil. 54. lib. 1. Gabriel cons. 192. in fine lib. 2. Rota decis. 792. num. 8. par. prima diuers. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 5. nu. 55. Crescent. decis. 7. de iurepatronat.*

166 Et sic per consequens dicebatur arbitrium non intrare, quia cessante pensione per aduentum conditionis, tunc non solet apponi clausula (sine retardatione) cum ea amplius non debeatur, dictus *Cassad. dec. 10. de rescrip. & Gigas de pens. q. 82. nu. 10.*

167 Contrarium tamen prædictis non obstantibus, Rota resoluit, & dixit Arbitrium intrare, quia cum ab initio reseruatio tenuerit, & illius vigore fuerit soluta pensio, spatio plurium, & plurium annorum, idcirco non debet solutio retardari, donec super extinctione fuerit iudicatum, per tres sententias conformes, vt ait *Cassad. dicta decis. 10. num. 7. & 8. de rescript. & dec. 8. de restit. spoliat. Caputaq. dec. 317. p. 2.*

168 Et hanc secundam opinionem tenendo, extende illam, eò magis procedere, quia illa cõditio, quòd pensio deberet cessare, non erat ita simplex, & pura; sed benè, quando obtineret Parrochialem maioris valoris; Vndè restabat videndum, an Parrochialis assecuta esset maioris valoris, nec ne, & sic tollebatur isto casu difficultas decreti irritãtis in litteris appositi, quia illud non intrat vnquam, nisi quatenus sit locus dispositioni principali, & sic secundum naturam gratię venit regulandum, vt ait *Paris. consil. 82. num. 15. lib. 4. Imol. in clem. 1. in 2. notab. de concess. praeben. Card. in clem. 1. quæst. 18. de elect. Bero consil. 224. num. 12. & seq. lib. 3.*

169 Præterea poterat quoque dubitari an euenisset casus conditionis, quia licèt præsentatio per obitum, & consensus resignationi insimul æquiparentur, ex superius allegatis. Nihilominus id procedit, respectu patroni ad effectũ

eui·

euitandi præiudicium, quod posset pr̨ tendi ex prouisione forsan facta sine ipsius consensu; secus autem esse videbatur ad effectum prædictum, cum D. Pintus considerasset illum effectum, quando scilicet assequeretur vigore præsentationis Ecclesiam maioris valoris, qų posset subrogari in locum pensionis, alias non esset verisimile, quod ille voluisset pensionem amittere, absque maiori, vel saltem æquiualenti lucro, vt ait *Rota decis.* 14. *de rerum permutat. in antiq.* vbi ait, quod aliud est dimittere beneficium, aliud est ex causa permutationis.

170 Verùm, quia Rota (ex vehementi impugnatione illius resolutionis facta super eo, quòd Arbitrium non intraret) non prorsus erat contenta, ideò voluit iterum super eodem dubio informari, quia illa ratio, vbi dicitur, quod quando constat de valida reseruatione, non debeat solutio pensionis retardari, donec super illius extinctione sit iudicatum, per tres sententias conformes, visa fuit Rota posse procedere quoties pensio fuisset simpliciter reseruata, quia tunc ex quo litteræ sunt liquidæ, ergo solutio non venit impedienda; secus tamen est, quando à principio fit pensionis reseruatio, sub aliqua conditione, siue in euentum translationis, vel assecutionis alterius beneficij, vt in isto casu contingit, quia si de assecutione per litteras constet, tunc extinctio dicitur notoria in tantum, quod non est apponenda clausula, Sine retardatione solutionis, *vt ait* Cassad. *decis.* 10. *per tot. de rescript.*

171 Et ratio est euidens, quia tunc extinctio ex ventre reseruationis resultaret, *vt ait* Cassad. *ibi supra num.* 1. & ibi affert exemplum in obligatione Camerali, qų non retardatur, nisi exceptione solutionis, nouationis, & falsitatis, vel nisi ex aliqua exceptione, quæ ex ventre instrumenti oriatur, *Bart. in l.* 1. *§. & pauci, num.* 3. *ff. quod vi, aut clam. Alexand. conf.* 20. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 6. *& millies ita fuit decisum à Rota, vt ait* Cassad. *Mobedan. & alij allegati in Tiburtina Castri sancti Poli* 17. *Maij* 1594. *coram Litta, & in alia Romana executionis obligationis cameralis* 29. *Martij, &* 7. *Aprilis* 1593. *coram Orano, & in Maceraten. Dotis Veneris* 10. *Iunij* 1594. *coram Cardinali Mellino.*

172 Et prædicta eò magis procedunt stante virtute eorum verborum (eo ipso) quæ inducunt extinctionem ipso iure, vt superius diximus, necnon aliorū, (vlterius non tenearis) *Bala. in cap. cum accessissent num.* 6. *de constitut.* Et sic igitur ex prædictis inferebatur, quod talis exceptio ex ventre reseruationis oriens esset apta impedire etiam possessionem, iuxta tradita per *Verall. decis.* 345. *num.* 4. *par.* 2. *Rota decis.* 626. *nu.* 9 *par.* 1. *diuers. & Purpur. decis.* 93. *num.* 14. *lib.* .. *& Cas. de Grass. dec.* 8. *nu.* 13. *de sent. & re iudic.*

173 Sed dubio iterum proposito die 6. Iunij 1614. *coram Manzanedo*, fuit recessum ab ea facta 1613. *in eadem coram eodem*, & resolutum constare de extinctione pensionis, ad effectum, quòd arbitrium intret pro retardatione, vt ex infra dicendis apparebit.

174 Nam reuera talis pensio, ne dum ex conuentione partium, sed etiam ex decreto Pap̨ fuerat reseruata, vsque ad tempus assecutionis alterius Parrochialis de iurepatronatus dicti Domini Comitis maioris valoris, cum clausula annullatiua ex illis verbis inducta (Eo ipso cessaret) & ex alijs (vlterius non tenearis) & sic igitur adueniente conditionis tempore, siue eo modo, sub quo fuerat reseruata pensio, ipso iure fuit extincta, vt in terminis fuit decisum in præallegata *Fauentina Pensionis Veneris* 12. *Nouembris* 1621. *coram Cardinali Caualerio, & Gigas de pensionibus quæst. vltima num* 7. *Rota decis.* 649. *par.* 3. *diuers. Anchar. consil.* 118. *col.* 2. *vers. circa tertium*, *Castren. consil.* 263 *lib.* 2. *pulchrè Tiraquel. in l. si vnquam*, *num.* 340. *C. de reuocan. donat. Lancellot. de attent.* 2. *par. cap.* 4. *ampliat.* 1. *n.* 8. *Cassador. decis.* 8. *de rescript. num.* 7. *Dec. consil.* 328. *& fuit dictum in Cesenaten. bonorum* 14. *Martij* 1607. *coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impress. decis.* 348. *in princip. & Mantic. de tacit. lib.* 23. *tit.* 33. *num.* 2. vbi ait illud aduerbium (Vlterius) iunctum cum negatiua fit pr̨cisum.

Exten-

175 Extende primo prædicta adeò esse vera, vt etiam sint apta excludere manutentionem siue clausulam (sine retardatione) cum talis extinctio tollat possessorium, etiam summarijssimum, *Gigas.in præalleg.loco num.7.Lancellot. ibidem num.8. Tiraquel. ibidem in verbo reuertatur.num.339.Natta conf. 419.num.3.Honded.conf. 22. num. 19. & seqq. lib. 2. Ferret.conf.85. num. 5. & conf. 302.num.8.*

176 Et ratio est euidens, cum possessio fuerit quæsita sub illa conditione, quæ fuit purificata per alterius Parrochialis assecutionem, *Bero.conf.45.num.22. vers. 2. lib. 3.* cuius enim prouisio probatur ex Instrumento possessionis eiusdem secundæ Parrochialis, & ex literis ipsius prouisionis, *Cassad. decis. 10. de rescript.* Iuncta confessione resultante ex illius productione, *Menoch. de præsumpt.præsump.43.nu.1.lib.2. Paris. conf.125.num.20.lib.1.*

177 Nec isto casu erat expectãda sententia, siuè res iudicata, quia extinctio ex actis erat notoria, *Contard.de moment. limit.7.nu. 59.*& in puncto *Sanchez.de matrim.lib.3.disput.53.n. 8.*

178 Et præsertim (vt superius dixi) quia illa exceptio extinctionis oriebatur ex ventre eiusdem met reseruationis, & per consequens debebat retardare solutionis pensionis, & possessionis cõtinuationem, *Rom.conf.244.nu.5. & ibi addent.Cæsar de Grassis decis. 8. nu.13. de sentent & re iudic.* & alij quos allegaui sub num. 172.

179 Et quòd illa exceptio ex ventre reseruationis prouenirct, optimè probatur, quia erat casus in literis excẽptus, *Rota decis.649.nu.3.& decis.654. n.5.& seq.lib.3.par.3.diuers.& Cassad. dicta decis.10. de rescriptis.*

180 Et prædicta eò magis procedebãt, quia illa exceptio, tanquam possessionem respiciens semper venir admittenda in possessorio, etiam summarijssimo. *Put. decis.196.num.2.lib. 3.* & præsertim quando prouenit, ex conuẽtione partium, veluti dicitur de eo, qui facto suo à possessione cadit, & tanto magis, quãdo ex decreto Papæ vt hic, qui in beneficialibus est dominus absolutus. *Verall.decis.345.n.4.par. 3.Rota decis.24.nu.5.par.1.diuers. Cassad. decis. 2.num. 17.de vnionib. F.elin.in c. inquitionis in 2.notab.de accusat. Auctor.conf. 293.num.3. per tot.Mohed. decis. 4. de rest.spol.*

181 Sub extẽde primò procedere, quãdo priuilegium habet in ventre derogationem possessionis, *Cassad.decis. 12. num.6. de præbend.& decis.1.de priuileg.*

182 Subextende secũdò eò magis procedere stante clausula (Arbitrio Rotę) per quam, non obstante narrata possessione exigendi, facultas datur examinãdi extinctionem pensionis, & prouidendi, ret ardando solutionem, vt fuit dictum in dicta *Mediolanen. coram Cardin.Marcomontio superius allegata, & Put.decis.29.num.12.lib.3.*

183 Nec fuit attenta illa ratio D.Pinti; dum dicebat non constare de purificatione conditionis, ex quo non fuerat à D.Comite præsentatus, sed solùm consensum præstiterat, qui consensus præsentationem non importabat, quia veritas erat in contrarium, cum in effectu idem sit præsentare, quàm resignationi consentire, *Mohed.decis.7.de iur.patr. Rot.dec.27.de præb.Crescẽt.dec.2.de iur. patr.Gabr.cõs.192.in fin. lib.2.Rot.dec. 792.nu.8.par. 1. diuers. Et fuit dictum in Aurien. Parochialis 14. Decembris. 1607. coram Manzanedo.*

184 Nec minus ista discnsio. An talis consensus idem operetur, quàm præsentatio erat remittẽda ad petitorium, nedum ex præallegatis; verumetiam, quia ista discussio oriebatur ex replicatione partis aduersę, quo casu etiam si respiciat petitorium; nihilominus venti landa est in Iudicio possessorio, quantumuis summario, & executiuo, *Put. decis.233.num.2.lib.3.& Rota in Perusina Vnionis 24. Nouembris 1595. coram Card. Blanchetto, & in alia Agrigentina beneficij 17. Nouembris 1601. coram Corduba.* Et ratio est, quia de iure nunquam ordo cognitionis præuertitur, quotiescumque possessorium est clarum & prius de eo constet, vt ait *Aegid. decis. 506.Staphl.de lit.Iust. §. in primis num. 59.& §. si pars num. 3.* & ita fuit resolutum *in Romana hæreditatis Lunę 16.Februarij 1615.coram Remboldo.*

xtende

Extende prædicta procedere, etiam si causa fuisset commissa, cum clausula, quòd simul, & semel in possessorio, & petitorio procederetur, *Cæsar de Graff. dec. 9. num. 9. de cauf. poff. & propriet. Rot. dec. 34. num. 7. par. 2. diuer.* & ita fuit quoque resolutum *in Montis Falisci Cappellaniæ 13. Ianuarij 1606. coram Card. Lancellotto.*

185 Sed si ego veritatem fatear, magis mihi placet prima responsio, quæ fuit data à Rota, quòd scilicet arbitrium non intraret, pro retardatione solutionis pensionis, & non quidem ex ea ratione, quòd consensus resignationis non fuerit tantæ vis, quantæ sit præsentatio, per obitum, sed ex altera, quia non fuerit ponderatum, An secunda Parrochialis fuerit maioris redditus, vt fuit in pensionis reseruatione, inter partes, conuentum, quia hoc fuit peculiare fundamentum resignantis primam parrochialem, de non deferendo pensionem, super ea sibi reseruatam, nisi per assecutionem alterius maioris prouentus, & sic igitur ista qualitas erat verificanda, ad hoc, vt illius extinctioni locus fieret, aliàs ex illa conuentione, inter partes habita, deciperetur, & tamen ex ea contractus legem accipere solent, iuxta vulgata.

186 Contrarium tamen posset rectè procedere, si reseruatio fuisset, pura ex supradictis a Rota.

187 Decimò, non intrat arbitrium, ad retardandam solutionem pensionis, quando constat de reseruatione, & quãdo omnes clausulæ sũt iustificatæ, quia tunc semper proceditur, sine retardatione solutionis pensionis, in reuerentiam literarum Apostolicarum, *Cassad. decis. 10. num. 8. de rescript. Gigas de pens. quæst. 35. num. 9. Stafil. de signat. literar. Iust. cap. except io sola num. 13.* & fuit dictum *in Neritonen. pensionis 26. Nouembris 1607. coram Card. Caualerio.*

188 Amplia procedere, etiam si fuerit pronunciatum, literas non esse iustificatas, quia si de nouo iustificantur, locus erit clausulæ, sine retardatione solutionis pensionis, vt latè fuit dictum *in dicta Neritonen. coram Caualerio.*

189 Est enim regulare, quòd per sententiam, qua pronunciantur literæ non iustificatæ, non prohibetur, quin de nouo possint iustificari, vt fuit dictum *in Astoricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Card. Lancellotto Iuniore.*

190 Vndecimò, non intrat arbitrium ad sanandam nullitatem, ex defectu iniustitiæ prouenientem, cum Papa nunquam sanet defectum, ex eo capite resultantem, *Stafil. de signat. iustit. §. commissio an non detur fol. 391.* & fuit ita resolutum *in Camerinen. donationis 13. Maij 1613. coram Mannanedo.*

191 Duodecimo, non intrat, ad sanandam nullitatem, ex defectu mandati, cum sit vna ex tribus non sanabilibus; nempè iurisdictionis, citationis, & mandati, *Stafil. de signat. iustit. §. commissio an detur num. 8. Sarnen in compendio vtriusque signaturæ num. 71. & sequ. Vant. de nullit. quib mod. san. null. def. num. 135. in fin. & fuit dictum in Camerinen. donationis 13. Maij 1613. coram Manzanedo, & Boeaec. super constit. Aegidiana num. 74. vbi multos allegat.*

192 Extende id in tantum esse verum, vt propterea Rota de eius stylo, illas tres inuiolabiliter obseruet, vt fuit dictum *in Romana rescissionis contractus Veneris 16. Martij 1590. coram Penia.*

193 Quinimmò istæ tres nullitates dignè possunt morbo Ethico equiparari, qui, qñ est in tertio gradu, tunc veluti a nemine, nisi a Deo ferè sanari potest, ita huiusmodi nullitates, nisi a Summo Pontifice, qui omnia potest, sanari possunt.

194 Extende secundò, quòd neque, ob Innocentianam possunt sanari, quæ licèt omnes terminos nulliter rentos, & alias nullitates sanet, ea tamen in illis tribus non procedit, vt refert *Cassador. decis. 8. num. 10.* & ita fuit dictum *in Bononien. census Veneris 20. Februarij 1604. coram Ludouisio postea Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 156. numero primo, & in additionibus, & Marchesan. de commiss. par. 3. cap. 4. fol. 151. num. 106.* & ibi Rotam allegan. docetur, quæ sint necessaria, ad hoc, vt effectus illius resultet.

Sed declara tamen, Innocentianam habere

habere locum circa sanationem dictorum defectuum; dummodo tantum temporis intercedat, intra quod dicti termini potuerint seruati, alias secus, vt fuit dictum *in Signina Castrorum Lunæ 22. Iunij 1615. coram Buratto, & prius in Compostellana Parrochialis 16. Decembris 1596. coram Orano, quæ est penes Marches. de commiss. par. 1. fol. 427. & in Ripana Parochialis 6. April. 1609. coram Ortembergo*; Item declara eam non habere locum, nisi in Rota, *vt ait per Card. Caualerium decis. 433. n. 2. & Rota decis. 65. n. 5. par. 4. nouiss. diuers.* necnon etiam quando termini substantiales fuerunt de facto seruati, sed perperam, inculcatè, siue præpostero ordine tenti, at secus si fuerunt omissi, vt ait *Caputaq. decis. 149. par. 3. in fine, & Rota decis. 6. num. 3. penes Pacificum de Saluiano, & Cardin. Mantic. decisio. 254. num. 5.*

195 Sed reassumendo nullitatem ex defectu iurisdictionis resultantem, limita procedere, quando defectus esset totalis, at secus, si verbi gratia, a principio quis habuit iurisdictionem, sed postea defecit, aut elisa fuit, quia tunc ea executionem non retardaret, iuxta tradita per *Bocacc. ibi supra*, cum alijs, ibi per eum allegatis.

196 Reassumendo verò eam nullitatem ex defectu citationis resultan. limitacam procedere quando ea fuit in totũ omissa, secus autem, si verbi gratia, non fuerit debito modo executa, quia tunc sanatur, vt ait *Stafil. allegat. a Bocacc. ibi supra num. 77. & Rota decis. 633. n. 2. par. 2. in recent. & decis. 510. num. 4. dicta. 2. par. recent.* & vt superius dixi.

197 Limita secundò, quando citatio erat nulla, vel nimis vaga, quæ seruitutem induceret, sed fuerit per comparitionem conualidata, & sic citandus fuerit factus certus de eo, super quo citari debebat, quia tunc de per se, absque alio suffragio sanatur, vt ait *Bald. & alij allegati à Bocc. vbi supra num. 77. & Rota in Romana fructuum dotis 27. Februarij 1606. coram Penia.*

198 Limita tertiò, quando citatio non erat necessaria, veluti quia nullum ius citando competebat, nec citatus comparendò actum impedire poterat, quia frustra fit, quod postea factum nõ releuat *Surd. decis. 276. num. 4. & seqq. Magon. decis. Lucens. 41. num. 2.*

199 Contrariũ tñ videretur procedere, quando defectus citationis erat ad sententiam, vel causæ deuolutiuæ, quia tunc illi non sanantur per commissionem, aliàs esset velle tollere defensionem de iure naturali, & diuino competentem, & velle supplere vnum substantiale iudicij, adeò potens, & necessarium, quod fieri minimè potest, vt ait *Rota decis. 510. num. 4. & dec. 633. num. 2. par. 2. in recent. & dec. 179. p. 1. recentior.*

200 At secus quando defectus citationis esset aliorum terminorum, quia tũc per commissionem sanari potest, vt ait *Rota per Puteum decis. 114. lib. 1. num. 1.*

201 Extende, quod imò sanatur quoque defectus citationis ad sententiam, quando citatio fuit facta, sed non ita perfectè, & sic quando defectus (vt supra dixi) non esset totalis, vel quando sumus in causa iam instructa, vt ait *Rota ibi supra d. decis. 310. num. 4. & prius fuerat decisum in causa Romana census coram Mohedano* inter Bernardinum della Cithara, & Paulum Martium, articulo, per duas, vel tres vices discusso, vbi fuit dictum, quòd defectus citationis ad sententiam non erat insanabilis, per commissionem, sicut erat ille deuolutiuæ, & ratio est, quia veluti defectus iurisdictionis, & mandati totum processum inficit, ita vt ex eo nullo modo iudicari possit, ita erit dicendum de defectu citationis causæ deuolutiuæ, quod tamen secus est in illo citationis ad sententiam, quia licet sententia sit nulla, tamen in eodem processu iudicari poterit, quod non erit sic in defectu iurisdictionis, & mandati, vt videre est in *appostill. ad illam decis. Putei 114. lib. 1.*

202 Contrarium, quòd scilicet arbitriũ nullo modo intret pro sananda nullitate citationis ad sententiam, etiã quod de bono iure illius constaret fuit decisum *in Zamoren. pecuniaria 20. Martij 1609. coram Card. Caualerio, & postea in Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram Vbaldo.*

203 Et id eò magis, quia talis citatio ex æquitate non autem de rigore est necessa-

cessaria, nec per consequens Rota in vim illius clausulæ potest illam remittere, vt ait *Rota d. decis. 633. num. 2. in recent.* sed ad id vide, quæ dixi supra *in 8. casu vbi intrat Arbitrium num. 87. cum seqq. & in 2. vbi non intrat n. 115. cum seqq.*

204 Decimotertiò non iutrat arbitrium ad effectum sanandi nullitatem, ex defectu actionis prouenientem, quia nemo sine actione agere, neque excipere potest, *Surd. decis. 260. num. 3. & Rota in Nullius beneficij Mercurij 28. Maij 1602. coram Gregorio, quę est in eius impress. decis. 118. num. 5. & in alia Camerinen. donationis 13. Maij 1613. corā Manzanedo.*

205 Extende id in tantum esse verum, vt ille possit a Iudice repelli, licet pars id non opponat, quia factum iudicis pro facto partis habetur, vt ait *Alex in l. vbi pactum num. 7. C. de transact. & Rota ibi sup. coram Gregorio, & in alia dec. 416. num. 2.*

206 Decimoquarto, non intrat arbitriū ad retractandam executionem iam factam, & ratio est, quia arbitrium conceditur ad suspendendam, non autem ad retractandam executionem, vt fuit dictum *in Eluen. beneficij Sancti Saluatoris 30. Octobris 1602. coram Ludouisio postea Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 70. num. & in alijs, quas allegaui supra sub num. 19. & per Buratt. dec. 247. n. 1.*

207 Extende id procedere, etiamsi executio fuisset attentata, & sic nulla, & appellatione pendente facta, quia alia via, quàm ex clausula (Arbitrio Rotę) esset reuocanda, vt ait *Rota ibi sup. n. 2.* & fuit quoque dictum in alia *Hispalen. praeheminentiarum* 24. Ianuarij 1614. *coram* Card. *Sacrato, & in Eluen. distributionum, seu translationum 21. Februarij 1614. coram* Card. *Caualerio, & prius in Mutinen. Canonicatus 23. Martij 1612. coram Vbaldo, & in Brixien. Parochialis 20. Nouemb. 1617. coram eodem, & in Parmen. seu Lunen. Sarzanen. separationis Thori 28. Ianuarij 1628. coram Ghislerio, & in Terracinen. Molendini 27. Martij eiusdem anni 1628. coram Pirouano.*

Secus autem; vbi essemus in executione non perfecta, neque consummata, & præsertim, si ab ea sententia daretur appellatio, vt puta, quando fuisset lata ab executore mixto, siue quia non fuissent iustificaræ literæ mandati de subrogando, quia tunc arbitrium intraret ad effectum supersedendi in vlteriori executione, donec melius videretur de bono iure, vt fuit dictum *in Meliten. beneficij 6. Iunij 1607. coram Card. Marcomontio allegat. in d. decis. 247. coram Buratto in fine, & decis. 771. num. 1. & prius dec. 138. penes d. Buratt.*

208 Decimoquintò, non intrat ad retardandam solutionem Decimarum, vt fuit dictum *in Motulen. Decimarum 31. Ianuarij 1614. coram. Cardin. Sacrato.*

209 Casus illius decisionis erat, quòd Ecclesia illa Motulen. reperiebatur ab immemorabili tempore in possessione exigendi decimas omnium fructuum fundalium a Baronibus, & Marchionibus illius Diœcesis, & propterea fecerat publicari edictum, iuxta dispositionem Sacri Concilij vt omnes soluere debentes decimas Ecclesiæ soluerent; Verum, quia vnus ex illis Dominis soluere recusabat. Idcircò executo prius monitorio, & assignatis prius tribus terminis iuxta prædicti Sacri Concilij formam præscriptam *in sess. 25. in capitulo 12. de reformat. & iuxta cap. omnes 16. quæst. 7.* ad illas soluendas fuit postea declaratus excōmunicatus, adeò vt fuerit coactus signaturam Gratiæ adire, Sed ea rescripsit; sine præiudicio executionis, & sine retardatione solutionis Decimarum Arbitrio Rotæ, vndè dato dubio super Arbirrio Rotę respondit negatiuè, & ratio ea fuit, quia Decimæ sine controuersia sunt soluendæ, *c. sua il secondo, & c. a nobis, vbi glos. & DD. ext. de decimis, Rebuff. in eod. tract. q. 5. in prin.*

210 Extende id in tantum valere, vt propterea eas soluere recusantes ad soluendum compelli possint, omni appellatione remota, *c ex multiplici, & c. ua nobis, vbi Abb. num. 8. de decim. Clem. dispen dio sa in verb. coerceri, vbi Imola num. 12. eodem titulo Maranta in*

ta in suo speculo par.6. de appellat.num. 304. *& Triuis.dec.Venet.* 29. *num.*16.

211 Extende secundò, id eò magis procedere in Signatura, quæ in huiusmodi causis solet semper referibere, cum clausula, sine retardatione, vt testatur *Marchesan.de commiss. signat. cap.4.num.*15.*&* 25. *par.*2. *Alex Moret.de decim. cap.*8. *num.* 58. Sed ad id vide quæ dixi in verbo Appellatio *conclus.* 128.*num.*292.*cum seqq.*

212 Decimosexto non intrat pro satisdatione, & iudicij assecuratione, quando petitur post litem contestatam, quia tunc, neque actor, neque reus de iure compelli possunt, ad satisdandum pro assecuratione iudicij, vt est *text.in l.Pomponius*, §.*Ratihabitionis*, *ff.de procurat.vbi post glos. Castr. num.* 1.*&* 2.*glos.in l.de die*, §.*si seruus*, *ff.qui satisd.cog.* Cuman. *conf.* 71. *num.*2. *&* 26. *lib.* 1. & fuit dictum *in Romana pecuniaria* 12. *Maij* 1614. *coram* Coccino *Decano*.

213 Contrarium tamen reperitur decisum *in Romana participationis affictus Veneris* 28. *Ianuarij* 1611. *coram Pirouano, quæ est in* 2.*par.rec. dec.*326. *num.*4.

214 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat de consuetudine, secunda verò procedit de rigore, vt habetur in dicta *dec.*326. *eodem num.*4.

215 Sed tenendo primam, extende eã multò magis procedere ad fauorem rei, si sententiam pro se haberet, vt dicunt *Salicet. & Gayll. alleg.a Rota ibi sup.d.dec.*326.*n.*5.

216 Extende secundò, procedere ad fauorem vtriusque, nempè actoris, & rei, si post contractum pars non fuerit affecta deterioris conditionis, quia semel approbatus amplius reprobari non potest, si causa de nouo non superueniat, *Rota ibi supra*, & ita fuit dictum *in vna Veneta pecuniaria* 17. *Ianuarij* 1605.*coram Penia.*

217 Et ratio prædicti decimiquinti casus est, quia exceptiones dilatoriæ, prout est, qualibet satisdatio iudiciaria est petenda ante litis contestationem, aliàs postea peti non potest, *l.* 1. *in fine, C. de satisdat.l. de die*, §.*si seruus*, *ff.qui satisd.cogant.l.*1.*& ibi DD.ff.de iudic.sol.& pulchrè Castrens.in d.l.Pomponius*, §.*ratihabitionis num.*7.*de procurat.*

218 Contrarium tamen huic rationi reperitur decisum, stante desuetudine talis assecurationis, quæ ab aula recessit, vt fuit dictum *in Romana Palatij* 28.*Martij* 1588.*coram Card.Blanchetto*, quam enim opinionem semper sequuta fuit Rota, & præsertim in *Veneta pecuniaria* 17.*Iunij* 1605.*coram Penia, & in d. Romana pecuniaria coram Coccino, & prius coram eodem in vna Neapolitana pecuniaria* 9. *Ianuarij* 1610. *& tandem in Romana participationis affict us Veneris* 28.*Ianuar.*16 1. *coram* Pirouano, *quæ est in* 2. *parte recent.decis.* 326.*num.*4.

219 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende eã in tantũ procedere, vt propterea nõ sit facienda assecuratio, etiamsi ante litem contestatam fuerit petita, *glos.in* §.*sed hodie inst. de satisd l.generaliter, vbi Bart.num.*1. *C. de sacrosanct.Eccles.Alex.conf.*37.*nu.*9. *vers.Sed præmissis lib.*2.*Aymon.consil.* 325. *in princip. Roland conf.*71.*n.*19. *lib.*1. vbi refert multos asserentes, se nunquam potuisse talem assecurationem obtinere, & huiusmodi consuetudinem semper Rota tenuit, ita vt de stylo Rotæ sit, talem cautionem non præstari, vt fuit dictum *in d. Romana Palatij coram Card.Blanchetto*.

220 Vltimo non intrat ad fauorem illius, qui habuit recursum ad iudicem sæcularem, veluti fuit resolutum in *Tuden.* Parochialis 3.*Decembris* 1601. *coram Card.Sacrato*.

Animaduertendo præterea quòd quoties reperiatur ordinatum a Rota expediri causam, tunc arbitrium eam dedisse, semper erit censendum, vt fuit dictum *a Rota per Card. Caualeriũ dec.*590.*num.*7.

Licèt tamen id falleret, vbi essemus in illis terminis, de quibus dixi *in concl.* 128.*n.*87.*cũ seqq.vbi recurrere poteris.*

Sed quando Rota tacitè censeatur declarasse, illud non intrare docet *in dec.*308.*n.*5. *par.*3. *recent.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

ARBORES VI VENTORVM eiectæ, & ab Vsufructuario, & Emphiteuta plantatæ ad quem eorum spectent, & quid veniat earum appellatione.

CONCLVS. CXXXVI.

1 ARBORES vi ventorum eiectæ, nota, quòd regulariter spectant ad Dominum fundi, non autem ad vsufructuarium, *text. est in l. Proculus*, §. *si arbores*, *& ibi Doct. de vsufruct.* Secus autem, si Dominus illas à vento eiectas, ab agro nō tollendo vsufructus perceptio, vel iter redderetur incommodior, quia tunc datur actio contra Dominū, vt ait *Florian. in d. l. Proculus num. 2. & Gratianus lib. 1. disceptat. cap. 21. num. 1.*

Contrarium licèt dicant Doctores allegati à *Benigno ad statutum Agriculi Vrbis cap. 71. sub littera A*, vbi ait quod arbores siccatæ, & euulsæ vi ventorum ad conductorem spectant.

Concordari igitur possunt prædictæ opiniones hoc modo, nempè vt prima procedat in arboribus vento, & sic casu fortuito deiectis, quę semper ad Dominum spectare solent; secunda verò opinio procedit in desiccatis, & vetustate collapsis, siue etiam in eis vento deiectis, quando per Dominum non amouerentur è fundo, quia tunc vti derelictæ ad vsufructuarium spectarent, & potissimum pro illius, siue villæ indigentiæ, vt ait *Gratianus ibi supra num. 7. cum sequentibus*, & ibi ratio diuersitatis inter Dominum, & vsufructuarium assignatur. Rursus notandum erit, quòd arbores vento deiectæ, non amplius nomen arboris, sed potius illud ligni merentur, *l. ligni, ff. de leg. 3.* & ibi habetur arborem partimur in radicem, truncum, & ramos; diuidimus verò in laurum, cædrum, & quercum, &c.

2 Extende primò, principalem conclusionem etiam procedere in emphiteuta, cuius commoditati arbores vi ventorum euulsæ non cedunt, sed illi proprietarii, vt ait *Gratian. ibi sup. num. 18. cum seqq.* cum aliis ibi per eum allegatis.

3 Superextende primò, quòd immò emphiteuta incidendo arbores in re emphiteutica à iure suo cadit, vt fuit dictum *in Meliten. beneficij Veneris 23. Maij coram Andrea, quæ est in 2. par. recent. decis. 553. num. 3. & Gratian. d. decis. 173. nu. 1. & seqq. in addit. & Benign. ad stat. Agricul. Vrbis c. 71. sub litera L*, & ratio ea est; quia ille, in locum meliorandi rem emphiteuticā arbores incidendo illam deteriorare diceretur *Corbul. de iur. emphit. titulo de causis priuat. ob rei deter. fol. mihi 151. numero secundo, vbi infinitos allegat.*

Quod tamen semper intellige verum, quando arbores incisę essent grandes, ita vt magnum damnum ex earum incisione resultaret, vt ait *Surd. decis. 300. num. 7.*

4 Subextende secundo conclusionē procedere, etiam in Clerico arbores incidente in Ecclesia beneficiata in magna quantitate, & in notabili deterioratione, qui beneficio, ob id priuandus erit, vt ait *Rota dec. 553. nu. 1. par. 1. in recent.*

5 Subextende tertiò in Vasallo, & conductore, qui arbores fructiferas incidere non possunt, vt ait *Afflict. in sua dec. 295. num. 74. & Benign. ibi sup. cap. 72.*

6 Immò dictas arbores fructiferas incidentes dicuntur agrorum depopulatores, vt ait *Franc. Marc. dec. 154. n. 19 p. 2.*

Sed nota tamē, quòd dominus allegans arbores incisas fuisse fructiferas, id probare tenetur, quia cum colonus, siue similes possint aliquando pro suo proprio vsu arbores incidere; idcirco earum incisio præsumitur facta in casu licito, vt ait *Benignus in præcit. loco cap. 71. sub lit. C*, licèt sit bene verū, quòd statur iuramento locatoris, super eo, quòd arbores fuerint incisę *idem Benignus ibi supra c. 72. sub litera B.*

7 Declara tamen, quòd ad hoc, vt emphiteuta, & similes cadant à iure suo, ob incisionem arborum, nè dum deterioratio debet esse magna, sed etiam debet fieri cum dolo malo, culpa lata, vel leui, & ad perpetuum fundi detrimentum, aliàs solum ad interesse tenerentur, vt benè ait *Gratian. d. discept. 173. num. 5. cum sequentibus*, & ratio est, quia quando læsio est magna semper dolum, & malam fidem arguit, *vt ait Gratian. in decis. 166. n. 9. & Rota dec. 461. num. 3. par. 1. recent. & veluti dixi in consl. 52. in vers. Decimo nota, quod si adiudicatio.*

Subdeclara tamen, quòd dictos emphiteuta, à re emphiteutica expelli possit incidendo arbores fructiferas, vel si alio modo in re emphiteutica malè versaretur, dummodo tamen hęc tria concurrant, & primo, si deterioratio fit in ipsa re, & non in fructibus, secundo dolus malus, lata culpa, vel lęuis, sed non læuissima in deterioratione probetur, tertiò, quòd notabilis sit deteriorario, vt benè ait *Ludouic. decis. perus. 94. num. 9. Corbul. de iure emph. titulo de caus. priuation. ob rei deter. fol. mihi 151. num. 2. & Surd. decis. 300. num. 7.*

8 Extende secundò, conclusionem principalem, quoque locum habere in arboribus in fundo dotali, vi tempestatum eiulsis, quarum pretium mulieri, & non viro venit restituendum, veluti dicitur de thesauro in fundo dotali inuento, cum ille in fructu non veniat, sed media pars illius restituitur, quasi in alieno inuenta, idem *Gratian. ibi supra n. 14. & 15.*

9 Extende tertiò, procedere in emptore, cui si fuerint ostensæ arbores antequam venderetur fundus, & interim ventorum violentia fuerint euulsæ, & postea venditio fiat, tunc arbores prędictæ non cedunt vtilitati emptoris, qua deiectæ desinunt esse fundi *idem Gratian. ibi supra num. 6.*

10 Extende quarto, idem procedere in lapidicinis, vbi lapides non sint in fructu, nam si lapides, ex lapidicinis fundi dotalis, siue arbores, quæ in fructu non essent, siue superficiem ædificij dotalis, maritus voluntate mulieris vendiderit, tunc nummi, ex eorum venditione recepti fiunt vxoris, *idem Gratian. ibi supra num. 16.*

11 Extende quintò, quod arbores plantatæ super via publica non spectant ad publicum, sed sunt illius, qui prædium vicinum habet, vt ait *Surd. decis. 42. num. 14.* Et tunc via publica dicitur, quando solum sit publicum, quòd publicè, per illud sit iter, & quod ducat ad Ciuitatem, flumen, siue in aliam viam publicam, & tunc ea est Principis, & propterea aliquid in ea construere non licet, nisi ex dicti Principis licentia, quo verò ad vsum est publica, vt ait *Surd. ibi supra num. 3. & sequentibus.*

12 Subextende idem procedere in illis in ripis plantatis, quæ sunt habentium vicina prędia, vt ait *Franc. Marc. dec. 346. num. 3. par. 2.*

13 Limita tamen primò, principalem conclusionem non procedere, quando vsufructuarius dictas arbores plantauerit, quia tunc pro se illis vti potest, vt ait *Gratian. ibi supra num. 26. & Surd. dec. 78. num. 33.*

14 Limita secundo, non procedere in arboribus vetustate collapsis; & ratio est, quia vsufructuarius debet habere, ex re omnes illos fructus, qui naturaliter percipi possunt, vt est *text. in l. Item si fundi in princip. de vsufruct.* sed sic est, quod quando arbores sunt demortuæ, ob vetustatem, perinde est, ac si per naturam illud contingeret, cum vetustas, & natura simul æquiparentur iuxta *tex. in l. 2. de acqu. plun. arcen.* Et propterea hæc tamquam accessiones naturales ad vsufructuarium spectabunt, *l. Vsufructu legato in principio eodem titulo, Florian. in l. Arbores num. 2. eodem titulo*; secus autem, si ex accidenti ceciderint, quia tunc ad proprietarium pertinent, aliàs vnum absurdum sequeretur, quod esset, vt omnes essent vsufructuarij, si omnes aliquo casu euellerentur, quod non est dicendum; argumento, *l. Arboribus de vsufructu, & Gratianus ibi supra numero quarto, & quinto.*

15 Limita tertiò, nō procedere ētin arboribus, aliquo casu fortuito deiectis, si è fundo

fundo per Dominum non amoueatur, quia tunc vti derelictæ sunt vsufructuarij, *idem Gratian. ibi sup. n. 7.*

16 Limita quartò, non procedere, quando vsufructuarius non haberet ligna pro comburendo, pro vsu proprio, quia tunc lignis, etiam ad edificandũ aptis vti posset, vt ait *Florian. in d. l. arboribus num. 2.* vbi facit differentiam inter vsufructuarium, & vsuarium simplicem; nam vsufructuarius potest vendere, vsuarius verò non, nisi tamen fuisset relictus vsus siluæ adeò remotę, vt nullo alio modo, nisi vendendo ille vti posset, *l. de vno, de vsu, & habitat. & Gratian. ibi sup. n. 11. cum ibi allegatis per eum.*

17 Et rea sumendo primam extensionem, vbi loquitur de Emphiteuta, colono, & conductore non valentibus, vti arboribus vento deiectis; limita primo, eam non procedere, quando eas plantauerit, quia tunc, si aliquo casu euellantur ad plantantem spectabunt, veluti dicitur de ædificante, qui destructo ædificio potest sua cementa repetere, *l. in rem, §. fors ff. de rei vendic. l. ideò, §. cum in suo, & §. sequenti de acq. rer. dom. & §. cũ in suo Inst. de rer. diuis. Surd. decis. 78. num. 23. cum seqq.* & latè dixi supra in verbo Aedificium, & est doctrina *Corbul. de iure empht. tit. de caus. priu. ob rei deter fol. mihi 152. n. 2*

18 Et ratio ea est, quia ædificans, siue plãtans in solo alieno donare non censetur, sed ad sui vtilitatem, & commoditatem plantare, & ædificare videtur, *Gratian. ibi supra num. 28. & 29. Becc. cons. 33. n. 7. & 8. & Redoan. de rebus Eccles. non alienand. quæst. 79. cap. 7. num. 18.*

19 Extende illam limitationem, adeò valere, vt propterea possit quoque emphiteuta arbores, per eum plantatas incidere, absque caducitatis incursu; licèt secus esset, quoad illas non plantatas, vt distinguit *Becc. dicto con. sil. 33. num. 7. & Corbul. de caus. priuat. ob deteriorat. num. 2. in fine, & Petrus Anguis. cons. 23. num. 9. lib. 2. & Benignus ad statutum Agricult. Vrb. cap. 71.*

Quemadmodũ, etiã excusaretur emphiteuta, si arbores incideret, etiam non plantatas a se ad effectum reficiendi fundum, siue ædificium, cuius sunt, vt dicunt Doctores allegati a *Corb. de caus. priuat. ab rei aeter. fol. 157. nu. 29. Ludouic. dec Lucens. 8. num. 9.*

Veluti etiam, si ex earum incisione fundus fieret fructuosior, quamuis secus, si tamen deberet solui in tot plaustris dictorum lignorum, idem *Corbul. ibi sup. num. 30.*

20 Subextende prædicta eodem modo procedere in Vasallo, qui quandocumque etiam durante feudo ædificiũ ab eo constructum tollere potest, vt ait *Bald. in cap. 1. §. si quis de controu. inuestit. num. 13. col. 6.*

21 Contrarium tamen ait *Surd. decis. 78. per tot. & decis. 300.* vbi concludit respondendo contrariis, hanc opinionem esse veriorem, & magis æquam, vt scilicet, neque arbores, neque ędificia, quamuis fuerint plantatæ per emphiteutam, & per eundem ędificata possunt tolli inuito Domino, neq; meliorамenta, sine illius licentia vendi, cum ea solo cadant, & pars rei dicantur, & sic ad dominum spectant, & in omnem euentum ille in eorum venditione venit præferendus, prout latè ait *Surd. dd. decis. 78. & 300.* vbi subdit, quod paria sunt ædificia deuastare, & arbores succidere, & de hoc latè dixi in verbo Edificium ferè in fine.

Concorda igitur, vt prima opinio procedat, quãdo sumus in melioramẽtis, quæ ex re locata deduci possunt absq; illius deuastatione, & quæ de sui natura reficienda veniunt; secunda vero quãdo secus, & in omnẽ euentũ succurri pôt conductori circa ea, quæ veniũt reficienda eorũ æstimationẽ soluẽdo; licèt secus tñ esset, qñ inter locatorẽ, & cõductorẽ fuisset cõuentũ, quòd ea cederẽt vtilitati domini, veluti dixi *in concl. 170. sub num. 46.* & ita ait *Rota in dec. 473. n. 1. par. 1. recent.* & quando dicantur talia melioramenta, quæ deduci pos int, docet *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 109. & 110. per totum*, Et præcidue dicta secunda opinio procedere debet in illis melioramentis, quæ consistunt in plantando, & stercorando, quæ non veniunt reficienda, iuxta tradit. per *Statil. de Saluiano in spec. 2. c.*

bores ceciderunt, sine facto suo, vt ait *idem Gratian. ibi sup. num. 17.*

28 Secus autem, quando extra casus prædictos, & illæ non essent in fructu sed maritus eas in vsum proprium con sumeret, siue illius dolo extare deficerent, quia tunc ille ad earũ pretiũ teneretur, & sic vxoris dotem augerent, & per consequens pretium illud, loco rei succederet; quod enim fieri potest, quia dos est quoddam vniuersale, quo casu subrogatio intrat, quod secus est in re particulari, *l. si rem, & pretium de petit. hæredit. & l. venditor ex hæredi. tate de hæred. vel act. vend. & Gratian. in præcit. loco num. 17. in fine Campeg. de dote d. par. 2. quæst. 19. num. 1.* vbi firmat, quòd arbor exiccata, & vi ventorum eiecta, non est in fructu, nec lucro mariti cedit, nisi loco earum idem maritus alias subrogasset, vt superius dictum est, & est *tex. in l. agri de vsufruct. l. in fraudem, §. conductor de iure fisci*, & in specie ita concludit *Imola in l. diuortio, §. si fundum num. 38. ff. solut. matrimon.*

29 Limita quartò, non procedere in arboribus cæduis, quæ computantur in fructibus fundi ad fauorem mariti; at secus in fructiferis, & Thesauro, vt ait *Gratian. ibi sup. n. 25.*

30 Et huiusmodi occasione notandum erit, quòd arbores cæduç Syluæ teddunt eam pretiosiorem, vt ait *Franch. in sua dec. 290. n. 1.*

31 Præterea, si quis fortè confiteretur habuisse arbores, sed siccas, tunc ille confitens tenetur dare arbores, reiecta illa qualitate siccitatis, vt ait *Gratian. lib. 2. disceptation. capit. 339. num. 20.*

32 Item notandum erit, quòd si arbores incidantur, tunc oritur turbatio, nõ autem spoliatio, *idem Gratian. d. lib. 2. cap. 314. num. 10.*

33 Vnde si quis erit priuatus arborum possessione, tunc ille tanquam spoliatus erit restituendus, quod tamen declara verum, quando arbores solo cohærent, cum tunc inter immobilia reputentur; secus autem si essent euulsæ tanquã solo non cohærentes, *Menoch. de recuperand. possess. remed. 1. num. 46.*

Gratian. ibi supra num. 35.

Præterea hic opportunè erit notandum, quod arborum vastatores, siue vinearum incisores, aut sepulchrorum violatores pœna mortis veniunt plectendi, quod tamen intellige verum de vastatoribus arborum, si illæ essent fructiferæ, & quæ cum terra coaluerint idest cum ea per radicum emissionẽ vnitatẽ fecerint, at secus si essent inutiles, & aridæ, sed quales sint fructiferæ, & quales non meminit *Paulus in l. com petit, ff. quod vi aut. clam.* Item de arboribus pomiferis, *ait text. in l. in fraudẽ, §. pen. ff. de iure fisci.*

Extende prædicta in simili procedere de debilitante membrum inutile, siue oculum ob cæcatum effodiẽte, quibus tamen casibus pœna ordinaria nõ venit imponenda, sed ea ictum funis, vel fustigationis, & aliquando triremium, iuxta facti, & personarum qualitatem, & ita quotidie seruari testatur *Farinac. mox allegandus.* Quemadmodum etiam venit dicendum de violatoribus sepulchrorum, qui si manu armata illa violant, eorum cadauera siue ossa, aut reliquias extrahendo, tũc si talis violans erit humilior vltimo supplicio venit plectendus; si verò honestior, aut relegatur, vel deportatur, veluti dicunt *Doctores allegati à Farinac. in sua prax. crimin. quæstio. 20. num. 113. cum sequentibus, & est text. apertus in l. 3. §. aduersus, ff. de sepul. violat.*

Extẽde id, ꝙ fuit dictũ depœna irroganda illis, à quibus arbores furtim ceduntur, procedere etiam, si earum arborum furtum, postea ab eisdem non fiat, & ad id nota, quòd tunc arbores furtim cæsæ dicuntur, quæ ignorante domino, celandique eius causa ceduntur, vt ait *text. in l. Iur. tum 7. ff. arb. furt. cæs.*

34 Rursus erit hic obiter notandum in materia arborum, quòd illarum vmbra est, valde agris, & corporibus humanis nociua, & propterea *Virgil. in Bucol eglog. 10.* ait, quod solet esse grauis cantantibus vmbra, Nocẽt, & frugibus vmbræ, *idem Virgil. in 1. Georgic.* monet agricolas ad cõputãdos

arborum ramos facientes vmbram, ibi falce præmes vmbram, votisque vocaueris imbrem, idemque ait *Plinius lib. 17. cap. 12. nat. histor.* vbi ponit in prima classe arborum nociuorum, Cipressum, Pinum, Nucem, & similia, subdens humanis corporibus vmbra infesta, licèt multis mater, alijs verò nouerca fiat; Vndè ex prædictis infertur, quòd cum istæ arbores de sui natura sint damnosæ, propterea nõ præscribuntur, quamuis à vicino longissimo tempore fuerint tollerarę, quia vti quotidie grauantes, quotidie quoque causam conquærendi præbent, vt ait *Magon. dec. Flor. 6. n. 3.*

35 Animaduertendo, quòd vmbra nihil aliud est, quàm aer sole carens, ob aliquod corpus densum obiectum; Et ideò querces possunt impediri, ne plantentur, ad hoc, ne aer, ventus, & Sol vicino occupetur, vt dicunt DD. *allegati a Magonio ibi sup.*

35 Vltimo nota, quòd Arboris appellatione regulariter non veniunt frūctus, *Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens.* & ita fuit resolutū *a Rota in vna 20. Feb. 1573. coram de Rubeis.*

37 Contrarium tamen erit, quando essemus in legato de re frūctifera facto, quia tunc fructus quoque veniunt, & eò magis si sit factum pro dote, vt fuit dictum *in Prenestina hæreditatis 1. Februarij 1580. coram Viscomite, Cæsar de Grassis decisione prima, & secunda, de vsur. & Rota in Romana bonorum de Ceulis Lunæ 23. Iunij 1601. coram Penia.*

38 Ex tenendo hanc secundam opinionem, extende eam procedere, etiam in liuellis non exactis tempore mortis testatoris, qui in legato facto de fundo veniunt, veluti faciunt fructus pendẽtes, licet liuelli sint maturi per regulam Accessorium, &c. iuxta tradita per *Surd. decis. 88. num. 8. 9. & 10.*

ARGVMENTVM.

DE POTESTATE ARCHIDIAconi, ac de illius officio, & dignitate, & vnde dicatur.

CONCLVS. CXXXVII.

1 ARCHIDIACONVS dicitur, quasi Diaconorum Princeps, siue inter Diaconos primus, & antiquo tempore illius proprium erat curare diligenter, vt cæteri Diaconi ritè suum munus, & officium gererent, sed postea illius creuit auctoritas, cum ei ab Episcopo fuerit data facultas ampla, nedum in Clericos inferiores, verùm etiam in Presbiteros, & propterea hinc fit, quòd Archidiaconus dicitur oculus Episcopi, ac illius Vicarius ordinatus a lege, & primam dignitatem in Ecclesia, post Põtificalem, obtinet, vt ait *Rota decis. 4. num. 3. de elect. & decis. 9. de præbend. in nou. Aretin. cons. 23. sub num. 7. vers. Quia de iure communi, Boer. decis. 256. num. 5. versic. Quinimmò, Grammat. decis. 64. num. 19. Mobedan. decis. 1. de foro compet. idem Grammat. decis. 54. & Rota in vna Asten. Sedis 27. Februarij 1589. coram Gipsio, & in alia Astoricen. Archidiaconatus Mercurij 27. Iunij 1590. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 122. num. 4. Franc. Marc. decis. 1367. num. 9. par. 1. Azor. in 2. par. Instit. moral. fol. 175. cap. 15. de potest. Archipresbyt. & Loterius de re benefic. lib. 1. quæst. 16. num. 116. cum seqq.*

2 Declara tamen, quòd aliter potest esse de consuetudine, vt ait *Rota per Puteum decis. 89. num. 2. lib. 2. vbi allegat aliam decis. 173. alias 9. de præbend. in nouis.*

3 Rursus declara, quod Archidiaconatus non potest dici personatus, & ratio est, quia personatus est honos, sine administratione, immò potius dicitur officiū, vt ait *Stafil. de liter. grat. & iustit. fol. 57. & Rota decis. 2. de ætat. & qualitat.* vbi habetur, quòd Archidiaconatus est

eft officium, cum adminiftratione, cum ille fit primus, qui intonat, & dat ordinem omnium gerendorum in Choro, vt ait *Hoftienf. allegat. a Puteo ibi fupra num. 2. & 3.*

4 Contrarium, quòd fcilicet hodie Archidiaconus, & Archipresbyter dicantur dignitates impropriè, & fic, quòd fint fimplices perfonatus, cum nuda, & fimplici iurifdictione, & nil aliud habeant in Ecclefia, quàm prærogatiuam nominis fonantis in dignitatem, fiue in Ecclefia, fiue in Choro, fiue in Capitulo, fine vlla adminiftratione, vel iurifdictione, ait *Grammat. decif. 64. num. 19. & Loterius in prælleg. loco num 109. cum feqq.*

Vnde ad id notãdũ venit, ꝙ Archidiaconus non tenetur effe doctor, Magifter, vel Licentiatus, nifi curam animarum, fiue annexam iurifdictionem habeat, vt ait *Garz. de benef. par. 7. c. 7. num. 40. & 41. & alij quos allegat. Barbof. de poteft. Epifcop. in alleg. 60. num. 60. & nouiffime Gauant. in Manuale Epifcoporum, in verbo Archidiaconus num. 1.* Sed quod Archidiaconus de iure non habeat curam animarum, dicam inf rius fub *num. 44.* Et propterea, quando eam annexam non habet, fufficit eum effe Diaconum, vt ait *Rota dec. 87 num. 7. & prius dec. 244. num. 5. par. 3. recent.*

5 Extẽde primò, cõclufionẽ principalẽ in tantũ effe veram, vt propterea Archidiaconus Archipresbytero præferatur, etiamfi non fit Sacerdos, & Archipresbyter effet Sacerdos, *Bero conf. 22. num. 31. lib. 1. Cardin. Tufch. in conclus. 482. num. 5. in verbo Archidiaconus, & Rota per Gregor. dec. 411. num. 1. & in Viterbien Celebrationis Miffarum 11. Decembris 1609. coram Card. Sacrato*, vbi fuit decifum, quòd fi Archidiaconus, ex accidenti reperiatur effe Sacerdos, tunc præferatur Archipresbytero in folemni celebratione Miffarum, abfente Epifcopo, *Franc. Marc. dec. 1367. n. 5. p. 1.*

6 Declara tu tamen, quòd ex difpofitione Concilij Tridentini *feff. 24. cap. 12. in S omnes*, difponitur hanc dignitatem Archidiaconatus Sacros ordines requirere, vt fuit dictum in illa *Afloricen. coram Card. Mant. nu. 4.* cui quidẽ optimè correfpondet id, quod ait nouifsimè *Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæft. 16. num. 114.* dum firmat, quòd Archipresbyter in Diuinis præfertur Archidiacono, fi ille non fit Presbyter, at fecus, fi ille effet Sacro Presbyteratus ordine initiatus, & vellt ipfe celebrare, & ita fuit quoq; decifũ *à Rota in Viterbien. Celebrationis Miffarum 11. Decembris 1609. coram Cardin. Sacrato, & Beltram. ad decif. Gregorij 411. num. 5. & Gratian. lib. 2. difcep. cap. 298. num. 3. & eft text. in cap. 1. & cap. offic. de offic. Archid. & Archipresb.* & ibi omnes Canoniftæ, *Ricard. inter conf. Menoch conf. 52. num. 100.*

7 Extende fecundò, dignitatem Archidiaconatus in Ecclefia, adeò effe venerandam, vt propterea Archidiaconus Vicarium Epifcopi præcedat, præfente tamen Epifcopo; at fecus eo abfente, quia tunc tamquam ordinarium repræfentans, & fuas vices gerẽs effet Archidiacono præferendus, & vti Epifcopus honorandus; vndè ex prædictis erit concludendum, quòd quilibet in eius officio omnibus alijs fit præferendus, licet extra officium poftponeretur, vt eft de Vicecancellario, Camerario, Pœnitentiario, Auditore Rotæ, Epifcopo, & Archidiacono, vt ait *Gratian. d. lib. 1. difcep. c. 298. num. 37. & Rota in vna Florentina prælationis coram Cantuccio*, cuius votum reperitur, per extenfum apud dictum *Gratianum lib. 1. c. 111. n. 16. & 17. viden. in hac materia.*

8 Vndè hinc inferri quoq; opportunè põt, ꝙ Eps in domo debet Patri reuerentiam exhibere, fed in eius Ecclefia illum præcedere debet, quia vnus maior, ex diuerfis refpectibus, minor effici poteft, idem *Gratian. dicto c. 298. num. 36.*

9 Declara tamen prædictas extenfiones procedere de iure communi, cum poffit benè effe, quòd confuetudine aliter caueatur, vt fcilicet præheminentia alteri dignitati, veluti Præpofituræ, vel Archipresbyteratus poffit acquiri, quæ quidè confuetudo maximè eft attendenda ad dignofcendum, quæ fit prima dignitas, poft Pontificalem

lem in Ecclesia; nam diuersimodè dicta consuetudo operatur, quia aliquādo Archidiaconatus est prima dignitas in vna Ecclesia, in alia verò Archipresbyteratus, iuxta tradita per *Gram mat. decis.* 64. *num.* 17. *&* 18. vbi in specie ait, quòd in hac materia præheminentiarum magis est attendenda consuetudo, quàm iuris communis dispositio, *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num.* 83. *Card. Mantica decis.* 175. *num.* 3. *Put. decis.* 107. *lib.* 1. *& Rota in d. Asten. Sedis coram Gipsio.*

10 Extende adeò consuetudinem in hac materia pollere, vt nedum eam sem per prçualeat iuri communi, sed etiam quando illi esset repugnans, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 716. *num.* 17. *& dec.* 964. *num.* 1. *& prius decis.* 335. *num.* 3. Quod tamen restringe non procedere, quoties consuetudo adeò iuri communi repugnaret, vt in meram corruptelam sonaret, vt ait nouissimè *Loterius de re beneficiaria lib.* 1. *q.* 16. *num.* 116. *cum seqq.*

11 Declara secundo, quòd scilicet Archidiaconus sit maior Archipresbytero, respectu administrationis iurisdictionis, sed est tamen minor in ministerio Altaris, vt ait *Gratian. dicto cap.* 111. *num.* 15.

Contrarium, quòd scilicet Archidiaconus, quando est Sacerdos sit Archipresbytero præferendus in Celebratione Missarum, absente Episcopo; Item, quòd illum præcedere debeat, siue Archidiaconus sit Sacerdos, siue non, ait *Rota dec.* 244. *num.* 1. *&* 2. *par.* 3. *recent.*

12 Subdeclara tamen, id non habere locum, si consuetudo vrgeret in contrarium, cum in hoc sit attendenda communis reputatio, & publica vox, & fama illius loci, siue Prouinciæ, vbi de eo quæstio habetur, idem *Cardin. Mantica dicta decis.* 175. *num.* 3. *Abb. in cap. de multa, versic. Tertia conclusio de praben.* vbi ait, quòd prima dignitas illa dicitur, quæ in loco communiter pro tali existimatur, etiamsi in iure aliud statutum reperiretur, *Boer. decis.* 346. *num.* 8. *Gomes. de grat. expect. nu.* 46. *versic. Quæ sunt, Rota decis.* 518. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & decis.* 585. *sub num.* 2. *par.* 4. *nouissim. d. Mantic. d. dec.* 175. *num.* 2. *& seq.* & ita quoque tenuit *Rota penes Gregor. decis.* 482. & ita fuit decisum *in Vicentina, seu Gerunden Vnionis Veneris* 22. *Maij* 1609. *coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis.* 411. *num.* 1.

13 Sed ex quibus signis dignoscatur præheminentia in dignitatibus sunt plura, quæ numerantur *à Rota in dicta decis.* 518. *& decis.* 585. Animaduertendo inter cætera, quòd signum principale est præcedentia, & sessio in loco honorabiliori, & nominatio primo loco facta in scripturis, & alijs actibus, qui inter capitulares fieri solent, & ita quoque fuit dictum *in Compostellana Prioratus* 17. *Martij* 1587. *coram Litta, & Rota decis.* 533. *par.* 2. *in recent. num.* 5. & ibi habetur, quòd eo ipso, quòd est prima dignitas in Ecclesia, tunc habet assistentiam de iure communi ad præheminentiam.

14 Declara tamen, quòd ad prçdicta probanda, aliquando læuiores probationes sufficient, aliquando verò vrgentiores, Vndè, si (verbi gratia) agatur de prima dignitate, ad effectum regulæ Cancellariæ reseruantis primam post Pontificalem, tunc vrgentiores erunt necessariæ, & sic eo casu debet esse prima dignitas propriè planè, & cum effectu, vt fuit dictum *à Rota dec.* 70. *num.* 11. *par.* 1. *diuers.*

15 Reassumendo autem illam declarationem, super eo versantem, quòd scilicet consuetudo in hac materia, non autem iuris communis dispositio sit attendenda; subdeclara tamen eam esse strictè intelligendam, Vndè, si per eā fiat, quòd altera dignitas sit eminentior illa Archidiaconatus, non per hoc infertur, quòd possessio (verbi gratia) Sedis in choro extendatur ad possessionem aliarum præheminentiarum dictæ principaliori Sedi annexarum, veluti incensationis, & osculi pacis, & de similibus, vt fuit dictum in dicta *Asten. Sedis coram Gipsio*, per ea, quç tradit *Bald. in l. eos, C. de vsur. & est text. in l. Si aliena,* §. 1. *ff. de vsucap. Felin. in cap. auditis num.* 2. *versic. Quarta declaratio de præscript.*

16 Concorda tu igitur, quòd cōtraria opinio

opinio procedat, quando sumus in inseparabilibus, & in his, sine quibus principale aliquid operari non posset, Altera verò procedit, quando principale posset de se operari aliquid, absq; aliorum concomitantia, & sic si in separabilibus versaremur, vt est prima sedes in Choro; quæ est dignitas, & honos iuxta illud Diui Mattei; nempè Amant primos accubitus in Cœnis, & primas Cathedras in Synagogis, & propterea dici non potest, dictam primam sedem prorsus, absque aliquo esse ctu remanere, vt fuit consideratum à Rota in d. *Asten. Sedis coram Gipsio*.

17 Sed tenendo illam secundam opinionem, Amplia primò eam tantò magis procedere, ex quo in materia odiosa versamur, & propterea de vna re ad aliam extensio fieri non debet, & sic ni si ad possessa venit extendenda, vt ait *Felin. ibi supra num. 11. & Rota in d. Asten. Sedis coram Gipsio*, & ad hoc facit doctrina *Gratiani in lib. 1. discept. cap. 11. num. 83.*

18 Amplia secundò, absolutè procedere, ratione Diuinorum, in quibus Archipresbyter Archidiacono præfertur; Vndè ex hoc tanto magis dicta secunda opinio corroboratur, vt scilicet Arcsidiaconus non in omnibus Archipresbytero præferatur, licèt habeat primum locum in Choro, iuxta tradita per *Gratian. lib. 2. discept. cap. 298 num. 35.*

19 Extende tertiò, principalem conclusionem, adeò esse veram, vt Archidiaconus, cũ iurisdictionem habere dicatur, propterea ex hoc infertur, quòd iniuria cómissa coram eo atrox dicatur, veluti dicitur de ea commissa coram Decano, quod quidem procedit, siue de iure, siue de consuetudine iurisdictionem habeat, vt ait *text. cum glos. in c. 1. & in c. ad hæc de offic. Archidiac. & Rota per Put. dec. 295 n. 9. & 7. in fine. lib. 1.*

20 Contrarium, quod scilicet Archidiaconus iurisdictionem non habeat in mundo ratione consuetudinis, sed quòd sonet in nomen dignitatis, ait *Rota de c. 9. de præbend. in nou. Grammat. decis. 64. & Loterius d. quæst. 16. num 109. cum sequentibus lib. 1. de re beneficiaria*.

21 Extende quartò, quòd Archidiaconus habens iurisdictionem, potest impedire, vt Vicarius Generalis non possit per Episcopum constitui, quod tamen declara verum, si Archidiaconus habeat ex cósuetudine iurisdictionem, per modum præuentionis, siue prioritatis, at secus, si per modum accumulationis, vt dicunt Doctores allegati à *Gratiano lib. 4. discept. c. 655. num. 46. & Azor. in 2. par. institut. moral. fol. 174. cap. 14. in littera B, de offic. Archidiac.*

22 Subextende, quòd neque præsente Episcòpo possit Vicarius præcedere Archidiaconum, & Canonicos collegialiter congregatos, licèt secus Episcopo absente, vt ait *Gratian. lib. 2. discept. cap. 298. num. 37.*

23 Contrarium, quòd scilicet Vicarius debeat præcedere in processionibus, & similibus Canonicos, tàm præsente, quàm absente Episcopo, ait *Riccius in dec. 582. num. 1. & seqq. in sua praxi fori Ecclesiastici*.

24 Et ad id comprobandum tribus fundamentis mouetur, & primo quia Vicarius repræsentat parsonam Episcopi, & per consequens, vti Episcopus alios procedere debet, ex regula illa, quòd honos, qui debetur principali, est debitus quoque illius Locumtenenti, seu eundem repræsentanti, veluti in pluribus exemplificando, tradit idem *Riccius ibi supra num. 1.*

25 Secundo quia in Synodo Diœcesana Vicarius Generalis ante Dignitates, & Canonicos sedere debet, vt fuit pluries resolutum a Rota, veluti testatur idem *Riccius ibi supra num. 2.* Subdens præterea ibi propè medium, con suetudinem non valere in contrarium & in hoc vide *Grat. lib. 1. discept. c. 111. num. 22. & 25.*

26 Tertiò, ex ea rõe, quia, cũ Vicarius habeat iurisdictionem ordinariam in totaDiœcesi, ac etiam supra Capitulũ & singulos de Capitulo, ratione iurisdictionis, ideo vti superior debet Capitulum præcedere, & præsertim, cum dicatur associari Episcopo in iurisdictione.

Quinimmo extende, quòd in iurisdictione

dictione voluntaria poſſit Vicarius eã exercere,etiam extra territorium, vti ordinarius, quia talis vocatur, vt ait *Grat. lib.1.diſcep.cap.127.num.1.& 2.* & propterea videmus, quòd quando Concilium loquitur de ordinario,nun quam venit excluſus Vicarius, idem *Grat.d.lib.1.cap.83.num.12.& c.111. num.12.*

Subextende, quando ille creatur à Papa magis, & efficacius repræſentat Epiſcopum, quam ſi ab Epiſcopo conſtituatur, vt ait idem *Grat.d.lib. 1.c.106.n.30.*

27 Sed prædictis ratiõnibus minimè obſtantibus, pro prima opinione concludit *idem Riccius ibi ſub num.4.* & potiſſimũ ex duobus, quorum primũ illud eſt, quia Epiſcopus facit vnum corpus cum capitulo, cuius quidem corporis ipſe eſt caput, & Canonici membra; Vndè inconueniens quidem videretur, & contra ordinem naturalem fieret, ſi membra disiungerentur à capite, & quod Canonici dicantur pars corporis Epiſcopi, ſicut Cardinales Papæ, ait *Abbas in cap. nouit, de his quæ fiunt à Prælatis*, & alij Doctores allegati a *Riccio ibi ſupra*.

Item, quod Rex in ſuo Regno, vel extra præcedat Cardinales, vti ſingulos; at ſecus in Sacro Conciſtorio, & Cappella Papæ, quia tunc ſederet poſt primum Epiſcopum, vel poſt antiquiorẽ Cardinalem Presbyterũ; veluti quoque idem dicitur de Imperatore ante coronationem, habetur in Pontificali, ſeu Ceremoniali in *rubr. de recept. Regis, & rubr. de ingreſſ. Imperatoris*, cui in hoc ſtandum eſt, vt ait *Riccius ibidem num.4.in fine.*

28 Secundum fundamentum iſtius opinionis illud eſt, quia Collegium, & quælibet vniuerſitas, vel congregatio eſt dignior, quàm ſit perſona ſingularis, & idèò licèt Abbas præferatur Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, id tamẽ non procedit, quando Canonici collegialiter incederent, quia tunc repræſentant ipſam Eccleſiam, quæ plus alijs honoranda venit; Eodem modo, etiam dicitur de Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, quod præfertur illi Eccleſię Collegiatę, etiam in propria Collegiata Eccleſia, vt ait *Riccius ibi ſupra*, & vbi pulchrè contrarijs reſpondet, per te viden.

29 Subextende ēd, quod fuit dictum de prælatione Archidiacono competente in concurſu, cum Vicario, eò magis procedere in his, quæ pertinent ad officium Archidiaconi, vt ait *Gratian. lib.1.diſcept.cap.111.num.41.*

Secus autem venit dicendum circa facultatem vniendi beneficia, quia Vicarius poteſt facere vniones, vt ait *Rota per Mohedan.deciſ.337. allegat. a Gratian.lib.1.diſcept.cap.278.num.36.* quod quidem Archidiacono facere non licet, quamuis tamen non deſint, qui dicunt huiuſmodi facultatem vniendi beneficia non competere Vicario, cum vnire ſit alienare, & quòd propterea ad id mandatum ſpeciale ſit neceſſarium, vt ait *Rebuff.& alij allegati à Grattan. d.cap.278.num. 35.*

Sed quando ſit præferendus Vicarius Archidiacono, Canonicis, & Capitulo in proceſſionibus, & ſynodo, ac in alijs actibus antecedentibus, & cõſequentibus iuriſdictionis, & promiſcuis, & indifferentibus, vt in conuiuio, & ſimilibus, docet *Gratian.d. cap. 111.num.22.& 25.* quem per te vide.

30 Extende quintò, quòd Archidiaconus de iure communi poteſt impartiri licentiam fabricandi in proprijs Eccleſiis Archidiaconorum, & eas viſitare, vt fuit dictum in *Burgen.iuriſdictionis Lunæ 20.Iunij 1594.coram Card. Seraph.quæ eſt in eius impreſſ. dec.1084. num.1.*

31 Declara tamen prædicta non habere locum priuatiuè, quoad Epiſcopum, vt dicunt *DD. allegati in dicta Burgen. iuriſdictionis coram Card.Seraph.* & de hoc adeſt diſpoſitio ſacri Concilij Tridentini *ſeſſ.24.cap.4.de reformat.*

32 Declara ſecundo, multò minus procedere in illis caſibus, in quibus adeſt expræſſa reſolutio dictæ Sacræ Congregationis, veluti in matrimonialibus, criminalibus, & ſimilibus, niſi tamen extaret immemorabilis conſuetudo in contrarium; veluti latè dixi ſupra in verbo Abbas, & vt ait *Rota ibi ſupra coram Card.Seraphino.*

33 Contrarium, quòd ſcilicet Archidia-

-diaconus, quandoque veniat appellatione Ordinarij, quoad cognitionẽ causarum ciuilium, criminalium, beneficialium, & matrimonialium; item, quòd veniat quoque appellatione Diœcesani, *ait Rota per Coccinum decis.346.num.1.& 6.& Rota decis.98. par. 1. diuers.*

34 Concorda, vt prima opinio procedat quando causas criminales cognosceret sine Capitulo, nec non alias ciuiles beneficiales, & matrimoniales, secunda verò, quando vna cum eo illas cognosceret, siue immemorabilis consuetudo in contrarium extaret, vt superius dixi, & veluti pulchrè ait *Caputaquen. in sua decis. 202.par. 2. & Rota dec.306.par.1.diuers. allegat. à Riccio in sua Collect.1618.par.5.*

35 Extende texto, quòd licet Episcopus in Ecclesijs suis sit ordinarius, respectu iurisdictionis, & similium; secus tamen est respectu diuini seruitij, quia eo casu, etiam in propria Ecclesia cathedrali multa ad ordinationem Archidiaconi, non autem Episcopi spectant, vt fuit dictum in *Hispalen iurisnominandi* 10. *Octob.*1583. *coram eodem Card. Seraphino, quæ est in eius im press. decis.*639 *num.*7.

36 Extende septimò, quòd Archidiaconus possit punire læuia delicta Clericorum, vt ait *Rota per Mobedan. decis.* 1. *de foro compet.* & ibi habetur, quænam dicantur læuia, vel grauia delicta, *& Rota decis.* 98. *par.* 1. *diuersorum.*

Subextende, quòd Sede vacante in illis octo diebus, qui pro creatione Vicarii Capitularis assignantur, ille erit Vicarius, donec fuerit electus Capitularis, vt ait *Zerola in praxi Episcopal.par.* 1. *allegat. à Bart. Gauanto in suo manuali Episc.in hoc verbo Archidiaconus num.* 3.

37 Subextende idem procedere in Decano, & Capitulo, qui possunt pari modo leuia delicta Clericorum punire, vt ait idem *Mobedan. ibi supra num.* 5. & ibi assignat rationem ex eo, quia Archidiaconus, & Decanus habent iurisdictionem, vel saltem præheminẽtiam quandam in eorum Ecclesia, quę non solet vnquam dari sine modica coarctione, *Seraphin. decis.*1222.*n.*4. & dicam in verbo Iurisdictio.

38 Extende octauò, quòd Archidiaconus potest agere contra subditos causa visitationis sine licentia Episcopi, *Rota dec.* 1. *num.* 1. *de offic. Archidiac.in antiquis Bisigneti*, Et ad id erit notandum, quòd ratione visitationis illi incumbentis, potest abesse vltra tres menses, & fructus lucrari, si tamen dari consueuerint absentibus, pro legitima causa, non tamen distributiones merè quotidianas, vt ait *Garz. de benef.par.*3.*cap.*2. *num.* 332. *& Gauant. in suo manuale Episcoporum in verbo Archidiaconus num.*5.

39 Extende nonò, quòd possit præscribere ius instituendi, & destituendi, vt ait *Rota decis.*3. *num.*1. *de præscript. in antiq.* sed non potest tamen beneficia vnire, vt ait *Loterius de re benef.lib.* 1.*q.*16.*num.*120.

40 Subextende, quòd illud possit ei quoque competere de consuetudine, *Rota decis.*21.*num.*2 *de præbend. Bisigneti in antiquis, & Riccius collect.* 1618.*parte* 5.

41 Extende decimò, quòd Archidiaconus, cui sit commissa ab Episcopo inductio in possessionem alicuius beneficii, potest eam alteri subdelegare, vt ait *Rota respondendo contrarijs in dec.*14.*de off.deleg.*

42 Extende vndecimò, quòd Archidiaconus, & alii Prælati inferiores possint habere curam in foro cõtentioso, vt ait *Rota decis.*13.*num.*2. *de præbend. Bisigneti, & decis.* 52. *num.* 13.*par.* 2. *diuers.*

43 Quod tamen intellige verum largo modo, & impropriè loquendo, & tunc illa cura in istis terminis versatur, circa exercitium iurisdictionis spiritualis, prout est suspendere, excommunicare, absoluere, visitare, & alia similia facere, quæ ad morum correctionem spectant: Si verò strictè, & propriè eam accipiamus, tunc illa dicitur potestas ligandi, & soluendi in foro Pœnitentiali, cuius nemo capax est, nisi Sacerdos, vt ait *Rota d.decis.* 52. *num.* 6. *& seqq.& Gratian.lib.*4.*discept.cap.*865. *num.* 10. vbi ait curam animarum nil aliud esse, quàm potestas exercendi, & admi-

administrandi Sacramenta, quæ enim cura, tàm contentiosi fori, quàm pœnitentialis non potest præscribi, nisi per clericum, & in hoc casu videndus est *Verall. dec. 357. par. 2.* vbi air, quòd Archidiaconus, & Archipresbyter possunt exercere Sacramenta, Item in hoc est videndus *Azor. in 2. parte Instit. moral. fol. 174. cap. 14. de offic. Archidiac.* vbi latè ait de facultatibus Archidiaconi, & quis illius nomine intelligendus veniat de Iure.

44 Contrarium, quòd scilicet Archidiaconus de Iure non habeat curam animarum, nec illam possit alteri committere, ea ratione, quia nullus cogitur ad suscipiendam curam animarum, nisi ex necessitate, siue consuetudine concurrente, ait *Gratian. dicto lib. 4. discept. cap. 865. num. 1. Rota decis. 56. num. 2. par. 2. diuers.* Card. *Seraph. dec. 942. num. 16.*

45 Et hanc secundam opinionem tenendo, extende eam primo, quòd neque Archidiaconus facultatem habet tollendi curam animarum, vt ait *Gratian. ibi supra num. 18.*

46 Extende secundo quòd neque pari modo ei credatur si deponat, quòd Archidiaconatus curàm animarum non habeat, cum illa confessio non sit super eo, de quo ipse disponere possit idem *Gratian. in præcitato loco, nu. 19.*

47 Extende tertio in simili procedere si Archidiaconus senior diceret, reseruasse sibi vocē in Capitulo, & Stallum in Choro, quia, ob id non probat vocis prærogatiuam, cum conditionaliter id dici possit, nempe si hæc ad Archidiaconum spectent, vt ait *Rota dec. 355. nu. 2. par. 3. diuers.*

48 Extende quartò, quòd Archidiaconus non potest vti monitorijs generalibus, pro reuelatione in forma significauit, vt fuit dictum *in Burgen. Iurisdictionis. Veneris 11. Februar. 1594 coram Card. Mantica, quæ est in eius impressis dec. 263. nu. 5.*

49 Extende quintò, quòd neque ille possit nomine Ecclesiæ appellationem prosequi, nisi Episcopo, & Capitulo negligentibus, *Bellam. decis. 38. de appellat.*

50 Extende sextò, quòd Archidiaconus tenetur præstare reuerentiam Episcopo, & Archiepiscopo, necnon Patriarchę etiam in sua diœcesi ita, quòd illis celebrantibus, ille assistere tenetur, vt fuit dictum *in Astoricen. Archidiaconatus 27. Iunij 1590. coram eodem Mantica, quæ est in eius impressis dec. 122. nu. 6. & Azor. in d. 2. par. Inst. moral. fol. 174. cap. 14. de offic. Archidiac. in vers. deinde & Capyc. in sua dec. 27. nu. 25.*

51 Declara tamen, quòd Archidiacono deficiente, in illius locum succedit Decanus, vt ait *Rota dec. 553. num. 3. par. 2. in recent.*

52 Extende, quòd in illius absentia dictus Decanus Iure Archidiaconi vti potest, vt ait *Rota ibi supra num 6.*

53 Subextende idem procedere, quando Decanus in locum Archipresbyteri succedit, quia illius iure vti potest *Rota ibi supra nu. 5. & 6.*

54 Vltimo nota, quòd si quis duos Archidiaconatus habeat dignitate pares, tunc poterit residere in quo sibi magis placuerit; sed si alter esset dignior talì casu in eo residere tenetur, vt ait *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 185. & Gauantus in suo manuali Episcopor. in hoc verbo Archidiaconus nu. 2. & 3.*

ARGVMENTVM.

DE AVCTORITATE ARCHIEPIScopi in eius suffraganeos, ac illorum subditos.

CONCLVSIO CXXXVIII.

ARCHIEPISCOPVS nota, quòd grecè dicitur Princeps Episcoporum, & sub se habet alias Ciuitates illius Prouinciæ, & illius Episcopatus dicitur Metropolis quasi aliarum Ciuitatum mater, & non minorē Prouinciam habere solent Archiepiscopatus decem Ciuitatibus, cum vno Rege, cum quo illi æquiparari dicantur; & eorum Iurisdictio ad instar Præsidum Prouinciarum censetur, vt ait *Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 9. num. 35. cum seqq. & Azor. in secunda parte Inst.*

Stit.

stit. moral. cap 33. tit. de auctoritate Archiepiscopi fol. 198. vbi subiungit quomodo, & à quibus creentur.

2 Sed nota, quòd vnus solus debet esse Archiepiscopus in Prouincia, aliàs monstruosum esset eam duos Archiepiscopos habere, *vt ait Iaffred. in sua decis.* 141. *& Camill. Borell. in sua summa decis. tit. 6. num.* 5.

3 Vndè in ptimis erit notandum, quòd Archiepiscopus habet eius intentionem fundatam de iure visitandi omnes Ecclesias in sua diœcesi existẽtes, veluti dicitur de Episcopo, vt latè superius à me fuit dictum in verbo Abbas, & fusius dicam in verbo Episcopus, idemque fuit dictum in *Bononien. Sancti Petronij, Veneris* 28. *April.* 1595 *coram Cardin. Mantica, quæ est in eius impress. decis.* 322. *num.* 1.

4 Et propterea ei competit manutentio, licèt quasi possessionem non probet, ob assistentiam, quam de iure habet, vt fuit iam dictum in *Salamantina iurisdictionis* 18. *Aprilis* 1581. *coram Laurettano, Caputaq. decis.* 306 *p.* 1. *& dec.* 201. *par.* 2.

5 Amplia primò, quòd Archiepiscopus habet etiam de iure communi iurisdictionem Ciuilem, & Criminalem procedendi contra Capitulares, & subditos suffraganei, etiam fine adiunctis, vt fuit dictum in *Cæsaraugustana Iurisdictionis Mercurij* 5. *Februarij* 1609. *coram Card. Sacrato, quæ est in* 1. *par recent. decis.* 174. *num.* 4. *& nouissimè Loterius de re beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 29. *cum seqq.*

6 Contrarium licèt videatur tenuisse *Bellam. allegat. à Loterio ibi sup. num.* 57. vbi ait, quod nũquam solus in his delictis procedit Archiepiscopus, sed benè ex consilio suffraganeorum.

7 Concorda, vt prima opinio procedat, vbi essemus in delictis subditorum suffraganei; secunda verò in delictis Episcoporum, ex doctrina *Loterij ibi supra num.* 6.

Subamplia primò, dictam ampliationem multo magis procedere, quãdo essemus in delictis atrocibus depositionem, & degradationem requirentibus, quia tunc Archiepiscopus, siuè Episcopus solus, absque coniudicibus à Capitulis eligendis ad carcerationem procedere potest, etiam si indicia sint leuia, siue si timeretur de fuga inditiati, quia tunc, ob moram receditur a regulis iuris, & sic etiam sine alijs indicijs procedi potest, & præsertim, vbi agitur de crimine occulto, veluti de raptu virginis, siue de stupro, & similibus, quod quidem stuprũ per virginis deflorationem committitur, ob quod enim delictũ veluti, ob stuprũ de iure Canonico, ab omnibus deponitur Clericus, & beneficio priuatur, vt ait *Menoch. de arbitr. cas.* 288. *num. octauo, lib. secundo. Clarus in §. Stuprum num.* 3. & ita fuit decisum *à Rota in Calciaten. iurisdictionis Lunæ* 21. *Iunij* 1621. *& Lunæ* 6. *Iunij* 1622. *coram Remboldo vbi alleg. Farinat. in sua prax. crim. tit. de carcerat. quæst.* 27. *num.* 117. *cum seqq.*

Declara tamen; quod circa probationẽ suspicionis fugæ illius delinquentis, nedum standum est assertioni notarij, nec nõ ea argui potest ex resistentia facta per imputatum, vel ex alijs præsumptionibus, & coniecturis, sed etiam & multo magis id totum Iudicis arbitrio venit remittendum, neque propterea opus esset eo casu, vt aliæ causæ suspicionis probentur, vt ait *Ripa in l.* 2. *ff. sol. matr. num.* 57. *Castr. consil.* 328. *num.* 2. *lib.* 2. & ita fuit resolutum *à Rota in alia Concben. Iurisdictionis* 3. *Martij* 1617. *coram Card. Sacrato allegata in illa Calciaten. coram Remboldo*, & est doctrina in terminis suspicionis fugæ, *Alexand. in consil.* 240. *num.* 3. *lib.* 6.

Subamplia tertiò, quòd etiam ante Inchoatum iudicium potest Iudex incipere à captura personæ, ob suspicionem fugæ; & ratio est, quia quando alicui crimen aliquod obijcitur, tunc est in arbitrio Iudicis modũ custodiæ adhibere, circa personam, ne processus reddatur elusorius, & ne delictum remaneat impunitum, *l.* 2. *& ibi Bal. C. de his, qui lat. vel al. Roland. consil.* 17. *num.* 7. *lib.* 3. *Marant in specul. par.* 6. *versic. Citatio, num.* 60. *& l.* 1. *ff. de cust. reorum, Alexand. consil.* 240.

 num.

num.4. lib.6. cum alijs per Farinacc. de carcer. & carcerat.quæst.27. num.126. & Rota in d. Calciaten. Iurisdictionis 6. Iunij 1622. coram Remboldo, vbi in specie habetur, quòd Iudex præsumitur in dubio iustè suspectum de fuga carcerasse, & de hac materia loquitur *Concil.Trid. in sess.25.cap.6.de reform.* cui per prędictas decisiones respondetur à Rota.

Subamplia quartò prædicta posse quoque per illius Vicarium exerceri, qui in huiusmodi casibus, etiam sine adiunctis, siue coniudicibus electis à Capitulo procedere valet, quia *Concil.Trid.*ita disponit in huiusmodi delictis atrocibus depositionem, & degradationem requirentibus, & quando de fuga timetur, cum, ob periculum moræ liceat recedere à regulis iuris communis, vltra quod quicquid fit à Vicario, de ordine, ac scientia ordinarij fecisse præsumitur, vt fuit resolutum *à Rota per Card.Seraph.dec.306. num. 6. & in dictis Calciaten. Iurisdictionis coram Remboldo*.

Subamplia quintò, prædicta, eò magis procedere, quando de illis præcederet accusatio, siue quærela de crimine, quia tunc de generali consuetudine reus capi potest, veluti testatur *Rota in d. Calciaten. Iurisdictionis Luna 6. Iunij 1622. coram Remboldo*.

8 Amplia secundò, conclusionē principalē, vt scilicet etiam contra regulares in causis criminalibus iurisdictionē habeat, quādo in figura iudicij, quòd Abbatem, vel Priorem priatiuè proceditur, vt fuit dictum in alia *Cæsaraugustana exemptionis Veneris 13. Nou. 1587. coram Orano, quæ est in 1. par recent. dec.15.n.1.& 11.& ibi Rota*, optimè respondet contrariū tenentibus.

9 Subamplia idem procedere in criminibus notorijs subditorū Archidiaconi, quæ Archiepiscopus coercere pōt, vt ait *Rot.per Card Mant.dec.263.n.1. & 2.* Et quæ sint notoria delicta enumerat *Loterius ibi sup.n.77.*

10 Secus verò, si crimina non essent notoria, quia tunc ea coercere nō posset, sed eorum inquisitiones debet Archidiacono derelinquere, vt fuit dictū *in Legionen. Iurisdictionis 7. Febr.1583 coram Card.Blanchetto.* Et sic igitur licèt ex hoc appareat, quòd Archiepiscopus possit Archidiaconum visitare, visitatoris tamen officium non potest excedere, vt ait *Rota d.decis. 263.n.1. coram Mantica.*

11 Amplia tertiò, quòd Archiepiscopus habet iurisdictionem in Episcopū suffraganeum, tanquam ei immediatè subiectum, & propterea potest eum cogere ad suscipiendam causæ delegationem, vt fuit dictum *in Valentina Iurisdictionis Mercurij 11. Dec.1596. coram Card.Seraph. quæ est in eius impress. dec.1212.n.1.*

12 Fallit tamē in subditis suffraganei sui, quos cogere nō potest, si noluerint recipere delegationem causæ, & ratio ea est, quia Archiepiscopus nullā habet iurisdictionē in subditū suffraganei, quę requiritur, ad hoc, vt eogere possit, cū coērctio ēr de modico sine iurisdictione non detur, *Seraph.ibi sup.n.2.& dec. 1222.n.4.& Grat.lib.1.discep.c.169.n. 10.et Loter.in prac.loc.n.67.et 68.* Secus autē, si per appellationem ad eū causa deuoluatur, quia tūc delegare, vt illi eas ausas audiāt, scribāq; atq; nūtium deputare pōt, vt ait idē *Loter. ibi sup. n.65.*

13 Ratio autem illius tertiæ ampliationis est, quia per appellationē deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, quoad partes, sed non quoad alios, & ob id in cōpulsione subditorū semper recurrendum est ad Episcopum suffraganeum, *Gratian.ibi sup. num.1.*

14 Declara tamen, quòd Archiepiscopus nullā habeat in subditos suorū suffraganeorum iurisdictionem, nisi ad eū facta deuolutione causarum, vel nisi in casibus à iure expressis, siue per viam quærelæ, vt ait *Loter. ibi sup.n.37.cum seqq.& n.82. & 85.* licèt tamen aliter posset euenire, ex aliquo singulari priuilegio, siue particulari consuetudine, aut stylo, idem *Loter. ibi sup.n.86.*

15 Vndè ex prædictis infertur, quòd excommunicatio lata in subditum sui suffraganei dicitur nulla, ex rotali iuris dictionis defectu; immo neque etiam ex decreto Concilij Prouincialis ille potest acquirere iurisdictionem contentiosam in subditos sui suffraganei, *idem Loter. ibi sup.n.47.& 74.*

Extende

6. Extende, quòd neque etiam potest Archiepiscopus, dùm visitat Prouinciam absoluere excommunicatum ab Episcopo suffraganeo, nec minus potest vlcisci iniuriam sibi illatam, nisi sit notoria, aut consuetudo aliter permitteret, idē *Loterius ibi sup. n.* 58. *& seq.*

Declara tamen, quòd aliquando potest Archiepiscopus à censuris absoluere ad cautelam, vt ait *Quarant. in hoc verbo Archiepisc. num.* 14. & ibi latè *& Bartholom. Gauantus in suo manual. Episcop. in verbo Archiepiscopus nu.* 11.

17 Animaduertendo præterea, quòd quando Archiepiscopus procedere volet in casu, sibi permisso contra suffraganeum, aut illius subditum, tunc tenetur in illius citatione exprimere causam, quæ iurisdictionis competentiam concludat, vt ait idem *Loterius ibi supra num.* 102.

18 Amplia quartò, quòd Archiepiscopus potest cogere suffraganeum ad compellendum suos subditos proferendo testimonio, & alia necessaria in causis appellationum, vt ait *Cardin. Seraph. d. decis.* 1212. *num.* 1. *Gratian. d. lib.* 1. *discept. c.* 169. *n.* 1. *&* 6.

19 Subamplia primò, id in tantum esse verum, quòd immo possit, Episcopo negligente, vtrumque cogere, quia ob huiusmodi negligentiam iurisdictio ad Archiepiscopum deuoluitur, vt dicunt infiniti DD. allegati à *Cardin. Seraph. decis.* 1222. *num.* 2. Quamuis prius in *d. decis.* 1212. *sub num.* 3. Rota dixisset, quòd in hoc Doctores erant varij, vt testatur *Gratian. d. cap.* 169. *num.* 6. *& nouissimè Bartholom. Gauant. in suo manual. Episcop. in verbo Archiepiscopus num.* 15. *& Quarant. in eodem verbo num.* 21. & ibi docet in quibus hæc potestas ad Archiepiscopum deuoluatur, ob negligentiam Episcopi suffraganei.

Extende ea, quæ fuerunt dicta de Archiepiscopo Episcopum compellere valente, ob illius negligentiam, eò magis procedere in erectione Seminarij, ac illius conseruatione, iuxta *Concil. Trid. in sess.* 23. *cap.* 18. *& d. Gauantus ibi supra num.* 6.

Subextende, quòd etiam possit Archiepiscopus suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopum, vt ait *Quarant. in hoc verbo Archiepiscopus num.* 8. *& Bartholom. Gauant. in præcitato loco num.* 5.

20 Subamplia secundò, quòd Archiepiscopus possit etiam Vicarium sui suffraganei punire, quia Archiepiscopus est Iudex ordinarius Episcoporum, & eorum Vicariorum generaliū suæ Prouinciæ, vt ait *Quarant. in verbo Archiepiscopus num.* 10. *&* 11. *& Bartholom. Gauantus in suo manuali Episcoporum in hoc verbo Archiepiscopus num.* 7. *& seq.* Quòd tamen declara verum, quando Vicarius peccauerit in his, quæ essent iurisdictionis, siue in illius officio; secus verò, quando ille faceret aliquid vti priuatus, quia tunc eum punire non posset, vt ait idem *Gratian. d. c.* 169. *nu.* 14. veluti quoque id facere posset, si ferret sententiam, aut per gratiam, aut per sordes, vel si excommunicaret aliquem sine scriptis, aut trina monitione nō præcedente, vt ait idem *Loterius ibi supra num.* 100.

21 Et ratio illius subampliationis ea est, quia Episcopus, & Vicarius vnum & idem tribunal constituunt, & ideò veluti potest cogere Episcopum suffraganeum, ita quoque illius Vicarium, *Gratian ibidem d. cap.* 169.

22 Quinimmò extende, quòd etiam Vicarius Archiepiscopi, eo absente, possit iurisdictionem exercere contra suffraganeos, in eos proferendo sententiam interdicti suspensionis, & excommunicationis, vt ait *Franciscus Marc. dec.* 483 *lib.* 1. *& Gratian. d. cap.* 169. *num.* 16.

23 Restringe tamen, afficere, vt dixi, iurisdictionem Metropolitani in subditos suffraganei solùm in casibus expressis à iure, & non aliàs, vt ait *Rota ibi supra num.* 3. *& Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 6. *num.* 2. *& Loterius ibi sup. n.* 75.

At secus in exemptis, quia tunc ad Archiepiscopum nō deuoluitur potestas, ob negligentiam Episcopi, vt ait *Quarant. in dicto verbo Archiepiscopus num.* 21.

24 Amplia quintò, quòd Archiepiscopus potest causas ad se, per appellationē, aut alio modo ab Epō suffrañeo delatas, per se, vel Vicariū Gñlem, siue per

Delegatum cognoscere, & terminare in totum, vel in parte, & (quod plus est) etiam in Diœcesi suffraganei, totam causam, siue partem delegare potest, *vt fuit dictum in eadem Valentina Iurisdictionis, Luna 1. Aprilis 1596 coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1183. num. 1. & latè dixi in verbo Appellatio, & Gratian. ibi supra d. c. 6. & in lib. 4. c. 655. num. 19. & Loterius ibi supra num. 65.*

Et tunc per appellationem ille habet Iurisdictionem in appellantem, & appellatum, necnon in alios qui se sponte offerunt liti, super ea re, de qua est quæstio, & id non solùm in causis spiritualibus, sed etiam temporalibus, necnon ciuilibus, & criminalibus, *vt ait Quarant. in hoc verbo Archiepiscop. num. 13.*

25 Subamplia, quod ad hunc effectum potest etiam Notarium, & nuncios pro exercenda Iurisdictione deputare; & ratio est, quia cõcesso vno, cætera omnia concessa censentur, sine quibus illud explicari non potest, *tex. est in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & Card. Seraph. d. dec. 1183. in fine.*

26 Vnde hic opportunè notãdũ erit, quod Archiepiscopus, & Episcopus possunt in omnibus locis eorum Diœcesis Tabelliones, & Notarios creare, *vt ait Franc. Marc. in sua dec. 489. n. 6. p. 1.* vbi extendit id procedere in Archiepiscopo Ebredunensi ex priuilegio.

27 Restringe tamen dictam quintã ampliationem procedere solùm in causis appellationum, à sententia diffinitiua, vel ab ea, quę vim diffinitiuæ habeat; secus verò in illis primę instantiæ, quę *iuxta Concil. Trident. in § causæ omnes,* coram suo Ordinario sunt cognoscendæ; quando tamen dictus Ordinarius esset in quasi possessione exercendi iurisdictionem, *vt ait Franc. Marcus decis. 281. num. 5. par. 1. & ita fuit dictum in Burgen. Iurisdictionis de Berbiesca Veneris 11. Februarij 1594. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 263. num. 4. & Gratian. d. lib. 1. disceptat. cap. 6. num. 20.*

Quinimmò, neque etiam de consensu Episcopi committi possunt, nisi partes accõsentirent, *Gratian. lib. 5. discept. cap. 837. num. 7.*

Declara tamen id, quod fuit dictum de causis in prima instantia à suo Ordinario cognoscendis, *iuxta dispositionẽ Concil. Trid. in d. §. causæ omnes* pluribus modis nõ procedere, & primò quã do Episcopus cum Diœcesano litigaret in Foro Ecclesiastico. Secundò, si lis contra Episcopum esset mouenda, quo casu, etiam Vicarius suspectus redditur. Tertiò, si contra illius Capitulum esset controuersia. Quartò, vbi intentatur iudicium contra Ciuitatem, Castrum, siue Villam Episcopo subiectam, per non subditum. Quintò, si non adesset tutus accessus. Sexto, & vltimò, stante perhorrescentia; & sic in huiusmodi casibus erit permissum, causas à propria Ciuitate auocare, & illas alibi coram Iudice opportuno committere, veluti quoque id erit permittendum, si causa Archiepiscopi penderet coram Episcopo suffraganeo, quia tunc causa ab eo vti suspecto auocari poterit, *cap. accedens, & ibi gloss. in verbo Subesse, vbi Abbas, vt lit. non contestat. & hanc materiam tractant Doctores in cap. statutum. §. cum verò de rescript. in 6. Capic. decis. 137. Cæsar de Grass. decis. 4. de except. & alij allegati à Marchesano de commissionibus par. secunda, §. 3. num. 1. cum sequentibus fol. mihi 345.* Secus autem extra prædictos casus, quia tunc causę actore, & reo eiusdem met Diœcesis existentibus, extra eam non committitur; at secus si essent diuersarum Ciuitatum, quia tunc causa vltra vnam, vel duas dietas demandari nequit, *vt ait Marchesan. ibi supra,* vbi docet quid sit dieta, & quid miliare & quomodo intelligatur, & mensuretur, quem per te videre poteris.

28 Amplia sextò, quòd Archiepiscopus potest erigere Crucem, per totam Prouinciam; Immò etiam in locis exemptis, ad effectum benedicendi solemniter, & per viam Populum, necnon ibi potest indulgentias, ac remissiones concedere, *Clement. in. Archiepiscop. de priuileg. & ita fuit dictum in Baren. Iurisdictionis 15. Maij 1609. coram Card.*

Cardin. Sacrato, & Franc. Marc. decis. 1254. *num.* 1. *par.* 1. *& nouissimè Loterius in tract. de re beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 27. *&* 28. *& Quarant. in verbo Archiep. auctor.* 29.

29 Et ratio est, quia loca exempta non desinunt esse in Diœcesi, licèt de Diœcesi non sint, vt dixi in verbo Abbas, & sic delatio Crucis est permittenda ratione illius vniuersalis præheminentiæ, ob reliquias præteritæ subiectionis, ante obtentam exemptionem, & præsertim, quia huiusmodi Pontificalia insignia, sine alterius præiudicio deferuntur, vt ait *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 467. *num.* 2. *&* 3.

Fallit tñ dicta ampliatio, quãdo esset præsens legatus Papæ, siue Cardinalis etiam non legatus, siue si ille esset Archiepiscopus ritularis tantum, sed Episcopus alicuius loci, quia tunc non posset ante se facere deferre Crucem, vt ait *Quarant. auctor.* 28. *& Cerem. Episcop. lib.* 1. *cap.* 4. *& Congregat. Episcop. sub die* 22. *Decembris* 1592. *& Gauant. in suo manuali Episcop. in d. verbo Archiepisc. num.* 44.

30 Subamplia, quòd nedum potest Populum in locis exemptis simplici benedictione benedicere, sed etiam illa solemni, incipien. per illa verba (sit nomen Domini benedictum) vt ait idem *Gratian. ibi supra num.* 31. licèt id facere non possit extra Diœcesim, idem *Gratian. ibidem. num.* 62.

Quinimmo eo præsente cessabit Episcopus suffraganeus à priuatis benedictionibus, vt ait *Ceremon. Episcop. lib.* 1. *cap.* 4. *& Gauant. mox allegand. num.* 48.

31 Subamplia secundò, quòd potest Diuina officia, etiam in Pontificalibus, & in loco exempto celebrare, & in sua præsentia ab alijs, sine tamen Pontificalibus celebrari facere; secus verò quando vellet ab alio facere celebrari, quia id esset auctoritatiuè facere, & sic iurisdictionem exercere, *Gratianus ibidem num.* 33. *& Quarant. in verbo Archiepiscopus auctor.* 30. *& Gauantus in dicto suo manuali Episcoporum in hoc eodem verbo num* 50. *& sub num.* 51. ait cum debere habere sedem pro celebratione in Pontificalibus in cornu Epistolæ, cum Baldachino, idemque ait *Ceremon. Episcop. lib. primo, cap.* 13. licèt non tamen cum Diaconis assistentibus, sed cum Diacono, Subdiacono Assistenre, ex Canonicis, quia isti dantur coadiutori suffraganei à Sacra Congregatione Rituum 31. *Ianuarij* 1591. *vt refert Quarant. ibi in verbo Archiepiscopus num.* 11. *in addit. & Gauant. ibi supra num.* 52. *& seqq.*

32 Subamplia tertiò, quòd possit pallio vti in celebrando, quia illud est ornamentum Pontificale Archiepiscopi, & propterea eo decorandus est in celebrando, etiam in locis exemptis, idem *Gratian. ibi supra num.* 35. *&* 36.

33 Subamplia quartò, quòd prædicandò, aut celebrando possit oblationes recipere, si tamen ibi necessario celebret, ratione officij, & in casibus à iure permissis; at secus, si voluntariè ad dicta loca declinaret, quia illæ oblationes essent Episcopi illius loci, idem *Gratianus ibidem num.* 38.

Et ratio est, quia oblationes, & Decimæ possidentur ab Ecclesia spirituali, ac diuino iure, & propterea à persona sæculari grauari non possunt, vt pulchrè fuit deductum *à Rota in Alben. Gabella, seu onerum, Veneris* 28. *Iunij* 1630. *coram Merlino.*

34 Subamplia quintò, quòd vigore Concilij Tridentini in *session.* 25. *capitulo* 11. *de regular.* multa conceduntur posse fieri ab Episcopis, & Archiepiscopis in locis exemptis, vt est visitatio Ecclesiarum in concernentibus animarum curam, exploratio voluntatis nouitiorum profiteri volentium, Approbatio nouorum miraculorum, & reliquiarum, Appositio imaginum, ac picturarum Dei, & Sanctorum in locis, Benedictio Prædicatorum verbi Dei, si in Ecclesia sui Ordinis prædicent, at si in alia Ecclesia potest licentiam concedere; item potest corrigere errores, aut scandala, si eueniant in Populo, Publicatio censurarum, & interdicti, & obseruatio festorum, dierum, & multa alia

lem in Ecclesia; nam diuersimodè dicta consuetudo operatur, quia aliquando Archidiaconatus est prima dignitas in vna Ecclesia, in alia verò Archipresbyteratus, iuxta tradita per *Gram mat. decis. 64. num. 17. & 18.* vbi in specie ait, quòd in hac materia præheminentiarum magis est attendenda consuetudo, quàm iuris communis dispositio, *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 83. Card. Mantica decis. 175. num. 3. Put. decis. 107. lib. 1. & Rota in d. Asten. Sedis coram Gipsio.*

10 Extende adeo consuetudinem in hac materia pollere, vt nedum ea sem per prçualeat iuri communi, sed etiam quando illi esset repugnans, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 716. num. 17. & dec. 964. num. 1. & prius decis. 335. num. 3.* Quod tamen restringe non procedere, quoties consuetudo adeò iuri communi repugnaret, vt in meram corruptelam sonaret, vt ait nouissimè *Loterius de re beneficiaria lib. 1. q. 16. num. 116. cum seqq.*

11 Declara secundo, quòd scilicet Archidiaconus sit maior Archipresbytero, respectu administrationis iurisdictionis, sed est tamen minor in ministerio Altaris, vt ait *Gratian. dicto cap. 111. num. 15.*

Contrarium, quòd scilicet Archidiaconus, quando est Sacerdos sit Archipresbytero præferendus in Celebratione Missarum, absente Episcopo; Item, quòd illum præcedere debeat, siue Archidiaconus sit Sacerdos, siue non, ait *Rota dec. 244. num. 1. & 2. par. 3. recent.*

12 Subdeclara tamen, id non habere locum, si consuetudo vrgeret in contrarium, cum in hoc sit attendenda communis reputatio, & publica vox, & fama illius loci, siue Prouinciæ, vbi de eo quæstio habetur, idem *Cardin. Mantica dicta decis. 175. num. 3. Abb. in cap. de multa, versic. Tertia conclusio de præben.* vbi ait, quòd prima dignitas illa dicitur, quæ in loco communiter pro tali existimatur, etiamsi in iure aliud statutum reperiretur, *Boer. decis. 346. num. 8. Gomes. de grat. expect. nu. 46. versic. Quæ sunt, Rota decis. 518. num. 2. par. 1. diuers. & decis. 585. sub num. 2. par. 4. nouissim. d. Mantic. d. dec. 175. num. 2. & seq.* & ita quoque tenuit *Rota penes Gregor. decis. 482.* & ita fuit decisum *in Vicentina, seu Gerunden Vnionis Veneris 22. Maij 1609. coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 411. num. 1.*

13 Sed ex quibus signis dignoscatur præheminentia in dignitatibus sunt plura, quæ numerantur *à Rota in dicta decis. 518. & decis. 585.* Animaduertendo inter cætera, quòd signum principalè est præcedentia, & sessio in loco honorabiliori, & nominatio primo loco facta in scripturis, & alijs actibus, qui inter capitulares fieri solent, & ita quoque fuit dictum *in Compostellana Prioratus 17. Martij 1587. coram Litta, & Rota decis. 533. par. 2. in recent. num. 5.* & ibi habetur, quòd eo ipso, quod est prima dignitas in Ecclesia, tunc habet assistentiam de iure communi ad præheminentiam.

14 Declara tamen, quòd ad prçdicta probanda, aliquando læuiores probationes sufficient, aliquando verò vrgentiores, Vndè, si (verbi gratia) agatur de prima dignitate, ad effectum regulæ Cancellariæ reseruantis primam post Pontificalem, tunc vrgentiores erunt necessariæ, & sic eo casu debet esse prima dignitas propriè planè, & cum effectu, vt fuit dictum *à Rota dec. 70. num. 11. par. 1. diuers.*

15 Reassumendo autem illam declarationem, super eo versantem, quòd scilicet consuetudo in hac materia, non autem iuris communis dispositio sit attendenda; subdeclara tamen eam esse strictè intelligendam, Vndè, si per eã fiat, quòd altera dignitas sit eminentior illa Archidiaconatus, non per hoc infertur, quòd possessio (verbi gratia) Sedis in choro extendatur ad possessionem aliarum præheminentiarum dictæ principaliori Sedi annexarum, veluti incensationis, & osculi pacis, & de similibus, vt fuit dictum in dicta *Asten. Sedis coram Gipsio,* per ea, quę tradit *Bald. in l. eos, C. de vsur. & est text. in l. Si aliena, §. 1. ff. de vsucap. Felin. in cap. auditis num. 20. versic. Quarta declaratio de præscript.*

16 Concorda tu igitur, quòd cõtraria opinio

opinio proc edat, quando sumus in inseparabilibus, & in his, sine quibus principale aliquid operari non posset, Altera verò procedit, quando principale posset de se operari aliquid, absq; aliorum concomitantia, & sic si in separabilibus versaremur, vt est prima sedes in Choro; quæ est dignitas, & honos iuxta illud Diui Mattei; nempè Amant primos accubitus in Cænis, & primas Cathedras in Synagogis, & propterea dici non potest, dictam primam sedem prorsus, absque aliquo esse ctu remanere, vt fuit consideratum à *Rota in d. Asten. Sedis coram Gipsio*.

17 Sed tenendo illam secundam opinionem, Amplia primò eam tantò magis procedere, ex quo in materia odio sa versamur, & propterea de vna re ad aliam extensio fieri non debet, & sic ni si ad possessa venit extendenda, vt ait *Felin. ibi supra num. 11. & Rota in d. Asten. Sedis coram Gipsio*, & ad hoc facit doctrina *Gratiani in lib. 1. discept. cap. 11. num. 83*.

18 Amplia secundò, absolutè procedere, ratione Diuinorum, in quibus Archipresbyter Archidiacono præfertur; Vndè ex hoc tanto magis dicta secunda opinio corroboratur, vt scilicet Arcsidiaconus non in omnibus Archipresbytero præferatur, licèt habeat primum locum in Choro, iuxta tradita per *Gratian. lib. 2. discept. cap. 298 num. 35*.

19 Extende tertiò, principalem conclusionem, adeò esse veram, vt Archidiaconus, cũ iurisdictionem habere dicatur, propterea ex hoc infertur, quòd iniuria cõmissa coram eo atrox dicatur, veluti dicitur de ea commissa coram Decano, quod quidem procedit, siue de iure, siue de consuetudine iurisdictionem habeat, vt ait *text. cum glos. in c. 1. & in c. ad hæc de offic. Archidiac. & Rota per Put. dec. 295 n. 9. & 7. in fine. lib. 1*.

20 Contrarium, quòd scilicet Archidiaconus iurisdictionem non habeat in mundo ratione consuetudinis, sed quòd sonet in nomen dignitatis, ait *Rota dec. 9. de præbend. in nou. Grammat. decis. 64. & Loterius d. quæst. 16. num. 109. cum sequentibus lib. 1. de re beneficiaria*.

21 Extende quartò, quòd Archidiaconus habens iurisdictionem, potest impedire, vt Vicarius Generalis non possit per Episcopum constitui, quod tamen declara verum, si Archidiaconus habeat ex cõsuetudine iurisdictionem, per modum præuentionis, siue prioritatis, at secus, si per modum accumulationis, vt dicunt Doctores allegati à *Gratiano lib. 4. discept. c. 655. num. 46. & Azor. in 2. par. institut. moral. fol. 174. cap. 14. in littera B, de offic. Archidiac*.

22 Subextende, quòd neque præsente Episcopo possit Vicarius præcedere Archidiaconum, & Canonicos colle gialiter congregatos, licèt secus Episcopo absente, vt ait *Gratian. lib. 2. discept. cap. 298. num. 37*.

23 Contrarium, quòd scilicet Vicarius debeat præcedere in processionibus, & similibus Canonicos, tàm præsente, quàm absente Episcopo, ait *Riccius in dec. 581. num. 1. & seqq. in sua praxi fori Ecclesiastici*.

24 Et ad id comprobandum tribus fundamentis mouetur, & primo quia Vicarius repræsentat personam Episcopi, & per consequens, vti Episcopus alios procedere debet, ex regula illa, quòd honos, qui debetur principali, est debitus quoque illius Locumtenenti, seu eundem repræsentanti, veluti in pluribus exemplificando, tradit idem *Riccius ibi supra num. 1*.

25 Secundo quia in Synodo Diœcesana Vicarius Generalis ante Dignitates, & Canonicos sedere debet, vt fuit pluries resolutum a Rota, veluti testatur idem *Riccius ibi supra num. 2*. Subdens præterea ibi propè medium, con suetudinem non valere in contrarium & in hoc vide *Grat. lib. 1. discept. c. 111. num. 22. & 25*.

26 Tertiò, ex ea rõe, quia, cũ Vicarius habeat iurisdictionem ordinariam in tota Diœcesi, ac etiam supra Capitulũ & singulos de Capitulo, ratione iurisdictionis, ideo vti superior debet Capitulum præcedere, & præsertim, cum dicatur associari Episcopo in iurisdictione.

Quinimmo extende, quòd in iurisdictione

-diaconus, quandoque veniat appellatione Ordinarij, quoad cognitionẽ causarum ciuilium, criminalium, beneficialium, & matrimonialium; item, quòd veniat quoque appellatione Diœcesani, *ait Rota per Coccinum decis.346.num.1.& 6.& Rota decis.98. par. 1. diuers.*

34 Concorda, vt prima opinio procedat quando causas criminales cognosceret sine Capitulo, nec non alias ciuiles beneficiales, & matrimoniales, secunda verò, quando vna cum eo illas cognosceret, siue immemorabilis consuetudo in contrarium extaret, vt superius dixi, & veluti pulchrè ait *Caputaquen. in sua decis. 202.par. 2. & Rota dec. 306.par. 1.diuers. allegat. à Riccio in sua Collect. 1618.par. 5.*

35 Extende sexto, quòd licet Episcopus in Ecclesijs suis sit ordinarius, respectu iurisdictionis, & similium; secus tamen est respectu diuini seruitij, quia eo casu, etiam in propria Ecclesia cathedrali multa ad ordinationem Archidiaconi, non autem Episcopi spectant, vt fuit dictum in *Hispalen iurisnominandi* 10. *Octob.* 1583. *coram eodem Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis.639 num.7.*

36 Extende septimò, quòd Archidiaconus possit punire læuia delicta Clericorum, vt ait *Rota per Mohedan. decis. 1. de foro compet.* & ibi habetur, quænam dicantur læuia, vel grauia delicta, *& Rota decis. 98. par. 1. diuersorum.*

Subextende, quòd Sede vacante in illis octo diebus, qui pro creatione Vicarii Capitularis assignantur, ille erit Vicarius, donec fuerit electus Capitularis, vt ait *Zerola in praxi Episcopal. par. 1. allegat. à Bart. Gauanto in suo manuali Episc. in hoc verbo Archidiaconus num. 3.*

37 Subextende idem procedere in Decano, & Capitulo, qui possunt pari modo lęuia delicta Clericorum punire, vt ait idem *Mohedan. ibi supra num. 5.* & ibi assignat rationem ex eo, quia Archidiaconus, & Decanus habent iurisdictionem, vel saltem præheminētiam quandam in eorum Ecclesia, quę non solet vnquam dari sine modica coarctione, *Seraphin. decis. 1222. n.4.* & dicam in verbo Iurisdictio.

38 Extende octauò, quòd Archidiaconus potest agere contra subditos causa visitationis sine licentia Episcopi, *Rota dec. 1. num. 1. de offic. Archidiac. in antiquis Bisigneti*, Et ad id etiam notandum, quòd ratione visitationis illi incumbentis, potest abesse vltra tres menses, & fructus lucrari, si tamen dari consueuerint absentibus, pro legitima causa, non tamen distributiones merè quotidianas, vt ait *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 332. & Gauant. in suo manuale Episcoporum in verbo Archidiaconus num. 5.*

39 Extende nonò, quòd possit præscribere ius instituendi, & destituendi, vt ait *Rota decis. 3. num. 1. de præscript. in antiq.* sed non potest tamen beneficia vnire, vt ait *Loterius de re benef. lib. 1. q. 16. num. 120.*

40 Subextende, quòd illud possit ei quoque competere de consuetudine, *Rota decis. 21. num. 2 de præbend. Bisigneti in antiquis, & Riccius collect. 1618. parte 5.*

41 Extende decimò, quòd Archidiaconus, cui sit commissa ab Episcopo inductio in possessionem alicuius beneficii, potest eam alteri subdelegare, vt ait *Rota respondendo contrarijs in dec. 14. de off. deleg.*

42 Extende vndecimò, quòd Archidiaconus, & alii Prælati inferiores possint habere curam in foro cōtentioso, vt ait *Rota decis. 3. num. 2. de præbend. Bisigneti, & decis. 52. num. 13. par. 2. diuers.*

43 Quod tamen intellige verum largo modo, & impropriè loquendò, & tūc illa cura in istis terminis versatur, circa exercitium iurisdictionis spiritualis, prout est suspendere, excommunicare, absoluere, visitare, & alia similia facere, quæ ad morum correctionem spectant: Si verò strictè, & propriè eam accipiamus, tunc illa dicitur potestas ligandi, & soluendi in foro Pœnitentiali, cuius nemo capax est, nisi Sacerdos, vt ait *Rota d. decis. 52. num. 6. & seqq. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 865. num. 10.* vbi ait curam animarum nil aliud esse, quàm potestas exercendi, & admi-

administrandi Sacramenta, quæ enim cura, tàm contentiosi fori, quàm pœnitentialis non potest præscribi, nisi per clericum, & in hoc casu videndus est *Verall. dec.* 357. *par.* 2. vbi ait, quòd Archidiaconus, & Archipresbyter possunt exercere Sacramenta, Item in hoc est videndus *Azor. in* 2. *parte Instit. moral. fol.* 174. *cap.* 14. *de offic. Archidiac.* vbi latè ait de facultatibus Archidiaconi, & quis illius nomine intelligendus veniat de Iure.

44 Contrarium, quòd scilicet Archidiaconus de Iure non habeat curam animarum, nec illam possit alteri committere, ea ratione, quia nullus cogitur ad suscipiendam curam animarum, nisi ex necessitate, siue consuetudine concurrente, ait *Gratian. dicto lib.* 4. *discept. cap.* 865. *num.* 1. *Rota decis.* 56. *num.* 2. *par.* 2. *diuers.* Card. *Seraph. dec.* 942. *num.* 16.

45 Et hanc secundam opinionem tenendo, extende eam primo, quòd neque Archidiaconus facultatem habet tollendi curam animarum, vt ait *Gratian. ibi supra num.* 18.

46 Extende secundo quòd neque pari modo ei credatur si deponat, quòd Archidiaconatus curam animarum non habeat, cum illa confessio non sit super eo, de quo ipse disponere possit idem *Gratian. in præcitato loco, nu.* 19.

47 Extende tertio in simili procedere si Archidiaconus senior diceret, reseruasse sibi vocē in Capitulo, & Stallum in Choro, quia, ob id non probat vocis prærogatiuam, cum conditionaliter id dici possit, nempe si hæc ad Archidiaconum spectent, vt ait *Rota dec.* 355. *nu.* 2. *par.* 3. *diuers.*

48 Extende quartò, quòd Archidiaconus non potest vti monitorijs generalibus, pro reuelatione in forma significauit, vt fuit dictum *in Burgen. Iurisdictionis. Veneris* 11. *Februar.* 1594 *coram Card. Mantica, quæ est in eius impressis dec.* 263. *nu.* 5.

49 Extende quintò, quòd neque ille possit nomine Ecclesiæ appellationem prosequi, nisi Episcopo, & Capitulo negligentibus, *Bellam. decis.* 38. *de appelat.*

50 Extende sextò, quòd Archidiaconus teneatur præstare reuerentiam Episcopo, & Archiepiscopo, necnon Patriarchę etiam in sua diœcesi, ita quòd illis celebrantibus, ille assistere tenetur, vt fuit dictum *in Asloricen. Archidiaconatus* 27. *Iunij* 1590. *coram eodem Mantica, quæ est in eius impressis dec.* 122. *nu.* 6. *& Azor. in d.* 2. *par. Inst. moral. fol.* 174. *cap.* 14. *de offic. Archidiac. in vers. deinde & Capyc. in sua dec.* 27. *nu.* 25.

51 Declara tamen, quòd Archidiacono deficiente, in illius locum succedit Decanus, vt ait *Rota dec.* 553. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.*

52 Extende, quòd in illius absentia dictus Decanus Iure Archidiaconi vti potest, vt ait *Rota ibi supra num.* 6.

53 Subextende idem procedere, quando Decanus in locum Archipresbyteri succedit, quia illius iure vti potest *Rota ibi supra nu.* 5. *&* 6.

54 Vltimo nota, quòd si quis duos Archidiaconatus habeat dignitate pares, tunc poterit residere in quo sibi magis placuerit; sed si alter esset dignior tali casu in eo residere tenetur, vt ait *Garz. de benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 185. *& Gauantus in suo manuali Episcopor. in hoc verbo Archidiaconus nu.* 2. *&* 3.

ARGVMENTVM.

DE AVCTORITATE ARCHIEPIScopi in eius suffraganeos, ac illorum subditos.

CONCLVSIO CXXXVIII.

ARCHIEPISCOPVS nota, quòd grecè dicitur Princeps Episcoporum, & sub se habet alias Ciuitates illius Prouinciæ, & illius Episcopatus dicitur Metropolis quasi aliarum Ciuitatum mater, & non minorē Prouinciam habere solent Archiepiscopatus decem Ciuitatibus, cum vno Rege, cum quo illi æquiparari dicantur; & eorum Iurisdictio ad instar Præsidum Prouinciarum censetur, vt ait *Loterius de re beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 35. *cum seqq. & Azor. in secunda parte Instit.*

ftit. moral. cap. 33. tit. de auctoritate Archiepiscopi fol. 198. vbi subiungit quomodo, & à quibus creentur.

2 Sed nota, quòd vnus solus debet esse Archiepiscopus in Prouincia, aliàs monstruosum esset eam duos Archiepiscopos habere, *vt ait Iaffred. in sua decis. 141. & Camill. Borell. in sua summa decis. tit. 6. num. 5.*

3 Vndè in primis erit notandum, quod Archiepiscopus habet eius intentionem fundatam de iure visitandi omnes Ecclesias in sua diœcesi existẽtes, veluti dicitur de Episcopo, vt latè superius à me fuit dictum in verbo Abbas, & fusius dicam in verbo Episcopus, idemque fuit dictum in *Bononien. Sancti Petronij, Veneris 28. April. 1595 coram Cardin. Mantica, quæ est in eius impress. decis. 322. num. 1.*

4 Et propterea ei competit manutentio, licèt quasi possessionem non probet, ob assistentiam, quam de iure habet, vt fuit iam dictum in *Salamantina iurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram Laurentano, Caputaq. decis. 306 p. 1. & dec. 101. par. 2.*

5 Amplia primò, quòd Archiepiscopus habet etiam de iure communi iurisdictionem Ciuilem, & Criminalem procedendi contra Capitulares, & subditos suffraganei, etiam sine adiunctis, vt fuit dictum in *Cæsaraugustana Iurisdictionis Mercurij 5. Februarij 1609. coram Card. Sacrato, quæ est in 1. par recent. decis. 174. num. 4. & nouissimè Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 22. num. 29. cum seqq.*

6 Contrarium licèt videatur tenuisse *Bellam. allegat. à Loter. ibi sup. num. 57.* vbi ait, quod nusquam solus in his delictis procedit Archiepiscopus, sed benè ex consilio suffraganeorum.

7 Concorda, vt prima opinio procedat, vbi essemus in delictis subditorum suffraganei; secunda verò in delictis Episcoporum, ex doctrina *Loterij ibi supra num. 6.*

Subamplia primò, dictam ampliationem multo magis procedere, quãdo essemus in delictis atrocibus depositionem, & degradationem requirentibus, quia tunc Archiepiscopus, siuè Episcopus solus, absque coniudicibus à Capitulis eligendis ad carcerationem procedere potest, etiam si indicia sint leuia, siue si timeretur de fuga inditiati, quia tunc, ob moram receditur a regulis iuris, & sic etiam sine alijs indicijs procedi potest, & præsertim, vbi agitur de crimine occulto, veluti de raptu virginis, siue de stupro, & similibus, quod quidem stuprũ per virginis deflorationem committitur, ob q enim delictũ veluti, ob stuprũ de iure Canonico, ab omnibus deponitur Clericus, & beneficio priuatur, vt ait *Menoch. de arbitr. cas. 288. num. octauo, lib. secundo. Clarus in §. Stuprum num. 3.* & ita fuit decisum *à Rota in Calciaten. iurisdictionis Lunæ 21. Iunij 1621. & Lunæ 6. Iunij 1622. coram Remboldo vbi alleg. Farinac. in sua prax. crim. tit. de carcerat. quæst. 27. num. 117. cum seqq.*

Declara tamen; quod circa probationẽ suspicionis fugę illius delinquentis, nedum standum est assertioni notarij, nec nõ ea argui potest ex resistentia facta per imputatum, vel ex alijs præsumptionibus, & coniecturis, sed etiam & multo magis id totum Iudicis arbitrio venit remittendum, neque propterea opus esset eo casu, vt aliæ causæ suspicionis probentur, vt ait *Ripa in l. 2. ff. sol. matr. num. 57. Castr. consil. 328. num. 2. lib. 2.* & ita fuit resolutum *à Rota in alia Conchen. Iurisdictionis 3. Martij 1617. coram Card. Sacrato allegata in illa Calciaten. coram Remboldo*, & est doctrina in terminis suspicionis fugę, *Alexand. in consil. 240. num. 3. lib. 6.*

Subamplia tertiò, quòd etiam ante Inchoatum iudicium potest Iudex incipere à captura personæ, ob suspicionem fugæ; & ratio est, quia quando alicui crimen aliquod obijcitur, tunc est in arbitrio Iudicis modũ custodię adhibere, circa personam, ne processus reddatur elusorius, & ne delictum remaneat impunitum, *l. 2. & ibi Bal. C. de his, qui lat. vel al. Roland. consil. 17. num. 7. lib. 3. Marant in specul par. 6. versic. Citatio, num. 60. & l. 1. ff. de cust. reorum, Alexand. consil. 240.*

 num.

num.4. lib.6. cum alijs per Farinacc. de carcer. & carcerat. quæst.27. num.126. & Rota in d. Calciaten. Iurisdictionis 6. Iunij 1622. coram Remboldo, vbi in specie habetur, quòd Iudex præsumitur in dubio iustè suspectum de fuga carcerasse, & de hac materia loquitur *Concil.Trid. in sess.25. cap.6. de reform.* cui per prędictas decisiones respondetur à Rota.

Subamplia quartò prædicta posse quoque per illius Vicarium exerceri, qui in huiusmodi casibus, etiam sine adiunctis, siue coniudicibus electis à Capitulo procedere valet, quia *Concil.Trid.* ita disponit in huiusmodi delictis atrocibus depositionem, & degradationem requirentibus, & quando de fuga timetur, cum, ob periculum moræ liceat recedere à regulis iuris communis, vltra quod quicquid fit à Vicario, de ordine, ac scientia ordinarij fecisse præsumitur, vt fuit resolutum *à Rota per Card.Seraph.dec.306. num. 6. & in dictis Calciaten. Iurisdictionis coram Remboldo*.

Subamplia quintò, prædicta, eò magis procedere, quando de illis præcederet accusatio, siue quærela de crimine, quia tunc de generali consuetudine reus capi potest, veluti testatur *Rota in d. Calciaten. Iurisdictionis Lunæ 6. Iunij 1622. coram Remboldo*.

8 Amplia secundò, conclusionẽ principalẽ, vt scilicet etiam contra regulares in causis criminalibus iurisdictionẽ habeat, quãdo in figura iudicij, quoad Abbatem, vel Priorem priuatiuè proceditur, vt fuit dictum in alia *Cæsaraugustana exemptionis Veneris 13. Nou. 1587. coram Orano, quæ est in 1. par. recent. dec.15. n.1. & 11. & ibi Rota*, optimè respondet contrariũ tenentibus.

9 Subamplia idem procedere in criminibus notorijs subditorũ Archidiaconi, quæ Archiepiscopus coercere pôt, vt ait *Rot. per Card Mant. dec.263. n.1. & 2.* Et quæ sint notoria delicta enumerat *Loterius ibi sup. n.77.*

10 Secus verò, si crimina non essent notoria, quia tunc ea coercere nõ posset, sed eorum inquisitiones debet Archidiacono derelinquere, vt fuit dictũ in *Legionen. Iurisdictionis 7. Febr. 1583 coram Card. Blanchetto*. Et sic igitur licèt ex hoc appareat, quòd Archiepiscopus possit Archidiaconum visitare, visitatoris tamen officium non possit excedere, vt ait *Rota d. decis. 263. n.1. coram Mantica.*

11 Amplia tertiò, quòd Archiepiscopus habet iurisdictionem in Episcopũ suffraganeum, tanquam ei immediatè subiectum, & propterea potest eum cogere ad suscipiendam causæ delegationem, vt fuit dictum *in Valentina Iurisdictionis Mercurij 11. Dec. 1596. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.1212. n.1.*

12 Fallit tamẽ in subditis suffraganei sui, quos cogere nõ potest, si noluerint recipere delegationem causæ, & ratio ea est, quia Archiepiscopus nullã habet iurisdictionẽ in subditũ suffraganei, quę requiritur, ad hoc, vt cogere possit, cũ coerctio ẽt de modico sine iurisdictione non detur, *Seraph. ibi sup. n.2. & dec. 1222. n.4. & Grat. lib.1. discep. c.169. n. 10. et Loter. in præc. loc. n.67. et* 68. Secus autẽ, si per appellationem ad eũ causa deuoluatur, quia tũc delegare, vt illi causas audiãt, scribãq; atq; nũtium deputare pôt, vt ait idẽ *Loter. ibi sup. n.65.*

13 Ratio autem illius tertiæ ampliationis est, quia per appellationẽ deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, quoad partes, sed non quoad alios, & ob id in cõpulsione subditorũ semper recurrendum est ad Episcopum suffraganeum, *Gratian. ibi sup. num.1.*

14 Declara tamen, quòd Archiepiscopus nullã habeat in subditos suorũ suffraganeorum iurisdictionem, nisi ad eũ facta deuolutione causarum, vel nisi in casibus à iure expressis, siue per viam quærelæ, vt ait *Loter. ibi sup. n.37. cum seqq. & n.82. & 85.* licèt tamen aliter possit euenire, ex aliquo singulari priuilegio, siue particulari consuetudine, aut stylo, idem *Loter. ibi sup. n.86.*

15 Vndè ex prædictis infertur, quòd excommunicatio lata in subditum sui suffraganei dicitur nulla, ex totali iurisdictionis defectu; immò neque etiam ex decreto Concilij Prouincialis ille potest acquirere iurisdictionem contentiosam in subditos sui suffraganei, *idem Loter. ibi sup. n.47. & 74.*

Extende

6 Extende, quòd neque etiam potest Archiepiscopus, dum visitat Prouinciam absoluere excommunicatum ab Episcopo suffraganeo, nec minus potest vlsisci iniuriam sibi illatam, nisi sit nototia, aut consuetudo aliter permitteret, idē *Loterius ibi sup. n. 58. & seq.*

Declara tamen, quòd aliquando potest Archiepiscopus à censuris absoluere ad cautelam, vt ait *Quarant. in hoc verbo Archiepisc. num. 14.* & ibi latè *& Bartholom. Gauantus in suo manual. Episcop. in verbo Archiepiscopus nu. 11.*

17 Animaduertendo præterea, quòd quando Archiepiscopus procedere volet in casu, sibi permisso contra suffraganeum, aut illius subditum, tunc tenetur in illius citatione exprimere causam, quæ iurisdictionis competentiam concludat, vt ait idem *Loterius ibi supra num. 102.*

18 Amplia quartò, quòd Archiepiscopus potest cogere suffraganeum ad compellendum suos subditos proferendo testimonio, & alia necessaria in causis appellationum, vt ait *Cardin. Seraph. d. decis. 1212. num. 1. Gratian. d. lib. 1. discept. c. 169. n. 1. & 6.*

19 Subamplia primò, id in tantum esse verum, quòd immo poest t, Episcopo negligente, vtrumque cogere, quia ob huiusmodi negligentiam iurisdictio ad Archiepiscopum deuoluitur, vt dicunt infiniti DD. allegati à *Cardin. Seraph. decis. 1222. num. 2.* Quamuis prius in *d. decis. 1212. sub num. 3.* Rota dixisset, quòd in hoc Doctores erant varij, vt testatur *Gratian. d. cap. 169. num. 6. & nouissimè Bartholom. Gauant. in suo manual. Episcop. in verbo Archiepiscopus num. 15. & Quarant. in eodem verbo num. 21.* & ibi docet in quibus hæc potestas ad Archiepiscopum deuolua tur, ob negligentiam Episcopi suffraganei.

Extende ea, quæ fuerunt dicta de Archiepiscopo Episcopum compellere valente, ob illius negligentiam, eò magis procedere in erectione Seminarij, ac illius conseruatione, iuxta *Concil. Trid. in sess. 23. cap. 18. & d. Gauantus ibi supra num. 6.*

Subextende, quòd etiam possit Archiepiscopus suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopum, vt ait *Quarant. in hoc verbo Archiepiscopus num. 8. & Bartholom. Gauant. in praetitato loco num. 5.*

20 Subamplia secundò, quòd Archiepiscopus possit etiam Vicarium sui suffraganei punire, quia Archiepiscopus est iudex ordinarius Episcoporum, & eorum Vicariorum generaliū suæ Prouinciæ, vt ait *Quarant. in verbo Archiepiscopus num. 10. & 11. & Bartholom. Gauantus in suo manuali Episcoporum in hoc verbo Archiepiscopus num. 7. & seq.* Quòd tamen declara verum, quando Vicarius pecc auerit in his, quæ essent iurisdictionis, siue in illius officio; secus verò, quando ille faceret aliquid vti priuatus, quia tunc eum punire non posset, vt ait idem *Gratian. d. c. 169. nu. 14.* veluti quoque id facere posset, si ferret sententiam, aut per gratiam, aut per sordes, vel si excommunicaret aliquem sine scriptis, aut trina monitione nō præcedente, vt ait idem *Loterius ibi supra num. 100.*

21 Et ratio illius subampliationis ea est, quia Episcopus, & Vicarius vnum & idem tribunal constituunt, & ideò veluti potest cogere Episcopum suffraganeum, ita quoque illius Vicarium, *Gratian ibidem d. cap. 169.*

22 Quinimmò extende, quòd etiam Vicarius Archiepiscopi, eo absente, possit iurisdictionem exercere contra suffraganeos, in eos proferendo sententiam interdicti suspensionis, & excommunicationis, vt ait *Franciscus Marc. dec. 483 lib. 1. & Gratian. d. cap. 169. num. 16.*

23 Restringe tamen, afficere, vt dixi, iurisdictionem Metropolitani in subditos suffraganei solùm in casibus expressis à iure, & non aliàs, vt ait *Rota ibi supra num. 3. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 6. num. 2. & Loterius ibi sup. n. 75.*

At secus in exemptis, quia tunc ad Archiepiscopum nō deuoluitur potestas, ob negligentiam Episcopi, vt ait *Quarant. in dicto verbo Archiepiscopus num. 21.*

24 Amplia quintò, quòd Archiepiscopus potest causas ad se, per appellationē, aut alio modo ab Epō suffraneo delatas, per se, vel Vicariū Gñlem, siue per

Delegatum cognoscere, & terminare in totum, vel in parte, & (quod plus est) etiam in Diœcesi suffraganei, totam causam, siue partem delegare potest, *vt fuit dictum in eadem Valentina Iurisdictionis, Lunæ 1. Aprilis 1596 coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1183. num. 1. & latè dixi in verbo Appellatio, & Gratian. ibi supra d.c.6. & in lib. 4. c. 655. num. 19. & Loterius ibi supra num. 65.*

Et tunc per appellationem ille habet Iurisdictionem in appellantem, & appellatum, necnon in alios qui se sponte offerunt liti, super ea re, de qua est quæstio, & id non solùm in causis spiritualibus, sed etiam temporalibus, necnon ciuilibus, & criminalibus, *vt ait Quarant. in hoc verbo Archiepiscop. num. 13.*

25 Subamplia, quod ad hunc effectum potest etiam Notarium, & nuncios pro exercenda Iurisdictione deputare; & ratio est, quia cōcesso vno, cætera omnia concessa censentur, sine quibus illud explicari non potest, *tex. est in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & Card. Seraph. d. dec. 1183. in fine.*

26 Vnde hic opportunè notādū erit, quod Archiepiscopus, & Episcopus possunt in omnibus locis eorum Diœcesis Tabelliones, & Notarios creare, *vt ait Franc. Marc. in sua dec. 489. n. 6. p. 1.* vbi extendit id procedere in Archiepiscopo Ebredunensi ex priuilegio.

27 Restringe tamen dictam quintā ampliationem procedere solùm in causis appellationum, à sententia diffinitiua, vel ab ea, quę vim diffinitiuæ habeat; secus verò in illis primę instantiæ, quę *iuxta Concil. Trident. in § causæ omnes*, coram suo Ordinario sunt cognoscendæ; quando tamen dictus Ordinarius esset in quasi possessione exercendi iurisdictionem, *vt ait Franc. Marcus decis. 281. num. 5. par. 1. & ita fuit dictum in Burgen. Iurisdictionis de Berbiesca Veneris 11. Februarij 1594. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 263. num. 4. & Gratian. d. lib. 1. disceptat. cap. 6. num. 20.*

Quinimmò, neque etiam de consensu Episcopi committi possunt, nisi partes accōsentirent, *Gratian. lib. 5. discept. cap. 837. num. 7.*

Declara tamen id, quod fuit dictum de causis in prima instantia à suo Ordinario cognoscendis, *iuxta dispositionē Concil. Trid. ind. § causæ omnes* pluribus modis nō procedere, & primò quādo Episcopus cum Diœcesano litigaret in Foro Ecclesiastico. Secundo, si lis contra Episcopum esset mouenda, quo casu, etiam Vicarius suspectus redditur. Tertiò, si contra illius Capitulum esset controuersia. Quartò, vbi intentatur iudicium contra Ciuitatem, Castrum, siue Villam Episcopo subiectam, per non subditum. Quintò, si non aderit tutus accessus. Sexto, & vltimò, stante perhorrescentia; & sic in huiusmodi casibus erit permissum, causas à propria Ciuitate auocare, & illas alibi coram Iudice opportuno committi, veluti quoque id erit permittendum, si causa Archiepiscopi penderet coram Episcopo suffraganeo, quia tunc causa ab eo vti suspecto auocari poterit, *cap. accedens, & ibi gloss. in verbo Subesse, vbi Abbas, vt lit. non contestat. & hanc materiam tractant Doctores in cap. statutum. §. cum verò de rescript. in 6. Capic. decis. 137. Cæsar de Grass. decis. 4. de except. & alij allegati à Marchesano de commissionibus par. secunda, §. 3. num. 1. cum sequentibus fol. mihi 345.* Secus autem extra prædictos casus, quia tunc causę actore, & reo eiusdemmet Diœcesis existentibus, extra eam non committitur; at secus si essent diuersarum Ciuitatum, quia tunc causa vltra vnam, vel duas dietas demandari nequit, *vt ait Marchesan. ibi supra*, vbi docet quid sit dieta, & quid miliare & quomodo intelligātur, & mensurētur, quem per te videre poteris.

28 Amplia sextò, quòd Archiepiscopus potest erigere Crucem, per totam Prouinciam; Immò etiam in locis exemptis, ad effectum benedicendi solemniter, & per viam Populum, necnon ibi potest indulgentias, ac remissiones concedere, *Clementin. Archiepiscop. de priuileg. & ita fuit dictum in Baren. Iurisdictionis 15. Maij 1609. coram Card.*

Cardin. Sacrato, & Franc. Marc. decis. 1254. *num.* 1. *par.* 1. *& nouissimè Lotterius in tract. de re beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 27. *&* 28. *& Quarant. in verbo Archiep. auctor.* 29.

29 Et ratio est, quia loca exempta non desinunt esse in Diœcesi, licèt de Diœcesi non sint, vt dixi in verbo Abbas, & sic delatio Crucis est permittenda ratione illius vniuersalis præheminentiæ, ob reliquias præteritæ subiectionis, ante obtentam exemptionem, & præsertim, quia huiusmodi Pontificalia insignia, sine alterius præiudicio deferuntur, vt ait *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 467. *num.* 2. *&* 3.

Fallit tñ dicta ampliatio, quãdo esset præsens legatus Papæ, siue Cardinalis etiam non legatus, siue si ille esset Archiepiscopus titularis tantum, sed Episcopus alicuius loci, quia tunc non posset ante se facere deferre Crucem, vt ait *Quarant. auctor.* 28. *& Cerem. Episcop. lib.* 1. *cap.* 4. *& Congregat. Episcop. sub die* 12. *Decembris* 1592. *& Gauant. in suo manuali Episcop. in d. verbo Archiepisc. num.* 44.

30 Subamplia, quòd nedum potest Populum in locis exemptis simplici benedictione benedicere, sed etiam illa solemni, incipien. per illa verba (sit nomen Domini benedictum) vt ait idem *Gratian. ibi supra num.* 31. licèt id facere non possit extra Diœcesim, idem *Gratian. ibidem. num.* 62.

Quinimmo eo præsente cessabit Episcopus suffraganeus à priuatis benedictionibus, vt ait *Ceremon. Episcop. lib.* 1. *cap.* 4. *& Gauant. mox allegand. num.* 48.

31 Subamplia secundò, quòd potest Diuina officia, etiam in Pontificalibus, & in loco exempto celebrare, & in sua præsentia ab alijs, sine tamen Pontificalibus celebrari facere; secus verò quando vellet ab alio facere celebrari, quia id esset auctoritatiuè facere, & sic iurisdictionem exercere, *Gratianus ibidem num.* 33. *& Quarant. in verbo Archiepiscopus auctor.* 30. *& Gauantus in dicto suo manuali Episcoporum in hoc eodem verbo num* 50. *& sub num.* 51. ait eum debere habere sedem pro celebratione in Pontificalibus in cornu Epistolæ, cum Baldachino, idemque ait *Ceremon. Episcop. lib. primo, cap.* 13. licèt non tamen cum Diaconis assistentibus, sed cum Diacono, Subdiacono Assistente, ex Canonicis, quia isti dantur coadiutori suffraganei à Sacra Congregatione Rituum 31. *Ianuarij* 1591. *vt refert Quarant. ibi in verbo Archiepiscopus num.* 11. *in addit. & Gauant. ibi supra num.* 52. *& seqq.*

32 Subamplia tertiò, quòd possit pallio vti in celebrando, quia illud est ornamentum Pontificale Archiepiscopi, & propterea eo decorandus est in celebrando, etiam in locis exemptis, idem *Gratian. ibi supra num.* 35. *&* 36.

33 Subamplia quartò, quòd prædicandò, aut celebrando possit oblationes recipere, si tamen ibi necessario celebret, ratione officij, & in casibus à iure permissis; at secus, si voluntariè ad dicta loca declinaret, quia illæ oblationes essent Episcopi illius loci, idem *Gratianus ibidem num.* 38.

Et ratio est, quia oblationes, & Decimæ possidentur ab Ecclesia spirituali, ac diuino iure, & propterea à persona sæculari grauari non possunt, vt pulchrè fuit deductum *à Rota in Alben. Gabellæ, seu onerum, Veneris* 28. *Iunij* 1630. *coram Merlino.*

34 Subamplia quintò, quòd vigore Concilij Tridentini in *session.* 25. *capitulo* 11. *de regular.* multa conceduntur posse fieri ab Episcopis, & Archiepiscopis in locis exemptis, vt est visitatio Ecclesiarum in concernentibus animarum curam, exploratio voluntatis nouitiorum profiteri volentium, Approbatio nouorum miraculorum, & reliquiarum, Appositio imaginum, ac picturarum Dei, & Sanctorum in locis, Benedictio Prædicatorum verbi Dei, si in Ecclesia sui Ordinis prædicent, at si in alia Ecclesia potest licentiam concedere; item potest corrigere errores, aut scandala, si eueniant in Populo, Publicatio censurarum, & interdicti, & obseruatio festorum, dierum, & multa alia

 à dicto

à dicto Concilio permissa, de quibus per *Quarant. in Bull. in verbo Exemptio*, & ibi trigintaduos casus permissos enumerat, quos exercere in exemptos Episcopis permissum est. Et præsertim potest mittere quęstores elæemosinarum per totam prouinciam pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ; quod tamen intellige, cum litteris exhortatoriis, non autem compulsoriis, quæ suffraganeis offerri debent; Item potest mittere ædictum in casibus ad eius iurisdictionem pertinētibus; sed debet tamen scribere Episcopus, vt illud publicent, vt ait idem *Quarant. in auctor. 26. & 27. & prius in auctor. 23.* ait; quòd ad quærelam Episcopi, vti delegatus a Papa potest procedere contra Canonicos sui suffraganei, si cessent à diuinis sine causa, & denique potest dictis suffraganeis iniungere præceptum; vt in eorū diœcesibus illud seruetur, quod seruatur in illa Metropolitani; idem ait *Gauantus in suo manual. Episc. in hoc verbo Archiepiscopus num. 19. & seq.*

35 Subamplia præterea, quòd possit collocare solium in Ecclesia exempta ad officium celebrandum, necnon potest habere proprios Canonicos, qui ei assistant, quando celebrat in locis exemptis, seruata tamen ea distinctione, quam tradit *Gratian. ibi supra num. 55. & seqq.*

36 Amplia septimò, quòd Archiepiscopus potest dare licentiam prædicādi in Ecclesiis Archidiaconi, vt ait *Rota per Card. Mantic. decis. 263. n. 7.* Veluti quoque potest aliquibus prædicationis officium interdicere, vt ait *Quarant. in hoc verbo Archiepiscopus auctor. 34. & Bartholom. Gauantus in hoc eodem verbo in suo manual. Episcop. num. 30.*

37 Amplia octauò, quòd potest quoque concedere licentiam monialibus emittendi professionem, vt ait *Rota ibi coram Card. Mantica num. 8.*

38 Amplia nonò, quòd possit licentiā impartiri Clericis, vt à beneficio possint ex rationabili causa abesse, iuxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini *in sess. 23. c. 1. de reformat. & Rota ibi supra coram Card. Mantica.*

Subamplia, quòd absentia, etiam Episcopi dicatur irrationabilis, nisi a Metropolitano fuerit approbata, iuxta *Concil. Trid. in sess. 6. cap. 3. & sess. 21. cap. 1.* Et propterea videmus, quod Archiepiscopus, Episcopo non residente, sine causa, potest applicare fructus fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci, & crescente contumacia potest illum denunciare Papæ; vt ait *Concil. ibi sup.* ex ordinatione Pij IV. de anno 1560. vt testatur *Gauant. in dicto suo manuali Episcop. in hoc verbo Archiepiscopus num. 4.*

39 Amplia decimò, quòd valeat licentiam concedere alienandi ex necessitate, vel euidenti vtilitate, seruata tamen debita solemnitate; vt dixi in titulo de alienatione rerum Ecclesiæ, & ita quoque ait *Rota ibi coram Mantica num. 9.*

Amplia vndecimò, quòd Archiepiscopus possit Ecclesias dirutas profanare, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus in vim, *Concil. Trid. sess. 21. cap. 7. de reform.* Sed Cæmeterium ad vsus profanos reducere non potest, nisi esset pro profanato tentum, vltra quod ad id erunt vocandi illi, qui interesse habebant in eo, alias sententia elusoria redderetur, vt fuit dictum *a Rota in decis. 707. num. 2. par. 3. recent. & id vigore d. Concil. in d. cap. 7.* in quo adest clausula vocatis ijs, quorum interest; *& Rota in Ferretrana Parochialis 3. Iulij 1593. coram Card. Pamphilio.*

40 Et prædicta, quæ fuerunt dicta de Archiepiscopis, extēde eò magis procedere in eo Eboracen, qui non recognoscit aliam personam, quàm Papā, vt ait *Rota decis. 1. de suppl. neglig. in nou.*

41 Fallit tamen prima conclusio pluribus modis, & primò, quando Archiepiscopus intenderet collocare Cathedram iudicialem in loco exempto, & sic versaretur in falce iudicij, aut potestatis, ob quæ posset Archiepiscopo aliqua iurisdictio acquiri, quia tūc vsus ei esset interdicendus; secus autem in his, quæ in falce salutari consistunt, quæ magis exercentur ratione deuotionis, & honoris, quàm prærogatiua officij, veluti celebrando, & prædi-

prædicando, siue Crucem præseferendo, & populo benedicendo, vt ait *idem Gratian. ibi supra in princip.* & latè *in decis. Marchiæ 29. & 113. & ibi in addit. & Rota per Burratt. dec. 321. num. 4.*

42 Fallit secundò, quando essemus in omnibus illis, quę Iurisdictionem contentiosam tangunt, vel etiam voluntariam, & quæ sapiunt superioritatem, & mixturam Iurisdictionis habent, vt ait idem *Gratian. ibi supra num. 25. & seqq. cap. 467. lib. 3.*

43 Et ratio est, quia licèt Episcopus, Archiepiscopo subiaceat lege Metropolitana, id tamen non procedit respectu Iurisdictionis contentiosæ, vel Episcopalis, quia alia est iurisdictio Archiepiscopalis in Prouinciam, alia est in Episcopalis in Diœcesim, nam nullo modo inuicem se contingunt, quia Metropolitana est vniuersalis collectiua, quæ in hanc, vel in illam personam distribui non potest, Episcopalis verò dicitur particularis in singulas personas distribuibilis, vt ait *idem Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 22. num. 42. & seqq.*

Secus autem erit dicendum, loquẽdo tamen in non exemptis, quando essemus in criminibus Notorijs, veluti si subditi suffraganei notoriè sibi nuncijs, ac familiæ suæ iniuriam inferrent, item quando vellent eius iurisdictionem impedire, vt ait idem *Quarant. auctor. 23. & 33. allegatus à Gauanto dicto verbo Archiepiscop. num. 22. & sequen.*

44 Extende prædicta iuxta opinionem multorum, adeò procedere, quòd neque possunt ea facere, quę sunt iurisdictionis Episcopalis, cum licentia exemptorum, sed quod forsan sit necessaria illa superioris immediati exẽptorum, ait idem *Gratian. ibi supra num. 28.*

45 Fallit tertiò in ordinationibus celebrandis in illis locis exemptis, quas ibi facere non possunt, quia est quid ad iurisdictionem spectans, *Anch. Vitall. Abb. & Card. allegati à Gratiano ibi supra num. 39.*

46 Fallit quarto, quando vellet pro tribunali sedere, & sic ibi Cathedram collocare (vt superiùs diximus) quod tamen intellige de iudiciali, at secus de ea, ad effectum prædicandi Populo vt ait idem *Gratian. ibidem num. 40.*

47 Fallit quintò in Chrismate in fronte, quod ei facere non permittitur, quia habet iurisdictionis mixturam, & Episcopalis officii, vt dicunt *Anchar. Card. Imol. Abbat. & Vital. allegati à Gratiano ibi supra num. 41.*

48 Fallit sextò in degradando, quòd ei facere non permittitur, vt ait idem *Anchar. & etiam Vital.* veluti refert, & sequitur *Gratian. ibi supra num. 43.*

49 Fallit octauò, quoad confessiones, quas audire non potest, nec minùs con fitentes absoluere, nec eis Pœnitentiam salutarem imponere, quia non potest vllam potestatem in exemptos exercere, licèt Archiepiscopus possit in visitatione subditos suffraganeorum absoluere, & declarare, vt ait idem *Vitall. allegat. à Gratian. ibidem numero 44.*

50 Fallit nonò, quando versaremur in concedenda licentia contrahendi matrimonia, quam enim pręstare non potest, nisi in casu, in quo Ordinarius sine iuxta causa illam denegaret, quia tunc esset recurrendum ad Metropolitanum, vt ait idem *Gratian. lib. 1. disc. cap 169. nu. 8. & 9*

51 Fallit decimo in concessione Indulgentiarum, quas Archiepiscopus concedere non potest, quia id non est dignitatis, & iurisdictionis Episcopalis, veluti nec etiam potest concedere, vt exempti nomine suo largiantur, & si illas daret non prodessent, nisi quoad subditos, *idem Gratian. ibidem numero 45.*

Secus autem in loco non exempto, quia tunc ibi, & per totam Prouinciam indulgentias concedere valet, vt ait *Quarant. in verbo indulgentiæ auctor. 31. num. 4. & 13. & Gauant. ibi supra num. 49.*

52 Fallit vndecimò, vt scilicet neq; possit Ecclesiam consecrare, inuitis exemptis, quia istud est quid pertinens, & dependens à Potestate Episcopi, non autem ad honorem Episcopalem spectans, idem *Gratian. in sua decis. 113. & ibi in addit.*

53 Fal.

53 Fallit duodecimò in Commissario Archiepiscopi, qui non potest excommunicare exemptum ab Archiepiscopali Iurisdictione, vt fuit dictum in *Toletana Iurisdictionis Luna 11. Ianuarij 1616. coram Buratto, quæ est in prima parte recentior. dec. 699. numero primo.*

Secus autem quando essemus in loco non exempto, quia tunc Archiepiscopus potest totam prouinciam visitare, & procurationem exigere, & tali casu pœnitentes absoluere, immò etiam à casibus Episcopo reseruatis nec nó à censuris, & dispensare in foro cóscientiæ licèt causa cognita visitationis in Concil. Prouinc. *iuxta Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. & Quar. Auctor. 33.* necnon etiam potest in visitatione cum subditis suffraganeorum, vti ea facultate *d. Concil. Trid. d. sess. 24. cap. 6. vt dicunt Doctores allegati à Barbos. de potestate Episcopi alleg. 39. num. 19.*

Declara tamen, quòd ille non possit in visitatione Prouinciæ, fine licentia Episcopi ordinare, neque literas dimissorias concedere, nec minus Chrismare, degradare, atque similia facere, & id procedit, tam in loco exempto, quam non exempto, vt ait dictus *Quarant. in prææalleg. loco auctor. 30. & auctor. 33.* idem ait Gauant. *in dicto suo Manual. Episcop. in hoc verb. Archiepisc. nu. 18. & seq.*

54 Fallit decimotertiò, circa Constitutiones factas ab Archiepiscopo, quę non ligant illius successores, vt fuit dictum *in Montis Regalis Iurisdictionis Veneris 13. Februarij 1609. coram Card. Caualerio, quæ est in secunda par. recentior. decis. 240. num. 1.*

55 Extende, quòd neque liget etiam ipsum constituentem, quin possit aliter de nouo constituere, quàm ab initio fecerat, vt ait *Rota ibi supra in dicta dec. 240. nu. 1.*

56 Declara tamen primò id non procedere, quando constitutio transijsset in contractum, quia tunc à Successore reuocari non posset, *Butr. Roman. & alij allegati à Rota ibi supra nu. 1.*

57 Declara secundò, non procedere, quando constitutio Episcopalis, & Archiepiscopalis esset confirmata à Sede Apostolica, quia tunc amplius ea non diceretur constitutio Episcopalis, & Archiepiscopalis, sed Papalis per regulā Omnia nostra facimus &c. & per consequens tunc non solùm ligat constituentem, sed etiam illius Successores, vt ait *Rota ibi supra num. 2.* Et prius fuerat resolutum *in Vicentina Iurisdictionis 28. Maij 1604. coram Coccino, quæ est in eius impressis dec. 179.*

58 Extende prædictas declarationes eò magis procedere, quando constitutio esset iuri communi conformis, vt fuit dictum *in dicta Montis Regalis 5. Iulij & 15. Nouembris 1604. coram eodem Coccino, quarum prima est in eius impressis decis. 197. num. 7. altera verò est decis. 202. in fine, & Rota ibi coram Caualerio nu. 3.*

59 Fallit decimoquartò, si loquamur etiam de Archiepiscopo Montis Regalis in Monachos illius Montis, quia ille iurisdictionem non habet in ijs, quæ regularia instituta concernunt, licèt secus fit in reliquis, in quibus ille dicitur caput, & est loco Abbatis in Ecclesia Cathedrali regulari, & Monachi loco Canonicorum sunt, & sic in eos omnimodam iurisdictionem haber, exceptis ijs, quę sunt secundum instituta suæ regulę; veluti dixi diffusè supra in verbo Abbas, & Episcopus, cum vtraque potestas in eo concurreret, vt ait *Gratian. ibi supra num. 1. & 2. & 31.*

60 Extende idem procedere in Episcopo in Monachos Sancti Benedicti, qui non habet iurisdictionem in eos, nisi Ecclesia Cathedralis sit regularis, vt ait *Rota d. decis. 157. num. 7. & 8. coram Coccino.*

61 Extende secundò, quòd neque statum, & Monachorum ritum mutare potest, circa officia Diuina, nec minus facere Choros separatos inter Clericos, & Monachos; nam Clerici debent se conformare Monachis in Diuinis, vltra quod est mos antiquus Ecclesiæ, vt Clerici in vnum conueniant ad porrigendas Deo preces, quia in tali laude debet esse carissima vnio, & chorus dicitur quasi coeuorum cantus, vt ait *Grat. lib. 2. discep. cap. 270. num.*

num. 52. & seq. & Rota per Coccinum d. decis. 197. num. 3. & 4.

62 Extende tertiò, prædicta procedere, nedum de iure communi, verum etiam ex cõstitutione Pauli Tertij, vbi disponit Archiepiscopum Montis Regalis omnem iurisdictionem in Monachos habere, exceptis iis, quę instituta regularia concernunt, idem *Gratianus ibi supra num. 30.*

63 Fallit decimoquintò, quando ageretur de disponendo contra statutum confirmatum à Papa, & ex illius confirmatione esset ius tertiò acquisitum, quia tunc Archiepiscopus isto casu disponere non posset; secus verò, quando concurreret consensus eorum, ad quorum fauorem illud statutum esset confirmatum, & ex confirmatione nullum ius esset tertio quæsitum, quia tunc ille contra statutum rectè disponere posset, vt fuit latè deductum in *Vicentina Iurisdictionis 28. Maij 1601 coram Card. Sacrato, & prius in alia Gerunden. Anniuersariorum 5. Nouembris 1582. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 590. num. 1. & seqq.*

64 Extẽde hãc fallentiã, eò magis procedere, si statutum fuisset conditum ad tollendas dissensiones, quia tunc diceretur irreuocabile, & quasi in vim transactionis valeret, & præcipuè, si ex eo resultaret priuilegium, quia tunc nec que tolli, neque super eo dispensari poterit, vt ait idem *Cardin. Seraph. d. dec. 590. num. 3. & 6.*

65 Fallit decimosextò, quandò Archiepiscopus esset Canonicus, quia tunc non præcedit in Capitulo; secus verò extra Capitulum, quia tunc vti Archiepiscopus alios antecellit, *Gratian. lib. 1. discept. cap 111. num. 14.*

Vnde hic obiter erit notandũ, quòd Archiepiscopus, & Episcopus, si essent Canonici in aliqua Ecclesia, tunc debent sedere tanquam Canonici, si velint vti iuribus Canonicalibus, non autem vti Archiepiscopus, & Episcopus, vt ait *Capyc. in sua decis. 27. n. 26. & 27* vbi dicit idem procedere in Doctore, qui in actibus militaribus non gaudet priuilegijs Doctorum iuxta *text. in l. in ciuilibus de off. Vicar. & ibi DD.*

66 Fallit decimoseptimò, si Archiepiscopus committeret delictum in Parrochia alterius Archiepiscopi, quia tunc ab eo iudicari poterit, nam certum est, quod Episcopus, siue Archiepiscopus, ratione delicti minor efficitur eo, à quo iudicari debet, vt ait idẽ *Gratianus lib. 2. discept. cap. 393. num. 3. & 4.*

67 Extende idem procedere in Episcopo, vel Archiepiscopo Monasteria Monialium, sibi non subdita ingrediente, quia tunc ille poterit puniri, iuxta dispositionem Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 5. de regul. vt ait Gratian. d. cap. 393. num. 20.*

68 Extende præterea prædictas fallentias, adeò esse veras, vt si Archiepiscopus exercuerit Pontificalia in alterius Diœcesi, sine licentia illius Episcopi, in cuius Diœcesi consecrauit (vtpotè) calices, vel corporalia, & ibi postea missas celebrando, tunc ille in pœnam suspensionis incidit, iuxta dispositionẽ Sacri Concilij Tridentini *sess. 6. c. 5.* & sic igitur irregularitatem contraheret, quamuis bona fide id fecerit, & sine animo contraueniendi Canonum decretis, & Concilij, sed quomodo possit absolui, docet *Nauarr. cons. 12 num. 2. de cler excom. minist. lib. 5. par. 2. fol 573. & Gratian. ibi sup. cap. 393. num. 21. & 22.*

Et ratio prædictorum est, quia Episcopus debet honorari ab Archiepiscopo in sua diœcesi; immo etiam à Cardinali debet illi reuerentia præstari, & ideò alio modo faciendo, siue in illius diœcesi delinquẽdo Archiepiscopus, potest puniri ab Episcopo, vt superius diximus, & idem ait *Capyc. d. decis. 27. num. 24.*

69 Fallit decimooctauò, scilicet ipse non possit esse Iudex in causa, quam vt Episcopus cognouerat, quia postquam erit factus Archiepiscopus amplius eam cognoscere non poterit, veluti dicitur de eo, qui iam erat Aduocatus in vna causa, in qua vti Iudex procedere non potest, vt dixi in verbo Aduocatus. Item eodem modo dicitur de iudice, qui aliàs fuit in illa causa Cõsultor, quia vti suspectus ab ea erit remouẽdus, vt ait *Capic. in sua dec. 146. n. 3*

70 Con-

administrandi Sacramenta, quæ enim cura, tàm contentiosi fori, quàm pœnitentialis non potest præscribi, nisi per clericum, & in hoc casu videndus est *Verall. dec. 357. par. 2.* vbi ait, quòd Archidiaconus, & Archipresbyter possunt exercere Sacramenta. Item in hoc est videndus *Azor. in 2. parte Instit. moral. fol. 174. cap. 14. de offic. Archidiac.* vbi latè ait de facultatibus Archidiaconi, & quis illius nomine intelligendus veniat de Iure.

44 Contrarium, quòd scilicet Archidiaconus de Iure non habeat curam animarum, nec illam possit alteri committere, ea ratione, quia nullus cogitur ad suscipiendam curam animarum, nisi ex necessitate, siue consuetudine concurrente, ait *Gratian. dicto lib. 4. discept. cap. 865. num. 1. Rota decis. 56. num. 2. par. 2. diuers. Card. Seraph. dec. 942. num. 16.*

45 Et hanc secundam opinionem tenendo, extende eam primo, quòd neque Archidiaconus facultatem habet tollendi curam animarum, vt ait *Gratian. ibi supra num. 18.*

46 Extende secundo quòd neque pari modo ei credatur si deponat, quòd Archidiaconatus curam animarum non habeat, cum illa confessio non sit super eo, de quo ipse disponere possit idem *Gratian. in præcitato loco, nu. 19.*

47 Extende tertio in simili procedere si Archidiaconus senior diceret, reseruasse sibi vocē in Capitulo, & Stallum in Choro, quia, ob id non probat vocis prærogatiuam, cum conditionaliter id dici possit, nempe si hæc ad Archidiaconum spectent, vt ait *Rota dec. 355. nu. 2. par. 3. diuers.*

48 Extende quartò, quòd Archidiaconus non potest vti monitorijs generalibus, pro reuelatione in forma significauit, vt fuit dictum *in Burgen. Iurisdictionis. Veneris 11. Februar. 1594 coram Card. Mantica, quæ est in eius impressis dec. 263. nu. 5.*

49 Extende quintò, quòd neque ille possit nomine Ecclesiæ appellationem prosequi, nisi Episcopo, & Capitulo negligentibus, *Bellam. decis. 38. de appellat.*

50 Extende sextò, quòd Archidiaconus tenetur præstare reuerentiam Episcopo, & Archiepiscopo, necnon Patriarchę etiam in sua diœcesi ita, quòd illis celebrantibus, ille assistere tenetur, vt fuit dictum *in Asloricen. Archidiaconatus 27. Iunij 1590. coram eodem Mantica, quæ est in eius impressis dec. 122. nu. 6. & Azor. in d. 2. par. Inst. moral. fol. 174. cap. 14. de offic. Archidiac. in vers. deinde & Capyc. in sua dec. 27. nu. 25.*

51 Declara tamen, quòd Archidiacono deficiente, in illius locum succedit Decanus, vt ait *Rota dec. 553. num. 3. par. 2. in recent.*

52 Extende, quòd in illius absentia dictus Decanus Iure Archidiaconi vti potest, vt ait *Rota ibi supra num 6.*

53 Subextende idem procedere, quando Decanus in locum Archipresbyteri succedit, quia illius iure vti potest *Rota ibi supra nu. 5. & 6.*

54 Vltimo nota, quòd si quis duos Archidiaconatus habeat dignitate pares, tunc poterit residere in quo sibi magis placuerit; sed si alter esset dignior tali casu in eo residere tenetur, vt ait *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 185. & Gauantus in suo manuali Episcopor. in hoc verbo Archidiaconus nu. 2. & 3.*

ARGVMENTVM.

DE AVCTORITATE ARCHIEPISCOPI in eius suffraganeos, ac illorum subditos.

CONCLVSIO CXXXVIII.

ARCHIEPISCOPVS nota, quòd grecè dicitur Princeps Episcoporum, & sub se habet alias Ciuitates illius Prouinciæ, & illius Episcopatus dicitur Metropolis quasi aliarum Ciuitatum mater, & non minorē Prouinciam habere solent Archiepiscopatus decem Ciuitatibus, cum vno Rege, cum quo illi æquiparari dicantur; & eorum Iurisdictio ad instar Præsidum Prouinciarum censetur, vt ait *Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 9. num. 35. cum seqq. & Azor. in secunda parte Inst.*

Hist. moral. cap 33. tit. de auctoritate Archiepiscopi fol. 198. vbi subiungit quomodo, & à quibus creentur.

2 Sed nota, quòd vnus solus debet esse Archiepiscopus in Prouincia, aliàs monstruosum esset eam duos Archiepiscopos habere, *vt ait Iaffred. in sua decis.* 141. *& Camill. Borell. in sua summa decis. tit. 6. num. 5.*

3 Vndè in primis erit notandum, quòd Archiepiscopus habet eius intentionem fundatam de iure visitandi omnes Ecclesias in sua diœcesi existẽtes, veluti dicitur de Episcopo, vt latè superius à me fuit dictum in verbo Abbas, & fusius dicam in verbo Episcopus, idemque fuit dictum in *Bononien. Sancti Petronij, Veneris 28. April. 1595 coram Cardin. Mantic. quæ est in eius impress. decis. 322. num. 1.*

4 Et propterea ei competit manutentio, licèt quasi possessionem non probet, ob assistentiam, quam de iure habet, vt fuit iam dictum in *Salamantina iurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram Laurentano, Caputaq. decis. 306 p. 1. & dec. 201. par. 2.*

5 Amplia primò, quòd Archiepiscopus habet etiam de iure communi iurisdictionem Ciuilem, & Criminalem procedendi contra Capitulares, & subditos suffraganei, etiam sine adiunctis, vt fuit dictum in *Cæsaraugustana Iurisdictionis Mercurij 5. Februarij 1609. coram Card. Sacrato, quæ est in 1. par recent. decis. 174. num. 4. & nouissimè Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 22. num. 29. cum seqq.*

6 Contrarium licèt videatur tenuisse *Bellam. allegat. à Loterio ibi sup. num.* 57. vbi ait, quod nusquam solus in his delictis procedit Archiepiscopus, sed benè ex consilio suffraganeorum.

7 Concorda, vt prima opinio procedat, vbi essemus in delictis subditorum suffraganei; secunda verò in delictis Episcoporum, ex doctrina *Loterij ibi supra num. 6.*

Subamplia primò, dictam ampliationem multo magis procedere, quãdo essemus in delictis atrocibus depositionem, & degradationem requirentibus, quia tunc Archiepiscopus, siuè Episcopus solus, absque coniudicibus à Capitulis eligendis ad carcerationem procedere potest, etiam si indicia sint leuia, siue si timeretur de fuga inditiati, quia tunc, ob motam receditur a regulis iuris, & sic etiam sine alijs indicijs procedi potest, & præsertim, vbi agitur de crimine occulto, veluti de raptu virginis, siue de stupro, & similibus, quod quidem stuprũ per virginis deflorationem committitur, ob quod enim delictũ veluti, ob stuprũ de iure Canonico, ab omnibus deponitur Clericus, & beneficio priuatur, vt ait *Menoch. de arbitr. cas.* 288. *num. octauo, lib. secundo. Clarus in §. Stuprum num. 3.* & ita fuit decisum *à Rota in Calciaten. iurisdictionis Lunæ 21. Iunij 1621. & Lunæ 6. Iunij 1622. coram Remboldo vbi alleg. Farinac. in sua prax. crim. tit. de carcerat. quæst. 27. num. 117. cum seqq.*

Declara tamen; quod circa probationẽ suspicionis fugæ illius delinquentis, nedum standum est assertioni notarij, nec nõ ea argui potest ex resistentia facta per imputatum, vel ex alijs præsumptionibus, & coniecturis, sed etiam & multo magis id totum Iudicis arbitrio venit remittendum, neque propterea opus esset eo casu, vt aliæ causæ suspicionis probentur, vt ait *Ripa in l. 2. ff. sol. matr. num. 57. Castr. consil. 328. num. 2. lib. 2.* & ita fuit resolutum *à Rota in alia Conchen. Iurisdictionis 3. Martij 1617. coram Card. Sacrato allegata in illa Calciaten. coram Remboldo*, & est doctrina in terminis suspicionis fugæ, *Alexand. in consil. 240. num. 3. lib. 6.*

Subamplia tertiò, quòd etiam ante inchoatum iudicium potest Iudex incipere à captura personæ, ob suspicionem fugæ; & ratio est, quia quando alicui crimen aliquod obijcitur, tunc est in arbitrio Iudicis modũ custodiæ adhibere, circa personam, ne processus reddatur elusorius, & ne delictum remaneat impunitum, *l. 2. & ibi Bal. C. de his, qui lat. vel al. Roland. consil. 17. num. 7. lib. 3. Marant in specul par. 6. versic. Citatio, num. 60. & l. 1. ff. de cust. reorum, Alexand. consil. 240.*

16 Extende, quòd neque etiam potest Archiepiscopus, dùm visitat Prouinciam absoluere excommunicatum ab Episcopo suffraganeo, nec minus potest vlisici iniuriam sibi illatam, nisi sit notoria, aut consuetudo aliter permitteret, idẽ *Loterius ibi sup.n.* 58. *& seq.*

Declara tamen, quòd aliquando potest Archiepiscopus à censuris absoluere ad cautelam, vt ait *Quarant. in hoc verbo Archiepisc.num.* 14. & ibi latè *& Bartholom.Gauantus in suo manual. Episcop. in verbo Archiepiscopus nu.* 11.

17 Animaduertendo præterea, quòd quando Archiepiscopus procedere volet in casu, sibi permisso contra suffraganeum, aut illius subditum, tunc tenetur in illius citatione exprimere causam, quæ iurisdictionis competentiam concludat, vt ait idem *Loterius ibi supra num.*102.

18 Amplia quartò, quòd Archiepiscopus potest cogere suffraganeum ad compellendum suos subditos proferendo testimonio, & alia necessaria in causis appellationum, vt ait *Cardin. Seraph. d.decis.* 1212. *num.* 1. *Gratian. d.lib.*1.*discept.c.*169 *n.*1. *&* 6.

19 Subamplia primò, id in tantum esse verum, quòd immo poest, Episcopo negligente, vtrumque cogere, quia ob huiusmodi negligentiam iurisdictio ad Archiepiscopum deuoluitur, vt dicunt infiniti DD. allegati à *Cardin. Seraph. decis.*1222.*num.*2. Quamuis prius in *d. decis.* 1212.*sub num.* 3. Rota dixisset, quòd in hoc Doctores erant varij, vt testatur *Gratian. d. cap.* 169. *num.* 6. *& nouissimè Bartholom. Gauant. in suo manual. Episcop. in verbo Archiepiscopus num.*15.*& Quarant. in eodem verbo num.* 21. & ibi docet in quibus hæc potestas ad Archiepiscopum deuoluatur, ob negligentiam Episcopi suffraganei.

Extende ea, quæ fuerunt dicta de Archiepiscopo Episcopum compellere valente, ob illius negligentiam, eò magis procedere in erectione Seminarij, ac illius conseruatione, iuxta *Concil.Trid. in sess.*23.*cap.*18. *& d.Gauantus ibi supra num.* 6.

Subextende, quòd etiam possit Archiepiscopus suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopum, vt ait *Quarant. in hoc verbo Archiepiscopus num.*8. *& Bartholom.Gauant.in præcitato loco num.*5.

20 Subamplia secundò, quòd Archiepiscopus possit etiam Vicarium sui suffraganei punire, quia Archiepiscopus est Iudex ordinarius Episcoporum, & eorum Vicariorum generaliũ suæ Prouinciæ, vt ait *Quarant. in verbo Archiepiscopus num* 10.*&* 11. *& Bartholom.Gauantus in suo manuali Episcoporum in hoc verbo Archiepiscopus num.* 7.*& seq.* Quòd tamen declara verum, quando Vicarius peccauerit in his, quæ essent iurisdictionis, siue in illius officio; secus verò, quando ille faceret aliquid vti priuatus, quia tunc eum punire non posset, vt ait idem *Gratian. d.c.*169.*nu.*14. veluti quoque id facere posset, si ferret sententiam, aut per gratiam, aut per sordes, vel si excommunicaret aliquem sine scriptis, aut trina monitione nõ præcedente, vt ait idem *Loterius ibi supra num.*100.

21 Et ratio illius subampliationis ea est, quia Episcopus, & Vicarius vnum & idem tribunal constituunt, & ideò veluti potest cogere Episcopum suffraganeum, ita quoque illius Vicarium, *Gratian ibidem d.cap.*169.

22 Quinimmò extende, quòd etiam Vicarius Archiepiscopi, eo absente, possit iurisdictionem exercere contra suffraganeos, in eos proferendo sententiam interdicti suspensionis, & excommunicationis, vt ait *Franciscus Marc.dec.*483 *lib.* 1. *& Gratian.d.cap.* 169.*num.* 16.

23 Restringe tamen, afficere, vt dixi, iurisdictionem Metropolitani in subditos suffraganei solùm in casibus expressis à iure, & non aliàs, vt ait *Rota ibi supra num.*3.*& Gratian. lib.* 1. *discept. cap.*6.*num.*2.*& Loterius ibi sup.n.*75.

At secus in exemptis, quia tunc ad Archiepiscopum nõ deuoluitur potestas, ob negligentiam Episcopi, vt ait *Quarant; in dicto verbo Archiepiscopus num.* 21.

24 Amplia quintò, quòd Archiepiscopus potest causas ad se, per appellationẽ, aut alio modo ab Epo suffraneo delatas, per se, vel Vicariũ Gñlem, siue per

Delegatum cognoscere, & terminare in totum, vel in parte, & (quod plus est) etiam in Diœcesi suffraganei, totam causam, siue partem delegare potest, *vt fuit dictum in eadem Valentina Iurisdictionis, Lunæ 1. Aprilis 1596 coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1183. num. 1. & latè dixi in verbo Appellatio, & Gratian. ibi supra d. c. 6. & in lib. 4. c. 655. num. 19. & Loterius ibi supra num. 65.*

Et tunc per appellationem ille habet Iurisdictionem in appellantem, & appellatum, necnon in alios qui se sponte offerunt liti, super ea re, de qua est quæstio, & id non solùm in causis spiritualibus, sed etiam temporalibus, necnon ciuilibus, & criminalibus, *vt ait Quarant. in hoc verbo Archiepiscop. num. 13.*

25 Subamplia, quod ad hunc effectum potest etiam Notarium, & nuncios pro exercenda Iurisdictione deputare; & ratio est, quia cõcesso vno, cætera omnia concessa censentur, sine quibus illud explicari non potest, *tex. est in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & Card. Seraph. d. dec. 1183. in fine.*

26 Vnde hic opportunè notãdũ erit, quod Archiepiscopus, & Episcopus possunt in omnibus locis eorum Diœcesis Tabelliones, & Notarios creare, *vt ait Franc. Marc. in sua dec. 489. n. 6. p. 1.* vbi extendit id procedere in Archiepiscopo Ebredunensi ex priuilegio.

27 Restringe tamen dictam quintã ampliationem procedere solùm in causis appellationum, à sententia diffinitiua, vel ab ea, quę vim diffinitiuæ habeat; secus verò in illis primę instantiæ, quę *iuxta Concil. Trident. in § causæ omnes*, coram suo Ordinario sunt cognoscendæ; quando tamen dictus Ordinarius esset in quasi possessione exercendi iurisdictionem, *vt ait Franc. Marcus decis. 281. num. 5. par. 1. & ita fuit dictum in Burgen. Iurisdictionis de Berbiesca Veneris 11. Februarij 1594. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 263. num. 4. & Gratian. d. lib. 1. disceptat. cap. 6. num. 20.*

Quinimmò, neque etiam de consensu Episcopi committi possunt, nisi partes accõsentirent, *Gratian. lib. 5. discept. cap. 837. num. 7.*

Declara tamen id, quod fuit dictum de causis in prima instantia à suo Ordinario cognoscendis, *iuxta dispositionẽ Concil. Trid. in d. §. causæ omnes* pluribus modis nõ procedere, & primò, quãdo Episcopus cum Diœcesano litigaret in Foro Ecclesiastico. Secundo, si lis contra Episcopum esset mouenda, quo casu, etiam Vicarius suspectus redditur. Tertiò, si contra illius Capitulum esset controuersia. Quartò, vbi intentaretur iudicium contra Ciuitatem, Castrum, siue Villam Episcopo subiectam, per non subditum. Quintò, si non adesset tutus accessus. Sexto, & vltimò, stante perhorrescentia; & sic in huiusmodi casibus erit permissum, causas à propria Ciuitate auocare, & illas alibi coram Iudice opportuno committere, veluti quoque id erit permittendum, si causa Archiepiscopi penderet coram Episcopo suffraganeo, quia tunc causa ab eo vti suspecto auocari poterit, *cap. accedens, & ibi gloss. in verbo Subesse, vbi Abbas, vt lit. non contestat. & hanc materiam tractant Doctores in cap. statutum. §. cum verò de rescript. in 6. Capic. decis. 137. Cæsar de Graff. decis. 4. de except. & alij allegati à Marchesano de commissionibus par. secunda, §. 3. num. 1. cum sequentibus fol. mihi 345.* Secus autem extra prædictos casus, quia tunc causę actore, & reo eiusdemmet Diœcesis existentibus, extra eam non committitur; at secus si essent diuersarum Ciuitatum, quia tunc causa vltra vnam, vel duas dietas demandari nequit, *vt ait Marchesan. ibi supra*, vbi docet quid sit dieta, & quid miliare & quomodo intelligãtur, & mensurẽtur, quem per te videre poteris.

28 Amplia sextò, quòd Archiepiscopus potest erigere Crucem, per totam Prouinciam; Immò etiam in locis exemptis, ad effectum benedicendi solemniter, & per viam Populum, necnon ibi potest indulgentias, ac remissiones concedere, *Clementin. Archiepiscop. de priuileg. & ita fuit dictum in Baren. Iurisdictionis 15. Maij 1609. coram Card.*

Cardin. Sacrato, & Franc. Marc. decis. 1254. *num.* 1. *par.* 1. *& nouissimè Loterius in tract. de re beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 27. *&* 28. *& Quarant. in verbo Archiep. auctor.* 29.

29 Et ratio est, quia loca exempta non desinunt esse in Diœcesi, licèt de Diœcesi non sint, vt dixi in verbo Abbas, & sic delatio Crucis est permittenda ratione illius vniuersalis præheminentiæ, ob reliquias præteritæ subiectionis, ante obtentam exemptionem, & præsertim, quia huiusmodi Pontificalia insignia, sine alterius præiudicio deferuntur, vt ait *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 467. *num.* 2. *&* 3.

Fallit tñ dicta ampliatio, quãdo esset præsens legatus Papæ, siue Cardinalis etiam non legatus, siue si ille esset Archiepiscopus titularis tantum, sed Episcopus alicuius loci, quia tunc non posset ante se facere deferre Crucem, vt ait *Quarant. auctor.* 28. *& Cerem. Episcop. lib.* 1. *cap.* 4. *& Congregat. Episcop. sub die* 12. *Decembris* 1592. *& Gauant. in suo manuali Episcop. in d. verbo Archiepisc. num.* 44.

30 Subamplia, quòd nedum potest Populum in locis exemptis simplici benedictione benedicere, sed etiam illa solemni, incipien. per illa verba (sit nomen Domini benedictum) vt ait idem *Gratian. ibi supra num.* 31. licèt id facere non possit extra Diœcesim, idem *Gratian. ibidem num.* 62.

Quinimmo eo præsente cessabit Episcopus suffraganeus à priuatis benedictionibus, vt ait *Ceremon. Episcop. lib.* 1. *cap.* 4. *& Gauant. mox allegand. num.* 48.

31 Subamplia secundò, quòd potest Diuina officia, etiam in Pontificalibus, & in loco exempto celebrare, & in sua præsentia ab alijs, sine tamen Pontificalibus celebrari facere; secus verò quando vellet ab alio facere celebrari, quia id esset auctoritatiuè facere, & sic iurisdictionem exercere, *Gratianus ibidem num.* 33. *& Quarant. in verbo Archiepiscopus auctor.* 30. *& Gauantus in dicto suo manuali Episcoporum in hoc eodem verbo num* 50. *& sub num.* 51. ait cum debere habere sedem pro celebratione in Pontificalibus in cornu Epistolæ, cum Baldachino, idemque ait *Ceremon. Episcop. lib. primo, cap.* 13. licèt non tamen cum Diaconis assistentibus, sed cum Diacono, Subdiacono Assistente, ex Canonicis, quia isti dantur coadiutori suffraganei à Sacra Congregatione Rituum 31. *Ianuarij* 1591. *vt refert Quarant. ibi in verbo Archiepiscopus num.* 11. *in addit. & Gauant. ibi supra num.* 52. *& seqq.*

32 Subamplia tertiò, quòd possit pallio vti in celebrando, quia illud est ornamentum Pontificale Archiepiscopi, & propterea eo decorandus est in celebrando, etiam in locis exemptis, idem *Gratian. ibi supra num.* 35. *&* 36.

33 Subamplia quartò, quòd prædicandò, aut celebrando possit oblationes recipere, si tamen ibi necessario celebret, ratione officij, & in casibus à iure permissis; at secus, si voluntariè ad dicta loca declinaret, quia illæ oblationes essent Episcopi illius loci, idem *Gratianus ibidem num.* 38.

Et ratio est, quia oblationes, & Decimæ possidentur ab Ecclesia spirituali, ac diuino iure, & propterea à persona sæculari grauari non possunt, vt pulchrè fuit deductum *à Rota in Alben. Gabellæ, seu onerum, Veneris* 28. *Iunij* 1630. *coram Merlino.*

34 Subamplia quintò, quòd vigore Concilij Tridentini in *session.* 25. *capitulo* 11. *de regular.* multa conceduntur posse fieri ab Episcopis, & Archiepiscopis in locis exemptis, vt est visitatio Ecclesiarum in concernentibus animarum curam, exploratio voluntatis nouitiorum profiteri volentium, Approbatio nouorum miraculorum, & reliquiarum, Appositio imaginum, ac picturarum Dei, & Sanctorum in locis, Benedictio Prædicatorum verbi Dei, si in Ecclesia sui Ordinis prædicent, at si in alia Ecclesia potest licentiam concedere; item potest corrigere errores, aut scandala, si eueniant in Populo, Publicatio censurarum, & interdicti, & obseruatio festorum, dierum, & multa alia

à dicto Concilio permissa, de quibus per *Quarant. in Bull. in verbo Exemptio*, & ibi trigintaduos casus permissos enumerat, quos exercere in exemptos Episcopis permissum est. Et præsertim potest mittere quęstores eleæmosinarum per totam prouinciam pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ; quod tamen intellige; cum litteris exhortatoriis, non autem compulsoriis, quæ suffraganeis offerri debent; Item potest mittere ædictum in casibus ad eius iurisdictionem pertinẽtibus; sed debet tamen scribere Episcopus, vt illud publicent, vt ait idem *Quarant. in auctor.* 26. *& 27. & prius in auctor.* 23. ait; quòd ad querelam Episcopi, vti delegatus a Papa potest procedere contra Canonicos sui suffraganei, si cessent à diuinis sine causa, & denique potest dictis suffraganeis iniungere præceptum; vt in eorũ diœcesibus illud seruetur, quod seruatur in illa Metropolitani; idem ait *Gauantus in suo manual. Episc. in hoc verbo Archiepiscopus num.* 19. *& seq.*

35 Subamplia præterea, quòd possit collocare solium in Ecclesia exempta ad officium celebrandum, necnon potest habere proprios Canonicos; qui ei assistant, quando celebrat in locis exemptis, seruata tamen ea distinctione, quam tradit *Gratian. ibi supra num.* 55. *& seqq.*

36 Amplia septimò, quòd Archiepiscopus potest dare licentiam prædicandi in Ecclesiis Archidiaconi, vt ait *Rota per* Card. *Mantic. decis.* 263. *n.* 7. Veluti quoque potest aliquibus prædicationis officium interdicere, vt ait *Quarant. in hoc verbo Archiepiscopus auctor.* 34. *& Bartholom. Gauantus in hoc eodem verbo in suo manual. Episcop. num.* 30.

37 Amplia octauò, quòd potest quoque concedere licentiam monialibus emittendi professionem, vt ait *Rota ibi coram Card. Mantica num.* 8.

38 Amplia nonò, quòd possit licentiã impartiri Clericis, vt à beneficio possint ex rationabili causa abesse, iuxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini *in sess.* 23. *c.* 1. *de reformat. & Rota ibi supra coram Card. Mantica.*

Subamplia, quòd absentia, etiam Episcopi dicatur irrationabilis, nisi a Metropolitano fuerit approbata, iuxta *Concil. Trid. in sess.* 6. *cap.* 3. *& sess.* 21. *cap.* 1. Et propterea videmus, quod Archiepiscopus, Episcopo non residente, sine causa, potest applicare fructus fabricæ Ecclesiæ; aut pauperibus loci, & crescente contumacia potest illum denunciare Papæ; vt ait *Concil. ibi sup.* ex ordinatione Pij IV. de anno 1560. vt testatur *Gauant. in dicto suo manuali Episcop. in hoc verbo Archiepiscopus num.* 4.

39 Amplia decimò, quòd valeat licentiam concedere alienandi ex necessitate, vel euidenti vtilitate, seruata tamen debita solemnitate; vt dixi in titulo de alienatione rerum Ecclesiæ, & ita quoque ait *Rota ibi coram Mantica num.* 9.

Amplia vndecimò, quòd Archiepiscopus possit Ecclesias dirutas profanare, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus in vim, *Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 7. *de reform.* Sed Cæmeterium ad vsus profanos reducere non potest, nisi esset pro profanato tentum, vltra quòd ad id erunt vocandi illi, qui interesse habebant in eo, alias sententia elusoria redderetur, vt fuit dictum *a Rota in decis.* 707. *num.* 2. *par.* 3. *recent. & id vigore d. Concil. in d. cap.* 7. in quo adest clausula vocatis ijs, quorum interest; *& Rota in Ferretrana Parochialis* 3. *Iulij* 1593. *coram Card. Pamphilio.*

40 Et prædicta, quæ fuerunt dicta de Archiepiscopis, extẽde eò magis procedere in eo Eboracen, qui non recognoscit aliam personam, quàm Papã, vt ait *Rota decis.* 1. *de suppl. neglig. in nou.*

41 Fallit tamen prima conclusio pluribus modis, & primò, quando Archiepiscopus intenderet collocare Cathedram iudicialem in loco exempto, & sic versaretur in falce iudicij, aut potestatis, ob quæ posset Archiepiscopo aliqua iurisdictio acquiri, quia tũc vsus ei esset interdicendus; secus autem in his, quæ in falce salutari consistunt, quæ magis exercentur ratione deuotionis, & honoris, quàm prærogatiua officij, veluti celebrando, & prædi-

prædicando, siue Crucem præseferendo, & populo benedicendo, vt ait *idem Gratian. ibi supra in princip.* & latè *in decis. Marchiæ 29. & 113. & ibi in addit. & Rota per Burratt. dec. 321. num. 4.*

42 Fallit secundò, quando essemus in omnibus illis, quę Iurisdictionem contentiosam tangunt, vel etiam voluntariam, & quæ sapiunt superioritatem, & mixturam Iurisdictionis habent, vt ait idem *Gratian. ibi supra num. 25. & seqq. cap. 467. lib. 3.*

43 Et ratio est, quia licèt Episcopus, Archiepiscopo subiaceat lege Metropolitana, id tamen non procedit respectu Iurisdictionis contentiosæ, vel Episcopalis, quia alia est iurisdictio Archiepiscopalis in Prouinciam, alia est in Episcopalis in Diœcesim, nam nullo modo inuicem se contingunt, quia Metropolitana est vniuersalis collectiua, quæ in hanc, vel in illam personam distribui non potest, Episcopalis verò dicitur particularis in singulas personas distribuibilis, vt ait *idem Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 22. num. 42. & seqq.*

Secus autem erit dicendum, loquẽdo tamen in non exemptis, quando essemus in criminibus Notorijs, veluti si subditi suffraganei notoriè sibi nuncijs, ac familiæ suæ iniuriam inferrent, item quando vellent eius iurisdictionem impedire, vt ait idem *Quarant. auctor. 23. & 33. allegatus à Gauanto dicto verbo Archiepiscop. num. 22. & sequen.*

44 Extende prædicta iuxta opinionem multorum, adeò procedere, quòd neque possunt ea facere, quę sunt iurisdictionis Episcopalis, cum licentia exemptorum, sed quod forsan sit necessaria illa superioris immediati exemptorum; ait idem *Gratian. ibi supra num. 28.*

45 Fallit tertiò in ordinationibus celebrandis in illis locis exemptis, quas ibi facere non possunt, quia est quid ad iurisdictionem spectans, *Anch. Vitall. Abb. & Card. allegati à Gratiano ibi supra num. 39.*

46 Fallit quarto, quando vellet pro tribunali sedere, & sic ibi Cathedram collocare (vt superiùs diximus) quod tamen intellige de iudiciali, at secus de ea, ad effectum prædicandi Populo vt ait idem *Gratian. ibidem num. 40.*

47 Fallit quintò in Chrismate in fronte, quod ei facere non permittitur, quia habet iurisdictionis mixturam, & Episcopalis officij, vt dicunt *Anchar. Card. Imol. Abbat. & Vital. allegati à Gratiano ibi supra num. 41.*

48 Fallit sextò in degradando, quòd ei facere non permittitur, vt ait idem *Anchar. & etiam Vital.* veluti refert, & sequitur *Gratian. ibi supra num. 43.*

49 Fallit octauò, quoad confessiones, quas audire non potest, nec minùs confitentes absoluere, nec eis Pœnitentiam salutarem imponere, quia non potest vllam potestatem in exemptos exercere, licèt Archiepiscopus possit in visitatione subditos suffraganeorum absoluere, & declarare, vt ait *idem Vitall. allegat. à Gratian. ibidem numero 44.*

50 Fallit nonò, quando versaremur in concedenda licentia contrahendi matrimonia, quam enim pręstare non potest, nisi in casu, in quo Ordinarius sine iuxta causa illam denegaret, quia tunc esset recurrendum ad Metropolitanum, vt ait idem *Gratian. lib. 1. disc. cap. 169. nu. 8. & 9*

51 Fallit decimo in concessione Indulgentiarum, quas Archiepiscopus concedere non potest, quia id non est dignitatis, & iurisdictionis Episcopalis, veluti nec etiam potest concedere, vt exempti nomine suo largiantur, & si illas daret non prodessent, nisi quoad subditos, *idem Gratian. ibidem numero 45.*

Secus autem in loco non exempto, quia tunc ibi, & per totam Prouinciam indulgentias concedere valet, vt ait *Quarant. in verbo indulgentiæ auctor. 31. num. 4. & 13. & Gauant. ibi supra num. 49.*

52 Fallit vndecimò, vt scilicet neq; possit Ecclesiam consecrare, inuitis exemptis, quia istud est quid pertinens, & dependens à Potestate Episcopi, non autem ad honorem Episcopalem spectans, idem *Gratian. in sua decis. 113. & ibi in addit.*

53 Fal.

53 Fallit duodecimò in Commissario Archiepiscopi, qui non potest excommunicare exemptum ab Archiepiscopali Iurisdictione, vt fuit dictum in *Toletana Iurisdictionis Luna 11. Ianuarij 1616. coram Buratto, quæ est in prima parte recentior. dec. 699. numero primo.*

Secus autem quando essemus in loco non exempto, quia tunc Archiepiscopus potest totam prouinciam visitare, & procurationem exigere, & tali casu pœnitentes absoluere, immò etiam à casibus Episcopo reseruatis nec nō à censuris, & dispensare in foro cōscientiæ licèt causa cognita visitationis in Concil. Prouinc. *iuxta Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. & Quar. Auctor.* 33. necnon etiam potest in visitatione cum subditis suffraganeorum, vti ea facultate *d. Concil. Trid. d. sess. 24. cap. 6. vt dicunt Doctores allegati à Barbos. de potestate Episcopi alleg. 39. num. 19.*

Declara tamen, quòd ille non possit in visitatione Prouinciæ, sine licentia Episcopi ordinare, neque literas dimissorias concedere, nec minus Chrismare, degradare, atque similia facere, & id procedit, tam in loco exempto, quam non exempto, vt ait dictus *Quarant. in præalleg. loco auctor. 30. & auctor. 33.* idem ait *Gauant. in dicto suo Manual. Episcop. in hoc verb. Archiepisc. nu. 28. & seq.*

54 Fallit decimotertiò, circa Constitutiones factas ab Archiepiscopo, quę non ligant illius successores, vt fuit dictum *in Montis Regalis Iurisdictionis Veneris 13. Februarij 1609. coram Card. Caualerio, quæ est in secunda par. recentior. decis. 240. num. 1.*

55 Extende, quòd neque liget etiam ipsum constituentem, quin possit aliter de nouo constituere, quàm ab initio fecerat, vt ait *Rota ibi supra in dicta dec. 240. nu. 1.*

56 Declara tamen primò id non procedere, quando constitutio transijsset in contractum, quia tunc à Successore reuocari non posset, *Butr. Roman. & alij allegati à Rota ibi supra nu. 1.*

57 Declara secundò, non procedere, quando constitutio Episcopalis, & Archiepiscopalis esset confirmata à Sede Apostolica, quia tunc amplius ea non diceretur constitutio Episcopalis, & Archiepiscopalis, sed Papalis per regulā Omnia nostra facimus &c. & per consequens tunc non solùm ligat constituentem, sed etiam illius Successores, vt ait *Rota ibi supra num. 2.* Et prius fuerat resolutum *in Vicentina Iurisdictionis 28. Maij 1604. coram Coccino, quæ est in eius impressis dec. 179.*

58 Extende prædictas declarationes eò magis procedere, quando constitutio esset iuri communi conformis, vt fuit dictum *in dicta Montis Regalis 5. Iulij & 15. Nouembris 1604. coram eodem Coccino, quarum prima est in eius impressis decis. 197. num. 7. altera verò est decis. 202. in fine, & Rota ibi eoram Caualerio nu. 3.*

59 Fallit decimoquartò, si loquamur etiam de Archiepiscopo Montis Regalis in Monachos illius Montis, quia ille iurisdictionem non habet in ijs, quæ regularia instituta concernunt, licèt secus sit in reliquis, in quibus ille dicitur caput, & est loco Abbatis in Ecclesia Cathedrali regulari, & Monachi loco Canonicorum sunt, & sic in eos omnimodam iurisdictionem habet, exceptis ijs, quę sunt secundum instituta suæ regulę; veluti dixi diffusè supra in verbo Abbas, & Episcopus, cum vtraque potestas in eo concurreret, vt ait *Gratian. ibi supra num. 1. & 2. & 31.*

60 Extende idem procedere in Episcopo in Monachos Sancti Benedicti, qui non habet iurisdictionem in eos, nisi Ecclesia Cathedralis sit regularis, vt ait *Rota d. decis. 157. num. 7. & 8. coram Coccino.*

61 Extende secundò, quòd neque statum, & Monachorum ritum mutare potest, circa officia Diuina, nec minus facere Choros separatos inter Clericos, & Monachos; nam Clerici debent se conformare Monachis in Diuinis, vltra quod est mos antiquus Ecclesiæ, vt Clerici in vnum conueniant ad porrigendas Deo preces, quia in tali laude debet esse carissima vnio, & chorus dicitur quasi concordium cantus, vt ait *Grat. lib. 2. discep. cap. 270. num.*

num. 52. & seq. & Rota per Coccinum d. decis. 197. num. 3. & 4.

62 Extende tertiò, prædicta procedere, nedum de iure communi, verum etiam ex cõstitutione Pauli Tertij, vbi disponit Archiepiscopum Montis Regalis omnem iurisdictionem in Monachos habere, exceptis iis, quę instituta regularia concernunt, idem *Gratianus ibi supra num. 30.*

63 Fallit decimoquintò, quando ageretur de disponendo contra statutum confirmatum à Papa, & ex illius confirmatione esset ius tertiò acquisitum, quia tunc Archiepiscopus isto casu disponere non posset; secus verò, quando concurreret consensus eorum, ad quorum fauorem illud statutum esset confirmatum, & ex confirmatione nullum ius esset tertio quæsitum, quia tunc ille contra statutum rectè disponere posset, vt fuit latè deductum in *Vicentina Iurisdictionis 28. Maij 1601 coram Card. Sacrato, & prius in alia Gerunden. Anniuersariorum 5. Nouembris 1582. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 590. num. 1. & seqq.*

64 Extẽde hãc fallentiã, eò magis procedere, si statutum fuisset conditum ad tollendas dissensiones, quia tunc diceretur irreuocabile, & quasi in vim transactionis valeret, & præcipuè, si ex eo resultaret priuilegium, quia tunc nec quæ tolli, neque super eo dispensari poterit, vt ait idem *Cardin. Seraph. d. dec. 590. num. 3. & 6.*

65 Fallit decimosextò, quandò Archiepiscopus esset Canonicus, quia tunc non præcedit in Capitulo; secus verò extra Capitulum, quia tunc vti Archiepiscopus alios antecellit, *Gratian. lib. 1. discept. cap 111. num. 14.*

Vnde hic obiter erit notandũ, quòd Archiepiscopus, & Episcopus, si essent Canonici in aliqua Ecclesia, tunc debent sedere tanquam Canonici, si velint vti iuribus Canonicalibus, non autem vti Archiepiscopus, & Episcopus, vt ait *Capyc. in sua decis. 27. n. 26. & 27* vbi dicit idem procedere in Doctore, qui in actibus militaribus non gaudet priuilegijs Doctorum iuxta *text. in l. in ciuilibus de off. Vicar. & ibi DD.*

66 Fallit decimoseptimò, si Archiepiscopus committeret delictum in Parrochia alterius Archiepiscopi, quia tunc ab eo iudicari poterit, nam certum est, quod Episcopus, siue Archiepiscopus, ratione delicti minor efficitur eo, à quo iudicari debet, vt ait idẽ *Gratianus lib. 2. discept. cap. 393. num. 3. & 4.*

67 Extende idem procedere in Episcopo, vel Archiepiscopo Monasteria Monialium, sibi non subdita ingrediente, quia tunc ille poterit puniri, iuxta dispositionem Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 5. de regul. vt ait Gratian. d. cap. 393. num. 20.*

68 Extende præterea prædictas fallentias, adeò esse veras, vt si Archiepiscopus exercuerit Pontificalia in alterius Diœcesi, sine licentia illius Episcopi, in cuius Diœcesi consecrauit (vtpotè) calices, vel corporalia,, & ibi postea missas celebrando, tunc ille in pœnam suspensionis incidit, iuxta dispositionẽ Sacri Concilij Tridentini *sess. 6. c. 5.* & sic igitur irregularitatem contraheret, quamuis bona fide id fecerit, & sine animo contraueniendi Canonum decretis, & Concilij, sed quomodo posit absolui, docet *Nauarr. cons. 12 num. 2. de cler excom. ministr. lib. 5. par. 2. fol 573. & Gratian. ibi sup. cap. 393. num. 21. & 22.*

Et ratio prædictorum est, quia Episcopus debet honorari ab Archiepiscopo in sua diœcesi; immo etiam à Cardinali debet illi reuerentia præstari, & ideò alio modo faciendo, siue in illius diœcesi delinquẽdo Archiepiscopus, potest puniri ab Episcopo, vt superius diximus, & idem ait *Capyc. d. decis. 27. num. 24.*

69 Fallit decimooctauò, 9 scilicet ipse non possit esse Iudex in causa, quam vt Episcopus cognouerat, quia postquam erit factus Archiepiscopus amplius eam cognoscere non poterit, veluti dicitur de eo, qui iam erat Aduocatus in vna causa, in qua vti Iudex procedere non potest, vt dixi in verbo Aduocatus. Item eodem modo dicitur de iudice, qui aliàs fuit in illa causa Cõsultor, quia vti suspectus ab ea erit remouẽdus, vt ait *Capic. in sua dec. 146. n. 3*

70 Con-

70 Contrarium licèt procederet, si prius fuerit lata sententia, qui postea non prohibentur esse Aduocatus, & Consultor in defendendo ex eo, quòd iudicauit in ea; sed est benè verum, quòd quis eodem tempore non potest esse Iudex, Assessor, & Aduocatus, quia in iurisdictione contentiosa, quis plurium vices sustinere non potest; At secus in voluntaria, *vt dixi in dicto verbo Aduocatus, & veluti ait Gratian. dicto lib. 1. discept. cap. 4. num. 2. & seqq.*

71 Fallit decimononò, vt scilicet Archiepiscopus non sit exemptus à sumptibus fabricæ Ecclesiæ, quia ille tenetur vsque ad quartam redditaum portionem pro ea construenda, *vt fuit decisum in Burgen. de Cudeyo Veneris 3. Iunij 1594. coram Card. Mantica, quæ est in eius impressis decis. 284.* & sic ab altera decis. facta sub *die 27. Maij præteriti,* cōtrarium tenente, fuit recessum per Dominos.

72 Extende procedere, etiam si Archiepiscopus, siue Canonici, aliquos fructus nondum percepissent, quia nihilo minus quandam quantitatem, pro indigentijs, ac ornamentis Ecclesiæ contribuere tenentur, *vt ait Cappell. Tholos. decis. quarta, per Gerard. Maynar. & Camill. Borell. in sua summa decisionum titul. secundo de sacrosanct. Eccles. num. 20.*

Quod quidem subextende quoque procedere in pensionarijs, ex æquitate tamen, qui tenentur pro rata concurrere ad necessarias domorum Ecclesiæ reparationes pensionibus grauatæ, & in quarum redditibus consistunt præcipue introitus Ecclesiæ, *vt fuit dictū in Romana Pensionum Luna 6. Aprilis 1620. coram Buratto.*

73 Sed quod in taxanda quantitate per Ordinarium soluenda, pro fabrica sit attendenda consuetudo Diœcesis, *ait Paris. cons. 15. num. 38. lib. 4. & ita fuit dictum in vna Abulen. Nona partis Decimarum 6. Nouembris 1579. coram Card. Blanchetto.*

74 Declara tamen primò, huiusmodi fallentiam esse veram, dummodo non extatet consuetudo, quæ istud onus transtulerit in Populum, quia tunc Archiepiscopus ad id non teneretur, cum isto casu Ecclesia nullum in fabrica detrimentum pateretur, *vt ait Rota dicta decisione 284. nu. 2. Aufrer. in dec. Cappell. Tolosan. 500. & Valasc. decis. 179. n. 7. & alij quos allegat idem Borel. ibi sup. nu. 24.*

75 Declara secundò, non procedere, si Ecclesia haberet redditus specialiter ad seruitium fabricæ destinatos, quia tunc Archiepiscopus ad illud onus soluendi quartam portionem suorum redditum non teneretur, ex prælle gata ratione, *vt ait Rota ibidem num. 3.*

76 Extende primò codē modo prædicta quoq. procedere in Rectore, qui tenetur Ecclesiā collapsā reficere, deductis tamē prius illius alimentis, vel nisi esset consuetudo, quod istud onus ad Populum spectaret, quia tunc Parrocchiani, & Populus, non autem Rector reficere tenetur, *vt est text. in cap. 1. de Eccles. edific. & ibi Abbas, & in cap. de literis, eod. tit. Sum. Angel. in §. Ecclesia nu. 7. Armil. ibi n. 7. Bursat. cons. 310. n. 9. & ita disponit Conc. Trid. sess. 21. cap. 7. & prius sess. 7. cap. 8. Ricetus in sua collectanea 49. par. tertia, Aufrer. in dec. s. Cappell. Tholos. 500. Gerard. Maynard. in decis. Tholosan. 42. lib. 1. Reusner. dec. prima, num. 30. lib. 4. Aluar. Valasc. dec. 179. n. 7.*

77 Extende secundò, id quoque procedere in omnibus, qui fructus decimales ab Ecclesia recipiunt, *vt ait Gerard. Maynard. in dec. 31. Cappel. Tholos. lib. 1.*

78 Extende tertiò, quòd prædictis omnibus deficientibus teneantur subditi, & Parrocchiani, quando ibidem sacramenta recipiant, *vt ait Aufrer. in dicta decisione 500. Cappell. Tholosan. & Aluar. Vallasc. in dicta decis. 179. nu. 16. cum seqq.*

79 Subextende, quòd illi eo casu ad opera, ne dum manualia, & cum curribus, & equis, sed etiam calcem, & cęmenta dare tenentur, vsque ad finē operis perfecti, & Ecclesiæ ædificatæ, *vt ait Maynard. decis. 32. & 33. Cappell. Tholos.*

80 Declara tamen, quod in dubio Ecclesia præsumitur refecta, & constructa ab eis, qui eam construere, & reficere

cere tenebantur, vt ait *Puteus decis. 314. lib. 3.*

81 Modo hic erit bonum scire, quòd Archiepiscopus non recipit illud nomen Archiepiscopi, nisi à die susceptionis Pallij, veluti dicitur de Episcopo, qui talis non dicitur, nisi à die consecrationis, nàm prius dicitur electi, vt latè dixi in verbo Abbas, & veluti, ait *Franciscus Marc. decis. 1084. num. 1. par. prima, & in decis. 1394. & 1395.* docet, quam auctoritatem electus habeat.

82 Sed est benè verum quòd ante Pallij susceptionem potest munus consecrationis susciperet, vt ait idem *Franc. March. dicta decis. 1084. nu. 1. par. 1.* Imò ea inter Epistolã, & Euangelium fieri debet, idem *Franc. March. dicta decis. 1084. num. 3.*

83 Et in illis consecratione omnes suffraganei Prouinciæ sunt vocandi, *idem Franc. Marc. dec. 1395 num. 7.* & nota, quod ad minus, tres requiruntur, *idem Franc. Marc. d. dec. 1084. n. 2.*

Vnde hic opportunè erit notandum quòd Episcopus non in Ciuitate Metropolis ordinatus, tenetur infra duos, vel tres menses accedere ad Archiepiscopum, siue si erit impeditus ad eum scribere tenetur, vt ait *Quarant. in verbo Archiepisc. num. 5. & Gauant. in eodem verbo num. 2.*

84 Sed ad perfectam intelligentiam istius materiæ, hic obiter notandum erit, quod Pallium dicitur vestis candida ex lana alba contexta habens circulum humeros constringentem, & duas lineas ab anteriori, & posteriori parte pendentes, & quatuor Crucis signis purpureis distinctam, quorum vnum in pectore habet, alterum in humero sinistro, tertiũ in dextero, quartum in scapulis, vt ait *Azor. in 2. par. Instit. Moral fol. 199 cap. 34. tit. de auctorit. & vsu Pallij.*

85 Item ex Sancto Isidoro Pallium est illud, quo administrantiũ scapulæ conteguntur, vt dum ministrant expeditius discurrant, & est dictum à pellibus, quia prius veteres induebantur indumenta pellicea, vt ait idem *Azor. ibi supra videndus*, vbi plura disces in hac materia.

86 Rursus hic erit notandũ, quòd Archiepiscopus ante Pallij susceptionem (quamuis etiam esset consecratus) non potest nominari talis, neque Episcopos consecrare, neque Concilium conuocare, neque Crisma conficere, nec Ecclesias dedicare, neque Clericos ordinare, nec manus prouentus Ecclesiæ recipere, neque ante se Crucem deferri facere valet, vt ait *Quar. in d. verbo Archiepiscop. auctorit. 32. & Gauant. in suo Manuali Episcop. in hoc eodem verbo nu. 44. cum seqq.* Pallio autem recepto, tunc potest ea omnia facere, & eo vti in loco, etiam exẽpto, sed in Missa Pontificali tantùm, & in diebus solũ notatis in *Cerem. Epis. lib. 1. cap. 16. & Quarant. & Gauant. in præcitatis locis*, Animaduertendo, quòd illud debet cõseruari honorificè & sic serico inuolutum, & in capsula intus, & extra pulchre ornata, vt ait *Ceremonial. vbi supra*, debetque cum eo sepeliri in Prouincia circa humeros, super planetam; extra verò eo plicato, sub eius capite; item neque si esset trãslatus de vna ad aliam Ecclesiam potest vti Pallio sui Prædecessoris, neque translati, veluti neque etiam in Ecclesia renunciata etiam de consensu Archiepiscopi, vel Suffraganeorum, vt ait *Quarant. loco citat. auctorit. 32.* Sed si fortè perdatur, aliud peti debet à Papa, vt ait *Cerem. Episcop. lib. 1. cap. 16. & Gauant. ibi supra num. 41. & seq.*

87 Postquam igitur Archiepiscopus erit legitimè effectus, & sic recepto per eum Pallio, tunc curæ animarum sui ouilis incumbere tenetur, & quilibet Triennio Synodum Prouinciale congregare; Et licèt hic possit dubitari, an Concilium Prouinciale sit maius Archiepiscopo; nihilominus *Villagut. in sua decis. 22.* distinguit, quòd si in dicto Concilio Patriarcha præest, tunc Cõcilium erit Maius Archiepiscopo, aliàs secus, & sic in primo casu poterit dari appellatio ab Archiepiscopo ad Concilium, tamquàm à minori ad maius recurrendo, vt ait *Sayr. decis. 1. de appellat. & Capic. decis. 137.* Itẽ quod Archiepiscopus possit Iure Metropolitano Concilia Prouincialia indicere ait

in

Loterius de re benef lib. 1. q. 9. nu. 44.

88 Declara tamen quòd dictam Synodum non possit Archiepiscopus congregare, absque consensu Capituli, nec ibi Statuta condere, vt fuit decisum à *Rota in vna Illerdien. Iurisdictionis 16. Iunij 1552. coram Romano, vt refert Verall. dec. 305. par. 1.*

89 Declara secundò, quòd Archiepiscopus non potest impedire quin Concilium Prouinciale aliquid decernere valeat, & ratio est, quia Archiepiscopus præsidens Concilio Prouinciali non à se illam potestatem solus habet, sed benè vna cum suffraganeis collegialiter, & illud non est vti Concilium Generale, in quo Papa præest tanquam persona, in qua omnis Ecclesiæ potestas residet, & per consequens potest solus statuere, quicquid cum Concilio potuisset, vt ait *Sayr. in sua decis. 1. tit. de his, quæ fiunt a maio. par. capit.*

90 Extende præterea prædicta adeò esse vera, vt Concilium illud Prouinciale possit ipsum Archiepiscopum excommunicare, vt ait idem *Sayr. decis. 7. titulo de offic. Ordinarij, & Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 22. num. 53.*

91 Sed si Archiepiscopus forsan obierit, aut impeditus fuerit, tunc ius conuocandi Prouinciales ad Coepiscopos deuoluitur, nec ad illius Capitulum transit cum iurisdictionalibus, quia illud ius non competit Metropolitano vti Episcopo, sed tanquam Metropolim obtinenti, & argumentum super eo, quòd in Capitulum Sede vacante omnia iurisdictionalia transeant, habet locum in iurisdictionalibus competentibus, ratione Naturali Episcopatus, nō autem in illis competentibus alio iure accidentali, vt distinguendo ait idem *Loterius ibi supra quæst. 9. num. 45. & seqq.*

Rursus extende, quòd Sede vacante Archiepiscopatus, vel Episcopatus, etiā aliæ Dignitates Ecclesiasticæ reducuntur ad manus Regis Delphini, veluti etiam bona spolij, ex priuilegijs Pontificum, vt ait *Franc. Marc. decis. 90. par. 1. num. 5.* vbi plures rationes ad id corroborandum adducit, & præ-ferrim, vt obuietur scandalis, & futuris periculis, & ne permittatur vitiosus ingressus ad illas, & sic id fit ab eo Rege ad bonum finem, & præcipuè ad custodiam, faciendo inuentarium, & præsertim id procedit in illis Ecclesijs, quę prouenīūt ex iurisdictione Delphinali, & stāte longissima cōsuetudine, & maximè, quia Rex Franciæ nō dicitur prorsus persona laica cū cōsecretur, & inungatur diuinitus ex [illegible] sacræ ampullæ, vt ait idem *Fra. Marc. d. dec. 90. num. 6. & seqq.* & ibi alios Doctores id tenentes allegat, & facit etiam *decis. 456. d. par. 1.*

92 Animaduertendo, quòd si Episcopus ad Concilium vocatus erit legitimè impeditus, tunc possit ipse per Procuratorem se excusare, idem *Sayr. in dec. 10. eod. tit. de officio Ordinarij.*

93 Secus vero, si essemus in Rectoribus nullius iurisdictionis, qui ad dictā Synodum ire cōpelli nullo modo possunt, vt firmat idem *Sayr. decis. 11. eodem tit.*

94 Discrimen autem, quòd est inter exemptum, & nullius iurisdictionis illud est, quia exemptio est priuatio, quę præsupponit habitum; Nullius autem Diœcesis est ille, qui nec est in Diœcesi, nec de Diœcesi, *vt ait Rota in decis. 207. par. 2. d. ne. for.* & est quoque dispositio Sacri Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 9.* & in hoc iuuat dixi supra in verbo Abbas, vbi per te recurrere poteris.

95 Vltimò notandum est, quòd olim Archiepiscopalis Ecclesia poterat dari in titulum Cardinali Diacono, adueniente legitima ætate, vt fuit decisum *à Rota, vt refert Than. in sua decis. 2076. vol. 3.*

96 Contrarium tamen fuit dispositum ex rescripto Sixti V. vbi cauetur ne Presbytero Cardinali Diaconia, nec Diacono Cardinali titulus daretur in posterum, vt scribit Athanasius Germonius *in tract. de in. ult. [illegible] Tituli, nu. 20. alleg. it. a Cam[illegible]orello in sua summa decis. tit. 2. de Sacrosanct. Eccles. num. 15.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

ARCHIEPISCOPO, SIVE EPISCOpo, an liceat habere fiscum, & in delictis pœnam corporalem imponere, & illam pecuniariam illius Cameræ applicare.

CONCLVS. CXXXIX.

1 HAEC quæstio veluti est valdè pulchra, & curiosa, ita etiam negari non potest, quin ea sit admodum à Doctoribus controuersa, vt videatur quodammodo impossibile posse, pro vna parte absolutè suum animum inclinare, licèt tamen huiusmodi materiam diligenter examinando, & singula argumenta Doctorũ hincinde adducta referendo, facile erit vnicuiquè Deo fauente hanc veritatem indagari.

2 Vndè incipiendo prius ab opinione affirmatiua dico, quòd Archiepiscopus, siue Episcopus de generali consuetudine fiscum habet, & per consequens pœnam pecuniariam imponere, ne dum in delictis, ad suum forum spectantibus, verum etiam in ijs, quæ sunt mixti fori, illamque exigere, ac eius Cameræ de iure applicare valet, vt est doctrina *Felini in cap. irrefragabili, S. cæterum num 10. de offic. Ordinar. Peregrin. de iure fisci lib. primo, tit. secundo, num. 105. & sequen. Diaz in sua praxi crimin. canonic. in cap. 134. & cap. 142. num. primo, & ibi Salsed. in littera A, & B. Palac. Riccius in rubrica capituli Per vestras de donat. inter virum, & vxorem, S. 39. num. 9. & 13. Riccius in sua praxi fori Ecclesiastici in verbo pœnarum decis. 202. num. primo, Gutierez canonic. quæst. lib. primo, cap. 7. num. 11. & sequenti, Quarant. in summario Bullarum in verbo Pœnæ pecuniariæ, Clar. in S. fin. quæst. 80. vers. In hac materia*, idque videtur fuisse de mẽte *Concilij Tridentini sess. 25. cap. 3. de reformat.* ibi per mulctas pecuniarias, Quod quidẽ animaduertit *Barbos. de Episcopi potestate par. 3. allegat. 107. num. 18. Guazzin. de defens. rei defens. 11. cap. 1. num 14. & idem de confisc. bon. concl. 13. ampl. 14 n. 1. & ibi de cõi testatur Gabed. dec. 85 n. 1. Diaz in verbo Habet fiscum*, & testatur hanc opinionem esse communẽ & vsu approbatam *Mastril. de Magistrat. lib. 3. c. 10. n. 5. Carpan. ad statut. Mediol. par. 3. ad c. omnium, nu. 33. fol. 135. Couar. var. resol. lib. 2. c. 9. n. 11. & Viu. commun. opin. 255. lib. 1. in nouiss. Cappell. Tholos. dec. 229. n. 3. Rota decis. 7. de testamen. in antiq. & ita quoque fuit dictum in Tudertina damnorum datorum 9. Decembris 1608. coram Cardinali Lancellotto, & aliàs fuit ita resolutum à Sacra Congregatione de anno 1589. sub die 29. Iunij ad fauorem Episcopi Maceraten.*

3 Extende primò, huiusmodi opinionem, ne dum procedere in bonis Clericorum patrimonialibus, verùm etiam in illis laicorum in Clericos delinquẽtium, *vt ait Gabed. dicta decis. 85. Gutierez canonic. quæstionum cap. 7. n. 11. & & seq.* Et ratio est, quia laici, ob delictum mixti fori, foro Ecclesiastico subiiciuntur, *Caball. resolut. crimin. casu 199. nu. 5. & 9. cum seqq.* vbi expressè loquitur de laico Clericum offendente, *& Farinac. in quæst. octaua, num. 153. & seq. & Clar. in d. S. fin. quæst. 36. num. 4. versic. Quero quid si per laicum.*

Subextende idem pari modo procedere in casu, quo laicus coram Iudice Ecclesiastico falsum dedoneret, quia tunc fit illius subditus, ita vt; tàm à laico Iudice, quàm ab Ecclesiastico puniri poterit, iuxta eorum præuentionem in procedendo, *Afflic. decis. 219. num. quarto, Couar. practic. quæst. cap. 18. ferè in fine, versic. Sed & hac in re, Marant. de ordin. iudic. par. 2. artic. 12. & Marchesan. de com miss. par. 2. S. 1. num. 99. fol. mihi 284* & in hac materia videndus est *Farin. in prima parte prax. crim. d. quæst. 8. n. 24. cum seqq.* vbi multa in hac materia ait, & in specie, quando, & in quibus casibus laicus possit accusare clericum, & in quibus non, quem per te videre poteris.

4 Extende secundò, illam eò magis procedere, vbi in concursu Iudicis laici, & Ecclesiastici, in procedendo in delicto mixti fori Ecclesiasticus haberet bona delinquentis prius sibi obligata, vt pura, ob spretum præceptū de non offendendo alium, sibi inimicū, vel ob aliam similem causam, quia rūc fiscus laicus ad confiscationem contra eum procedendo non posset hanc pœnam prætendere, ne dum, ob illud ius primo fisco Ecclesiastico acquisitum, *vt ait Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 182. vers. sed contra præmissa*. Verùm etiam, quia talis pœna in confiscatione bonorum non venit, nisi fiat mentio, quòd illa fisco applicetur, *vt ait idem Guazzin. de confisc. bonor. conclus. 13. ampliat. 19.* vbi refert *Lucan. 1. p. num. 60.* Quemadmodum nec etiam iuuaret dicere, quòd pœna confiscationis, per fiscum secularem factæ, vti maior, & quid vniuersale aliam pœnam sprei precepti de non offendendo absorbere debet, quia vna pœna, aliam non confundit in diuersis respectibus, sed benè fit, quòd sequuta offensione, & delicto, vtrique pœnæ locus esse debeat, & sic tàm illi de non offendendo, quàm alteri principalis delicti, *vt ait Herculan. de caution. de non offenden. c. 10. n. 4. & cap. 14. n. 8. & seqq. & veluti post alios tradit Farin. quæst. 107. nu. 80.*

5 Animaduertendo hic obiter, quod præceptum factum de danda fideiussione, sub certa pęna pecuniaria, cū cominatione, & pronunciatione, quod interim haberetur pro data, & adimpleta, idem operatur, ac si cautio verè præstita fuisset, & id fit pro bono pacis, & adhoc, vt homines interim eorum animum delinquendi non expleant, sed illum potius timore cominatæ pœnæ refrenent, *idem Herculan. de caution. de non offend. c. 5. n. 1. & 5. & c. 9. n. 21. Vulpel. eod. tract. de non off. q. 81. in fine, Farinac. quæst. 107. n. 13. Guazzin. de non offend. q. 17. n. 5. & fol. 306. idemq. in suo tract. ad defens. defens. 11. nu. 14. ibi subdens*, sic se respondisse in sacra Consulta, *Cabal. in quæst. crimin. casu 219. idem Guazzin. ad defens. reor. d. defens. 11. nu. 12.* & ita fuisse iudicatum, *ait idem in suo tract. de cautione §. 3. quæst. 3. num. 21.* vbi ampliat, quòd si illa pœna non deberetur, ratione contractus, saltem ea posset exigi, ratione contemptus iudicis, per quem illius Maiestas læsa censetur.

6 Extende tertiò, confiscationes bonorum, eò magis Episcopis in prædictis casibus competere debere, respectu meri, & mixti Imperij, quod in delinquentibus habent; & propterea videmus etiam, quòd Episcopus condemnat delinquentes ad remigādum, & in exilium; quod enim dicitur effectus præcipuus meri Imperij, *vt ait Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 79. n. 57. Germon. de sacr. Immunit. lib. 3. cap. 8. num. 48. Diaz in sua pract. crimin. canonic. cap. 126. Foller. in sua prax. crim. canon. in verbo Confessi, aut conuicti, & Borel. in sua summa dec. tit. 6. n. 32.* asserit id ab Episcopis seruari, *Monter. in pract. de iudicibus, & eorum iurisdict. n. 12. idem Borel. in d. sum. dec. par. . tit. 41. n. 43. fol. 16. Natta cons. 659. n. 1. et seq. Rol. cons. 78. n. 9 & seqq. & n. 19. lib. 2. cum alijs per Farin. q. 25. n. 103.*

7 Extende quartò prædicta multò magis procedere, quando Episcopus, siue illius Curia, præuenisset in causa Curiam secularem, & ad huiusmodi præuentionem inducendam sola citatio, etiam verbalis, siue ea facta domi suffi. cit, *vt ait Giurba cons. 48. n. 38. versic. Sed præuentio. & cons. 59. num. 104. & cons. 70. nu. 10. & seq. Farinac. q. 7. nu. 56. tit. de inquisit. rei, Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 59. & seq. Decian. in suo tract. crimin. lib. 4. c. 21. n. 3. Guazzin. ad defens. reor. defens. 1. c. 8. n. 6. & c. 9. eodem num. 6. & seq.* latè *Marta de iurisdictione p. 2. n. 14. cap. 2. & 3. per tot.* Licèt tamen *Barbos. in l. post quam num. 58. ff. de iudic.* dicat, quod citatio ad informandum Curiam, ad effectum præuentionis, non suffragatur. Nam processus in causa criminali, non dicitur inceptus, nisi post transmissionē citationis legitimè executæ, aliàs litis pēdentia, siue præuentio nō inducitur, per citationē, seu monitum nulliter executū. Quinimò, si fuerit pscripta forma ī monitio psonaliter citan. si fieri possit, sin minus, domi solitę habitationis,

tationis, tunc non posset illud domi exequi, nisi constet de diligentia facta in citando personaliter, alias illud vti nulliter executum faceret corruere totum processum, *vt pulch. è fuit dictum à Rota in vna Veneta donationis Lunæ 11. Maij 1615. coram Baratto.*

Animaduertendo præterea, quod respectu rei lis non diceretur introducta, per solam citationem, nisi fuerit in actis reproducta, & diceretur de illius legitima exequutione, siue quod peruenerit ad ipsum, quominus ea ad ipsius notitiam fuerit deuenta, vt fuit dictum *in Alm lunien. Canonicatus 24 Nouembris 1617. coram Buratto, & per Gregor. decis. 94. num. 2. & tandem in vna Parmen. seu Lunen. Sarzanen. Separationis Thori 28. Ianuarij 1628. coram Ghilserio.* Secus autem quoad actorem, & Iudicem, in quo per solã citationem lis dicitur inchoata, & iurisdictio perpetuata, *vt ait Caputaq. dec. 169. n. 3 p. 2. & Rot. in Toletana sepultura 21. Febr. 1614. coram Vbaldo, & in Hispalen. Præeminentiarum 16. Nouembris 1618. coram eodem.*

8 Si verò forsan contingeret, vtramq; Curiam eadem die in causa procedere, tunc ille præferendus veniret, qui citationem magis qualificatam exequi faceret, ita quod si citatio Episcopi fuisset facta, vt puta, super vulnere, illa vero Iudicis secularis super vulnere, cum adiectione, etiam mortis, si sequeretur, & sic cum grauiori qualitate, tunc ille esset præferendus alteri, cum minore qualitate citanti, vt post *Boss. & alios, quos allegat Farinac. d. q. 7. num. 65. de defens. reï tradit Guazzin. defens. 1. cap. 8. nu. 23.*

9 Idquè extende procedere, etiamsi postea Iudex, qui cum minore qualitate processit in causa, vellet de nouo iudicium inchoare, ac illud, cum maiori qualitate, ad effectum præuentionis impinguare, quia eo casu citatio prius facta circumdaceretur, & sic magis clara, & euidens fieret in alio Iudice præuentio, vt ait *Rota decis. 274. num. 1. & seq. p. 1 in recent. & Farinac. d. q. 7. n. 65* licèt tamen in suo *cons. 106. n. 6. lib. 3. & Giurba cons. 40. n. 30.* dubitent quãdo citatio esset facta super vulnere mortali. Sed cõtraria tñ opinio est verior, & communis, vt testatur idem *Farinac. in d. q. 7. d n. 65.* cum præuentio solùm suffragetur, quoad causam specialem in citatione præuenientè expressam, non autem quoad diuersa, vt ait *Bart. in l. si pluribus n. 1. ff. de legat. 1. Barbos. in l. si posteaquam n. 8. 90. & 91. & seq. ff. de iudic. & Afflict. in sua decis. 294. n. 5.* ait quod præoccupatio non cadit in diuersis.

10 Sed si forte de præuentione non cõstaret, super processu in causa, tunc in dubio (si essemus tamen sub eodem Principe) esset declarandum causã ad illum spectare, per quem magis iustitiæ locus apparere videretur, vel ad eum, qui magis dignus sit; Quare licèt Iurisdictio Ecclesiastica in his, quæ sunt mixti fori dignior videatur, vt ait *Mastril. in sua dec. 210. n. 7. & Giurb. cons. 70. n. 11.* Nihilominus id fallit, vbi consideraretur solùm potestas grauius, & leuius puniendi, iuxta qualitatem delicti, vt ait *Farinac. in d. suo cons. 208. n. 5. lib. 3. & in d. q. 7. n. 63.*

11 Veluti eodem modo esset dicẽdum, quando præuentio esset fraudulenta, & à reo procurata, & affectata, quia tunc ea nil operatur, & sic processus secundi Iudicis valeret, parte opponente, idem *Farinac. ibi supra n. um. 64. & Boer. dec. 161. n. 4. & decis. 289. nu 10.*

12 Contrariam tamen opinionem, & sic Episcopis bonorum confiscationẽ non competere, tenuit præcipuè *Bald. in auth. bona damnatorum n. 1. C. de præscrip. Oldr. ad cons. 17. n. 2. cum seqq.* qui in specie dicunt, Episcopum iure confiscationis carere, & propterea cõfiscationem, vel esse faciendam à fisco seculari, vel ab Ecclesia Romana, licèt Palacius *Ricius in rubr. de donat §. 39. vers. Cogitabam* declaret, id non habere locũ quoad fiscum impropriè sumptum, vt ei ille Episcodi, idemq; tenet *Bald in rubr. de priuil. fisci, & in l. 1. n. 58. C. de hæred. instit. & l. item veniunt, §. ait Senatus, vbi Bart. ff. de petit. hæredit. idem Bart. in l. 1. C. de bon. vacant. lib. 1. num. 7. & ibi addent. in litera G. & Ioann. de Plat. num. 13. Angel. in auth. vt nulli iudic. num. 28. Io. Andr. in c. irrefragabili de offic ordin. num. 18.*

auctorit. Baron. prag. 8. n. 197. & seqq. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 14. n. 1. & seqq.

20 Tertia ratio, & potissima ea esse videtur, quia hodie confiscatio non fit de iure nouissimo authenticorum, nisi in crimine læsæ Maiestatis humanæ, & Diuinæ, vt ait *Auth. bona damnatorum vbi scribentes, C. de bon. proscript.* vbi vidimus, quòd ea mediante iura antiqua correcta fuere, vt latè ait *Farinac. de delict. & pæn. q. 25. num 1. & seqq.* Item quia hodie confiscatio non fit, nisi in illis casibus, per constitutiones Apostolicas, Bannimenta, vel Statuta locorum expressis, quæ quidem Constitutiones regulariter pœnam confiscationis non irrogant, nisi in illis delictis in quibus pœna mortis venit imponenda, vt ait *Cæpb. cons. 79. num. 2. & seqq. lib. 1. Honded. cons. 95. num. 31. & seqq. & cons. 110. n. 11. lib. 1. idque probat Rosental. de feud. c. 5. concl. 60. & ibi addet.* infinitos allegant, & quam sequitur *Farinac. d. q 25. n. 7. & seqq.* & post eum *Caball. casu crim. 99. n. 19. centur. 1. & casu 137. num. 21. centur. secunda, & Guazzin. de confiscat. bonor. conclus. 13. limitat. 3. cum sequentibus, & de defens. reorum defens. 7. cap. 1. & sequentibus, & Rota decis. 575. num. 3. par. 1. recent.*

Secus autem extra casus bannimentorum, ac aliarum constitutionum, & vbi ius commune seruatur, quia tunc confiscatio bonorum nõ habet locum quando contumaces pro homicidio condemnantur, ex ea ratione, quia hodie dicta bonorum confiscatio fuit sublata, nedum quando venit in consequentiam delicti, sed etiam quando principaliter imponitur, vt ait *Rota decis. 565. num. 3. & sequ. par. tertia recent.*

Declara tamen illud, quod fuit dictum de confiscatione, in vim alicuius constitutionis fienda, non procedere, quoad bona sita extra territorium cõfiscantis; at secus, si ea sequeretur de iure communi, & tunc dicta confiscatio de iure communi sequuta non diceretur, quando quis in contumaciam condemnatur, vt fuit resolutum à *Rota in d. dec. 565. n. 2. & 3.*

Declara præterea, quòd licèt hodie nõ possint confiscari bona delinquentium, per dictam auth. bona damnatorum, *C. de bonis proscript.* id tamen non habet locum, quando bona in sententia expresse confiscata fuere, vt ait *Rota decis. 625. num. 10. in fine dicta par. tertia recentior.* & præcipuè id procedit in illis bonis, quæ ad hæredes extraneos sunt transmissibilia, vt ait *Rota in decis. 153. num. 2. dicta par. 3. recentior.*

Subdeclara tñ, q̃ si dicta bona cõfiscari cõtingat, tũc oĩa iura, tã actiuè, q̃ passiuè in fiscũ transeunt, ita vt delinquens ab omni debito, & obligatione liberatus censeatur, etiam, si postea fuerit in gratiam restitutus, siue ad pinguiorem fortunam deueniret, absquè quòd illi fuissent restituta dicta bona, & tunc an creditores debeant satisfieri in bonis, vbi est facta confiscatio, siue in illis extra territorium confiscantis existentibus, ait *Rota in dicta decis. 565. num. 1. & 5. par. 3. recentior.* vbi concludit, quod creditor possit agere cõtra bona in ditione confiscantis existentia, & in subsidium contra alia aliunde existentia, & maximè, si creditores, ex aliquo statuto exigere impedirentur in loco commissi delicti, quia tunc in alijs sibi satisfieri deberent.

Extende, quòd etiam fideiussores liberantur, quando bona debitoris ad fiscum deuoluuntur, si tamen ad reliquatum non solutæ quantitatis non se obligassent, vt ait *Rota dec. 74. n. 2. par. 3. recent.*

21 Redeundo modo ad illud, quòd paulò ante dicebamus circa confiscationes, quæ de consuetudine Episcopis cõpetere possunt, animaduertendũ tñ erit, q̃ Episcopus, & Archiepiscopus in grauioribus, siue grauissimis delictis pœnam mortis, & sic illis condignam, ex defectu iurisdictionis non imponũt licèt delicta illa sint mixti fori, vt ait *text. in cap. filius, §. pro hoc quoque de pœnis lib. 6. Gomez. de delict. cap. 1. post num. 40. versic 4. conclusio, Farinac. de inquisit. quæst. 4. num. 10. & sequentibus.*

22 Sequitur igitur, quòd Episcopus, & Archiepiscopus non possint hũ

iuſmodi conſtitutionibus, ſtatutis, & bannimentis vti pro pœna capitali imponenda; cum ipſi ſententiam ſanguinis proferre non valeant, vt ait *text. in cap. Sententiam ſanguinis ne Cler. vel Monachi, vbi gloſ. Io. Andr. Hoſtienſ.* & communiter Canoniſtæ, & *Barboſa in collectanea num. 2. Felin. in cap. cum non ob hominem num. 8. de iud. & appoſtill. ad eundem in cap. 2. in verbo pœnam ex. de calumn. Innoc. in c. qualiter, & quando il 2. num. 6. & ſeqq. de accuſat. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. quaſt. 159. Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 19 num. 12. & in prima par. fragment. in verbo Clericus num. 369. & ſeqq. & Guazzin. defenſ. 33. cap. 7. num. 2. & ſeqq. par. 2. de defenſ. reor.*

23 Et ſic igitur iure, ac meritò, ſi illæ pœnæ, & confiſcationes ex conſtitutionibus, & edictis à ſupremo Principe prouenientes, ad illius fiſcum, non autem ad eos inferiorum ſpectent, vt ait *Menoch conſ. 604. num. 28. & ſeq. vſque ad finem lib. 7. Panciról. conſ. 605 num. 14. & ſeqq. inter conſil. eiuſdem Menochij, Surd. conſ. 152. num. 16. cum alijs allegatis vltimo loco à Rota in vna Romana confiſcationis 14. Iunij 1624. coram Merlino.*

24 Et ratio rationis prædictorum ea potiſſimum eſſe videtur, quia Archiepiſcopus, & iudices Eccleſiaſtici debẽt iure Canonico, & non eo Ciuili, & ſic illis bannimentis, & conſtitutionibus Principum ius Canonicum alterantibus vti, vt ait *text. in cap. quod Clericis, vbi Butrius num. 4. Aret. num. 10. & ſeq. de foro compet. cap. 1. extra de conſtit. vbi Abbas num. 3. Bero num. 28. & ſeq. Hoſt. num 10. & alij communiter, Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 149. & ſeq. de conſtit. & in cap. ſi duobus num. 14. de appellat. & ibi Abbas num 6. Franch. in S. denique num. 2. & ſeq. clarè ait Aretin. conſil. 45. nu. 2. verſic. Sed tamen, Contard. in l. vnica limit. 4. num. 3. & ſeqq. C. de moment. poſſeſſ. Marta de iuriſdictione par. 4. cenſur. 2. caſu 156. num. 4. & ſeqq.*

25 Extende prædicta omnia de hac ſecunda opinione loquentia, procedere quoque, etiamſi Archiepiſcopus allegaret, ſe eſſe in poſſeſſione ſimiles ſententias, cum effectu confiſcationis omnium bonorum ferendi, & præſertim quando de eorum effectu, non niſi per aſſeuerantiam Notarij appareret, quia tunc illi non eſt credendum ſi atteſtetur ſententias illas fuiſſe executioni demandatas, vt ait *Rota deciſ. 687. n. 1. verſic. Niſi ex fide notarij par. 1. in recentior.*

26 Et ratio eſt, quia notarius nedum illud non probaret, tanquam quid de præterito factum, vt ait *Afflict. deciſ. 317. num. 4. Aegid deciſ. 61. num. 5. Put. deciſ. 65. num. 2. lib. 1. Rota deciſ. 285. num. 1. par. 2. diuerſ. & in Seguntina Iuriſdictionis 27. Iunii 1584. coram Gipſio.*

27 Verum etiam, quia aſſertio notarij ſine teſtibus non probat, in præiudiciũ tertij, *Put. deciſ. 5. num. 1. lib. 3. Rota dec. 15. p. 3 lib. 1. diu. Oſaſ. dec. 170. n. 6.* At ſecus, ſi adeſſent teſtes, vt fuit dictũ *à Rota in Marſicana Cappellæ 21. Iunij 1613. coram Pirouano*, & veluti latè dicã *in concluſ. 155. num. 100. cum ſequentibus.*

28 Et ſic in hoc ſequeretur illa concluſio, quòd ſcilicet ſententiæ non effectuatæ non ſunt conſiderabiles in iure, vt ait *Aym. conſ 10. num. 5. Gozad. conſ. 23. num. 9. Ceph. conſ. 96. num 18. lib. 1. & Rota dec. 687. num. 1. & 4. par. 1. in recent.*

29 Subextende primò, quòd immò, neque illa effectuatio, etiam probata ſuffragaretur aduerſus Curiam ſæcularẽ, ſi illius ſcientia, & patientia quoque non concurreret, vt ait *Ripa in cap. Eccleſia num. 64. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Put. deciſ. 273. num. 2. lib. 2.* & ita fuit quoque dictum *à Rota in vna Bonon. exemptionis 4. Decembris 1617. coram Buratto, & alias ſæpè.*

30 Et ratio iſtius ſubextenſionis eſt, quia, vbi agitur de iure alicuius amittẽdo ſcientia certa, & indubitata eſt neceſſaria omnium, & quarumcumque qualitatum, & circumſtantiarum, aliàs ſecus, vt ait *Rota per Greg deciſ. 336. n. 12. cum ibi allegatis.*

31 Subextende ſecundò, prædicta procedere, etiamſi conſtaret de effectuatione illarum ſententiarum, ſed diuerſimodè, vtputa, ſi per Iudicem ſæcula-

cularem reperiretur quoque sententiatum in vna causa, quia tunc intraret regula illa, quòd ex actibus turbidis, & vario modo seruatis obseruantia non est inducenda, sed ea obtineri debet in contradictorio iudicio, vt locum habeat, vt ait *Mastril. decis. 265. num. 10. par. 3. idem ait Bart in l. 2. num. 22. ff. solut. matrim. Rota per Gregor. decis. 162.* vbi addens concordantes refert *Seraph. decis. 381. num. 3. Rota decis. 112. num. 5. & est decis. 497. num. 2. par. 2. in recentior. Card. Tusc. conclus. 805. in verbo Consuetudo, Gratian. lib. 1. discept. cap. 113. num 67. Rota decis. 65. num. 13. par. 1. recentior. & prius in Parmen. Status 14. Martij 1580. corā Robusterio, & in Lunen. Sarzanen. Cappellæ Veneris 1. Martij 1602. coram Card. Sacrato.*

32 Subextende tertiò prædicta eò magis procedere, quando casus secuti super vniuersali cōfiscatione, fuissent per Archiepiscopum, vel eius Curiam clandestinè, & in abscondito facti, ita vt ad notitiam Principis, vel Curiæ sæcularis deueniri nō potuerint, quia tūc talis obseruantia non suffragatur, nisi fuerit in contradictorio iudicio altercata, & obtenta, & nisi interuenerit tempus aptum ad præscribendum, vt benè ait *Suarez de legibus, l. 7. cap. 10. num. 9. & cap. 11 & 15. per totum, Menoch. consil. 187. num. 57. & seq. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 427. in fine, latè Card. Tusc. concl. 798. n. 3. in verbo Consuetudo, Rota decisio. 255. n. 4. p. 1. in rec. Viu. commun. opin. 162. p. 1. in nouis, & 160. in antiq. Cardin. Seraph. decis. 153. ferè in fine, & Gratian. lib. 1. discept. cap. 752. num. 85.*

33 Et licèt *Rota in vna Catanien. pensionis 4. Iunij 1585.* dicat non importare, si obseruantia nōn sit præscripta, dummodo doceatur, per aliquos actus vniformes aliquando ita fuisse obseruatum, & ad id corroborādum alleget *Alexand. consil. 8. num. 7. lib. 6. & Bero consil. 137. num. 3. lib. 3.* Nihilominus id non procedit in obseruantia interpretatiua contra dispositionem, quia si ea non est præscripta, cum illis requisitis superius enunciatis, vtique suffragari non posset, vt ait *Put. dec. 15. n. 4. libro tertio.*

34 Subextende præterea prædicta, eo fortius procedere in consuetudine, quæ esset irrationabilis, aut talis, cui lex à principio resisteret, quia tunc ea non esset attendenda, vt in his terminis ait *text. in cap. fin. vbi gloss.* & communiter Canonistæ *de consuetud. & c. 1. de constit. in 6. Bart. in l. de quibus nu. 4. & ibi alij scribentes, ff. de legibus, quos allegat, & sequitur Viu. commun. opin. 128. & Suarez. d. lib. 7. c. 7. & Rot. in Hispalen. voti, Lunæ 28. April. 1597 coram Gipsio.*

Secus autem, quando esset rationabilis, siue quando esset confirmata non à Iudicibus, ad ius reddendum electis, qui non possunt leges iuri contrarias condere, sed à superiore legis condendæ auctoritatem habēte, vt ait *Ludouic. decis. Perus. 96. num. 7. & 8. par. 2. Rota decis. 793. num. 2. par. 1. diuersorum, & in Aretina Spolij 9. Iunij 1604. coram Coccino Decano, & Gratian. lib. 4. discept. cap. 752. num. 85. & sequenti*, vbi ait, quòd tunc rationabilis consuetudo dicitur, quando probatur per tot, & tales actus, qui potuerint deuenire ad notitiam populi, vel maioris partis illius, itaut dici posset cō stare de eius tacito consensu, per quem sit iuri derogatum, idem quoque ait *Rota per Buratt. decis. 3. & ibi in addit. num. 14.* Irrationabilis autem consuetudo ea dicitur, quæ tendit contra verba, aut mentem, vel rationem legis; veluti dicam *in conclusione 166. nu. 59. & prius concl. 148. n. 347.*

35 Quapropter pro concordantia, & resolutione præsentis quæstionis, & articuli, ego tali modo distinguendo dicerem, quòd scilicet prima opinio ad fauorem Episcopi, & Archiepiscopi procedat solum, quoad bona sæcularia Clerici, cum ille verè eius subditus dicatur, non autem quoad illa sæcularis, cum tunc ille propriè subditus non dicatur, sed solum impropriè ratione admixtionis, & concomitantiæ delinquendo cum Clerico, & quod propterea non possit contra ipsum per Episcopum ad confiscationem bonorum stabilium, quæ territorio inhærent deueniri, sed solum illum in bonis mobilibus

libus, & pecunijs, quæ personę inhęrent, punire, & condemnare, iuxta distinctionem, quam facit etiam *Peregr. de iure fisci lib. 1. tit. 2. num. 109. & seqq. & lib. 5. tit. 1. de public. bonor. n. 141. idem ait Farinac. de hæresi quæst. 90. §. 11. num. 155. & seqq ubi infinitos allegat Guazzin. defens. 11. cap. 1. n. 14. in fine, idem de confisc. bonor. concl. 13. ampliat. 14. num. 1.*

36 Secunda verò opinio ad fauorem fisci sęcularis procedere debet, tam in condemnatione pœnæ pecuniariæ, quàm etiam in ea vniuersali omnium bonorum, nedum mobilium, quæ inhęrent personæ; verum etiam, & immobilium, vti territorio inhærentium, veluti ex pluribus rationibus superius adductis, satis abundè probauimus; addendo præterea, quòd veluti Episcopi debent semper quærere lucrum suarum animarum, & non terrenam substantiam diligere, cum incomparabiliter longè sit melior anima terrena substantia, quàm exterius possidemus; Idcircò illi curare non debent rigorem vniuersalis confiscationis, sed potius illum Curiæ sęculari relinquere, & cōdonare, Aliàs non Pastor, sed mercenarius vocatur Episcopus, qui non pro amore intimo oues Dominicas, sed ad temporales mercedes pascit, vt postea temporalibus lucris ille pascatur, & sic de anno 1629. fuit canonizata opinio contra Archiepiscopum Ciuitatis Firmi, ad fauorē Eminentiss. eiusdem Ciuitatis Gubernatoris in eminēti Tribunali Sacræ Consultæ, vbi prædicta conclusio fuit acerrimè disputata, & ad partes discussa, & meritò quidem fuit prædicto modo capta illa resolutio, ad fauorē iudicis sęcularis, quia si delinquens, qui esset reus mortis nō potest ab Episcopo cōdigne puniri, nō ob id euitaret tñ, quin postea posset à iudice sęculari sua vera, & condigna pœna affici, vt ex prędictis iuribus satis abundè fuit demonstratum, & veluti diffusè tradit *Farin. in sua praxi crim. q. 4. n. 7. cum seqq.* & ibi multos casus distinguit *par. 1.* & pro hoc facit *decis. Vincent. de Franch. 571. per tot. & præsertim sub num. 6.*

ARGVMENTVM.

DE OFFICIO, AC DIGNItate Archipresbyteri.

CONCLVS. CXL.

1 ARCHIPRESBYTERATVS nota, quòd est dignitas, & Presbyterorū Decanus appellatur; & ideo illud nomen sonat in dignitatem, magnum officium, & iurisdictionem, vt fuit dictum *in Lucana beneficiorum 4. Nouembris 1579. coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 420. num. 2. & decis. 683. num. 2. par. 3. recent. & Rota dec. 326. num. 1. par. 2. diuersorum*, & fuit dictum in alia *Burgen. Iuris præsidendi, Ven. 11. Apr. 1614. coram Card. Pamphilio, quæ est in 2. par. recent. decis. 533 num. 5.*

2 Et propterea hinc infertur, quòd Archipresbyteratus non cadit sub gratia, nisi exprimatur, quòd sit prima dignitas in collegiata; alias si talis non esset, sub gratia veniret, vt ait *Rota decis. vnica num. 1. & 2. de offic. Archipresbyt. in antiq. & d. decis. 683. nu. 2. par. 3. recent.*

Et nota, quòd ad hoc, vt ista dignitas cōpræhendatur sub Regula tertia Cancellariæ, opus est de collegialitate constare, & in hoc erit pręcipue attendendus vltimus status, vt scilicet vltimò defunctus fuerit à Sede Apostolica, vti de tali dignitate prouisus, cum ad distinguendam pertinentiam collationis beneficij vltimus status sit attendendus, nisi constet de anteriori con trario per quadraginta annos, vt ait *Rota decis. 154. num. 3. & 4. par. 1. recentior. & est text in c. cum de beneficio de præb. in 6. Seraph decis. 1227. num. 3. & decis. 91. num. 1. & decis. 3-8. num 4. par. 1. recentior. & in Placentina Archipresbyteratus, Veneris 17. Martij 1623. coram Pirouano, & vltimo loco in Cremen. Archipresbyteratus 20. Iunij 1633. coram Pancirol.*

Præterea collegialitas sufficienter probata censetur, si per longissimum tēpus, & per plures vices collationes

Cano-

Canonicatuum emanassent, & Canonici capitulariter congregati assignauerint prouisis stalum in choro, & locum in Capitulo, quæ vtique fieri nõ possent absque collegiali nomine, vt ait *Innoc. in cap. postulasti in princ. de iurepatr. Rota decis. 584. num. 2. par. 4. diuers. & per Gregor. dec. 482. num. 4. & in Cremonen. Præpositura 24. Maij 1621. coram Remboldo, & in illa Placentina Archipresbyteratus coram Pirouano, & denique in Cremen Archipresbyteratus 20. Iun. 1633. corã Pancirolo.*

Extende eò magis collegialitatem probari, ad prædictum effectum, quando in collationibus expressis verbis diceretur, quòd hæc dignitas principalis existit, & huic accederet assertio Visitatoris in Visitatione, qui diceret collationem dicti Archipresbyteratus ad summum Pontificem spectare, cui valde est deferendum, vt ait *Cassad. decis. 3. de caus. poss. & prop. Seraph. dec. 1026. num. 3. & Gregor. XV. dec. 482. num. 6. & Rota in dicta* Placentina *coram Pirouano.*

Subextende prædicta quoque procedere, etiam si reperirentur aliæ visitationes, in quibus mẽtio nõ fieret de qualitate istius dignitatis, & ꝙ pari modo sæpius fuerit de eo beneficio facta prouisio per cõcursum, quæ quidẽ annuere videntur illud primam dignitatẽ non extare, quia quoad visitationes sufficit, quòd anteriori, cum ea expressione Visitatoris non contradicant, veluti neque concursus tollunt, quin magis inhærendum sit antiquis enunciatiuis, ac visitationi prædictæ, ex quibus expræsse ista primalis qualitas probatur, vltra quod ad mutationem status beneficij requiritur mutantis vo- 3 luntas potestas, ac bona fides, vt latè dixi in *conclus. 126 sub num. 11.* & veluti ait *Rota in d. Placentina Archipresbyteratus coram Pirouano.*

Item, quod ex vltimo statu dignitas probetur iuncta fama, ait *Rota per Caualerio decis. 234.* sed prius *in decis. 198 eodem num. 1.* ait quòd possessio digni- 4 tatis est capienda in proprio sede, aliàs non suffragaretur, sed si benè sit capta prodest quoque successori, idem *Caualer. decis. 655. num. 9.* licèt secus est in his, quæ medio tempore aliis acquisita fuere, idem *decis. 589. num. 5. & 6.*

Rursus subextende prædicta procedere, etiam, si Episcopus visus fuisset velle in visitatione statum collegialitatis destruere, ibi declarando Ecclesiam illam non esse collegiatam, sed simplicem parochialem, quia vltra quod nõ potest Episcopus statum Ecclesiæ mutare, & sic de collegiata facere non collegiatam, & præsertim, quando illud decretum non habuit effectum, sed immo potius fuit de co prouisum à Sede Apostolica, vti de prima dignitare in collegiata habitu, & non actu, quod quidem licèt non mutet statum, cum Papa, iuxta natutam beneficij, conferre præsumatur; nihilominus negari non potest, quin saltem deseruiat pro declaratione, vt ait *Rota per Gregor. decis. 77. num. 9. & decis. 482 num. 1.*

Deinde animaduertendum est, quòd tribus modis dissoluitur collegialitas, vt dicunt *Doctores in cap. dilecta de excess. prælat.* & primò volentibus collegialibus, secundò, illis etiam inuitis, ex facto superioris; tertiò, per mortem omnium, nã alio modo extingui non potest: imò eã extare semper dicitur saltem habitu, quoties spes vigeat, vt reuiuiscat de nouo, per reuersionem absentium, qui recesserunt, siue quòd alij accedant, in locum defunctorum, vt dicitur de Ecclesia habitu parrochiali; imò etiam per vnum conseruatur collegialitas, vt dicunt multi Doctores allegati in illa *Cremen. Archipresbyteratus Lunæ 20. Iunij 1633. coram Pancirolo, & Grat. lib. 2. discep. cap. 291. num. 46.*

Quibus ergo sic firmatis, hic etiã prę- 3 rerea notandũ, ꝙ ista dignitas tribus modis esse potest, & primò ab electione, & tunc sine dote constitui non potest; secundo, ex consuetudine; tertiò, ex præscriptione, vt ait *Rota per Cardin. Seraphin. in decis. 437. num. 8. in fine.*

4 Extende primò, quòd ista dignitas est maior Cantore, atque eò eminentior, vt fuit decisum *à Rota in Horta. na Archipresbyteratus 5. Maij 1600. corã Pacen. & per Greg. in dec. 482. n. 2.*

Subex-

5 Subextende eò magis procedere, quando generaliter homines loci existimarent, eam esse maiorem, quia per publicam vocem, & famam, & præfert im, ex consuetudine probatur Dignitas, & illius eminentia, vt latè dixi in verbo Archidiaconus, & it... quoque fuit dictum in istis terminis in *Acheruntina Archipresbyteratus Lunæ 8. Nouembris 1610. coram Ludouico, postea Gregorio XV. quæ est in 2. par. recent. decis. 315. num. 2. & in eius impressis decis. 482. num. 2. & 3. & per Caualer. dec. 234. num. 1.* Et quòd vna dignitas dicatur eminentior, nisi constet de altera, *ait idem Gregor. in dicta dec. 482. nu. 1 & 2.*

6 Extende secundò, quòd Archipræsbyter potest habere vocem in Capitulo, quia in eo continetur, vt ait *Put. dec. 325. num. 2. lib. 2. & Felin. cap. cum M. Ferr. de constit. col. 12. vers. in eadem glos. circa finem.*

7 Contrarium licèt habeatur ibidē in additionibus.

8 Sed tenendo primam opinionem, declara eam procedere, nedum ratione præbendæ, sed etiam ratione dignitatis, vt fuit dictum *in dicta Lucana beneficiorum Veneris 18. Decembris. 1579. coram* Card. *Seraphino, quæ est in eius impressis dec. 437. num. 8.*

9 Et ad dignoscendam differentiam, quando præbenda sit Archipresbyteralis, non autem Canonicalis, ex eo elicitur potissimum, quia Archipræsbyteratus habet multas qualitates, quas non habet Canonicatus, & primo ille non optatur, sicut aliæ, quæ optantur, & si esset talis, saltem optio daretur, inter ipsas dignitates. Secundò Archipresbyter sedet in suo loco particulari, non autem secundū antiquitatem, quod enim facere deberet, si vti Canonicus Capitulo interesset, vt ait *Rota in dicta Lucana beneficiorum num. 2. coram Cardinali Seraphino.*

10 Extende tertiò, quòd etiam Archipresbyteri rurales præferuntur Vicarijs Parrochialium, & earum Clero, vt est Archipresbyter de Medina del Campo, vt ait *Put. decis. 368. lib. 2.* Et ratio est, quia Archipresbyteratus de Iure communi in dignitatem sonat, *vt ait Rota dec. 9. de præbend. in nouis. & decis. 326. par. 2. diuersor. quæ est coram Card. Lancellotto Seniore, & coram eodem in alia Pamplonen. decimarum 10. Maij 1577. in manuscript. Put dec. 89. lib. 3.*

11 Quòd secus est in Vicario, cum Vicariatus non sit propriè dignitas, quia natura dignitatis Ecclesiasticæ est, vt sit perpetua. *præcepta, c. pastoralis 7. q. dist. 55. & prima.* Quod non succedit in Vicario, qui non est perpetuus, sed ad nutum Episcopi amouibilis, & per obitum expirat, vt ait *Grat. lib. 1. discept. cap. 106. num. 21. & sequen.*

12 Licèt hæc regula fallat in Domino meo Archangelo Albertino nostræ Ciuitatis dignissimo Vicario, qui, ob eius virtutes, ac singularem pietatem in Clerum, & modestiam in Concives, necnon, ob ingentem, qua in officio vsus est diligentiam, ac in Episcopum fidelitatem, istud munus Vicariatus ferè per 60. annos mirificè exercuit.

Rursus extende illud, quod fuit dictum de dignitate Ecclesiastica, quæ sit perpetua, procedere ēt in dignitate tēporali, veluti Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & similibus, quæ cum semel fiat collatæ, adeò semper ossibus inhærent, vt ab eis euelli non possint, & ideò licèt etiā amittantur, siue alienentur; nihilominus illis semper eadem reuerentia adhibenda venit, & sic titulares vocantur, in signum bonæ memoriæ defunctæ dignitatis, & ideo beneficiū, per eam quæsitum durat, etiam deficiente dignitate, quantum ad illius exercitium, vt dicūt Doctores allegati *à Gratiano lib. 5. discept. cap. 834. nu. 28. & seqq.* Sed vide, quæ in hac materia dixi *in Conclus. 73. nu. 29.*

13 Declara tamen primò dictam extensionem procedere, si vicarius non esset circa officium sui exercitij, vt est in funeralibus, sed circa actus cultum Diuinum concernentes, vt sunt processiones, locus in Choro, & similia; nam in exercitio proprij officij, Vicarius esset præferendus, *vt ait Rota dicta dec. 326. par. 2. diuers.*

Decla-

14 Declara secundò, eam non procedere si loquamur de præcedentia in propriis Ecclesijs Rectorum, & ratio est, quia Rector in sua particulari Ecclesia dicitur Prelatus, Imperator, & Rex, & omnes Capitulares præcedit illius Collegiatæ, & vices Apostolorum gerit, *vt dicunt Doctores allegati in consilio D. Theodosij de Rubeis, quod est inter discept. Grattani lib. 2. cap. 298. num. 89. & facit Rota in Pampilonen. Preheminentiarum 22. Martij 1604. coram Litta.*

15 Extende quartò, quòd à Sacra Cõgregatione Concilij Tridentini fuit declaratum esse simplex beneficium Archipresbyteratum, quando tamen habeat aliquam iurisdictionem, & in eo cura non sit necessaria, *vt fuit dictum in Conchen. Archipresbyteratus 28. Ian. 1594. coram Penia.* At secus quando habet iurisdictionem, quia tũc dicitur dignitas, *vt ait Card. Caualer. decis. 649. num 7.*

16 Sed ad id notandum erit, quòd impetrans à Papa Archipresbyteratum, siue Archidiaconatum, tenetur mentionem facere, si sit cum cura, vel sine, *vt ait Rota decis. 202. in antiq. incipien. Rota quod.*

17 Et ratio est, quia Archipresbyteratus, cum beneficio curato, sunt inuicẽ incompatibilia, *vt ait Io. Paul. Tholom. in sua dec. 814. lib. 3. volum. 3. Rota Romana.*

Veluti eodem modo dicitur, quando aliqua vnio beneficiorum fieret, quia tunc si non exprimeretur, quòd beneficium esset dignitas, tunc vnio diceretur subreptitia, *vt ait Rota per Gregor. decis. 450. num. 7. & in addit. num. 12.* Et propterea non facta mentiune, quòd beneficiũ vnitũ erat Prioratus, siue Archipresbyteratus in Collegiata, ex defectu subreptionis non sustineretur vnio, *vt ait Rota ibi supra num. 5.*

18 Extende quintò, quòd Archipresbyter licèt sit minor Archidiacono in administratione, secus tamen est ratione Diuinorum, quia tunc maior eo dicitur, *Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 298. num. 35. & latè Azor. in pracit. loco, vers. Secundo quæritur.*

19 Extende sextò, idem procedere in Decano, qui in absentiam Archipresbyteri, in eius locum succedit, & sic illius iure vtitur, *vt fuit dictum à Rota in dicta decis. 535. num. 5. & 6. par. 2. recentior. & dixi supra in concl. 137 num. 53.*

20 Declara tamẽ primò, quòd cũ Archipresbyteratus sit dignitas, etiam quòd non habeat præbendam ob id est incõpatibilis cum Canonicatu, sub eodem tecto, sine dispensatione, *vt fuit dictũ in Lucana beneficiorum 4. Nouemb. 1579. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 420. num. 2.*

21 Et propterea ad id notandum erit, quòd dispensatio de retinendo Archipresbyteratum cum Canonicatu, non facta mentione de illius præbenda, dicitur subreptitia, si præbendæ sint incompatibiles, *vt ait Card. Seraph. ibi supra num. primo, & sequentib. cum ibi allegatis.*

22 Sed est benè verum, quòd dispensatio sustinetur, si fuerit apposita illa clausula (Etiam quòd sit beneficiatus) nam licèt regulariter clausulę non soleant dispensationem operari; nihilominus reperiuntur quædam, quæ, nec validant, nec ampliant, sed inter eas, quæ validant, & ampliant, ea est (Etiã quòd sit beneficiatus) *vt ait Rota per Card. Seraphinum d. decis. 420. nu. 4. & 5.*

Vnde videmus in simili, quòd si quis obtinuerit à Papa Archipresbyteratũ sub ea narratiua, quòd Ecclesia erat saltem habitu collegiata, & Papa nihilominus concesserit gratiam, tunc, aut est dicendum, eam sub regula tertia Cancellariæ comprehendi, veluti ex veriori comprehenditur, de qua per *Decian. consil. 6. num. 10. volum. 2.* siue quòd Papa controuersiã determinauerit, *vt fuit dictũ in Rom. Beneficiatus sancti Petri 8. Aprilis 1612. coram Pirouano, & in alia Placentina Archipresbyteratus Veneris 17. Martij 1613 coram eodem,* & ibi docetur, quomodo collegialitas probetur.

23 Declara secundò, quòd Archipresbyter non habeat iurisdictionem in Parochianos fori contentiosi, sed tantũ pœnitentialis, *vt fuit dictum in Maceraten.*

ceraten. officij Archipresbyteratus Veneris 11. Decembris 1598. coram Litta, quæ est decis. 129. num. secundo. inter criminal. Farinae. Sed in hoc videndus est *Speculat. de iurisdict. omnium Iudicum, in versic. Secundum est, alleg. in addit. ad decis. vnic. de offic. Archipresb. in antiq.*

24 Declara tertiò, quòd ille, nec vllam Iurisdictionem habeat in suo Archipresbyteratu, sed omnia debet referre Episcopo, nec aliquid contra eius decreta ordinare potest, *vt ait Rota ibi supra.*

25 Declara quartò, quòd neque possit inobedientes coercere, eisque pœnam iungere, sed omnia debet Episcopo denunciare ad effectum, vt contra eos procedere possit, prout sibi benè visum videbitur, *vt ait Rota ibi supra.*

26 Secus verò, quando essemus in minimis, & in his, quæ sine figura Iudicij possunt expediri, quia tunc Archipresbyter ea ex se determinare potest, veluti potest Clericos admonere, vt munera eis iungenda præstent, & facienda suis loco, & tempore faciant, ex ea ratione, quia nunquam solet dari vlla iurisdictio, saltē sine aliqua modica coerctione ex vulgatis, & ex *l. fi. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & similibus*, & in euentum inobedientię tunc potest omnia Episcopo referre, vt contra eosdem procedere possit, *Rota ibidem. nu. 4. & 5.*

27 Extende, quòd pari modo possit iurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta amicabiliter componere, & admonere seminantes discordias in Choro, vel in Sacrario, vt à prædictis desistant, sed non per viam iuris, cum non habeat Iurisdictionem fori contentiosi, vt superius dixi, & veluti ait *Rota ibi supra.*

28 Extende præterea, quòd pari modo possit Archipresbyter sumere informationes extraiudicialiter, sed non in figura Iudicij, & sine testium receptione, super matrimonijs à forensibus, & illas postea susceptas Ordinario transmittere iuxta declarationem *Sacr. Concil. Tridentin. cap. 7. sess. 24. de reformat. matrim. de qua testatur Rota ibi supra coram Litta.*

29 Declara quintò, quòd Archipresbyter non potest solus habere administrationem bonorum Ecclesiæ in Collegiatam, per Papam erectę quæ prius erat regularis, sed vna cum Capitulo ea administrare tenetur, *cap. nouit. & cap. quanto debuit, quæ fuit à Præl. Cas. de Graf. dec. 4. eodem titulo, Rota decis. 16. & decis. 193. par. 1. recent. Seraph. dec. 339. nu. 1. Mantic. dec. 207. nu. 4. Caualer. dec. 57. nu 2. & in Gerunden. administrationis Lunæ 13. Maij 1630 coram Verospio.*

ARGVMENTVM

DE PRIVILEGIIS ARCHIuiorum, & facultatibus Archiuistarum.

CONCLVSIO CXXXXI.

ARCHIVIVM, nota, quòd nihil aliud est, nisi locus publicus, & Sacrarium, vbi scripturæ publicæ Ciuitatum, & locorum reponuntur, & conseruantur, & illud ab Arca venit dictum, quia in eo, tanquam in Arca scripturæ publicæ ad certitudinem reponuntur, *vt ait Rota dec. 384. num. 3. lib. 3. text. est in l. moris §. non nunquam, ff. de pœnis § 1. & ibi glos. in Auth. de deferens Ciuit. Alber. in suo dictionario in verbo Archiuium.*

2 Et quando illud habet requisita Archiuij, de quibus per *Felin. in cap. ad audientiam num. 11. de præscrip. Dec. Pedemont. 69. num 7. & 8.* Quorum primum est, vt illi præponatur publicus officialis, secundum, quòd scriptura sit inter publicas reposita, tertium quòd ex consuetudine fidem faciat, tunc dat robur scripturæ, quæ testibus careat, & alios defectus patiatur, vt inferius dicemus, & veluti *ait Gemin. conf. 82. num. 6. Franc. Marc. dec. 798. par. 1. Soccin. conf. 148. vers. 2. lib. 1. Roman. consil. 165. Gabr. de prob. conclus. 5. lib. 1.* vbi multa in hac materia reperies, & ita quoq. fuit dictum *in vna Cæsaraugustana Cappella.*

pellania 29. Aprilis 1579. coram Card. Blanchetto, & in Romana, seu Tiburtina Castrorum Mercurij 4. Iulij. 1607. coram Card. Marcomontio, qua est dec. 135. num. 8. par 1. recent. Io. Andreas ad specul. & cęteri DD. allegati à Gratiano lib. 4. discept. cap. 736. num. 35. & Borgni. decis. 45. nu. 95. par. 1. Put. dec. 323. lib. 1. & Rota in Signina feudi 28, Nouembris 1616. & 15. Iunij 1617. coram D. Andrea, quam allegat d. Grat. in discept. Forens. cap. 582. & cap. 736. nu. 35. & in alia Conchen. decimarum de Campillo 17. Maij 1619. coram Manzanedo, & in Sorana beneficij 8. Martij 1627. coram Merlino, & in Veronen. Iurium Parrochialium 25. Iunij 1619. coram Card. Virili.

3 Sed inter cętera, nota, quòd requiritur, vt publicus officialis, nedum ei præsit, sed etiam de illius deputationis legalitate constet, *vt ait Rota ibi corã Card. Marcomontio, & Gratian lib. 3. discept. cap. 582. num. 8. & veluti fuit dictum in praallegatis decisionibus.*

4 Extende, quòd neque isto casu illi sit credendum si attestetur se accessisse ad publicum Archiuium alicuius loci, tanquam deponenti de his, quæ ad illius exercitium non spectant, *vt ait Put. dec. 384. lib. 3. & prius dec. 445. num. 4. lib. 2.*

5 Contrarium licèt de stylo hodie seruetur, veluti quando Notarius extrahendo scripturam de Archiuio diceret se Archiuistam, cui credendum erit, si de eius deputatione attestetur, veluti datur quoque fides nuncio referenti se citasse aliquem de ordine iudicis; & quando contrarium tenentes reperieris, dicas illud de iure, non autem de stylo valere, ad tradita per *Caputaq. dec. 245. num. 1. & 2. lib. 2. Rota dec. 145. num. 3. decis. 301. num. 2. eadem par. secunda, & in prima est decis. 461. num. 14. & dec. 699. num. 3. & prius decis. 135. num. 8.*

Secus autem, si Nuncius non assereret se vnum citasse, & de citatione facta dubitaretur, quia tunc aliquem non fuisse citatum, probaretur eo ipso, quòd ea in processu non reperiretur, *vt ait Rota dec. 167. num. 42. par. 1. recent.*

6 Declara tamen, quòd ei non credatur super eo, quòd scriptura sit de eius manu scripta, & propterea ad id probandum erit necessaria sufficiens recognitio, *vt ait Rot. d. dec. 145. n. 30. p. 2. in recen.* & ea quandocunq; fieri potest *ait Cardin. Seraphinus, decis. 1407. num. 3. & Rota in Ferrarien. prætensa falsitatis Luna 10. Iunij 1624. coram Remboldo.*

7 Extende prædicta tantò magis procederet, quando dicta recognitio fuisset à statuto ordinata, vt est in Vrbe, vbi statutum mandat, quòd inter cætera requisita sit necessaria scripturę recognitio, *vt ait Rot. per Greg. dec. 389. n. 4. & & Gratian. lib. 3. discept. cap. 582. num. 3.*

8 Vndè hic notandum igitur erit, quòd cum ea consuetudo de tradenda fide illius scripturis in Archiuio repertis, sit prorsus iuri cõmuni contraria, Idcirco ea nõ valet, nisi sit spatio triginta annorum præscripta, & eò casu potiùs pręscriptio, quàm consuetudo, diceretur *vt ait Gratian. ibi supra,* vbi de veriori opinione testatur *nu. 43.*

9 Declara præterea huiusmodi consuetudinem solùm habere locum inter subditos, & dummodo ea probetur, *vt ait Put. dec. 441. nu. 2. lib. 2. & Rot. dec. 271. n. 6. par. 1. recen. & Gratian. d. cap. 582. lib. 3. n. 9.* & ibi docet, quomodo ista cõsuetudo sit probanda, *& vide d. dec. Put. 441. n. 2.* iuxta nouam impressionem.

10 Et ratio est, quia scriptura extracta ex Archiuio, etiam requisita habente, probat solùm in territorio, non autem extra illud, *Franc. Marc. dec. 439. num. 4. par. 1. & dec. 334. nu. 2. par. 2.* & ita fuit dictum *in Mediolanen. Parrochialis, siue pratensa falsitatis Instrumentis 15. Febr. 1599. coram Litta. Seraph. decis. 320. Verall. decis. 42. par. 1. & dec. 3. n. 10. p. 2.* & viden. est *Sess. Rot. Arag. decis. 2.* vbi quinque modis hanc regulam subdeclarat, *Gratian. lib 5. discep. cap. 859. num. 28. Card. Seraph. decis. 642. num. 1. & Rota in Firmana hæreditatis 31. Maij 1624. coram Pirouano, & in Veronen. Iurium Parrochialium 28. Iunij 1626. coram Card. Virili.*

11 Licet id non procedat, quando lis esset inter subditos Archiuio, quia tũc illud probat, etiam extra territorium inter eos, *vt ait Rota per Coccin. in dec. 128. num. 2. & dec. 450. nu. 3. & prius dec. 36. num.* 11. Et præsertim, quando scripturæ essent antiquissimæ, *vt ait Seß. decis. Aragon. 21. nu. 6.*

12 Contrariũ tamen diceretur, quando scriptura esset informis, & non haberet subscriptionem Notarij, neque diem, neque testes, quia tunc Archiuium non præstat robur scripturæ penitus informi, *Verał. dec. 41. num. 2. & 3. par. 1.* vbi ait, quòd scripturæ requisita sunt subscriptio Notarij, & cætera necessaria in publico Instrumento; *idemq; ait Magon. decis. Floren. 81. nu. 3. & ita fuit dictum in vna Cæsaraugustana Cappellaniæ 29. Aprilis 1579. coram Cardinali Blanchetto, & in alia Tiburtina Castrorum Mercurij 4. Iulij 1607. coram Cardinali Marcomontio, quæ est decis. 135. par. prima in recen. Cardin. Seraphin. decis. 320. & decis. Pedemont. 69. num. 7. & 8. Borghin. dec. 45. nu. 95 par. 1. & ibi latè, & Rota dec. 13. num. tertio dicta parte prima in recentior. Caputaquen. decis. 104. par secunda, Peregrin. dec. 20. par. 3. & Rota dec. 1. de fide instrum. in antiq.*

13 Concordare tu tamen poteris prædictas opiniones hoc modo, videlicet, vt prima procedat, quãdo defectus nõ versatur circa substãtialia, sed in aliquibus tantùm, veluti in carentia sigilli, & subscriptionis Notarij, quibus Archiuiũ robur præstat. Secunda verò procedit, quando defectus earũ super substantialibus prorsus versaretur, veluti facere fidem de vna scriptura, quæ in Archiuio non extet, vel de vno actu, qui esset imperfectus, vt benè distinguit *Rota in dec. 349. p. 1. in recent.*

14 Et ratio istius secundæ opinionis ea est, quia Archiuiũ nũquam præstat robus scripturę non authenticę, *vt ait Put. dec. 384. n. 2. lib. 3. & Rota dec. 382. n. 2. p. 2. in rec & Iaffred. dec. 17.*

15 Tenendo autem istam secundam opinionem, extende primo eam procedere, quando scriptura fuisset apposita in Archiuio post decretam citationem, & litem motam, quia tunc ea, neque inter subditos Archiuio probaret, & ideò de eo constare debet, cùm possit esse, quòd post, non autem ante motã litem ibi fuerit reposita, *vt fuit dictum in Mediolanen. Parrochialis, siue prætensæ falsitatis instrumenti 15. Febr. 1599. coram Litta, & in alia Lucana Expensarum 24. Maij 1600. coram Penia, idẽ ait Verall. dec. 41. n. 4. p. 1. & Rota in Signina feudi 28. Nou. 1616. & 15. Iunij 1617. coram Andrea, & in Tirasonen. Parochialis de Ablitas 9. Decemb. 1616. coram eodem, & in Conchen. Decimarum 17. Maij 1619 coram Manzanedo, & in Veronen. Iurium parochialium 25. Iun. 16 9. coram Card. Virili.*

16 Secus autem, si essemus in instrumento extracto per Archiuistam, ex publico Archiuio, quod tamen fuisset in eo repositum ante motam litem, quia tunc illud probaret, ibique eo, quòd in vim compulsorialium fuisset extractum, & ille perinde id facere potest, ac si esset successor illius Notarij, *vt fuit dictum in Lucana expensarum Mercurij 24. Maij 1600. coram Penia, & Rota decis. 604. n. 5. pars 3. recentior.*

17 Imò, nec eo casu esset necessaria citatio pro illius scripturæ facienda extractione, *vt fuit dicta in vna Losa len. Præpositura 4. Maij 1596. coram Gipsio.*

18 Amplia, quòd talis extractio poterit eodem modo fieri per Notarium in officio successorem, *vt ait Rota dec. 145. num. 2 par. 2. in recentior. & per Cauallerium in eius impreß. dec. 351. num. 1.* vbi ait, quòd Archiuista, vti successor Notarij potest publicare scripturas, sine citatione, aut Iudicis decreto.

19 Et tunc ad hoc, vt ea extractio probet, opus est, vt adsit appositio manus custodis Archiuij, attestantis scripturã fuisse extractã ex Archiuio, *Caputaq. dec. 41. p. 1. & Put. dec. 384. n. 4. lib. 3.*

20 Declara rursus prædictam extensionem non afficere, quando scriptura in Archiuio reposita, lite pendente esset authentica; at secus si è conuerso, & ratio est, quia partes litigãdo possent ex robure Archiuij facere, quod vnus actus imperfectus fieret perfectus, cum tam graui præiudicio alterius partis, quæ in authentica, & legali scriptura cõtingere nõ pôt, quia siue ante, siue post illius reposi-

repositionem, semper est in forma prò banti, & propterea ad tollendas fraudes, opus est scire tempus illius repositionis in Archiuio, Verall. dec. 41 num. 4. lib. 1. & Rot. per Coccinum in suis decis. 76. n. 3. & 32 & Grat. lib 3. disc. c. 582. n. 5. & 12. & Rota in dictis decisionibus sub nu. 15. allegatis.

21 Extende secundo, eam procedere quoque, quando essemus in Archiuio non solemni, vel alicuius Cathedralis, & Monasterij, requisitis, & solemnitatibus carente, quia tūc scripturæ ex eō extractæ non probarent, vt ait Franc. Marc. dec. 295. n. 1. p. 1. & ibi docet, quæ requirantur pro earum legitima extractione, & Card. Seraph. dec. 642. n. 1. & Rota dec. 349 par. 1. in recentior.

Secus autem, quando Archiuiū alicuius Monasterij, non pro solo Monasterio, sed publicæ vtilitati fuisset erectum, ut est illud Cassinensium, vt dicunt addent. ad decis. Buratti 667. sub n. 23. & seqq. quia tunc illud robur scripturis tribueret, vt fuit dictum à Rota in Sorana Beneficij 8. Mart. 1627. corā Merlino, & veluti ita distinguendo, ait Socin. senior cons. 253. num. 6. lib. 2. Quemadmodum id etiam procederet in Archiuio ad certum Territorium, & ad certas scripturas ordinato, vt fuit benè deductum in illa Sorana Beneficij coram Merlino.

22 Et quando Archiuiam præsumatur Episcopi, siue potius Capituli, tradit Rota. decisione. 183. num. 2. par. 2. diuers.

23 Extende tertiò procedere in scriptura, quæ non sit perfecta, quia non probat, etiam quòd sit scripta manu Notarii, & alia requisita habeat, cum possit esse, quòd Notarius diem ponat & alia necessaria in scriptura, & tamen Actus ex aliquo accidenti non perficiatur, quia multa tractantur, quæ postea à partibus non concluduntur, vt ait Rot. in Romana fideicom de Veccijs coram Pirouano, quæ est dec. 628. nu. 5. par. 2. in recent.

24 Fallit primò, qū scriptura esset reperta in vno fasciculo inter alias scripturas authenticas, quia tūc probat, & notarius defunctus censetur etiam de illa, sic inter alias solemnes reperta rogatus, & quòd, vt aliæ fuerit publicata, vt ait Rot in d. Rom. de Veccijs coram Pirouan. & in alia Rom. cens. Lunæ 25. Februarij 1615. coram Cardin. Pamphilio.

25 Secus verò, quando in dicto Archiuio aliæ scripturæ non authenticę reperirentur, quia tunc auctoritas illius nō suffragatur, vel iti, quia essent in folio volanti, & absque signo notarii, vt ait Iaffre in sua dec. 17. alleg. à Ricc. in sua collect. 533. in fine, & Rot. dec 135. par. 1. in recent.

26 Fallit secundo, quando scriptura esset à Notario subscripta cum ipsius signo, & in ea adesset illa clausula (Actum, &c.) quia tunc vti perfecta plenè probaret, vt ait Rot. per Car. Seraph. dec. 902. num. 2. & dec. 18. num. 2. par. 2. in recentior. idem Seraphinus in dec. 949.

27 Fallit tertiò, si dicta scriptura reperiretur in Archiuio, cum aliis habentibus clausulam (Actum) & testes, & ad illos relationem haberet, quia tunc dicta clausula (Actum) & testes censerētur repetiti, & per cōsequens ea plenè probaret, vt ait Rota per dictum Card. Seraph. dec. 838. nu. 1.

Immò notandum est, quòd quando instrumentum, habet requisita publici instrūti, de quibus per glos. in l. generali §. seruit. C. de tabul. l. 10. & fuerit in Archiuio repertum inter alia instrumenta in protocollo descripta eiusdem notarii, tunc illud tanquam publicū, & originale probaret, etiam si non fuisset in protocollo, cum aliis instrumentis registratum, & de alia matrice non constaret, vt ait Paris. cons. 104. n. 62. & seq. lib. 1. Card. Seraph. dec. 1448. n. 1. & Rot. in dec. 250. n 4. par. 1. diuers. & in vna Ferrarien. prætensæ falsitatis Lunæ 10. Iunij 1624. coram Remboldo.

Extende prædicta procedere, quando Notarius, verbi gratia, in suo instrumento in Archiuio inter alias eius scripturas authenticas, post illius mortem reperto, non adnotasset nomen curatoris loco vnius proximioris absentis, dūmodo illud adnotauerit in schedula propria manu inscripta, necnon fideiussorem, ac nomen partium, & testium, quę quidē sufficiūt ad faciēdū credere

illud instrumentum habuisse effectum, ex doctrina *Bartoli in l.admonendi nu. 33.ff.de iure iur.* quem sequutur plures citati à *Bertazol. de clauf. contract. nu. 6.* qui pleno ore fatentur, quòd intitulatio, seu rubrica reperta in libro Notarij defuncti, dicens tale instrumentum inter tales, & ibi sit dimissum spacium, facit probationem, si tamen contractus est vniformis, puta releuationis, at secus esset dicendum, vbi est difformis, vt est contractus venditionis in qua magnum, & paruum precium interuenire poterit, *vt fuit decisum in Romana Census Lunę 23. Febr. 1615. coram Card. Pampbilio.*

Subextēde primò prædicta multò magis procedere, quando de legalitate istius Notarij, itē quòd erat valde peritus, & practicus appareret, per depositionem testium in hac arte peritorū deponentium præcipuè, quòd id de illius stylò contingebat, & vt cū esset maximus instrumentarius, ob multitudinem negotiorum, aliquando instrumenta extendere negligeret, quæ quidē partibus non erenon debēt, *vt ait Achil. dec. 1. nu. septimo, de fide instrumentor. Menochius de arbitr. caf. 187. allegat. à Rota ibi supra coram Cardin. Pamphilio, & Card. Seraph. decis. 909. n. 5.*

Subextende secundò, procedere etiam, quòd imbreuiaturæ essent in folio volanti, non autem in protocollo, neque illius manu conscriptæ, dummodo cætera essent propria manu conscripta, & illæ in archiuio inter alias scripturas authenticas fuerint inuentæ, *vt ait Card. Seraph. decis. 902. num. 5. & decisione 250. num. 3. par. prima diuersorum, & Rota in Asculana Dotis 6. Ianuarij 1601. coram Cardinali Pamphilio Seniore, & in Romana de Veccijs 8. Martij 1613. coram Pirouano, & in dicta Romana Census coram Cardinali Pamphilio Iuniore.*

Subextende tertiò, multò magis procedere, quando per longum temporis spacium non fuerint petiti fructus illius census, de quo agebatur, neque soluti, & maximè vbi quantitas esset considerabilis, & creditor non esset valde diues, quæ omnia ex obseruantia subsecuta cum schedula, & imbreuiatura, & alijs superius deductis, simul iunctis, vtique probare videntur instrumentum habuisse effectum, *vt ait Rota ibi coram Cardinali Pamphilio, & Seraph. dec. 909. num. 10.*

28 Contrarium prædictis tamen esset dicendum, quando scripturæ carerent illa clausula (Actum) ac alijs requisitis, de quibus per *gloss. in d. l. generali*, necnon essent in filcia, in qua aliæ informes adessent, quia tunc illæ non possent accipere robur ab huiusmodi filcia, quia nemo dat, quod non habet, *idem Seraph. d dec. 949. n. 4.* & sic illæ, ob carentiā ipsius clausulæ (Actū) tunc dicerētur prorsus imperfectæ, *idē Seraph. dd. decis. 880. & 949. num. 1.*

29 Quæ quidem secunda opinio eò magis procederet, quando essemus in scriptura in Protocollo alicuius Notarij reperta, sed manu alterius scripta, quia tunc ea non esset authētica, nisi forsan in margine reperiretur scriptum, de manu eiusdem Notarij, Et de voluntate mea, *vt ait idē Seraph. d. dec. 888. n. 3.*

30 Sed tenendo primam opinionē extende eam eò magis procedere, vt .s. non derogetur fides filciæ Notarij, tāquàm continentis scripturas æquiuocas, si Notarius habuerit eas pro bonis & legalibus, quod sufficit, *vt ait d. Cardin. Seraph. d. dec. 888. n. 5.*

31 Rursus extende eam procedere, si à parte nihil fuerit oppositum, quia tūc scriptura, etiam informis probaret, *Veral. dec. 234. n. 12. p. 3.* Nam lata sententia hoc modo, tūc cōsensu partiū iura censentur admissa, *DD. in auth. si quis in aliquo, C. de edendo, vbi Socin. n. 10. & Dec. n. 17. Felin. in c. vlt. de fide instru. & Rota in dicta Lucana Expensarum coram Penia.*

32 Ex ende tertiò, quod scriptura informis probat, ob obseruantiā subsecutā post illius extractionē, *vt ait Crauet. de antiq. temp. p. 1. limit. 15. idē in conf. 107. n 4. & Rota in d. Lucana ibi sup.*

Et est notandū, quod si illud simplex transūptū parte citata sit productū, & quæ in termino ad dicēdū cōtra, nihil opposuit tūc nō poterit amplius illud exaduerso impugnari, *vt ait Veral. dec. 5. n. 5. p. 3 & in Mediol. decimarum 4. Iulij 1614.* coram

coram Andrea, Put. dec. 155. lib. 1. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 81. num. 9.

Licèt tamen secus sit, si fuisset oppositum generalia contra, quia tunc per huiusmodi responsionem ius excipiendi, quandocunque contra iura producta reseruatum censetur *vt ait idem Verall. dec. 323. nu. 1. & 330. n. 4. par. 1. & dec. 280. & 281. par. 2. Rot. dec. 254. num. 6. par. 1. diuers. Marescott. ibi supra num. 10. Mart. de claus. par. 1. claus. 56. nn. 6. & Rota in Lucana expensar. 24. Maij. 1600. corā Penia & Gabr. cons. 40. n. 25. lib. 1.*

Licèt sit quoque verùm, quòd transumptum simplex etiā ex se plenè probet iunctis adminiculis, & sine facit indicium, veluti quoque illud probaret, quando fuisset repertum in Archiuio, *vt ait Marescott. ibi supra nu. 14. cum seqq. & Rota in Beneuentana Domus 28. April. 1617. coram Buratto & in materia testamenti fuit dictum à Rota in Bononien. Bonor. 10. Iunij 1624. coram Pirouano, & in alia Vrbeuetana censuum 28. Iunij 1628. coram Card. Virili, & per Buratt. dec. 10. & ibi in addit. sub littera F.*

Quamuis tamen secus esset, quādo essemus in exemplo exempli, quia tunc tā quam lumen de lumine, quod semper est minus lucens primo, non probaret, *vt fuit dictum à Rot. in Veronen Iuriū Parrochial. 25. Iun. 1629. coram Card. Virili, & per Greg. d. 431. & ibi in add.*

Quod enim procedit etiam si illud primum transumptum, à quò fuit extra cta exemplatio, fuisset solemniter extractū, quia licèt illud pro originali esset habendum, tamen illud operatur, vt aliud exemplum extrahi posset, *vt ait Rot. per Greg. d. dec. 432. n. 2. & dec. 550. eodem nu. 2. & in Regien. Iurispatr. 10. Maij 1622. coram Pirouano & prius in Auximana Flor. Ven. 15. Decēbr. 1617. coram Buratto.*

Quamuis id etiam falleret, si adminicula concurrerent, quia tunc sumptū de sumpto plenè probaret, si tamen cū adminiculis, etiam obseruantia concurreret, *vt fuit dictum à Rota in illa Regien. Iurispatr. 10. Maij 1622. coram Pirouano, & prius in Segobien. habitus 28. Ianuarij 1613. coram Card. Sacrato, & Caputaq. dec. 234. num 2. par. 1. & Rota in d. Anconitana, seu Auximana Florum Veneris 15. Decembris 1617 coram Buratto.*

Item q transumptū extractum ex alio probet in Rota, iuxta terminos Innocentianę, *fuit dictūin Conchen. Decimarū de Torrelmonte 28. Iunij 1617. coram Coccino; & in Tirasonen Parochialis 16. Nouembris 1620. coram Dunozetto, & Rota decis. 465. num. 3. par. 1. recent. & in secunda decis. 18. num. 2. & Caputaq. decis. 35. num. 5. par. 2.*

Licèt huic contrarium tenuerit *Rota per Gregor. decis. 550. num. 4.* sub ea ratione, quòd scilicet Innocentiana non suffragetur, nisi iura sint in forma probanti, & ob id exemplum registratū non probaret, nisi ipsummet à quo fuit desumptū producatur, aliàs secus, vt fuit firmatum *à Rota in Iacen. pertionis 12. Ianuar. 1604. coram Car. Millino.*

Animaduertendo præterea, prædicta omnia esse vera parte opponente, aliàs transumpto esset abdibenda fides *vt fuit ita resolutum in Barbastren decimarum 10. Nouembris 1623. coram Vbaldo, & in eadem coram eodem 14. Iunij 1624. & per Buratt. dec. 347. num 6.*

33 Extende quartò omnia, quæ fuerunt dicta de Archiuio laicorum, procedere etiam in eo Monasterij, *vt ait Valasc. in sua dec. 10. allegat. à Riccio in sua Collectanea 533. in princ. par. 3.*

34 Circa verò facultatē Collegij Archiuij legitimandi Bastardos, declara eam non habere locum in præiudiciū tertij, & propterea huiusmodi legitimatio dicitur valde ficca, & friuola, *ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 496. n. 7. & lib. 4. cap. 744. nu. 3.*

35 Vltimò nota, quòd illa Bulla Archiuij annullans Instrumenta rogata in Vrbe, per Notarium non matriculatum, non habet locum, quando constaret de legalitate Notarij, & de rei veritate, nempè illam fuisse factam, quamuis etiam de tenore rei factę non constaret, *vt ait Rota per Puteū in sua dec. 296. per totam lib. 1.* & multa quoque dixi in hac materia in verbo apoca concl. 123.

ARGVMENTVM.

DE VI, ET EFFICACIA Argumentorum, quę in Iure fieri possunt, necnon de declarationibus illorum, quæ de iure non valent.

CONCLVSIO CXXXXII.

1 IN primis illud Argumentum erit adnotandum, quod sumitur à contrario sensu, est validum, & sæpè in hisce temporibus inter homines contingibile, & præsertim in vltimis voluntatibus, *Gratian. lib. 3. discept. cap. 443. num. 19. & 20. Put. dec. 189. num. 8. lib. 1. & Afflict. dec. 202. num. 2. idem Gratian. lib. 5. discept. cap. 954. num. 35. Verall. dec. 43. num 2. & decis. 168. num. 3. par. 3. & Rota decis. 522. num. 2. par. 2. in recentior.*

2 Extende illud argumentum tali modo sumpti adeò operari, vt propterea id per expresso habeatur, quod in sensu contrario dicitur, *vt ait Magon. dec. Florent. 149. num. 10.*

3 Subextende primò illud argumentum eò magis procedere in statutis, vbi est validissimum, & præsertim, quando statutum disponeret in casu à Iure non prouiso; & propterea videmus, quòd superfluum istud non dicitur, quòd in sensu contrario potest aliquid operari, quod in directo non operaretur; Vndè si verbi grat a vnum statutũ mandet, vt descendẽtes ab vna infecta stirpe, ad aliquem honoris gradum non admittãtur, ergo à contrario sensu, non descendentes ab ea erunt admittendi, *vt fuit dictum in Toletana Canonicatus Veneris 23. Apris 1609. coram Card. Marcomontio, quæ est decis. 185. num. 7. par. 1. in recent. & in 2. par. decis. 709. num. 4. Magon. decis. Lucens. 29. in annot. & Vrsil. ad Afflict. dec. 202. num. 5. Surd. dec. 151. num. 13.*

4 Declara tamen illud esse verum, quando non plus prouenit ab Interpretatione, quàm à verbis, *vt ait Rota per Coccinum in sua dec. 111. nu. 11.*

5 Subextende secundo illud quoque valere in conuentionibus, *vt ait dictus Afflictus dec. 298. num. 3. & Surdus dec. 202. num. 11.*

6 Subextende tertiò valere à contrario sensu conditionis appositæ, *vt ait Magon. decis. Florent. 37. nu. 17.*

7 Declara tamen primo, illud non esse admittendum, nisi strictè sumatur, & ad limites verborum, respectu eius, quod dicitur in sensu directo, nec extrinsecus aliquid adijciendum venit *vt ait Rota per Card. Mantic. decis. 283. num. tertio, & Magon. decis. Florentin. 149. & fuit dictum in Romana census scutor. 18. mill. Luna 15. Martij 1607. coram Gregorio. quæ est in eius impressis dec. 297. num. 8. & Surd. cons. 224. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 14. num. 21. & fuit quoque dictum in Tudertina nullitatis obligationis 1. Iunij 1615. coram Buratto. Fusar. de substit. quæst. 736. n. 6. & Rota in Imolen. bonorum 25. Maij 1620. coram Buratto.*

8 Et nota, quòd dicitur strictè respectu eius, quòd dicitur in sensu directo, *vt ait Rota dec. 709. num. 6. par. 2. in recent.*

9 Item strictum ius dicitur, quod strictè, & propriè, & ad literæ corticem veni intelligendum, *vt ait Rota dec. 125. num. 15. par. 2. diuers.*

10 Declara secundo non procedere quando induceretur eius dispositionis correctio, *Corn. cons. 150. num. 1. lib. 1. Alciat. cons. 537. num. 3. & Rota ibi supra coram Gregorio, & Afflict. dec. 314. nu. 3.*

11 Declara tertio, quòd illud non sumatur contra sensum expressum dispositionis, de qua ageretur, nec pariter per illud dicta expressa dispositio reuocatur, *vt ait idem Corn. & alij allegatis à Rota ibi supra coram eodem Gregorio.*

12 Declara quarto, quòd illud non habet locum in statutis ad correctionem Iuris communis, *Rota decis. 49. num. 9. par. 1. recent. & Magon. decis. 64. num. 48. & Rota dec. 1. num. 15. diuers. & fuit dictum in vna Bononien. seu Romana Iuris succedendi 10. Aprilis*

lis 1592. coram Card. Blanchetto, & dec. 292. coram Greg. & dec. 80. nu. 3. par. 3. recent.

13 Fallit tamen quando verba statuti in sensu directo nihil possent operari, quia tunc sumitur argumentum ex verbis statuti, seu reformationis ad correctionem Iuris communis, *Menoch. cons. 173. num. 45. Caualcan. dec. 37. & ibi plures alleg.*

14 Declara quintò, quòd neque sumitur ex lege, quando indè alterius legis correctio subsequeretur, *vt ait Gratian. dec. 218. num. 1 & Franch. decis. 486. num. 7. & Coccinus decis. 111. num. 4.*

15 Secus verò, si argumentum esset sumptum ex coniunctione duarum legum, vel duorum capitulorum eiusdem legis, quia tunc valet, & vocatur argumentum ex interpretatione, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 438. num. 13.*

16 Declara sextò, quòd illud argumentum à contrario sensu non valeat, sumptum ex dictis Doctorum: & ratio est, quia plerumque faciliori via, alijs omissis, sese à difficultatibus in decisione causarum contingentibus, eximere queunt. Item, quia eorum authoritas dicitur probabilis, sed non necessaria, *vt ait Franch. decis. 486. nu. 6. & prius decis. 187. num. 16. Surd decis. 258. nu. 9 & decis. 312. nu. 83. vbi ait*, quòd non sumitur in eorum dictis, quia non interpretantur sicut leges, *& ita fuit dictum in Parmen. bonorum Veneris 27. Maij 1588. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 812. num. 6. & nouissimè Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 689. nu. 42.* & ibi habetur, quod quando contingit filiam aliquo casu, dummodo non facto suo, sua dote priuari, tunc ea de nouo dotari debet, si de nouo nubat, siue etiam si casu dos perijsset, quia tunc teneretur Pater eam redotare, cum sufficiat, quòd filia absq; eius culpa sit de dote priuata, quod quidem onus procedit etiam in fratre, & multo magis, quando dos solùm esset diminuta, in quibus terminis statur arbitrio Iudicis, licèt id solùm procedat, nisi in quantum eius vires dotare debentis patiantur, *vt ait. tex. auth. de æqual. dot. §. quia verò auth. sed quamuis, C. de rei vxor. act. Boer. decis. 137. num. 2. & alij alleg. à Gratian. lib. 3. discept. cap. 466. num 2. 4. 9. & 10.* vbi ait id eò magis procedere, quando fuerint adhibitæ per vxorem diligentiæ, pro illius dotis recuperatione. & sic igitur venit notandum, quòd argumentum illud a contrario sensu, tunc non valebit, si filia, siue soror vidua remanebit, *Gratian. ibi supra & lib. 4. disceptat. 689. num. 11. 13. & 22. & disceptat. 792. nu. 15. 16. & 17.*

Extende, quòd tàm filia debet redotari cōstante matrimonio, q̄ eo soluto, qn̄ dos loco legitimę succedit, q̄quidē procedit etiā si nolet amplius transire ad secundas nuptias, *vt ait idem Grat. ibi supra discept. 689. num. 40. & seqq. & ita dicunt DD. allegati à d. Grat. ibi supra num. 39. & seqq. Surd. cons. 85. num. 39. lib. 1. & Osasch. dec. 58. num. 30. & Verard. in sua Centur. Argumen. 82. à contrario sensu col. vltim. in prin. versic. Illud autem.*

17 Declara septimò illud non procedere in materia stricti iuris, veluti si essemus in prohibitione alienationis, vsque ad certum tempus, quia non per hoc post istud tempus erit permissa, *vt fuit resolutum in Bononien. de Sancto Petro 14. Martij 1586. coram R. P. D. de Rubeis & in Romana de Cincijs 17. Nouembris 1597. coram Cardin. Seraphino, & coram eodem in Romana Hospitij de Lucatell. 28. Maij 1603. quæ est in eius impress. decis. 1466. nu. 3.*

18 Contrarium, *ait Gratian. lib. 5. discept. cap. 995. n. 1.* vbi tradit, quòd argumentum à contrario sensu in quacunque dispositione, tàm bonæ fidei, quàm stricti iuris locum habet, *idem Gratian. lib. 3. discept. cap. 572.*

19 Declara octauo, quòd illud non valeat, quando ex eo absurdum resultaret, veluti si illud sumendo, quis debuisset iactare suum, quod nullo modo venit tollerandum, *vt ait Rota per Putcum decis. 69. num. 3. lib. 2. iuxta nouam impressionem.*

20 Declara nonò, quòd illud non sit admittendum, quando sequeretur prauus, & iniquus intellectus, veluti

si

ſi eo ſumpto potius præſumeretur dolus, quàm culpa, ſiue maior dolus, quàm minor, *vt ait Rota deciſ.* 135. *num.* 14. *par.* 2. *diuerſor. & Franciſc. Marc. dec* 895. *num.* 12. *par.* 1.

21 Declara decimò, quòd illud non eſt ſumendum à contrario ſenſu,ad effectum amiſſionis, vel ſui iuris reuocationis, quia nemo illud velle facere præſumitur, *vt fuit dictum in Albanen. Donationis* 20. *Iunij* 1588. *coram Card.Seraphino,quæ eſt in eius impreſſ. dec.* 819.*num.*10.

22 Declara vndecimò illud non eſſe accipiendum in ſenſu litteræ, ſed debet eſſe quoque a contrario ſenſu mentis ſtatuentium, *vt ait Card. Seraph. dec.* 24. *num.* 2 *Gratian. lib.* 5.*diſcept. cap.* 885. *nu.* 24.

23 Declara duodecimo, quòd illud argumentum non ſumitur ex verbis Inſtrumenti contra expræſſam mentẽ contrahentium, *Rota per Cardinalem Manticam. dec.*137. *nu* 7.

24 Declara decimo tertiò, quòd illud non ſumitur ex verbis ſententiæ, *vt ait Franch. dec.*172.*nu.*9.

25 Declara quartodecimò illud non eſſe ſumendum, quando legibus repugnantia fieret, *vt ait Franch.deciſ.* 87. *num.* 17.

26 Declara decimo quintò, quòd neque ſumatur ex lege ambigua, quia potest vario modo interpretari, *vt ait Gratian. lib.* 2. *diſceptat.cap.* 303. *numero* 25.

27 Declara ſextodecimò, quòd illud non valet in materia vltimæ voluntatis ad derogandum expreſsè diſpoſitis per teſtatorem, *vt ait Magon.dec. Florent.* 149. *num.* 13. & in hac materia vide *Card. Mantic. de tacit. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 14. *fol.* 95. *cum ſeqq.*

28 Extende ſecundo principalem concluſionem, nempè argumentum valere de voluntatibus ad contractus, *vt ait Rota dec.* 125. *num.* 25. *par.*2. *diuerſ. Surd. dec.*285. *nu.* 8.

29 Declara primo non procedere ſtante diuerſitate rationis, quæ ex eo facile colligitur, vt ſ. in vltimis voluntatibus fiat lata interpretatio, in contractibus verò ſtricta, *vt dicunt DD. allegati à Rota ibi ſup. num.*26.

30 Declara ſecundo non procedere ſuper eo, vbi dicitur, quòd in vltimis voluntatibus maſculinum concipit fœmininum, quia id ſine diſtinctione & ſubdiſtinctione non tranſit, *vt ait Rota ibi ſupra num.*27.*& ibi exempla adducuntur.*

31 *Secus verò in contractibus,vbi* ſine difficultate maſculinum non concipit fœmininum, ex magis communi, vt teſtatur *Rota ibi ſupra nu.* 5. *&* 8.

32 Licet id quoque fallat pluribus modis, & primo iuxta improptiam, & latam ſignificationem; quamuis etiam aliqui teneant contrarium, & ſic iuxta propriam illud procedere, *vt ait Rota ibi ſupra nu.*6.21.*&* 24.

33 Fallit ſecundò illa regula, etiam in alijs diſpoſitionibus, vbi regulariter maſculinum concipit fœmininum, *vt ait Rota ibidem num.* 19.

34 Fallit tertiò, quando eſſemus in materia odioſa, & pœnali, & ratio eſt, quia ita peccant fœminæ, ſicut maſculi, *vt ait Rota ibi ſupra nn.* 29.*&*30.

35 Fallit quartò in ſtatutis, reſcriptis, & priuilegijs, ſed id non eſt abſolutè verùm, ſed cum diſtinctione, & ſubdiſtinctione, de qua latè, & egregiè tractat *Veronen. in l.* 1. *nu.*21. *& ſeqq. ff. de verb.ſignific. & Rota ibi ſupra num.* 31.

36 Fallit quinto, quando eſſemus in materia indifferenti, quia tunc maſculinum fœmininum concipit, *vt ait Rota ibi ſupra num.* 32.

37 Fallit ſextò, quando agitur de abſurdo euitando, *vt ait Rota ibi ſupra num.* 33. vbi de communi teſtatur.

38 Secus verò, quando eſſemus in Emphiteuſi Eccleſiaſtica, vbi maſculinum non concipit fœmininum, ne fieret præiudicium Eccleſiæ; aliàs odiũ eſſet contra perſonam magis priuilegiatam, quę eſt Eccleſia, *Rota ibi ſupra num.*20.

39 Extende tertiò principalem concluſionem; nempè, quòd argumentum quoque ſumatur à contractibus ad Iudicia, *vt ait idem Surd. dec.* 133 *num.* 7. *& deciſ.* 171. *num.* 12.

40 Subextende illud valere, etiam de delicto ad contractus. Vndè quemadmodum Pater poteſt filijs prçiudicare de-

delinquendo, ita & in contrahendo, & è contra, *iuxta tradita per Scacc. de iudic. cauf. ciuil. & criminal. cap. 9. nu. 1624. & ibi plures allegat.*

41 Fallit tamen primò de deportato ad foroiudicatũ, quia tunc argumentum non procedit, *vt ait Franch decis. 213 num. 25.* Et quæ differentia sit inter deportatum, & bannitum nostri temporis tradit *Put. dec. 417. num. 6. lib. 3.* vbi ait, quòd banniti deportatis æquiparantur, quando sumus in banniris, ob delictum notorium, & qui Ciuitatem amiserunt, & eorum bona confiscata fuere, *iuxta gloss in §. relegati inst. quib. iuf. patr. potest. soluat. Salicet. in authent. Item nulla, C. de Episc. & Cler. & Cassan. super consuetud. Burgund. fol. 92 colum. 2. vers. Et pro clariori allegat. à Puteo in præcitato loco.*

42 Fallit secundò, de delicto in committendo, ad illud in omittendo, ex iuris diuersitate, cum sit maius delictum, quod fit in committendo, quàm illud in omittendo, *vt ait Beninten. decis. 37. num. 28.*

43 Extende quartò, quòd valet argumentum de Statuto ad pactum, Vndè si extet statutum, vt fideiussor teneatur Iudicatum soluere, tanquam principalis, tunc ille erit obligatus vsque ad finem litis *vt ait Gratian. lib. 2. disceptation. cap. 349. num. 27. & 28. & Rota in Spoletana Lucri dotis 12. Iunij 1595. coram Card. Mantica, & in Nucerina nullitatis 7. Februarij 1560. coram Oradino, & coram Bubalo in eadem 7 Februarij 1580. & Rota decis. 291. par. 2. num. 2. diuers.* vbi habetur, quòd si aliquid ordinatum à statuto dicatur odiosum, erit quoque tale si inter partes fuerit conuentum, & id bonum erit scire ad effectum sciendi, quando illud strictè, siue largo modo sit sumendum, *vt ait Rota dicta decis. 291. idem Gratian. lib. 3. discept. cap. 406. num. 16. & est decis. Gregorij 204. num. 23. & Surd. dec. 160 num. 17.* Et in hac materia videndus est *Farinac. in suo consil. 57.* & ibi multa alia responsa diuersorum inuenies, quę ibi præcipuè docent, quomodo differant istæ duæ fideiussiones de iudicio Sisti, & de iudicatum soluendo, quæ per te videre poteris. Item in cons. 59. docet, quando fideiussor de repræsentando liberetur, si principalis per nouũ delictum aufugiat, & ibi concludit illum liberari, si antequam principalis aufugiat, ob illud nouum delictũ non fuerit prius contra eum iudicatum quia Curiæ est imputandum, si illius culpa in eum perquirendo fuit factus irreperibilis, ac irrepræsentabilis, vt *ait idem Farinac. in dicto cons. 59. cum alijs ibi allegatis & Gratian. lib. 4 discept. cap. 708. num. 1. 7. & 32.* Vbi ait id procedere, etiam si Iudex promitteret saluum conductum, at secus si superuenerit exilium post moram, quæ non contrahitur, nisi postea fuerit requisitus, quia promissio de repræsentando ad omne mandatum Domini, est conditionalis, nisi sit facta etiam irrequisitus, & eò magis prædicta procederent, ad fauorem fideiussoris, secuta principalis carceratione, quia tunc omnino liberatur, neque de nouo, absque illius consensu obligari potest; dummodo tamen fuerit illa præsentatio parti intimata, vna cum citatione ad videndum liberari fideiussorem à repræsentatione, aliàs non liberaretur, animaduertendo, quod illud tempus, intra quod, carceratus sit repræsentandus incipit, non à die, quo carceratus à carceribus liberatur, sed à die obligationis factæ, *vt ait Rota decis. 149. num. 1. & seqq. par. 3. recent.*

Extende ea, quæ fuerunt dicta ad fauorem fideiussoris obligati ad repræsentandum aliquem, procedere etiam, quando quis promisit reum à Palatio non discessurum, qui tamen postea aufugit, quia dicta fuga non obstante, Fiscus tenetur fideiussorem indemnem releuare, ob releuationem illi promissam à reo, etiam quòd istud debitum fuerit contractum post delictum, cum ille teneatur præstare factum condemnati, *vt ait Bec. cons. 57. alleg. à Gratian. lib. 3. discept. cap. 423. in fine.*

Rursus extende dictam quartam extensionem in tantum procedere, vt propterea ille fideiussor datus de soluendo iudicatum non sit necessariò citandus, quia sententia lata contra principalem, nocet quoque fideiussori Iudicii

dicij, etiam eo non citato, *vt fuit dictum à Rota apud Coccinum in decis. 84. num.* 14.

Declara tamen dictam extensionẽ, non procedere in fideiussore dato de representando toties, & quoties aliquem, quia ille liberatur, si per binam repręsentationem illum repræsentauerit, *vt ait Afflict. dec.* 225. *nu.* 6.

44 Extende quintò, quòd argumentum valet à solito in materia probationum, *Gratian. in lib. 3. discep. cap.* 514. *num.* 25. *& Rota in Romana compromissi* 17. *Aprilis* 1573. *coram Card. Seraph. quæ est dec.* 201. *n.* 8. *in eius impres. & in prima par. diuersor. est dec.* 125. *n.* 5. *& decis.* 341. *nu.* 3. *par.* 2. *recent. & in* 1. *par. dec.* 596. *nu.* 1. *& inter criminales Farinac. dec.* 314. *nu.* 2.

45 Subextende, quòd illud semper præsumptionem auget, *vt ait Mantic. dec.* 6. *num.* 3.

46 Vndè ad id notandum erit, quòd si in vna familia solitum sit aliquid facere, tũc illud est attendẽdum vti lex, *vt ait Menoch. cons.* 251. *n.* 18. & ibi multa ait in proposito; Item si esset solitum, vt Abbates obligarentur aliter, quàm ius cõmune disponat, id seruari debet, *vt ait Rota decis.* 6. *par.* 1. *in recen. & Franch. dec.* 345. *nu.* 12.

47 Fallit tamen si illud solitum non est honestum, quia tunc non esset seruandum, cum consuetudo de turpi dicatur abusus, *l. quòd non ratione C. de legib.* & ideò si in vna familia esset solitũ non conficere inuentarium, tunc illud non esset attendendum, cum leges nunquam ad turpia, & inhonesta extendantur, *ita fuit dictum in Romana bonorum de Cincijs Merc.* 2. *Iunij* 1599. *coram Orano.*

48 Subextende secundo idem procedere à sępius iudicatis, & à consuetudine, *vt ait Afflictus dec.* 91. *nu.* 12 *& dec.* 140. *num* 3.

49 Subextende tertiò, eodem modo argumentum valere à communiter accidentibus, *Magon. decis. Lucens.* 44. *& ibi in addit. idem ait Afflict. decis.* 346. *num.* 14. et præsertim in coniecturanda voluntate testatoris, *vt ait Rota decis.* 75. *num.* 2; *par.* 2. *in recent. & Surdus decis.* 23. *num.* 14. *& Benintend. dec.* 69. *nu.* 9.

Et sic huiusmodi argumento, illud semper factum præsumitur, quod magis communiter fieri solet, *vt ait Rota, dec.* 212. *nu.* 8. *&* 12. *& dec.* 230. *num.* 5. *par.* 3. *recent.*

50 Subextende quartò valere argumẽtum ab vsu, & consuetudine Patris familias solentis aliquod priuilegium concedere, *vt ait Rota per Put. decis.* 174. *num.* 2. *lib.* 2. *& Franchus in sua dec.* 65. *num.* 9. *& Rota dec.* 584. *num.* 11. *par.* 1. *recent. & ita fuit dictũ in Tiburtina confinium Veneris* 4. *Martij* 1612. *coram Card. Sacrato, quæ est dec.* 334. *num.* 2. *par.* 2. *in recentior.* & ibi concluditur, quòd iuxta solitum pręsumitur, quòd fuerint appositi termini in confinibus, *& Card. Seraphin. decis.* 1088. *num.* 9.

51 Et quando aliqd dicatur solitum latè *ait Gabriel. conclus. prima tit. de locat.* imò per vnicũ actum illud induci potest, quando actus est solemnis, siue duo, cum continuatione quadraginta annorum, *Rota in Zamoren. Castri* 14. *Decemb.* 1579. *coram Card. Seraph. & in alia Auersana tenimenti* 22. *Nouembris* 1581. *Coram Cantuccio, & in alia Senen. Prædij Lunæ* 8. *Octobris* 1584. *coram Card. Pamphilio, & per Buratt. in sua dec.* 154. *num.* 1. *& dec. Crescen. vnica de consuet. & Bar. in l. mela. §. Sed si alimenta n.* 1. *ff. de alim. & cib. legat. Castr. cons.* 243. *num.* 2. *lib.* 2. *& Alexander cons.* 5. *num.* 23. *lib.* 5.

52 Extende sexto, quòd argumentum valet ab æquiparatis, seu subrogatis, & similibus, *vt ait Gratian. lib* 2. *discept. cap.* 298. *num.* 70. *& Rota dec.* 6. *num.* 3. *&* 5. *par.* 3. *recent*

53 Subextende id in tantum esse verũ, vt si quis alleget similitudinem non procedere, id probare tenetur, *vt ait Surd. dec.* 19. *nu.* 16. *&* 21.

54 Declara primò eam extensionem non procedere, si æquiparatio omnimoda non concurrat, & per viam regulæ, *vt fuit dictum in Romana Casalium de Maximis* 14. *Martij* 1576 *coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis, decisione* 288.

55 Declara secundò non procedere, quan

quando induceretur similitudo in materia controuersa, & sic de actis turbidis, & vario modo cosideratis, vt dicitur de consuetudine, quæ super actus æquiuocos induci non potest, veluti dixi *in verbo Abbas, num.* 20. *& ita fuit dictum in Taurinen. decimarum Lunæ 1. Iulij 1602. coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis, decis.* 1449. *nu.* 3. *&* 7.

Vndè hic obiter erit notandum, quòd consuetudo, siuè stylus introductus, non dicitur, stante varia obseruantia, & difformibus sententijs concurrentibus, vndè stante varietate styli, siue alicuius consuetudinis, tunc ad ius commune erit recurrendum, *vt dicunt Doctores allegati à Gratian. lib.* 4. *discept. c.* 752. *n.* 87. *& seqq. & Rota inter crim. Farin. dec.* 42. *nu.* 3.

Contrarium tamen esset, quando contrarietas actuum non esset inter se incompatibilis, *vt dixi in concl.* 148. *num.* 340. & in omnem euentum, si stylus allegetur, qui esset decisorius, & contra ius, tunc formiter, & plenè esset probandus, *vt ait Gratian. ibi supra num.* 83. *& Rota decis.* 331. *num.* 1. *& dec.* 793. *nu.* 4. *par.* 1. *diuers. & in Aretina spolij coram Coccino Decano, quæ est decis.* 259. *nu.* 5. *par.* 1. *recent.*

56 Declara tertiò, istam sextam extensionem, vt scilicet illud argumentum non sumatur in materia priuationis, *vt ait Magon. decis. Florent.* 50. *num.* 35.

57 Declara quartò, quòd neque ex lege ambigua, illud sumi possit, vt superius diximus, veluti si ea multis modis possit interpræstari, *vt ait Gratian. lib.* 2. *discep. cap.* 303. *num.* 25.

58 Declara quinto non procedere data aliquali dissimilitudine, *vt ait Afflictus in sua decis.* 350. *num.* 11. *Surdus decis.* 119. *num.* 21.

59 Amplia prædicta eodem modo procedere in argumento à casibus expressis, ad eos non expressos, quia non valet, si totalis æquiparatio non sit facta, & præsertim eadem ratione non concurrente, *vt fuit dictum in Romana Casalium 4. Decembris 1577. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis, decis.* 353. *nu.* 3. & quando illud procedere possit, *ait Puteus decis.* 174. *num.* 7. *lib.* 1.

60 Secus verò si essemus in argumento sumpto, de voto expresso, ad votum annexum, quia illud valet, *vt ait Rota decis.* 561. *nu.* 6. *par.* 1. *diuers.*

61 Sed ista opinio non mihi placet, quia, vt dicunt Philosophi similitudo magis significat propinquitatē, quàm identitatem, *iuxta tradita per Ias. in l. qui liberis ff. de vulg. & pupill.* & sic sufficiet, quòd similitudo, non in omnibus, sed solùm in eo, de quo quæritur, sit correspectiua, aliàs vbi in omnibus est conformitas, ibi dicitur identitas, licèt tamen habeamus, quod nullum simile sit *idem DD. in l. quod Nerua ff. depositi & est dicta decis. Surdi* 119. *nu.* 16.

62 Extende sexto principalem conclusionem, vt scilicet argumentum valeat de Iudice ad quem, ad Iudicem laicum super alimentis incidenter præstandis, Vndè veluti Iudex à quo fuit appellatum, non poterat de eis prouidere, stante illa regula, quòd appellatione pendente nil liti innouandum, ita nec minus Iudex laicus id facere poterit, cum quæstio esset coram Iudice Ecclesiastico, an illa mulier esset vxor, necne, quia id non est de processu causæ, *vt ait Afflictus dec.* 152. *num.* 2.

63 Contrarium licèt ibi per eum decidatur, dummodo tamen per vxorem fuerit facta principalis petitio super alimentis, quia tunc Iudex laicus de eis prouidere posset, non obstante litis pendentia super matrimonio, stantibus tamen vxoris paupertate, & diuitijs viri, *idem Afflict. ibi supra num.* 3. *& seqq. & dixi in concl.*

Contrarium tamen tenet *Guidopap. in dec.* 40. vbi ait eum expressè debere constitui.

64 Extende septimò, quòd illud valeat de procuratore ad Magistrum, *vt ait Afflict. decis.* 308. *num.* 7. Vndè quemadmodum ille dicitur Procurator, qui agit sciente, & patiente Domino, quia tunc patientia, & scientia illa operatur mandatum, ita quoque procedit in Sindicis comparentibus præsente, & tacente eorum Magistro, *vt dicunt Doctores allegati ab Afflicto ibidem, & pulchrè Rota per Gregor. decis.* 44. *& ibi*

ibi in additionibus.

65 Extende octauò, quòd argumentum sumatur de spurio, ad seruum in emphyteusi, *vt ait idem Afflict. decis. 99. nu. 2.* Vnde sicuti de nouo potest dari feudum spurio, ita & seruo, *vt dicunt Doctores ibidem allegati ab Afflicto.*

Et ratio est, quia licèt illegitimi de iure communi sint incapaces feudorũ, ac aliorum bonorum, & honorum Ecclesiasticorum per viam successionis, *Rota decis. 112. par. prima recentior.* Nihilominus possunt esse capaces eorum à principio, veluti si ab Ecclesia inuestiantur, cum non sit prohibitum de iure concedere feudum, siue emphiteutim naturali, *Rota dicta decis. 474. num. 3. & 4. & Card. Seraph. decis. 478. & latè in dec. 138. num. 2. & melius in dicta Sabinen. Montis Rotundi Lunæ 5. Iulij 1627. coram Coccino,* & ibi multa habebis, omnino videnda in hac materia.

Quinimò extat inter Doctores controuersia, an isto casu, nempè, quando feudum conceditur bastardo, possint tunc in eo succedere bastardi, de qua quæstione tractat *Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum colum. vlt. de constit. Ias. in l. res liberos de in ius voc. & l. generaliter, §. fin. C. de instit. & subst. & ita fuit dictum in prædictis terminis in Romana, siue Interamnen. Legitimitatis 15. Maij 1600. coram Card. Seraphino quæ est in eius impress. dec. 1358. nu. 1. & in alia Interamnen. successionis Pedis luci Veneris 9. Iunij 1606. coram Maluasia in Camera Apostolica.*

Subextende primò, hic obiter, quòd illegitimi pari modo sint capaces iurispatronatus, quando expresè à fundatore non sint exclusi, quia illud etiam ad illegitimos transit, & præsertim, quando filij, & descendentes sunt vocati, non per verba ciuilia legitimitatem importantia, sed per ea naturalia, sub quibus naturales filij comprehenduntur, *vt fuit latè, & pulchrè deductum in Ianuen. Iurispatronatus, Lunæ 25. Ianuarij 1612. coram Cardin. Pamphilio, quæ est inter crimin. Farinac. dec. 350. per tot.*

Subextende secundo, idem procedere, quando illegitimi, & naturales à Fundatore iurispatronatus, in vno casu essent expresè exclusi, sed in alijs nulla fuisset facta mentio de eis, quia tunc illud ad legitimos, & naturales trãsiret per regulam in alijs non exceptuatis, *vt ait Rota ibi supra coram Cardinali Pamphilio.*

Subextendè tertiò prædicta procedere, etiamsi Ecclesia illi naturali bona concederet, & eum esse talem ignoraret, *vt ait Capyc. dec. 32. num. 9. & alij allegati à Rota in Ariminen. bonorum 26. Iunij 1579. coram Robusterio, Afflict. dec. 99. & Rota in alia Romana domus 27. Nouembris 1587. coram Card. Blanchetto.*

Subextende quartò, quòd etiam illegitimi sint capaces pensionis, si tamen ad eam fuerit dispensatus, & ad id sufficeret eum ad clericatum fuisse dispensatum tantum, etiam, quòd super illegitimitate nil fuisset dictum, *Rota in dec. 549. num. 4. par. 2. recen.* & illegitimitas quomodo probetur, *vide Natt. cons. 537. lib. 3. & Gregorius decis. 331.*

Declara tamen prædicta non esse vera, quando essemus in iure patronatus honorifico, & fundatum ad fauorem descendentium, necnon, quando fundator voluit patronum esse pro tempore clericum, adquod illlegitimus, absque dispensatione admitti non potest *Rota decis. 112. num. 1. & seq. par. 1. recent.*

Sed ad id, hic notandum erit, quòd quis illegitimus non probatur ex eo quia fuerit Hospitali expositus, *vt ait Gratianus lib. 1. discept. cap. 135. num. 31. idem ait Rota per Card. Seraphin. dec. 1081. per totam,* vbi ageretur de exposito Sancti Spiritus de Vrbe, quia illi ex priuilegijs Pontificum omnes legitimi reputantur, vt dixi *in conclus. 59. num. 124.*

Declara primò prædicta procedere, quando essemus in feudo, siue in emphiteusi hæreditaria, ad quam naturales non fuissent vocati, at secus, quando essemus in omnino noua, cuius inuestitura, siuè reuocatio posteris & agnatis non deberetur, *vt fuit dictum in Casenaten. bonorum Veneris 5. Maij 1606. coram Ottembergo.*

Et

Et ratio est, quia illegitimus non potest succedere patri, vti hæres, etiam si esset primus acquirens, sed debet esse nouus acquirens, ad hoc, vt successibilis dicatur, *vt ait Affl. dec. 99. & Rota per Coccinum dec. 137. num. 22.*

Declara secundò, non procedere in iurepatronatus gentilitio, & agnatitio, quia ad illud naturales non admittuntur, *vt ait Rota in dicta decis. 350. coram Pamphilio, vide conclus. 42. num. 190.*

66 Extende nonò, quòd valet argumentum de feudo ad emphyteusim, quando tamen ius feudorum est in ratione naturali, & iusta fundatum, nec aliter de iure reperitur decisum, *vt ait Franchus dec. 161. num. 5. & Menoch. consil. 172. num. 8. lib. 2. & Surdus decis. 331 num. 7. & prius decis. 159. num. 15. & decis. 290. num. 25. Franc. Marc. dec. 611. num. 3. par. 1. & Magon. decis. Lucen. 19. & 45. & ibi in addit.*

67 Subextende, quòd illud quoque valeat de feudo ad Iuspatronatus, quo ad modum succedendi, *vt fuit dictum in Paten. Iurispatronatus Luna 10. Iunij 1602. coram Litta, & Grat. lib. 3. discep. c. 521. n. 32.*

68 Declara tamen primò illam extensionem non semper valere, & sic in omnibus semper non procedit, *vt ait Magon. dict. dec. 19. & dec. 45. cum ibi alleg.*

69 Quinimmò quidam volunt, vt illud quod est planè in feudo decisum vix trahi possit ad emphyteusim, & sic multò minus ad id, quod est dubium, *vt ait Surd. dec. 188. num. 5.*

70 Exemplum autem est in seruitijs personalibus, quæ feudo debentur, & quæ à fœmina præstari non possunt, at secus in emphyteusim, & sic diuersa ratio inter eos casus viget, *vt ait Surd. decis. 95. num. 17.* licèt contrarium dixerit, *ibidem num. 10.*

71 Sed ego prædictas opiniones ea distinctione concordarem, nempè, quòd vna procedat, si velimus eo rigore vti, quod scilicet adsit in omnibus similitudo, & altera, quando solùm est in eo, de quo quæritur, vt superius dixi, & veluti quoque ait idem *Surd. decis. 319. num. 16.*

72 Declara secundò, non procedere, quando eadem ratio non subest, *vt ait Franch. in sua dec. 131. num. 6.*

73 Extende decimò, quòd argumentum valeat ab inuestitura ad immissionem, quæ fit *ex l. finali, C. de edict. Diu. Adrian. tollen. vt fuit dictum in vna Imolen. Castrorum 5. Nouem. 1571 coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis dec. 144. nu. 4.*

74 Extende vndecimò, quòd illud valet de exhæredatione filij, ad priuationem Vassalli à feudo, sed non è contra, *vt ait Rota dec. 61. num. 9. & seq. par. 2. diuers.*

75 Extende duodecimò, quòd illud quoque procedit ab identitate, & maioritate rationis, *vt ait Surdus decis. 73 num. 7. & Franch. decis. 71. num. 14. & fuit dictum in Romana Retractus Lunæ 8. Octobris 1601. coram Card. Biscia in Camera, dum erat Clericus, & Rota dec. 20. de prab. in nou.*

76 Subextende primò, quòd illud quoque valeat de minori, ad maius; Vndè, si alicui sit prohibitum, quod est minus, eidem censetur, etiam prohibitum, quod est maius, *vt ait idem Surdus decis. 254. num. 15. & Afflict. dec. 13. nu. 22.*

Immò illud argumentum procedit etiam in correctorijs, & pœnalibus ex maioritate rationis, *vt ait idem Surd. ibi supra.*

Vnde notandum erit, quòd si pater prohibuerit vnam domum, siue turrim, aut palatium per filios diuidi, tunc eò magis diceretur prohibita eorum alienatio, cum ea sit magis nociua filijs, quàm sit inter illos dictæ rei diuisio. Et propterea videmus, quòd ex prohibitione diuisionis, censetur inductum fideicommissum, *vt ait Gratianus libro quinto disceptationum cap. 917. num. 10. & seq.* vbi declarat in quibus personis, & quo tempore ea prohibitio diuisionis duret, & quòd per Testatorem prohiberi possit ex iusta causa affectionis diuisio alicuius Palatij, Turris, Domus, & similium in perpetuum, *ait idem Gratianus dicto libro quinto disceptationum forensium discep. 905. nu. 16. cum seqq.*

77 Subextende ſecundò, id intantum valere, quòd propterea numquam fallit, *vt ait idem Surdus in præcitata deciſ. 254.*

78 Subextende tertiò, procedere, & è conuerſo, nempè de maiori ad minus, quòd valet, *vt ait Surd. deciſ. 268. num. 22.*

Vndè, ſi alicui ſit conceſſum, quod eſt plus, eidem concedi debet, quod eſt minus, *idem Surdus dicta deciſ. 268, nu. 7.*

79 Fallit tamen primò, quando ratio diuerſitatis concurreret, *vt ait Surd. in deciſ. 21. num. 17.* quia tunc illud argumentum de minori ad maius non procedit, *idem Surd. d. deciſ. 268. n. 24.*

80 Fallit ſecundò, in diſpenſatione, quia tunc illud argumentum de maiori ad minus non valet, *Caputaquen. deciſ. 8. in fine par. 1. Surd. d. deciſ. 268. n. 20. & ſeq. & ita fuit dictum in Burgen. Canonicatus Veneris 1. Februarij 1608. coram Gregorio XV. quæ eſt in eius impreſſ. dec. 353. num. 15.*

81 Fallit tertiò, quando diſponens limitatiuè proceſſit, quia tunc illud argumentum non valeret, *vt fuit dictum in dicta Romana retractus in Camera coram Card. Biſcia.*

82 Declara præterea, quòd ad inducendum argumentum ab identitate, & paritate rationis, non eſt inducenda extenſio, ſed benè comprehenſio, item per proprium non autem per ſubauditum intellectum, *vt ait Grat. lib. 4. diſcept. c. 691. num. 11.*

83 Extende decimotertiò, quòd argumentum teneat de legitima ad debitũ ex ſtatuto, vndè quemadmodum aliquid receptum imputatur in legitimã, vel in lucrum dotis à ſtatuto delatæ, & in lucrum, ſiue ſucceſſionẽ quartæ debitæ vxori pauperi in bonis viri diuitis, ita quoque illud imputari debet in dotem, quę vxore mortua pertinet ad filios, ex forma ſtatuti, ob eandem prædictam rationem, & ex paritate caſuum, *vt firmat idem Surd. dec. 119. n. 6. & 7.*

84 Subextende, quòd illud quoque procedat de dote ad legitimam, cum dos loco legitimæ ſuccedat, vndè ſi ſtatutum excipiat caſum dotis, debet quoque excipere illum legitimæ, cum pari paſſu ambulent, *vt fuit dictum in Romana Cenſus de Cellis Veneris 17. Decembris 1610. coram Gregorio Decimoquinto, quæ eſt in eius impreſſis deciſ. 489. num. 17.*

85 Subextende ſecundò, illud quoque valere de legitima ad vitam, & militiã, & è contra, *vt ait Franch. dec. 20. nu. 7. & dec. 61. nu. 3.*

86 Fallit tamen, ſi illud argumentũ ſumeretur de alimentis ad vitam, & militiam, quia illud non valet, niſi in caſu extinctionis, quia veluti alimenta morte extinguuntur, ita, & vita, & militia, *idem Franch. d. dec. 61. nu. 7.*

87 Subextende tertiò, illud etiam valere de alimentis ad dotem, cum ea inſimul æquiparentur, ſi tamen eadem ratio concurrat, *vt fuit dictum in Portuen. bonorum 26. Februarij 1580. coram Card. Seraph. quæ eſt in eius impreſſis dec. 447. num. 7.*

88 Subextende quartò, valere etiam à collatione ad imputationem in legitimam, negatiuè tamen, at ſecus affirmatiuè, *vt fuit dictum in Bononien. compromiſſi 14. Martij 1582. coram eodem Card. Seraph. quæ eſt in eius impreſſ. deciſ. 568. n. 7.*

89 Subextende quintò, idem procedere in eo de lege ad teſtatorem, iuxta illud, Diſponat Teſtator, & erit lex, *vt fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Iacobatijs Lunæ 20 Iunij 1605. coram eodem Gregorio, quæ eſt in eius impreſſ. dec. 219. n. 2.*

90 Quod quidem rurſus ſubextende è conuerſo quoque procedere, quando tamen eadem ratio concurrat, *vt ait Socin. Iun. in l. filiusfamilias, §. dixi ff. de legat. 1. in fine, & Rota ibi in dicta Romana Fideicommiſſi coram Gregorio.*

91 Extende decimoquartò, quòd argumentum valeat de re, ad perſonam, & de perſona ad rem, *vt ait Rota deciſ. 33. num. 14. & dec. 54. num. 7. par. 2. diuerſ. & per Gregorium XV. in ſua deciſ. 488. num. 6. & Vrſill. ad Afflict. deciſ. 318. n. 3. Surd. deciſ. 176. n. 9. & dec. 310. num. 4.*

92 Vndè ſi fuerit introductum iudiciũ contra plures res, & perſonas, tunc quemadmodum poteſt ferri ſententia reſpectu vnius, & reſpectu alterius deferri

deferri, ita quoque sententia valebit su per aliquibus rebus lata, alijs omissis, *vt fuit dictum in Melphiten. Spoliorum 31. Octobris 1576. coram Lauretano.*

Sed nota tamen, quòd ea poterit reuocari, si interesse habentes non fuerit citati, sed omissi, quoad præiudicium ipsorum tantùm, *vt ait Rota per Burattum decis. 71. num. 4. licèt in conclus. 52. num. 19. dixerim*, quod de liberatio nulla respectu non citati dicitur etiam nulla, quoad citatos; sed illud, quod fuit dictum de sententia lata contra plures personas; quę scilicet possit valere etiam aliquibus omissis, extende quoque procedere in ea, quæ condemnaret plures correos, etiam insolidum obligatos, quia tunc illi censentur cōdemnati pro rata, etiam si aliqui in illo iudicio non fuerint vocati, *vt fuit dictum à Rota per Burattum dec. 337 num. 25. & Afflict. dec. 215.*

93 Subextende, quòd etiam valeat de tempore ad locum, *vt ait Franciscus Marc. decis. 401. num. 6. par. prima.* Item de re ad tempus, vt habetur in decisionibus diuersorum in verbo *Argumentum, & Magon. decis. Lucens. 69. num. 7.*

94 Extende decimoquintò, quòd argumentum rectè procedit de successione ad tutelam, quia tutela, quæ dicitur onus regulatur à fauore illo successionis, *Surd. decis. 207. num. 13. & Rota in Strigonien. Legati Lunæ 23. Ianuarij 1589. coram Card. Platto.*

95 Vndè, si statutum alicui deferat hæreditatem eidemmet censetur deferre tutelam, *text. est in l. 1. ff. de legat. tut. Dec. consil. 16. in princip. & in l. fœminæ num. 18. & in l. quæ tutelæ, ff. de regul. iur & ita fuit dictum in dicta Strigonien. Legati Lunæ 23. Ianuarij 1589. coram Card. Platto.*

96 Licèt tamen id fallat in matre, quę etiam si ab alijs excludatur ab hæreditate, nihilominus in tutela præfertur, vt latè dicam in verbo *Tutela, & idem ait Surdus decisione 48. & 106. num. 7.*

97 Extende decimosextò, quòd argumentum procedit de præsenti, in pręteritum, *vt ait Maceraten. var. res. 50 num. 4. lib. 3. & Rot. dec. 253. p. 2. recen.*

98 Subextende primò, id eo magis procedere, stante breuitate temporis, *vt ait Bart. & alij allegati à d. Maceraten. ibi supra.* Et eò magis iudicis decreto concurrente, *vt ait Rota dec. 297. nu. 4. par. 3. recent.*

99 Subextende secundò facilius procedere è conuerso, nempè de præterito, in præsens, vel futurum, *vt ait Gozzad. in cons. 66. nu. 6.*

100 Contrarium, quod scilicet illud argumentum de præsenti in præteritum regulariter non valeat, & quòd propterea illud allegans probare teneatur, *ait idem Maceraten. ibi supra num. 5. & Rot. d. dec. 297. nu. 4. par. 3. recent.* quia non probat hoc esse, quòd ab hoc contingit abesse. Et propterea videmus in materia probandæ existentiæ scripturarum, quando quis eas exhiberi prætendit, quia nisi existentia illorum, de tempore motæ litis probetur, tunc instans non auditur, etiam si antea penes aduersarium eas extitisse probetur, cum in hoc argumentum, illud de præterito in præsens non valeat, *vt ait Rota per Coccinum in sua decisione 63. num. 3. & dec. 259. p. 1. in recent.*

101 Tenendo autem hanc secundam opinionem, Amplia primò eam procedere, quando non constaret de initio, & de continuatione status illius rei, *vt ait Honded. cons. 79. num. 43. lib. 1. cum alijs ibi per eum alleg. & idem ait Rota mox allegan. coram Seraph.*

102 Amplia secundò procedere in his, quorum facies, & natura est tempore mutabilis, quia tunc illud argumētum non valet, *vt fuit dictum in Valentina Cappellæ 9. Maij 1594. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1275 num. 7.*

103 Amplia tertiò eò magis procedere, quando præsens status est ab illo difformis, qui necessariò aliquo tempore fuit in præteritum, *iuxta notata per Alciat. de præsumpt. præsumpt. 26. & cæteri allegati à Maceraten. ibi sup. num. 5. vers. Secundo quia.*

104 Amplia quartò, quando aliqui actus intermedij contrarij probarentur, quia tunc illud argumentum

non valeret, *vt ait Afflict. dec. 194. cum alijs allegatis à Rota in Hipporegien. Cappellæ Veneris 4. Iulij 1608. coram Penia*.

Vnde ad id notandum erit, quòd possidens de præsenti non præsumitur possedisse de præterito, quando constat alium de præterito possedisse, aliàs secus, *Bar. Ias. Alex. & alij in l. si prius, ff. de nou. oper. nunt. alleg. a Rota decis. 24. nu. 7. p. 1. recent.*

105 Secus autem, quando de contrario non constaret, quia tunc argumentum valeret, *vt ait Rota dec. 233. par. 1. in recent.*

106 Item secus esset in argumento tem potis limitati, quia tunc illud valet, etiam ad iuris communis correctionem, *vt ait Surdus decisione 75. num. 5. & 6.*

107 Amplia quintò, quando præsens status vllo modo, cum origine rei de tempore præterito non posset conuenire, *vt ait Menochius consil. 378. num. 81. lib. 4. cum alijs ibi per eum allegatis*.

108 Extende decimoseptimò, quòd argumentum valet de matrimonio carnali ad illud spirituale, *Rota dec. 107. n. 15. par. 2. in recentior. Franch. decis. 42. num. 2.*

109 Vnde valebit hoc modo argumentū, si sic dicatur, furiosus, vel mentecaptus non potest matrimonium carnale contrahere, ergo nec spirituale; Sed hic nota, quòd furiosus, & mentecaptus insimul æquiparantur, & propterea tam in vno, quàm in altero, argumentum procedit, *vt ait Rota d. dec. 107. n. 14. & seqq. cum ibi alleg.*

110 Declara tamen illud non procedere quoad quantitatem, & sic non posse considerati excessiuitatem in dote data nubenti Deo, ad eam datam nubenti in seculo, & propterea videmus quòd valet legatum, si patet reliquerit maiorem dotem nubenti seculo, quàm illi religionem ingredienti, dummodo non constet illud in odium Monasterij & religionis fuisse factum, *vt ait latè Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. secundo, tit. 18. num. 27. latius Gaspar Antonius Thesaur. in suis quæstionibus forens. quæst. 60. lib. 10. latè Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 34. & hanc esse veriorem ait Rota in dec. 480. num. 9. par. 2. in recent. & apud Gregor. in sua decis. 63. num. 21. & Rota decis. 249. nu. 7. d. par. secunda in recent. & ita de communi obseruantia testatur Mantic. de Tacit. & ambig. contr. lib. 12. tit. 21. n. 30.*

111 Licèt *Franch. ibi supra dicta decis. 42. dicat*, quòd magis est curandum de anima, quàm de corpore; vnde ibidem infert, quòd veluti adiutorium debetur Domino in nubendo filias mūdo, ita, & multo magis nubendo Deo, quia finiti ad infinitum nulla datur proportio, licèt tamen permittatur, ob cōsetuationem familiarum, vt magis tribuendum sit nubenti in seculo, quàm ei in Monasterio, ob ingentes expensas, quæ præsertim hodie fiunt pro luxu, & ornamentis sponsarum, & ob id; videmus, quòd hic Romæ illa sancta Constitutio Sixti Quinti super excessiuitate dotiū in desuetudinem abiit, & id fecit, quia impensæ magnæ absorbebant illam paruam summam scutorum quinque millium, ab illa Constitutione sic præscriptam, & quòd amplius non fit in vsu, testatus fuit Clemens Octauus, dum in vno Breui ad instantiam DD. Pompei, & Victoriæ de Maximis emanato dixit, Nos attendentes dictam Constitutionem Sixti non esse v. su receptam, sed potius per contrariū vsum frequentiorem in desuetudinem venisse, &c. veluti eā refert, & sequitur *Rota in Romana Dotis Mercurij 23. Ianuarij 1619. coram Pirouano, &* ita quoque fuit obtentū pro Domina Lucretia Capranica, contra D. Ioannē Baptistam Cecchinum illius fratrem, ne dum in Tribunali Auditoris Cameræ, sed etiam in Signaturis, tàm Iustitiæ, quàm Gratiæ, coram Sanctissimo Vrbano Octauo, qui illius singulari prudentia, ac ingenti charitate preces aduersarij acriter reiecit, & sic me scribente, victoria in hac causa obtenta fuit.

Modo inhærendo illi opinioni Franchi extende eam in tantum procedere, vt propterea, si fuerit factum legatum scutorum mille in casu nuptiarū, illud debetur ēt ingredieti Monasteriū, etiā quod

quòd tali ingredienti fuerint relicta, solùm scuta centum, *vt ait Rota decis. 60. num. 5. par. 2. recent.* licèt ibi plures referantur qui tenent contrârium: sed in hoc pulchram rationem adducit *Ias. in l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de leg. 1.* vbi ait quòd si sit factum legatum à patre filiæ de mille, si nupserit, si verò ingrediatur Monasterium solùm ducenta habeat, tali casu, siue sit causa, siue pœna legatum valet, sed illa causa, seu pœna reijcitur, quia esset impeditiua vitæ contemplatiuæ; nam timore ducta, ne perderet illud legatum, potius nuberet seculo, quàm Deo, quod lex reijcit, *vt ait Bart. in l. 2. ff. de reg. Catoniana, & Mobedanus decis. 2. de consuet.* ait, quòd est recens consuetudo, vt filia ingrediens Monasterium minus habeat, quam nubens in seculo in hoc est viden. *Bart. in l. si ita quis, §. is cui interemptus, ff. de legato secundo num. 2. 3. & 4.*

Declara tamen legatum dotis deberi legatariæ, etiam si monasterium ingrediatur, si illud legatum quæratur Monasterio; at secus si extraneo, cum ad eum illud transmitti non possit, *vt ait Rota decis. 428. num. 3. & 6. par. 2. recent.*

112 Subextende illam decimamsextam extensionem procedere, etiam in argumento de reputatione, ad non reputationem, vel contrariam reputationem, ideò sicuti tenet argumentum, quòd vnus sit mentecaptus, dum talis à suo Patre reputatur, ita & è conuerso si ab eo sanæ mentis reputetur, *vt ait Rota in dicta decisione 107. num. 19 parte secunda diuersorum*, & ibi docetur, quando quis sanè mentis, vel mentecaptus censeatur.

113 Extende decimoctauò, quòd argumentum valet ab absurdo, & superfluo euitando, & est validissimum in iure, *Gratianus libro secundo disceptationum cap. 306. num. 16. & fuit dictum in Spoletana Lucri dotis 12. Iunij 1595. coram Cardinali Mantica, quæ est in eius impressis decisione 337. num. 9. & Capicius decisione 168. num. 6.*

114 Sed nota tamen, quòd istud argumentum à superfluitate est valdè fragile, *vt ait Magon. decis. 146. num. 16. & Rota dec. 64. de appell. in nouisn. 5.*

115 Subextende primò idem procedere in eo ab otiositate verborum, *vt ait idem Magonius decis. 57. num. 35.* vbi ait illud esse valdè periculosum, veluti est fragile illud à superfluitate.

116 Amplia dictam subextensionem in tantum procedere, quòd nedum verbum minimum; sed nec etiam syllaba debet stare absque virtute operandi, *vt ait Bald. in rubr. C. de contrah. empt. num. 16. & Rota in Romana census Veneris 18. Martij 1611. coram Card. Caualerio, & prius in alia Romana Palatij 12. Nouembris 1593. coram Card. Blanchetto.* Quinimò debet fieri suppletio verborũ potiusquam ea stent otiosa, ad quod enim euitandum verba impropriari debent, *Rolan. cons. 61. lib. 3. Aretin. cons. 294. nu. 3.*

118 Declara tu tamen, quòd dispositio aliqua dici non potest superflua, si solũ addat aliquod nouum vinculum, vel quòd clariùs, & apertiùs explicet id, quod per prius aliqua dubitatione inuolui poterat, vel etiam solùm exprimat id, quod per prius erat obscurũ vel etiam solum exprimat id, quod tacitè de iure inerat ex *tradit. per Tiraquel. de retract. lignag. §. 21. glos. vnica n. 5. & seq. Rota dec. 741. nu. 9. p. 1. diuers.* Et denique ad tollendam omnem superfluitatem sufficit, quòd dispositio quid minimum operetur, vt dicunt *DD. alleg. à Rot. in Bonon. hæreditatis de Armis Lunæ 18. Aprilis 1622. coram Merlino.*

118 Subextende secundò procedere in argumento à significatione, & etymologia nominis, & vocabuli, *vt ait Rota dec. 26. n. 4. de præbend. in nou.*

119 Extende 19. quòd valet illud, nempè data instantia argumentum corruit, *vt fuit dictum in Interamnen. pecuniaria Lunæ 23. Iunij 1603. coram Coccino, quæ est in eius impress. dec. 123. n. 26. & Rota per Card. Mantic. dec. 65. n. 3. & decis. 285. n. 1.*

120 Extende vigesimo, quòd illud argumentum valeat de toto ad partem, quod quidem procedit, etiam respectu

temporis, *vt fuit dictum in Romana saluiani interdicti, Veneris 19. Nou. 1598. coram Penia, & Franc. Marc. dec. 456. num. 37. & prius decis. 360. num. 8. & postea decis. 1122. num. 24. par. 1. & decis. 223. num. 5. par. 3. recent.*

121 Subextende, quòd immò faciliùs limitatur Iurisdictio in parte, quàm tollatur in totum, *vt fuit dictum in Cæsaraugustana Iurisdictionis Mercurij 5. Februarij 1609. coram Card. Sacrato quæ est in prima par. recent. decis. 174. num. 5.*

Declara tamen, quòd istud argumentum est probabile, sed non necessarium, & sic procedit secundum quid non autem simpliciter, & absolutè, *vt ait Rota dec. 222. num. 9 par. 3. recent.*

122 Extende vigesimoprimo, quòd argumentum valeat à verisimili mente disponentis, si ita interrogatus fuisset testator, *vt ait Rota per Put. decis. 152. lib. 2. & Verall. dec. 205. par. 3.*

123 Subextende primò illud quoque procedere in Papa, *vt ait Rota ibi supra.*

124 Subextende secundo quoque valere in commissionibus, & rescriptis, si Papa interrogatus ita rescripsisset, idē *Put dec. 3. lib. 2.*

125 Subextende tertiò parimodo procedere illud argumentum, ex eo sumptum, si testator voluisset, vtique expressisset, ex vi illius regulæ; Quod testator non loquitur, id velle non præsumitur, *Gratian. lib. 5. discept. cap. 930 num. 31.* & latè dicam in verbo Testator.

126 Subextende quartò procedere in eo sumpto à verisimili responsione statuentium, *vt ait Franch dec. 91. n. 11.*

127 Fallit tamen, veluti si essemus in dispositionibus conditionalibus, in quibus ratio mentiua non inspicitur, *vt ait Rota decis. 433. num. 8. par. 1. diuersorum.*

128 Fallit secundò in eo sumpto, *in l. tale pactum §. fin. de pact* quia illud est valdè fallax, & periculosum, *vt ait Magon. decis. Florent. 66. num. 22.* & præsertim in casu omninò omisso, *Magon. in dicta decis. 66. num. 23.* & quòd illud sit fallax, *ait idem Magon. in decis. Lucen. 82. num. 28.*

129 Extende vigesimo secundò, quòd à correlatiuis procedit, dummodo inter ea diuersa ratio non vigeat, *vt fuit dictum in vno dubio Sacræ Congregationis Concilij 21. Iunij 1602. quæ est in impressis* Card. *Seraph. dec. 144.*

130 Vnde ex eo infertur, quòd lex pœnalis ad correllatiuum non extenditur vbi par ratio non erit, at secus si è contra, & ratio est, quia odia restringenda sunt, fauores verò ampliandi, iuxta regulam odia, & ibi scribentes, de regula Iuris, *& ita fuit dictum in relato dubio, & Magon. decis. Lucen. 58. in annotat. vers. Quod argumentum, sub littera B.*

131 Subextende primò idem procedere in criminalibus, *vt ait Magon. ibi supra num. 7.*

132 Subextende secundò idem procedere in materia correspectiuorum, quorum est eadem natura, quia vno cessante cessat, & alterum, *vt fuit dictum in vna Camerinen. pecuniaria Veneris 3. Aprilis 1598. coram Cardin. Mellino*, & vnus actus alteri ita dicitur inesse, vt propterea vnicus censendus sit, *vt ait Card. Seraph. dec. 540. num. 4. & Rota dec. 141. num. 4. par. tertia recen.*

133 Et nota quòd correspectiuas inducitur ex vicinitate actuum, siue ex præstatione consensuum vno, & eodem die, coram eisdem testibus, & Notario, *Achill. decis. vnica de resignat. Rota in Bononien. pensionis 23. Iunij 157. coram Aldobrandino postea Clemente Octauo, & Card. Seraph. decis. 619. num. 7.*

Quin immò id procedit etiam, si diuerso tempore vnus fuerit factus ab altero, quia nihilominus correspectiui dicuntur, ita vt sublato vno, alter etiā cessare dicatur. *vt ait Rota dec. 89. num. 1. par. 3. recent.*

Secus tamen erit dicendum, vbi ageretur de præsumendo aliquo delicto, *vt ait Put. dec. 167. & dec. 479. lib. 2. & ita fuit dictum in vna Bononien. census Lunæ 24. April. 1600. coram Card. Pamphilio.*

134 Extende 23 quòd illud tenet, quādo

do sumitur à præcedentibus, & subsequentibus in materia Iuris cessi, *vt ait Rota decis.* 478. *num.* 1. & est validum in iure istud argumentum, *vt ait Rota dec.* 626. *num.* 5. *in fine par.* 3. *in recentior.*

135 Extende vigesimo quartò, quòd valeat de libertate ad piam causam, *vt ait Rota decis.* 647. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 603. *num.* 6.

136 Declara tamen id esse verùm, si illęmet rationes irreuocabilitatis, & inæstimabilitatis, quæ pro libertate militant, eędem in pia causa concurrant, alias cautioni Mutianæ locus esset, *vt ait Rota ibi supra dicta dec.* 647.

137 Extende vigesimoquintò, quòd procedat argumentum de adoptione ad legitimationem, cum à pari procedant; Nam veluti in legitimatione solùm ius priuatum vulneratur, vt puta Patris, & filiorum, ita, & in adoptione; & propterea ad illos actus inducendos sola causa necessitatis, vel vtilitatis priuatæ sufficeret, vt est carentia filiorum, in quorum defectum solet fieri legitimatio, siue adoptio; secus verò si essemus in dispensatione, in qua cum ius publicum vulneretur, idcircò causa necessitatis, vel publicę vtilitatis esset necessaria, *vt ait Rota per Puteum dec.* 110. *n.* 1. & 2. *lib.* 2. *secundum nouam impressionem.*

138 Extende vigesimo sextò, quòd argumentum valeat sumptum à causa testati, ad causam intestati, *vt ait Rota dec.* 295. *num.* 14. *par.* 2. *diuers.*

139 Et ideò veniens ab intestato dicitur venire ex tacita defuncti voluntate, quę menti testantis conformis esse censetur, *vt ait Rota ibi supra nu.* 13.

140 Extende vigesimo septimò, quòd argumentum valeat à necessario antecedenti in omni materia, quantumuis stricta, quinimmò etiam in sententiis valet, *vt fuit dictum in Romana liquidationis fructuum* 16. *Martij* 1587. *coram Card. Blanchetto, & Card. Seraphin. dec.* 776. *nu.* 1. & *dec.* 626. *nu.* 5. *par.* 3. *recent.*

141 Subextende illud quoque valere à cessante ratione legis, quia est validum, *vt ait Verall. dec.* 23. *n.* 2. *p.* 3.

142 Extende vigesimo octauo, quòd argumentum quoque procedat ab auctoritate Poetarum, scriptorum approbatorum in studijs, Philosophorum, Grammaticorum, Prophetarũ, & Psalterij, *vt latè tradit Hipp. Rimin. in prin. Inst. de donat. n.* 117. *cum seqq.*

143 Declara tamen illud esse probabile, sed non necessarium argumentum, quia prædictorum non est de apicibus Iuris scire noscere, *vt ait Euerard. in sua centur. ab auctoritate, & idem Riminal. ibi supra*

144 Subextende idem procedere in illo sumpto, ab auctoritate Maiorum, quia illud est probabile, non autem necessarium, *vt ait Magon. dec. flor.* 134. *num.* 15.

145 Subextende secundò, parimodo procedere in eo ab auctoritate Cronicarum, *vt fuit dictum in Comen. habitus Mercurij* 9 *Iunij* 1610. *coram Pirouano, quæ est inter criminal. Farin ac. dec.* 290. *nu.* 6. & 7.

146 Restringe tamen primò regulam nõ procedere in argumento à casu belli, ad illum inundationis sumpto, & ideò, si in locatione erunt excepti casus Belli, & Pestis, non ob id tamen censetur exceptus ille inundationis, & sterilitatis, quia bellum, & pestis semper sunt damnosa, *vt fuit dictum in Romana remissionis mercedis,* 23. *Martij* 1594. *coram Card. Blanchetto, quæ est inter crimin. Farinac. dec.* 81. *nu.* 4.

Sed hic opportunè erit notandum, quòd Fluminis inundatio dicitur casus insolutus, de quo, cum non videatur cogitatum, Idcircò sub casu fortuito non comprænhenditur. Et propterea si ea acciderit, remissio mercedis erit facienda in locatione; etiam si quis periculum casuum fortuitorum in se suscepisset, cum iuramento, siuè etiam si fuerit dictum de casu cogitato, & non cogitato, *vt ait Rota per Buratt. dec.* 210. *num.* 8. & 9. & *ibi in addit.* Vbi habetur, quod ad hunc effectum casus insoliti dicuntur arbitrio Iudicis.

147 Restringe secundò regulam non procedere in eo sumpto ab extensione, ad subrogationem, qua non augetur obligatio fideiussorum, veluti esset

esset in extensione, nec vnus obligatus pro vna re debet obligari pro alia *vt fuit dictum in Romana census seu. 1 tor. 18. mil. Luna 9. Iun. 1608. coram Gregorio, quæ est pœnes Cincium de censibus, decis. 60. num. 2. sed pœnes Gregorium eam non inueni prædicto modo allegatam*.

148 Restringe tertiò, quòd argumentum non valet à iurisdictione temporali, ad terminos Ecclesiarum, *vt fuit dictum in Cæsaraugustana, & Detrusen. Cambimentorum 4. Martij 1602. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1422. num. 17.*

149 Restringe quartò, quòd illud non 2 valeat sumptum de diuisione Prouinciarum temporalium ad dignitates Ecclesiasticas; Vndè si fiet diuisio Prouinciarum per Imperatorem, vel alium 3 Principem, non propterea poterit fieri illa Episcopatuum, & Diœcesum, *vt ait Franc. Marc. decis. 1122. nu. 16. par. 1.*

150 Restringe quintò, neque illud valere ex vsu ad possessionem, neque è conuerso, veluti ex non vsu, ad non possessionem, *vt ait Rota dec. 221. nu. 2. par. 1. diuers.*

151 Restringe sextò non valere alterũ sumptum, quòd damnato Iure patronatus censeatur quoque damnata concessio, siue sepulturæ concessio, *vt ait Rota decis. 223. num. 2. par. 1. 4 diuersorum.*

152 Restringe septimò, non procedere argumentum in dispositione negatiuè concepta, nec quando inducta ad vnum finem operarentur contrariũ, necminus in contrario sensu si eadem, vel maior ratio militaret, *vt pulchrè ait Surd. in sua decis. 185. num. 24.*

135 Restringe octauo, quòd illud non sumatur in casu omninò ommisso, *vt ait Magon. dec. Florent. 66. nu. 23.*

ARGVMENTVM.

DE DELATIONE ARMORVM, ET 5 quibus personis ea sint prohibita deferre, & quando, & à quibus sit eorum licentia concedenda.

CONCLVS. CXXXXIII.

ARMA, nota, quòd regulariter sunt vetita; & ratio est quia, qui defert arma, & præsertim prohibita animũ maleuolum habere censetur, *vt ait Franc. Marc. in sua decis. 114. num. 1. par. 1. & in secunda parte decis. 576. num. 1. & Mascard. de probat. conclus. 128. num. 1. & seqq.* Et propterea sine Principis auctoritate deferri non possunt, *l. unica C. armorum vsus lib. 11. & Riccius in sua collectanea, decis. 1130. par. 4.*

Fallit tamen considerata qualitate personæ, necnon alijs contrarium suadentibus, *vt ait Farinac. in secunda part. prax. crimin. quæst. 108. num. 72.*

Vndè ex hoc infertur primò, quòd nemo possit armatos homines coadunare, nisi cum Principis licentia, & id ne dum ex dispositione Iurs communis, verùm etim ex constitutione Sixti Quinti de Caualcatis, & aliorum Pontificum, *vt fuit dictum in vno voto, quod reperitur inter decis. crimin. Farinac. 61. num. 2.* Vbi propterea ait, quòd eorum bona non publicantur, sed dantur ascendentibus, & descendentibus & ex latere, vsque ad tertium gradum, excepto tamen læsæ maiestatis crimine.

Extende, quòd huiusmodi coadunatio personarum, cum armis in Vrbe dicitur species criminis læsæ Maiestatis. & vis publicę, quando interuenit portus entium, & aliorum armorum offensibilium, *vt ait Franc. Marc. dec. 251. num. 1. par. 2.* vbi ait quòd armorum delationis pœna est confiscationis bonorum, deportationis, siue bannimenti, quod tamen intellige de delatione armorum facta ad mlaum finem, siue quando arma essent de genere prohibitorum, vt de Archibusetis, & similibus armis, velut i inferius dicetur.

Infertur secundò, quòd neque Barones, neque alij feudatarij Ecclesiæ possunt inconsulto Summo Pontifice Caualcatas facere, neque copias militum coadunare, *vt fuit dictum in illo voto, num. 22.* aliàs in pœnam di-

ctæ

ac constitutionis incidunt.

6 Infertur tertiò idem procedere in eximente à carceribus carceratum hominibus armatis, quia talis tenetur ea pœna in dicta Bulla Sixti contra bannitos contenta, *vt ait Rota in dicto voto num. 17.*

7 Restringe tamen primò, id habere locum, quando ille exemptus esset de illis bannitis facinorosis hominibus in dicta Bulla expressis, aliàs secus, vt distinguendo *ait Rota vbi sup. n. 17. & 21.*

8 Restringe secundò, quòd si quis coadunat homines ad effectum committendi vnum delictum, sed plura per illud committat, tunc non tenetur, nisi de eo, ad quem finem coadunatio facta fuit, immò, nec eo casu de coadunatione teneretur, nec minus eas pœnas in dicta Bulla contentas incurrit, *vt fuit dictum à Rota in dicto voto, nu. 4. & 7. & 19. & 22. in addit. in lit. D.*

9 Declara tamen id esse verum, quando quis vnico contemplato fine, & cōtinuato impetu plura delicta committit, quia tunc de vno tantum tenetur licèt sit benè verùm, quòd tenetur de maiori, secus verò si quis continuato impetu haberet animum perpetrandi plura delicta, quia tunc de pluribus delictis teneretur, quia, quot sunt peccata, tot debent esse pœnitentię, veluti dicitur de eo, qui committeret adulterium, cum consanguinea, quia ille, tàm de incestu, quam de adulterio tenetur, cum in illo actu duplicitas delicti diuersi generis concurrat, & propterea de vtroque punitur, *vt ait Rota ibi supra in dicto voto Card. Seraphini num. 5. & 6. & in addition. in principio.*

10 Infertur quartò, quòd si adsit statutum, quod armorum delationem prohibeat à pulsu, siue sono campanæ de sero, tunc illud inclusiuè venit intelligendum, & sic post pulsum, cum illud sit odiosum, ob pœnam, quæ infligitur, secus autem si essemus in statuto concedente arma deferri à pulsu campanę de mane, quia tunc exclusiuè staret, & sic in principio pulsus, cum ea concessio sit fauoribilis, *vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 161. n. 23.*

11 Extende secundum casum eò magis procedere, quando adesset illa dictio, à, quæ excludit de sui natura, *vt fuit dictum in Tirasonen. Canonicatus 21. Aprilis 1578. & in alia Auximana tutelæ Veneris 24. Nouembris 1598. coram Lauretano, & Rota decis. 710. par. prima diuers.*

12 Quemadmodum erit quoque extēdendus primus casus, ob eam dictionē *vsque*, nempè, si delatio, vsque ad sonū campanæ esset permissa, quia illa dictio, *vsque*, includit, & perfectionem actus requirit, *vt fuit dictum in vna Vrbeuetana Castrorum, quę est inter diuers. decis. 170. coram Cardinali Blanchetto, Surdus decis. 178. num. 4. & sequentib.*

13 Subextende illum prædictum casum quoque procedere, quando tempus esset in genitiuo, seu in accusatiuo positum, quia illud pari modo perfectionem actus expostulat, *vt fuit dictum à Rota in Auximana Veneris 24. Nouembris 1595. coram Gipsio, & est text. in l. si cui legetur in princip. ff. de legat. primo, & ibi Bart. quem in hoc sequuntur Iason, Castrens. Alexand. & communiter Doctores ibidem, Natta consil. 461. Simon de Pret. in tractat. vltim. volunt. cart. 404. num. 50. idem Surd. in dicta decisione 178. num. 4 & 6. & Magon. decis. 10. num. 24. Rotæ Florent.*

14 Prętereа hic notandum erit, quòd appellatione armorum, non solùm veniunt scuta, gladij, & galeæ, sed etiam fustes, & lapides, iuxta *text. in l. armorum, ff. de verborum significat.* & in hoc vidēdi sunt *Doctores allegati à Farinaccio in quæst. 108. num. 1. secundæ partis suę praxis crim. & Franc. Marc. decisione 251. num. 2. par. 2.*

15 Extende primò, quòd etiam veniat omne illud, quòd est aptum nocere, & propterea ille dicitur vim publicam armatus inferre, dummodo in manu habeat aliquid aptum nocere, *vt est text. in l. armatus, & ibi DD. ff. ad l. Iul. de vi publ.*

16 Extende secundò, quòd etiam telorum appellatione veniat omne aptum nocere, *l. qui ęde, ff. eod. tit.* & quòd in specie veniat baculus, & omne aliud aptum ad nocendum, *ait Aretin. in §. lex*

§. *lex Cornelia inst. de publ. iudic. num. secundo.*

17 Extende tertiò, quòd sub huiusmodi armorum appellatione veniūt quoque lapides, & fustes, *vt ait Papiens. in sua praxi libell. in form. inquisit. §. cum armis, & ensibus.*

18 Subextende, ꝙ percutiens aliquē baculo, siue fuste, dicitur armis offendere, & ei atrocem iniuriam inferre, *vt ait Farinac. in secunda par. prax. crim. quæst.* 105. *num.* 217 *Clar. in §. iniuria in princip. Afflict. in constit. Regni Si quis in aliquem, Doctores allegati per addent. ad Foller. fol.* 57 *Gramm. decis.* 17. *& Thesaur. decis.* 214. *per totā, vbi in fine ait,* quod si percussus cū baculo obierit, tunc percutiens pœna homicidij plectendus venit; quando tamen in eo animus occidendi detegatur; quod ex qualitate loci percussionum, & vulnerum erit iudicandum, & vide quæ dixi in verbo *Aggressor, concl.* 80. *num.* 8.

19 Sed declara tamen, illud esse verum impropriè, non autem propriè, *Farinac. ibi supra num.* 87. *cum seq.* vbi habetur de rustico baculum portante, sine ferro, & de tenente aceruum lapidum super fenestra.

20 Extende quartò, quòd eorum appellatione veniant quoque arma defensibilia, & quæ ante factum non venirent, secus post offensam, quia tunc largo modo illud verbum armorum sumitur; licèt contrarium tenere videatur, *Marsil. in sua praxi, §. pro complemento, num.* 19. sed quæ defensiua dicantur *ait Farinacc. ibi supra num.* 25. *& alij Doctores ibi per eum allegati.*

21 Fallit tamen, veluti, si loqueremur de dentibus, qui appellatione armorum non veniunt, & præsertim in materia pœnali, & stricta, quia tunc verba intelliguntur ad literam, & solùm ea arma veniunt, quæ sunt apta nocere, & quæ denique sunt manufacta, & ab homine separata, & propterea si quis mordeat alium cum dentibus, & præsertim extra faciem, tunc sine armis offendere dicitur, nisi particulare statutum reperiretur de percutiente cum dente, siue de percutiente non solùm cum armis, sed etiam cum alia re ad nocendum apta, aut ad maleficium committendum, aliàs secus, quia licèt in hac materia omnes res veniant, quibus aliquādo vti solemus ad nocendum, etiam si ad aliam operationem fuerint fabricatæ; Nihilominus sub eorum nomine dens non contineretur, cum non sit instrumentum separatum ab homine, *vt ait Bart. con sil.* 106. *incipien. Statuto Castri Plebis libro primo,* Aliàs homo semper iret armatus, vt habetur ibi in *additionib. ad Bart. & ibi concordantes habebis Marsil. in praxi, §. pro complemento num.* 14. *& est Clementina prima, §. Qui verò, in verbo Arma, de stat. Monachor. Capoll. in l. armorum in princip. & ibi Alciat. circa finem Rebuff. versic. Secundo intelligitur, & versic. Quarto, ff. de verbor. significat. Caball. in sua resol.* 93. *& Marta in compilat. decis. tomo secundo in verbo Arma cap.* 5. *& ibi plura, & viden. est d. Caball. in sua resol.* 107.

Licèt sit benè verum, quòd percussio facta cum dente, quando non adsit particulare statutum, debet puniri iuxta aliud loquens de re, siue percussione simili, ad hoc, ne delictum remaneat impunitum, & sic in casu non expresso, potest ad similes fieri extensio, siue ad consuetudinem loci esset recurrendum, *vt ait Caball. in dicta sua resol.* 93. *& Marta in dicto cap.* 5. *prope finem.*

22 Sed pro vera, & reali intelligentia istius materiæ sciendum erit, quòd triplex est genus armorum, & Primum est proprium, de quo loquitur *authent. de armis, & Angel. cons.* 397. *num.* 2.

23 Secundum est eorum, quæ euidenter sunt apta nocere, veluti, quando homo eius industria, cum illis nocumētum inducere potest, *vt ait idem Ang. dicto consil.* 397. *num.* 2. *versic. Tertia species.*

24 Tertium genus est eorum, quæ non sunt parata ad nocendum, prout sunt candelabra, & alia instrumenta ad vsum permissum parata, quæ tamen incidenter possunt nocumētum afferre, & hęc non veniunt appellatione instrumentorum euidenter aptorum ad nocendum,

nocendum, *idem Angel. in præcitato loco*.

25 Modo restat videndum, quibus sit prohibitum arma deferre, & qua pœna ea deferentes sint puniendi.

26 Sed prius erit bonum scire, quòd de Iure Digestorum licebat deferre arma, de Iure verò Codicis non sine licentia Principis; De Iure autem Authenticorum non licet deferre, etiam illa defensibilia, De Iure Nouissimo, solùm itinerantibus ea deferre licet, *vt ait Bertachin. in verbo Arma, vers. 32. incipien. Arma*.

27 Extende igitur primò, quòd mulieres non possunt deferre arma, & si ab eis deferantur, puniuntur pœna statutaria, seu bannimentorum, vt alij, non autem Iuris communis, quando statuta, siue bannimenta adsunt, *vt ait Decian. in suo tract. crimin. lib. octauo, cap. 3. num. 17. & Farinacc. ibi supra num. 13. & 15*.

28 Extende secundò, quòd etiam forenses ea deferentes possunt puniri, nedum iuxta dispositionem Iuris cōmunis, verumetiam iuxta statuta, & bannimenta, *vt dicunt Alex. Afflict. Marsil. Carer. & Clar. allegat. à Farinacc. ibi supra num. 16. in quæstione 108*.

29 Et ratio est, quia illi debebant se informare de statutis, siue bannimentis, circa delationem armorum, & eò magis, quia vbique vsus armorum regulariter est prohibitus, *vt dicunt Doctores superius allegati*.

30 Declara tu tamen illam extensionē esse veram, si pœna contra deferentes arma esset leuis, vt est illa ictuum funis, siue pecuniaria, at secus, si grauis, & præsertim in his, qui de longinquis partibus proficiscuntur, in quorum fauorem semper mitius est procedendum, *vt dicunt illi Doctores, & Farinac. ibi sup. n. 16. cum seqq*.

31 Licèt in statu Ecclesiastico, nisi forenses sint certiorati à custodibus Portarum de pœna delationis armorum, siue ab hospitibus, qui sub pœna id facere tenentur, non debent, ob armorum delationem puniri, *vt ait idem Farinac. d. q. 108. n. 20*.

Et re vera, si forenses non gaudent beneficio statutorum loci, neque debent illis ligari, nec minus pœnis bannimentorum puniri, nisi illis scienter contrauenerint, iuxta ea, quæ ait *Rotaper Gregorium decis. 279. num. 10. & 25. in addit*.

32 Extende tertiò, quòd dicta armorum delatio sit nobilibus, & diuitibus prohibita, *vt dicunt DD. allegati à Farinac. ibi sup. n. 25*.

33 Subextende multò magis procedere in Rusticis, quod tamen intelligo verum de illis armis ad defendendum aptis, secus verò de illis ruralibus, vt sunt Accetta, Ronca, Rastra, Falces, Ligones, Perticæ, & similia, *vt recenset idem Afflict. in dicta constitutione intentionis, §. si quis rusticus num. 4. inprimo notabili*.

34 Extende quarto, idem procedere in militibus, nisi tamen essemus in expeditione Belli vel etiam eo finito, quia tunc arma deferre possunt *vt dicunt dicti Doctores, & Farinac. in præcit. loco num. 26. & seqq*.

35 Extende quintò, procedere in Clericis, quibus delatio armorum est prohibita, & propterea si inueniantur possunt capi à Birruarijs sæcularibus, sicut etiam in alijs casibus in flagranti delicto reperti, & illis eorum arma confiscantur, sed ipsimet eorum Ordinario erunt tradendi, pro pœna, *Gratian. lib. 1. discept. cap. 139. num. 15. & Vrsil. ad Afflict. decis. 170. num. 6. & Farinacc. ibid. num. 21. & Franc. Viuius dec. 287. & Marta in compilat. decis. tomo secundo in verbo Arma cap. 7. & post Ioan. Fabr. Castian. Couar. Io. Lopez. Paris de Puteo, Plazam, Plateum, Menoch. Foller. Mantuan. ait Camill. Borell. nouissimè in summario decisionum titulo 43. de foro competen. num. 136. folio 171. & idem Viuius in sua decisione 26. num. quinto, & Sayr. decis. 45. de sent. excomm*.

36 Et declara, q tunc Birruarij, quando capiunt Clericos, neque peccāt, neque excommunicantur, *vt ait Sayr. d. decis. 45. de sent. excom*.

37 Contrarium, quòd scilicet statutum prohibens arma, tamquam publicum fauorem continens non liget Clericos ait *Peguer. decis. 56. & Marta ibi supra cap. 1*.

cap. 1. Et ratio est, quia Clerici sunt exempti à seculari iurisdictione, tàm quoad personas, quàm quoad bona, *vt ait Anna decis.* 13. *Coppin. decis.* 500 *Rota Cracou. & Rubin. decis.* 52. *Rota Lipsien.* Et veluti de hoc latè, & pulchrè fuit resolutum à *Rota in Alben. Gabella, seu Onerum Veneris* 28. *Iunij* 1630. *coram Domino meo Merlino*, in hac materia omnino viden. quia ibi pulchra memoriæ mittenda inuenies, & multa dixi in *Conclusione* 111. *sub num.* 6.

38 Concordari possunt istæ duæ opiniones, nempè, quòd prima procedat quando statutum publicam vtilitatem respiceret. Secunda verò quando secus. Item prima habet locum respectu pœnæ pecuniariæ; secunda verò respectu corporalis, licèt etiam executio pro pœna pecuniaria non possit fieri in bonis Ecclesiasticis, vel temporalibus mobilibus, quæ personam sequuntur, sed benè in bonis temporalibus immobilibus Clericorum, vt distinguendo hoc modo tradit *Peguer. decis.* 56. *num.* 18. *Clar. in sua praxi crimin.* §. *fin. lib.* 5. *quæst.* 35. *num.* 26. *& Riccius in sua collect. decis.* 1135. *p.* 4. *& prius in collect.* 171. *par. prima*, pulchrè docet, in quibus casibus statutum Laicorum Clericos liget, omnino viden.

39 Subextende primam opinionem procedere, etiam si ad sui defensionẽ ea deferrent, quia eo casu eorum delatio debet esse cum licentia suorum Superiorum, vt animaduertit *Afflict. in dicta constitutione incipien. Intentionis num.* 9. *& Decian. in dicto tract. lib.* 8. *c.* 3. *n.* 37.

40 Sed est bene verum, quòd cum licentia Papæ, vel sui Ordinarij, possunt etiam armis offensibilibus ad eorum defensionem vti, nec non familiares armatos secum ducere, veluti etiam pro defensione proximi, *vt ait Viuius, & Marta ibi supra*.

Extende id multò magis procedere itinerando, quia tunc clerici arma ad sui defensionem impunè deferre possunt, *vt ait Marsil. in suo consil. crimin.* 103. *num.* 32. *volum.* 2. Quinimmò Bannimenta, quæ prohibent armorum delationem pro defensione vitæ, vti rationi naturali repugnantia non valent, *vt ait Marsil. ibi supra num.* 36. *& sequen.*

41 Declara tamen prædicta non procedere in foro animæ, quo quidem casu Clerici deferendo dicta arma, sine licentia Superiorum, mortaliter peccant, & excommunicari possunt, cum neque per se, neque per alium pugnare, nec armis contendere possint, immò ea capientes gradum amittunt, quia eorum arma debent esse lacrymæ, & orationes; & officium Sacerdotum est sacrificiis, & orationibus vacare, *vt ait Franc. Viuius decis.* 26. *cum aliis allegatis, & Francisc. Marc. decis.* 456. *nu.* 43.

42 Amplia, quòd si Religiosi sine licentia intra Monasterium arma teneant, ipso iure intelliguntur excommunicati; *idem Viuius ibi supra, & Marta in compilat. decisionum in verbo Arma, tom.* 2. *c.* 8.

43 Subamplia hic obiter, quòd si Clericus sit venator, perdit canes, & alia instrumenta ad venandum apta, sed nõ tamen prędam, *vt ait idem Grat. ibi supra num.* 23.

44 Subamplia secundò, pari modo procedere in Laicis, qui inuenti cum armis, ea perdunt, & fisco applicantur, licèt tamen ex consuetudine in Vrbe Barisello, & executoribus acquirantur, *vt testatur idem Farinac. ibi sup. num.* 11.

45 Quinimmò ea etiam amittuntur, licèt non sint eorum, qui capiuntur, nec pro eis recuperandis datur Dominis actio contra Birruarios, sed contra deferentes, *vt ait Ioseph. Ludou. dec.* 31. *per tot. p.* 1.

46 Restringe tñ dictam opinionem nõ procedere, si illi ea deferant in itinere, pro sui corporis defensione, transeundo per loca periculosa, *vt dicunt DD. allegati à Farinaccio ibi supra num.* 21. *&* 110.

47 Extẽde 6. cõclusionẽ procedere in retinẽtibus arma domi prohibita, veluti dicitur de Archibugiettis, & pugionibus, dummodo ea iure dominii, non autem iure pignoris retineant; Item nec per momentum temporis, sed per longum

longum ſpatium,& ſcienter retineant, ſuper qua retentione adeſt Conſtitutio Pij Quarti, *vt ait Farinac.ibid. num.* 38 *& ſeqq. & alij citati ab eo*. Secus verò de illis non prohibitis, quia ea de conſuetudine poſſunt in domo retineri, & ad ſui defenſionem deferri, *vt ait Farinaccius ibi ſupra, & Crauetta conſ.* 314. *in princip.*

48 Declara tamen, quòd poſſunt prohiberi eorum delationes generaliter, & particulariter ex cauſa, *vt ait idem Crauetta ibi ſupra num.* 3. *& latè Iaſ. in* §. *ex maleficijs num.* 81. *inſtit. de actionibus.*

49 Extende ſeptimò, idem procedere in arma fabricante, vendente, & mercante, qui ſine licentia Principis, id facere non poſſunt, quod tamen intellige verum de iure, ſed de conſuetudine ſeruatur contrarium; in his tamen, quę non ſunt prohibita, *idem Farinac. ibi ſupra num.* 37.

50 Extende octauò, procedere in eo, qui ea defert in loco Iudicij, & vbi ius redditur, vel in aliqua congregatione, etiam ſi talis ab homine, vel à iure licentiam habeat, licèt ſecus ſit, quando audientia eſſet finita, *Afflict. in dicta conſtitutione Intentionis num.* 25 vbi loquitur de Palatio Magnæ Vicariç, *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *caſu* 394. *num.* 38. *& Bonacoſſ. in ſuis quæſtionib. crimin. in verbo De Armis, verſic. Item dicto ſtatuto, & Marta in ſua compilat. dec. to.* 2. *in verbo Arma c.* 7.

51 Extende nonò, idem procedere in Palatio Principis, vbi arma deferre nõ licet, etiam ſi quis licentiam haberet, & Princeps à ſuo Palatio abeſſet, *vt dicunt Afflict. Bald. Marſil. Carrer. Tiraquel. Bart. Menoch. & alij allegati à Farinacc. dicta quæſt.* 108. *num.* 47. *& Viuius in ſua dec.* 287 *num.* 2. *& Marta ibi ſupra d. cap.* 7.

52 Contrarium tamen de conſuetudine ſeruari teſtatur *Clar. in* §. *fin. quæſt.* 82. dicens, ſemper vidiſſe ab hominibus arma deferri in Palatijs Imperatorum, & Regum, & idem etiam teſtatur ſeruari in Palatiis Summi Pontificis *Farinac. ibi ſupra num.* 49. in quibus egomet pluries ab enſibus nobilium in cubitibus, & cruribus remanſi percuſſus, quòd herclè ſemper ægrè tuli.

53 Extende decimò, eò magis procedere in deferente arma venenata, quia cũ magis dicatur, quis delinquere veneno quam ferro; Idcircò acrius quoque erit puniendus, *vt dicunt Petrus à Placb. in Epitome delictor. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 21. *Barb. in tract. de Cardin. legato quæſt.* 5. *num.* 26. *verſ. Pone ſtatutum, & n.* 27 *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 394 *nu.* 47. *Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crimin. in verbo De Armis, & Decian. in ſuo tract. crimin. lib. octauo, ca.* 3. *num.* 29. *Claud. ad Bertazzol. in ſuo conſ.* 52. *in lit. B.*

54 Extende vndecimò, procedere in deferente baculum aptum, & accommodatum ad nocendum, at ſecus in paruo baculo, & ad id dignoſcendum arbitrio Iudicis remittitur, veluti idem quoque procederet in deferente pilam plũbeam, *vt dicunt DD. alleg. à Farin. ibidem num.* 89. *&* 90.

55 Extende præterea, quòd Iudex poteſt deferentem arma in fragranti deprehenſum, ſeu alio modo confeſſum, vel conuictum, abſque alio proceſſu punire, *vt ait Baiard. ad Clarum in q.* 82 *num.* 65. *Paris de Put. de ſindic. in verbo eius, cap.* 2. *num.* 4. *fol.* 245. *Carrer. & alij alleg. à Farinac. in d. quæſt.* 108. *num.* 64.

Sed quando deprehenſio in actu propinquo in delictis, faciat indicium, vel probationem inducat, vide *Franc. Marc. dec.* 899. *nu.* 13. *par.* 1.

56 Contrarium licèt dicat *Afflict. in dicta Conſtitutione Intentionis num.* 28. *de illis port. arm.* vbi firmat officialem non poſſe punire arma deferentem, & ab eo pœnam exigere, ſi prius ſuper eorum delatione non fecerit teſtes, & officiales examinari, vel niſi confeſſionem delatoris in ſcriptis habuerit. Idem ait *Bertazzol. in ſuo conſilio* 219. *num. ſecundo*. & ibi ait non eſſe denegandas reo defenſiones, dum negat eum in fragranti fuiſſe deprehenſum. Quinimmò requiritur declaratoria Iudicis, ſuper eo, quòd quis, ob delationem armorum inciderit in pœnam bannimentorum, ſiue ſtatutorum, vel aliarum Conſtitutionum

Tt iuxta

iuxta morem Regionis, & ab ea appellatio detur, *vt ait Afflict. in præcitato loco*.

57 Licèt *Decianus in dicto suo tractatu criminali lib. 8. cap. 4. num. 21. & Baiard. ad Clarum in d quæst. 82. n. 54.* dicant, quòd melius sit soluere, quàm sententiam appellationis fauorabilem in carceribus expectare, aliàs esset velle sitim cum sale, & perna extinguere.

58 Sed quòd Birruariorum depositiones conuincant arma deferētem, cumquè in fragranti fuisse deprehensum, probent, ex ea ratione, quia armorum delatio sit leue delictum, & in leuibus officiali, siue denunciatori credendū sit, *ait Paris de Puteo, Marsil. Grammat. Decian. Bursatt. allegati à Farin. in d. q. 108. n. 150. & 151.*

59 Contrarium licèt teneant *Bertazol. in consil. 219. num. 2. versic. Sed quæstio est, vbi alios allegat, & Baiard. ad Clarum in d. quæst. 82. num. 6. idem Bertazol. in consil. 173. nu. 7.*

Quod tamen intellige verum, quando pars pœnæ esset executoribus applicanda, siue pœna esset grauis, alias secus, vt exemplificant *Angel. in l. ea quidem, num. 1. C. de accusat. Bart. in l. Diuus, num. 8. ff. de custod. reorum, Natta consil. 550. num. 8. & Salicet. in d. l. ea quidem num. 19 in quæst. 10. & num. 21. & 22.*

60 Secus autem, quando essemus in loco, vbi extaret statutum, quòd officialibus esset credendum, *vt dicunt Bonacoss. & Albericus allegati à Farinaccio ibidem num. 153. & facit decisio Riccij Curiæ Archiepiscop. Neapolit. 50. vbi sæpius fuit decisum* standum esse depositioni Cursorum eiusdem Curiæ, illisque plenam fidem esse adhibendā, & præsertim, cum illi sint Clerici, quia tunc in eis vilitas cessando, ideò mirum non erit, si illis sit credendum, & ad faciendam plenam probationem admittantur, etiam in causis grauibus Sanctæ Fidei, veluti, si assererent inuenisse libros hæreticorum, aut nigromanticorum penes talem personā, *vt ait idem Riccius in decisione 47. eiusdem Curiæ Archiepiscopalis, & in collectan. 646. & facit decisio Fabr. 38. C. de testib.*

Extende eodem modo procedere in Custodibus agrorum, quibus est standum, dum deponunt de vi sibi illata à damnificante, siue de pignoris ablatione, ob damnum datum facta; licèt id procedat in vim *Constitutionis Marchiæ libro quarto, cap. 49.* vbi expressè cauetur, quòd talibus Nuntijs sit standum, de impedimensis sibi factis deponentibus. At secus de iure communi, cuius dispositione illis non est standum, cum solo iuramento, nisi quoad damna data, non autem circa ea, quæ criminaliter aguntur, & id à maioritate rationis arguendum venit, quia veluti non statur dicto birruariorum publicum officium habentium, ergo multò minus erit credendum custodibus à personis priuatis constitutis, non obstante statuto, per quod videantur approbati, vt scilicet illis sit credendum cum iuramento, nam id intelligendum venit quoad damna tantum, & non quoad criminalia, sed est benè verum, quod cum huiusmodi delicta sint difficilis probationis, idcircò dictū talis custodis iunctum cum alio teste, siue adminiculo vehementi posset semiplenam probationē facere, & sic inditium ad torturam operari, *iuxta dec. Pedemont. 79. num. 10. & decision. Neapolitan 157. num. 5. & veluti in terminis Statuti Agriculturæ Vrbis pulchrè ait Benignius cap. 50. sub litera B. & veluti dixi in conclusione 169. num. 28. & facit decisio Rotæ Lucens. diuersor. 21. & Thomingius decis. Rotæ Lipsien. 39.*

61 Et tenendo illam primam opinionem, extende eam procedere, quando executores essent plures, vel vnus solus esset, sed captum cum armis Iudici exhibuisset, quia tunc ei soli esset credendum, licèt pœna pro delatione armorum esset corporalis, vt dicunt *Paris de Puteo in dicto verbo Nuntius capitulo secundo, numero secundo de Sindicatu, & Decianus in dicto capitulo 4. numero 6. libro octauo & Menochius de arbitr. cas. 112. nu. 1. lib. 1.*

Con-

62 Contrariam opinionem tenet *Franchus in sua decis. 379. par. 2.* & præsertim quando, ob armorum delationem de pœna capitali ageretur, quòd tunc Birruariorum depositio faceret indiciũ ad torturam tantum, *Bursat. cons. 331. num. 44. & Farinac. in sua praxi tit. de indic. & torturã, quæst. 52. num. 167. cum seqq. & in suo tractat. de testib. q. 56. n. 378. & seqq. & nu. 382. & in quæst. 63. n. 228.*

Item, quòd birruarijs, siue alguzeriis de asportatione armorũ deponentibus non conuincant, sed quod faciant indicium ad inquirendum tantum, *ait Franch. d. dec. 379. & Riccius in sua collect. dec. 646. in fine, & in 4. par. collect. 1169. vers. Limita quinto.*

63 Subextende prædicta, pari modo procedere, quando arma reperiantur in terram proiecta penes plures, quia tunc, si ex illis vnus adsit, qui sit solitus arma deferre, tunc contra eum erit indicium ad torturam, vel si esset pessimæ conditionis, & famæ, & per Vrbem solitus de nocte vagari, aliàs extra illos casus, ob incertitudinem nullus teneretur, quia in dubio melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, *l. absentem de pœnis, & DD. alleg. à Farinac. in d. q. 108. num. 160. & seqq*

64 Declara tamen, quòd quando est vnus solus penes quem arma in terram proiecta reperiantur, tunc iuxta bannimenta generalia totius Status Ecclesiastici publicata de anno 1599. capit. 33. si arma ab eo non distent plus quàm sex passibus, tunc erit præsumptio, quòd ab eo in terram fuerint proiecta, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaccio ibi supra num. 63.* & sic, quòd eodem modo debeat puniri ille, qui proiecit arma, ne reperiantur à familia ac si cum armis fuisset repertus, *tradit Corn. cons. 20. in princ. lib. tertio.*

65 Subdeclara prætetea, quòd si statutum mandat, quòd inuentus cum armis puniatur, ille debet capi, quia inuenire importat actu apprehendere aliquem, *vt ait Roland. in consil. 75. num. 22. cum sequentib. libro secundo,* ibi exemplificando de statuto loquente de inuento cum armis, & de muliere inuenta cum perlis, & gioiellis, *& Bartol. in l. Barsatoram, C. de fideiuss. & mandat. Anton. Gamma decis. 172. Senatus Lusitaniæ, & Marta in verbo Arma tom. 1. cap. 9. & Peguerra decisione 55. & dictus Marta ibi supra cap. 2. & in sua decis. 80. Colleg. Pisani.*

66 Contrarium tamen tenent multi allegati *à Farinac. ibi supra d. q. 108. nu. 132. & seqq.*

67 Sed mihi magis placet prima opinio, quia iura magis subueniunt velocius currentibus, quàm lento, & tardo pede ambulantibus, vt sæpè in Birruarijs contingit, qui nonnisi Canibus Corsicæ Iuuenes nostræ Regionis iungere possunt, ideò sibi est imputãdum, si eorum inertia capturam amittant.

68 Et illam primam opinionẽ ampliat *Riccius in sua collect. 563. par. 3. ex decis. Peguerra 55.* declarando tamen eam non procedere, si statutum prohibet, non solum vsum armorum, & eorum delationem, verum etiam eorum retentionem in domo, quia tunc tàm depræhensus in crimine, quàm conuictus esset puniendus, *vt ait Peguerra decis. 55. & Marta ibi supra cap. secundo, & in sua decis. 80. Collegij Pisani, idem Riccius in præcitat. collectan. 563. par. 3.*

69 Modo reassumendo principalem conclusionem, limita eam primò non procedere in deferente arma, pro sui corporis defensione, & non ad malum finem, licèt sit benè verum, quòd (vt in principio conclusionis diximus) armorum delatio arguit malum animum, idcirco ille qui ait ea ad bonum finem detulisse, illud probare tenetur, *Farinaccius in præcitato loco n. 68. & seqq.*

70 Extende id quoque in Clerico procedere, quando non ad defensionem suam arma in Ciuitate defert, sed solùm si per loca periculosa ea deferendo transibit, *idem Farinac. ibi supra num. 22. & num. 70.*

71 Limita secundò, in deferente solũ arma defensiua, prout erit Lorica, Galea, & similia, quia tunc ille pœna statuti non erit puniendus, cum appellatione

T 2 armo-

armorum non veniant propriè loquendo ea defensibilia, sed solum ea apta nocere, *vt dicunt Doctores allegati à Farinac. ibid. num.* 73.

72 Contrarium licèt teneant infiniti alij allegati ab ipsomet *Farinaccio ibidem num.* 74. dicendo, quòd *text. in l. armorum, & ibi inter cæteros Alberic. ff. de verbor. significat* loquitur de scutis, & galeis, concludendo, quòd armorum appellatione veniant illa defensibilia, licèt secus esset sub appellatione telorum; Vnde hinc meritò fit, q il-lo casu statutum prohibens delationē armorum comprehendat etiam deferentem defensibilia ex prædictis.

73 Sed primam opinionem tenendo, extende eam, quoque procedere in eo, qui defert arma offensibilia, & defensibilia simul, quia tunc talis pœna statuti, siue bannimentorum non punitur, quod tamen intellige verum, quando illa arma ex consuetudine loci ad propriam defensionem solent deferri, at secus si ad alium finem, *vt ait Bart. & cæteri allegati à Farinac. ibi supra num.* 76.

74 Et ratio est, quia consuetudo deferēdi arma, excusat à pœna, si tamen consuetudo sit generalis, quoad omnes, & non sit de deferendo archibuletta, *idē Farin. ibi sup. n.* 147. *&* 148.

75 Limita tertiò, in militibus tempore expeditionis belli, siue etiam post illud incontinenti finitum, secus autem erit, si extra illum casum ea deferrent, *vt ait idem Farin. ibid. n.* 26. 27. *&* 28.

76 Limita quartò, in itinerante; immò, etiam si per aliquam Ciuitatem aliquo temporis interuallo se in ea firmaret, nec propterea valet eo casu statutum delationem armorum prohibens contra itinerantem, & per periculosa loca pertranseuntem, *vt dicunt Doctores citati à dicto Farinaccio in præcitata quæstione* 108. *num.* 105. *cum seqq.*

Extende idem in Clerico procedere, qui in itinere potest arma portare pro sui defensione, *vt ait Marsil. in cons. crim.* 103. *n.* 32. *vol.* 2.

77 Limita quintò, in nauigante per mare, *idem Farin. ibi sup. n.* 109. *&* 112.

Limita sextò, quando quis ad suam possessionem, siue suum podere transiret, *idem Farinac. ibidem num.* 111.

78 Limita septimò, in eo, qui arma retineret, & ea deferret venationis causa, quicquid sit, quoad pœnam statutariam, vt multi volunt allegati *à Farin. ibi sup. num.* 115.

79 Limita octauò, in eo, qui arma deferret, pro occidendis bannitis, quia tunc, etiam si talis archibusetta ad hûc effectum deferret, puniendus non veniret, quia esset vitium cum ratione factum, & per consequens ei indulgendū veniret, *vt dicunt Bertaz. cons.* 74. *num.* 1. *& consil.* 146. *num.* 3. *& cons.* 223. *num.* 7. *& Bursat. cons.* 141. *n.* 6. *Cabal. in sua resol.* 43. *& Marta d. to.* 2. *in verbo Arma cap.* 4.

80 Contrarium licèt dicat *Farinac. in d. quæst.* 108. *nu.* 118. attentis Constitutionibus Pij Quarti, & Quinti, quæ prohibent delationem illorum armorum, etiam sub quouis prætextu executionis iustitiæ, & ita quoque iubent bannimenta Vrbis *cap.* 140. *& Farinaccius latè ait in hac materia in sua q.* 103. *n.* 75. *cum seqq.*

81 Licèt ibidem subiungat, quòd si isti tales archibusetta deferendo bannitos occiderent, Princeps dubio procul, ob bonum euentum eis illorum delationem indulgeret.

82 Sed declara tamen prædictam fallentiam non procedere, quando arma, & præsertim prohibita ad alium finem, sed simulatè deferrent, quia tunc puniri possent, & illud optimè ex coniecturis argui posset, & in dubio non præsumitur, quòd vnus arma deferat, ad hæc effectum occidendi bannitos, nisi per eum probaretur, *vt dicunt Bertazol. & Bursat. in præcitato loco.*

83 Limita nonò, in eo, qui arma deferret sine dolo, qui pœna corporali tunc puniri non posset, & qua libet causa, etiam iniusta eum excusaret à pœna, *vt ait Farinac. ibi sup. num.* 144.

84 Sed mihi non placet ratio istius fallentiæ, ob illud, quod in principio istius conclusionis fuit præmissum, quòd scilicet malus animus ex armorum delatione arguatur, vltra quod nemo reperiretur, qui non diceret arma ad malum finem non deferre, & sic sequetur,

retur, quòd illorum delatio, quodammodo impunibilis euaderet, & propterea ego crederem, quòd tunc ille de non eius malo animo, aliquo modo docere teneretur; at secus, quando essemus in vno, qui esset bonæ qualitatis, & famæ, & quod vagari cum armis solitus non esset, ad tradita per eundem *Farinac.in præcit.loc. nu.68.cum seqq.*

85 Llimita decimò, quando quis arma deferret, sed ligata, quod tamen intellige verum, si extra Ciuitatem illa ligata deferret, aut per Ciuitatẽ, sed in itinere transeundo, at secus, quando continuò ea per Ciuitatem deambulando deferret, & præsertim, quando adeò non essent ligata, vt omnino non redderentur, vel saltem, cum difficultate apta ad nocendum, veluti, quia non ita facile euaginari possent, *vt ait idem Farinaccius ibi supra num.* 84. *& 85.*

86 Vndè ex hoc infertur, quòd deferẽs, siue retinens Archibusettum inutile, & ad nocendum prorsus ineptum, veluti, quia illud exonerari non posset, cum esset sine Rota, vtique pœna Constitutionum afficiendus non venit, *vt ait Bolognet. cons.* 25. *num.* 15. *cum seqq. Bertazzol. dicto consil.* 74. *nu.* 12. *& seqq. & ibi in addit. lib.* 1. *& ibi de obseruantia testatur, Baiard. tamen ad Clarum in quæst.* 83. *nu.* 79. ait se valdè dubitare, quòd id in practica obtinendum foret.

87 Licèt etiam secundum me, ego nunquam permitterem, quòd illius deferentis temeritas, prorsus impunita remaneret, quia vltra scandalum, quod quis alijs afferre potest, illud tali modo deferendo, nec non suspicionem, ac terrorem, quem suis inimicis incutere posset, ipsi credendo forsan, quòd illius Archibusetti delatio fieret ad vlciscendam iniuriam, siue ad excitandã contra eos vindictam. Deinde posset de facili quoque talis suspicio in eisdẽ præuentionem operari, nempè deueniendo ad arma, contra illud, licèt inutile Archibusettum, deferentem, quod esset valdè Inconueniens. Immò & quod magis est illud sic inutile quodammodo fieret, magis nocibile, quã alterum, quod esset verè aptum, & benè accommodatum ad nocendum; & ratio est, quia illud inutile posset duobus timorem incutere, nempè illud deferenti, & insimul inimico idem videnti; nam deferens timere debet, quia scit non esse oneratum, & sic non posse sibi illud in factione prodesse, nec minus inimico obesse. Inimicus autem, illud vidèndo, timet credens esse oneratum, & sic ad sibi ipsi mortem inferendam aptum. Et nimirum, quia sçpe videmus, quòd opinio in malis nocere, ac veritati præualere solet, vt exemplificari potest in Gonnella, quando per iocum fuit Ferrariæ ad locum solitum patibuli ductus, de ordine illius Serenissimi Ducis, ob cõtrauentionem bannimenti, quod illi ab ea ciuitate, & eius territorio fuerat iniunctum; Verum, quia verè credidit infelix Gonnella ipsi caput fore plectendum, accidit, quòd licèt sola aqua carnifex illius caput aspergisset, tamẽ illicò ea solius aquæ percussione obijt, credens illam esse securim. Causa enim illius banni ea fuit, quia cum ille Serenissimus Dux fecisset per iocum abscindi caudam equi Gonnellæ, in illius Ducis stabulo commorantis, & vice euersa, eum Gonnella de hoc valdè iratus abscidisset nares, & labia pluribus equis stabuli Serenissimi Ducis, iactando se postea, quòd dicti equi irridebant suum cauda carentem. Hinc est, quòd idem Serenissimus illum à Ciuitate, & Territorio Ferrariæ exulari mandauit. Contrauentio autem bannimenti Gonnellæ ea fuit; quia ingressus Ferrariam, in quodã curru, qui erat plenus Terreno Serenissimi Ducis Mantuæ, ob id se posse tueri iactabat illius bannimento non contra uenisse, per quod exul fuerat factus à Territorio Ferrariç, allegando, quòd erat super solo Mantuæ. Vndè, si ille infelix per iocum intus Ferrariam redijt, ibi tamen non per iocum (vt fuerat ordinatum) sed verè, & cum effectu obijt, & sic vltimum diem suis nugis clausit.

88 Sed redeundo ad materiam prædicti Archibusetti Notandum est, quòd quamuis illud non sit aptum nemini

Tt 2 no-

nocere, cum non esset oneratum; posset tamen illud deferens aliquem in capite cum eo percutere, & facilè eidē mortem inferre; Vnde vtroque modo videtur mala illa delatio, & propterea Iudicis arbitrio, sed leuiter, venit punienda, attenta qualitate personæ, & ita ego facerē quoque si essem Iudex.

89 Limita Vndecimò principalem conclusionem in illis, qui essent in societate officialium, pro seruitio Iustitiæ, etiā si postea ab officialibus discedant, *vt ait Farinac. ibi supra d.q.108. num. 117. in fine.*

90 Extende id primò, multo magis procedere in officialibus, & eorum familia, necnon in famulis, & familia Episcopi, & præsertim in illis famulis officialibus, & familiaribus Inquisitorum Sancti Officij, quod tamen secus esset, quando Officiales erunt in sindicatu, quia tunc, nec ipsi, nec illorum familia arma deferre poterunt, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaccio in præcit. loco num. 104.*

91 Contrarium tamen venit dicendū, dum durat tempus sindicatus Officialium, quia tunc illi possunt absque Principis licentia arma deferre, quia cum adhuc reliquiæ dignitatum durare dicantur; idcircò idem honos illis debetur, *ait Rubin. decis. 36. & est doctrina Baldi in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. Proconsul.*

Et propterea videmus, etiam quòd delinquens in personam Officialis, etiā post finitum officium, ex causa illa reliquiarum præteritæ Dignitatis punitur, nec gaudet beneficio indulti, de quo ait *Franch. in decis. 505. n. 8.*

Immò extende id, quoque procedere in Duce, & alio simili titulato, qui priuilegijs gaudent, etiam post refutationem factam de statu, cum titulo, & sic nomen eiusdem tituli retinent, & ratio est, quia huiusmodi dignitas semel collata in vnum, semper illius ossibus remanet affixa, ita vt ab illius persona amplius euelli non possit, & ideo eadem reuerentia semper ei est debita, in memoria pristinæ Dignitatis, quæ licet deficiat, tamen decus, & honor illi non deficit, *vt ait Gratian. lib. 5. discept. cap. 834. num. 28. & seqq.*

Licèt id mihi videatur ab Aula recessum, veluti dixi supra in *concl. 141.*

92 Extende secundò, quoque procedere in Curialibus, & familiaribus Regis, ac Primogeniti in eius Curia, vitā degentibus, *Farinaccius ibidem numero 98.*

93 Extende tertiò, idem procedere in Doctoribus de Iure, licèt de consuetudine seruetur contrarium, *vt testatur idem Farinaccius ibi supra numero 95.*

94 Extende quartò, procedere in Episcopo, qui potest tenere familiam armatam, quando iurisdictionem temporalem habet, *Riccius in sua decis. 27 Curiæ Archiepiscop. Neap.* & præsertim ad suam defensionem, *vt ait idem Riccius in sua collectan. decis. 1130. parte quarta, & Abb. in cap. significasti, de offic. deleg.*

95 Limita duodecimò in eo, qui defert arma videntibus, & tolerantibus Superioribus, quia tunc ex eorum delatione puniri non debet, *vt ait Bursatt. consil. 77. num. nono, & seq. & consil. 141. num. 4. & consilio 331. num. 52. & seqq.*

Extende eodem modo procedere in Bannito tollerato publicè, & palam à Superiore, qui propterea impune occidi non potest, *idem Farinacc. in 2. par. prax. crimin. quæst. 103. num. 289 & seqq. & consil. 15. num. 52. lib. 1.*

Declara, tollerantiā esse probandam per eum, qui illam allegat, quia in dubio ea non præsumitur, *vt ait Tobias Nonius in consil. 112. num. 17. allegat. à Farinac. ibi supra num. 292. & ita fuit decisum à Rota per Gregorium decis. 371. num. 3.*

96 Contrarium tamen illi limitationi, tenent multi, quos allegat *Farinacc. ibi supra num. 125. & sequen.* dicentes, quòd licèt licentia deferendi arma clausis oculis, tacitè à Superiori concedi possit, tamen vsus est in contrarium in statu Ecclesiastico, vbi licentia debet esse in scriptis, nec tollerantia, & scientia licentiam inducit, nec minus deferentes arma excusat, & propterea animaduertit *Farinacc. ibi sup.* vt homines caueant ab huiusmodi armorum delatione, *idemque ait Luc. de Penna*

Penna, & Andr. de Isern. & Menoch. à dicto Farinaccio allegati in præcitato loco.

97 Vltra, quòd isti Iudices hodie dicunt, quòd illa licentia, clausis oculis concessa, tollitur statim, ac sunt aperti oculi; & propterea de eis non est fidendum, & ego valdè laboraui pro defensione vnius de Regno, qui fideiusserat pro vno famulo meo, de haben do Vrbem pro tuto carcere, & de ea non discedendo, sine licentia in scriptis, & id euenit, quia Iudex negabat illi licentiam clausis oculis dedisse; verum, quia fuit probata scientia, & tol lerantia Iudicis, in videndo eum per Vrbem deambulare, nec non eum in propria domo Iudicis versari; Idcircò fuit absolutus fideiussor, me scribente, iuxta ea, quæ dicam in verbo Patientia.

Contrarium tamen ait *idem Farinaccius in suo consilio 59. num. 11. & seqq. lib primo* in materia licentiæ oretenus à Iudice datæ illi, qui erat obligatus, & cautionem dedit de non discedendo ab Vrbe, sine licentia in scriptis, & id multis rationibus comprobat, & præcipuè ea, ne quis sub fide publica decipiatur, cum turpissimũ sit, fidem quomodocumque datam fallere, quia fides est fundamentum Iustitię & ideo, vbi fides non seruatur, ibi deficit Iustitia, cum sub fide Lex, & Iustitia contineatur, & iuxta illud, *Diligite Iustitiam vos, qui iudicatis terram, §. festinabis, authent. de mandat. Princip.*

98 Vltimò erit notandum, quòd ne dũ ex iusta causa Princeps, seu Præsides Prouinciarum, & Gubernatores Terrarum, Verumetiam Domini Castrorum suis subditis huiusmodi licentiam concedere possunt, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaccio in dicta quæst. 108. num. 121. cumpluribus sequentibus.* Et quæ dicatur iusta causa eam cõcedendi, docet *ibid. num. 30.*

99 Animaduertendo tamen, quòd ea non suffragatur illis, qui armis abutendo delinquunt, vt animaduertit *idem Farinac. ibi supra nu. 31. cum alijs ibid. per eum allegatis.*

100 Hic obiter, sed opportunè erit notãdum, pro ornamento istius materiæ, quòd Arma Artagliariæ, & vt vocant Monitiones, sunt de pertinentiis Castri, seu Ciuitatis; ita quod si Castrũ, vel Ciuitas in feudum concedatur, ita quoque ea concessa intelligãtur, tam quàm ad dictam Ciuitatem, siue Castrum pertinentia, iuxta tradita per *Andream Gayl. pract. obseru. in tit. de pace publica, cap. 6. num. 27. & 28. lib. 1. & multa dixi in verbo Allodialis res.*

101 Sed declara tamen, quòd bona, quæ non sunt iurisdictionalia, & quæ iurisdictionibus non cohærent, non veniunt appellatione Castrorum, Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & Fortalitiorum, *vt fuit dictum à Rota in Prenestina Transactionis 23. Ianuarij 1576 coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisio 281. numero octauo.*

Rursus declara, quòd sit intelligendum de illis armis, quæ eo animo in Castrum illata, & inuecta fuerint, vt ibi perpetuo causa custodiæ permaneant, *iuxta Doctrinam Iaf. in l. beneficium, num. 2. ff. de constit. Princip. allegat. à Gayll. in præcitato loco.*

Extende, quòd si vendatur Castrũ, vna cum iurisdictione, tunc ne dum venit merum, & mixtum Imperium, verumetiam Nemora, Pascua, & Molendina, necnon cętera quæ sunt intra fines Castri, atque illi annexa, *vt ait Afflict. dec. 112. & ibi Vrsill.*

ARGVMENTVM.

ARMA, SIVE INSIGNIA vnius, quando possint sumi ab alio. Item quando in vno loco affigi possint, & quãdo secus.

CONCLV.

CONCLVSIO CXLIV.

1 ARMA, siue insignia vnius familiæ nora, quòd alter propria auctoritate sumere non potest, & hinc propterea infertur, quòd officiales deputati, veluti sunt Magistri Viarum in Vrbe, ad ampliandas, siue dirigendas vias Ciuitatis, non possunt propria insignia, siue arma ibidem in eorum memoriam ponere, vt pulchrè ait *Franch. in sua decisione* 443. & ibi subiungit ea esse remouenda, si fuerint apposita, & affixa, *idemque ait Riccius in sua collectan.* 1608. *p.* 5.

2 Declara tamen illud esse verum, quando huiusmodi viarum ampliatio esset publicis impensis facta, quia tunc illi insignia propria ibi apponere non possunt; secus autem, si particulari impensa fieret illa ampliatio, quia tunc benè possent insignia impendentis ibidē poni, *vt ait Maynard. in sua decisione* 60. *lib. secundo allegat. à Riccio in sua collect.* 1062. *propè principium par. quarta*.

3 Declara secundò, non procedere, quando vnus sumeret Arma, & Insignia alterius, sine præiudicio alicuius, quia tunc illis benè vti posset, ex regula, q; tibi non nocet, & alteri prodest, facile venit concedendum; Immò periniquum est denegari, *ad tradita per Franciscum Marcum in sua dec.* 882. *n.* 4. *par. prima*.

4 Et ratio principalis Conclusionis ea est, quia res eorum præsumuntur, quorum insignia ibi sunt affixa; nam certum est, quòd Signum, siue Marca, & Stigma dominium rei signatæ demonstrat, *vt dixi supra in verbo Animalia*, vbi recurras, & veluti ait *Anna allegatione, siue decisione* 110. *& Ossasch. in sua decisione* 40. *& Caualcan. decis. septima num.* 4. *par. secunda. & Rot. penes Buratt. dec.* 132. *num.* 1. *& Affl. dec.* 23. *n.* 4.

5 Vnde ex hoc infertur, quòd probata identitate insignium, ibi quoque identitas Familiæ præsumatur, *vt refert ita fuisse decisum idem Anna in suo singul.* 130. *& Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 645. *num.* 16.

6 Declara tamen illud, quod fuit dictum de Signo, quod dominium rei signatæ demonstret, non procedere in dolio vini, olei, & similium signato; quia licèt in mobilibus per appositionem signi censeatur tradita possessio, & sic non possit præsumi, quòd res sit alterius, quàm illius, cuius est Mercum, siue Signum; Nihilominus id non procedit in dolio empto vini, in quo per solum signum non transfertur dominium, cum alia præsumptio capi possit, quàm animus tradentis, quia potest esse, quòd aliud immittatur in dolio, & sic igitur quemadmodum id, quod dicitur de demonstratione dominij, per signum non procedit, nisi quando iam esset perfecta emptio, & sic vera rei traditione secuta, ita quoq. erit dicēdum de dolio vini, quod à mensuratione perfectionem recipere debet; Vnde sequitur, quod si ante eam vini deterioratio sequatur, id in damnū venditoris diligentiam non adhibentis resultare debet, *Boerius decisione* 107. *num.* 10. *Mascard. de probationibus conclus.* 160. *num. quarto, & alij allegati à Gratiano lib. tertio disceptation. cap.* 549. *num.* 14. *vbi ait*, id eò magis procedere, quando illud fuerit venditum ad mensuram, *Surd. consil.* 38. *num.* 11. *& seq. lib.* 1. *& Afflict. decis.* 280. *num.* 3.

7 Infertur secūdò, quòd Bastardus arma agnationis deferre non potest, *vt ait Guidopap. decis.* 580. *& Thesaur. in sua decisione finali, Franciscus Marcus decisione* 114. *num. tertio, parte prima*.

8 Sed id fallit, si ex consuetudine seruetur contrarium, vt est in Gallia; vbi Bastardi retinēt nobilitatem generis, & Arma Familiæ gerunt, sed cum aliqua differentia, Immò, si nobiliter viuant omnibus prærogatiuis nobilii gaudent, & meritò quidem, quia cū isti in peccato generentur, idcircò eis maior laus tribuenda venit, quando illi sine peccato viuunt, & eò magis si virtutibus decorentur; quia tunc illi non dicuntur turpes personæ, & infames,

mes, & præsertim, quia illi non sunt, qui contrahunt maculam ex incontinentia patris, item nasci in adulterio, non est culpa nascentis, sed generantis; & propterea videmus, quòd multi naturales, & spurij fuerunt ad summas Dignitates euecti, & præsertim ad Pontificias, veluti testatur *Thesaur. in sua decisione 126. num. primo*. Licet sit bene verum, quòd in vim dispositionis iuris cõmunis, ad hoc, ne detur materia delinquendi, & ne aliquod discrimen sit inter eos, qui verè legitimi nascuntur, & alios, qui ex incestuoso coitu procreantur, q. isti insuccessibiles fiunt, neq. per consequens, cum de agnatione patris, siue de illius domo non dicantur illius insigne deferre possunt, sed si forte isti Bastardi deferant arma domus, in illis debent habere sbarram transuersam à sinistra parte incipientem, & ad dexteram descendentem, *vt est decis. Andreæ penes Thesaur filium 45. par. 2. & veluti de* prædictis omnibus *testatur Guidopap. in d dec. 580. per totam*.

9 Infertur tertiò, quòd non liceat alicui mercatori signum alterius sibi assumere, *vt ait decis. Rotæ Genuen. 210. Negusan. de pignorib. in 2. par. 3. memb. in 5. par. principali num. 14. Gratian. cap. 9. nu. 10. lib. primo, & Mascar. conclus. 60.*

10 Et ratio est, quia in Gabella, Ballæ esse præsumuntur illius mercatoris, cuius signo, siue marca sunt signatæ, *vt ait Boer. in sua decisione 105. & dicta Rota Genuen. decisione 201. Caualc. decis. 7. par. 2. & Rota Auenionen. decis. 30. diuers.*

11 Extende idem contingere in animali, se uo, libro, homine mortuo, qui ex cicatrice recognoscitur, & sic de similibus, *vt ait Tusc. in verbo Arma conclus. 516. per totam.*

12 Infertur quartò, quòd si quis sigillat litteras sigillis alterius, committit falsum, *vt ait Franciscus Marcus decisione 992. & decisione 994. num. primo par. prima.*

13 Fallit tamen primò, vt superius diximus, quando non fieret in alterius fraudem, & præiudicium, *vt fuit decisum à Senat. Tholos. in sua decisione 81. diuers.*

14 Fallit secundò, quando quis esset grauatus deferre cognomen, & insigne alicuius, quod de iure fieri potest, absque alterius iniuria, *vt ait Guidopap. decis. 251.* & tunc grauatus, quæ debeat facere pro huiusmodi conditione adimplenda, videndus est *Thesaur. in sua dec. 257. per totam.*

15 Extende, quòd ne dum ex testamento, quis ad illud onus grauari potest, sed etiam ex contractu, *vt ait idem Thesaur. in dec. 270. num. 1.*

16 Subextende, quòd illud nedum expressè, sed etiam tacitè induci potest, *vt ait idem Thesaur. dicta decis. 270. num. 7.*

17 Fallit tertiò, quando essemus in domino alicuius terræ, qui potest sua arma facere sculpere in ea parte, quæ illius territorium intuetur, & hoc est permissum ex dispositione iuris communis, *vt ait Francisc. Marc decis. 170. num. 5. par. prima.* Altera verò pars in planitie remanere debet, *vt ait id. Francisc. Marc. ibi supra num. quarto,* vbi subdit, quòd si contingat etiam ibi sculpere insigne Vassalli, tunc illud debet in bassiori, & humiliori loco apponi.

Secus verò quando essemus in Barone, cui in aliqua Ciuitate, siue Castro, fuisset concessa in criminalibus tantũ iurisdictio, & existente altero Barone, cui à Rege ea fuisset concessa in ciuilibus, quia isto casu Baro in criminalibus destinatus, non posset facere sculpere eius insigne in Menijs Ciuitatis. Et ratio est, quia arma, & insignia apponuntur solum ab eo, qui in ciuilibus iurisdictionem habet, non autem ab habente iurisdictionem in criminali tantum, *vt ait Capic. decis. 27. & Anna in sua dec. 72. & Ricc. in dict. collect. 1608. in fine.*

18 Sed reassumendo illam secundam fallentiam, extende illam in tantum valere, quòd si ille grauatus non assumat arma, & cognomen grauantis ante aditam hæreditatem, tunc à iure illius successionis cecidisse diceretur, *vt dicunt Doctores allegati à Thes. in dicta*

dicta decis. 270. num. 3. & Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 14. num. 10. & seqq. vbi huiusmodi materiam latè examinat.

19 Actus verò istius assumptionis cognominis, & armorum hoc modo fieri debet, nempè institutus, & hoc modo grauatus adueniente die istius conditionis adimplendæ, debet coram Iudice protestari se esse paratum nomen, cognomen, & arma assumere, & mentem testatoris in totum adimplere, prout ex tunc assumit per viam rogitus notarij, & vocatis omnibus ijs interesse habentibus, & præsertim illis de illa familia, *vt ait Molin. & Thesaur. in præcitat. locis.*

20 Sed subextende, quòd neque sit necessaria interpellatio contra grauatum ad constituendum eum in mora, quæ postea faceret eum à iure primogenituræ cadere, quia ibi non agitur de pœna, sed de implemento, *vt ait idem Thesaur. ibi sup. n. 25.*

21 Contrarium licet dicat *Gratian. lib. 4. discept. c. 798. n. 10.*

22 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando testator illud mandasset per viam conditionis, secunda verò per viam modi; & propterea in primo casu interpellatio est necessaria, in secundo autem minimè, *vt dicunt DD. allegati à Gratiano ibi supra num.* 10. & quod tempus sit expectandum pro exequenda mente testatoris, debet attendi qualitas personarum, & subiecta materia, *vt ait idem Gratian. ibid. n. 11.*

23 Extende secundò, quòd neque Princeps potest huiusmodi conditionem remittere in deferendo nomen, & arma grauantis, quia interest Reipublicæ agnationes familiarũ conseruari, & sic inconueniens esset, si Princeps volũtates testatorũ inanes, & elusorias reddere, *vt ait idem Thesaur. dicta decis. 270. num. 6. & faciunt trad. per Gratianum lib. 2. disceptat. cap. 288. num. 26.*

24 Contrarium, quòd scilicet, si quis grauetur nomen, & cognomen testatoris assumere possit, non solum à Principe, sed etiam à Prætore huiusmodi remissionem impetrare, *ait tex. in l. facta, §. si verò nominis, ff. ad Trebellian. allegat. a Thesaur. in d. decis. 270. sub num. 6. vers. Nec obstat*, Quod tamen intellige illum textum procedere, quando huiusmodi conditio esset illi iniuncta, qui in alterius fauorem fuisset institutus, veluti si quis institueretur ea conditione, vt nomen deferat, & postea alteri hæreditatem restituat, aliàs secus, quia cum id ex contractu, vel ex testamento, quæ sunt de iure gentium contingat, necnon cum Reipublicæ intersit voluntatem testatoris, & nomina familiarũ conseruari, idcirco non debet Princeps huiusmodi voluntates testatorum perturbare, vt fuit iudicatum in Senatu, vt ait *Thesaur. in d. dec. 270. n. 6. in fine.*

25 Declara tamen, quòd ille grauatus non tenetur arma grauantis assumere, & sua propria derelinquere, nisi id expressum fuerit, & ratio est, quia istud onus delationis armorum, & nomen alterius assumendi dicitur grauamen inæstimabile, cuius quidem respectu videmus, quòd ea dicitur donatio ob causam, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. c. 381. num. 24. & Thesaur. ibi supra num. 9.*

26 Vndè ad id notandum erit, quòd in casu vbi non fuerit dispositum, quod quis solum arma, & nomen testatoris assumeret, tunc si euenirent duo maioratus, in quibus iuberetur simpliciter nomen, & arma deferri vniuscuiusque institutoris, successor isto casu vocatus poterit in vtroque majoratu succedere nomen, & arma vtriusque deferendo, *vt ait idem Grat. lib. 4. disc. cap. 645. n. 17.*

27 Extende tertiò in tantùm illam conditionem assumendi nomen, & arma pollere, vt propterea grauatus maioratum consequatur, etiamsi de eo nihil fuerit dictum, *vt ait Molin. d. cap. 14. num. 7. & Thesaur. dicta dec. 270. num. 10.*

28 Subextende, quòd immò ex huiusmodi conditione assumendi nomen, & arma familiæ fideicommissum inducatur, licèt aliter de eo nõ appareret, seruata tamen ea distinctione, de qua

per

per *Molin. de primogenit. Hisp. alleg. à Gratian. in d. discept.* 288. *num.* 7. Animaduertendo tamen, quòd si talis hæreditatem adierit, antequam adimpleat, hæreditate priuabitur, nec sufficit semel se cognomine testatoris nominare, & illius arma deferre, quia non dicitur venisse, qui non stetit; secus tamen esset, si statim assumpto nomine, cum armis, hæres moriatur sine liberis; quia tunc, cum per ipsum non staret, sufficeret, quòd conditio semel, & vnico momento adimpleta fuisset, nisi tamen de contraria testatoris, & contrahentium voluntate appareret, *vt ait Thesaur. in dicta decis.* 270. *num.* 3. *&* 5. *& sub nu.* 7. *ait*, quòd tale onus assumendi nomen, & arma familiæ, ne dum expressis verbis, sed etiam tacitè induci potest, ex doctrina *Molin. à dicto Thesaur. allegat.*

29 Sed quid erit dicendum, quando testator iusserit portari per substitutum arma, & insignia familiæ, & adsint duo filij? tunc erit intelligendum de primogenito, cum regulariter onus istud non conueniat nisi vni, & maiori natu, & in hoc iuuat argumentum ab ethymologia nominis, & vocabuli, quod est in iure validum, *vt ait Rota decis.* 26. *num.* 4. *de præben. in nou. & Grattan. lib.* 2. *discept. cap.* 288. *num.* 30.

30 Secus verò si testator instituerit aliquem, & mandauerit, vt filium nasciturum nomine testatoris appellet, sed vno partu duos filios mater procrearet, quia tunc institutus tenetur illud nomen testatoris vtique apponere, nec per consequens institutio vitiaretur, ratione incertitudinis per illum textũ *Duo sunt Titij, ff. de testam. tut. & Thesaur. ibid. num.* 11.

31 Contrarium licèt teneat *Guidopap. decis.* 467. vbi ait, priorem natu debere nomen, & arma assumere, & eum solum esse hæredem dicens, ita fuisse iudicatum per illud Parlamentum Delphinatus.

32 Concordarem ego tamen huiusmodi opiniones tali pacto, nempè, quòd prima procedat, quando testator absolutè ventre pregnantem contemplauerit, nec in mente pro constanti habuerit, quòd vnus tantum succedere deberet. Secunda verò opinio procedat, quando non ventrem contemplasset, sed solum primogenitum eo animo, vt esset solus in primogenitura, & tunc prior natu in tempore esset potior in iure primogenituræ; & hæc secunda opinio eo magis procedere posset, si ageretur de aliqua re indiuidua, vtputa de aliquo Comitatu, vel alia re simili dignitatem indiuisibilem continente, vt dicitur de Maioratu in Hispania, siue quando hæreditas non esset tàm opulenta, vt duo hæredes decorem, & dignitatem familiæ testatoris conseruare sic commodè possent, sicut vnus facere valeret, & id totum ex coniecturis, & qualitate rei relictæ deprehendi poterit, vt in simili ait *Thesaur. d. dec.* 270. *num.* 11.

33 Extende quartò, quòd grauatus, nõ solum debet assumere arma simpliciter testatoris, sed præcisè eo modo, quo pinguntur cum Cimerio, & alijs suis annexis, & connexis, quia quid non dicitur actum, quando aliquid remanet agendum; licèt de Cimerio ego credã, quòd numquam erit cunctandum, quia hodie adeò hominum vanagloria creuit, vt propterea illud homines facillimè, ac libenti animo erigere glorientur, & præsertim Romæ, vbi egomet vidi, quòd in Tabella Visitationis Carcerum Capitolij erat pictum insigne Capitanei illorum Carcerum cum Cimerio, quod quidem officium à Birruario exercetur; licèt sit benè verũ, quòd, ob decus Senatoris, ac Collateralium, qui eorum insignia quoque ibi depicta habebant, egomet illud deleri curaui, quod enim illis Dominis mirificè placuit. Immò *Thesaur. in præcitato loco num.* 14. Superfluè illud Cimerium super armis apponi commendat, quod tamen Romanis placere nõ potest, quia cum illi sint in hoc Mundo gloria supremæ Nobilitatis insigniti in bellis illorum fortitudine acquisitæ, meritò igitur, si Cimerium libenter extollunt in armis, in signum eorum innatæ fortitudinis, iuxta illud:

Agere, & fortia pati Romanum est.

Extende

34 Extende quintò, quòd etiam in Eccleſijs, & Cappellis, & Sepulturis, erunt pingenda arma, & inſignia teſtatoris, ſi ab eo ita fuerit ordinatum, quemadmodum de iure fieri poteſt, licèt hæres veniret excuſandus, ſi Patroni Eccleſiæ id fieri renuerent, *idem Theſaur. ibi ſupra, num.* 15. & quòd benefactor poſſit ius acquirere retinendi arma in aliqua Eccleſia, *ait Ancharan. & alij allegati à Gratiano mox citan. in cap.* 110.

35 Sed nota tamen, quòd illa inſignia poſſunt per fratres mutari, & aliena etiam Domino inuito ponere, quod tamen intellige verum, quando eſſemus in Eccleſia Mendicantium, vel quando ille, qui volebat ponere arma, erat de deſcendentibus ex fœminis fundatoris Cappellæ, *vt ait Capic. in dec.* 27. *num.* 41.

36 Subextende, quòd ſi arma vnius reperirentur in antiqua Eccleſia, ſi ea ampliaretur, debent arma quoque in Eccleſia ampliata remanere. Et ratio eſt, quia inſignia armorum in Eccleſijs depicta valde oſtendunt dignitatem familiæ, illiusque memoriam perpetuò conſeruant, ita quòd nullo modo ea ſunt delenda, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum deciſ.* 652. *num.* 2. *& ita fuit dictum in Calaguritana preheminentiarum Lunæ* 29. *Martij* 1610. *coram Gregorio Decimo quinto, quæ eſt in eius impreſſis deciſio* 463. *ferè per totam, & in Comen. Habitus Mercurij* 9. *Iunij* 1610. *coram Pirouano, quæ eſt inter crimin. Farinac. dec.* 290. *n.* 6. *& ſeqq. & Theſaur. d. dec.* 270.

37 Fallit tamen, quando Eccleſia fuiſſet deſtructa, & poſtea reædificata, quia tunc omne iuspatronatus, & aliud ius, quod quis in illa Eccleſia prius habebat, amittitur, *vt eſt gloſſa in cap.* 3. *in verbo Fundatores in fin. de iur. patron. Rocc. eodem titulo in verbo Conſtruxit, num.* 14. *& Gratian. lib* 1. *diſcept. cap.* 110. *num.* 13. *& Rota in Calaguritana Cappellæ* 28. *Maij* 1586. *coram Pamph.*

Veluti eodem modo extingueretur, & ammitteretur iuspatronatus, & Eccleſia libertatem acquireret, quando ipſa ſuccederet in hæreditate patroni, cum nemo poſſit eſſe patronus ſui, *vt ait Rota deciſione* 756. *num.* 2. *par.* 2. *recentior.*

38 Vnde illud, quòd dicitur à *Rota ibi ſupra num.* 3. quòd ſcilicet vna Eccleſia noua in locum antiquæ ſubrogata omnes illius qualitates aſſumere debeat, venit intelligendum, & concordatur cum ea diſtinctione ſuperius adducta, nempè, quòd prima dicta opinio procedat in Eccleſia ampliata. Secunda verò in altera penitus deſtructa, & poſtea de nouo reædificata, *vt colligitur ex doctrina Gratiani dicto cap.* 110. *num.* 13. *cum ibi alleg.*

39 Subextende ſecundò, quòd etiam finita familia, quæ poſuit ſui inſignia in Templo, ea non debent amoueri, *vt ait Anchara n. conſilio* 113. *num.* 6. *& ſequentib.*

40 Et ratio ea eſt, quia arma, & inſignia familiæ reperta in aliqua Eccleſia, vel Cappella inducunt præſumptionem iuſpatronatus, nec non bonæ fidei in antiquis, *vt ait Rota deciſ.* 548. *num.* 7. *par.* 2. *in recentior. & facit Polidor. Ripa in ſua deciſ.* 66. *vbi ait*, quòd ſigna, ſiue Epitaſia inſcripta in aliqua Cappella, probant iuſpatronatus in ea, licèt *Riccius in ſua deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit.* 700. *tit. de prætermiſſ. dec.* contrarium firmauerit allegando *Enriquez in ſuo conſilio* 70. circa probationem dominij alicuius Cappellæ.

Declara tamẽ prædicta procedere, dummodo appareant eſſe antiqua, prout eſt Eccleſia, ſiue Cappella, in qua adſunt, ita vt alia cauſa aſſignari non poſſit, ob quam ea ibi fuerint appoſita, niſi in fundatione Eccleſiæ, ſiue Cappellæ, & id fit, quia ſi ea fuiſſent appoſita, ob reſtaurationem, ſiue eleemoſynam, tunc iuſpatronatus non argueretur, cum illud ex eis non acquiratur, *vt fuit dictum in Calaguritana prebeminentiarũ* 17. *Maij* 1591. *coram Gipſio, & per Coccinum deciſ.* 230. *num.* 1. *& per Cardinalem Caualerium deciſ.* 159. *num.* 8. *Card. Seraph. deciſ.* 552. *num.* 2. *& deciſ.* 1141. *num.* 7. *vbi ait*, quòd concurrentibus adminiculis, ea plenè probant, *& Rota deciſ.* 518. *num.* 5. *parte prima recentior. & in ſecunda deciſ.* 548 *num.* 7. *& in Toletana iuſpatronatus*

12 *Iunij*

12. *Iunij* 1591. *coram Cardinali Blanchetto*, & idem procedit de inscriptione antiquissima in pariete Ecclesiæ, siue cappellæ; quia ex ea ius patronatus probatur, *vt dicunt Lambert. de iurepat. lib 2. par. 1. art. 9. quæst. 10. Ferret. cons. 293. nu. 9. lib. 2. Gabr. cons. 196. num. 9. lib. 2. quos allegat, & sequitur Rota in Mutinen. plebis 24. Nouembris 1623. coram Coccino*, quamuis *Rota in decis. 13 num. 3. parte prima recentiorum*, dicat, quòd licèt insigna adeò antiqua non appareant, vt dici posset ea in fundatione apposita fuisse; Nihilominus sufficiunt ad effectum probandi ius patronatus, cum ea à patronis præsumantur apposita ad cõseruationem sui iuris.

41 Extende obiter primò idem procedere de signo, siue marca in animalibus impressa, quia illius præsumuntur, cuius est signum, vel marca, vt ait *Anna in sua allegatione* 110. Et ratio est, quia ex signo cognoscitur signatum, *Rubin. in decision.* 29. *& Rota Genuen. in decisione* 201. *& est textus in l. Stigmata, C. de Fabricensibus lib.* 10.

42 Extende secundò, idem procedere de signo, siue marca, quæ imprimuntur in Ballis, quia, vt superius diximus, illius mercatoris præsumuntur, cuius est marca, & propterea dici solet, quod ad signum cognoscuntur Ballæ, *vt ait Boer. in decis.* 105. *num.* 5. *Caccher. decis.* 40. *& Faber. in decis.* 13. *C. de probat.* vbi ait quod magna præsumptio colligitur ex appositione signi consueti, & propterea videmus, quòd scriptura cum signo Titij dicitur ipsius Titii *Afflictus in sua decis.* 23. *num.* 3. *&* 4. *& idem Caccher. in decision.* 40. *nu.* 1. *&* 2.

43 Vltimò etit notandum, quòd arma, & insignia nobilitatis domus penes primogenitum, siue caput familiæ remanere debent, *vt ait Franc. Marc. dec.* 1140. *n.* 4. *p.* 1.

44 Declara tamen, quòd illud ius armorum non potest diuidi, sed ad omnes descendentes, siue sint hæredes, siue non, necnon ad alios de illa pertransit, præterquam ad Bastardos, & spurios, quia illi de agnatione non dicuntur, vt in principio conclusionis probauimus, *& veluti ait Franciscus Marcus dicta decisione* 1140. *num.* 2. *&* 3. *parte prima.*

45 Sed si vnus ex illis efficiatur pro proditione, vel simili genere delictorũ bannitus, tunc illius arma, seu insignia diuelli, & destrui debent, *vt ait Capicc. dec.* 130. *num.* 76. *cum alijs ibi per eum allegatis.*

ARGVMENTVM.

ARRENDAMENTA QVANdo excusent à pœna regulæ, & quando verum valorem probent, Item quomodo quis arrendatarius probetur.

CONCLVSIO CXLV.

1 Arrendamenta nota, quòd non probant verum valorem beneficii, *vt fuit dictum in vna Ispalen. beneficiorũ* 10. *Maij* 1570. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 102. *num* 1. *& in alia Compostellana pensionis* 7. *Nouembris* 1584. *coram eod. Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 677. *nu.* 6. *& Rota per Gregor. in sua decis* 418. *num.* 4. *& prius decis.* 147. *num.* 2. *& Cassad. dec.* 20. *super regula, & decis.* 7 + 2. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & per Buratt. dec.* 390. *num.* 12. *& prius decis* 253. *& ibi per addent. num* 18 *& seq. & Rota decis.* 971. *num.* 1. *par.* 4. *diuersorum, & decis.* 69. *num.* 4. *& decis.* 675. *num.* 5. *par.* 2. *in recentioribus, & fuit nouissimè dictum in Maceraten. iusti pretij domus* 31. *Ianuarij* 1625. *coram Dunozetto.*

2 Extende idem procedere in teste, qui ad arrendamenta se refert, *vt ait Rota ibi supra decis.* 742. *& Card. Seraph. decis.* 10 9. *num.* 1. *& ita fuit quoque dictum in Spoletana pensionis* 24. *Ian.* 1622. *cor. Vbaldo.*

3 Fallit tamen, quando testes deponerent seipsos arrendasse, quia tunc illa qualitas est talis, ex qua facile inferri potest ad scietiam veri valoris fructuũ.

vt fuit dictum in vna Illerden. diſmembrationis Mercurij 27. Ianuarij 1593. coram eodem Card. Seraphino, quæ eſt in eius impreſſ. dec. 1009. nu. 3. & Put. dec. 8. lib. 1.

4 Contrarium, quòd ſcilicet ex locatione valor probari non poſſit, *ait Rota deciſ. 675. num. 2. parte 2. rec.*

5 Et ratio eſt, quia locatio poteſt fieri ex affectu, *Rota ibi ſupra in deciſ. 186. num. 4.*

6 Contra hanc ſecundam opinionem tenuit, *Rota dec. 198. n. 17. & 18. vbi* ait, quòd valor probatur ex teſtibus, ex locationibus, ex confeſſionibus partiũ, & Epiſcopi viſitatione.

7 Extende huiuſmodi opinionem eò magis procedere, quia valor de ſui natura eſt difficilis probationis, & propterea videmus etiam, quòd fama publica illum probat, & malam expreſſionem valoris excuſat, *Caſſad. d ciſ. 19. ſuper regul. Verall. deciſ. 78. num. 2. & 4. par. 2. & deciſ. 49 num. 4. par. 3. & Rota per Gregorium Decimum quintum deciſ. 245. num. 5. & deciſ. 277. eodem num. 5. & deciſ. 471. num. 9. & prius deciſ. 35. num. 2. & deciſ. 78. num. 3. & deciſ. 84. eodem num. 3. & dec. 455. n. 8. p. 2. recent. & prius dec. 17. n. 1. d. par. 2. recent. & dec. 298. num. 5. & inp. 1. deciſ. 572. nu. 3. & deciſ. 613. n. 4.*

Quinimmò, quòd etiam arrendamenta, licèt non probent de per ſe valorem, ſaltem faciant adminiculum & à mala expreſſione excuſent, *ait Caſſad. dec. 20. de reg. & Rot. d. dec. 577. n. 2. lib. 3. p. 3. diuerſ. Caputaq. dec. 49. n. 2. p. 2. & Rot. per Buratt. dec. 411. n. 3.*

Item nota, quòd licèt dicta arrendamenta, ſiue inſtrumenta locationum non ſufficiant pro probando vero valore, ſufficiunt tamen ad probandum nõ vtilitatem, ſiue damnũ Eccleſiæ, & ſic vt ex anterioribus inſtrumentis appareat alienationẽ poſtea factam eſſe Eccleſiæ damnoſam, vt ait *Rot. dec. 65. n. 24. p. 2. & dec. 725. p. 4. diuer.*

8 Subextende primò, id intantum eſſe verum, vt propterea ad valorem probandum qualiſcumque probatio ſufficiat, vt fuit dictum in *vna Concben. Cappellaniæ 27. Februarij 1606. coram Ortembergo, & in Peruſina beneficij 13. Iunij 1607. coram Penia, & in alia Callien. Canonicatus, Lunæ 17. Nouembris 608. coram Card. Caualerio, & prius in Clodien. beneficij Veneris 12. Ianuarij 1601. coram Gregorio, & coram eodem in Aquilana beneficij Lunæ 2. Decembris 1602. quæ ſunt in eius impreſſis dicta deciſ. 13. num. ſexto, & deciſ. 78. num. 4. & deciſ. 89. num. 6. & in deciſ. 49). num. 2. coram eodem Gregor. 293. Aegid. deciſ. 674. Cæſar de Graſſis deciſ. 3. num. 7. de probat. Rota deciſ. 3. num. 1. par. 1. diuerſorum, Seraphin. deciſ. 962. num. 2. Put. deciſ. 26. lib. 1. & Rota in Ciuitatis Caſtelli parochialis 2. Iunij 1614. coram Dunozetto, & in Panormitana Archipresbiteratus Veneris 27. Nouembris 1620 coram Buratto, & in Illerden. Canonicatus 4. Decembris 1623. coram Pirouano, & in Leodien. Canonicatus Sanctæ Crucis 19. Ianuarij 1628 coram Dunozetto, iuniore, & apud Cardinal. Caualer. dec. 517. n. 5. & deciſ. 913. n. 2. par. 1. in recent. & prius in Placentina Canonicatus 31. Maij 1602. coram Card. Pamphilio, & in alia Hydruntina Cappellaniæ 8. Aprilis 1615. coram Vbaldo, & in Leodien. Cappellaniæ 1. Iulij 1619. coram eodem Caputaq. dec. 173 num. 7 p. 1. Rot. dec. 10. n. 4. p. 2. in recent.*

9 Subextende ſecundò, quòd etiam vnicus teſtis deponens de auditu ſufficiat, vt fuit dictum iu *Callien. coram Card. Caualer.* ſed iunctis adminiculis ait *Rota per Greg. dec. 143. n 2. & Rota dec. 10. n. 4. p. 2. recent. Card. Caualer. dec. 33. n. 3.* ſiue, quòd deponat de publica voce, & fama, *ait Card. Mantic. dec 158. num. 3.*

10 Subextende tertiò, eò magis procedere ſi eſſent plures teſtes, qui ſuper valore probando deponerent de publica voce, & fama, ſed vnus ex eis adeſſet, qui de certa ſcientia deponeret, reddendo bonam, & congruam ſui dicti rationem, vt ait *Aegid. dec. 682. Put. dec. 29. lib. 1. alleg. à Rot. in vna Corduben. portionis Lunæ 21. Apr. 1579. coram Litta, & Rota dec. 736. n. 2. p. 2. recentior.*

Animaduertendo, quòd publica vox, & fama

fama saltem per duos testes probanda venit, & præsertim, si essemus in causa, ubi probationes deberent esse luce meridiana clariores, vt est illa Matrimonij, *ita ait Caputaquen. dec. sione 150. parte secunda*. Sed est benè verum, quòd illi probant, etiam si dicerent ignorare, quid sit fama, quia sufficit, quòd ex illius verbis tale factum colligatur, ex qua publica vox, & fama resultet; & ideò sufficit, quòd testis dicat, quòd publicè dicitur, *vt ait Rota decisione 72. num quinto, parte prima recentior. & inter criminal. Farinacc. decisione 138. num. septimo. & in Auenionen. Præpositure 13. Maij 1594 coram Litta, & in alia Conchen. Cappellaniæ 19. Martij 1608. coram Ortembergo, & in Vicentina Parochialis 4. Iunij 1612. coram eodem, & prius in Maioricen. Sachristiæ 16. Decembris 1602. coram Penia.*

Declara tamen, quòd famæ probatio non admittitur super eo, quòd contra se præsumptionem iuris haberet; item, quando aliquid concurreret in contrarium, quod eliderct famam, & præsertim, quia fama facile prosternitur, vti ex quodam iure priuilegiato proueniens, *vt ait Rota per Gregorium decisione 325. num. 16. cum seqq.* & per quod tempus, & quomodo testes deponere debeant in ea probanda, dixi in *conclus. 120. sub num. 13.*

11 Subextende quartò, quòd etiam leuis, & semiplena probatio sufficiat, ad illum valorem probandum, *vt ait Aegid. d. decis. 682. allegata à Rota in vna Legionen præstimonij 27. Nouembr. 1593 coram Card. Pamphilio, & per Greg. dec. 35. nu. 1 & dec. 471. nu. 10. & Rota dec. 572. n. 4 par. 1. recent.*

Immò, quod minor semiplena sufficiat; licèt tamen debeat talis probatio esse perfecta, & concludens, *ait Rota dec. 57.. nu. 4. par. 1. in recent. & per Gregor. dec. 13. n. 6. & in Leodien. Cappellaniæ 1. Iulij 1619. coram Vbaldo, & in Gerunden. beneficij 18. Martij 1615. coram Andrea, & in addit. ad Greg. dec. 89. num. 7.*

12 Subextende quintò, quòd valor, quando non est in conditione positus probatur ex probationibus imperfectis; immò ex adminiculis, & coniecturis, *vt ait Rota penes Greg. dec. 277. n. 6.*

13 Et ratio est, quia valor beneficij est difficilis probationis, *vt ait Cassad. dec. 19. num. 3. super regul. Sarnen. in regul. de valore quæst. 11. versic. Præterea*, vbi ait, quòd valor beneficii est ita difficilis probationis, vt plures etiam oriundi in eodem loco, in illius probatione deficiant, *Rota per Gregorium in sua dec. 245.*

14 Et propterea hinc fit, quòd ex hac materia, ex pluribus probationibus imperfectis simul iunctis vna perfecta probatio resultet, & præsertim, quando probatio non est facilis, prout est, quando agitur de probanda quantitate huiusmodi valoris, & fructuum, *vt fuit dictum in Auximana bonorum 7. Iunij 1591. cor. Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 955. num. 3. & 4.*

15 Contrarium tamen erit de valore beneficii in conditione posito, quia tunc Rota vult illum concludenter, & plenè probari, *vt ait in decisione 380. & decisione 381. num. 2. & 3. par. prima diuersor. & decis. 444. num. 1. par. secunda in recentior.*

16 Subextende sextò, quòd dictus valor probatur per expræssionem factam ab illis, qui similia beneficia obtinuerunt, *vt ait Rota decis. 522. num. 3. p. 1. recentior.*

17 Declara tamen primò non procedere, quando testes deponerent de valore; sed non deductis oneribus, quia tunc non diceretur eum verè probari, *vt fuit dictum à Rota per Greg. XV. dec. 357. num. 4.*

18 Licèt in dubio testes de valore deponentes censeantur deponere deductis oneribus, *vt ait Rota per Greg. dd. decisionib. 273. & 277. n. 7.*

19 Subdeclara multo minus procedere, quando testes ignorarent onera seruitutis, & qualitatis, quibus res esset obnoxia, *vt ait Rota decis. 20. num. 2. p. 2. recentior. & decis. 736. num. 3. in dicta par. 2.*

Et ppea videmus, q si testes deponant de valore terrenorum vicinorum, si non deponant, q prædia vicina sint eiusdē

conditionis, & qualitatis, cuius sunt ea de quibus agitur, non probant, *Rota in Romana pensionum Lunæ 6. Aprilis 1620. coram Buratto.*

Extende prædicta eodem modo procedere in probãdo iusto valore rei prosanæ, quia tunc illa iudicatur ex qualitatibus latentibus rei, veluti etiam ex impotentia cautionis pro euictione, ac debitoris inopia, & similibus, ait *Gratianus lib. 5. disceptation. cap. 911. num. 14.*

20 Et quæ impensæ, siue onera verè deducantur, docet *Cassador. decis. 19. de præbend.*

21 Et in omnem euentum impensæ illæ dicuntur, quæ fiunt in recollectione fructuum, non quoad alia onera extrinseca beneficii, *vt fuit decisum à Rota in dec. 444. num. 5. par. 2. in recent. ad declarationem alterius decis. 273. Papæ Gregorij.*

22 Et propterea valor nõ minuitur propter onera reparationis Ecclesiæ, & solutionis decimarum, cum illa non sint perpetua, sed incerta, & variabilia, quæ, ob id valorem beneficii non minuunt, *vt ait Puteus decisione 202. lib. tertio.*

Declara tamen, quod ex æquitate, debeant pensionarii pro rata concurrere ad necessarias reparationes domorum Ecclesiæ pensionibus grauatæ, & in quarum redditibus præcipuè introitus Ecclesiæ consistunt, *vt fuit resolutum à Rota ibi coram Buratto in illa Romana Pensionum, sed in hac materia vide omnino decis. 627. parte 1. recentior.* Vbi hoc modo distinguendo ait, quòd quando Ecclesia Cathedralis reparatione indiget, tunc circumscriptis consuetudine, statuto, siue priuilegio, quæ sunt attendenda, cuius expensis ea reficienda veniat, erit in primis reparanda ex fructibus destinatis pro fabrica, si qui sint, aliàs onus istud spectat ad Episcopum pro quarta suorum redditu um, tàm futurorum, quàm præteritorum, & si illi non sufficerent, tenẽtur Canonici, & alii, qui in ea Ecclesia beneficia possident, & demum Parocchiani, *vt ait Rota ibi in dicta decisione 627. per totam. & Rota decisione 158. numero 20. parte prima recentior.*

Et propterea videmus etiam, quòd onera extraordinaria, & voluntaria, & quæ possunt per Rectorem expleri non sunt deducenda in præiudicium pensionatii, *vt fuit dictum in Romana pensionum Lunæ 6. Aprilis 1620. coram Buratto.*

23 Declara secundò, non procedere, si testis in valore distributiones quotidianas computaret, quia ad illud considerandum solùm attenduntur illæ res, quæ etiam absentibus debentur, & sic solum illi fructus attenduntur, qui ex corpore beneficii percipiuntur, nec distributiones, quæ tantum residentibus dantur, inter fructus computantur, *vt ait Rota per Puteum decis. 464. lib. secundo, Gonzal. super regul. 8. §. 7. proœmij num. 154. & sequentib. Garzias de benefic. par. quinta, cap. 3. num. 266. Moneta de distrib. par. 1. q. 6.* & ibi ampliationes, & limitationes ponit in hac materia.

24 Secus autem, si fructus Canonicatus, verbi gratia, in distributionibus consisterent, quia tunc illius valor non esset probandus, quia quando Canonicatus in distributionibus consistunt, tunc solent exprimi valoris ducator. 24 *vt ait Rota dec. 296. n. 3. p. 2. recent.*

Item secus veniret dicendum, quando præbendæ sunt distinctæ in Ecclesia, bona possidentur in communi, & postea singulariter certo anni tempore distribuuntur, quia tunc quotidianæ distributiones veniunt appellatione fructuum, *vt ait Rota decis. 449. num. 1. par. 2. recent.* & vide quæ dixi infra in *conclus. 160. num. 168.*

25 Declara tertiò non procedere, quãdo ageretur de probando valore centum ducatorum pro Rectore, quia tũc concludenter probari debet, *vt ait Mohed. decis. 148. & Rota decis. 380. par. 1. nouiss.* Nec isto casu probatio per famam sufficeret; Secus autem, si ageretur de probando non excessu, quia, cum habeat pro se aliquam præsumptionem, tunc semiplena probatio sufficeret, *vt ait Aegid. d. decis. 683. & Rota d. dec. 380. & decis. 455. num. 8. par. 2. recent.*

recentior. & prius decis. 351. nu. 2. & in prima parte decis. 101. num. 3. & decis. 257. num. 5. & prius decis. 140. num. tertio.

Et nota, quòd quando clausula illa, Dummodo remaneant centum pro Rectore, apponitur reseruationi pēsionis, & petitorio agitur, tūc est per pēsionarium, siue translatarium iustificanda, secus vero, si ageretur possessorio, vt pulchrè, & latè ait *Dominus Ferentillus videndus ad decisionem Buratti 261. & postea in decisione 483. num. primo, vbi in hac materia recurras.*

26 Vndè in prædictis erit firmanda ista regula, quòd quando testes deponunt per famam per modum affirmatiuum, non probant, at secus, si per modum negatiuum, & præsertim, si redditus in distributionibus quotidianis consistat, *Buratt. decisione 540. num. 8. & ita fuit dictum in Clusina Pensionis Mercurij 9. Decembris 1573. coram Cardinali Lancellotto seniore, quæ est decisio quinta inter criminal. Farinacc. & decisione 444. num. 1. par. secunda in recentior. & decisione 381. num. 2. par. prima diuersor. & Rota per Burattum in dicta decisione 261. & ibi latè per addentem, & in alia dec. 562. per tot. & prius in dec. 540. num. 15.*

27 Rursus nota, quòd si valor est narratus per non excessum, tunc non iustificatur per probationem de ascensu, *vt ait Rota per Gregorium decis. 13. num. 5. & decis. 147. num. 1. & decis. 353. & & ibi addent. nu. 16. & decis. 379. nu. 2.* veluti videmus, ꝙ valor per non excessum scutorum 150. non iustificatur, per narratiuam aduersarij non excessus 180. *Burat. dec. 150. num. 8.*

28 Et quomodo eo casu testes deponere debeant, quando deponunt per non excessum, *tradit Rota dec. 550. nu. 3. & seqq. p. 1. recent. & prius dec. 257. n. 5.*

29 Declara quarto, non procedere, si illa leuis probatio super valore facta nō sit in suo genere concludens, & perfecta, *Aegid. d. dec. 674. & Caputaq. decis. 277. n. 7. p. 1. & Rot. per Greg. dec. 13. nu. 6. & dec. 89. nu. 7. & ibi addent. & dec. 37. n. 3. par. 2. rec.* & veluti superius dixi sub *num. 11.*

30 Declara quintò, quòd ad hoc, vt probetur valor attenditur tempus quinq. annorum ante, & post, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 1340. nu. 1.*

Quod tamen intellige procedere in tēporalibus, at secus in beneficialibus, veluti dixi in *conclus. 69. num. 29. cum seqq.* vbi pulchra inuenies in materia probationis valoris, tàm beneficiorum, quàm etiam rerum temporalium.

31 Et ratio est, quia ille probari debet de tempore impetrationis beneficij, & de eo anno, ad effectum probandi expressionem non veri valoris, qui debet probari ab eo, qui agit ad annullandam pensionem, si tamen ipse reseruationi consensisset, necnon ad effectū opponendi de subreptionė gratiæ reseruationis pensionis, quia in istis casibus valor est probandus de tempore reseruationis, *vt ait Rota per Burattum decisione 383. num. 3. & decis. 409. nu. 1. & 8. & in decisione 13. num. primo penes Gregorium XV. & decisione 419. num. primo penes eundem, & Rota decisione 444. & prius 37. num. 1. par. 2. in recentior.*

Et propterea videmus, etiam, quòd instrumentum venditionis communē valorem non probat, & præsertim, quando non esset de proximo, *vt ait Rota per Buratt. dec. 471. num. 5.*

32 Et nota, quòd dictus valor à communiter accidentibus potius augeretur tempore, quàm diminuatur, *vt ait idem Card. Seraph. dec. 1393. n. 3. in vna Firmana Altaris 4. Iunij 1601.*

33 Et quando testes deponunt simpliciter de valore beneficij, tunc cēsentur percutere tempus datæ, si articuli illius tempus contineant, *Rota decis. 311. nu. 6. par. 2. diuersor. Surd. decis. 291. & & fuit ita decisum in Leodien. Canonicatus 16. Nouembris 1609. coram Cardinali Sacrato, & Rota per Gregor. dec. 357. num. 4.*

34 Declara sextò, quòd valor non probetur ex impositione pensionis, quia ea potest etiam super distributionibus imponi, & illæ non computantur in valore, *vt fuit dictum à Rota per dictum Greg. in sua dec. 540. num. 1.*

35 Declara septimò, quòd neque probatur valor ex taxa librorum Cameræ, *vt ait Cassador. dicta decis. 19. super regul.*

& fuit dictum in vna Camerinen. vnionis 19 Ianuarij 1575. coram Cardin. Lancellotto seniore, & dec. 37. par. 2. recentior.

36 Declara octauò, quòd valor beneficij concludenter sit probandus, quando tractatur de perpetuo præiuditio, nec eo casu sufficit probatio per famã, *vt ait Rota decis. 351. num. 7. par. 2. recentior.*

37 Declara nonò, quòd debeat concludenter probari valor, si fuit narratus, quia narratiua dicitur pars gratiæ, *Rota decis. 160. num. 3. par. 1. recentior. sed in hoc vide decis. 444. in secunda parte.*

38 Declara decimò, quòd, vt superius diximus, valor narratus, per modum negatiuum, idest per non excessum non probatur per testes deponentes per modum affirmatiuum, idest per narratiuam de ascensu, *vt ait Rota decis. 443. num. 1. par. 2. recentior.*

39 Declara vndecimò, quòd non probetur per notulam redditũ beneficij factam ab interesse habentibus, *vt ait Rota decis. 186. num. 1. dicta par. 1 rec.*

40 Declara duodecimò, quòd sit plenè probandus valor, quando agitur ad effectum Regulæ de valore, secus autem, si ad effectum retardandi, vel annullandi pensionem super beneficio im positam, quia tunc leuior probatio sufficit, *vt ait Rota decis. 550. num. 1. p. 1. recentior.* Sed in numero secundo declaratur quomodo illud procedat.

Subdeclara tamen, quòd si forsan in huiusmodi valoris probatione variæ, & diuersæ æstimationes concurrant, tunc nedum media via eligi poterit, verum etiam minor summa atten di potest, & solet, ex eo, quia testes in minori dicuntur contestes, *Seraph. decis. 111. num. 2. Rota decis. 320. nu. 7. par. 2. in recentior. Afflict. decis. 240. num. 3. & Rota penes Buratt. decis. 468. num. 14. & seq. & dec. 869. num. 2. in quibus aliæ decisiones allegantur, & prius in Cremonen. pensionis 11. Martij 1619. coram Card. Caualerio, & in Caietana olei 12. Nouembris 1627. coram Durano, & in Marsicen. beneficior. 20. Mart. 1628. coram Pirouano.*

41 Sed redeundo ad illud, quod in principio diximus, nempè quòd arrendamenta excusent à mala expræssione valoris, *vt ait Verall. decis. 49. num. 2. par. 3. & prius decis. 78. num 3. par. 2.*

42 Fallit tamen in taxa, quæ non excusat à mala expræssione valoris, quando non fuit narratus secundum communem æstimationem, *vt fuit dictum à Rota per Gregorium XV. decis. 490. num. 5.*

43 Contrarium, quòd scilicet dicatur satisfactum regulæ de exprimendo valore, quando ille exprimatur in gratia secundum quod in libris Cameræ reperiuntur taxata, *ait Cassad. dec. 19. n. 1. super regul.*

44 Extende hanc secundam opinionem etiam procedere in valore expressso, secundum arrendamentum prædecessorum, quia tunc illud excusat à pœna regulæ de exprimendo valore, *vt ait idem Cassad. d. decis. 20. num. 7. sup. reg.*

45 Sed pro corroboratione istius materiæ animaduertendum erit, quòd in hoc Rota tria requirere solet, Primò, similem expressionem prædecessorum. Secundò, arrendamenta. Tertiò, publicam vocem, & famam, iuxta ea, quę ait *Sarn. super regul. 8. quæst. 11. vers. sed considerandum. Rota decis. 116. nu. 3. par. 2. diuersor. & decis. 185. num. 2. par. 3. lib. 3. diuers. & Verall. dicta decis. 78. num. 1. & decis. 49. par. 3.* ait tria arrendamenta prædecessorum cum testibus de publica voce, & fama sufficere, *vt ait Rota decis 444. num. 6. par. 2. recent.*

46 Arrendatarius autem nota, quòd quis probatur ex eo, quia dat pecuniam, & mercedem locationis pro fructibus futuris colligendis, & contractus tali modo factus de iure sustinetur, *vt fuit dictum in Cæsaraugustana decimarum 10. Iunij 1588. cor. Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 827. num. 4.*

47 Contrarium tamen esset, quando solutio esset facta pro arrenda, anticipata solutione, quia tunc ea facit contractum esse vsurarium, vt fuit dictum *in Romana Scripturarum 10. Iun. 1583.*

coram

coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 626. num. 2. Sed in dubio pro exclusione vsurariæ prauitatis semper venit præsumendum, *vt ait idẽ Seraph. ibi sup. n. 3.*

48 Et nota, quòd isti arrendatarij officiorum dicuntur omnia gerere sub nomine Domini officij, non autem sub proprio ipsorum nomine, & propterea omnes contrahentes sequi videntur fidem illius Domini, & non arrendatarij, vt fuit dictum *in Romana Releuationis indemnitatis 13. Iulij 1581. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impres. dec. 537. n. 8.*

49 Vndè infertur primò, quòd arrendatarij non possunt præiudicare Ecclesiæ constituendo alium in quasi possessione, vt fuit dictum in *Corduben. redecimarum 2. Maij 1603. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impres. dec. 1463. n. 3.*

50 Infertur secundò, quòd arrendatarii non teneantur pro culpa, vel delicto à familia illius, qui arrendauit commisso, nec minus ad releuationem, ad quam ipse arrendens tenetur, vt fuit dictum *in dicta Romana Releuationis coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 537. n. 1.*

51 Extende idem pari modo procedere, quoad illud delictum à Substituto Domini officii notariatus commissum, ad quod arrendatarius illius officii non tenetur, sed in vim Bullarum tenetur Dominus, qui illud arrendauit, vt fuit dictum *in illa Romana Releuationis indemnitatis 7. Martij 1582. coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 576. num. 1. & Farinac; multa ait in hac materia in prima parte prax. crimin. tit. de delict. & pœn. quæst. 24. sub num. 85. in fine, vbi declarat quomodo id procedat.*

Subextende hic obiter prædicta quoque procedere in officiali, siue in Domino alicuius officii publici, qui licèt regulariter teneatur de delicto sui substituti in officio, cui præpositus est delinquentis, in tantum, quòd neque cum Dominis exhibendo liberetur, vt ait *Farinac. in dicta prima parte praxis crim. tit. de delict. & pœn. d. quæst. 24. num. 60.* Nihilominus id non procedit quoties pro parte Domini probaretur, vt deputatus ab eo in illo ministerio, in quo deliquit erat bonæ qualitatis, & famæ, & solitus in eo, cum integritate se gerere, neque vnquam per prius deliquisse, quia isto casu Dominus de illius delicto non teneretur, & multò magis id procedere videretur, quando ille substitutus fuisset approbatus à Iudice, quia tunc Domino officii nulla culpa esset imputanda, si personæ iam à Iudice approbatæ negotia commisserit, *vt dicunt Doctores alleg. à Farinac. ibi sup. n. 61. cum seqq.*

Declara tamen prædicta esse vera inspecta dispositione iuris communis; at secus in vim constitutionis Pii IV. & V. super Reformatione Tribunalium Vrbis, de qua in *Bullario in prima par. fol. 779. vers. nec substitutos recipiant,* Nam Pontifex ibi demandat, quòd notarius teneatur pro delicto sui substituti, etiam quòd ille esset reputatus integræ fidei, neq; liberatur etiam illum exhibendo, nisi tamen dictus substitutus esset soluendo, Imò dominum officii illud non iuuare, quòd fuisset deputatus, & approbatus à Iudice, siue ab alio superiore, siue etiam si de tali delicto non constaret, nisi per illius contumaciam, veluti de his omnibus fuit latè deductũ *à Rota in illa Romana Releuationis indemnitatis, Veneris 9. Iunij 1581. & 14. Ianuarij 1582. & 7. Maij eiusdem anni, quæ per extensum ponuntur à Farinac. in præcitato loco sub num. 63. cum seqq. & in nu 88. & ibi quoque tractat de custode carcerum, siue arcis, & in quæst. 31. tit. de carcerib. & carcerat. n. 55.*

52 Infertur obiter 3. quòd neq; donum, quòd fit Domino pro suo iucundo aduentu de rarò contingente cadit in arrendamentum alicuius Episcopatus, *vt ait Franc. Marc. decis. 153. num. 5. par. 2.*

53 Infertur quartò, quòd constitutio pœnalis loquens de Domino rei non extenditur ad arrendatarios, vt fuit dictum *à Rota per dictum Cardinalem Seraphinum in decis. 537. num. 2.*

54 Extende viceversa procedere, quòd scilicet exemptio, siue priuilegium Domino concessum arrendatario non prosit;

profit; Vndè videmus, quòd fructus, qui colliguntur ab Arrendatariis, in bonis eorum, qui sunt exempti, verbi gratia, à solutione Decimarum, vel similium, si vendantur, vel arrendantur ea exemptione non gaudent, nec sub ea comprehensi venire dicuntur; Et ratio est, quia priuilegium illud exemptionis dicitur personale, & propterea non transit in arrendatarios, siue emptores prædiorum, vel fructuum, & sic dicta exemptio debet solum restringi pro vsu exempti, siue illius animaliū, non autem aliorū, quibus talia vendantur, vel arrendentur, *vt ait Rota per dictum* Card. *Seraph. dec.* 827. *nu.* 2.3.& 7.

55 Infertur quintò, quòd solutio decimarum, vel redecimarum ab arrendatariis facta de scientia, & voluntate Dominorum facta præsumitur, *vt fuit dictum in Corduben. Redecimarum 19. Ianuarij 1604. coram eodem Card. Seraphino, quæ est in eius impressis dec.* 1485 *num.* 4.

56 Vndè ad hoc, vt talis solutio Decimarum à Domino facta dicatur, sufficit, quòd sit facta ab Arrendatariis, sed de consensu Domini, *vt fuit dictū in dicta Corduben. Redecimarum 27. Ianuarij 1595. coram eodem Card. Seraphino, quæ est in eius impressis dec.* 1113. *num. primo*.

ARGVMENTVM.

DE HIS QVI IN CARceribus Arrestari, seu recommendari possint, & quo tempore id fieri debeat.

CONCLVSIO CXLVI.

1 ARRESTVM nota, quòd æquiparatur carceri, & propterea frangens illud, est idem ac si frangeret carcerem, *vt ait Oldrad. in suo consilio 65. in principio, & Magon. decis. Lucen 90. num. 9.*

2 Vndè hic est firmanda regula, quòd quilibet debitor captus ad instantiam vnius, potest arrestari ad instantiam alterius creditoris, *vt ait Angel. de malefic. in verbo Quod fama num. 63. & Farinac. in sua praxi crimin. inq. 27. n. 154. & ibi latè, & Rota mox citan. coram Pirouano.*

3 Extende primò, idem procedere in capto pro aliquo delicto, qui potest pro alio arrestari, *vt ait idem Farinac. ibi supra num.* 154.

4 Extende secundò, quòd etiam debitor possit arrestari lite pendente, absq. attentatorum vitio, *vt fuit dictum in Romana Pecuniaria, siue arresti Lunæ 22. Aprilis 1613. coram eodem Pirouano, quæ est in prima par. recent. decis.* 478. *num.* 4.

5 Declara tamen id esse verum, quando illud fuit factum ad effectum assecurandi iudicium, ne à posterioribus præueniretur arrestare faciens, *vt dictum fuit à Rota ibi sup. n* 5.

6 Contrarium licèt reperiatur pluries fuisse decisum *à Rota, & præsertim in vna Veneta pecuniaria 17. Maij 1605. coram Penia, & in alia Romana pecuniaria 28. Ianuarij 1611. coram eodem Pirouano, & ibi ait*, quod *Rota* numquam huiusmodi assecurationes solet admittere pendente lite, veluti testatur *etiam in illa decisione* 478. *in fine*.

7 Concordari possunt iudicio meo, prædictæ opiniones tali pacto, nempè, vt prima procedat, quando debitor immobilia non possideret in eo loco, ita vt illius fuga posset ius creditoris inane reddere, & quando creditum esset liquidum. Secunda verò opinio procederet, quando è contra, & præsertim in Rota, vbi, vt superius dictum est, huiusmodi assecurationes admitti non solent, *vt colligitur ex prædictis decisionibus, & signanter in illa decisione* 478. *num. 5. p. 1. in recentior.*

8 Limita igitur primò, conclusionē principalē, non procedere, quando arrestatio esset pro debito non liquido, & propterea illius iustificatio semper est necessaria, ad hoc, vt arrestum subsistat,

vt ait

vt ait Rota ibi supra in dicta decis. 478. *num.* 4. *in fine.*

9 Et ad id nota, quòd creditum non dicitur liquidum contra administratorem, siue socium, nisi prius finita societate, vel administratione, & ratione, ac calculis solidatis, *vt ait Rota in dicta decis.* 478. *n.* 2. *& Card. Seraph. dec.* 1214.

10 Contrarium licèt teneat *Munoz. de ratiocin. cap.* 4. *num.* 20. *vbi ait,* quod quilibet alius administrator, excepto socio, potest iurari suspectus, etiam in actu redditionis rationis, *vt dicam quoque in verbo Suspectus de fuga.*

11 Limita secundò non procedere, nisi prius mandatum Seruatis seruandis, fuisset obtentum, *vt ait Farinacc. dicta quæst.* 27. *num.* 156. *& Rota ibi supra.*

12 Limita tertiò, quando debitor esset arrestatus ab alio Iudice, quàm ab eo, coram quo causa pendebat, *vt ait Thesaur. dec.* 220. *nu.* 1.

13 Sublimita tamen non procedere, quando periculum esset in mora, quia tunc à quocũque Iudice ordinario posset arrestari. Sed est benè verum, quòd ad hoc, vt illa arrestatio subsistat illa necessitas venit probanda, *vt ait Rota in dicta decisione* 478 *sub numero quarto.*

14 Limita quartò, non procedere in eo qui esset captus pro criminali, quia tunc pro ciuili arrestari non posset, *Bartol. in l. secunda, ff. de custod. & exhib. reor. Ioseph. Ludou. in sua decis. Perus.* 70. *par. secunda*, vbi testatur ita in Statu Ecclesiastico seruari; & ità de iure quoque procedere; licèt *Marsil.* sed malè, contrarium senserit in sua *praxi criminal. in §. albingam, num.* 34. *& seq.* quia contraria est communis, *vt ait quoque Farinaccius ibi supra num.* 157.

15 Sed bona cautela erit pro procuratoribus, quando faciunt capere aliquem debitorem pro criminali, contra quem habeant etiam mandatum pro ciuili, si illum facient prius scribere in libro carceratorum pro ciuili, & postea pro criminali, quia id operatur, vt finita causa criminali, ipse remaneat captus pro ciuili, vt mihi ipsi contingit contra quemdam meum debitorem, qui dum credebat absolutus à criminali à carceribus emancipari, ob arrestum prædicto modo factum licèt ibi remanere, necnon iterum pallium suum iam deponere coactus fuerit, & ibi in carceribus susceptũ in sancta pace morari.

16 Limita quintò non procedere, quando quis, verbi gratia, suspectus de fuga eslet nulliter captus, quia tunc arrestari non potest, sed statim venit relaxandus, *text. est in l. finali, §. nullo tempore, ff. de lib. hom. exhiben. & Roman. consil.* 220. *num. quinto, & Bart. in quæstione sexta Lapus fuit captus, Alexand. consil.* 241. *in fine lib.* 6. vbi hoc modo distinguit, nempè, Aut iniustè, & nulliter fuit captus quis ex parte Iudicis, veluti, quia extra Territorium, siue in loco, & tempore prohibitis, & tunc pristinę libertati erit restituendus. Aut iniustè, & nulliter respectu partis, vtpotè, si pars esset satisfacta, sed de satisfactione Iudici non constitit, sed solum de credito; & tunc licèt pars in simplici dolo existat. Nihilominus ille dolus personam dolosi non egreditur, & sic ille arrestari potest ab alio, qui eo casu non venit ex prima captura, sed ex proprio suo iure, & præsertim, si vis compulsiua fuit approbata ex cõsensu illius capti expressè, vel tacitè approbando capturam; licèt tamen secus fieret, quando vis esset spoliatiua, velut in casibus superius nominatis fuit exemplificatum, quia tunc omnino esset restituendus in pristinum, & hanc esse communem opinionem, ait *Alex. consil* 159. *num.* 8. *lib secundo, & cons.* 241. *lib.* 6. *& Rota quæ plures citat in decis.* 151. *num.* 3. *par. secunda nouiss. diuersor.*

17 Fallit tamen, quando nulliter, & indebitè captus ciuiliter, esset arrestatus criminaliter, quia id sine difficultate tenet, *vt ait idem Farinaccius ibi sup. num.* 153.

18 Et ratio est, ne delicta eum relaxando remanerent impunita, quod esset contra interesse publicum, vltra quod in materia delictorum, & in omni alia facilius debet concedi retentio, quàm captura

captura, siue alia quæuis acquisitio de nouo, *vt ait Rota apud Gregorium in sua decis.425.nu.2.& prius decis. 265. num. 3.*

Extende prædictam fallentiam eodem modo procedere, quando quis esset captus nulliter, veluti ex defectu citationis, quia si verè constet de debito, ille arrestare poterit, dicta nullitate non obstante, *vt ait Rota in dec.151. nu.3.& seqq.p.2.diuer.*

19 Limita sextò, non procedere, quando captura in die feriata in honorem Dei sequeretur, quia tunc captus non posset eo die arrestari; nam licèt suspectus de fuga pôssit in die in honorem Dei feriato capi, non potest tamen illo die arrestari, quia cum sit captus postea fugere non potest, & sic igitur si captus relaxetur eadem die feriata in honorem Dei, poterit tamen vti suspectus de fuga de nouo capi, sed non arrestari, *vt ait idem Alex. consil.159. vers. Quantum verò, lib.2. & Farinac. in præcitato loco nu.108.& 268.*

20 Limita septimò, quòd reus recessurus à Curia non potest arrestari, nec cōpelli ad respondendum interrogationibus principale negotium non tangentibus, nisi dentur dispositiuè per modū articulorum, *vt ait Rota decis. 3. tit. de sequestr. possess.& fruct. num. primo in nouis.*

21 Fallit tamen primò, si interrogatoria essent in actis, & in iudicio data, quia tunc posset arrestari, vt illis responderet, secus autem, si quis ea non dedisset, *vt ait Rota dec.3.de dol.& contum. in antiq.*

22 Fallit secundò, quando recessurus à Curia deberet respōdere interrogationibus, & litteris Apostolicis, quia tunc posset arrestari donec illis responsum faceret, *Rot. dec.16. nu.1.de test.ib.& attestat. in antiq.*

23 Extende prædicta adeò esse vera, vt si quis arrestatus ad illum effectum à Curia recedat, potest excommunicari. Sed est benè verum, quòd prius præcedere debet citatio per viam contradictarum, *vt ait Rota dec.31.nu.1.de sent. excom.in antiq.*

24 Demū, quando quis ex apoca priuata possit arrestari, & quando non, Item quando ex ea, quis possit iurari suspectus, vide *Mauson. de caus. execut. quæst. 5. tit. de rescript. per totam, vbi multa ait in hac materia.*

ARGVMENTVM.

ARS MOECHANICA quæ dicatur, & sic quando ea denigret Nobilitatem, & quando secus.

CONCLVSIO CXLVII.

1 ARS Mœchanica dicitur mercatura, iuxta adnotata per *Baldum in l. nobile, C. de comer.& mercat. & ita fuit decisum in Ciuitaten. Habitus, seu Antianitatis Merc. 6. Iunij 1607. coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 320.num.9.*

2 Declara tamen id non vbique esse verum, quia in multis locis ars Nobilitatem non denigrat, & propterea valet illa conclusio, quòd Nobilitas sit attendenda, iuxta consuetudinem locorum, *vt dicunt Doctores allegati ibi supra à Rota num. 11. & Caualcan. decis. 23. vbi alios allegat par. 2. & Rota per Burattum dec. 358. & per Cardinalem Caualerium dec. 6. per totam*, vbi docet, quomodo denigretur Nobilitas.

3 Vndè videmus, quòd officium nobile dicitur, si Vniuersitas, vbi illud exercetur, pro tali tenet, *vt fuit dictum in Meliten. Habitus Mercurij 10. Iunij 1609. coram Card. Caualerio, & Seraph. dec. 207.num.5.*

4 Quinimmò Reipublicæ interest plures artes in Ciuitate habere, *vt ait Rota decis.565.num secundo, par. prima in recent.*

5 Subdeclara id tamen non procedere, iuxta Statuta Religionis Hierosolymitanæ, quæ non contentantur locali Nobilitate, sed volūt, quòd Nobilitas, vbique

vbique pro tali habeatur, vt fuit latè deductum in *vna Comen. Habitus 22. iunij 1609. coram Cardinali Marcomontio, & in eadem 4. Martij 1611. quæ est inter recentior. dec. 297. par. 2.* & ibi fuit conclusum, quòd licèt in dicta Ciuitate Comen. Notariatus non habeatur pro vili officio, sed nobili; nihilominus fuit à Rota ibi tentum, illud reddere vnum inhabilem ad habitum prædictæ Religionis, cum Notariatus pro vili exercitio reputetur, & præsertim quando Notarii essent ignorantes, *vt latè ait Caualcan. in sua decis. 41. num. 3. & seqq. & ita fuit decisum à Rota in d. Comen. habitus Lunę 14. Aprilis 161.. coram Buratto, quę est in eius impress. decis. 42. per totam.* vbi ait probationem nobilitatis specificam requiri in volentibus assumere habitum Religionis Hierosolymitanæ, & ibi dat modum, quomodo in hoc nobilitas probetur.

6 Et hinc infertur, quòd Notarius non possit esse Decurio, neque de Prioribus suæ Ciuitatis, *vt ait Guidopap. in sua decis. 90. & idem Caualcan. d. dec. 41. num. 7.*

Et ratio illius illationis ea est, quia nobilitas solet probari ex officiis, & magistratibus, arguendo tamē affirmatiue, sed nō negatiuè, veluti quoque videmus facilè eam deduci ex matrimoniis cum nobilibus, sed meliùs ex illis honoribus qui viris nobilibus conferri solent, & ex amplis maiorū domibus, sed in hac materia valdè Cronicis, & Historiis est deferendum, vt benè de prædictis omnibus fuit deductum *à Rota per Burat. in sua dec. 358 per totam, & veluti dixi in concl. 120. sub n. 37. & ibi multa inuenies in hac materia.*

Contrarium, quòd scilicet notarii admittantur ad Decurionatus, Collegia, & alios propriæ Ciuitatis honores ex eo, quia notarii, & alii non desinant esse nobiles, quando loci consuetudo eos vti tales, & nō viles approbat; licèt tamē secus extra illum locū, quia cum consuetudo sit stricti Iuris, idcirco non venit vltra locum extendenda, dicunt *Doctores allegati à Rota in decis. 504. n. 6. p. 1. recent.*

Concordari possunt prædictæ opiniones hoc modo; nempè, vt prima procedat in Tabellariis; secunda verò in Scribis, & Actuariis, & ratio istius differentiæ ea est, quia licèt regulariter omnes isti sub generali vocabulo notàrii comprehendantur; nihilominus inter se distinguuntur; nam Tabellarii illi proprie dicuntur, qui faciendis publicis instrumentis publicè in singulis Ciuitatibus præsunt, *vt ait glo. in rubr. C. de Tabul. lib. 10.* Scribæ autē, & Actuarii illi sunt, qui apud Principem, siue alios Magnos Iudices, vel Magistratus actis, gestisque in Ciuitatibus conficiendis præpositi sunt, *vt ait Ioan. de Platea in l. 1. ad finem, C. de Tabular. lib. 10. & melius Menoch. consi. 552. nu. 8.* Et sic non est igitur mirandum, si secundi, & tertii nota vilitatis artis non vrantur, veluti faciunt primi, & ratio rationis est, quia secūdi, & tertii immediatè inseruiūt Principi, vel illius Tribunali, tanquam ab eo deputati, & ratione personæ, ad cuius seruitiū sunt destinati, veluti dicunt *Bart. & Salicet. in l. 1. C. de mandat. Princip. Tiraqu. Boer. & alii allegati in dicta decis. 504. num. 2. & seqq.* At secus venit dicendum de Tabellariis, qui cum publicè inseruiant, idcircò meritò dicūtur Reipublicæ serui *l. non aliter, ff. de adopt. cap. 1. & glos. in verbo seruo publico de vsur. in 6.* Imo inuiti compelli possunt, cuique indigenti pro rogitu inseruire cum illius officium necessarium fuerit effectum, *Rom. sing. 354. Aufrer. ad Cappell. Tolos. dec. 446. & alii alleg. à Rota ibi sup.*

Declara tamen prædictam primam opinionem esse veram, si de rigore iuris loquamur, at secus si de consuetudine, quæ in loco viget, vt notarii non desinant esse nobiles, ob notariatus exercitium, & maximè si notarius sit sāguine nobilis, quia tunc vbique locorū semper erit talis, at secus si ageretur de ea nobilitate, quæ requiritur ex statuto, vel consuetudine, *vt distinguit Rota dicta decis. 504. num 8 ex doctrina Bartoli in l. prima de dignitate lib. 12.*

7 Extende hic obiter prædicta quoque procedere in exercente officium procuratoris, qui pari modo nobilitatem procurando amittit, *vt ait Guidopap. decis. 88. & decis. 389. & Franc. Marc.*

in sua

in sua dec. 314. *par.* 1. & ibi propterea ait, quòd Aduocatus prohibetur esse Procurator, & Tabellio.

8 Contrarium licèt teneant multi in nonnullis casibus, quos allegat *idem Caualcan. in præcit. loco num.* 24. *cum pluribus seqq. & Ioacchim. Mising. in sua decis.* 32 *par.* 4. *& prius dec.* 43. *par. prima*. Vbi ait, quòd officium Procuratoris non est minus nobile, quàm illud Aduocati, tum ratione personarum, cum nemo fere sit, qui non sit Doctoratus, quàm etiam locorum, & præsertim in Camera Imperiali, *vt testatur idem Missinger. ibi supra idem ait Andr. Gayl. dec.* 64. *p.* 2. *Gasp. Guliel. dec.* 64. *n.* 2. *idem Gayl. dec.* 43. *par.* 1. *& Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 55. *nu.* 25.

9 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende eam quoque ad alias Vrbes nobiles posse inferri, sicut est Romæ, & Bononiæ, vbi personæ nobiles illud officium Procuratoris exercent, licèt eo animo tamen, vt postea aucta eorum scientia Aduocati fiant; Quinimmò Bononiæ Procuratores, licèt nõ possint esse Doctores; nihilominus scribunt tàm in Iure, quã in facto, veluti Aduocati; ergo multò magis id alibi fieri licebit, si laurea Doctoratus erant insigniti; *iuxta tradita per Missinger. ibi supra, & Caualcan. dicta decis.* 41. *nu.* 39. *& seqq.*

10 Contra Misyngerium in eo, vbi ait, quòd officium Procuratoris sit æquè nobile, vt est illud Aduocati; Ego absolutè teneo; & ratio est, quia officium Aduocationis dicitur dignitas, & propterea *ait Franc. Marc. dec.* 651. *par. prima*, quod Ianua Principis debet sẽper Aduocatis esse aperta, & quando ad Iudicem vnus vadit, ille assurgere debet, & ab eius dexteris sedere, *vt ait idem Franc. Marc. dec.* 637. *nu.* 1. *& decis.* 651. *dicta parte prima, & Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 638. *num.* 65. docet, quomodo Aduocatus tractetur à Præside, & alijs Iusdicentibus. Quod enim secus est in Procuratore quia (vt etiam in Vrbe videmus) exercentes tale officium, vt plurimum paruipenduntur, & consumatores vocantur, saluis tamen bonorum honore, & reuerentia.

11 Declara secundo principalem conclusionem non procedere, quando vnus testator vocaret omnes de familia in præsentando aliquem ad beneficium, quia si vnus de ea concurrat, qui artes viles exerceat, non per hoc excluderetur à Iure præsentandi; nam indubitati Iuris est, quòd in vna, & præsertim numerosa agnatione diuersi reperiuntur colonelli, inter quos aliqui gaudent maiori nobilitate virtutis, & fortunæ, quàm alij, vt quotidie experientia docet; Vndè cum paupertas nõ fuerit ab alicuius improbis moribus causata, vtiq; erit excusandus, cum non omnibus liceat adire Corinthum, & sic igitur talis artem vilem exercens in præsentando esset quoque admittendus, vna cum alijs de familia, *vt fuit dictum à Rota in Papien. Iuris Patronatus Collegij Ghislieriorum* 19. *Februarij* 1601. *coram Card. Lancellotto, & in alia Pientina Iurispatronatus Lunæ* 11. *Iunij* 1602. *coram Litta.*

12 Vltra quod habemus, quòd appellatione familiæ, omnes veniunt de familia *l. pronunciatio* §. *familiæ ff. de ver. bor. signific. Gabr. consil.* 132. *num.* 59. *lib.* 1. *Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 10. *num.* 12. *& ita fuit dictum in vna Placentina Cappellaniæ* 18. *Nouembris* 1593. *coram Penia, & in alia Pientina Cappellaniæ* 30. *Maij* 1597. *coram Litta.*

13 Subdeclara tamen, illud non procedere, quando disponens se restrinxisset ad suos de colonnello, ita vt voluerit distinguere familiam à familia, quia tunc omnes non venirent, & præsertim artem vilem exercentes, qui non essent de eo colonello, ad quem testator se restrinxerat, vt tali modo distinguendo, *ait Rota in dicta Papien Iuris patronatus coram Card. Lancellotto.*

14 Sed est benè verum, quòd nobilitas ab iis denigratur, qui artes viles, & mechanicas exercent, *vt ait Rota in Comen. habitus Mercurij* 9. *Iunij* 1600. *coram Pirouano, quæ est dec.* 290 *num.* 1. *in crimin. Farin.*

15 Extende primo, quòd isti artem mechanicam exercentes possunt etiam à testificando repelli ob eorum ignobilitatem, licèt ad id digoscendum

sunt

sint attendendi mores Ciuitatis, Nam in multis locis quædam artes vocantur vtilissimæ, in alijs verò sunt magnæ auctoritatis, & ex eis eliguntur Priores Ciuitatis, *iuxta trad.per Bart.in l.testes C.de testib. & Rota in dicta dec.* 322. *nu.*11.*penes Gregorium*

16 Et propterea videmus, quòd ad prædictum effectum artifices non veniunt appellatione mercatorum in statutis, & Artifex dicitur quicunq. sua industria operatur, Item quoq;ralis dicitur, & non mercator, qui emit, vt in aliam formam suo opere, & industria redactum vendat, *vt ait Surd. in sua decis.* 313. *nu* 1.*& seq.*

17 Secus verò si in artificio sit admixta negociatio, quia tunc tota negociatio dicetur, *idem Surd. ibi supra nu.* 6.

18 Eristi artifices, quando habent publicum signum, tunc omnibus mercede sibi constitura inseruire tenentur; & ratio est,quia per illud signum cum Republica conuenisse videntur, *vt ait Portius in §. preterea Instit. Quib. mod. re contr. oblig. per tex. in l.* 1.*ff. de furt. & ibi DD.*

19 Extende secundo, eodem modo procedere in hospitibus, qui si publicum signum ad Portam habent aduenas albergari tenentur, *vt ait* Portius *in præcit.loco*.

20 Extende tertiò,quòd artifices possunt prhohiberi ne ponant tabulata,bāca,& similia, si ea vsum priuatorum impediant; Immò id quoque fieri potest etiamsi non sint nociua, & ista actio est popularis, *vt ait Gratian.lib.* 4.*disceptation. cap.* 658. *numero* 14. *& sequen.*

21 Extende quartò, quòd etiam prohiberi possunt exercere sulpharariam, vel aliam artem, ob quam malus odor vicino fiat, veluti dixi in verbo Aedificium, *& idem ait Franc. Marc. in sua decis.* 23.*nu.*1.*par.*1.

22 Extende quintò, quòd artifices de imperitia tenenrur, & ratio est, quia nemo debet se immiscere exercitio ad quod non sit aptus, *vt ait Franciscus Marcus in sua decis.* 649. *numero* 3. *par.*1.

23 Extende sextò quòd etiam Clerici possunt phohiberi ne artes medicinæ, & chirurgiæ exerceant, quia illis eas exercere non licet, *vt ait idem Franc. Marc.in sua decis.* 782. *num.* 3. *p.* 2. Extende 9 quando etiā exercerent in casu possibili, tunc possunt puniri à Iudice seculari pro eorum negligentijs, & culpis in arte, *vt ait Farinac.in* 1.*par. sua prax. crim. quæst.* 8. *nu.* 94.

Secus tamen venit dicendum instante necessitate, quia tunc clerici illas etiam viliores exercere poterūt, *vt ait idem Gratian. lib.* 1. *discept.c.* 57.*n.*27.

24 Fallit tamen veluti si essemus, verbi gratia, in appalratoribus alearum, qui non possunt prohibere earum artifices dictas aleas conficere, *vt ait Rota dec.* 565.*num.* 2.*par.* 1.*recentior.*Et ratio est, quia interest Reipublicę plures artifices eiusdem artis in Ciuirate habere, *Rota in præcitato loco.*

25 Vndè nota, quòd si artifici indebitè lis inferatur,tunc eas impensas repetit, quas nō potuit lucrari, vt impeditus in lite,*vt ait Grat.lib.* 1. *discept.c.*33.*n.*45.

26 Secus verò si essemus in Cantore, qui tanquam volupratum artifex mercedem non petit, nisi fuerit conuenta, *vt ait idem Gratian. ibi supra cap.* 185. *num.*40.*d.lib.*1.

27 Extende septimo, quòd vnus artifex siue mercator non potest sibi assumere signum alterius, *vt ait Rota Genua decis.* 210.*& Neguf. de pignor. in* 2.*parte* 3.*membr.in quinta parte principali, Grat. in suo consil.*9. *num* 10. *lib.*1.*& Mascard. de probat. conclus.* 160.*& Grat. lib* 4.*discept.cap.*658.*nu.* 2.*& prius discept.* 547. *num.* 20.

28 Et ratio est quia in Gabella sine alibi res præsumunrur esse illius mercatoris, siue artificis, cuius signo siue Marca sunt signatæ, *vt ait Boer.in sua dec.* 105. *& dicta Rota Genuen. dec.* 201. *Caualcan. decis.* 7. *par.* 2. *Rota Auen. decis.* 3. *diuersor. & veluti dixi in verbo Arma.*

Sed quando signū mercatoris sit inter hęredes diuidendum,& apud quem remanere debeat,dixi in verbo Auiamenrū,*vt ait Grat.lib.*3.*disp.c.*547.*n.*19

29 Vltimò nota,quod artifices possunt collectari, nisi sint ita pauperes, vt vix

Xx ex

ex eorum arte viuere possint, quia tūc non tenerentur soluere talliam, *vt ait Francisc. Marcus decis. 459. num. 12. parte prima.*

ARGVMENTVM.

DE ARTICVLORVM admissione, ac de eorum releuantia, & irreleuantia, necnon de legitima eorum confessione, & in quibus illi à positionibus differant.

CONCLVSIO CXLVIII.

1 CVM huiusmodi materia articulorum sit valde practicabilis in foris, sed apud Tirones satis confusa, & præsertim, ob eam admixtam naturam, quam illi cum positionibus habent; propterea ad illorum faciliorem intelligentiam opere pretiū duxi, plures regulas, super illis ordinatim constituere, sed prius tamen videre, quæ nam dicantur positiones, & qui dicantur articuli, nec non de effectibus vtriusq; materiæ, ac de eorum differentia, quæ potissimum inter cęteros ponitur à *Franch. in sua decision. 220. num. 9.*

2 Prima igitur Regula erit videre super eo, quid sit articulus, & quæ sit positio; Vnde articulus dicitur pars intentionis illud continens, quod quis probare intendit, & dicitur articulus, quia arctat ad respondendnm, & arcte ponitur, & est nomen diminitiuum designans aliquid particulare à genere suo, per debitas circumstantias, decisum, *vt ait Abbas in sua practica capitulo 73. numer. 7. folio mihi 190.*

Positio autem est quædam breuis enarratio factum continens ad veritatem eruendam concepta; Item positio, vt alij volunt, est pars intentionis illud continens, super quo, quis petit ab aduersario responderi; & multæ aliæ diffinitiones dantur à Doctoribus diuersimodè, quas per te videre poteris apud *Borellum in sua summa decisionum in titulo primo de articulis in principio*, & ibi infinitos Doctores ad id comprobandum allegat; Item de hoc late tractat *Guliel. in specul. de posit. §. 1.*

Sed est bene verum, quòd promiscue concipiuntur articuli, & positiones, immò capitulum etiam idem significat, quòd articulus, & positio, & ex libello, illiusque substantia formantur articuli, & positiones, & illi dantur loco libelli, *vt ait Reusner. decis. Ienen. 3. num. 14. lib. 1. Franc. Marc. decis. 720. num. 11. par. 1. & multi alij Doctores allegati à Borello ibi supra num. 1. cum pluribus seqq. & Rota decis. 646. incipien. Dic quod articulis, & decis. 76. in antiqu. incipien. Nota quod articuli*, vbi ait, quòd per eorum responsionem litis contestatio inducitur, licet *Borellus ibi supra num. 11.* dicat, quòd opinio Rotæ procedit in his, quæ summarie aguntur, veluti ita in Regno Neapoli seruari testatur, in quo causa potest ab articulis, & positionibus incipere, quia illi loco libelli dantur, licèt ad diuersos fines tendant; nàm articuli fiunt ad finē probandi; positiones autē fiunt, vt per responsiones, & confessiones partis super illis, ponens ab onere probandi releuetur, *vt ait Ludouic. decis. Perus. 8. num. 12. cum seqq. & alij Doctores allegati à Borello ibi supra num. 14. & seqq. & sub num. 19.* habetur, quòd positiones, non de iure, sed de consuetudine fuerunt adinuentæ, & per Ius Canonicum aqprobatæ tempore Gregor. IX. quia ante eum ius expressum non habebatur, sed bene per eum in *c. dudum 2. de elect. & in c. vnico de lit. contest.*

Item positiones fiunt ad faciliorem litium expeditionem, propter confessiones partium; articuli vero ad clariorem probationem, *vt est te.t. in clem. sæpè de verb. signif.*

Præterea ars articulandi, & ponendi inter causidicos summum gradum tenet in Curia Rom. & maxime

in be-

in beneficialibus deuolutis, *& Ioan. Andr. in addit. Spec. de testibus, §. nunc videndum in princip.* ait, quòd caueant Curiam intrantes, quantumcumque sint Magni Magistri, ne suo capite in principio hanc artem assumant, sed antiquis additamentis assistant, vel etiam secum procuratores habeant expertes, & istæ positiones, & articuli iusto litis, seu iudicij ordine, siue loco fiant, nempè post litis contestationem, & iuramentum calumniæ regulariter, veluti quoque animaduertit, *Abb. panorm. in sua practica cap. 73. per totum fol. mihi* 15. Rutius quòd responsiones ad articulos, siue positiones fuerint adiunuentę, vt per eas aduersarius releuetur ab onere probandi, & quòd per verba credo, vel non credo, & medio iuramẽto respondere debentiũ fieri debeant, *docet Gayl. in sua dec. 79. & 82. Cam. Imper. & ibi multa ait in hac materia*, & præcipuè, quòd respõsio tres qualitates habere debeat, & prima, vt sit pertinens, secunda absoluta, tertia clara.

3 Præterea erit animaduertendum, quòd ponens fateri censeatur, Articulans verò non, *vt fuit dictum in vna Bracharen. beneficij* 10. *Decembris* 1603. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis.* 143. *num.* 1. *&* 4. *Surd. decis.* 326. *sub num.* 7. *& Rota per Card. Mantic. decis.* 198. *num.* 3. *Cardin. Seraph. decis.* 1054. *num.* 2. *idem Papa Gregor. decis.* 92. *num.* 1. *& decis.* 408. *num.* 1. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 7. *num.* 9. *& Rota decis.* 779. *num. primo, par. secunda recentiorum, & in Tudertina fideicomissi* 1. *Iun.* 1609 *cor. Ortembergo, & deniq; in Conchen. decimar. de Belmonte* 31. *Ian.* 1628. *cor.* Pi*rouano, & per Burat. in sua dec.* 600. *n.* 10

4 Et propterea boni practici ad vtrumque comprehendendum dicunt ponit, & probare intendit, *vt animaduertit idem Vrsill ibi sup. n.* 9.

5 Extende eodem modo procedere de interrogatoriis, quæ ab articulis, & positionibus valdè differunt; Nàm qui interrogat non fatetur. veluti ille, qui ponit, *vt ait Rota per Gregorium decis.* 143. *& ibi in addit. & dec.* 408. *nu.* 1. Sed est benè verum, quòd ad fauorem interrogantis ea confessio, quæ ex interrogatorijs depromitur magis probat, quã illa, quæ fit in articulis, *vt dixi infra sub n.* 284. & ibi ratio assignatur.

Item positiones fiunt post litem contestatam, interrogatoria verò antè, *Vrsill. ibi supra num.* 10. *Capiec. decis.* 97. *Menoch. cons.* 61. *Caualcan. dec.* 7. *n.* 26.

6 Declara tu tamen, quòd licèt illa confessio, ex articulis resultans, non sit releuans, & concludens; nihilominus magnum adminiculum præbet, cum illa non soleant dari absque magna, & deliberata consideratione, *veluti considerauit Rota in decision.* 320. *num. secundo inter criminal. Farinacc. & ita quoque fuit dictum in vna Spoletana prædij prima Decembris* 1617. *coram Cardinal.* P*amphilio, & est decisio Buratti* 600. *& ibi per addent. sub num.* 18. *& per addent ad decisionem Gregor.* 143. *num.* 5.

7 Extende, quòd immò, etiamsi sine reuocati articuli, tamen multum faciũt ad veritatem eruendam, *vt ait Rota per Cardin. Seraphin. in decis.* 101. *n.* 1.

Veluti eodem modo dicitur de ea confessione, quæ prouenit ex ore procuratoris, absque speciali mandato pro principali articulis aduersarij respondentis, quæ licèt dicto principali non noceat, tamen ea sicut articuli faciunt pro coniectura, & veritatis inditio, *vt fuit dictum in Vallisoletana pensionis* 26. *Nouembris* 1619. *coram Card. Sacrato & in alia Sabinen. Alluuionis* 15 *Nouemb.* 1619. *coram* P*irouano.*

Et prędicta eò magis procederẽt, quando confessio, & cætera præiudicialia non fuissent reuocata, quia tunc Domino præiudicarent; tanquã in modum contentiosæ iurisdictionis emanata, *vt ait Osasc. dec.* 39. *n.* 38. *alleg. à Rot. in d. Sabinen. Alluuionis* 15. *Mart.* 1619. *cor.* P*irou.*

8 Amplia id eò magis procedere, quando illi essent medio iuramẽto dati, quia tunc confessio in eis per articulantẽ facta contra eundem plenè probat, *vt ait Caputaq. in sua dec.* 145. *lib.* 1. *in manuscript. & Rot. penes Greg. dec.* 215. *& in Rom. legati librariæ Ven.* 10. *Maij* 1624 *cor. Vbaldo, adden. ad Greg. d. dec.* 143. *n.* 5. *& dec.* 408. *n.* 1. *Surd. dec.* 58. *n.* 11. *Octau. Caccher. decis. Pedemont.* 113. *num.* 2. *& Math. Coller. dec.* 118. *n.* 12.

ex eorum arte viuere possint, quia tūc non tenerentur soluere talliam, *vt ait Francisc. Marcus decis. 459. num. 12. parte prima.*

ARGVMENTVM.

DE ARTICVLORVM admissione, ac de eorum releuantia, & irreleuantia, necnon de legitima eorum confectione, & in quibus illi à positionibus differant.

CONCLVSIO CXLVIII.

1 CVM huiusmodi materia articulorum sit valde practicabilis in foris, sed apud Tirones satis confusa, & præsertim, ob eam admixtam naturam, quam illi cum positionibus habent; propterea ad illorum faciliorem intelligentiam opere pretiū duxi, plures regulas, super illis ordinatim constituere, sed prius tamen videre, quæ nam dicantur positiones, & qui dicantur articuli, nec non de effectibus vtriusq; materiæ, ac de eorum differentia, quæ potissimum inter cęteros ponitur à *Franch. in sua decision. 220. num. 9.*

2 Prima igitur Regula erit videre super eo, quid sit articulus, & quæ sit positio; Vnde articulus dicitur pars intentionis illud continens, quod quis probare intendit, & dicitur articulus, quia arctat ad respondendum, & arcte ponitur, & est nomen diminitiuum designans aliquid particulare à genere suo, per debitas circumstantias, decisum, *vt ait Abbas in sua practica capitulo 73. numer. 7. folio mihi 190.*

Positio autem est quædam breuis enarratio factum continens ad veritatem eruendam concepta; Item positio, vt alij volunt, est pars intentionis illud continens, super quo, quis petit ab aduersario responderi; & multæ aliæ diffinitiones dantur à Doctoribus diuersimodè, quas per te videre poteris apud *Borellum in sua summa decisionum in titulo primo de articulis in principio*, & ibi infinitos Doctores ad id comprobandum allegat; Item de hoc late tractat *Guliel. in specul. de posit. §. 1.*

Sed est bene verum, quòd promiscue concipiuntur articuli, & positiones, immò capitulum etiam idem significat, quòd articulus, & positio, & ex libello, illiusque substantia formantur articuli, & positiones, & illi dantur loco libelli, *vt ait Reusner. decis. Ienen. 3. num. 14. lib. 1. Franc. Marc. decis. 720. num. 11. par. 1. & multi alij Doctores allegati à Borello ibi supra num. 1. cum pluribus seqq. & Rota decis. 646. incipien. Dic quod articuli, & decis. 76. in antiqu. incipien. Nota quod articuli*, vbi ait, quòd per eorum responsionem litis contestatio inducitur, licet *Borellus ibi supra num. 11.* dicat, quòd opinio Rotæ procedit in his, quæ summarie aguntur, veluti ita in Regno Neapoli seruari testatur, in quo causa potest ab articulis, & positionibus incipere, quia illi loco libelli danrur, licèt ad diuersos fines tendant; nàm articuli fiunt ad finē probandi; positiones aurē fiunt, vt per responsiones, & confessiones partis super illis, ponens ab onere probandi releuetur, *vt ait Ludouic. decis. Perus. 8. num. 12. cum seqq. & alij Doctores allegati à Borello ibi supra num. 14. & seqq. & sub num. 19.* habetur, quòd positiones, non de iure, sed de consuetudine fuerunt adinuentæ, & per Ius Canonicum aqprobatæ tempore Gregor. IX. quia ante eum ius expræssum non habebatur, sed bene per eum in *c. dudum 2. de elect. & in c. vnico de lit. contest.*

Item positiones fiunt ad faciliorem litium expeditionem, propter confessiones partium; articuli vero ad clariorem probationem, *vt est te. t. in clem. sapè de verb. signif.*

Præterea ars articulandi, & ponendi inter causidicos summum gradum tenet in Curia Rom. & maxime in be-

in beneficialibus deuolutis, *& Ioan. Andr. in addit. Spec. de testibus*, S. *nunc videndum in princip.* ait, quòd caueant Curiam intrantes, quantumcumque sint Magni Magistri, ne suo capite in principio hanc artem assumant, sed antiquis additamentis assistant, vel etiam secum procuratores habeant expertes, & istæ positiones, & articuli iusto litis, seu iudicij ordine, siue loco fiant, nempè post litis contestationem, & iuramentum calumniæ regulariter, veluti quoque animaduertit, *Abb. panorm. in sua practica cap. 73. per totum fol. mihi 15.* Rursus quòd responsiones ad articulos, siue positiones fuerint adiunuentę, vt per eas aduersarius releuetur ab onere probandi, & quòd per verba credo, vel non credo, & medio iuramẽto respondere debentiũ fieri debeant, *docet Gayl. in sua dec. 79. & 82. Cam. Imper. & ibi multa ait in hac materia*, & præcipuè, quòd respõsio tres qualitates habere debeat, & prima, vt sit pertinens, secunda absoluta, tertia clara.

3 Præterea erit animaduertendum, quòd ponens fateri censeatur, Articulans verò non, *vt fuit dictum in vna Bracharen. beneficij 10. Decembris 1603. coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 143. num. 1. & 4. Surd. decis. 326. sub num. 7. & Rota per Card. Mantic. decis. 198. num. 3. Cardin. Seraph. decis. 1054. num. 2. idem Papa Gregor. decis. 92. num. 1. & decis. 408. num. 1. Vrsill. ad Afflict. decis. 7. num. 9. & Rota decis. 779. num. primo, par. secunda recentiorum, & in Tudertina fideicomissi 1. Iun. 1609 cor. Ortembergo, & deniq; in Conchen. decimar. de Belmonte 31. Ian. 1628. cor. Pirouano, & per Burat. in sua dec. 600. n. 10*

4 Et propterea boni practici ad vtrumque comprehendendum dicunt ponit, & probare intendit, *vt animaduertit idem Vrsill ibi sup. n. 9.*

5 Extende eodem modo procedere de interrogatoriis, quæ ab articulis, & positionibus valdè differunt; Nàm qui interrogat non fatetur. veluti ille, qui ponit, *vt ait Rota per Gregorium decis. 143. & ibi in addit. & dec. 408. nu. 1.* Sed est benè verum, quòd ad fauorem interrogantis ea confessio, quæ ex interrogatorijs depromitur magis probat, quã illa, quæ fit in articulis, *vt dixi infra sub n. 284.* & ibi ratio assignatur.

Item positiones fiunt post litem contestatam, interrogatoria verò antè, *Vrsill. ibi supra num. 10. Capiec. decis. 97. Menoch. cons. 61. Caualcan. dec. 7. n. 16.*

6 Declara tu tamen, quòd licèt illa confessio, ex articulis resultans, non sit releuans, & concludens; nihilominus magnum adminiculum præbet, cum illa non soleant dari absque magna, & deliberata consideratione, *veluti considerauit Rota in decision. 320. num. secundo inter criminal. Farinacc. & ita quoque fuit dictum in vna Spoletan a prædij prima Decembris 1617. coram Cardinal. Pamphilio, & est decisio Buratti 600. & ibi per addent. sub num. 18. & per addent ad decisionem Gregor. 143. num. 5.*

7 Extende, quòd immò, etiamsi sint reuocati articuli, tamen multum faciũt ad veritatem eruendam, *vt ait Rota per Cardin. Seraphin. in decis. 101. n. 1.*

Veluti eodem modo dicitur de ea confessione, quæ prouenit ex ore procuratoris, absque speciali mandato pro principali articulis aduersarij respondentis, quæ licèt dicto principali non noceat, tamen ea sicut articuli faciunt pro coniectura, & veritatis inditio, *vt fuit dictum in Vallisoletana pensionis 26. Nouembris 1619. coram Card. Sacrato & in alia Sabinen. Alluuionis 15 Nouemb. 1619. coram Pirouano.*

Et prędicta eò magis procederẽt, quando confessio, & cætera præiudicialia non fuissent reuocata, quia tunc Domino præiudicarent; tanquã in modum contentiosæ iurisdictionis emanata, *vt ait Ossasc. dec. 39. n. 38. alleg. à Rot. in d. Sabinen. Alluuionis 15. Mart. 1619. cor. Pirou.*

8 Amplia id eò magis procedere, quando illi essent medio iuramẽto dati, quia tunc confessio in eis per articulantẽ facta contra eundem plenè probat, *vt ait Caputaq. in sua dec. 145. lib. 1. in manuscript. & Rot. penes Greg. dec. 215. & in Rom. legati librariæ Ven. 10. Maij 1624 cor. Vbaldo, adden. ad Greg. d. dec. 143. n. 5. & dec. 408. n. 1. Surd. dec. 58. n. 11. Octau. Cacchet. decis. Pedemont. 113. num. 2. & Math. Coller. dec. 118. n. 12.*

& denique in Anagnina pensionis 18. Maij 1630. coram Verospio.

9 Declara tu tamen, quod illi non dantur medio iuramento, nisi in his, quæ proprium factum concernunt, at secus, si de facto alieno ageretur, quia tunc sufficeret credere in conscientia rem ita se habere, cum nemo sit scrutator cordium, nisi solus Deus, Put. dec. 267. lib. 2. & Mobedan. decis. 1. de iuram. calum. & facit dec. 779. nu. 5. p. 2. recentior.

Quinimmò extende, quòd articuli per principalem dati medio iuramento semper præiudicant, etiam si non fuerint admissi per iudicem, si tamen de errore non constet, vt fuit dictum a Rota in Firmana Bonorum, 11. Februarij. 1605. coram Cardinale Mellino, & Caputaquen. in dicta decisione 145. libro primo in manuscript.

10 Confessio autem, quæ in positionibus fit, si sit à parte acceptata, amplius reuocari non potest, ob illud ius parti acquisitum, vt fuit dictum in vna Romana Liberationis à molestijs, Luna 22. Aprilis 1602. coram Cardinale Lancellotto Iuniore, & per Buratt. dec. 551. in fine.

11 Fallit tamen, si illa confessio fuisset incontinenti reuocata, & ad id incontinenti aliquid fieri dicitur arbitrio iudicantis, vt ait Borell. in præcit tit. 1. de articulis nu. 24. & Rota per Buratt. dec. 544. n. 16.

12 Extende primò, quòd neque ea sub prætextu erroris reuocari possit, cum nulla maior probatio sit, quàm proprij oris confessio, vt ait Rota in decis. 352. num. 2. inter crim. Farinac. & in alia Romana Redditionis computorum 7. Februarij 1612. coram Vbalao, & propterea videmus, quòd magis statur confessioni contra confitentem, quàm testibus, etiamsi essent mille, vt fuit dictum in Ariminen. bonorum 31. Ianuarij 1620. coram Vbaldo, & in Lucana pensionis 20. Iunij 1622. coram Pirouano.

13 Sed quòd illa confessio sub prætextu erroris possit reuocari, si intra tres dies de errore doceatur, ait Borell. ibi sup. num. 26. & ibi ad id plures Doctores allegat.

14 Extende secundò, pari modo procedere, & è conuerso; nempè in negante positionem, qui non potest amplius in ea se tueri, vt ait Rota decis. 101. num. 10. par. 2. nouissim. diuersorum.

Contrarium tamen fuit tentum à Rota in Romana Tutelæ de Masso 20. Iunij 1588. coram Gyptio, & cæteri Doctores allegati à Gratiano in lib. 3. discept. cap. 559. num. 54. vbi habetur quòd tali modo negans, non potest argui de aliqua pœna, siue amissione beneficij, siue priuilegij sibi competentis; Cócordari possūt huiusmodi opiniones, hoc modo vt scilicet prima procedat, quando essemus in simplici negatione; secunda verò in ea, quę fit, per verbum non credit, vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, cum ea verba æquiparentur illis narratis, prout narrantur, vt ait Specul. & Anna alleg à Gratiano ibi supra; licèt sit benè verum, quòd qualibet causa excusat à periurio, idest quoad illius pœnas; at secus, quoad ipsum periuriū, ad quod quidem inducendum plena probatio est necessaria, & propterea omnis interpretatio est facienda ad illud excusandum, & præsertim, vbi intercederet tēpus decem annorum, per quod facilè inducitur obliuio, & eò magis in muliere, ob illius sexus fragilitatem, vt fuit dictum à Rota ibi coram Gyptio.

15 Licèt secus sit, quoad Iudicem, qui ex officio poterit benè semper in ea negata positione se fundare, vt ait Rota ibi supra in dicta decis. 101. num. 11. p. 2. diuer.

16 Subextende prædicta denegāre in tantū valere, vt si respondens vnā negauerit, quæ postea vera probetur, tunc ille adeo grauatus diceretur, vt propterea in odium illius negationis omnes alias positiones non esse veras probare teneretur, ex ea ratione, quia lex, ob illud mendacium contra eum præsumit, vt ait Surd. dec. 58. & Grattan. dec 227. n. 4. Rota Marchiæ, Alex. cons. 302. per tot. lib. 2, Natt. cons. 59. n. 18, Ancb. quæst. 51. n. 21. lib. 3. Plot. de in lit. iur. §. 37. n. 10.

Fallit

17 Fallit tamen primò, quando articulus, siue positio esset in parte vera, & in parte falsa, quia tunc ea in totum negari posset, *vt dicunt Doctores superius allegati, & Borell. in præcitato loco tit. 1. de articulis num. 120. & ibi plures allegat. & Surdus decis. 58. num. 2. & seq.*

18 Fallit secundò, quando confessio in articulis, vel in positionibus facta esset contraria illi confessioni Aduersarij, quia tunc ea non noceret, *vt ait Rota inter crimin. Farinac. decis. 95. num. 5.* vbi propterea ait, quòd si mulier tentet matrimonij nullitatem, ob impotentiam viri, tunc si vir respondendo positionibus fateretur ipsum carnaliter cognouisse alias mulieres, non ob id ista confessio incidenter, & ad diuersum finem facta illi in aliquo præiudicaret, tanquàm illi aduersarij contraria, nec non quia confessio in vno Iudicio facta, non nocet confitenti in alio diuerso, etiam si inter easdem personas ageretur, & propterea hinc fit, quòd mulier inquisita de furto, si fateatur adulterium de eo ex huiusmodi confessione puniri non posset, *vt ait Rota in dicta decisione 95. per totam.*

Declara tamen, quòd licèt confessio incidenter facta non prosit ad condemnandum, potest tamen Iudex ex ea illius intentionem fundare in alio Iudicio inquisitionis, *vt ait Cæsar de Graffis decisione 148. num. 9. fol. mibi 163. & veluti dixi in Conclusione 59. sub numero 103. vbi recurrere poteris.*

Extende prædicta adeò esse vera, vt propterea quando confessio (verbi gratia) testium esset contraria illi, quam fecit articulans in positionibus, tunc non solum illi testes non probarent; sed immò potius falsi præsumerentur, *iuxta tradit. per Farinaccium de testibus quæstione 65. num. 104. cum sequentibus parte secunda*, & hinc igitur fit, vt magis assertioni principalis sit standum, quàm illi testium contrarium deponentium, *vt ait Clarus in quæstione 53. versiculo Sed quæro, Aymon. consilio 9. num. 10. Caph. consilio 100. num. 26. Alex. consilio 45. num. 4. libro 2. Innoc. in c. fraternitatis de hæretic.*

19 Fallit tertiò, quando in calce articulorum adesset clausula illa, non se astringens, &c. quia tunc non prohibetur articulans ad aliud genus probationis se extendere posse, immò per eam clausulam, quam semper procuratores adhibere debent onus probandi in aduersarium transit, *Card. Seraph. dec. 412. n. 21.*

20 Et ratio est, quia eo casu articuli nihil certi continere dicuntur, *vt ait Rota decis. 774. num. 8. par. secunda recentior.*

21 Fallit quartò, quando respondens se refert ad Instrumentum, & illud non reperitur, quia tunc articulus, siue positio non censetur confessata per regulam illam, Non creditur referenti, nisi constet de relato, *vt ait Rot. dec. 158. num. 4. par. 2. recentior. & in terminis ait Magon. dec. Lucen. 13. nu. 33. Surd. decis. 291. num. 16. & 22. Grammat. decis. 59. num. 8. & Borellus ibi supra num. 195.*

22 Fallit quintò, quando sub vna oratione articulus, siue positio contineret diuersa vera, & falsa, *iuxta Aristot. lib. 8. topic. cap. 4.* vbi ait, quòd oratio quadrupliciter vocatur falsa, & primò cum apparet concludere, & non concludit, secundò, quando concludit, sed non ad propositum, tertiò, si concludit, sed non iuxta propriam disciplinam, quartò, si per falsa non concludit, & sic cum prædictis exemplis responsio licita fier.

23 Contrarium, quòd scilicet opus esset super quolibet respondere, ob eam rationem, quia qui petit totum intelligitur petere partem, & sic quòd responsio debeat esse de toto, & de qualibet eius parte, & præsertim ratione indiuiduitatis Iuramenti, & sic, opinio prima procederet, quando positio contineret falsum, in qualitate rei, vt pura, si quis poneret, quòd promisisti purè, sed quòd reuera fuisset promissũ ad diem, siue sub conditione, quia tunc liceret negare totum; secunda verò opinio procederet, vbi falsitas consisteret in quantitate summæ, vel in parte rei quia tunc non liceret negare totum

& sic isto casu secunda opinio procedit, vt tradit *Lanfranc. Balb. in sua dec. 218. & Cappell. Tholos. decis. 208. & alij alleg. à Borello ibi supra 201. num. seqq.* Cautela igitur in hoc optima erit, q. ponens in positione certam quantitatẽ continente, de qua tamẽ dubitari possit, eam non integrè probari, illam clausulam addat, quòd si non credit de tanta quantitate dicat de quanta, vsque ad minimum, aliàs si hæc verba non adderet, vsque ad minimum, tunc respondens non fieret periurus, si negaret totam, *vt ait Surd. decis. 58. num. 10.* Sed in omnem euentum nota, quòd semper dubia confessio ad fauorem confitentis interpretanda veniat, *vt ait Rota per Buratt. decis. 443. num. 4. & decis. 634. num. 7. par. 2. recentior. & prius decis. 366. sub num. 5. par. 1. & decis. 806. num. 1. par. 1. & decis. 901. nu. 21. par. 2. diuersor.* Quod quidem procedit etiam impropriando verba, *vt ait Rota decis. 121. num. 18. par. 1. diuersor. & decis. 56. num. 11. post librum primum consil. Farinac.* Immò ea neque contra confitentem vnquam probat, nisi sit clara, & indubitata, *vt ait Rota dicta decis. 121. num. 18. p. 1. diuers. & decis. 444. num. 8. par. 1. in recentior. & in Ariminen. dotis 15. Maij 1623. coram Coccino*; Quod tamen declara procedere, quando ageretur contra confitentem; at secus, si ille vti actor ageret contra alium, quia tunc verba essent contra illum interpretanda, *vt ait Alex. cons. 47. num. 16. lib. 1. in fine, & Rota in dicta Ariminen. dotis coram Coccino.*

Declara præterea illud, quod fuit dictum de negante vnam positionem, qui conuictus de mendacio in totum cadat à iure suo, procedere circa indiuisibilem, ac indiuiduam; secus autem quando res esset diuidua, quia tunc pœna mendacij non debet ad illã rem extendi, in qua non fuit illud examen commissum, *vt ait Gratian decis. 227. n. 14. & seq.*

24 Regula secũda erit in videndo, quomodo fieri debeat responsio Atticulis, siue positionibus, ad hoc, vt dicatur præcisa, & releuans; Vnde ad hoc, vt illud examen sustineatur, & valeat, debet articulans in primis citare ad dicendum contra articulos, & ad videndum

23 iurare testes, & quòd iurent intra terminum; aliàs si extra illum, & non in loco iudicij iurarent, examen esset nullum, & quatenus terminus laberetur, tunc noua citatio erit necessaria ad illum prorogandum, aliàs testes nulliter examinati dicerentur, *vt latè fuit deductum à Rota per Buratt. in sua dec. 506. ferè per tot.*

Sed quando testes iurati præsumantur, *dixi infra in verbo assertio conclus. 155. sub num. 88. ex mente Rotæ decis. 704. la 1. num. 1. & seq. par. 1. recentior.*

Circa autem responsionem articolis fiendam, nota, quòd si non erit infrascripto modo facta, nempè non credit, vt ponitur, & ad effectum, vt ponitur, cum interpositione illius copulæ, *Et*, vtique ea non erit sufficiens, sed respondens posset iterum cogi ad magis præcisè respondendum, aliàs articuli haberentur pro confessatis, *vt ait Magon. decis. Lucen. 13. num. 32. & ita fuit dictum in vna Ianuen. pecuniaria Veneris 28. Maij 1599. coram Corduba.*

25 Declara tamen, quòd quando confessio elicitur ex positionibus, ob non præcisam responsionem pro confessatis habitis, tunc ea non operatur suum effectum, nisi concurrerent requisita, *Franch. in cap. 2. num. 9. de confess. in 6. vt ait Rota per Cardin. Seraphinum decis. 408. num. 4.* Et requisita sunt hæc, & primò, quòd principali in Iudicio comperto fuerint lectæ positiones, & datæ, secundò, quòd fuerit à Iudice monitus veridicè respondere, tertiò, quòd absque rationabili causa respondere recusasset, quartò, quòd in termino fuerit à principali accusata cõtumacia, quintò, quòd fuerit subsequuta interloquutoria, quia non ex sola non responsione quis habetur pro confesso, sed est necessaria sẽtẽtia, siue decretũ, vt ille pro confesso habeatur, sed vt dixi, est necessaria sententia, siue decretũ, vt ille pro cõfesso habeatur, neq; tali casu ab ea appellatio admittitur, & præsertim in Regno Neapolitano, iuxta ritum Magnæ Curiæ 119. Licèt secus sit in Curia Romana, vbi admittitur in

hoc

hoc purgatio moræ, neque propterea talis pronuncia vnquam in rem iudicatam transit, *vt ait Gratian. in sua decis. Marchiæ 171. num. 3. & seqq.* Et tenera quando probationes debent esse veræ, & reales, illa, quæ fit per contumaciam non est sufficiens, *vt nouissimè ait Borell. dicto tit. 1. de artic. nu. 93. cum seqq.* & de huiusmodi obseruantia in Curia, testatur *Rot. per Greg. XV. in sua dec. 460.*

26 Quinimmo dato etiam, quòd dicta prima opinio procederet, ex aliqua particulari constitutione, siue statutaria dispositione; nihilominus nota, quòd ad illud decretum deueniri non posset nisi respondere debens personaliter citatus fuisset, cum eo casu citatio facta procuratori non sufficeret, *vt ait Amat. decis. Marchiæ 74. num. 2. & seqq. & vide Menoch. cons. 360. n. 1. & 26. lib. 4.*

Rursus tamen notandum venit, quòd statutum illud, quod mandat positiones haberi pro confessatis, dicitur rationabile, & vtile, non autem odiosum cum tales contumaces viginti quatuor pœnas incurrant, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 639. num. 28. & 30.*

27 Deinde erit animaduertendũ, quòd responsio positionibus debet fieri per principalemmet, non autem per procuratorem, nisi speciale, immo specialissimum mandatum, siue in indiuiduo ad sic, & sic respondendum haberet; aliàs quis ad respondendum cogi non posset, *Rota decis. 779. par. 2. recentior. & decis. 37. incipien. Quidam procurator, & decis. 40. incipien Procurator, in nouiss. Caccher. decis. Pedemont. 113. num. 1. Cappell. Tholos. decis. 132. & in decis. 224. Ant. Thes. decis. 17. nu. 1. & seqq. Coler. decis. German. 115. n. 3. & Rota per Buratt. in sua dec. 566. num. 10. & prius decis. 127. num. 12. & per Gregor. decis. 282 & ibi in addit. nu. 11. Gratian lib. 4. discept. cap. 772. num. 26. & Rota in Perusina bonorum 3. Aprilis 1620. coram Buratto, & prius in Bononien. fideicommissi 6. Martij 1596. coram Cardinale Lancellotto, & denique in Asculana Societatis 28. Iunij 1628. coram Cardinale Virili;* Veluti eodẽ modo illud requiritur ad ponendum, & articulandum, vt mox dicetur.

28 Fallit tamen illa declaratio, quando principalis esset absens in longinquis partibus, siue ignoraretur, vbi talis reperiretur, quia eo casu procurator ad illam causam constitutus respondere tenetur, siue posset dari curator bonis absentis, qui dictis articulis, siue positionibus respondere possit, *vt ait Thesaur. decis. 17. per totam, & infiniti alij Doctores allegati à Borello in tit. 1. de artic. nu. 106. & adden. ad dec. Buratti 127. num. 20.*

Amplia, quòd posset procurator etiã positionibus absque mandato respondere, quando fuit citatus ad respondẽdum, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. decis. 531. n. 7.*

Et ratio est, quia ille videtur ad id approbatus ab aduersario, dum eum citauit ad respondendum, *vt fuit dictum in alia Eugubina pensionis 28. Iun. 1619. cor. eod. Buratto.*

29 Extende, quòd in casu absentiæ non esset necessarium mandatum in procuratore esse speciale ad respondendum, veluti in procuratore alicuius, qui aut præsens, aut parum distans esset, *vt ait Magon. decis. Lucen. 13. num. 34.*

30 Nam indubitati iuris est, vt iam diximus, quòd Dominus causæ, quando est præsens, ille debet articulos dare, aliàs si procurator eos daret, opus est, quòd tunc habeat mandatum in indiuiduo ad sic, & sic articulandum, vel ponendum, *vt ait Rota in dec. 779. num. 4. par. 2. recentior. & per Gregor. decis. 282, & ibi in addit. num. 11. & in Bononien. Fideicommissi 6. Martij 1598. coram Cardinale Lancellotto, & Rota in Virdunen. Abbatiæ Lunæ 22. Iunij 1615. coram Buratto, & in Perusina bonorum 3. Aprilis 1620. coram eodem, & in alia Asculana Societatis 28. Iunii 1628. coram Cardin. Virili, & Gratian. lib. 4. discept. cap. 772. num. 26.* & ratio prædictorum est, quia iuramentum procuratoris non extenditur, nisi quousque in mandato sibi fuit concessum, *Rota dec. 696. nu. 5. p. 2. recentior.*

31 Quinimmò extende, quòd neque

illud

illud speciale tali casu quoque sufficeret, sed in indiuiduo esse deberet specialissimum ad certos, & determinatos articulos dandos, aliàs confessio aduersarij non esset certa de veritate, sed solum possibilis de credulitate, quæ ab onere probandi non releuat, *vt ait Rota ibi supra in dicta decis. 779. num. 5. par. 2. recentior. & prius decis. 774. in dicta par. 2. & veluti ait d. addens ad dictam decisionem Buratti 127. sub litera C.*

32 Subextende id eò magis procedere, quando procurator daret in actis articulos, siue positiones nullo iure cogente, quia tunc illa confessio vti voluntaria Domino nō præiudicat, *vt ait Rota ibi supra num. 2. & Osasch. decis. Pedemont. 172. num. 26. Aegid. decis. 694. num. 1. & Cappell. Tholos. decis. 392.*

33 Et ratio prædictorum ea est, quia vltra quod productio, & repetitio scripturarum à procuratore facta, absque speciali mandato principali non præiudicat, nec minus vllam confessionem inducit, sicuti dicitur de examine testium à procuratore inductorum, absque legitimo mandato, ac sine citatione ad videndum produci, & dicendum contra articulos, & admitti in forma, quod vtique esset nullum, *vt ait Rota per Burattum decis. 164. & decis. 294. num. 13.*

Deinde cum procurator non sit informatus de conscientia Domini non poterit ob id iurare de veritate dicenda, sed solum de credulitate ad euitandam calumniæ præsumptionem, *vt ait Rota in dicta decis. 779. num. 5.* Et ideo, quando principalis est maximè informatus, tenetur venire personaliter ad respondendum, & in hoc magna Curia Neapolis, hoc modo prouidere solet, nempè, quòd pars, quæ quærit depositionem principalis faciat illum suis sumptibus venire, *Cappell. Tholos. decis. 273. & Benintend. decis. Bonon. 24. per totam.* In Gallia autem absentes tenentur mittere responsiones super quolibet articulo, siue ad Iudicium venire expensis petentis, saluo tamen iure repetendi, *vt ait Borell. ibi sup. nu. 111. cum ibi alleg.*

34 Aliàs eo casu, quando articuli sunt formati à procuratore non informato, possūt reuocari per principalem, etiam non docto de errore, *vt ait Rota decis. 774. num. 9. & decis. 779. par. 2. in recentioribus, & decis. 19. de procurator. in nou. & in Beneuentana Census 16. Decembris 1594. coram Cardinale Pamphilio, & decis. 613. num. 9. part. prima diuersorum, & per Gregorium decis. 270. num. 9. & ibi per addent. num. 12. cum ibi allegatis, & per Cardinalem Caualerium decis. 79. num. 3. & decis. 226. num 5. & per Cardinalem Manticam decis. 302. num. 9. & in Virdunen. Abbatia Veneris 27. Nouembris 1615. coram Buratto, & in alia Egitanien. Commenda 3. Decemb. 1621 coram Vbaldo.*

Secus autē, quando principalis illis positionibus vsus fuisset, quia tunc per eum approbatæ cēsentur, neq; procuratoris cōfessio eo casu reuocari posset, donec de errore concludenter doceatur; contrarium tamen, si confessio esset verisimilis, quia tunc etiam reuocata Domino noceret, & verisimilis censetur, si per multos annos non fuerit reuocata per Dominū. Et prædicta eò magis procederent, quando positiones continerent distinctionem, & particularitatem circa actus, necnon tempora, & qualitates, quæ non nisi à principali verisimiliter sciri poterint, quia tunc ab eodem subministratæ cēserentur; & propterea hinc fit, quòd etiā si de mandato speciali illas producentis non doceatur, nihilominus cō fessio ex illis resultans principali noceret, *vt fuit dictum à Rota in vna Perusina bonorum Veneris 29. Octob. 1621. coram Buratto.*

Velut eodem modo dicta confessio procuratoris etiā noceret Domino, quando vigore illius confessionis Dominus obtinuisset in primo Iudicio, quia tūc nisi postea de errore doceret, eam amplius reuocare non posset; sed eamdē sequi tenetur, *vt ait Rota apud Cincium de censibus decisione 210. num. 8.* & quando confessio procuratoris ratificata à Domino in vno iudicio, possit illi nocere in alio, *docet Put. dec. 386. lib. 2. & Rot. dec. 208. in fin. par. 4. diuer.*

Quem-

Quemadmodum etiam dicitur de ea confessione, quæ elicitur ex productione scripturarum per procuratorem facta, quæ nocet solum Domino, quando ille verisimiliter scripturas, nō nisi ab eodem habere potuerit; at secus quando eas aliundè habere potuisset, quia tunc dicta confessio procuratoris Domino non noceret, & ratio est; quia regulariter procurator non potest confiteri pro Domino, nisi cum speciali mandato, *Rota per Buratt. decis.* 294. *& ibi per addent. & in decis.* 795. *& per Gregorium decis.* 331. *num.* 20. *& dec.* 407. *num.* 3. *& decis.* 467. *num.* 10. *& decis.* 593. *num.* 5. *par.* 2. *in recentior. & fuit dictum in vna Rauennaten census 6. Nouembris* 1617. *coram Manzanedo, & Rota decis.* 285. *num.* 5. *dicta par.* 2. *recent.*

35 Extende quòd illi possint etiam reuocari in secunda instantia, si fuerint dati in prima à procuratore, cum mandato generali ad ponendum, & articulandum, etiam non docto de errore, *vt ait Rota in decis.* 32. *de testibus in antiq & decis.* 2. *de confess. in nou.* licèt inferius contrarium inuenies *in Regula* 3. *vers. Sed quod facta publicatione nu.* 94. *cum seqq.* sed ibi concordantiam inuenies, & prædicta procedunt, etiam si iuramentum interuenisset, quia illud Dominos, & authores absentes non ligat, *vt ait Cardin. Seraphinus de.is.* 460. *num.* 7.

36 Fallit tamen in confessione tutoris, vel curatoris facta in positionibus pro pupillo, quę plenè probat contra illum quousque de errore non doceatur, *vt fuit dictum à Rota in Marsilien. pecuniaria, Lunæ 6. Iunij* 1611. *coram Gregorio Decimo quinto, quæ est in eius impress. dec.* 506. *n.* 8. Et prædicta haberent locū, siue positiones essent datæ, tàm contra tutorem, quàm contra minorem, quia tunc sufficeret, si solum per tutorem, vel curatorem responderetur, si tamen causa sit connexa, *Rota per Card. Seraphinum decis.* 415. *num.* 6.

Extēde quòd neque minor restituatur addanda interrogatoria, quæ fuerūt omissa per tutorem, si de sua læsione non doceatur, *vt ait Grattanus libro* 2. *disceptat. cap.* 391. *num.* 36. *Viuius com opin.* 896. *nu.* 6. *Put. dec.* 9. *de rest. in integ.*

Subextende eodem modo procedere in confessione Syndici alicuius Monasterij facta in responsione articulorum, si tamen mandatum habebat à Capitulo, quia tunc ea contra illud probaret, *vt ait glo. in cap. fin. in verbo nulla temporis, & ibi Abb. num.* 44. *Paris. num.* 54. *de præscript. Rota decis.* 141. *nu.* 11. *par.* 2. *diuers. cum alijs per addent. ad decis. Gregor.* 375. *num.* 11. *& ita quoque fuit dictum in Treueren. decimarum 4. Aprilis* 1629. *coram Merlino.*

37 Secus autem, quando non per modum contentiosæ; sed voluntariæ iurisdictionis esset emanata, quia tunc non præiudicaret, nisi forsan esset adminiculata, *vt ait Rota d. dec.* 506. *n.* 1. 2. *& 9. & velutifuit dictum à Rota in vna Mediolanen. pecuniaria 18. Iunij* 1619. *coram Motmanno, & pulchrè in dec.* 779. *par.* 2. *in recent.* & tunc voluntaria dicitur iurisdictio, etiā sit facta in iudicio, quando pręcedente iussu, & iudicis mandato fateretur, *vt ait Rot. per Gregor decis.* 460. *num.* 5. *& in d. dec.* 779.

38 Et id, quod fuit dictum de absente, pro quo admittitur procurator ad respondendum, procedit etiam in Syndico Vniuersitatis, qui absque speciali mandato positionibus, & articulis respondere potest, *vt ait Franc. Marc. in sua decis.* 686. *num.* 1. *& decis.* 687 *num.* 9. *& decis.* 909. *num.* 1. *&* 2. *p.* 2. *quem sequitur Nicol. Losæus de iur. vniuers. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 69. *pulchrè Martan. Sen. cons.* 55. *col. fin. lib.* 1. & ratio ea est, quia legitima administratio vim specialis mandati habet, *vt ait Capic. dec.* 5. *n* 8.

39 Extende eodem modo procedere in pupillo, qui si velit positionibus respondere, tutoris authoritas est necessaria, sed si essemus in adulto, tunc ille debet ex se respondere, & tutor, siue curator illius præsentiam præstare tenetur; in minore autem simpliciter, tali casu, si aduersarius sit sagax, & callidus, tunc ille minor potest instrui, & ille per Aduocatum respondere valet, vt ex

ex dispositione Statuti fit in Vrbe ad fauorem minorum, & mulierum, *vt ait Borell. in præcitato loco de artic. tit. 1. num. 109. & seq. & Balb. dec. 36. incipien. Curator.*

40 Extende secundò idem procedere in rustico, & idiota, qui potest per Aduocatum instrui, & eo præsente positionibus respondere, *vt ait Borell. ibi sup. n. 117.* & licèt *sub n. 115.* cõtrarium dicat, tamen ego teneo, quòd prima opinio procedat, quando statutum siue altera constitutio facilitate minorum, & mulierum fragilitati prouideret; secunda verò procedit, quando secus, & sic de iure communi, nisi tamen in his, qui ignorarent ea, quæ sub corporis sensu cadunt, quia tunc, aut per tutorem, aut per curatorem respondere deberent, & ratio est, quia minores, & mulieres ex eorum facilitate, & fragilitate, quæquæ vident facilè ignorant, & propterea eos instruere non prohibetur de iure; At secus si essemus in testibus sagacibus, quos absque vitio subornationis aliquis instruere nõ valeret; licèt tamẽ illis articulos ostendere, & ab eisdem legi non prohibeatur, ad hoc, vt illud, quod sciunt pro veritate dicant, *vt fuit decisum à Rota in Carpen. bonorum, Lunæ 14. Iunij 1610. coram Cardin. Lancellotto, & dec. 141. post 1. vol. cons. Farinac.* Veluti neque testis prohibetur deponere cum aliqua notula in manibus, ad hoc, vt magis de his recordetur, quæ prolixè deponere debebat, & sic ad illius perfectiorem memoriam, *vt fuit dictum à Rota in dicta Carpen. bonorum coram Cardinale Lancellotto.* licèt contrarium dicat *Farinacc. de testibus quæst. 80. num. 27.* vbi tamen regulam limitari videbis.

41 Vlterius erit animaduertendum, vt in principio diximus, quòd facilè per æquiuocum articuli possunt accipi pro positionibus, & è contra positiones pro articulis, vndè ad id dignoscendum, scire debes, quòd quando datur terminus parti ad respondendum, tunc dicuntur positiones, & non articuli, etiam quod promiscuè nominentur, *vt ait Rot. per Gregor. in sua decis. 385. num. 4.*

42 Quinimmò quando positiones nominantur articuli, & eas esse positiones constet, nihilominus de eisdem est iudicandum, quàm de positionibus, *vt ait Rota apud eundem Gregor. in sua dec. 577. num. 4.*

43 Verum, quia sæpe inter partes contenditur de resecandis articulis ob eorum irreleuantiam, vel quia sint impertinẽtes, aut criminosi, & obiectiui & sic responsione indigni; Idcircò vt maturius, ac apertius, quàm fieri possit hanc materiam examinem, operæ pretium erit de prædictis sigillatim discurrere, & sic tertiam Regulam constituere.

44 Tertia Regula igitur erit super eo quomodo articuli dicantur obiectiui, & quibus modis tales dicantur. Ideò nota quod tribus modis obiectiui considerari possunt, & primò quoad appellantes, iuxta dispositionem *cap. vt circa de elect. in 6. & clem. const. eod. tit.* Secundò possunt dici tales in non appellante, vltra dispositionem *dicti cap. vt circa dictæ Clem. constitutio, iuxta stylum, & vsum* Palatij; Tertio, possunt considerari obiectiui, quoad effectum probandi, quia regulariter in materijs obiectiuis exacta, & specifica probatio requiritur, veluti de homicidio, de hæresi, siue de simili, *vt ait Rota dec. 730. incip. Nota quòd si in aliqua, & decis. 781. incip. Sciendum est, Farsol. decis. 33. incip. die Veneris, & Borellus ibi supra in tit. primo de artic. num. 125.* Veluti eodẽ modo proceditur, vbi essemus in materia, quæ saperet accusationem, quia tunc Iudices, quibus causa appellationis fuit commissa, non inquirunt, sed tali casu fiscus instare, & accusare videtur, & propterea etiam parte opponente ad articulorum exactam specificationem erit deueniendũ Secus autem, quando Iudex (puta) ex officio non ad effectum pœnæ, sed vt ab officio remoueatur, quia tunc articulorum specificatio non est necessaria, *vt ait Rota decis. 773. par. 3. in nouiss. Card. Seraph. sic alleg. à Marta in compilat. suarum decisionum in hoc verbo Articuli cap. 34.*

45 Vnde si articuli obiectiui fuerint producti, tunc non datur terminus ad illos declarandos, sed illis prductis erit respondendum, *vt ait Rota decis.*

181. in

181. *in antiquis incipien. Rota qualiter, & prius decis. 64. decis. 263. & dec. 427.*

46 Extende quòd illos obiectiuos dare potest reus, & possessor contra actorem, *vt ait Bisignet, decis. 2. titulo de except.*

47 Obiectiui igitur quoad appellantem illi dicuntur,& non de iure dantis,quādo articuli principaliter ius appellantis non deducunt,quamuis in consequentiam illud includerent,*vt est text. apertus in dicta clem. constitutio in glos. in verbo directè*; Sed de iure dantis tunc verè dicuntur, quando ex mera articulantis gratia oriuntur, *vt dicunt Imol. & præsertim Cardin. in dicta clem. in quæst.* 8. Sed in hac materia omnino videndus est *Aegid. in sua decis. 399. & decis.* 482. vbi duas Regulas super huiusmodi cognitione constituit per te videndas; Item quando verè articuli sint de iure dantis, *docet Rota dec. 36. incip. fuit dubitatum in antiq. & Cassad. dec. 2. de except.*

48 Sed ad hoc, vt non dicantur tales appellans,debet se ad istorum quatuor probationem restringere. Et primò, verbi gratia,circa personæ impetrantis beneficium habilitatem,secundò circa personæ conferentis potestatem,tertiò circa modi impetrantis congruitatem, quarto circa beneficij collati in hunc modum deducibilitatem, quorum si vnum deesset dans articulos legitimè beneficium non possideret,etiamsi cōpetitorem non haberet, & versa vice prædicto modo legitimo articulando eius gratiam iustificaret, nec ius alterius vllo modo tangeret, ac læderet, secus verò, quando articuli tenderent principaliter ad conseruationem iuris dantis, quia tunc non dicuntur obiectiui, sed de iure dantis, licèt postea virtualiter, & in effectu, siue secundariò ius aduersarij excludant,impugnēt, ac tollant, & sic igitur de iure dantis, tali casu dicerentur, dummodo formā positionis aduersarij, neque illius personam expræsse tangant, vt exemplificando ad maiorem intelligētiam istius termini, *docet Oldrad. cons.* 170.

49 Casus enim illius Consilij talis erat duo litigabant vnum beneficium,& inter eos altercabatur de illius collatione, quia primus fuerat ab Episcopo, & & Capitulo insimul,& coniunctim electus, secundus verò à Capitulo tantum, sed secundus, vt ius suum iustificaret, & vt doceret, quòd tunc temporis potestas eligendi ad solum Capitulum spectaret,articulat Episcopum esse excommunicatum tempore electionis aduersarij.

50 Verùm, quia optime illius intentionem probauit, absq; quod electionem primi,atque illius personam tangeret, sed solum pro verificatione sui iuris excommunicationem Episcopi ante aduersarij electionem deduxit,& sic illius inhabilitatem probauit; Idcircò, licet postea in consequentiam ius aduersarij excluderet,non per hoc prohibetur id facere, dummodo principaliter id non fiat, cum semper in criminibus, & obiectiuis solùm attendatur, quòd primariò, & secundariò fieri solet, *l. verum, ff. de furtis cap. voluntate de sentent. excommunicat. Ioann. Andr. in addition. ad Specul. in titulo de teste, §. nunc videndum in additione magna col. 4. vers. præter prædicta, & Rota in Romana fideiussionis* 1568. *coram Litta, quæ est decis.* 163. *in fine penes Statil. de Saluiano, Crescen. decis.* 14. *num.* 2. *de renunciat. & l. si quis nec causam, & ibi omnes Doctor. ff. si cert. pet. & Cassad. decis.* 2. *de except.* vbi ait, quòd mere obiectiui non dicuntur articuli, qui etiam per indirectum ius dantis includunt.

51 Contrarium, quòd scilicet articuli dicantur obiectiui, quando articulans non intendit ius suum principaliter deducere, sed ius aduersarij excludere, etiamsi per exclusionem iuris alieni vellet articulans ius suum includere, vel augere, *ait Archid. in dicto cap. Vt circa*, & ibi ponit exemplum, nempe quosdam ex electoribus aduersarij fuisse criminosos, & ideò ille non erat audiendus, licèt ex hoc ius ipsius opponentis augeretur, idemque comprobat *Oldrad. dicto cons.* 170. & *Rota per Thom Fastol. decis.* 24. & ibi dat exemplum de duobus expectantibus beneficium proxime vacaturum, quem per te videre poteris,quia nimis longus est,

fem,

sem, si hęc omnia exempla per extensum recenserem, & facit quoq; *dec.* 177 *par.* 3. *lib.* 2. *diuers.*

52 Amplia primo, quòd etiam illi dicantur obiectiui, quando eis probatis nullum ius acquiratur danti, & propterea videmus, quòd tali casu venit deneganda remissoria ex ea ratione, quia frustrasit probare id, quod probatum postea non releuat *Cæsar. de Grass. dec.* 2. *de dilat. Caputaq. decis.* 14. *num.* 3. *& decis.* 66. *par.* 3.

Secus autem, vbi eis probatis excluderetur aduersarius, & ipsi danti ius acquireretur, *vt ait Rota decis.* 18. *in antiq. tit. de except. & in decis.* 589. *num.* 2 *p.* 2. *in recent.*

53 Subamplia, quòd eodem modo articuli, siue positiones impertinentes dicuntur, quando neque per directum, neque per indirectū aliquo modo causę adminiculātur. Pertinentes verò vocantur non solum si directè, & principaliter ad causam faciant, sed etiam, quando ex leui præsumptione quouis modo adminiculantur causę, *vt ait Andreas Gayll. dec.* 81. *par.* 1. *Camer. Imperial. num.* 4.

Vnde videmus, quòd articulus de proprietate in possessorio retinendæ pertinens, & releuans dicitur, ex eo, quia causæ principali adminiculū præbet; nam possessio titulata nudæ possessioni præfertur, quia ex titulo magis iustificata dicitur, *vt ait Gayll. in præcitato loco.*

Extende subampliationē eodē modo procedere, in dicto testis, quòd scilicet nō impertinens, sed pertinens sit, quoties aliquo modo ad propositū faciat, & tūc ad propositum facere dicitur, quando erit de appendicibus, cum articuli pars intentionis quodammodo dicantur, *vt dicunt Doctores alleg. à Gayl. in d. decis.* 81. *num.* 8.

54 Amplia secundò, quòd illi dicantur obiectiui in actore de Cappellania honoris, siue Prothonotariatus defuncti, quando intendit inducere reseruationem, & excludere gratiam aduersarij, *vt ait Aegidius decis.* 612. Veluti tales dicuntur, quando quis daret de execrabilitate alicuius ex eo, quia plura beneficia incompatibilia possidebat, *vt ait Rota dicta decis.* 177. *par.* 3. *lib.* 2. *diuers.*

55 Quod tamen declara verum, *vt ait ipsemet Aegid.* quoad effectum, vt concludenter, & necessariò illi probentur, non autem, quòd possint dari post terminum, ob eam rationem ibi per eum assignatam.

56 Amplia tertiò, quòd sunt obiectiui, si quis diceret, quòd collatio beneficij non valuit, quæ fuit facta à Paulo, quia ipse erat excommunicatus, ob violentam manuum iniectionem in Petrum, *vt ait Rota in decis.* 11. *de probat. in antiq.*

57 Amplia quartò, quòd articuli quoque dicantur obiectiui, qui dantur ab impetrante, ob non promotionem infra annum aduersarij, vt tenebatur, *sicut ait Aegid. dec.* 154. & ibi subdit, quòd est communis opinio, vt hæc materia sit obiectiua.

58 Amplia quintò, quòd etiam articuli superexcessu in taxa, siue de excessiuo valore dicuntur dari per modum obiectus, *idem Aegid. decis.* 471. *& Oldrad. in suo cons.* 170. ait, quòd ex obseruantia Palatij est, vt articulus de excessiuo valore sit obiectiuus, *iuxta glos. in clement. constit. in verbo percepti in fine de elect.*

59 Sed hic erit declarandum pro faciliori intelligentia istius materiæ, quòd scilicet articuli de valore tribus modis possunt dari, & primò ab eo, qui petit beneficium sibi adiudicari per gratiam (si neutri) & tunc merè obiectiui non dicuntur, *vt ait Rota decis.* 1. *de sequest. poss. in nou.* Secūdò possunt dari ab eo, qui petit beneficium sibi adiudicari per gratiam suam, licet posteriorem, in qua (exempli gratia) expræssit valorem ducatos 80. & primus in data expræssit solum ad 50. quo casu, iuxta stylum Palatij talis non dicitur dare materiam obiectiuam, quia iste gratiam suam includit, & verificat, licet effectualiter gratiam alterius excludat, *vt ait Rota decis.* 18. *de except. in antiq. & Oldrad. in suo cons.* 200. Tertiò modo potest valor excessiuus ab eo dari, qui est possessor, & vult absolui tantum contra actorem, vt illum excludat, ob verum valorem non expræssum, & tunc articulus

culus datus super valore excessiuo dicitur merè obiectiuus, *vt ait Aegid. decis.* 471.

60 Amplia 6. quòd articuli dati super consumptione gratiæ dicuntur merè obiectiui, *vt ait Rota per Fastol. in dub.* 24. *Aegid. dec.* 572. *& Rota decis. vlt. de except. in nou. iuxta impressionẽ antiq.*

61 Amplia 7. quòd articuli dati super defectu ætatis sunt obiectiui, & in eis requiritur specificatio natiuitatis, quo ad annum, & mensem, *vt ait idem Fastol. dub.* 27. *& Aegid. dec.* 80. *& Marta in cõpil. decis.* 10. 1. *in ver. Articuli c.* 27.

62 Amplia octauò, quòd tales quoque dicantur attento stylo Palatij, veluti si primus in data non habet clausulam de cura animarum; secundus verò in data habet eam clausulam de cura, & iste secundus velit etiam dare de cura animarum contra primum, *Aegid. dec.* 531. *col.* 1. *prope fin.*

63 Declara tamen primò, illam dispositionẽ *dicti capituli, vt circa, & clem. constit. de elect.* procedere quando obiectus, qui dantur essent merè exclusiui iuris alterius; secus autem si iuris opponentis essent fundatiui, vt per *d. Fastol. in suo dubio Rotæ* 59. in secunda ratione, & ibi adducit exemplum de Martino expectante Canonicatum in Ecclesia Durateñ proximè vacaturum per te videñ.

64 Declara secundò, non procedere veluti si vnus possessor beneficij appellaret à partibus præiudicialibus, asserendo sibi Canonice fuisse prouisum, & aduersario nullum ius competere, & propterea ab eodem indebitè molestari, quia licèt in appellatione in partibus interposita nihil exprimat, vel obiiciat, nihilominus ab obiectis dandis postea in Curia non reijceretur, vt ait *Rot. in dec.* 36. *de appell. in nou.*

65 Contrarium licèt teneat *Fastol. in suo dubio Rotæ* 24. vbi apertè fatetur, quòd ille, qui in appellatione nullos obiectus exprimit, & ius suum in ea non deduxit, non possit postea articulos obiectiuos producere.

66 Declara tertiò prædictã dispositionem illorũ textuũ procedere, veluti si appellaretur ab electionibus, postulationibus, & prouisionibus, quia tunc eorum rigor esset attendendus; secus verò, si verbi gratia, appellaretur à processibus super eis fulminatis, sed quomodo sit appellandum occasione electionis, siue postulationis, aut prouisionis docet idẽ *Fastol. in suo dubio Rotæ* 59. & ibi ponit exemplũ prędictũ de Martino expectante Canonicatũ proximè vacaturũ, & ibidem concluditur, quòd prædicti *text. in cap. vt circa, & clem. constitutio* non loquuntur, vbi in processibus prouisionibus, electionibus, & postulationibus appellatur, sed ab ipsis electionibus, seu postulationibus, vel prouisionibus.

67 Declara quartò, quando essemus in appellatione iudiciali, quia illi textus vendicant sibi locũ solũ in extraiudiciali, & ratio differentiæ assignatur à *DD. in c. constitutio de elect. in* 6. *& Io. And. in vers. Appellari ad fin. & in d. c. cõstitutio*, & de hoc ait quoq; *Fastol. in dub. Rot.* 52. *Archid. et alij in d. c. vt circ.*

68 Declara quintò non procedere, qñ appellatio daretur ad inferiorem, sed solum si appelletur ad Papam, & non aliter, vt ait *Rota decis.* 13. *de testib. in antiq.*

69 Subdeclara tamen id non habere locum, quatenus consuetudo in contrariũ esset, vt ait *Lap. & Abbas antiq.* vt refert Dominicus *in cap. is qui de elect. in* 6. *& c. procuratori eod. tit.*

70 Declara sextò, non habere locum si appellaretur de prouisione facienda, cũ appellatio semper fieri debeat cõtra certam personam; licèt secus si appellaretur à grauaminibus in genere, & contra omnes, vt est *text. in c. qui cõtra certam de elect. in* 6. *& glos. in d. c. vt circa vers. Facienda*, & effectus talis appellationis ponit *Dominic. in d. c. vt circa* §. *fin. ad finem.*

71 Regula quarta ea erit, vt scilicet articuli obiectiui post terminum ad articulandum datum de stylo Palatij non admittantur, vt ait *Rota per Aegid. in sua dec.* 393. & quando sint reijciendi, vti impertinentes docet *Franch. in sua dec.* 220. *n.* 1. *& seqq.*

72 Extende primo, 9 licèt dẽtur in termino; nihilominus si nõ sint benè specificati, & formati non sunt admittendi, vt ait *Rota dec.* 28. *in antiq.*

73 Extende secundo, procedere etiãsi sit obtenta commissio, quòd exacta eorum forma possit ommitti, quia tunc saltem aliqualiter erunt specificãdi, ad hoc, vt cõtrarium probari possit, aliàs esset velle per indirectũ defensionẽ tollere, vt ait *Rota decis.* 18. *de testibus in nouis*, & ibi habetur, quòd articuli obiectiui requirunt exactam specificationem nominis, loci, & mentis, necnon aliarum circumstantiarum, licèt ad diem, & horam specificandam non attẽnt, nisi essent de substantia materiæ in articulis compræhensę, vt comprobat *Philipp. in c. Procurator de cleric. in 6.*

74 Extende tertio, procedere, etiamsi darẽtur articuli obiectiui per actorem contra reum nullum ius penitus in beneficio habentem, cũ articuli debeant esse benè formati, & specificati, vt ait *Rota desis.* 30. *de testib. in antiq.* Vndè ex hoc infertur, quòd articuli contra illum, qui in sua gratia diceret se esse (verbi gratia) de genere Comitum, & quòd Aduersarius esset de inferiori genere, nil aliud specialius dicendo, tunc non essent benè specificati, sed hoc modo dati dicuntur obiectiui, vt ait *Aegid. dec.* 445.

75 Fallit tamen veluti si essemus contra absentem, quia tunc articuli, etiam obiectiui, & non benè specificati contra illum, in odium contumacię admittuntur, vt ait *Bellam. dec.* 434. *& Marta in d. compil. dec. tom.* 1. *in verbo Articuli c.* 29. *& Gayl. dec.* 81. *p.* 1.

76 Extende quartò, etiamsi pars verbo tantum Articulos in termino producat, quia nisi facto ipso eos dederit nõ suffragatur, vt ait *Rota dec.* 18. *de except. in antiq.*

77 Quamuis valdè dubitet *Aegid. in sua dec.* 439. an scilicet sint admittendi, quando illi fuerunt verbo dati in termino, & postea elapso termino dentur facto; sed prima opinio quotidie in praxi seruatur in Curia.

78 Cõtrarium tamen veluti si essemus in articulis datis in causa iniuriarum ciuiliter intentata benè specificatis, quia tunc licèt fuerint dati verbo tantum in termino; tamen post terminum facto dati admittuntur, quia Palatium nil aliud vult, quàm æquitatem, & veritatem amplecti, & id absque scrupulo admittendum veniret, si articulans iurare vellet, quod materia per eum sic tardè data de nouo ad eius notitiã peruenerit, cum terminus peremptorius Iudicem non impediat; quia non ipsi, sed tantum parti præfigitur, vt ait *Rota per Bellam. decis.* 399. *& dec.* 439. *& dec.* 2. *de sequest. possess. in nou. &* 22. *de testib. in antiq. Marta tom.* 1. *in verbo Articuli c.* 40. *& Rota per Buratt. dec.* 286. *n.* 7.

79 Et pro huiusmodi secunda opinione multum facit illa *decisio* 299. *Aegidij*, vbi ait contrarias opiniones esse valdè dubitabiles, referendo ibi varietatem opinionum inter Auditores, & propterea in alia *dec.* 439. post latam disputationem tãdem in fine ait, quòd Apollo sit Iudex qui declaret.

80 Sed iudicio meo huiusmodi opiniones ita breuiter concordarem; nempè, vt prima procedat attento iuris rigore ob regulam omnia iura contra contumaces clamant. Secunda verò attenta Palatij æquitate, quæ semper veritatem, & æquitatem, sed non rigorem amplectitur, vt dixi superius per ea, quæ ait *Marta ibi supra, & Verall. in sua decis.* 47. *num.* 1. *par.* 1. ait quod passim in Curia Romana admittuntur articuli, & si pars opponit iudex illos admittit saluis exceptionibus; secus verò post sententiam, & literas executoriales decretas, siue executas, quia tunc illi non admittuntur, vt ait idem *Verall. in dec.* 46. *n.* 1. *par.* 1. *& Borell. in tit.* 1. *de articul. num.* 157. *& sequen.*

81 Declara tñ, quòd in Rota Romana admissio articulorum non est ordinis iudiciarij, dummodo tamen sint pertinentes, quia tunc sufficeret illos fuisse receptos à iudice, & super eis testes examinasse, vt ait *Rota decis.* 446. *in antiq. & Borell. ibi supra num.* 40. *& Mascard. de prob. conclus.* 130. *num.* 1. vbi ait, quòd iudex recipiendo testes censetur articulos admisisse, *& Rota dec.* 10. *de testib. in nou.*

82 Amplius quãdo ambigitur, an articu-

li

culi sint admittendi, vel non, tunc Rota illos admittit saluo iure impertinentium, & non admittendorum; secus autem si notoriè essent impertinẽtes, quia tunc, cum impertinentia non sint admittenda, ideò omnino sunt reijciendi, *Balb. in dec.* 163.*Franc. Marc. dec.* 565. *nu.* 1. *par.* 1.*Guidopap. in sua decis. Delphinat.* 347. *num.* 1. *& in suo singul.* 957. *& Triuis. decis. Veneta* 4. *num.* 23. *libro primo*, *& Rota per Buratt. in sua decisione* 28. *num.* 3. *& ibi per addent. & Gayl. decis.* 81. *par.* 1. *num.* 3. *& num.* 17. ait, quòd veluti super admissione articulorum partis citatio non est necessaria; ita quoque iudex examinatis articulis poterit eos admittere, vel reijcere, etiam sine partis citatione, *Hippol. in l. de vnoquoq. num.* 108. *ff. de re iudic. Port. lib.* 1. *commun. opin. concl.* 43. *in limit.* 37. *& Panorm. in cap.* 2. *num.* 16. *de testibus*, vbi id declarat.

Amplia eodem modo procedere, veluti si Iudex semel admisisset articulos, sed non tamen illos discussisset, an essent pertinentes, quia si postea eosdem impertinentes cognoscat, illos reijcere poterit, etiam si super eis fuerint producti testes, & rõ est, quia cum sententia super articulorum admissione sit interlocutoria; idcirco eam Iudex regulariter reuocare potest; Secus autem si cum causæ cognitione admissi fuissent, adiecta ea clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum vt ait *Gayl. ibi sup. nu.* 16.

83 Extẽde quintò prædicta procedere, etiamsi pars dederit articulos facto, postea eos petierit sibi restitui ad illos corrigendos, quia tunc Auditor debet prius eos videre, & si eos obiectiuos inuenerit, illos admittere non debet, vt ait *Rot. dec.* 32. *de prob. in antiq.*

84 Secus verò si ius commune respicerent, & de iure dantis essent, quia tunc alter terminus, quatenus opus esset, assignandus veniret, vt ait *Rota dec.* 32. *de probat. in antiq. & decis.* 17. *de except. in antiq. & Marta ibi supra cap.* 34.

85 Extende sexto, quòd si articuli obiectiui tertiò fuerint repulsi, tunc neque in secunda, neque in tertia instantia amplius dari possunt, & dati non debent admitti, vt ait *Rota decis.* 94. *&* 120. *par.* 3. *diuers.*

83 Et ratio est quia tunc illi præsumuntur impertinentes, vt ait *Vrsill. ad Afflict. dec.* 7. *Frãch. dec.* 668. *Capic. dec.* 15. *n.* 3. *& dec.* 62. *idem Frãch. dec.* 220. *num.* 13. *& Guidopap. dec.* 585. *& Rota dec.* 20. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.*

87 Subextende primò eò magis procedere, si calumniosè darentur, animo protestandi, & differendi litem, & præsertim in causa matrimoniali, vt ait *Rota dec.* 94. *lib.* 2. *par.* 3. *diuers. num.* 3. *& lib.* 3. *par.* 3. *dec.* 24. *num.* 2.

88 Subextende secundò procedere, etiam, si dicti articuli essent releuantes in causa, quia nihilominus neque agenti obessent, vt ait *Rota decis.* 177. *nu.* 1. *par.* 3. *lib.* 2. *diuers.*

89 Subextende tertiò, quòd articuli merè obiectiui, licèt probet contra illum, contra quem articulatur, tamen nullum ius, ex eis articulanti aduersario resultat, *Rot. dec.* 176. *num.* 2. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.*

90 Et ratio ea est, quia sunt merè obiectiui, vt toties diximus *iuxt. tradit. per Oldrad. cons.* 116. *&* 170. *allegat. à Rota in dicta dec.* 176.

91 Extende septimo, quòd tales articuli non debent admitti, etiam per viam restitutionis in integrum, quia ea pro illis admittendis omninò post terminum deneganda venit, vt ait *Rota dicta dec.* 2. *de excep. in antiq. & dec.* 2. *de seq. poss. in nou. Aegid. decis.* 475. *in secũda & tertia col.* Sed in hoc vide *Farinac. de testib. quæst.* 76. *cap.* 15. *per totam.*

92 Contrarium ait *Rota in decis.* 2. *de restit. in integr. in nou. & dec.* 91. *de testib. in nou. & dec.* 21. *in antiq. eodem tit.* vbi habetur, quòd de stylo Palatij ex æquitate, etiam in causa prophana omnes articuli admittuntur, sine restitutione in integrum.

93 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat de rigore Iuris, & in articulis obiectiuis, & criminosis, pro quibus etiam restitutio in integrum denegatur à Palatio, vt ait *Aegidius in dicta decisione* 475. *& Rota decisione secunda de sequestr. possess. & fruct.*

& Borell. tit. 1. *de articulis num.* 132. *cum seqq.* Secunda verò procedit, quando essemus extra illos casus, & propterea videmus, quòd *Rota dec.* 10. *de except. in antiq.* ait, quòd de stylo Palatij fuit introductum, vt articuli obiectiui post terminum ad articulandum in secunda instantia admittuntur, quia Rota non ita rigorosè materiam obiectiuam intelligit, vt facit *cap. vt circa*, sed humaniùs, & benigniùs eam audit, *Aegid. dec.* 393. *& Rota decis.* 1. *de sequest. possess. & fruct.* & vide, quæ dicam infra in *vers. Restringe* 12. *& Mascard. de prob. concl.* 133. *num.* 10. *& seqq.*

94 Sed quòd facta publicatione super vno articulo possit minor, siue Ecclesia per viam restitutionis in integrum super eodem articulo testes producere, ait *Cappell. Tholos. dec.* 248. *& Borell. in præcitat. tit.* 1. *de articul. num.* 28. Quod tamen intellige procedere, quando articuli non sint obiectiui, at secus si essentiales, quia quoad crimina, & defectus in odiosis non conceditur restitutio in integrum, vt ait idem *Borell. ibi supra num.* 135. *& sequen. & Rota decisione* 709. *in antiq. incip. Rota, quòd si aliqua, Afflict. decisione* 2 6. *num.* .. *& Osasch. decis. Pedemon.* 86. *num.* 3.

Licèt tñ ea restitutio non esset danda, quando Ecclesia ageret contra aliam Ecclesiam, & præcipuè, quando ageret de lucro captando, & altera de dãno euitãdo. Sed prædicta restitutio non esset deneganda Ecclesiæ, quando negligentia Prælati, siue alterius procuratoris læderetur, at secus si casu, vel fortuna, vt ait *Farinac. de testib. quæst.* 76. *nu.* 465. *cum seqq.* Vbi subiungit id quod in hoc cõceditur Ecclesiæ, habet etiam locum ad fauorem Reipublicæ.

95. Extende igitur, quòd aduersus responsiones malè factas, super positionibus datur restitutio minori, ob illius facilitatem, vt ait *idem Borell. ibi supra num.* 146. *& alij D D. per eum allegati.*

96. Subextende id procedere præsertim qñ positiones essent erroneæ, quia tũc ab omnibus possunt mutari, constito de errore; Immò si sint datæ à procuratore, & erroneæ detegantur, tunc ille met potest, quando essemus tamen in beneficialibus, iurare super errore, & admittitur, at secus in prophanis, in quibus ille hanc facultatem non habet *Rota dec.* 260. *in nouiss. & Borell. ibi supra nu.* 87. *&* 166. *& seq.*

97 Contrarium licèt absolutè dixerim supra sub *vers. Aliàs eo casu in regula secunda num.* 34. vbi dixi quòd articuli à Procuratore non informato facti, possunt à Domino, etiam non docto de errore reuocari *iuxta dec. Rota* 774. *& dec.* 739. *par.* 2. *recent.* Vndè concordari possunt dictæ opiniones, vt scilicet prima procedat, quando sumus in beneficialibus, secunda verò in prophanis, vt ait *Borellus & Rota ibi supra.*

Item dicta prima opinio procedere posset, veluti, qñ minor respõdisset positionibus, absq; solemnitatibus, quia tũc ei talis confessio regulariter non officit, secunda verò quando illius confessio fuisset facta cum iuramento, quia tunc illum afficit, *vt fuit dictum in vna Materaten prædij* 19. *Ianuarij* 1624. *coram Remboldo.*

98 Extende octauo, vt articuli obiectiui non specificati, post terminum dari non possint, licèt in termino fuerint dari aliqui, ad effectũ subreptionis, vel ad omnem alium effectum, qui parti esset magis proficuus, & aduersario nocibilis, & ratio est, quia vigore illius generalis dationis non poterit alium casum prosequi, vt puta priuationis, vel consumptionis, quando illa datio articulorum generalis materiam specificam non contineat, veluti ita declarando ait idem *Aegid. in sua dec.* 561.

Et ratio est, quia articuli obiectiui debent dari bene dispositi, & specificati in bona forma, nisi dans illos in probatione extaret, vt ait *Rot. dec.* 28. *& dec.* 31. *de testibus in antiq.*

99 Extende nonò procedere non solum si articuli huiusmodi post terminum darentur contra probationem iuris aduersarij, sed etiam in probationem iuris illius, vt ait *Compost. in cap. quod sicut de elect. allegat.* 26. *Aegid. Bellam. in sua dec.* 192. *per tot.*

100 Subextende id eò magis procedere, nedum, quando articuli tẽderent ad pro-

probandum id, quod iam probatum fuit, quia tunc præsumptionē calumniæ saperent, vt ait *Card. Seraph. dec. 1364. num. 5.*

Verùm etiam, quando versaremur in materia spirituali, *vt ait Rota dec. 27. nu. 1. de testib. in antiq.* Licet secus, quã do essemus in causa prophana, sed articuli essent pertinentes, quia tunc de æquitate essent admittendi, vsq; ad conclusionem in causa, siue etiam quando articuli etiam obiectiui à parte danis descenderent; quia tunc admittendi venirent, *vt ait Rota dec. 1. n. 2. & seq. poss. in nou. & dec. 11. n. 1. de testib. in antiq. & prius in dec. 9. eod. tit.*

101 Extende decimo, quòd neque illi admittantur ad probandum post terminum, etiam per confessionē partis, quia licèt ea aliàs exclusa non videatur, vbi à probando quis reijcitur, Nihilominus hoc modo excluderetur à probando, etiam per confessionem partis, vt ait *Rot. dec. 10. de testib. in antiq. & Capic. dec. 15. num. 2.*

102 Et ratio est, quia terminus conceditur ad articulandum, & ponendum necnon ad declarandum, quas positiones, quis intendit probare per confessionem partis, vt est *text. in c. præsertim de testib.* vndè eo elapso amplius audiri non debet, idemque concludit *Rota in dicta decis. 20. de testibus in antiq.*

Licèt secus, quoad productionem Instrumentorum, & aliorum iurium, per quæ possent obiectus probari, & quòd per consequens actor à Iudicio repelli deberet, vt ait ita distinguendo *Rot. in dicta dec. 20. prope med.* quia tunc ea admittenda venirent per regulam; Nō deducta deductam, & non probata probabo, vt ait *Rota per Card. Seraph. in sua decis. 575. nu. 4.*

103 Extende vndecimò, quòd articuli obiectiui sunt dandi in termino impugnandi ius aduersarij dato, etiam quòd idem aduersarius nondum ius suum produxisset, & per consequens opus est, vt articuli quandam obiectionem sentiant, vt ait *Rota in dec. 14. de testib. in nou.*

104 Extende duodecimò, etiamsi dans articulos protestetur, quòd ei liceat corrigere, aut nouos dare, quia huiusmodi protestatio non releuabit à dandis articulis obiectiuis, quando materia iam erat orta, secus autem si materia esset post terminum ad articulandum data, secundum *Io. Andr. relatum à Compostel. in cap. Quod sicut de elect. in regula generali ad finem de reg. Iur. in 6.*

Veluti nec illi sunt admittendi dati in casum, & euentum, donec casus ille euenerit, vt ait *Rot. in dec. 14. de testib. in nou.*

105 Sed an huiusmodi differentia, quam facit *dictus Ioannes Andreas ibi supra*, inter materiam prius, & postea ortam, sit vera, in nona restrictione dicemus.

106 Extende decimotertio, quòd elapso termino ad probandum in partibus licèt per appellationem à grauamine vna cū negotio principali causa cõmittatur in Rota; Itē licèt termini extra Curiã nō seruentur, nihilominus lapsus illius termini obstabit, ne amplius possint dari obiectus, vt ait *Aegidius in sua decis. 74.*

107 Et ratio ea est, quia ius parti quæsitum non debet ei per stylum Palatij auferri, quod quidem ius pars acquisiuit, per lapsum termini peremptorij aduersario assignati, *test. est in cap. ab eo de elect. in 6. & ibi Compostel. & Rota per Egid. in dicta dec. 74. per totam*, licèt *Egid. in fine illius decis.* dicat, quòd cum processus, qui portantur de partibus modicum valeant iuxta Stylum, & mentem Rotæ, idcirco ea de nouo terminum ad probandum in gradu appellationis illius causæ in Rota commissæ, admittere solet, quamuis id intelligendum putem, iuxta ea, quæ ait *idem Egid in sua dec. 37. per totam*, Vbi ad litteram habemus, q; Auditor datus in Curia nō debet articulum appellationis admittere, nisi de cōsēsu vtriusq; partis, siue si vtriusq; ita fieri interesset, vel esset, quid tale, q; non posset postea cōmodè in in processu negocij principalis reparari, vt puta, quādo super aliquibus attentatis negotium principale non directè tangentibus lata fuisset interlocutoria sententia, partim contra actorem, & partim contra reum,

& vterque appellasset, *iuxta cap. Rayn. de testam. in fin.*

108 Circa autem illud, quod superius fuit dictum de terminis peremptorijs, notandum erit, quòd omnes post litem contestatam, vel eam pro contestata habitam censentur peremptorij, vt ait *Rota decis. 2. de sequest. possess. in nou. & decis. 10. de re iud. in nou. & dec. 22. de testib. in antiq.* & præsertim quando essemus in eo ad probandum, quia ille semper peremptorius censetur, *iuxta doctrin. Bart. in l. 1. C. de dilat.* Quod enim concordat cũ statuto Vrbis, quando terminum quinque dierum ad probandum statuit, licèt sit benè verum, quòd si disputaretur super pertinentia, vel impertinentia articuli, tunc terminus datus non currit, & præsertim quãdo non est intimatus, vt ait *Rot. per Burat. dec. 286. n. 6.* & vt ait *Franc. Viu. in sua dec. 286. num. 3. & Borell. in præcitat. titulo 1. de artic. num. 153.*

Declara tamen esse verum id, quod fuit dictum de intimatione necessaria termini, si fuit præfixus cum intimatione, vt ait *Put. dec. 168. lib. 1.* licèt ego valdè dubitarem, quando saltem non esset præsens procurator, & terminus esset peremptorius, de quo pars certioranda venit, ad hoc, vt se tueri valeat ex prædictis.

109 Subdeclara tamen, quòd huiusmodi declaratio non potest fieri à Iudice cõmissario, vt puta ad recipiendum canonem, cum ille sit nudus minister, sed ad ordinarium Delegantem spectat, *idem Borell. ibi supra num. 197. & ibi Doctores allegat.*

110 Extende decimoquartò, quòd articuli non sunt admittendi, quando causa pendet super alimentis futuris, quia super illis appellatio suspensiua non admittitur, cum in illis vita hominis pendeat, *vt dixi in verbo Appellatio, & Rota per Veral. dec. 48. par. 1.*

Licèt tamẽ hic opportunè sit animaduertendum, quòd citatio ad dicendum contra articulos; necnon ad videndum eorum productionem fieri, non facit, quin executiuè procedi possit, cum in huiusmodi executiuis Iudicijs sæpè liquidatio sit necessaria, & propterea videmus, quòd ex stylo Tribunalis A. C. illi admittuntur in istis casibus, sed cum clausula, siue præiudicio obligationis Cameralis, siue processus executiui, siue mandando eos poni ad partes; Quinimmò clausula sine præiudicio possessorij in admissione articulorum nil facit quando illi sunt releuantes, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis. 286. num. 8. & in Bononien. dotis Vener. 18. Decembris 1620. coram eodem Buratto, quæ est in eius impress. decis. 562. nu. 3. & seq.* vbi ad id propterea ait, quòd nõ valet illa regula electa via ordinaria nõ possit rediri ad executiuam, quia id non procedit, quando constaret huiusmodi electionem nõ fuisse factã ab actore, licèt etiam, si ab eo facta fuisset, posset tamen reficiẽdo expensas viam ordinariã deserere, & ad executiuam redire, *veluti dixi in conclus. 35. num. 22. & in hoc vide Gratian. lib. 1. discept. cap. 118. num. 49. cum seqq.* vbi ampliat id eò magis procedere, quãdo processus nõ cum consensu vtriusque; nempè actoris, & rei fuit inchoatus; sed solum ab actore, reo non comparente, aliàs litis renunciatio, siue variatio nõ esset permissa inuito aduersario, & sic ab eo iudicio, tanquam contractu perfecto recedi non posset, altero non annuente, *vt dicunt Coler. Rebuff. & alij alleg. à Grat. ibi sup. n. 51. & seqq.*

111 Extende decimoquintò, quòd neque illi admittuntur post literas executoriales decretas, & executas, vt ait *idem Verall. decis. 46. eadem par. 1. & veluti superius dixi sub num. 80.*

112 Extende decimosextò, quòd neq; articuli contradicentes Concilio Tridentino, vti impertinentes sunt admittendi, & ideò cum Canonici, & Capitulum Illerdiense prætenderent, quòd à tempore immemorabili edicta, quæ solent præcedere visitationem, generalia, vel particularia non possent fieri per Episcopum, nisi ipsi consentirent, & ordinarent, & non aliter; Idcircò Rota resoluit illos non esse admittendos, *in decis. 62. num. 1. & seq. par. 1. in recentior.*

113 Restringe tamen prædictam Regulam, siue conclusionem non procedere primò, veluti si esset impetrata commissio, vt illi post terminum possent dari,

ti, *vt ait Rota decis. 11. de rescript. in nou.*

114 Sed est benè verum, quòd si commissio esset impetrata in prima instantia, tunc pars eam obtinens non posset in vim illius id facere in vlteriori, sed solùm in ea, in qua fuit obtenta cōmissio, *vt ait Rot. ibi sup.*

115 Veluti eodem modo diceretur, si in commissione esset petitum, quòd nō obstante mala specificatione, & termini lapsu possit dari materia obiectiua, & signatura respondere (Placet) quia tunc non obstante mala specificatione illi admitterentur, etiam post lapsum termini, *vt ait Aegid. decis. 327.*

116 Restringe secundò, quod licèt articuli obiectiui non potuissent probari, post terminum ad articulādum, per testes, possunt tamen probari per instrumenta, *vt ait Rota decis. 3 de probat. in antiq. & veluti superius diximus.*

117 Sed hic nota, quod facultas probandi per testes tribus modis amittitur, & primo, quando fuit renunciatum testibus, secundo, si illi publicati fuerint, vt dicam inferius, tertio, quando in termino cōpetenti dato nil fuerit probatum, quia tunc probatio per testes amplius admitti non debet, *vt ait Octa. Caccher. dec. 14. & Marta to. 1. in verb. Articuli c. 68.*

118 Licet tñ eo casu recognitiones Instrumentorum bene possunt probari per testes, & ratio ea est, quia per terminum ad articulandum, & ponendum quis est tantum exclusus à termino ad probandumper confessionem partis, & per testes, non autem excluditur ab illo ad producendum, in quo sine alia articulatione posset instrumenta producere, per quæ probarentur obiectus, & per consequens poterit etiam fieri recognitio Notariorum, & sigillorum, si ex aduerso negentur, *iuxta textum in l. ad legatum de procurat. cap. Et præterea de offic. delegat. & Rota decis. 20. de testib. in antiq.* Nam dicta recognitio iurium, & instrumentorum semper, & quandocumq; fieri potest, etiam post sententiam, *vt fuit dictum in vna Papien. pecuniaria 12. Nouembr. 1601. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1407. num. 3. & Rota decis. 2. de testib. in nou. Verall. decis. 5. num. 5. par. 3. Put. decis. 405. lib. 1. & Rota in Romana census 4. Iulij 1618. coram Buratto, & prius in Anconitana pecuniaria, Lunæ 13. Maij 1613. coram eodem, & postea in Placentina Castanearum 2. Iunij 1621. & in Cusentina beneficij 1. Iulij 1622. & deinde in Bononien. processuum 15. Ianuarij 1624. coram eodem Buratto.* Sed si dicta recognitio iurium sit facienda in partibus lite pendente, tunc si ea parte citata non fiat, vtique non suffragaretur, *vt fuit dictum à Rota per Burat. decis. 543. num. 13.*

Sed est benè verùm, quòd non annullatur sententia ex defectu recognitionis iurium, si de ea oppositum non fuerit, *vt fuit dictum in Beneuentana Iurispatronatus 18. Martij 1630. coram Motmanno,* Et multò magis, quando essemus in antiquis, quia tunc dicta recognitio non est necessaria, vt ait *Rota per Burat. in dec. 290. numero septimo.*

Sed si de ea opponeretur, & à parte non fieret, tunc huiusmodi iura nullum gradum probationis facerent; quinimmò, neque Innocentiana hunc defectum sanare, siue supplere posset, vt ait *Verall. decis. 258. lib. 1. in manuscript. & decis. 113. lib. 3. in impress. & ita fuit dictum in Iacen. portionis de Auro 12. Ianuar. 1604. coram Card. Mellino, & in Regien. Iurispatronatus Veneris 13. Iunij 1631. Coram Coccino.*

Quamuis tamen secus esset, quando in compulsatione iurium omnia, in eum bentia adhibita fuere, vt ait *Rot. dec. 573. par. 4. diuersor. & in dicta Regien. coram Coccino, & prius in eadem 16. Nouembris. 1601. coram Penia.* Et quomodo Iuriūm compulsatiò fieri debeat, *vide Burat. decis. 555. per totam,* & ibi quoque per addentem, & *prius in dec. 290.*

119 Sed redeundo ad id, quod fuit dictum circa probationes fiendas. Declara, quòd, quando probatio fieri non potest per testes, si tamen per instrumenta postea fieret, vnà cum testibus, tunc huiusmodi probatio reiecta non censetur, & sic ea omnino admittenda venit

venit, *Alex. & DD. post Bart. in l. per condictionem, S. quoniam, ff cert. petat.*

Subdeclara tamen, quòd remissoria non conceditur ad illud probandum per testes, quando per scripturas, & instrumenta probari possit, *vt fuit dictũ in Egitanien. Commendæ 18. Aprilis 1622. coram Vbaldo, & in Ferrarien. Decimarum 27. Aprilis 1623. coram eodem, & in Cæsaraugustana Electionis 28. Iulij 1623. coram Coccino, & prius in Lucana Iurispatronat. de Podijs 28. Maij 1621. coram eodem, & per Gregorium dec. 253. n. 2. & 3. & per Buratt. dec. 180. & dec. 886. n. 3.*

Licèt secus tamen esset, si in articulis aliquid contineretur, quod per testes solum probari posset, *vt ait Rota dec. 7. de testib. in nou. & dec. 46. eod. tit. in antiq. & fuit dictũ in Rom. Localium 28. Febr. 1618. corã Coccino, & in Leodien. Parochialis 18. Decembr. 1623 coram Merlino, & per Card. Caualer. dec. 271. n. 4.* veluti eodem modo etiã veniret concedenda remissoria, quando articularetur scripturas fuisse, aut combustas, aut alio modo deperditas, *vt ait Card. Caualer. decis. 368. in fine & Put. decis. 403. lib. 2.*

Quamuis etiam aliàs admiserit Rota probationem per testes super eo, quod continebatur in scriptura, sed id tamen concedit, quando prorsus calumnia cessat, aliàs secus, & rõ illius admissionis ea est, ne probationes angustentur, *vt ait Cæsar de Graf. dec. 1. n. 11. de dilat. & Rot. in Turitana bonorum 23. Feb. 1915. coram Vbaldo.*

120 Ratio autem illa, quare articuli obiectiui post terminum ad articulandum repellantur, ea est, quia calumniosi præsumuntur, sed probatio illa, quę fit per instrumenta dicitur manifesta; cum illa faciant probationem probatam, manifestam, & euidentem, *Bart. in l. 1. col. 2. de oper. nou. nunc. text. est in cap. cum olim. de verb. signific. & c. Licèt causam vers. ex præmissis vbi Butr. & alij id notant de probat. Iason. cons. 124. num. 2. lib. 1. & fuit dictum in Romana fructuum census Sabbati 25. Ianuarij 1599. coram Litta, & prius in Bononien. census 19. Octobris 1598. coram Penia, & in alia Beneuentana census Veneris 16. Nouembris 1594. coram Card. Pamphilio, & in Reatina depositi 18. Decemb. 1600. coram Penia, & in Romana census Lunæ 23. Februarij 1604. coram Greg. XV. quæ est in eius impressis decis. 157. num. 13. & in decis. 409. num. 1. penes eundem.*

Et propterea videmus etiam, quòd nouũ examen nõ venit admittendũ, quãdo dicta testium prius receptorum fuerunt diffusa, & quando ageretur de probando eo, cuius contrarium per scripturas fuit probatum, *vt ait Rota per Buratt. dec. 597. nu. 7. & 8.*

121 Rursus altera ratio ad hoc adduci põt; quę est, vt in instrumẽtis subornatio cesset, necnon ex altera, quia est maior probatio, quæ fit per Instrumenta, & scripturas, quàm ea quę fit per testes, *vt ait Capic. decis. 62. & Anna in suo singul. 752. allegat. à Riccio in sua collectanea 1333. in vltimis verbis p. 4. & tex. est. in l. census ff. de probat. gl. in cap. 1. S. procurationes in verbo in scriptis in fine de censibus in 6. & ita quoq. fuit dictum in vna Ariminen. spolij vener. 4. Martij 1633. coram Motmanno.*

122 Extende prædictam declarationem eò magis procedere, quando expressè fuisset dictum, quòd post terminum, nec per Instrumenta, nec alio modo probari posset, quia tunc post lapsum illum terminum peremptorium quis ad probandum exclusus veniret, *vt ait Rota decis. 2. de probat. in nou.*

123 Declara præterea, quòd materia obiectiua venit probanda, per proprietatem, non autem per quasi opinionem. Item per veritatem, & non per reputationem; Vndè ad id notandum erit, quòd si daretur de excommunicatione contra eum, cui esset facta prouisio, ex eo, quia manus violentas in Clericum, siue præsbyterum intulerit, tunc non sufficeret probare, per reputationem, siue famam communem, vel quasi opinionem, quòd ille, qui percussus fuit esset Clericus, vel Præsbyter, licèt alias sufficeret, *vt ait Rota decis. 2. de probat in antiq. & dec. 15. eodem tit. in nou.*

Extende primò eam declarationem procedere, etiamsi articuli de iure dan-

tis

tis esset, quia secundũ stylũ Palatij, post terminum admittendi venirent, quod tamen intellige verum, cum ea distinctione de qua per *Aegid. dec.* 512. *& Rota dec.* 5. *de præb. in nou.* Vbi ait, quod impetranti beneficium, per assecutionẽ incompatibilis, quoad iudicationem non sufficit assecutionem probare, per publicam famam, sed concludenter illud probare tenetur.

Extende secundo id intantum esse verum, vt neque etiam ad id sufficiat vnus testis, qui sit iunctus cum fama, quia vbi sola fama non sufficit, tunc si illi testis de veritate iungatur, non probat *Iux. text. in cap. veniens de testib. & cap.* 1. *de appel. Felin. in cap. ad aures de rescript. & Aegid. dec.* 471.

124 Restringe tertiò non procedere, quando articuli obiectiui darentur, per viam exceptionis, contra iuramenta, & iura producta, quia indistinctè potest reus excipere, vt *per Aegidium decis.* 436. *cum præcedenti, & Rota decis.* 3. *de except. in antiq.* vbi habetur, quod contra articulos datos per actorem potest reus dare contrarios, & obiectiuos, quos poterit probare per testes, quã actor velit suos eodem modo per testes probare, aliàs secus, ex æquitate, *l. petendæ C. de temp. in integr. restit.* veluti etiam de his omnibus videre poteris in praticabilibus Rotæ Romanæ post secundam partem *diuers. dec.* 46. *& seqq.*

125 Vndè ex prædictis infertur, quòd licèt reus esset à termini lapsu exclusus, nihilominus, si actor producere velit quidquam contra reum, audietur etiam reus contra eum excipiendo, quia repulsus ab agendo non censetur repulsus ab excipiendo, cum semper fauorabiliores simus reo, quàm actori *cap. intelleximus de re iudic. cap. cum inter de except.* Et propterea *Rota in dec.* 27. *& dec.* 30. *de testib. in antiq.* ait quòd quamuis post terminum non dentur articuli obiectiui; admittuntur tamẽ exceptiui, & ideò huiusmodi fallentiam memoriæ manda, quia multas difficultates euitabis, & præsertim eam, quam tangit *Rota decis.* 14. *de testibus in nou.*

126 Declara tamen illam restrictionem non procedere, & sic, quòd articuli obiectiui non admittantur, vbi per viam exceptionis darentur, supra crimine homicidij, quia illud prouisum à beneficio non repellit, cum regulariter quis non deponatur à beneficio, ob crimen oppositum excipiendo, licèt esset probatum, sed illud debet per viam accusationis proponi; Quãuis secus tamen esset, si exciperetur de crimine hæresis, vt ait *Rota in decis.* 1. *tit. de except. in antiq.*

127 Restringe 4. quando post terminũ dicti articuli obiectiui darentur, sed res esset ad huc integra, vel essemus propè terminum, quia, quando partis multum non interfit, moram purgare licet, vt refert ita tenuisse tres Dominos *Bellamer in sua dec.* 399. *& Mascard. de prob. concl.* 133 *nu.* 4.

128 Contrarium licèt ibi referat *Bellamer.* tenuisse alios, & sic concludit huiusmodi fallentiam non esse veram, sed *Rota in decis. secunda de sequest. poss.* refert Dominos fuisse diuisos, sed postea concludit, fuisse pronunciatum illos articulos non esse admittendos, ibidemque contrarijs respondendo.

129 Restringe quintò, quando post terminum articuli admitterentur, & pars aduersa non contradicit, vt ait *Rota decis.* 15. *de testibus in antiq.* Vbi dat cautelam, quòd pars contradicere debet, protestando saluo iure impertinentium, & non admittendorũ, subdens, quòd in Palatio consueuit dici, iam sumus in probatis, & constat de iure aduersarij *Felin. viden. in hac materia in cap. Pastoralis colum.* 9. *vers. Vltimo examino de excep.* & multa dicunt *Moderni Mediolan. in l. si certi condictio §. quantum ff. si cert. petat. & est Clem. constitutio ad finem de elect. Item est decis. Rotæ tertia de except in antiq.*

130 Extende eam restrictionem adeò esse veram, quòd si lapso termino ad articulandum, Iudex alium terminum assignet, & pars non appellat, tunc admissio dictorum articulorum obiectiuorũ tenet; Quinimmò sufficiet tantum, per partem eo casu contradicere, licèt non appelletur, quando Iudex non obstante contradictione procedit, vt ait *Rota decis.* 13. *de testib. in antiq.*

&

& Ioan. Andr. in dicta Clem. constitutio vers. legitime, & Felin. in cap. cum contingat in secunda colum. vers. non ad hoc, primo de offic. deleg.

131 Contrarium tamen ait Bellam. in sua dec. 270. vbi vult, quòd protestatio, & contradictio non sufficiat, nisi quoq. appellatio subsequatur, idemq; tenet Ioan. Monach. Archid. Io. Andr. in cap. 1. de accusat. in 6. Io. Andreas in cap. secundo eo. tit. Aretin. in §. nihil commune de acquirenda possession. & idem firmat Card. in dicta Clem. constitutio in 1. colum. & ibi declarans glos. in verbo inuita parte, & appellante, & generaliter hanc opinionem esse veram, quod scilicet, vbi approbatio admitti non debet, sit necessaria appellatio, tenet idem Felin. in cap. inter monasterium col. 14. in verbo Temperamen hanc limitationem de re iudic.

132 Restringe sextò non procedere, dum essemus in verificatione gratiæ (si neutri) ad hoc, vt ostendatur alteri ius non competere, vt ait Rota decis. 6. de except. in antiq. & dec. 1. de sequest. possess. in nou. & dec. 14. de testib. in antiq.

133 Restringe septimò, quando articuli tales essēt dati pro testibus absfuturis, vt ait Bellam. decis. 726. & Rota decis. 21. de testib. in nou. & decis. vltima de sequest. possess. quæ vult, quòd etiam in casu possessorij articuli concernentes petitorium pro testibus absfuturis admittantur.

134 Restringe octauo, quòd licet articuli non possint dari in prima instantia post terminum, possunt tamen dari in secunda; dummodo in termino dentur, veluti dixi supra sub num. 85. & ita quoque ait Rota in dec. 8. & 9. de except. in antiq. & decis. 14. de testibus in antiq. & Afflict. dec. 13. num. 28. & in hoc vide Farinac. de testib. quæst. 75. cap. 7. per totum.

135 Fallit tamen primò hęc restrictio, si articuli obiectiui ex mala appellatione fuerent, quia tunc etiam in secunda, neque dari, neque firmari possent Rota dec. 15. de testib. in antiq.

136 Secus autem, quando articuli fuerunt à Procuratore dati, cum iuramento in prima instantia, quia tunc prohibetur Dominus illos meliorare, & renouare absque vlla erroris expressione, vt ait Rota decis. 506. in antiq. & decis. 60 in nouis.

Licèt contrarium dixerim supra in regula. 3. vers. Sed quod facta publicatione num. 64. & seqq. sed ibi concordantiam inuenies.

137 Item secus procederet, veluti, quando essemus in tertio veniente ad causam, pro suo interesse, qui potest nouos testes producere, vt ait Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 26. Afflict. dec. 33. & dec. 89. & decis. 216. vbi enumerat quosdam casus, in quibus post dicta testificata possunt testes produci de nouo, idem ait Guidopap. decis. 124. & veluti latè dicam in octauo notabili.

138 Immò extende, quòd si tertius compatens non sciuisset litem motam, & ignorasset didicita testificata, tunc posset super ijsdem articulis de directo contrarijs illis iam datis producere; Secus autem si sciuisset tertius litem motam, sed ignorasset didicita testificata, quia tunc deberet admitti in terminis, in quibus causa reperitur, & sic si fuerint publicata testificata non posset tertius audiri, nisi super articulis nouis; nō autem super eisdem, vel de directo contrarijs, sed est bene verùm, quòd posset scripturas, & instrumenta, nec non testes super illorum confirmatione, & approbatione producere, Afflictus decisione 235. num. quarto, & ibi Vrsill. & cæteri allegati à Borell. tit. 1. de artic. num. 186. & seq. & Rota per Burat. decis. 351. num. 2.

Sed quando tertius veniens ad causam admittatur ad dandos obiectus pro suo interesse, post terminum benè tentum, & quando ipsius iuramento sit standum de illius ignorantia, hucusque, & in qua causa, an scilicet spirituali, siue prophana, vide Cassad. dec. 1. de except.

139 Fallit 2. d. restrictio si articuli prædicti qui possent alias in secunda instantia dari tertiò repulsi fuissent, vt ait Rota dec. 3. de excep. in antiq. & dec. 94. & dec. 120. lib. 3. par. 3. diuers.

140 Veluti quoque erit dicendum de articulis discussis in prima instantia, super quibus testes producti fuissent,

quia

quia tunc illi prohibentur in futurum admitti, veluti dicitur de illis de directo contrarijs, & ratio est, quia positio semel facta amplius fieri nō debet, *Gamma in decis. Regni Lusitaniæ 387 num.1.& Borell. in d.tit. 1. de articul. n. 167.& 171. & seq.*

141 Declara tamen, quòd si essemus in articulis datis in prima instantia in termino probatorio, super quibus sint faciendæ probationes, tunc altera pars poterit facere in secunda instantia articulos de directo contrarios, & testes super illis inducere, vt ait *Afflic. in dec.216.num.4.* vbi multi casus enumerantur, in quibus articuli de directo contrarij admittantur, & vide *Rota decis. 85. lib. 1. par. 3 diuers.*

142 Licèt regulariter, si fiant articuli approbatorij, siue saluatorij; fiunt etiā postea contrà illos reprobatorij, siue repulsatorij, vt ait *Maynard. dec. Tholos. 97. & decis. 98. lib. 4. & Guid. pap. dec. 500.*

Et hic erit notandum, quòd per alia documenta articuli contrarij traditis in prima instantia probari possunt; veluti etiam per testes in illa producti, si non fuerint publicati, vt ait *Capel. Tholos. dec. 474. Corserij, & Marta in compill. decis. in hoc verbo articuli cap. 35.*

143 Restringe nonò, non procedere quando dicti articuli, etiam post terminum, immò etiam post conclusionē in causa, essent dati, ex eo, quia superuenit materiæ illius obiectæ notitia post terminum, siue conclusionem in causa, & in hoc articulantis iuramento standum est vt ait *Cassad. dec. 1. de except. & Bellam. in decis. vlt.* & ita voluisse Dominos, ait in sua *decis.* 561. licèt in primis arguat in contrarium, & allcget Palatium contra dictam restrictionem seruasse, idemque reperitur conclusum in *decis. 2. de sequest. possess. prope finem*, quamuis superius in secūda columna *versic. Nec obstat*, dicat secundum Vbertum, quòd ea decisio iniquitatem continet, ea ratione motus, quia facile homines sunt proni ad peierandum, *iuxta text. in cap. & si Christus de iur. iuran. & idem Aegid. in decis. 492.* dicit quòd pars aduersa potest se opponere articulis, post conclusionem in causa admissis.

144 Sed quod illi possint dari tenet *Rota decis. 14. in fine de testib. in nou.*

145 Concorda tu tamen, quod scilicet prima opinio procedat, quando terminus non fuisset peremptorius. Secunda verò, quando secus, quia in secundo casu, quis audiri non debet etiamsi materia superuenisset de nouo nam habemus, quòd illius termini lapsus viam contumaci præcludit, neque ille *text. in cap. pastoralis de except.* quicquam facit, quia non loquitur in illis casibus, in quibus terminus assignatus esset peremptorius, & sic quādo essemus in exceptionibus peremptorijs, immò cum materia illius capituli sit exorbitans, ex quo iubet, quòd stetur iuramento vnius articulantis, & sit quodammodo velle viam malitijs aperire, igitur extra suos terminos extendi non debet, vt pulchrè ait *Compostell. in cap. quod sic propè finem de elect. idemque ait Specul. in tit. de except. in vers. Sed pone, Io. Andr. sequitur Compostell. in eodem cap.* præterquam in casibus à iure expressis, de quibus *in c. circa, & clem. constitutio de elect.* licèt in regula, *ea quæ de reg. iur. in 6.* aliter distinguat, & ad sciendum, quando terminus sit perēptorius vide quæ dixi supra *in extensione 13. versic. Et ad id num. 108.*

146 Contra *Compostell. tenet Ant. in d. cap. quod sunt*, idemque tenuere *Imol. Abb. & omnes moderni in cap. pastoralis*, vbi argumenta *Compostell.* tollere videntur.

147 Ego verò circa hanc materiam, quando scilicet sit standum iuramento vnius, & quando non, opiniones istorum Doctorum tali modo concordarem, nempe quod illa *Compostell.* procedat si interesse, de quo agitur esset magnum; Altera verò contrariū tenentium, quando illud esset modicum, nam quis facilius ex re magna, quàm ex parua ad delinquendum allicitur, vt in simili fuit per me dictum supra in verbo *Amissio scripturarum* idemque ait *Gratian. lib. 2. discept. cap. 262. nu. 34.* vbi dicit, quòd quis ratione magni præiudicij peieraturus præsumitur, & *Rota in Valentina illegitimi-*

timitatis coram Card. Caualerio, *qua est inter crimin. Farinacc. dec.* 267. *n.* 4. *& seqq.*

148 Sed quoad alteram partem, dum dicitur, quòd dato etiam, vt materia obiectiua superueniat de nouo post terminum peremptorium lapsum, & conclusionem in causa, ea non sit admittenda, ego non me subscriberem per eam regulam, nempè, quæ de nouo emergunt nouum iudicium expostulant, & per alteram, non probata probabo, & non deducta deducam, vt ait *Rota decis.* 8. *de except. in antiq. Card. Seraph. dec.* 575. *num.* 4. *& decis.* 618. *num.* 8. *part. secunda recentior.* & veluti infra dicam in 8. Notabili. Et sic opinioni *Bellameræ* ego inhereo *in d. decis.* 561. quicquid dicant *Butr. Abb. & Felin. in d. c. pastoralis*, quia illis optimè respondet *Dec. ibidem*, qui opinionem *d. Bellam.* sequitur.

149 Restringe decimò, quandò essemus in causa prophana, in qua articuli obiectiui; etiam post terminum dati in causa admittuntur, vt ait *Rota dec.* 27. *de testib. n antiq. & dec.* 9. *in nou.*

150 Extende primò procedere etiam vsque ad conclusionem in causa de æquitate, vt ait *Rota decis.* 21. *de testib. in antiq. & d. dec.* 9. *eod. tit. in nou.*

151 Sed *Rota in d. dec.* 9. *de testib. in nou.* videtur velle, quòd ita demum post terminum in causa prophana admittatur articuli, si sint de iure dantis, & si dentur ante conclusum in causa; *Bellam. vero in decis.* 447. vult quòd articuli in dicta causa prophana admittantur, etiam post conclusum in causa arbitrio Auditoris, si sint de iure dantis, quando causa tamen esset summaria, vel sit conclusum retenta potestate, reuocandi, aliàs non, idemque ait *Riccius in sua collect.* 1811. *par.* 4. *idemq; Bellam. dec.* 439. vbi ait id procedere, etiam quod actio infamet, & ad vindictam tendat.

152 Sed ad hoc, vt dicantur pertinentes in causa prophana debent nasci ex libello, quia solum super contentis in libello lis contestata dicitur, sed est benè verum, quòd si directè, vel indirectè necessario, siue adminiculatiue respicerent contenta in libello, aut largo modo ad causã facerent, admittendi venirent, *Vrsill. ad Afflict. de c.* 7. *num.* 1. idemq; ait *Aegid Bellam. decis.* 168. *& Gayl. dec.* 81. *p.* 1. *num.* 5. *& Riccius vbi supra.*

153 Aliàs si non essent formati ex substantia libelli impertinentes dicerẽtur, & per consequens reijciendi venirẽt, vt ait *And. Gayl. in d. dec.* 81. *par.* 1.

154 Item secus esset, quãdo nullo modo facerent ad causam, quia tunc illi ante omnia sunt reijciendi, nisi tamen dubium extaret, an illi essent admittẽdi, *idem Vrsil. d. dec.* 7. *n.* 3. *&* 4.

155 Et ratio prædictorum ea est, quia articuli dicuntur ab arru, hoc est à mẽbro causæ, & propterea diligenter sunt ab ipsa petitione formandi, vt ait idem *Vrsill. ibi sup. n.* 8.

156 Extende secundò illam restrictionem eò magis procedere, quando essemus in causa criminali pro defensione, etiam post publicatum processum, quia tunc etiam articuli, & testes de directo cõtrarij possunt admitti, vt ait *Franch. in dec.* 470. *Capic. dec.* 81. *Vrsil. ad Afflict. decis.* 235. & multò facilius procederet ẽt in causa ciuili, qñ à minore muliere, & Ecclesia prouenirẽt à quibus possunt dari articuli de directo contrarij illis partis aduersæ, per viam restitutionis in integrum, vt ait *Afflict. dec.* 216. *n.* 2. & ibi quoque *Vrsill.* qui docent in quibus casibus possint dari articuli de directo contrarij.

157 Extende tertiò, idem procedere in causa matrimoniali, vt testatur *Thesaur. dec.* 262. *in fine*, *& Faber decis.* 5. *C. de probat. & Riccius in sua collect.* 1333. *prope fin. par.* 4.

158 Restringe vndecimò, vbi termini essent nulliter seruati, & reiterarentur, nam in termino ad articulandum possunt dãri obiectus, & articuli obiectiui, à quibus articulans erat exclusus, si termini fuissent benè, & legitimè seruati, vt ait *Rota decis.* 11. *de probat. in antiq. & decis.* 13. *de testib. in nou.* Et propterea videmus, quod quando examen factum in vim primæ remissoriæ detegitur nullum, tunc erit concedenda secunda remissoria; & ratio istius conclusionis est pulchra; nam aut testes, secũda vice examinati, idem

de-

deponent, quod in prima, & tunc timor subornationis cessabit, aut deponent contrarium, & tunc eorum dictũ non erit releuans, vt fuit dictum in *Conchen.decimarum 15.Ianuarij 1619 coram Pirouano, & decis. 11. de probat. in nou. & per Cardinalem Caualerium decis. 423. num. 2. & per Burattum dec. 180. & ibi per D.Addentem.*

Extende, quòd quando primum examen est nullum, tunc possunt examinari noui testes, super eisdem articulis, siue nouis; Quinimmò id procedit etiam, si testificata fuerint didicita, at secus extra istum casum nullitatis examinis, quia tunc remissoria secunda in eadem causa non esset concedenda super eisdem articulis; immò neque etiam super nouis, ob metum subornationis, vt ait *Dominus Addens ad eam decisionem Buratt.* 180. *sub littera A. idem ait Thesaurus decis.* 28 *num. primo, Cardin. Caualer. decis.* 425. *num.* 2. *& decis.* 13. *de testibus in nouis, & decis. prima de probationibus in antiquis, sed Menochius de arbitr. lib. primo, quæstione* 34. *num.* 13. *& sequen.* dat pro cautela, vt ille, qui videt suam intentionem non probasse, curet, si fieri potest, vt examen, siue termini tenti nulli declarentur, ad hoc, vt de nouo noui testes producere possit. Veluti eodem modo noua remissoria esset concedenda, si causa aliqua ita suaderet, vt fuit dictnm *a Rota per Burattum decisione* 819. *num.* 1. *& dec.* 827. *num.* 3. *&* 6.

159 Restringe duodecimò, non procedere ex stylo Palatij (vt superius diximus post sextam, & septimam Extensionem in versiculo *Contrarium*, *num.* 92.) in vim cuius huiusmodi articuli admittuntur in tertia instantia post terminum, quia nullum aliud tempus superest, quo possint dari, & licèt regula sit, quod articuli repellantur obiectiui, quia præsumuntur calumniosi: Fallit tamen, vbi de irreparabili præiudicio ageretur, quia tunc nemo repellitur, ex quacumque præsumptione calumniæ, vt ait *Bald. in l. prima, qui accuss. non poss. Ant. in cap. licet causam, de probationib. Alexander consil.* 17. *num.* 6. *colum. secunda, volum. primo*, & ideò de æquitate ne articulus prorsus pereat, Rota, siue Palatium admittit articulos obiectiuos, etiam post terminum datos.

Quod tamen Declara verum de æquitate, at secus forsan veniret dicendum de iuris rigore, *vt ait Rota decis.* 9 *de testibus in nouis.*

160 Restringe decimotertiò non procedere, si quis impetrauit dignitatem aliquam, vti vacantem *per extrauagan. execrabilis*, & alter eamdem impetrauerit, per alteram extrauagantem, & alio quouis modo vacandi, per dictam decretalem execrabilis, & eam primus obtinuerit, vti magis diligens, quia postea, si secundus obtinens in tertia instantia velit transire ad modum vacãdi, per decretum de mulcta illud facere poterit virtute illius clausulæ, Et alio quouis modo, & sic post terminum erit admittendus ad articulandum, vt redeat ad modum vacandi, sibi magis proficuum, nec tunc censerentur articuli obiectiui, nec minus exactæ specificationes essent necessariæ, vt optimè ait *Bellamer.decis.* 430 *per totam.*

161 Restringe decimoquartò, veluti, quando in termino esset data vna materia obiectiua, quia si postea aliæ dantur ad eam coadiuuandam, quæ ex eodem medio nascerentur, tunc deberent admitti, vt ait idem *Aegidius Bellamera decis.* 435. *& decis.*436. vbi ponit exemplum de eo, qui contra instrumentum permutationis dedit in termino, quòd ea fuit facta ab infirmo contra *text. in cap. secundum de renunc. in* 6. postea vult dare, quòd erat demens, & aliàs fraudulentam illam permutationem docere, vt ait *Aegid. viden. decis.* 501, & latè dicam in octauo notabili.

162 REGVLA quinta super eo versatur, quando scilicet articuli sint benè specificati, & formati, ita ut veniant admittẽdi, *iux. Rot. in dec.* 28. *& dec.* 31. *de testib. in antiq.* Et nota, quòd in dubio tales præsumuntur, vt ait *Anna sing. siue dec.* 622. Vndè ad hoc, vt præsumantur tales, & non calumniosi, & ad hoc vt suspitio calumniæ cesset, debent exactè specificari, vt ait *Rota decis* 1 *de accus. in nou.*

nou.& decis. 18. *de except. in antiq.*

163 Sed de exacta eorum specificatione erit intelligendum iuxta *d. decis.* 18. *in nou. de testib.* Nempè aut nullo modo sunt de iure dantis, & sic sunt merè obiectiui, & tunc exacta specificatio esset necessaria, aut vero ius dantis continent, & tunc licèt sint obiectiui, tamen non ita exactam specificationem requirunt.

164 Et ad hoc, vt in materia obiectiua dicantur exactè specificati, opus est nomen, locum, mensem, & alias circumstantias exprimere, sed non diem, & horam, nisi tamen essent de substantia materiæ in articulis deductæ, *vt ait Rota eadem decis.* 18. *de testibus in nou. & de cis.* 28. *in antiq. & Boer. decis.* 321. *& Marta in dicta compilat. decis. in verbo Articuli cap.* 28.

165 Aliàs, quando non sint tali modo benè specificati, vel dispositiuè dati, quis eis respondere non cogitur, *vt ait Rota decis.* 29. *de testib. in antiq.*

166 Et illorum verba, nota, quòd sunt intelligenda, & declaranda secundum verba præcedentia, vtputa, si in eis fuerit dictum de dicta Vicaria, Nam licèt quatuor Vicariæ sint expressæ in præcedentibus, & deinde de vna agatur, tamen debet restringi secundum præcedentia, & de ea intelligi, de qua in eis principaliter agitur, non autem de aliis, etiam si materia sit obiectiua, *vt ait Aegid Bellamer. dec.* 579.

167 Amplia, quòd neque etiam vnus teneatur respondere articulo incerto, *vt ait Francisc. Marcus de .is.* 722. *num. primo, par. prima*, vbi propterea ait, quòd pars non debet dare articulos sub nomine generico, sed eos specificare tenetur, ex traditis per eundē *Marcum in præcit. loco.*

168 Et ratio est, quia positio debet esse clara, non autem obscura, & incerta. Item debet esse simplex, & non implicita, & propterea procuratores debent addere illam clausulam diuisim, vel coniunctim, *vt ait Bald. in* §. *obseruari allegat. à Borello in dicto tit.* 1. *de articul. num.* 73. *& seq. & Franc. Marc. dec.* 722. *num.* 1. *& seq. par.* 1.

169 Subamplia primò, quod neque vnus teneatur respondere articulo inuerisimili, neque ad causam facienti, *vt ait Rota dec.* 630. *in antiq. Veral. in dec.* 327. *num.* 1. *lib.* 2.

170 Secus autem, si alternatiuus esset articulus, quia non per hoc in causa criminali libellus reiicitur, *vt ait idem Francisc. Marc. decisione* 720. *par.* 1.

171 Subamplia secundò, quòd neque vnus teneatur respondere articulo factum alienum continenti, cum in facto alieno facilè ignorantia arguatur. Secus autem, si articulus ius, aut factum proprium contineret, de quo quis verisimiliter cognitionem habere posset, veluti hæres in facto testatoris, quia tunc respondere tenetur, & sic igitur declara veram hanc propositionem, quando positio, siue articulus esset de eo iure, quod est in corpore Iuris clausum; secus verò, si illud ius esset de iure speciali consuetudinario, vel statutario, quia tunc de iure municipali esset facienda responsio articulo etiam ius continente, *vt dicunt Doctores allegati à Borello in titulo primo de articulis num.* 62. *& sequentib. & Ioseph Ludouic. decis. Perus.* 8. *nu.* 15. *& seqq.*

172 Subamplia terriò, quòd neque positioni negatiuæ, quis respondere tenetur, quod tamen declara non procedere, quando positiones negatiuæ essent necessariæ, quia tunc illis respondere tenemur, veluti etiam si essent probabiles, quia omne, quod est probabile est possibile; secus autem, quando positiones essent improbabiles, & non necessariæ, *vt ait Franeisc. Herculan. in suo tract. de negatiua num.* 209. *& Curt. in tract. positionum num.* 36. *& Borell. ibi supra num.* 70. *& seqq.* & tunc, quādo sint vno, aut altero ex prædictis modis, standum est Iudici, vt dixi superius.

173 Declara hic igitur primò, quòd articuli erunt benè specificati, & admittendi, si in eis diceretur, quòd Ecclesia est annexa Hospitali à tanto tempore, cuius initii memoria non extat, & licèt non exprimant, quod illud Hospitale auctoritate Episcopi fuerit fundatū, nihilominus erunt admittendi, quia sunt

de

de iure dantis, necnon etiam, quia tanto tempore omnia solemniter gesta censentur, vt dixi in verbo Alienatio rei Ecclesiæ, ex mente *Rotæ, & est decis. vlt. de testib. in antiq. iuxta impress. antiquam.*

174 Declara secundò, quòd erunt admittendi, licèt non sint benè formati, & specificati dicti articuli obiectiui, si tamen illos dans in probatione esset, *Rota dec. 28. de testib. in antiq.*

175 Declara tertiò, idem procedere contra absentem, contra quem articuli obiectiui, & non benè specificati admittuntur, *vt ait Bellamer. decis. 434. & Marta in dicta compilat. decision. tomo primo in verbo Alimenta, cap. 29. & Gail. dec. 81. par. 1.*

176 Declara quartò, quòd admittuntur, & erunt boni, si articulus vnus (verbi gratia) erit infirmitatis; alter verò furoris, *vt ait Aegid. decis. 499.*

177 Declara quintò, quòd erunt boni articuli, quando dantur plures materiæ obiectiuæ ab eadem parte, quarum vna sit benè specificata, aliæ verò non tàm benè formatæ, quia tunc tanquam vnitæ, & coadiuuatæ admittuntur, *vt ait Aegid. Bellam. decis. 500.* iuxta illud dictum, *Virtus vnita fortior. Cardin. Seraphin. decis. 1364. num. 3. & Marta in dicta compilat. decis. tom. 1. cap. 41. in verbo Alimenta.*

178 Declara sextò, quòd illi non sunt reiiciendi, si in eis contineatur simulatio priuilegii, nec species simulationis fuerint declaratæ, *idem Anna in dicta allegatione 77. & Riccius in dicta sua collectanea 1312. propè med. par. quarta.*

179 Declara septimò, quòd admittuntur articuli, quando minor, siue Ecclesia in eis assereret, se læsam, quãuis non diceret enormiter, quia isto modo concepti concludunt, dummodo aliàs de læsione in actis constaret, *vt ait Bellam. dec. 33. n. 1. Alex. in c. ex ratione col pen. propè princ. de appell.*

180 Declara octauò, quòd sufficit ad probandam præscriptionem, si in articulis longa possessio, & fructuum perceptio deducatur, licèt nullum verbũ de præscriptione faciant. Et ratio est, quia articuli debent esse facti, & non iuris, *vt ait idem Bellam. dec. 34. n. 1.*

181 Declara nonò, quòd Articuli non sunt reiiciendi, quando per reum conuentum fuerunt præsentati super possessione recuperanda, & respicerent factum proprietatis, *vt ait Anna in sua allegat. 77. Faber. dec. 89. C. vnde vi, Triuisan. in decis. Senat. Veneti 4. num. 15. & Afflict. decis. 7. num. 4. & ibi Vrsill. num. 1. & seqq.*

182 Extende primò, quòd articuli petitorium concernentes non sunt omnino impertinentes, nec irreleuantes in iudicio manutentionis, sed admittuntur, *vt ait Rota apud Gregorium XV. in sua decis. 412. num. 3. Afflict. & Vrsil. ibi supra.*

183 Extende secundò, quòd etiam in principio tales articuli petitorium cõcernentes sunt admittendi quatenus pro eorum probatione excluderetur possessio prætendentis se spoliatum, aliàs non, *vt ait Rota decis. 9. de concess. preben. in antiq. allegata à Riccio in sua collect. 1811. propè princip. par. 5. idem Vrsil. ibi in præcitato loco.*

184 Contrarium, quòd scilicet articuli concernentes proprietatem à principio sint reiiciendi in iudicio possessorio, *ait Vrsil. ad Afflict. in dec 193. n. 1.*

185 Sed istæ opiniones optimè concordantur, ex ratione in prædicta secũda extensione deducta, & sic quòd prima procedat, quando ex illis excluderetur possessio spoliati, secunda verò quando secus.

186 Extende tertiò procedere in articulis dicentis se eodem die spoliatum à diuersis, quia cum plures, potuerint concurrere ad illud idem delictum, ideò impertinentes, neque contrarii censentur, & sic admittẽdi sunt, *vt ait Bellam. dec. 390. & Ricc. ibi supra.*

187 Extende quartò, quando articuli post suspensionem petitorii essent dati ab vtraque parte super possessione, & proprietate, quoad colorandum, vel discolorandum possessorium, quia tũc sunt admittendi, & sic eis erit respondendum, *vt ait Bellamer. decis. 213. & Marta d. compil. dec. to. 1. in verbo Articuli c. 7. Vrsil. d. dec. 7. nu. 1.*

188 Fallit tamen primò, si articuli darētur in interdicto vti possidetis super proprietate, quia tunc essent reiiciendi, *vt ait Gaspar Guglielm. in decis. 2. p. 2. Cameræ Imperialis.*

Contrarium tamen, vt scilicet articulus de proprietate in possessorio retinendæ sit pertinens, & releuans ex eo, quia causæ principali adminiculum præbet, necnon, quia possessio titulata nudæ possessioni est præferenda, cum ex titulo magis iustificetur, *ait Gail. in decisione* 81. *num.* 7. *par. prima.*

189 Fallit secundò, si super execrabilitate in materia spolii eos peteretur admitti, quia tunc non sunt admittendi, cum ex probatis, non autem ex probandis restitutio impediatur, vel quia etiam petitorium sapiunt, *vt ait Put. dec.* 70. *lib.* 1.

190 Secus verò, si illi vellent dari super liquidandis fructibus à spoliante perceptis, quia tunc admittendi venirent, etiam si spoliator eidem spolio cesserit, *vt ait Rota per Verall. decis.* 43. *par. prima.*

191 Sed animaduertas tamen, quòd iidem articuli non recipiuntur in causa liquidationis fructuum, qui fuerunt recepti in causa principali, *vt ait Franchus decis.* 685. *& Marta dicto tom.* 1. *in verbo Articuli cap.* 70.

192 Declara decimò, quòd nō prohibetur parti articulos contrarios ponere, quando perempta est instantia, & noua incohetur, & sic igitur illi tali casu erunt admittendi, *vt ait Afflict. in decis.* 216. *& ibi Vrsill. & Riccius in dicta collectanea* 1312. *versic. Limita tertiò, & Francisc. Marc. in decisione* 720. *par. prima*, vbi loquitur de nouo articulo admittendo, vel repellendo.

193 Declara vndecimò, quòd non sunt reiiciendi illi dati de directo contrarii articulis partis aduersæ in causa appellationis, quando testes in termino probatorio super articulis partis non plenè probarunt per regulam, Non probata probabo, cum probationes non sunt angustandæ, vt superius diximus, & veluti ait *Triuis. dec. Rota Veneta* 43. *lib.* 1. *& Afflict. d. dec.* 216. *nu.* 4. *&* veluti dicam inferius in octauo notabili, *& Rota per Burat. dec.* 351. *nu.* 2.

194 Declara duodecimò, quòd illi sunt admittendi, qui dantur super eo, quòd testes examinati super articulis partis aduersæ, corrupti, & subornati falsum deposuere, *idem Afflict. d. dec.* 216. *n.* 5. *& Anna* refert ita fuisse decisum per sacrum Concilium in suo *singul.* 425. *& latè Riccius in sua dec. Curiæ Archiepiscop.* 200. *& in sua collectan.* 1312. *propè fin. par.* 4.

195 Declara decimotertiò, quòd articuli in termino præsentati, possunt in causa appellationis iterum præsentari, & alios testes inducere ad probandū illud idem, si prius pars aduersa contrariū probauerit, & testes publicauerit in termino repulsatorio, vt ait *Anna in sua dec.* 425. *& Affl. d. dec.* 216. *n.* 4. *& Surd. decis.* 296. *n.* 1. *& seqq. & prius dec.* 126. *n.* 11. *licèt ibi in d. dec.* 296. *n.* 3 dicat, ꝙ vbi clarus est articulus partis reprobare volentis dicta testium aduersariorum, ita vt altera pars instrui possit, ea non debet expectare publicationem testium reprobatorū, sed incontinenti contrarium probare, aliàs facta publicatione non admittitur ad comprobandum dictum suorū testium reprobatorum, *idem Surdus ibi sup. d. dec.* 296.

196 Declara decimoquartò, quòd etiam articuli declaratorii, causam de qua agitur respicientes, sunt admittendi, qui alio nomine additionales vocantur, *vt ait Francisc. Marcus decis* 720. *n.* 5. *par.* 1. *& dicam in* 8. *not.*

197 Declara decimoquintò, quòd articuli concernentes terras, de quarum decimatione agitur, non extare in diœcesi dicuntur releuantes, & sic veniunt admittendi, *vt ait Rota per Greg. Decimumquintum decis.* 415. *num.* 2. & isti articuli concernentes fines diœcesis, & Parrochialitatis sunt releuantes pro obtinenda remissoria, quia materia decimarum dicitur prophana ad effectum obtinendi eam, *vt ait idem Gregorium decis.* 413. *& prius dec.* 174. *& ibi addent.*

198 REGVLA sexta erit super eo, quòd articuli vti impertinentes, vel malè ordinati non sint admittendi, sed reijciēdi, aliàs appellari debet, *vt ait Masc. de probat. conclus.* 132. *num.* 1. Et primò, tales

tales dicuntur, quando quis super eisdem produceret articulos de directo illis aduersarii contrarios, vt puta si in causa liquidationis darentur articuli illud idem continentes, quod in primo termino in causa articulatum, siue positum fuit, quia tunc illi sunt reiiciēdi; licèt secus esset, quando essemus in beneficiis, in quibus illud idem ponipotest in secunda, quod fuit positum in prima instantia, vt ait *Vinc. de Franch. decis. 683. & Afflict. decis. 35.* & vide plura exempla, quando dicantur tales *in dec. 772. n. 2. & seqq. par. 3. recent.*

199 Declara tamen istud esse verum, si illud specificè continere viderentur, at secus, si genericè veniret, *Balb. decis. 199.*

200 Extende primò, quòd quando sunt tales remissoria non est concedenda *Cardin. Seraphin. decis. 1364. num. 2. & Rota decis. 582. num. 5. & seqq. par. 1. recentior. & in secunda par. decis. 589. num. 1. & per Buratt. decis. 357. num. 4.*

201 Contrarium tamen, quando articuli essent releuantes, & calumnia abesset, quia tūc remissoria non esset deneganda, & tūc calumnia excluditur, quoties de eorum releuantia constet, vt ait *Caputaq. decis. 56. & 68. p. 3. & Ro. in Braecharen. Decimarū 20. Maij 1591. coram Cardin. Pamphilio, & in Tirasonen. Canonicatus 10. Decembris 1610. coram Pirouano, & in Bononien. Cappellaniæ 24. Ianuarij 1611. coram eodem, quæ est inter crim. Farinac. decis. 306. num. 1. Greg. dec. 191. & 415. 523. & 562.* & tandem *in Leodien. Castrorum Veneris 17. Maij 1630. coram Motmanno,* & tunc pro ea obtinenda est necessaria citatio partis ad videndam eam decerni, vt ait *Rota per Buratt. dec. 164. num. 5.*

202 Et tenendo hanc secundam opinionem, amplia id, quod fuit dictum de remissoria danda, quando constaret de releuantia articulorum procedere, etiam sine fumo in prophanis, *Rota decis. 298. num. 2. inter crimin. d. Farinacij, & Gregorius decis. 124. & 403. & 562. & decis. 102. num 1. par. 1. diuers. & in d. Leodien. Castrorum Mercurij 4. Iulij 1629. coram Motmanno,* & ibi docetur, quādo de eorum releuantia constet, & præsertim circa probationem doli, ac metus, etiam in constantem virum cadentis, necnon de solito minas exequi.

203 Subamplia primo procedere, quòd scilicet in qualibet instantia erit concedenda remissoria, quando prædicta in causa prophana concurrunt, vt fuit dictum *in Mediolanen. rescissionis permutationis Veneris 16. Ian. 1598. coram Card. Pamph.*

204 Subamplia secundo procedere, ētsi vnus tantum ex illis articulis esset releuans, qui pro obtinenda remissoria sufficiet, idem *Papa Greg. dec. 124. n. 3. & decis. 403. n. 7. & Rota dec. 677. n. 1. p. 1. & dec. 661. n. 4. par. 2. recent.*

Secus autem si omnes reperirentur irreleuantes, quia tunc ea uti calumniosa concedenda non veniret, veluti exactè examinando irreleuantiam nouem articulorum fuit resolutum *à Rot. in Taruisina feudi Veneris 14. Febr. 1631. coram Queipo.*

Extēde, q eodem modo veniret dicendū quando suspicio calumniæ esset vehemens, vt requiritur, quia leuis non sufficit, vt fuit dictum *in Placentina Decimarum Castanearum 10. Ian. 1624. coram Buratto, & prius in Terdonen. Præpositura 1. Decemb 1600. coram Coccino, & in Leodien. fideic. 29. Iun. 1615. coram Pirouano, & in Leodien. pactorum dotalium 10. Maij 1621. coram Vbaldo, & in Giennen. portionis 4. Decembris 1613. coram Buratto.*

205 Subamplia tertiò, quòd fumus sufficiat pro habendis remissorialibus, etiam data iuris resistentia, vt ait *Cass. ad. decis. 4. de dilat. Rota dec. 571. p. 2. recentior.*

206 Sed quòd pro habenda remissoria sufficiens fumus resultet ex testibus nulliter examinatis, ait *Rota per Gregorium decis. 163. & ibi per addent. num. 10. & dec. 562. n. 6. in additionib.* & fuit dictum *in Colimbrien. Matrimonij 6. Nouembris 1617. coram Buratto, & in Bergomen. pension. 8. Nou. 1624 coram eod. & in Oxomen. Canonicatus 2. Mar. 1622.* & ratio est, quia testes ēt nulliter examinati faciunt adminiculū

Rota per Gregor. dec. 361. & 562. *n.* 4. & *per Buratt. dec.* 68. & *dec.* 661. *n.* 1. *par.* 2. *in recent. Cassad. dec.* 3. *n.* 2. *de dilat. Caputaq. dec.* 208. *num.* 10. *par.* 2. & ita fuit dictum *in Leodien. Castrorum Mercurij* 4. *Iulij* 1629. *coram Motmanno.*

Extende, quòd fumus desumitur etiam ex sententia obtenta in partibus ad sui fauorem, nec non ex ea omnis præsumptio calumniæ cessaret, vt ait *Rota per Gregor. dec.* 276. *num.* 3. vbi aliæ decisiones allegantur, siue etiam si sententiam in partibus habuisset cõtra se, quę tamen reuocata fuisset, vt ait *Rot. dec.* 677. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* & *per addent. ad Greg. d. dec.* 276. *num.* 8.

Declara tñ, q̃ qñ non datur fumus *Rot.* solet denegare remissoriã, ex sola calũniæ præsumptione, vt fuit resolutum *in Hispalen. primitiarum* 15. *Decembris* 1617. *coram Andrea*, & *Rota per Gregor. in dec.* 414. & *ibi per addent. num.* 13. *Seraph. decis.* 1470. & *decis.* 589. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* & *in Meliten. habitus* 19. *Nouembris* 1618. *coram Buratto.* & *in Romana Molendini* 2. *Maij* 1619. *coram Dunozetto,* & *in Neapolitan. literarum cambij* 13. *Nouembris* 1620. *coram eodem,* & *in Cæsaraugustana electionis* 28. *Iunij* 1623. *coram Reuerendissimo Cocciuo Decano.*

207 Extende secundò dictam regulam sextam, vt scilicet impertinentes quoque dicerentur articuli præsentati in termino repulsæ, illud idem continentes, quod fuerat positum in primis articulis de directo eis partis aduersæ contrarijs, quia tunc sunt reijciendi, vt ait *Afflict. decis.* 216. & ita quoque fuit resolutum *à Rota in vna Genuen. Cappellaniæ Veneris* 15. *Iunij* 1612. *coram Cardin. Caualerio, quæ est decis.* 424. *num.* 2. *par.* 1. *in recentior.* & *in eius impress. dec.* 208.

208 Contrarium licèt videatur tenere *Amat. in sua decis.* 78. *Rotæ Marchiæ.*

209 Sed primam opinionem tenendo vti magis à Doctoribus, & à *Rota Romana receptam*; Amplia primo eam procedere, si articuli inuicem repugnent, quia tunc illi calumniam arguerent, vt ait *Anna in suo singul. siue decis.* 425. & *Card. Seraphin. dec.* 1364. *num.* 5. & 7.

210 Amplia secundò, eam quoque procedere licèt articuli non essent iidem in effectu, cum prioribus in prima vice datis, quorum testificata didicita fuere, quia tunc non admittuntur testes super iisdem, vel directe contrariis, ob timorem subornationis, & maximè quando essemus in materia suspecta, vt ait *Rota per Card. Seraph. in sua dec.* 688. *n.* 1. & *dec.* 690. *num.* 1. & *per Greg. dec.* 497. & *dec.* 583. & *ibi per adden.* & *multa aliæ decisiones sub n.* 215. *allegandæ.*

211 Et ad hoc nota, quòd licèt *Rota* ex stylo sit solita admittere testes post visionem processus; nihilominus, cum id sit exorbitans à iure communi; Igitur, si fortè ille stylus allegetur, tunc non est extendendus, sed coarctandus vt fuit dictum in *Nullius Montis Portij* 20. *Maij* 1580. *coram R. P. D. Brauo.*

212 Declara tamen, quòd possunt post didicita testificata testes admitti ab vtraque parte ex pari indulgentia hinc, inde, vt ait *Cardin Seraphin. in d. dec.* 688. *num.* 4. Sed si non admittantur sub prætextu publicationis aliorum, nota, quod debet plenè constare de didicitis testificatis aliàs essent admittendi, ad faciendum examen, vt ait *Rota in decis.* 118. *num.* 3. *lib.* 2. *par.* 3. *diuers.*

213 Amplia tertiò, si testes super tota causa iurassent, quia tunc noua admissio articulorum erit deneganda, vt fuit dictum *à Rota per Card. Seraph. in d. dec.* 690. *n.* 1.

214 Amplia quartò, idem procedere, quando articulus daretur sub contrarius articulo remissoriæ, quia tunc ille non esset admittendus, vt ait idem *Cardin. Seraphin. in d. dec.* 690. *num.* 2. veluti ẽt dicitur, quando cõtineret aliquid, quod partium conuentioni contradiceret, vt ait *Rota dec.* 772. *num.* 5. *par.* 3. *recent.* siue quando aliquid cõtineret, quod probatum non releuaret, *Rota decis.* 634. *num.* 3. *d. par.* 3. *recent.*

215 Sed quando articulus dicatur nouus, siue contrarius, considerarur sub-

substãtia, quę si contineat idem, quod antiquus, tunc non diceretur nouus, & contrarius, licèt in sono, & cortice verborum differat; secus si è conuerso, quod est animaduertendum, ad effectum sciendi, quando noua dicatur admissio articulorum, & quandò non, ad hoc, vt videatur si examen testium sit admittendum, siue denegandum, veluti animaduertit *Rota per Papam Gregorium in sua decis.* 497. *num*.3. & latè de hoc ait *Farinac. de testib. q.*75. *cap.*2. *per totum*.

Et sic igitur, ad istum effectum excludendi remissoriam sufficit, si articuli noui eandem materiam contineant, quamuis sub verbis diuersis conceptam, quia non verborum structura, sed articulorum substantia venit attẽdenda, vt fuit dictum *à Rota per Gregor. in præcitato loco, & in Ianuen. pecuniaria* 5. *Iunij* 1614. *coram Vbaldo, & in Pampilonen. iuris visitandi* 15. *Martij* 1624. *coram Merlino, & per Buratt. dec.*163. *num*.3. *& in dec.* 180. *num*.3. *& dec.*392. *num*.3. *& dec.*827. *num*. 4.

216 Amplia quintò dictam primam opinionem multò magis procedere quando essemus in re iudicata, siue post trãsactionem, quæ vim rei iudicatæ habet, quia tunc cum finis liti impositus dicatur, nec per cõsequens vlterius probationes sunt recipiẽdæ; Et sic nimirũ igitur si remissoria amplius in illis casibus non sit concedenda, vt fuit dictum *in Parmen. transactionis* 20. *Decembris* 1627. *coram Durano, & per Card. Caualer. dec.*13. *num*.1. idem ait *Rota per Gregorium XV. decis.* 92. *num*.3. *Card. Seraph. decis.*1508. *num*.1. *Rota decis.*406. *num*.2. *par*.2. *in recent.* & ita quoque fuit resolutum *in Barchinonen. Legitimitatis* 14. *Februarij* 1613. *coram Card. Caualerio, & in Pampilonen. tributi* 15. *Ianuarij* 1614. *coram eodem*. Et veluti eodem modo ea deneganda veniret, quando pars distulisset eam petere per longum tẽpus, quousque causa per plures decisiones fuisset discussa, quia tunc intraret præsumptio calumniæ, vt scilicet ea peteretur, ad euitanda fundamenta decisionum causæ, & vt ipsam executionem mandatorum impediret quia tunc dictæ parti, vti nimis contumaci deneganda veniret remissoria, immo isto casu potius esset locus declaratoriæ, quàm remissoriæ, vt ait *Cassad. decis.*6. *num*. 2. *de caus. possess. & propr. Mohed. dec.* 1. *de sent. excomm. Rota decis.* 445. *num*. 4. *par*. 2. *recent.*

Et prædicta eò magis procederent quando essemus in iudicio summarissimo possessorio, vt ait *Rota decis.* 641. *num*.8. *par*.1. *diuers. & Card. Seraph. decis.*294. & ita de prædictis omnibus fuit vltimo loco resolutum *in vna Collonten. Monasterij Lunæ* 12. *Februarij* 1629. *coram Coccino, & facit decisio Buratti* 551. *num*. 10.

217 Subamplia prędicta quoque procedere, etiamsi Signatura ordinasset, quod petens remissoriam esset audiẽdus, cum illud veniret intelligendum respectu probationum iam factarum tantùm, veluti ita fuit dictum à *Rot. per Gregorium XV. in sua dec.*211. *num*.3.

218 Quod tamen declara primò non procedere, quando iniustitia rei iudicatæ esset notoria, siue si sententiæ essent nullæ, quia tunc eas neque Rota, nec minus alia suprema Tribunalia obseruant, vt ait *Put. decis.*407. *lib*.1. *& Cæsar de Graff. decis.* 10. *num*. 12. *de re iudicat. & Rota per Gregorium in decis.*317. *num*. 2. *& prius dec.* 184. *& ibi in addit. sub litera B. in fine & prius in Ariminen. Legati* 17. *Maij* 1596. *coram Litta*.

219 Declara secundò ampliationem illam non procedere quoties ille, qui rem iudicatam haberet, passus sit super illius iustitia discuti, quia tunc non esset deneganda remissoria, nec probationes de nouo sunt reijciendæ, vt ait *Mohedan. decis.*4. *num*. 3. *de sent. & re iudic. Rota decis.*55. *lib*.2. *par*. 3. *diuers. & per Gregor. d. decis.*317. *num*. 3. *& n*. 8. *in addit.* veluti etiam si per partem fuisset obtenta restitutio in integrum, aduersus rem iudicatam, quia tunc non obstante dicta exceptione rei iudicatæ; nihilominus veniret concedenda remissoria, vt fuit dictum *à Rota per Gregor. in decis.* 184. *& ibi per adden. num*.7. *& in decis.*276. *nu*.2. *& per adden. num*.7. & denique in

in Leodien. Castrorum Veneris 17. Maij 1630. coram Motmanno, & prius in Toletana Decimarum 10. Martij 1594 coram Card. Pamphil. & in Bergomen. Legati 3. Iunij 1602. coram Ortembergo, & in Bononien. simulationis contractus 4. Februarij 1602. coram Card. Mellino, & in alia Parmen. transactionis 20. Decembris 1627. coram Durano.

220 Extende huiusmodi declarationē procedere, etiamsi ille patiens super re iudicata discuti fuerit protestatus de sua re iudicata, quia ea protestatio tāquam contraria facto non suffragaretur, vt fuit dictum *in Placentina decimarum 5. Iunij, & 8. Octobris 1597. coram Penia.*

221 Subdeclara tamen prædicta non procedere, quando ex iuribus de nouo productis non constaret de iniustitia rei iudicatæ, quia illo casu non diceretur aliquod præiudicium fuisse illatum rei iudicatæ, ex eo, quia super illius iustitia fuerit tollerata discussio, vt fuit dictum *à Rota per Caputaq. in decis. 87. lib. 1. in manuscript. & in alia Burgen. præheminentiarum 3. Iunij 1605. coram Coccino Decano, quæ est in eius impressis decis. 234. num. 4. & prius in Veneta legitimitatis 1. Iulij 1602. coram Card. Pamphilio, & Put. decis. 202. lib. 2.*

222 Et reassumendo dictam regulam sextam, extende tertiò, quòd neque articuli contradicentes *Concilio Tridentino*, vti impertinentes sunt admittendi, vt fuit dictum *in Illerden. Visitationis Veneris 13. Iunij 1603. coram Iusto, quæ est decis. 62. num. 1. & 2. p. 1. in recentior.* & veluti superius dixi in *Regula quarta in extensione 16. n. 112.*

Subextende eodem modo procedere in illis, qui partium cōuentionibus contradicerent, quia tunc illi sunt reijciendi, ut ait *Rot. dec. 772. num. 5. par. 3. recent.*

223 Extende quartò regulam, quòd articuli criminosi vti impertinentes non sunt admittendi, neque illis, quis respondere tenetur, cum nullus propriam, siue alienam turpitudinem detegere teneatur, neque per consequēs in illis locus erit remissoriæ, cum illi maxima calumnia laborare dicantur, vt fuit dictum *à Rot. per Buratt. dec. 357. num. 6. & Verall. dec. 63. num. 3. par. 3.* & veluti quoque in his terminis fuit dictum *in vna Paduana Matrimonij 6. Martij 1595. quæ est dec. inter crimin. Farinacc. 95. num. 2. Veral. decis. 327. num. 5. lib. 2. Magon. decis. Lucen. 25. num. 30. Cappell. Tholos. decis. 371.*

224 Subextende procedere, siue positio crimen directè contineat, siue aliquid ponatur, vel articuletur, quod per indirectum illud crimen contineret, vt ait Card. *Flor. qui ad id allegat Innocen in cap dudum in verbo tandem 2. colum. in 2. opposit. de elect. & Rota decis. 661. par. 1 in recent.* licèt errata sit allegatio, quia ibi in volumine dicitur *decis. 701. sub folio 151. & Borell. d. tit. 1. de articul. num. 59.* vbi ait, quòd quis non tenetur respondere positioni criminosæ, si per eam posset ad criminis notitiam deueniri, idem ait *Rot. dec. 749. lib. 3. p. 3. nouissim. & in d. dec. 661. num. 2. par. 2. in recent.*

Rursus subextende, quod neque ēt quis tenetur respondere illis positionibus, quæ possent facere eum incidere in periurium, vt si quis articularet ma terias contrarias iuramento, *vt ait Rota d. dec. 749. num. 3.*

225 Fallit tamen primò, quando articuli, siue positiones ius articulantis, siue ponentis continerent, veluti fuit dictū *in vna Pacen. Parrocchialis Veneris 14. Februarij 1611. coram Card. Lancellotto Iuniore, quæ est inter crim. Farinacc. dec. 109. num. 2. & Rota dicta decis. 661. num. 2.* vbi subiungit, quòd obiectus partem aduersam excludentes non dicuntur obiectus, sed potius ipsius dantis ius, subdens (ex quo ibi articulabatur de furore vnius) quod dementia non est crimen, sed benè infortunium.

Extende idem quoq; procedere in hærede, siue alio successore, qui pro defensione sui interesse potest opponere de crimine sui authoris, quod tamen declaratur non procedere, vbi ageretur de annullando contractum ex defectu consensus; at secus ad effectum arguendi fraudem alicuius, quia tunc

tunc quilibet interesse habens, potest dare de fraude, & simulatione, etiam si esset hæres simulantis, vt fuit dictum à *Rota in decis.* 237 *num.* 9. *inter criminal. Farinac. & Bellamer. dec.* 715. *per totam.*

226 Fallit secundò, quando respondere debens esset confessus, vel conuictus, siue condemnatus de eo crimine, quia tunc respondere tenetur, cũ eo casu non militet ratio prædicta detegendæ turpitudinis propriæ, quia acta rem notoriam faciunt, vt dixi in verbo Acta, & veluti ait *Aegid. in dec.* 274. & ita quoque declarat *Bart. in l.* 2. *§. quod obseruari, C. de iuram. calum. & in l. Marcellus, §. fin. propè fin. ff. de act. rer. amot.*

227 Fallit tertiò in beneficialibus, quãdo ageretur de remouendo aliquem à beneficio, quia tunc quis articulis, siue positionibus, etiam criminosis respondere tenetur, licèt multi velint id procedere posse, quando crimen esset notorium, & famosum, & sic ita declarant illam doctrinam *Bartoli procedere in dicta l. Marcellus in §. finali in fine*, & inter cæteros id testatur *Abbas in cap.* 2. *de confess. & Moderni in repet. clement. sæpè, §. & quia in glos. prima, in prima Fallent. de verb. signif.* & ibi octo limitationes ad dictam quartam extensionem ponuntur *Cappell. Tholos. decis.* 472. *num.* 2. vbi ait, quòd enormitas criminis, & delictum famosum facit, vt pars cogatur positioni criminosæ respondere, at secus si id de quo quæritur non esset famosum, *vt dicunt addent. ad dictam dec. Cappel. Tholos. num.* 2.

228 Sed ad hoc notandum erit, quòd delicta notoria illa non dicuntur, quæ constant solum ex sententia in contumaciam lata, etiam, quòd ea notoria Iudex asseruerit, quia vltra, quod delictum non dicitur notorium, nisi procedat ex certa scientia, & nisi præcedentibus legitimis probationibus super eo, quòd scilicet illud fuerit ab aliquo commissum; deinde in hoc Iudicis assertioni non est standum; nec minus notorium dicitur delictum, si solũ per publicam vocem, & famam cõstet, quia tales testes de auditu non probant, & præsertim si rationem sui dicti non redderent, at secus, quando eam redderent, *vt fuit dictum in Ciuitatis Castelli Supplementi legitimæ Mercurij 26. Iunij 1602. coram Iusto, quæ est inter criminal. Farinac. decis. 184. per totam.*

Secus autem, quando delictum esset factum coram multitudine personarũ, & ad istum effectũ ꝑ multitudine accipiũtur decem personæ, & sic illud tunc diceretur notorium, & per consequens isto casu leue delictum graue fieret, ratione multitudinis populi, vel ratione loci commissi delicti, *vt ait Put. decis.* 288. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1.

229 Fallit quartò, quando quis cum aliena iactura locupletari vellet, quia tunc articulis, siue positionibus criminosis respondere teneretur, *vt ait Bart. in dicta l. Marcellus in §. finali. ff. de act. rer. amot.*

230 Contrarium tamen huic fallentiæ tenet *Bald. in dicta l.* 2. *§. obseruari, C. de iuram. calumn.*

231 Concordat tamen *Lanfranc. in repetit. l. quoniam contra falsam. de probat. in verbo Responsiones in secunda columna*, dicendo, quòd opinio Bartoli seruaretur in practica, nisi vsus specialis eam opinionem Baldi admitteret; sed ego opinionem Bartoli sine difficultate semper in iudicando tenerem, ex eo, quia deceptis, non autem decipientibus iura subuenire solent, necnon, quia semper magis succurrunt tractanti de damno euitando, quàm de lucro captando, *Corn. consil.* 123. *num.* 4. *lib.* 4. *Crauett. consil.* 21. *num.* 11. *Franc. Becc. consil.* 90. *nu.* 24. *& Maceraten. variar. resolut. resolut.* 111. *sub num.* 34. *lib.* 1. *& Rot. apud Coccin. dec.* 44. *nu.* 5. *&* 6. *vbi ait*, quòd fraus numquam alicui patrocinari solet.

232 Fallit quintò, vt scilicet, quis teneatur criminosæ positioni respondere, vbi proceditur per inquisitionem ex mero Iudicis officio, *vt ait Cappel. Tholosan. in decis.* 372. *num.* 1. *& ibi addent.*

Quod quidem ampliatur eò magis procedere, vt superius dixi, quando crimen esset enorme, famosum, & notorium

torium, necnon impediret executionem alicuius rei, de qua agitur, sed etiam, & facilius, quando non veniret pœna temporalis imponenda, *iuxta tradita per Sicul. in cap. 2. de confess. Bar. in l. transactione, C. de transact. & ibi Bal. idem Bar. in l. quoties §. Prætor, de noxal. & in l. qui iurasse ff. de iur. iur. & in l. penult. in fin. & ibi Bart. ff. de his quib. vt indig. & l. non intelligitur ff. de iure fisci, & l. peti, C. de pet. hared. & per Dominic. in dict. cap. 2. de confess. lib. 6. idē Bart. in l. 2. C. de iuram. calumn.*

Sed rursus distingue in hac materia cum *Cappell. Tholos. in dicta dec 372 num.* 1. vbi ait, quod si petatur respon deri per verbū credo, vel non credo, & tunc quis respondere non tenetur, vt dicunt *Canonistæ in dicto cap. 2. de confess. & ibi Innocent. & in cap. dudum 2. de elect.* Aut verò petitur responderi per verbum Est, vel non est, & tali casu quis respondere cogitur, veluti ita firmat *Bart. in l. Marcellus §. 1. ff. rerum amotar. & ita ait text. in l. lex Cornelia, §. hac ff. de iniur. & l. inter omnes §. rectè, ff. de furt.*

233 Extende quintò, quòd articuli non ius attenrantis respicientes, non dicunrur releuantes, nec propterea admittuntur si eorum probatio tale notorium non ius nō induceret, quod per aliam probationem excludi non posset, *vt fuit dictum in Romana beneficiatus sancti Petri 2. Maij 1569. coram Card. Seraphino, quę est in eius impressis decis. 73. num. 1. & per Buratt. dec. 357. nu. 4.*

234 Fallit tamen, si inter articulos vnus adesset releuans, quia tunc cæteri veniunt admittendi, *vt fuit dictum in vna Mediolanen. de Cusanis 29. Maij 1600. coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impressis dec. 1364. num. 3. & inter criminal. Farinac. est decis. 155. nu. 2. & Aegid. dec. 500.*

235 Extende id procedere quoque in concedenda remissoria, pro qua obtinenda sufficit, quòd vnus articulus sit releuans pro omnibus, & præsertim in causa profana, *vt ait Papa Gregorius dec. 124. num. 3. & dec. 403. num. 7. & tandem in Leodien. Castrorum Veneris 17. Maij 1630. coram Mermanno.*

236 Et ratio prædictorum est, quia melius est multos articulos impertinentes admittere, quàm vnum pertinentem reiicere, quia securius est superfluum admittere, quàm necessarium omittere, & in dubio debet iudex eam partem eligere, quæ est minus onerosa vtrique parti, & per quā ambæ magis consulitur, *vt ait Gail. decis. 81. num. 9. par. 1.* Vnde videmus in simili, quòd si plures fuerunt de aliquo delicto imputati, & nescitur à quo illud fuerit perpetratum, tunc melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, vt dicunt *Hostiens. & Card. Flor. in cap. benè, vers. contra legati in 3. colum. de elect.* & semper in dubio Rota eos vti releuantes admittit, *vt fuit dictum in vna Leodien. Canonicatus Veneris 10. Ianuarij 1614. coram Buratto, quæ est de cisio 503. nu. 2. par. secunda in recent. & Franc. Marc. decis. 565. nu 2. par. 1. vbi ait* id procedere, si aliquid adminiculentur ad causam, vt dicunt *Scilicet. Castrens. Bald. Specul. & Alex. allegati à Francisco Marco ibi supra, & est decis. 25. de testib. in antiq. & Mi Synger dec. 52. par. 3. Marta ibi supra cap. 17. in verbo Articuli, & Gail. dec. 81. num. 4. par. 1.*

237 Et hinc propterea fit, quòd Rota ex illius stylo vult, quod positionibus, siue articulis tàm pertinentibus, quàm impertinentibus sit respondendum, & id ad inuentum fuit, vt lites abbreuiarentur; sed tamen dicas id esse verum secundum stylum Palatii, *vt ait Rota decis. 24. de testibus in antiq.* At secus de Iure, vt superius latè fuit deductum.

238 Vndè ob id Romana Curia semper obseruauit, & obseruat hodie, ne lites in longum protrahantur, admitte re articulos, saluo tamen iure impertinentium, & non admittendorum, de qua clausula habemus per *gloss. in cap. cum contingat de offic. deleg. vt asseruit Guid. de Suzar. quem refert Alber. in l. 2. §. quod obseruari de iuram. calumn. in 6 colum.* & quòd de stylo hęc clausula in Curia seruetur, *ait Gratian. lib. 5. discept.*

5. *discept. cap.* 802. *num.* 14. *&* 15.

239 Et præsertim, si testes iurauerunt super tota causa, *vt ait idem Francisc. Marc. d. dec.* 565. *n.* 1.

240 Vndè ad huiusmodi vsum processerunt postea statuta per totam Italiam ita in foro ciuili disponentia, vt refert *Io. Andr. in cap. fin. de consuetud. propè finem in Nouell.* licèt *Castren. in dicta l.* 2. *§. quod obseruari dicat*, quòd Curia disputat, & cognoscit in primis de pertinentia, vel impertinentia articulorum, & ob id in ea lites immortales fiunt.

241 Et in omnem euentum dicta clausula semper habet magnam vim, tàm ex parte respondentis, quàm ex illa Iudicis, quia si litigator articulis respōdeat adiecta ea clausula; Et postea illi impertinentes denegantur, tunc respōdens pro confesso non habetur; Veluti ex parte Iudicis eundem effectum operatur, quia si postea in processu causæ appareat aliquas positiones, siue articulos admittendos non esse, tunc illi pro non admissis habentur, & testium depositiones super eis receptæ reijciuntur, vt ait *Mysinger. decis.* 56. *par.* 2.

Et sic igitur ex ea clausula, Saluo iure impertinentium, & non admittendorum, duo effectus resultare vidētur, & primus est, vt articulus impertinens pro non admisso habeatur, & probationes desuper factæ nullius roboris sint. Secundus est, vt responsio ad articulum impertinentem habeatur pro nō data; nam sibi imputare debet pars quare impertinentia, & extra causam facientia probare voluerit, licèt re vera teneatur Iudex diligenter, & accuratè articulos examinare, an omnes sint releuantes, siue potius eorum aliqui, & sic reiectis impertinentibus solùm admittat ad causam facientes, ne inutilibus probationibus, & ingentibus sumptibus grauentur partes, vt animaduertit *Gayl. d. dec.* 81. *par.* 1.

242 Rursus, quòd ea clausula (Saluo iure impertinentium, &c.) operetur, vt postea discuti possit de eorum impertinentia. Item quòd de ea non nisi tempore ferendæ sententiæ disputandum sit, *ait Francisc. Marc. dicta dec.* 565. *& decis.* 567. *num.* 11. *par. prima Rota per Verall. decis.* 47. *par.* 1. *& Triuis. decis. quarta, par. prima Senat. Venet.*

243 Contrarium, quòd scilicet articulus præiudicialis ante omnia sit diffiniendus, *ait Magon. decis. Florent.* 20. *num.* 13.

244 Sed *Franch.* concordat huiusmodi opiniones in sua *decis.* 220. *num.* 13 *&* 14. vbi ait, quòd si detur petitio de impertinentibus, tunc Iudex si vult, potest eos reiicere statim, vel potest procedere saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & tunc quandocumque poterit de impertinentibus disputari, subdēs, quòd vtraque practica est bona. Secus verò, si exceptio cōtra articulos esset clara, & præiudicialis ad processum, quia tunc ante omnia super ea esset pronunciandum, *vt ait Ioachim Mysinger. dec.* 90. *par.* 2. *Cam. Imperialis.*

245 Quod enim amplia eodem modò procedere, veluti si essemus in articulis peremptoriam exceptionem continentibus, vt si actionem competere negaretur, quia tunc prius de illis erit disputandum, cum nemo teneatur subire iudicium, si aduersarius absque actione experiri intenderet, aliàs numquam finis litibus adimeretur, si de peremptoria vltimo loco esset iudicandum, *vt ait Rota Auenion. per Laurent. dec.* 94. *cum ibi allegat.*

246 Et quòd in primis sit discutiendum de impertinentibus, ne ab eorum admissione appellandi occasio detur ei, qui de eis discutere petit, dicunt *Gram mat. decis.* 45. *Barz. decis. Bonon.* 67. *& Marta in compilat. dec. tom.* 1. *in verbo Articuli cap.* 64.

247 Extende prædicta, eò magis procedere, quando essemus in testibus à Curia absfuturis, quia tunc illi coguntur articulis, & positionibus impertinentibus respondere, attento præsenti statu litis, dummodo in futurum esse possint pertinentes, *vt ait Rota decis. vltim. de sequestr. possess. in nouis*, vbi dat exemplum in eo, qui dat positiones in petitorio, contra actorem spolio agentem, quo casu testis à Curia recessurus illis respōdere teneretur, quamuis per huiusmodi

huiusmodi responsionem restitutio impediri possit, & hanc opinionem refert *Franc. in cap. 2. in col. 5. de confess. lib. 6.* & in hoc videndus est *Farinacc. de testib. q. 76. par. 1. per tot.*

248 Sed si fortè dubitaretur in materia admissionis articulorum de Auditore, tunc sunt consulendi omnes Domini, vt ait *Rota decis. 33. de probat. in antiq.* qui in dubio pro admissione respondere debent, vt dixi superius *in vers. Et ratio est num. 236.*

249 Sed reassumendo dictam fallentiam, vbi diximus, quòd dato vno articulo releuanti cæteri admittantur, declara eam esse veram, nisi ex alio reliqui articuli non venirent admittendi, quia tunc regula prædicta non procederet, vt fuit dictum *à Rota per Card. Seraphinum in d. decis. 1364. num. 3.*

250 Rursus hic erit notandum, quòd articuli, in quibus peteretur, quo titulo, & qua causa quis possideat non dicuntur impertinẽtes, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 402. num. 2.*

251 Contrarium licèt mihi videatur, per eam regulam, quòd quis non teneatur titulum suæ possessionis ostendere, vt fuit dictum *in vna Fulginaten. nullitatis executionis Veneris 30. Martij 1601. coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 22. num. 4*

252 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, vtpote, quando agеretur de canonizando titulo, veluti quando essemus in concursu plurium possidere prætendentium, quia tunc ille est præferendus, qui validiorem titulum habet. Et propterea hic venit notandum, quòd prudens iudex quando alicui immissionem concedit id fieri debet, cum illa clausula, sine præiudicio habentium meliora iura, quia tunc talis clausula anteriorem possessorem præseruat, quando non fuit citatus, nec non operatur, vt fideicommissarius immissus à iudice cum hac clausula non sit legitimus cõtradictor ad impediendam immissionem hæredi, si de suo iure doceret, vt ait *Rota in Foroliuien. hæreditatis 1. Martij 1621. coram Buratto, & Surd. dec. 333. num. 10. & Ludouic. dec. peruf. 47. num. 22. Peregr. de fideicomm. art. 47. num. 29. & art. 46. num. 30. Rot. in Rom. hæreditatis de Coccinis 9. Decembr. 1622. coram Nauarro, & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 24. Nouembris 1621. coram Pirouano, & in eadem coram eodem 23. Ianuarij 1630. & prius in Bononien. hæreditatis de armis 18. Aprilis 1622. coram Merlino, & postea in Taruisina feudi 21. Aprilis 1627. coram Card. Virili, & dec. 320. num. 2. & dec. 325. num. 1. par. 1. diuers. & decis 226. num. 1. par. 2. in recent. idem ait Rota in vna Eluen. Mineriarum Lunæ 16. Decembris 1585. coram Orano, Caputaquen. decis. 394. par. 2. & text. est in l. cogi, C. de petit. hæredit. & Rota in decis. 22. in fine coram Gregorio, Put. decis. 316. num. 1. lib. 1. Mohedan. decis. 331. alias 13. vt lit. pend. & Rota in Romana de Naris Lunæ 4. Martij 1596. coram Penia.*

Secunda verò opinio procedit, veluti si essemus in tertio possessore, qui ad euitandam executionem non tenetur de iure suæ possessionis docere, sed ille, qui pro executione venit, debet docere de iure sui debitoris, super bonis à dicto tertio possessis, vt fuit dictum in *Romana Vineæ 23. Februarij 1609. coram Card. Cauallerio.*

253 Et tenendo hanc secundam opinionem, Extende eam quoque procedere, veluti si essemus in eo, qui suum auctorem haberet, vt est in emptore, quando, pro re empta conuenitur à creditore venditoris, quia tunc articulis respondere non tenetur, *Bart. in l. at qui natura, §. si cum me absente, ff. de neg. gest. num. 5. & Surd. decis. 22. per totam.*

254 Sed primam opinionem tenendo Extẽde eam multò magis procedere, quando essemus in beneficialibus, seu spiritualibus, in quibus, quis tenetur ostendere titulum suæ possessionis, aliàs censeretur intrusus, & ratio est, quia spiritualia, sine titulo, nullo modo possideri possunt, *vt ait Balb. in decis. 500. & Riccius in collect. 88. vbi limitationem dat.* Veluti intrusus siue detentor ille diceretur, qui (verbi gratia) in vim mãdati executiui obtenti cõtra suum

suum debitorem de auferendo illi bona certi valoris, ad effectum ea subhastandi, & ex eorum pretio sibi satisfaciendi, & postea relicta eorum subhastatione immissionem in possessionem dictorum bonorum obtinuisset, quod quidem de iure reprobatum videtur, ex ea ratione, quia illud mandatū ad effectū licitationis, & subhastationis, nō au tē immissionis concessum videtur hoc ad, vt de eorum pretio sibi satisfactio sequatur iuxta *text. in l. 2. cum seq. C. si in caus. iudicat. l. non est mirum, ff. de pignorat. act. Grammatic. decis. 51. num. 3. & Card. Seraphin. decis. 937. num. 2. & Rota in Romana Spolij 2. Iunij 1595. coram Gypso, & in Ariminen. Spolij 4. Mart. 1633. coram Motmanno.*

Et prædicta sine difficultate transire videntur inspecta forma, qua concipitur mandatum executiuum, dum ibi dici solet, quòd auferantur de bonis debitoris valoris scutorum tot, quæ ablata deponantur ad effectū, &c. quæ quidem forma vtique præcisè seruanda venit, aliàs omnia inde secuta inualida, ac nulla fierent, veluti dixi in *Conclusione 17. num. 46.* & facit idem *text. in dicta lege secunda cum sequen. C. si in caus. iudic. cum alijs iuribus in dicta Ariminen. Spolij allegatis.*

255 Extende sextò, quòd articuli negatiui dicuntur impertinentes, cum regulariter negatiua sit de sui natura improbabilis, nec per consequens admittendi veniunt, vt ait *Rota decis. fin. de caus. poss. & propriet. & Bellamer. dec. 122.*

256 Et merito quidē, quia quando negatiua est fundamentum intentionis alicuius, tunc ab allegante ea venit probanda, vt ait *Put. decis. 390. num. 2. lib. 2. & Rota apud Gregorium XV. decis. 288.* vbi multa videnda in hac materia tradit.

257 Fallit tamen primò, quando essemus in negante aliquid, quod scripturam requirat, quia tunc illud neganti onus probandi non incumbit, & propterea videmus, quòd neganti tutorem confecisse inuentarium onus probandi non incumbit, sed illud fuisse confectum, per tutorem erit probandum ex ratione in præcedenti numero deducta, & ita ait *Scacc. de iudic. caus. ciuil. & criminal. cap. 2. num. 1255.* Sed *Menoch. in consil. 322. nu. 44.* ait, quòd tunc negatiua satis probata dicitur, quando de contrario non appareat, *Crauetta consil. 1. num. 10. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 125. n. 30.*

Secus autem, vbi ageretur de probanda aliqua negatiua, loco, & tempore coarctata, quia tunc ea probata non dicitur, nisi à duobus testibus de ea deponentibus coarctetur, vt fuit dictum à *Rota per Burattum decis. 115. num. 8.*

258 Fallit secundò, si impliciṫè illi articuli factum affirmatiuum continerent, quia tunc admittendi venirent, vt ait *Aegid. in sua dec. 332 & Ricc. in sua collect. 1811. vers. Limita nisi par. 5.*

259 Extende septimò, quòd articuli euentuales vti impertinentes non sunt admittendi, vt ait *Rota decis. 14. de test. in nou. & Ricc. ibi supra in collect. 1811 & Marta in verbo Articuli c. 56. in sua compil. decision. tom. 1.*

260 Secus vero in articulis interuentionalibus, qui aliquando in causa pignorationis sunt admittendi, & quando, & quomodo, docet *Marta ibi in sua compilat. dec. in verbo Articuli cap. 10. & est decis. Gasp. Gulielm. 71. par. 1. Rota Spirens.*

261 Modo pro ornamento istius materiæ, necnon pro illius perfectiori intelligentia plura sunt adnotanda scitu digna in hac materia. &

Primò, quòd articulans tenetur tradere copiam articulorum inquisito antequam respondeat; licèt Curia contrarium obseruet, vt ait *Rota per Aegid. dec. 232.* Sed solùm eorum copia datur illis, qui eam petunt, ad effectum confi ciendi interrogatoria, præter quàm in foro Capitolino, vbi positiones, siue articuli clausi producuntur, sed in ijs locis, vbi sic clausi transmittuntur, ad hoc vt examen valeat, pars citanda venit, vt ait *Franc. Marc. dec. 149. n. 1. p. 1.*

262 Item in Regno non datur copia articulorum ante publicationem in causa, *Afflict. decis. 33. Idem ait Franch.*

Aaa decis.

decis. 220. *num.* 14.

263 Vndè vbi copia articulorum non datur, tunc potest opponi illa clausula (Saluo iure impertinentium,) quia si post conclusum repelluntur, nullus deponere tenetur, vt ait *Marta in dicta compilat. decis. tom. 1. in verbo Articuli cap.* 65.

264 Sed vbi seruatur illos dare apertos, tunc si ante examen articuli fuerint ostensi testibus, non per hoc illi de fide diminuuntur, vt ait *Rota inter crimin. Farinac. decis.* 141. *num.* 1.

265 At secus esset si testis allocutus fuisset cum parte aduersa, quia tunc suspectus redditur, vt ait *Gregor. dec.* 570 *num.* 3. Licèt in *decis.* 351. *num.* 24 dicat Rota, quòd ad hoc, vt testes se examinari patiantur, inducens potest vti iussu, pretio, & precibus.

266 Sed si forte copiam articulorum parti dari denegaretur, tunc testes super impertinentibus articulis examinati censerentur, vt ait *Franc. Marc. decis.* 376. *num.* 2. *parte* 2. *& Marta in dicta compilat. decis. tomo* 1. *in verbo Articuli cap.* 61.

267 Et propterea debemus dare parti copiam articulorum, etiam duplicatoriorum, & triplicatoriorum, vt ait idem *Franc. Marc. dec.* 304. *n.* 1. *p.* 1.

268 Secundo requiritur, quòd articuli fiant seruata forma à statuto tradita, aliàs pro non admissis habentur, vt fuit dictum à *Rota in Romana alimentorum Veneris* 28. *Februarij* 1592 *coram Orano.*

269 Tertio notandum erit, quòd licèt articuli in Curia admittantur; nihilominus eorum admissio non est de substantia, neque receptionem testium vitiat, dummodo sint pertinentes, vt ait *Rota dec.* 10. *de excep. in antiq. & Ric. in sua collect.* 1811. *par.* 5.

270 Et ideo si tunc Iudex super articulis datis recipit testes, tacitè eos admittere censetur, vt ait *Riccius in dicta collect.* 1811. *vers.* 2. *& Afflict. dec.* 7, *num.* 4. *& ibi per Vrsil.*

271 Declara tamen, quòd non est necessaria alia citatio, quando Iudex ad mittens articulos mandat illos parti intimari, ad effectum dandi interrogatoria, & videndi iurare testes, &c. si tamen dicta intimatio subsequatur, aliàs secus, vt ait *Rota in Iacen. portionis Lunæ prima Februarij* 1610. *coram Ortembergo, quæ est inter crimin. Farinacc. decis.* 280. *num.* 3. *& prius in Calagurritana Oblationum coram Coccino, quæ est inter d. crim. Farinac.* 47. *n.* 3.

272 Extende id præcipuè procedere, quando eorum admissio esset facta parte præsente, quia tunc alia citatio non esset necessaria, vt fuit dictum in *Corduben. Redecimarum* 14. *Ianuarij* 1594. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis.* 1057. *num.* 3. Et ratio est, quia, quod fit præsente parte citatione non eget, cum præsentia ipsa citationem suppleat; & ratio rationis est, quia semel certus amplius certiorati non debet, vt ait *Rota ibi supra, & Cabalin. de euictione.* §. 3. *nu.* 2. *& Crescent. decis.* 2. *aliàs septima, de dilation. & Rota decis.* 393. *num.* 16 *par.* 1. *recent.*

273 Subextende, quòd eo ipso articuli intelliguntur admissi super quibus examinati fuerunt testes, si facta fuit citatio ad dicendum contra articulos, & Iudex ad eorum examen processit, vt fuit dictum à *Rota per Card. Mant. dec.* 352. *num.* 6.

274 Sed hic obiter erit notandum, quòd si Iudex mandauit super interrogatorijs examinari testes, & interrogatoria sint exhibita, tunc depositio testium erit nulla, si sine illis examinati fuerint, vt ait *Oldr. cons.* 323. *n.* 5. *in* 3. *Dubio,* & id eò magis procederet in Iudice remissoriali, cui fuerit tradita certa forma examinandi testes super interrogatorijs, quia si omittat illos examinari sine ea, examen erit nullum ex defectu potestatis, quia Iudex remissorialis, saltem sine consensu alterius partis non potest formam examinandi sibi præscriptam alterare, vt fuit dictum in *Parmen. Status Veneris* 5. *Iunij* 1604. *coram Card. Mellino, Aegid. in cap. per tuas num.* 13. *de testib. Riminal. cons.* 385. *num.* 35. *lib.* 2. *& latè per addentem ad Burattum in decis.* 100. *n.* 25. *cũ seqq.*

275 Contrarium, q. scilicet examẽ non fit

sit nullum, etiam si testes sint examinati sine interrogatoriis, licèt tamen illud non probet, nisi testes repetantur, ait *Peregrin. dec.* 84. *Put. decis.* 427. *lib.* 1. *& Rota in Tullen. Matrimonij* 8. *Februarij* 1574. *coram Clemente Octauo*, *Gregor. XV. decis.* 331. *&* 351. *& ibi in annotat. & in Parmen. coram Card. Mellino*.

276 Concorda vt prima opinio procedat, quando interrogatoria fuerunt nedum in actis exhibita, sed quòd etiam fuerit facta protestatio testes non examinari sine interrogatoriis. Secundò verò procedit, quando dicta protestatio fuerit omissa, quia tunc examen benè valeret, si tamen testes postea essent repetiti, *Put. decis.* 427. *lib.* 1. *& Rota in Toletana hæreditatis* 6. *Iunij* 1618. *coram Andrea, & est decis. Gregor.* 351. *& alias plures refert Farinac. de testib. quæst.* 73. *num.* 6. *& Seraphin. decis.* 702. *num.* 4. & de dicta necessaria protestatione fuit dictum in *Bononien. fideicommissi de Mauris* 24. *Nouembris* 1606. *coram Cardinale Lancellotto, idem Greg. dec.* 331. *nu* 46.

277 Extende eodem modo dictam protestationem esse necessariam pro interprete, quando pars vult eum adhibere, vt ait *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 925. Licèt stylus adhibendi interpretem solum vigeat in Curia, vt fuit dictum in *dicta Toletana Hæreditatis coram Andrea, & veluti ait Beltram. in addit. ad d. dec. Greg.* 331. *nu.* 23.

278 Declara tamen, quòd si non repetantur testes; nihilominus faciunt adminiculum, vt ait *Card. Seraphin. decis.* 185. *num.* 1. *& Rota in Oxomen. Canonicatus* 2. *Martij* 1621. *coram Merlino, & per addentem ad Burattum decis.* 68.

279 Secus verò, quando testis recusat respondere interrogatoriis, quia tunc in nihilo probat, vt ait *Rota per Gregorium in sua decis.* 553. & ibi in annotationibus omnino videndum. Sed eo casu cautela erit, vt testes repetantur ad effectum euacuandi interrogatoria, aliàs numquam probarent, nisi singula euacuentur, vt ait *Bal. in d. l.* 2. *nu.* 4. *& ibi Ripa num.* 23. *vers. Infertur, Dec. num.* 43. *Bolognett. num.* 48, *& alij* allegati per *Farinaccium in quæst.* 73. *num.* 14. *& Rota decis.* 700. *num.* 32. *par. secunda recentior. & in Corrigien. Gabellarum* 27. *Nouembris* 1602. *coram Iusto, & per Greg. dec.* 553. *nu.* 10. *et Seraph. dec.* 836. *n.* 2. vbi ait, quod testis recusans respondere interrogatorijs, suspectus redditur.

280 Declara tamen, quòd quando testes sunt examinati super interrogatoriis partis aduersæ, tunc etiam sine citatione probarent, vt ait *Put. decis.* 301 *num.* 2. *lib.* 3. *& Rota in Veneta Illegitimationis Mercurij* 7. *Februarij* 1601 *coram Penia*, quemadmodum etiam in multis casibus illi etiam non iurati probant, vt latè ait *Farin. q.* 74. *per tot.*

281 Extende primò, id quod fuit dictū de examine super interrogatorijs, eo magis procedere, quando non solùm interrogatoria essent in actis exhibita, verum etiam, quando adesset mandatum Iudicis super illis examinari testes, vt ait *Oldrad. consil.* 323. *num.* 5. *in tertio dub. & Lancellott. Corad. in sua praxi, tit. de interrogat. numero* 4. *&* 5.

282 Secus tamen si post illud decretum pars fuit sæpius citata ad dandum interrogatoria, quia tunc sine eis testes validè examinari poterunt, & satis erit, si eo casu illi fuerint per Iudicem, siue ad illius præsentiam interrogati, vt in Capitolio seruatur, pro quo facit illa regula, Quod præsentia Iudicis omnem doli, ac fraudis præsumptionem cessare facit, vt latè dicam, Deo dante, in verbo Iudex, & est decisio *Cardinalis Seraphini* 1456. *nu.* 4. *Farinac. q.* 73.

Sed declara tamen illud esse verum vt scilicet iudicis decretū habeat pro se præsumptionem, quando essemus in iudice maiori, at secus in decreto iudicis municipalis, & sic minoris, *Farinacc. consil.* 42. *num.* 19. *lib. primo*, *& ibi subdit n.* 36. Quia illud decretum talis iudicis non tollit præsumptiones speciales.

283 Extende secundò, idem procedere, quando testes essent examinati pendente termino ad dandum, siue conficiendum interrogatoria, quia tunc nisi repetantur eorum dictum, sic

irreleuans, & repetitio debet fieri expensis illius, qui fuit in culpa, vt ait *Rota per Puteum dec. 317. lib. 2.*

284 Et ratio est, quia ea testis depositio magis attenditur, quando est facta super interrogatorijs, quàm illa facta super articulis; quia super articulis testis magis suspectus redditur, quòd voluerit ei parti inseruire, quæ illum induxit, vt ait *Veral. decis. 421. lib. 1. in manuscript. incipien. Quando dato. Card. Seraphin. decis. 1073. num. 9.* & ita quoque fuit decisum in *Anconitana, seu Auximana Florum Lunæ 20. Iunij 1616. coram Card. Sacrato.*

285 Et propterea hinc fit, quòd euacuatio interrogatoriorum adeò potens dicatur in examine testium, vt ea nullo modo omitti possit, & præsertim parte opponente, vt pluries ita fuisse decisum refert *Rota in Corrigien. Gabellarum 27. Nouembris 1602. coram Iusto, & prius in Parmen. Status 18. Martij 1602. coram Cardin. Mellino, quæ est inter erim. Farin. dec. 172. num. 1.*

Sed hic obiter erit notandum, quòd si testes in repetitione se referant ad primum examen, tunc etiam si illud esset nullum, tamen optimè probant, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium Decimumquintum decis. 331. nu. 15.* Et licèt hæc opinio si valdè controuersa super eo, an scilicet testis repetitus possit se ad primum examen referre. Item, quamuis contraria opinio fuerit tenta à *Rota in dec. 720. num. 4. par. secunda recentior.* Nihilominus prima opinio est magis communis, & magis vera, *ait Farinacc. de testibus quæstio. 66. num. 43.* quam semper sequitur Rota, veluti testatur *Addens ad Gregorium ibi supra numero 21. & Verall. decisione 287. parte tertia. & decisione 430. num. quarto, parte prima diuersorum, & in Conchen. Cappellaniæ 17. Martij 1608. coram Ortemberg, & in Carthaginen. Canonicatus 16. Ianuarij 1609. coram Cardinale Lancellotto, & in alia Toletana hæreditatis 6. Iunij 1618. coram Andrea,* & hanc quæstionem esse magis communem, & veram, ait *Farinac. de testib. q. 66. num. 43.*

Sed nota tamen, quòd illa repetitio est concedenda expensis eam fieri petentis, si defectus primi examinis ab eo prouenirct, alias fit expensis curiæ de iure, sed si pro faciendo examine aliquis expensas subministrare velit, tunc debet protestari id facere, animo tamen illas repetendi, & non aliàs; quia hoc modo ius suum saluum conseruabit.

286 Extende tertiò, idem procedere in Iudice remissoriali, cui fuerit data certa forma examinandi testes super interrogatorijs certis, quia tunc omitten do super illis examinare, vtique examẽ illud ex defectu potestatis elusorium efficeretur, cum Iudex remissorialis saltem sine consensu alterius partis non possit formam sibi præscriptam alterare, vt supra dixi num. 274. vt ait *Aegid. in cap. per tuas num. 13. de testib. Rimin. cons. 385. num. 35. lib. 2. Accoromb. dec. 49.* & ita sæpè fuit decisum in illa causa *Parmen. Status,* vt fuit dictum in eadem *Veneris 5. Iunij 1604. coram Card. Millino.* Vndè si fieret articulus subcontrarius articulo remissoriæ non probaret, vt ait *Seraph. dec. 690. n. 2.*

287 Subextende id quoque procedere etiam si in remissoria adesset ea clausula (Et aliàs iuxta discretionem vestrã,) quia vltra quod ea venit intelligenda vltra expressa, deinde ea apponitur ad effectum supplẽdi interrogatoria, quatenus opus sit, non autẽ quoad ea omittenda; Immò hæc clausula apponitur de stylo, etiam quando interrogatoria sint data in Curia, & postea trãsmittuntur ad Iudicem remissorialem inclusa in Rotulo remissoriæ, quo casu ob cognitionem in Curia adhibitam, & per approbationem Auditoris, seu alterius Iudicis omnis difficultas cessat, & sic Iudex ille remissorialis non potest ea ad libitum resecare, *vt fuit dictum in illa Parmen. Status coram Cardinale Millino.*

288 Limita prædicta non procedere, qñ interrogatoria essent omnino superflua, & impertinentia, quia tunc clausula prædicta operatur liberum arbitrium in Iudice remissoriali, & rectè quidem per *textum in l. tertia de testib.* vbi ait, Tu qui es præsens, magis scire potes, veluti in illis terminis fuit

dictum

dictum à *Rota in Parmen. Status coram Oriolen. allegān eadem causa ibi coram Card. Millino.*

289 Extende quartò, prædicta procedere etiam in testibus, qui metu excómunicationis aliquid reuelant, quia nisi fuerint postea examinati super interrogatoriis partis, & ea citata non probant, vt dicunt *Bart. Alex. & Salycet. allega. à Rota in Ariminen. Castrorum Luna* 15. *Nouemb.* 1599. *coram Card. Lancellotto.*

290 Extende quintò, vt quemadmodū testes examinati sine interrogatorijs non probant, ita quoque veniret dicendum, quando essent interrogati extra articulos, nisi tamen fuerit iuratum ab eis super tota causa, quod enim facere semper optimum erit; & tunc extra articulos dicitur quis interrogari, quando dictum ad declarationem facti controuersi non infert, vt ait *Cappel. Tholos. in decis.* 292. *in additionib. Magon. decis.* 32. *num.* 16. *& Rota dec.* 360 *nu.* 5. *par.* 1. *recentior.*

Subextende hic obiter eodem modo procedere, quando testes essent examinati, sed non intra terminum iurati, quia tunc non probant, *vt ait Rota penes Farinac. in decis. crimin.* 17. *& Gregor. dec.* 453. *num.* 1. *& seq.* vbi firmat examen testium non sustineri, si fuit factum post terminum, quo citatio durabat, cum retrotractio termini postea superuenientis illud sanare non possit, tanquam nullum ex defectu citationis, secus autem si pars fecisset iurare testes intra terminum, & post terminum deponant, quia tunc valeret eorū examen, quod tñ in dubio validum semper præsumitur, vt air *Gregor. ibi supra*, & ita practicari, ait *Bart. in l. si quando, C. de testam.*

291 Præterea erit quoque notandum, quòd si receptor testium habeat solū facultatem examinandi super articulis, non poterit admittere interrogatoria, sed isto casu erit recurrendum ad Iudicem pro facultate, vt fuit dictū à *Rota per Gregorium in decis.* 351. *num.* 48. Sed in hoc videndus est *Farinacc. de testibus quæstione* 73. *per totam.*

Et nota, quod dantur duo dies ad ea conficienda, iuxta Constitutionē Marchiæ, vt ait *Gratian. lib.* 4. *disceptat. cap.* 738. *num.* 4.

292 Declara tamen, quòd nudum ministerium istius examinis testium, per Iudicem potest Notario committi, vt quotidie seruatur in Curia, & propterea fit citatio ad videndum committi Notario examen testium, & receptionē iuramentorum, &c. vt ait sæpius *Rota & præsertim decis.* 630. *par.* 1. *diuersor. & penes Farinac. post primum lib. consilior. decis.* 133. *& post* 2. *vol. dec.* 147. *n.* 4. *& Seraph. dec.* 781. *num.* 5.

Aliàs testes examinati coram Notario, & non Iudice, absque illius deputatione, non probant, vt dicunt Doctores allegati à *Rota per Coccin. in sua dec* 182. *num.* 5. *vers. adest tertia nullitas.* Sed quando fuerunt examinati de mādato Iudicis, tunc eorum iuramenta præsumuntur, quæ ab eo recipi possunt sine Iudicis interuentu, sic stylo dictante, vt ait *Rota decis.* 393. *num.* 2. *par.* 1. *recent.*

Et tunc creditur Notario actuario sine testibus, si dicat in eius manibus recepisse iuramentum testium, neque isto casu est etiam necessaria notarii subscriptio, quia sufficit eam fieri in fine processus, pro singulis actis; vt ait *Rota per Gregorium decis.* 368. *num.* 6. *&* 7.

293 Et licèt *Rota in Terdonen. bonorum* 11. *Martij* 1615. *coram Manzanedo dicat*, quòd neque totum examen, neque iuramentorum receptio possit eidem Notario subdelegari; Tamen id procedit de iure, & quando Iudex, vti subdelegatus id faceret, at secus de stylo, siue si id à Iudice ordinario fieret, vt ait *Rota decis.* 484. *num.* 4. *par. tertia recentior.* Et ratio est, quia id saperet iurisdictionem, quod fieri non potest, & quod hoc sit verum, videmus, quod Notario non possunt committi citationes, neque alia, quæ iurisdictionem respiciunt, vt ait *Rota decisione* 628. *num.* 8. *& decisione* 675. *num. tertio parte tertia recentior. & apud Gregorium Decimum quintum in decis.* 368. & ibi in additionibus *num.* 9. vbi habetur, quòd licèt examen testium possit

notario committi, vt latè hanc materiã examinando, & infinitos Doctores cumulando, ait *Farinac. de testib. quæst. 77. n. 175. & sequentib.* & ibi pluribus modis hanc regulam ampliat, & limitat, & ita sæpius tenuit *Rota, & præcipuè in decis. 630. par. 1. diuersor. & penes eundem Farinacc. decis. 133. num. 1. post primum volum. consilior. & Seraphin. d. decis. 781. num. 5.*

Nota tamen, quòd non potest subdelegari totum examen, nempè citatio testium, atque receptio iuramentorũ, cum hæc sapiant (vt superius diximus) iurisdictionem, quam Notarius exercere non potest, vt fuit dictum in illa *Terdonen. bonorum coram Manzanedo*, quamuis *Rota in Compostellana Thesauraria 24. Martij 1608. coram Reuerendissimo Coccino Decano, & per Cardinalem Seraphinum d. decis. 781. num. 5. dicat*, quòd facultas citandi potest Notario committi, dummodo non fuerit quoque data facultas cogendi, & sic huiusmodi distinctione possumus optimè prædictas opiniones concordare.

294 Præterea erit hic obiter opportunum animaduertere, qualis in hac materia depositionis testium sit obseruantia Rotæ; Vndè nota, quòd semper illius arbitrium intrat pro sananda eorũ nullitate, quando tamen fuerunt examinati super interrogatoriis partis aduersæ, vt ait *Rota in decis. 716. par. 2. in recentior. & fuit dictum in vna Leodien. Salarij coram Scotto, quæ est penes Marches. tom. 3. fol. 91. de commiss. & in alia Toletana Iurisdictionis 11. Decembris 1617. coram Pirouano*, & ibi testatur, quòd tàm Rota antiqua, quàm moderna semper hanc æquitatem amplectitur, vt inutiles circuitus, & multiplicatę expensæ euitentur, subdens, quòd quando interrogatoria dantur signum est euidens, quod pars illud totum fecerit, quod facere poterat, si examen esset validum, & hanc æquitatem Rotæ laudat, & etiam sequitur *Viu. commun. opinionum opin. 931. nu. 6. & Farinac. de testib. quæst. 72. ampliat. 12. num. 34.*

295 Aliàs examen nullum sine Signatura Sanctissimi non posset sanari, neque per superuenientem terminum, nec minus per illius retractationem, *vt ait Rota per Gregorium in sua dec. 453. num. 2. & 3.*

296 Sed est benè verum, quòd in dubio validum præsumitur, vt ait idem *Greg. decis. 453. num. 1.* & propterea qui illius nullitatem allegat processum exhibere tenetur, idem *Gregor. dec. 535. nu. 19.* & in materia sanandi huiusmodi nullitatem, latè dixi in verbo Arbitrium, & ibi recurras, quia multa disces.

297 Amplia huiusmodi æquitatem sibi locum quoque vendicare, etiam si nullitas examinis ex defectu iurisdictionis oriretur, dummodo tamen defectus iurisdictionis non totalis, sed solum alіqualis esset, vt fuit decisum in *Hispalen beneficij 22. Aprilis 1611. coram Card. Pamphilio.*

298 Amplia rursus illam æquitatem habere locum, etiam si interrogatoria essent in actis exhibita, cum expressa protestatione de non consentiendo in iurisdictionem, & in examen, veluti superius dixi, & ita quoque fuit dictum in *dicta Toletana Iurisdictionis 11. Dec. 1617. coram Pirouano.*

299 Modo reassumendo materiã illorũ notabilium, quæ in hac materia articulorum, & positionum sunt digna memoriæ mandanda, opus est quarto animaduertere, quòd articuli, siue positiones dicuntur esse de iure libelli, vt ait *Franc. Marc. in sua decis. 700. num. 11. parte prima.*

300 Extende primò, quòd etiam articuli, & interrogatoria pari modo de connexis, & pertinentiis supplicationis esse dicuntur, vt ait idem *Franc. Marc. dec. 662. num. 1. par. 2.*

Sed nota tamen, quòd debent sumi ex ventre articulorum, veluti dixi superius, iuxta vulgatam decisionem *Clementis Octaui*, & veluti dixi supra *num. 155. ex doctrina Vrsil. ad Afflict. dec. 7. num. 1. & seq.*

301 Extende secundò, quòd articuli quoque veniant appellatione actorum, vt ait idem *Franc. Marc. dec. 376. num. 1. dicta par. 2.*

302 Quintò nota, quòd quando articuli super rei valore sunt dandi, ad effectũ rescindendi contractum, tunc tempus ven-

venditionis rei est attendendum, cum valor illius temporis, non autem motæ litis, siue intentatæ rescissionis sit attendendus, vt ait *Francisc. Marc. dec.* 485. *n.* 36. *p.* 1. Immò præcisè debet probari de eo tempore, ante, vel paulò post, vt fuit dictum in *Tiburtina Castri Asculani* 26. *Iunij* 1598. *coram* Penia, *& in alia Romana Rescissionis contractus Mercurij* 30. *Octobris* 1602. *coram Card. Pamphilio, & in Spoletana Prædij Veneris* 27. *Iunij* 1614. *coram Card. Pamphilio iun. & in Tiburtina læsionis* 3. *Martij* 1625. *coram Dunozetto.* vbi loquitur de probatione valoris fructuum, neque propterea ex huiusmodi probatione valoris infertur de vno tẽpore ad aliud, vt ait *Rota per Gregor. decis.* 570. *num.* 6. *& per Card. Seraph. dec.* 1073. *num.* 9.

Secus verò si essemus in stabilibus, quia tunc admittitur æstimatio antea facta, dummodo tantum tempus non intercesserit, intra quod pretii mutatio notabilis interuenire potuerit, veluti si esset facta ante annum, vt ait *Surd. consil.* 181. *num.* 21. item etiã si per duos annos ante fuisset facta d. æstimatio, *ait Rota per Cardinalem Caualerium decis.* 358. *num.* 4. *& per Buratt. dec.* 234. *n.* 10. *& ibi addent. num.* 12.

303 Vndè ad hoc, vt articulus super dicto rei valore benè formatus dicatur, & intentionem articulantis concludat erit hoc modo distinguendum; nempè, aut agitur de æstimatione alicuius prædii, siue alterius rei immobilis, ex qua fructus percipiatur, aut verò de alia re mobili, & fructus non reddente. Primò casu articulus formari debet tanti redditus, ac tanti valoris communis, & quòd tantum communiter tunc temporis venderetur, quia res tãtum valet quantum vendi potest, *vt ait Balb. dec.* 22. Et tunc dicta æstimatio potius intellectu, quàm sensu corporis deprehenditur; secus verò in secundo casu, dum testes deponunt super valore frumenti, vini, & similium in numero, pondere, & mensura consistentium, quia tunc non est opus nimio discursu, sed testis solũ deponere debet, quòd res tantum cõmuniter valuit, absque additione alterius rationis, si tamen interrogatus nõ fuerit, vt fuit dictum in *Veliterna bonorum Veneris* 4. *Iunij* 1621. *coram Buratto*, vbi subiungit, quòd æstimatio sumi debet à tota re, & non à singulis partibus, & in hoc vide *Mascard. de probation. concl.* 651. 652. *&* 653.

304 Licèt etiam in hoc quædam alia sint attendenda, & primo inspici debet quantum vendi potuisset in loco publici fori, *Afflict. decis.* 316. *num.* 7. *& Franc. Marc. dec.* 484. *&* 485. *n.* 17. & ideo dato etiam, quòd tũc d. res posset vendi extra forum multò pluris, & multò minoris, tamen illud non attenditur, idem *Franc. Marc. ibi supra, & Rota Genuæ dec.* 144. *num.* 6.

305 Secundò consideratur, quando emptor sciebat qualitatem rei, aliàs secus si eam ignorabat, vt ait *Rota in decis.* 22. *& Franc. Marc. dicta decis.* 485. *num.* 17.

Et ratio est, quia ad hoc, vt iustus valor consideretur, debet haberi respectus ad qualitates intrinsecas illius rei, item ad impotentiam cautionis pro euictione, atque venditoris inopiam, vt ait *Gratian. lib.* 5. *discept. cap.* 911. *n.* 14.

306 Tertiò debet haberi respectus ad tempus, quia pretia rerum, ob varietatem temporis mutantur, vt ait idem *Franc. Marc. ibi supra, & dec.* 63. *nu.* 1. *par. secunda.*

307 Et propterea videmus, quòd ad hoc, vt iustum pretium dicatur, qualitas rei, quantitas introitus, & tempus venditionis est attendendum, vt ait *Rubin. dec.* 33. *Franch. dec.* 54. *num.* 10. *Osasch. decis.* 42. *& Franc. Marc. decis.* 484. *in fine*, Et huiusmodi æstimatio fieri debet per duos homines probos æstimatores in arte peritos, & non debent dubitatiuè deponere, aliàs non probarent, vt fuit dictum in *Veliterna bonorum Veneris* 4. *Iunij* 1621. *coram Buratto, & decis.* 648. *par. prima in rec. Card. Seraph. decis.* 836. *num.* 3. *& decis.* 1462. *num.* 3. *Gregor. decis.* 553. *n.* 9. *& Rota dec.* 742. *num.* 4. *par. secunda in recentior. & prius in Aesina damnorum, & interesse* 3. *Decembris* 1601. *coram Card. Lancellotto, & in alia Romana Rescissionis contractus* 30. *Octobris* 1602. *coram Card. Pamphilio, & denique in Bononien. Legati de Mare-*

scot-

scottis 30. *Aprilis* 1629. *coram Dunozetto, & Rota decis.* 20. *par. secunda recentior. & decis.* 100. *num.* 5. *post primum volum. consil. Farinac.* idem ait *Franc. Marc. dicta decis.* 485. *num.* 12. omnino videndus in hac materia articulandi rei valorem. Item, quòd pretium, debeat iudicari iustum, vel iniustum ex qualitate contractuum, & modo vendendi; non autem ex solo nomine contractus, fuit vltimo loco resolutum *à Rota in Romana Pretij Cursoratus* 19. *Aprilis* 1630. *coram Pirouano.*

308 Si verò tractaretur de re non fructificante, veluti de aliqua specie nempè de libro, vel simili, tunc debet formari articulus, quòd tantum vendidisset, & de loco, & tempore, vt ait idem *Franc. Marc. d. decis.* 485. *nu.* 16. *& seqq. par.* 1.

Licèt in tali casu non sit præcisè inspiciendum illud tempus celebrati contractus, sed illud anterius, & posterius, per aliquot annos, vt fuit dictum in *Romana rescissionis contractus* 30. *Octobris* 1602. *coram Card. Pamphilio Seniori, & in Anconitana Terrarum* 28. *Maij* 1608. *coram Card. Pamphilio Iuniore*, pulchrè *Rota decis.* 65. *nu.* 13. *par.* 2. *diuers. Afflict. decis.* 316. *nu.* 6.

Immò, quòd non sit inspiciendus valor vnius anni tantum, sed per quinque annos ante, & per quinque post, ait *Card. Seraph. dec.* 1340. *num.* 1. *Put. dec.* 374. *num.* 3. *lib.* 3. *Acchil. dec.* 24. *de probat.* Rursus, q R ota tenuerit sufficere probationem per aliquot annos ante, & post, licèt non sit quinquennium, Imò quod id Iudicis arbitrio sit remittendum, fuit dictum in *decis.* 825. *nu.* 4 *par. quarta diuers. & in Romana nullitatis permutationis* 24. *Martij* 1628. *coram Vbaldo.* vbi fuit dictum, quod quando agitur de probatione valoris fructuum, & redditum beneficii, ad effectum videndi, an Rector possit ex illis sustentari, tunc opus non esse decennium, sed solum probationem sufficere de tempore datæ gratiæ, & per duos annos ante, & vnum post; licèt secus esset, quando materia esset obiectiua, vtpotè, vbi ageretur de priuatione beneficii alicuius, quia tunc probatio deberet esse decennalis, *vt ait Rota decis.* 189. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. Card. Seraph. dec.* 485. *num.* 1. *& ita fuit firmatum in d. Romana nullitatis permutationis coram Vbaldo.*

309 Præterea potest etiam illa res immobilis aliis modis probari, & primo per inspectionem oculorum, & sic per declarationem fiendam per Iudicem. Secundò per relationem peritorum cum iuramento. Tertiò per librum æstimi communis, publica auctoritate confectum, licèt præsumptiuè tm̃, q enim sufficeret, donec contrarium probaretur: & ratio est, quia res præsumitur tanti valere quanti in communi venit æstimata, vt ait idem *Franc. Marc. decis.* 63. *par.* 2. *& in prima par. decisione* 484. *&* 485. *num.* 41. *& Balb. in decisio.* 23. Quartò, probari potest per subhastationem. Quinto, per testes deponentes de communi valore, & non tam conditionem rei habentes, necnõ rationem sui dicti, etiam non interrogati assignare debentes, *vt ait idem Franc. Marc. ibidem.* Aliàs si ignorarent confinia, & rei æstimandæ qualitatem, ac fertilitatem, vtique illius valorem non probarent, vt fuit dictum in *Anconitana terrarum Luna* 26. *Februarij* 1590. *coram Card. Platto, Francisc. Marc. d. dec.* 485. *num.* 12.

310 Rursus declara, quòd quando probatur valor rei immobilis, tunc articulus potest formari super qualitate rei, & quantitate redditum, necnon vicinitate locorum, ac per venditiones alicuius rei eiusdem generis in eodem loco, & de eodem tempore factas, vt ait idem *Franc. Marc. ibi supra num.* 8. 10. 18. *&* 38. *& Afflict. decis.* 58. *nu.* 6. vbi ait, quòd æstimatio fundi non debet fieri respectu numeri, & mensuræ, sed respectu bonitatis fundi, & *Borgnin. decis.* 13. *de contract. par.* 2. *& in decis.* 24. *Maynard. dec.* 79. *par.* 2. *& Rota in Carpen. bonorum Luna* 14. *Iunij* 1610. *coram Card. Lancellotto*, & veluti quoque dixi in *concl.* 69. *n.* 87.

311 Contrarium, quòd scilicet rei valor non probetur, ex instrumento affictus, nec minus vera quantitas fructuũ ait *Io. Paul. decis.* 51. *Cassad. decis.* 20. *super regul. & Rota in vna Neapolitana cen-*

census 4. Decembris 1579. coram Lancellotto, & in Romana rescissionis contractus 30. Octobris 1592. coram Card. Pamphilio, & in Nouarien. 14. Decembris eiusdem anni coram Orano, & in Nouarien. Decimarũ 15. Martij 1593. coram Card. Blanchetto, & in Romana dotis 25. Maij 1594. coram Card. Arigonio, & in Spoletana Beneficiorum 27. Iunij eiusdem anni coram Mantica, & in Rauennaten. pensionis 20. Iunij 1597. coram Litta. Item in hoc recurras in verbo Attendamenta, & in verbo Affictus.

312 Sed in secundo casu, quando scilicet probatur valor rei mobilis, siue alterius recipientis functionem in genere suo, tunc debet articulari, quòd tali tẽpore illa res communiter tantum valuit ante, & post; sed si fortè essemus de tempore carestiæ, tunc ille annus erit attendendus, vt ait *Afflict. decis. 316 num. 6. & seqq. & ibi Vrsil. & Io. Ang. Pis. in addit. vide Verall. dec. 299. p. 3.*

313 Secus verò, quando agitur de valore de tempore præsenti, quia tunc posset fieri ęstimatio per Iudicem, vel per peritos in arte, siue quando res ponatur in foro publico ad incantum, & hæc via erit magis vtilis, quia hoc modo potest facile euitari deceptio, vltra dimidiam, vt ait idem *Francis. Marc. dec. 485. num. 36.*

314 Si verò contenderetur de probatione identitatis alicuius rei mobilis, siue immobilis, veluti alicuius vestis hominis, siue fundi, nempè, si diceremus eam esse muliebrem, vel monachinam, aut nigram, siue hominem esse album, vel magnum, seu fundum esse laboratiuum, vel arboratum, tunc ad hoc, vt de illius rei vera existentia appareat, articulus super illius identitate formari debet, vt ait *Magon. decis. Floren. 2. num. 33. & 34.*

315 Quando verò ageretur de liquidatione fructuum, tunc opus est articulare, & probare, quòd in locis circumstãtibus, & vicinis tot fructus percepti fuere, iuxta *consil. Cornei communiter recepti 101. lib. 3. & Ioseph. Ludou. dec. Rotæ Perus. 87.*

316 Extende, quòd etiam liquidari possint per testes, quorum vnus de visu, & sic de vera scientia probet, alii verò de publica voce, & fama, cum iuramento in supplementum, vt ait *Verall. decis. 31. par. 2. & Rota per Burattum dec. 173. num. 1.* & multo magis, quando testes dicerent fructus iuxta solitum ascendere ad vnam certam quantitatẽ, & quòd illorum diuisioni interfuerunt, vt ait *Buratt. ibi supra num. 5.* & ibi docetur quo modo testes super huiusmodi liquidatione deponere debent.

317 Secus autem quando præsertim essemus in liquidatione dictorum fructuum, qui percipi potuerunt, quia cũ id fit difficilè probare; idcircò in hoc maximè Iudicis arbitrium versatur, vt ait *Caputaquen. decis. 30. par. 2.*

Imo possunt etiam probari ne dum ex solito, & per coniecturas; verum etiam per testes, qui sint singulares; imò quando in hac materia liquidationis concurrerent aliquæ coniecturæ, tunc posset deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, vt ait *Rota per Burattum in decis. 173. num. 6. & sequentib. & decis. 767. num. 3. par. 3. recentior.*

318 Subextende, quòd possunt etiam liquidari fructus ex eodem pretio fructuum, quia idem est habuisse pretium fructuum, quàm ipsos fructus, vt ait idẽ *Caputaq. decis. 28 dicta par. 2.* & eorum valor attenditur deductis oneribus, & impensis, *Rubin. decis. 13. Surd. decis. 294. & Caualcan. latè in decis. 5. par. secunda.*

Sed in hac materia, vide quæ dixi in *conclus. 128. num. 120.* & ibi docetur quomodo fructuum perceptio à possessore probetur, & in omnem euentũ quisque præsumitur percipere fructus ex fundo, quem ille possedit, & præsertim, quando est fructiferus, vt ait *Rota decis. 767. num. 3. par. 3. recent.*

319 Sextò nota, quòd dictum testis recipit interprætationem ab articulis, vt fuit dictum in *Montisfalisci fideicommissi Mercurij 24. Nouembris 1604. coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 194. num. 3. Rota decis. 311. nu. 6. par. 2. diuers. Surd. dec. 291. num. 14. & fuit dictum in vna Leodien. Canonicatus 16. Nouembris 1609. coram Cardinale Sacrato, Cardin. Seraphin. dec. 613.*

613. *num.* 1. *& decis.* 624.

320 Extende propterea, quòd si testis indefinitè deponat, debet intelligi de toto, si totum fuerit articulatum, aliàs sublata vniuersalitate articuli, tunc indefinita depositio in testibus vniuersali non æquipollet *Rota in dict. Montisfalisci fideicommissi* 12. *Maij* 1603. *coram Card. Pamphilio*, & prius *in Cartaginen. Decimarum* 25. *Iunij* 1593. *coram Orano*, *Cæsar de Grassis decis.* 13. *num.* 3. *de testibus*, *Rota decis.* 17. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. & per Buratt. dec.* 566. *num.* 8. *Card. Seraphin. decis.* 893. *num.* 22. *& Surd. decis.* 263. *num.* 10. *& seq. cum alijs allegatis à Rota ibi supra coram Buratto, & per Gregor. dec.* 194. *num.* 2.

321 Extende secundo, quòd testis deponens simpliciter de valore beneficij tunc censetur percutere tempus datæ, si articuli illud tempus datæ continerent, vt fuit dictum in dicta *Leodien. Canonicatus coram Card. Sacrato*, *& Rota penes Gregorium in dicta decis.* 194.

322 Extende tertiò, quòd quando testis se refert ad articulum, idem est, ac si omnes qualitates in indiuiduo in articulo contentas exprimeret, & illius depositio tali modo facta valet, vt ait *Rota apud Gregorium decis.* 578. *n.* 2.

Veluti quoque non vitiatur examen ex eo, quòd testis deposuerit, cum aliqua notula præmanibus habente, ob prolixitatem eorum, quæ deponere debebat, necnon etiam stante diuersitate nominum, possessionum, atq; confinium, & sic pro dicti testis recta memoria, iuxta doctrinam *Baldi in l. iurisiurandi num.* 3. *C. de testib. allegat à Rot. in Carpen. bonorum Luna* 14. *Iunij* 1610 *coram Card. Lancellotto*.

323 Septimò notandum erit, quòd in examine testium sufficit, quòd vnus testis dicat contenta in articulis esse vera, etiamsi explicitè per extensum non deponat, & id pluries tenuit *Rota vt ea testatur in decis.* 8. *inter crimin. Farinac. in princ. & in alia Colorien. Canonicatus coram Cardin. Pamphilio; impress. penes Garziam de benefic. par.* 10. *cap.* 9. *num.* 74. *& in Iacen. Parrochialis coram Penia apud Marchesan. de commiss. tom.* 1. *fol.* 462. *& in Zamoren. Confraternitatis* 14. *Iunij* 1591. *coram Gypsio*, à qua enim opinione dicunt non esse recedendum *addent. ad Gre. gXV. in sua decis.* 578. *n.* 13.

324 Contrarium quamuis teneant plures allegati à *Farinaccio de testibus, quæst.* 80. *num.* 100. *& Rota in decis.* 720. *num.* 4 *par.* 2. *in recent.*

325 Sed primam opinionem tenendo Extende illam procedere, quando testis secundo loco examinatus ad primum examen se referret, etiamsi illud sit nullum, quia nihilominus probat quamuis in secundo examine per extensum non deponat, quam quidem opinionem passim seruat *Rota*, vt ait *Card Seraph. dec.* 1147. *& Rota decis.* 430. *num.* 4. *pat.* 1. *diuers.* & ita fuit dictum *in Toletana pensionis* 17. *Nouembris* 1567. *& in Calaguritana Matrimonij* 14. *Decembris* 1575. *coram Cardinali Seraphino, & in Burgen. Canonicatus Luna* 25. *Iunij* 1607. *coram Gregorio, quæ est decis.* 331. *& dec.* 351. *in eius impress. & Caputaquen. decis.* 337 *lib.* 1. *in manuscript.* & ita fuit decisum *in Sabinen. alluuionis Luna* 15. *Decemb.* 1621. *coram Pirouano.*

326 Quinimmò contra prædictam decisionem 720. pluries firmasse *Rotam* vti contra communem, testantur addentes ad *decis. Gregorij* 331. *num.* 21. *in vltimis verbis*.

327 Declara tamen prædicta non procedere, quando ageretur de probanda immemorabili, in qua non sufficit dicere articulum verum, nisi etiam illius causa reddatur, *Verall. decis.* 71. *in fin. par.* 2. *& decis.* 291. *par.* 3. & ita fuit dictum *in illa Iacen. Parrochialis coram Penia*.

Et sic igitur cōcorda vt prima opinio procedat regulariter, & vbi non agatur de probāda immemorabili, secūda verò, quando de illa ageretur, quia tunc non potest testis se referre ad articulum, & dicere in eo contenta esse vera, vt dicunt *addent. ad d. dec. Gregor.* 578. *num.* 14.

328 Declara secundò extensionem nō procedere, quando examen ad quod se refert testis non reperiretur, & de eo non constaret, quia tunc talis testis

ftis non probaret, vt ait *Aymon. conf.* 115. *num.* 9 *& Rota in Parmen. statas* 14. *Martij, &* 16. *Maij* 1594. *coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impressis decis.* 1069 *num.* 1.

Et propterea videmus, quòd si testis se referat ad aliud examen, eo non exhibito, nil probat, vt ait *Rota per eundem Gregor. decis.* 510. *num.* 3. Veluti se referens ad capitula ipsis non exhibitis non probat idem *Gregor. dec.* 409. *num.* 3. *& prius decis.* 382. *n.* 3.

329 Et ratio ea est, quia non creditur referenti, nisi constet de relato, vt ait *Rota ibi sup.* & aliàs sæpè, & præsertim per *Gregorium decis.* 359. *num.* 6.

330 Subdeclara tamen illud non esse verum in his, quæ pendent à voluntate, & potestate alicuius, siue quando dictum esset explicitè per extensum narratum, quia tunc illi secundo dicto esset standum, licèt non inueniretur primum, vt ait idem *Cardin. Seraph. decis.* 1083. *num.* 7. *cum ibi allegatis*.

Contrarium, quòd scilicet testes in repetitione non possint se referre ad illud examen, quando sit nullum, sed quòd tunc debeat per extēsum deponere, veluti quoque idem fieri debet, quando persona, quæ deponit esset suspecta, quæ non potest petere examen primum sibi exhiberi, & legi, & sic quòd per extensum, & non relatiuè deponere debeat, fuit dictum à *Rot. in Toletana prætensi Matrimonij Lunæ* 26. *Iunij* 1623. *coram Buratto*.

Sed ego prædictas opiniones hoc modo concordarem, nempè, vt prima procedat, quando solum examen esset nullum, sed persona, quæ deponeret, non esset suspecta, quia isto casu valeret illa regula, quod etiam ex actu nullo mens alicuius deprehendi possit; secūda verò opinio procederet quādo vtrumque concurreret, nempè examinis nullitas, & personæ deponentis suspicio, veluti ita optimè colligi videtur ex illa *Toletana prætensi matrimonij coram Buratto*.

Et tenendo secundam opinionem extende illam multò magis procedere in criminalibus, in quibus testes debent clarè, & specificè factum narrare, & non per relationem ad aliud examē se remittere, *Bal. in l. fin. C. de testib. Alex. cons.* 91. *num* 9. *vol.* 4. *Farinac. quæst.* 66. *num.* 48. *&* 52. *& cons.* 60. *num.* 130. *Rota decis.* 79. *num.* 1. *par.* 2. *recent. & decis.* 720. *num.* 4. vbi ait ita alias fuisse decisum *in Calaguritano iurispatronatus* 21. *April.* 1589. *coram Card. Pamphilio, & in alia Hispalen. Iurispatronatus* 26. *Iunij* 1592. *coram eodem*, subdens ibidem *Rota*, quòd poterit testis, si voluerit petere, sibi legi, vel ostendi primum examen animaduertēdo prætérea, quòd testis in repetitione non debet plus dicere, quàm dixerit in primo examine, vt dicunt *Innoc. & alij alleg. à Rot d. dec.* 720. *n.* 2. *parte* 2. *recent.* sed si forsan plus diceret in secundo examine, quā in primo, non per hoc tamen diceretur sibi varius, neque contrarius, vt ait *Rota decis.* 147. *num.* 14. *par.* 1. *recent.*

331 Sed huiusmodi occasione erit hic notandum, quomodo sit articulanda dicta immemorabilis, vel non immemorabilis consuetudo, & prius duæ conclusiones erunt præmittendę, quarum prima erit, quòd magna est difficultas illius probationis, secunda erit an velimus intelligere de consuetudine probanda principaliter, aut incidenter, siue generaliter, aut in specie.

332 Sed loquendo prius de illa non immemorabili, sciendum erit, quòd articulus debet potissimum hæc tria copulatiuè continere, & primò actum, siue vsum populi. Secundo actum, siue vsus frequentiam omnibus scientibus, & consentientibus, vel maiori parte eorum. Tertio temporis diuturnitatem, ex qua elicitur tacitus cōsensus totius, siue maioris partis populi, qui est causa mediata consuetudinis, & postea, quòd sit rationabilis, & quòd de scientia Principis fuerit inducta, & præscripta, & præsertim quando essemus in populo facultatem legis condendæ non habente, quia tunc scientia Principis esset necessaria, & quòd aliquando super ea fuerit iudicatum, vt ait *Rota per Buratt. dec.* 497. *n.* 10. *& Caualcan. decis.* 11. *num.* 49. *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 100. *per tot. Mascard. de prob. conclus.* 424. *per tot.*

Dec.

Dec.consf.48. num.25.& seqq. & plenè de hac materia *Menoch.consf.187.num. 57.Curt.Iun.consf.*184. *num.*10. *Aret. in* §. *ex non scripto instit. de iure natur Alex.consf.*131.*num.*9.*lib.*2.*& Rota per Card.Caualer. decis.*125. *num.* 8. *& dec.*497. *num.*2.*par.*2.*recentior.*

333 Secus tamen esset, quando consuetudo probaretur per testes deponentes de diuturnitate temporis triginta, vel quadraginta annorum, quia tunc ea posset induci à Populo prædictam facultatem non habente, etiam sine Principis scientia, vt fuit dictum in vna *Oriolen. fructuum* 15. *Maij* 1601. *coram Penia*.

334 Circa autem prædicta requisita declara illa procedere loquendo de iure ciuili, quia de iure Canonico sufficit, quòd sit rationabilis, & præscripta tantum, vt fuit dictum in *Hispalen. voti Lunæ* 28. *Aprilis* 1597. *coram Gypsio*.

335 Declara præterea, quòd testes deponere debent de frequentia actuum, & si sit illorum depositio circa ea, quæ sensu corporis percipiantur, tunc etiam non interrogati debent rationem reddere sui dicti, & quòd ea à communiter accidentibus sit vera, quia ratio in teste illius dictum ampliat, aliàs si solum diceret esse consuetudinem de tali re potiùs diceretur iudex, quàm testis, & ita fuit dictum in *Mediolanen. bonorum Veneris* 18. *Aprilis* 1603 *coram Gregorio, quæ est in eius impress. decis.*105.*num.*23.*& in alia Romana stupri, seu dotationis Veneris* 19. *Martij* 1610. *coram Card. Sacrato.*

336 Extende 1. id eò magis procedere, quando vna cum eorum depositione concurreret etiam peritorum attestatio, iuxta doctrinam *Bar. in l. de quibus, ff. de legib. in* 4. *quæst. & Rota per Carn. Seraph. dec.*1159.

337 Extende secundò, quòd scilicet consuetudo probetur etiam per testes de diuersis actibus deponentes, dummodo tamen conueniant in eodem fine, & vniformi consuetudine in genere probata, quia tūc ea etiam à testibus singularibus probari potest, vt est *decis. Pedemont.*99.*num.*23. *Card. Seraph. d. decis.*1159.*num.*4. *& Rota in dicta Oriolen. fructuum coram Penia, idem Cardin. Seraph. decis.*624. *num.*3. *& in Narnien. decis. Dotis* 13. *Maij* 1591. *coram eodem Penia.*

338 Subextende, quòd etiam ea probetur per testes inter alios examinatos deponentes de visu populi, & actuum frequentia, & tunc alia probatione non indigeret, quando semel fuit probata, veluti de stylo ita fuisse decisum ait *Peregr. decis.* 51.*lib.*1.*& decis.*83.*lib.* 2.*& Rota in dicta Narnien. coram Penia.*

339 Secus autem si deponerent de vsu difformi, quia tam ea nullo modo probaretur *Afflict. decis.* 280. *& fuit dictū in vna Ciuitatis Castelli bonorum* 27. *Iunij* 1578. *coram Cantuccio, & in alia Meliten. Præcedentiæ* 5. *Dec.*1578. *corā Reuerendiss. Patriarca Alexandrino, & in Viterbien. cursus aquarum Lunæ* 15. *Martij* 1604. *coram Gregorio, quæ est in eius impress. decis.*162. *num.*8.

340 Sed declara illud non procedere, quando actus difformes non essent inter se incompatibiles, quia tunc eorū difformitas consuetudinem non impediret, vt ait *Dec. consf.*11. *num.*12. *vers. Et aduertendum est*, quem sequitur *Rota in decis.*356.*num.*4.*par.*1.*recent.*

341 Licèt sit quoque verū, quod vnius actus contrarius consuetudinem non extare probat *Bart. in l. semper in stipulationibus in fine, & ibi Cagnol. nu.* 12. *ff. de regul. iuris, Bero. consf.* 5. *nu.* 23.*lib* 1.*& ita fuit dictum in dicta Viterbien. coram Gregorio, & Serader. de feud. par.* 10. *sect.* 20. *nu.* 175. *in fin.*

342 Quod quidē procedit etiamsi mille actus ad inducendam consuetudinem essent gesti, vt dicunt Doctores, *& Rotæ superius allegatæ, & Scrader. ibi sup. d. sect.* 20. *num.*157.

343 Sed tu dicas illud non procedere, quando probaretur certa, & determinata causa varietatis prædictæ, quia tunc non obstaret, vt consuetudo impediretur, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec.*381. *num.* 3.

344 Secus verò vbi ageretur de probāda consuetudine in specie, vt est de interpretatiua, quia tunc ea concludenter, & specificè probanda venit in terminis controuersi casus, vt ait *Rota per Gregorium dicta decis.*162. *num.* 1. 2. & 4.

& 4. Cardin. Seraphin. decis. 1159. num. 1.

345 Et nota, quòd consuetudo interpretatiua dicitur, quando versamur circa id, quòd de iure est ambiguum, siue obscurum, secus in eo, quod est de iure clarum, quia tunc non potest dici interpretatiua, sed potius correctoria, ac noui iuris inductiua, vt ait *Castrens. in l. hæredes palam, §. si quid, ff. de testib. Dec. consil. 114. num. 5. cum alijs per Aymon. in cons. 282. num. 6. vers. 3. & Rota apud Greg. d. decis. 162. nu. 3.* Nec tunc opus est, quòd ea sit præscripta, vt ait *Put. decis. 276. num. 3. lib. 1.* & fuit dictum in alia *Farsen bonorum Lunæ 17. Aprilis 1606. coram Penia.*

346 Imò tunc sufficit, quòd testis dicat à tali tempore citra, per dictionem (semper) per spatium decem annorum aptum ad inducendam quamlibet consuetudinem, dummodo non sit contra ius, & præsertim illud Diuinum, siue esset irrationabilis, quia tunc esset impræscriptibilis, vt ait *Card. Seraphin. in dicta decis. 1159. num. 3. & Rota decis. 375. num. 8. par. 2. recentior. & per Burat. decis. 3. num. 6.* Secus autem quando esset præter ius, & ad fauorem Ecclesiæ, siue piæ causæ, quia tunc per idem spatium decennii introduci potest, vt ait *Rota decis. 365. num. 4. & decis. 722. num. 1. d. par. 2. recent. & in Ciuitatis plebis Canonicatus 18. Decembris 1623. coram Buratto.*

347 Declara tamen, quòd ea contra ius præscribitur ex cursu quadraginta annorum, cum titulo, vt ait *Rota per Coccinum in sua decis. 400. num. 7. & decis. 355. num. 2. & decis. 407. num. 5. par. 1. recent. & per Buratt. decis. 19. num. 7. & coram eodem in Giennen. Thesaurariæ 21. Iunij 1621. & in Leodien. dominij de Steuordia 5. Iunij 1624.*

348 Et ea contra ius, & irrationabilis esse dicitur, quando fit contra verba expressa legis, vel contra rationem, siue mentem legis, ex ratione desumptam, *Puteus decis. 457. lib. secundo, Mohedan. decis. 45. & Rota in Oriolen. Iurisconferendi 19. Nouembris 1576. coram Cardin. Blanchetto*, vbi propterea fuit dictum, quòd consuetudo Episcopi conferendi sine consensu Capituli non est contra ius

349 Exemplum verò de ea irrationabili, ex eo desumi potest, si vsus approbaret, vt minus dignum digniori præferatur, vt ait *Rota penes Gregorium decis. 310. num. 1. & sequentibus.*

350 Licèt sit benè verum, quòd aliquando inconueniens non esset, si in aliquo casu, ex particulari causa minus dignus digniorem præcedat, vt fuit dictum in dicta *Seguntina præcedentiæ 22. Iunij 1609. coram Pamphilio, Menoch. consil. 51. & 52. num. 99. & Card. Seraphin. in sua decis. 964. num. 2.*

351 Et tunc ad præscribendum huiusmodi actum decem anni sufficiunt, vt ait *Rota in dicta Seguntina coram Card. Pamphilio.*

352 Et ratio istius opinionis ea est, quia in hac materia præcedentiæ consuetudo est attendenda, vt ait *Cardinal. consil. 62. num. primo, Natta consil. 62. in fine Rota decis. 596. par. 2. in recentior. dictus Seraphinus decis. 964. & fuit dictum in Pamplonen. Præeminentiarum 17. Aprilis 1592 coram Card. Pamphilio.*

353 Extende eam opinionem procedere, etiam si illa consuetudo repugnaret iuris communis dispositioni, vt ait *Card. Seraph. & Menoch. in præcitatis locis.*

354 Quod tamen intellige verum, si articulus super ea benè actus specificet, aliàs admittendus non veniret, vt ait *Rota per Aegid. decis. 407.*

355 Et ratio est, quia in huiusmodi materia clariores, atque arctiores probationes sunt necessariæ, vt ait *Marta in dicta compilatione decisionum tom. primo in verbo Articuli, cap. 37.*

356 Sed quando in secunda instantia reus vellet fabricare materiam consuetudinis, ex productis per actorem in prima, tunc prima facie calumnia censetur, vt ait *Aegid. dec. 408. & Marta ibi supra cap. 38.*

357 Declara tamen illud, quod fuit dictum de ea consuetudine irrationabili, adeò verũ esse, quòd illa vti corruptela non tenet, etiamsi immemorabilis esset, vt ait *Ruin. cons. 155. num. 11. lib. 4. Nonius cons. 72. nu. 24. Menoch. cons. 126. num. 31. & 32. & Rota penes Gregorium d. decis. 310.*

358 Secus verò, si essemus in casu, vbi ageretur de probanda consuetudine incidenter, quia tunc sufficeret, si testes dicant, quòd ita communiter tenetur, & reputatur, cum non teneantur eo casu exprimere actus particulares, ex quibus nata esset, consuetudo ad hoc, vt iudex cognoscere possit, si temporis diuturnitas interuenit, veluti opus esset in consuetudine principaliter probanda, sed non tamen de immemorabili, quia impossibile est, vt illius initium hoc modo probari possit, *Aegid. in sua decis. 65. & Oldrad. consil. 244. col. 3.*

359 Et nota quòd quando, ea est sufficienter probata, tunc illa est potius attendenda, quàm lex, vt ait *Rota per Coccinum in sua decis. 376. num. 5. & 6.*

360 Immemorabilis verò præscriptio ad hoc, vt probetur multa requisita habere debet, & præsertim, quod testes deponant de visu per quadraginta annos, & de auditu a suis maioribus, qui maiores ab aliis audierint, & quod nec ipsi, neque maiores sui vnquam viderint, vel audierint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum (fuit & est) *Rota per Card. Seraph. decis. 1410. num. 2. & fuit dictum in Romana seruitutis 15. Martij 1619. corã Vbaldo, & in Sabinen. Aluuionis Ven. 5 Mart. 1619. & Lunæ 15. Nouembris 1621. coram Pirouano. & prius in Signina pœnarum 1609. coram Ortemberg, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 276. num. 5. Card. Mantic. decis. 289. num. 3. idem ait Card. Caual. decis. 56. & decis. 174. num. 1. & decis. 248. nu. 2. & decis. 272. num. 4. par. 2. in recent. & in Calagurritana Iuris Pulsandi Campanas 19. Aprilis 1624. coram Merlino, & in Compostellana Parrochialis 10. Ianuarij 1625. coram Manzanedo, & in Illerden. Decimarum 15. Maij 1630. coram Pirouano.*

361 Declara tamen, quòd illud requisitum, quòd scilicèt maiores non viderint, nec audierint contrarium, non est necessarium, vt fuit dictum à *Rota in Concben. Decimarum de Garauenna 31. Maij 1617 coram Manzanedo, & Couar. in cap. possessor 2. par. §. 3. sub num. 7 versic. Hoc autem;* & vltimo loco fuit ita quoque resolutum in illa *Illerden. Decimarum. 15. Maij 1630. coram Pirouano.*

362 Sed re vera valde mihi durum videtur, quòd quis possit explicare, & iureiurando asserere aliquid quod fuerit reconditum in animo, siue alterius conscientia, & præsertim, quando illud in negatiua consistit, & (quod plus est) de tempore, de quo testis nondum in rerum natura extabat, & sic nescio quomodo à teste istud requisitum possit explicari, absque labe periurii, ad quod quidem euitandum melius erit, si Iudex ab huiusmodi depositione dispensauerit, quia talis depositio non potest esse certa de veritate, sed potius possibilis de deponentis credulitate, iuxta ea, quæ ait *Rota in decis. 779. num. 5. par. 2. in recent. & in terminis ait Puteus decis. 267. lib. 2.*

363 Extende primò, quòd testes super huiusmodi materia deponentes debent concludenter deponere, & esse contestes in omnibus illis requisitis, per *glos. in cap. 1. de præscript. in 6.* nec non restificari de visu, & certa scientia, aliàs non probarent, vt ait *Rota per Cardin. Caualer. decis. 140. num. primo, & 2. & decis. 74. & prius 56. num. primo, & per Gregor. decis. 252. num. tertio, & decis. 434. num. 11.* Imò id in tantum procedit, vt si testes in vno tantum deponerent immemorabilem non probarent, vt ait idem *Gregor. decis. 449. num. primo.* Item, quòd non fiat coniunctio, si vnus deponat de vno, & alter de alio, ait *Cardinal Mantica in sua decis. 289. num. quarto,* & ita latè fuit deductum in *Hieracen. Iurispatronatus 17. Februarij 1617. coram Card. Verospio, & ibi reprobatur Molin. contrarium tenens, & Marescott.*

var. resol. lib. 2. cap. 100. num. 10. & Rota dec. 557. p. 2. recent.

364 Extende secundo, quòd testes debent saltem habere annos quinquaginta quatuor, vt ait *Rot. per d. Gregor. dec. 298. n. 1 & dec. 76. n. 3. & dec. 254. n. 2. & dec. 445. n. 1. par. 1. in recent. & in 2. dec. 248. num. 3.*

365 Et ratio prædictorum est, quia cũ testes deponere debeant de tempore, & de visu per quadraginta annos, opus est, vt de tempore, quo videre cæperunt, illi essent doli capaces, & sic essent quatuordecim annorum, vt ait *Rota dec. 557. in fine par. 4. nouiss.*

Declara tamen, quòd si toto prædicto tempore non fuerint testes in loco, sed aliquando fuerint absentes, tunc immemorabilis, per eos probari non poterit, vt ait *Rot. dec. 254. num. 2. par. 1. recent.* licèt tamen, secus esset, quando absentia fuisset pro modico tempore, quia tunc eam bene probarent, vt fuit dictum *in Signina Pœnarum 21. Maij 1612. coram Manzanedo, & in Calaguritana Pulsandi Campanas 29. Aprilis 1624. coram Merlino*, vbi fuit dictum immemorabilem per testes probari, qui per tres annos, non tamen continuos, sed interpollatos fuerunt absentes; aliàs valde difficilis illius probatio fieret, & ratio est, quia difficulter inueniuntur homines, qui per 40. annos continuos semper in vno loco permanserint.

366 Subextende, quòd immò opus est, vt sint annorum quinquaginta quatuor subducto tempore motę litis, vt ait *Rota decis. 248. num. 4. par. 2. recent. & in Corduben. Redecimarum 1618. coram Coccino Decano.* Aliàs si testes non inueniantur qui, subducto d. tempore litis, illud tempus habeant; tunc ea præscriptio redderetur improbabilis, vt ait *Card. Seraph. dec. 1450. & Rot. in Maceraten. Iurisdictionis 24. Iunij 1609 coram Manzanedo, & est decis. Greg. 205. n. 4. & dec. 298. n. 1. & ibi per adden. n. 12. Caputaq. decis. 290. par. 3. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 100. n 9 & Rota in Tullen. Iurisdict. 22. Martij 1596. coram Card. Pamph. Seniore, & in Conchen. Decimarum de Belmonte 31. Ianuarij 1628. coram Pirouano.*

Rursus subextende non sufficere, quòd testes habeant tempus annorum quinquaginta quatuor inchoatorum, sed vltimus annus debet esse perfectus, veluti quoque prius fuerat decisum in *Toletana Decimarum 2. Iunij 1593. coram Card. Pamphilio, & in Placentina Voti 17. Maij 1603. coram Penia, & in Conchen. Decimarum 8. Iunij 1604. coram Ortembergo, & Rot. dec. 276. n. 4. inter crim. Farinac. & dec. 248. num. 4. par. 2. recent & in Corduben. Decimarũ 18. Maij 1618. coram Coccino, & in Aegitanen. Decimarum, 5. Decembris 1625. coram Remboldo.*

Declara præterea, quòd quando agitur contra Ecclesiam, tunc venit deducendum tempus Sedis vacantis, vt ait *Rota per Burat. dec. 598. n. 18. & seq.* Aliàs si non reperirentur testes cũ prędictis requisitis, vtique immemorabilis redderetur improbabilis, vt ait *Card. Seraph. dec. 1450. & dec. 1460. n. 2.*

367 Extende tertiò, quòd de tali ætate debet ante examen concludenter apparere, vt ait idem *Greg. dec. 298. nu. 2.* Imò neq; debẽt dd. testes se referre ad articulum, dicendo in eo contenta esse vera, sed bene causa sui dicti erit reddenda, vt ait *Veral. dec. 71. p. 2. & decis. 291. par. 3. & Rota in Iacen. Parrochialis coram Penia, quæ est penes Marchesi. de commiss. tomo 1. fol. 462.*

368 Declara tamen primò conclusionem, vt scilicet talis præscriptio probetur per scripturas, si darentur tamen scripturæ vltra centum annos, in quibus immemorabilis, per duas enunciatiuas ad minus enuncietur, & quę a personis non suspectis emanauerint, vt dicunt addentes ad *Gregor. decis. 51. num. 20.*

369 Declara secundò, quòd ea cesset dato certo initio in contrarium, vt ait *Rota ibi supra num. 6. & decis. 58. nu. 2. & 3. & decis. 206. par. 2. recent. Put. decis. 476. lib. 2. & Grat. lib. 5. discept. cap. 918. num. 39 & 40. & Rota in Caputaq. Vnionis 27. Nouembris 1591. coram Penia.*

370 Declara tertiò, quòd ea quoque cesset ex actibus cõtrariis, vt habetur in dictis annotationibus ad eã *decis. Greg. 51. n. 6. & dec. 434. n. 10. & dec. 298. & ibi*

ibi per addent. num. 13

371 Fallit tamen primò, si actus contrarij essent vltra centum annos, vt in dictis *annot. ad eam decis. Greg.* 51. *nu.* 7. *& decis.* 298. *num.* 13. & ibi habetur, quòd tunc actus contrarij non elidunt immemorabilem, quando sunt supra centum annos, ex ea ratione, quia hominum memoria non præsumitur se extendere vltra centum annos; at secus, quando actus essent infra centum, quia tunc immemorabilem excluderent *ex doctr. Molin. de Primogen. Hisp. lib. 2. cap. 6. n. 60. & 61.* & ita fuit decisum *à Rota in Caualicen. feudi 26. Aprilis 1613. coram Pirouano.*

372 Fallit secundò, quando actus contrarii fuerunt facti post completam immemorabilis probationem, vt ait *Rota in prædictis decisionibus Gregor.* 51. *n.* 8. *& 298. num.* 13.

373 Declara prçterea, quòd dicta præscriptio ex solo rumore, & tumultu tollatur, vt ait *Rot. in d. dec. Greg.* 298. *n.* 13 & multò magis, quando non concurrerent requisita per *glo. in c.* 1. *de præscrip. in* 6. veluti passim Rota obseruat, vt ait *in decis.* 248. *num.* 2. *par.* 2. *recentior. & prius decis.* 58. *n.* 2. *& dec.* 272. *n.* 4. *d. p.* 2. *recent.*

374 Sed est bene verum, quòd quando ea erit probata, tunc omnem malę fidei præsumptionem excludit, ac omne priuilegium melius de mundo causat, vt ait *Rota in Nonantulana, seu nullius bonorum 18. & 22. Mart. 1597. coram Card. Mătica, quæ non fuit impressa, & in alia Oscen. Canonicatus* 1. *Decembris* 1595. *coram Penia, Aebil. decis.* 4. *de iurepatronat. & Rota dec.* 2. *num.* 2. *& decis.* 114. *eodem num. par.* 2. *recent. & in* 1. *par. decis.* 977. *num.* 4. Quòd quidem procedit, etiam in reseruatis Principi, vt ait *Rot. d. decis.* 11. *& decis.* 276. *num.* 3. *inter crim. Farinaee.* Imò id procedit, etiam si tolleretur cõsuetudo, ob dictionem vniuersalem (quæcumque, aut quælibet) vt fuit dictum in *Burgen. Sigilli* 18. *Ianuarij* 1591. *coram Penia*, Et licèt contrarium videatur sentire *Rota in Cracouien. Iuris eligendi* 21. *Maij* 1627. *coram Coecino*, Nihilominus ambę hoc modo concordari possunt, & sic vt prima opinio procedat, quando consuetudo esset rationabilis, & iusta: secunda verò, quando esset irrationabilis, & iniqua, ad quam quidem tollendam sufficit simpliciter, & absque aliqua vniuersali dictione illi derogare, quod secus esset in rationabili, quia ea per dictionem vniuersalem tolli non potest, iuxta distinctionem traditam *à Couar. allegat. à Rota in illa Cracouien. coram Coecino*, & veluti in hac materia dixi in verbo, *Antiquum tempus conclus.* 120. *num.* 11. *cum seqq.*

375 Præterea pro complemento istius articuli, hic erit opportunè notãda differentia, quæ versatur inter consuetudinem, & præscriptionem, ob effectus illos, qui ex huiusmodi diuersitate resultare possunt, quos enumerat *Crauett. de antiq. tempor. par. 2. sect. 1. per totam.*

376 Sed inter cæteras, ea est, quia per præscriptionem ius priuato acquiritur, siue illud ex publico, siue ex priuato trahatur; per consuetudinem verò publico acquiritur, & non priuato, vndecumque ius trahatur, vt fuit latè deductum in *Corduben. Redecimarum* 14. *Martij* 1608. *coram Coecino, quæ est in eius impress. dec.* 400. *num.* 1.

377 Rursus, quòd vocetur præscriptio, & non consuetudo, quando quis agere vellet de auferendo ius alteri competens, ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 410 *n.* 1.

378 Quod quidem extende procedere, etiam si quis agere vellet de acquirendo vnum ius non vni certæ personæ, sed vni certo generi personarum, vt fuit dictum in illa *Corduben. coram Coecino.*

379 Et propterea hinc fit quòd Rota pluries resoluit, quòd vbi Capitulum prætendit velle acquirere ius aliquod contra Episcopum, tunc iste actus est præscriptionis, & nõ consuetudinis, veluti ad id comprobandum plures decisiones *Rotæ cumulat Garz. de benef. p.* 5 *c.* 4. *n.* 98. *& 99. & ibi recurras.*

380 Præterea pręscriptio sæpè requirit titulum; consuetudo autẽ numquã; rursus pręscriptio non currit sine illius scien-

ſcientia de cuius intereſſe agitur, conſuetudo autem ſcientiam alicuius non requirit, vt ait *Rot. per Card. Seraph. in decif.* 798. *num.* 3. *ver. Neque obſtat*.

381 Octauò erit notandum in hac materia articulorum, quòd illi amplius non admittuntur regulariter de nouo poſtquam dicta teſtium fuerunt publicata, & didicita eorum teſtificata, & id ob timorem præſumptę ſubornationis; ſecus autem, quando ſolum eſſet facta eorum publicatio, ſed non didicitis teſtificatis, vt ait *Rota penes Gregor. in decif.* 48. *num.* 2. *& dec.* 497. *num.* 1. *& dec.* 583. *eodem num.* 1. *latè Farinac. in tract. de teſtibus quæſt.* 75. *cap.* 3. *per totum, & cap.* 4. *& Rota dec.* 328. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & in Signina pœnarum Lunæ* 21. *Febr.* 1622. *coram Buratto, & Seraph. dec.* 688. *num.* 2. *& eſt doctrina Vitalin. in clem. fin. ſub num.* 113. *& ſeq. de teſtib. & eſt text. in cap. fraternitatis de teſtib. cap. intimauit eodem tit. Authen. at qui ſemel, C. de prob. Specul. tit. de teſtib. §. ſatis vtiliter, Caph. conſ.* 7. *num.* 2. *vol.* 1. *Surd. conſil.* 8. *num.* 10. *& Afflict. decif.* 216. *num.* 1.

382 Et nota, quòd tunc ea didicita dicuntur, ad iſtum effectum, quando pars in ſuo poſſe originalem proceſſum apertum habuit, quamuis ſolemnis publicatio facta non fuerit, vt ait *Rota per Gregor. d. decif.* 583. *num.* 2. *& Farinac.* multa ait in hac materia in præcitato loco, *Beltramin. in d. decif.* 497. *Bal. in l. fin. C. quemadmod. teſta. aper. Ang. in l. ſi in duobus, ff. eodem tit. Rom. ſingul.* 32. *Felin. in cap. fraternitatis col.* 6. *& in cap. vltra* 3. *de teſtib. Soc. in tract. fallent.* 403. *fallent.* 24. *Dec. in cap.* 1. *num.* 2. *de fid. inſtrum. & in auth. ſi quis in aliquo, C. de edend.* ſed quid re vera ſit, & quotuplex ſit teſtium publicatio, & quæ ad illius ſubſtantiam requirantur. Item quando illius omiſſio ſententiam, & proceſſum vitiet, docet *Farinac. ibi ſupra*.

383 Amplia primò illud octauum notabile quoque procedere, nedum, quando pars habuit totum proceſſum apertum; Sed etiam, quando integram copiam, quia cum hæc duo à pari procedant in materia præſumptæ ſubornationis; idcirco proſecutio vlterioris examinis venit impedienda, vt ait *Vitalin. in dicta Clem. final. num.* 113. *propè finem, cum ſeqq. & Farinacc. de teſtib. quæſt.* 75. *num.* 36. *verſic. Vel etiam copia, & Card. Seraph. decif.* 688. *num.* 3. §. *quia vero ante medium, & ibi gloſ. in verbo teſtationes auth. de teſtib.* vbi ait, quòd perlegere originale intelligitur, quando quis illud legit in quaterno notarii, vt eſt doctrina *Bar. in dicta auth. at qui ſemel num.* 21. *C. de prob.*

Amplia ſecundò prædicta procedere non ſolum in principali, qui originale, ſiue illius copiam habuerit, ac perlegerit; Verum etiam in aduocato, & procuratore, vt in *d. §. quia vero ante medium, verſ. Neque aliquis aduocatorum eius, vel aliquis pro eo agens, & ibi gloſ. in d. verbo Agens, C. de teſtib. Farinac. q.* 75. *num.* 49. *&* 86. *& Gregor. dec.* 497. *num.* 4. vbi ait, quòd admittuntur quidem probationes ſuper eiſdem, quatenus dentur ſolum ſummaria teſtium partibus, at ſecus quando dantur depoſitiones extenſæ, ac eorum nomina pandantur, & ſic quando hæc duo copulatiuè concurrunt, & facit *decif.* 154. *num.* 3. *in fine par.* 2. *recentior.*

Amplia tertiò eò magis prædicta procedere, quando eſſemus in caſu, vbi iam fuerunt ſæpius percunctata, & diſcuſſa dicta teſtium, quo caſu, cum pars poſſit, ſtãte huiuſmodi diſputatione, inſtrui de eo, in quo hactenus probata deficerent; hinc propterea fit, vt ad nouum examen amplius non ſit deueniendum *d. auth. at qui ſemel, C. de prob. ibi, aut ab aduerſario hoc facientе diſputationem acceperit, & §. quia vero, auth. de teſtibus Soccin. in dicto capitulo fraternitatis num.* 22. *in fine, verſ. Quædam eſt publicatio, & num.* 14. *verſ. Aut inter partes, Farinacc. dicta quæſt.* 75. *num.* 47. *de teſtibus, Seraphin. dicta decif.* 688. *num.* 2. *verſ. & ſuper iſtis, Gregor. dicta decif.* 497. *num. tertio, & decif.* 328. *num. tertio parte ſecunda recentior. & in Signina pœnarum* 21. *Februarij* 1622. *coram Buratto*.

ibi per addent. num. 13

371 Fallit tamen primò, si actus contrarij essent vltra centum annos, vt in dictis *annot. ad eam decis. Greg.* 51. *nu.* 7. *& decis.* 298. *num.* 13. & ibi habetur, quòd tunc actus contrarij non elidunt immemorabilem, quando sunt supra centum annos, ex ea ratione, quia hominum memoria non præsumitur se extendere vltra centum annos; at secus, quando actus essent infra centum, quia tunc immemorabilem excluderent *ex doctr. Molin. de Primogen. Hisp. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 60. *&* 61. & ita fuit decisum *à Rota in Caualicen. feudi* 26. *Aprilis* 1613. *coram Pirouano.*

372 Fallit secundò, quando actus contrarii fuerunt facti post completam immemorabilis probationem, vt ait *Rota in prædictis decisionibus Gregor.* 51. *n.* 8. *&* 298. *num.* 13.

373 Declara præterea, quòd dicta præscriptio ex solo rumore, & tumultu tollatur, vt ait *Rot. in d. dec. Greg.* 298. *n.* 13 & multò magis, quando non concurrerent requisita per *glo. in c.* 1. *de præscrip. in* 6. veluti passim Rota obseruat, vt ait *in decis.* 248. *num.* 2. *par.* 2. *recentior. & prius decis.* 58. *n.* 2. *& dec.* 272. *n.* 4. *d. p.* 2. *recent.*

374 Sed est bene verum, quòd quando ea erit probata, tunc omnem malę fidei præsumptionem excludit, ac omne priuilegium melius de mundo caus at, vt ait *Rota in Nonantulana, seu nullius bonorum* 18. *&* 22. *Mart.* 1597. *coram Card. Mãtica, quæ non fuit impressa, & in alia Oscen. Canonicatus* 1. *Decembris* 1595. *coram Penia, Achil. decis.* 4. *de iurepatronat. & Rota dec.* 2. *num.* 2. *& decis.* 114. *eodem num. par.* 2. *recent. & in* 1. *par. decis.* 977. *num.* 4. Quòd quidem procedit, etiam in reseruatis Principi, vt ait *Rot. d. decis.* 11. *& decis.* 276. *num.* 3. *inter crim. Farinacc.* Imò id procedit, etiam si tolleretur cõsuetudo, ob dictionem vniuersalem (quæcumque, aut quælibet) vt fuit dictum in *Burgen. Sigilli* 18. *Ianuarij* 1591. *coram Penia*, Et licèt contrarium videatur sentire *Rota in Craccouien. Iuris eligendi* 21. *Maij* 1617. *coram Coccino*, Nihilominus ambę hoc modo concordari possunt, & sic vt prima opinio procedat, quando consuetudo esset rationabilis, & iusta: secunda verò, quando esset irrationabilis, & iniqua, ad quam quidem tollendam sufficit simpliciter, & absque aliqua vniuersali dictione illi derogare, quod secus esset in rationabili, quia ea per dictionem vniuersalem tolli non potest, iuxta distinctionem traditam *à Couar. allegat. à Rota in illa Craccouien. coram Coccino*, & veluti in hac materia dixi in verbo, *Antiquum tempus conclus.* 120. *num.* 11. *cum seqq.*

375 Præterea pro complemento istius articuli, hic erit opportunè notãda differentia, quæ versatur inter consuetudinem, & pręscriptionem, ob effectus illos, qui ex huiusmodi diuersitate resultare possunt, quos enumerat *Crauett. de antiq. tempor. par.* 2. *sect.* 1. *per totam.*

376 Sed inter cæteras, ea est, quia per præscriptionem ius priuato acquiritur, siue illud ex publico, siue ex priuato trahatur; per consuetudinem verò publico acquiritur, & non priuato, vndecumque ius trahatur, vt fuit latè deductum in *Corduben. Redecimarum* 14. *Martij* 1608. *coram Coccino, quæ est in eius impress. dec.* 400. *num.* 1.

377 Rursus, quòd vocetur præscriptio, & non consuetudo, quando quis agere vellet de auferendo ius alteri competens, ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 410 *n.* 1.

378 Quod quidem extende procedere, etiam si quis agere vellet de acquirendo vnum ius non vni certæ personæ, sed vni certo generi personarum, vt fuit dictum in illa *Corduben. coram Coccino.*

379 Et propterea hinc fit quòd Rota pluries resoluit, quòd vbi Capitulum prætendit velle acquirere ius aliquod contra Episcopum, tunc iste actus est præscriptionis, & nõ consuetudinis, veluti ad id comprobandum plures decisiones *Rotæ cumulat Garz. de benef. p.* 5 *c.* 4. *n.* 98. *&* 99. *& ibi recurras.*

380 Præterea pręscriptio sæpè requirit titulum; consuetudo autẽ numquã; rursus pręscriptio non currit sine illius scien-

ſcientia de cuius intereſſe agitur, conſuetudo autem ſcientiam alicuius non requirit, vt ait *Rot. per Card. Seraph. in deciſ.* 798. *num.* 3. *ver. Neque obſtat*.

381 Octauò erit notandum in hac materia articulorum, quòd illi amplius non admittuntur regulariter de nouo poſtquam dicta teſtium fuerunt publicata, & didicita eorum teſtificata, & id ob timorem præſumptę ſubornatio. tionis; ſecus autem, quando ſolum eſſet facta eorum publicatio, ſed non didicitis teſtificatis, vt ait *Rota penes Gregor. in deciſ.* 48. *num.* 2. *& dec.* 497. *num.* 1. *& dec.* 583. *eodem num.* 1. *latè Farinac. in tract. de teſtibus quaſt.* 75. *cap.* 3. *per totum, & cap.* 4. *& Rota dec.* 328. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & in Signina pœnarum Lunæ* 21. *Febr.* 1622. *coram Buratto, & Seraph. dec.* 688. *num.* 2. *& eſt doctrina Vitalin. in clem. fin. ſub num.* 113. *& ſeq. de teſtib. & eſt text. in cap. fraternitatis de teſtib. cap. intimauit eodem tit. Authen. ae qui ſemel, C. de prob. Specul. tit. de teſtib. §. ſatis ſubtiliter, Caph. conſ.* 7. *num.* 2. *vol.* 1. *Surd. conſil.* 8. *num.* 10. *& Afflict. deciſ.* 216. *num.* 1.

382 Et nota, quòd tunc ea didicita dicuntur, ad iſtum effectum, quando pars in ſuo poſſe originalem proceſſum apertum habuit, quamuis ſolemnis publicatio facta non fuerit, vt ait *Rota per Gregor. d. deciſ.* 583. *num.* 2. *& Farinac.* multa ait in hac materia in præcitato loco, *Beltramin. in d. deciſ.* 497. *Bal. in l. fin. C. quemadmod. teſta. aper. Ang. in l. ſi in duobus, ff. eodem tit. Rom. ſingul.* 32. *Felin. in cap. fraternitatis col.* 6. *& in cap. vltra* 3. *de teſtib. Soc. in tract. fallent.* 403. *fallent.* 24. *Dec. in cap.* 1. *num.* 2. *de fid. inſtrum. & in auth. ſi quis in aliquo, C. de edend.* ſed quid re vera ſit, & quotuplex ſit teſtium publicatio, & quæ ad illius ſubſtantiam requirantur. Item quando illius omiſſio ſententiam, & proceſſum vitiet, docet *Farinac. ibi ſupra*.

383 Amplia primò illud octauum notabile quoque procedere, nedum, quando pars habuit totum proceſſum apertum; Sed etiam, quando integram copiam, quia cum hæc duo à pari procedant in materia præſumptæ ſubornationis; idcirco proſecutio vlterioris examinis venit impedienda, vt ait *Vitalin. in dicta Clem. final. num.* 113. *propè finem, cum ſeqq. & Farinacc. de teſtib. quaſt.* 75. *num.* 36. *verſic. Vel etiam copie, & Card. Seraph. deciſ.* 688. *num.* 3. *§. quia vero ante medium, & ibi gloſ. in verbo teſtationes auth. de teſtib.* vbi ait, quòd perlegere originale intelligitur, quando quis illud legit in quaterno notarii, vt eſt doctrina *Bar. in dicta auth. at qui ſemel num.* 21. *C. de prob.*

Amplia ſecundò prædicta procedere non ſolum in principali, qui originale, ſiue illius copiam habuerit, ac perlegerit; Verum etiam in aduocato, & procuratore, vt in *d. §. quia vero ante medium, verſ. Neque aliquis aduocatorum eius, vel aliquis pro eo agens, & ibi gloſ. in d. verbo Agens, C. de teſtib. Farinac. q.* 75. *num.* 49. *&* 86. *& Gregor. dec.* 497. *num.* 4. vbi ait, quòd admittuntur quidem probationes ſuper eiſdem, quatenus dentur ſolum ſummaria teſtium partibus, at ſecus quando dantur depoſitiones extenſæ, ac eorum nomina pandantur, & ſic quando hæc duo copulatiuè concurrunt, & facit *deciſ.* 154. *num.* 3. *in fine par.* 2. *recentior.*

Amplia tertiò eò magis prædicta procedere, quando eſſemus in caſu, vbi iam fuerunt ſæpius percunctata, & diſcuſſa dicta teſtium, quo caſu, cum pars poſſit, ſtãte huiuſmodi diſputatione, inſtrui de eo, in quo hactenus probata deficerent; hinc propterea fit, vt ad nouum examen amplius non ſit deueniendum *d. auth. at qui ſemel, C. de prob. ibi, aut ab aduerſario hoc faciente diſputationem acceperit, & §. quia vero, auth. de teſtibus Soccin. in dicto capitulo fraternitatis num.* 22. *in fine, verſ. Quadam eſt publicatio, & num.* 14. *verſ. Aut inter partes, Farinacc. dicta quaſt.* 75. *num.* 47. *de teſtibus, Seraphin. dicta deciſ.* 688. *num.* 1. *verſ. & ſuper iſtis, Gregor. dicta deciſ.* 497. *num. tertio, & deciſ.* 328. *num. tertio parte ſecunda recentior. & in Signina pœnarum* 21. *Februarij* 1622. *coram Buratto.*

Amplia quarto procedere etiamsi in summario testium dato per exiésum eorum nomina non pandantur, si summarium tamen datum integram copiā contineat eorum depositionis, per ordinem, & ratio est quia ex dicto ordine plena notitia resultare videtur depositionis vniuscuiuscumque testis, vt ait *Vitalin. in præcitato loco sub n.* 113. *& seq. de testib. Vestrius in sua praxi lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 4. *Cæsar de Graff. decis.* 70. *aliàs* 1. *num.* 1. *de testib. Ioseph. Ludouic. dec. perus.* 73. *num. & idem de Graff. dec.* 80. *aliàs* 11. *num.* 4. *de testib. Card. Seraph. dec.* 688. *num.* 2. *Gregor. dec.* 497. *num.* 4.

Amplia quintò prędicta multò magis procedere, vbi essemus in testibus infimæ conditionis, & vilibus, vt ait *Rota per Card. Mant. dec.* 49. *n.* 17. siue etiā agatur de materia suspecta, vt est illa probationis immemorabilis, in qua, ob eorum requisita, sæpe doctores ipsi decipiuntur, & prudentissimos fallit, & sic erit valde periculosum, si post di dicita testificata nouum examen admittatur; & ratio est, quia si vnus testis in aliquo de requisitis istius probationis deficiat, ex alio facilè suppleri posset, vt ait *Cardin. Mantic. dec.* 289. *num.* 4. *& Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 10. *& addens ad Greg. dec.* 252. *num.* 15. & veluti superius dixi *sub num.* 363.

384 Fallit tamen primò illud notabile octauum, quando, verbi gratia, testis super materia de qua agitur nihil depo suerunt, & propterea tunc de nouo erunt examinandi, vt ait *Rota in Verdunen. Cappellaniæ Mercurij* 15. *Ianuarij* 1603. *coram eodem Gregorio XV. quæ est dec. in eius impress.* 83. *n.* 4. *& Octau. Caccher. decis.* 14.

Secus autem, quando essemus in articulis calumniosè datis; veluti esset de illis aliàs datis, & præpositis necnō super eisdem habita fuisset testium responsio, quia tali casu illi, vti calumniosi admittendi non veniunt, vt ait *Rota dec.* 95. *par.* 3. *lib.* 2. *diuers. num.* 2. Item calumniosi dicuntur, si in causa semel fuerint antea producti, & postea reproducuntur ad protelandum iudicium, vt ait *Rota decis.* 24. *par.* 3. *diuers.*

385 Fallit secundò in casu, quòd articulus esset partim nouus, & partim antiquus, vt fuit dictum *in Ianuen. iurisdictionis Lunæ* 21. *Februarij* 1611. *coram eodem Gregorio, quæ est in eius impress. dec.* 497. *num.* 2. siue etiam si testes examinandi partim essent ex illis, qui iam iurarunt, & partim ex nouis, quia tunc, ratione concomitantiæ testium iam productorum, suspicio subornationis euitatur, quæ potuisset forsitan oriri contra inducendos, veluti huiusmodi distinctione, tradit *Marian. senior in cap. fraternitatis num.* 12. *conclus.* 4. *vers. Nec obstat text. Gabr. conclus.* 21. *num.* 138. *de testib. & latè Surd. decis.* 153. *num.* 20. *& seq.* Et eò magis veniret concedendum examen nouū, quando per publica documenta intentio examinare volentis posset coadiuuari, quo casu ratione concomitantię re ipsa in testibus veritas præsumitur, & sic ea ratio subornationis cessat, vt ait *Butr. in cap. senis num.* 2. *de testib. Afflict. decis.* 16. *num.* 5. *additio Soccini reg.* 403. *num.* 13. *Gabr. d. conclus.* 21. *num.* 90. *Farinacc. quæst.* 75. *num.* 189. *de testib.*

386 Sed ad declarationem prædictæ secundæ fallentiæ, nota quòd tunc articulus nouus non dicitur, si in substantia idem continet, quod antiquus, licèt in sono, & verborum cortice videatur differre, *Greg. ibi sup. nu.* 3. sed quando articuli noui, vel antiqui dicantur, siue quando dicantur dependentes ab antiquis videndus est *Farin. de test. in sua q.* 75. *n.* 29. *cum seqq.* & ibi latè de hac materia discurrit.

387 Secus autem, si articuli prorsus essent antiqui, quia tunc ijdem testes non possent de nouo super eis examinari, etiamsi eorum examen prius factum publicatum non fuisset, *Peregr. decis.* 87 *lib.* 1. *& decis.* 118. *lib.* 2. *& Rota per Gregor. ibi sup. d. decis.* 497. *num.* 5.

388 Declara tamen prædicta non procedere, si prima vice testes prædicti perfectè non fuerunt examinati, absque culpa indncentis, & multò minus si culpa aduersarij, quia in primo casu debent examinari de nouo, *vt ait Rota in dicta decis.* 497. *num.* 6. & in secundò habentur pro perfectè examinatis.

tis in odium præstantis impedimentū, veluti latè dicam in verbo *Testes*, & præsertim quando pars non potuit ante publicationem de probatione contraria instrui, vt ait *Afflict. decis. 33. sub num. 4. vers. Item quia*.

389 Fallit tertiò conclusio de stylo Rotæ, si solùm fuerit receptum summarium in eorum, siue quando originale fuit solum ostensum, vel dimissum in manibus solius procuratoris; secus autem si penes principalem stetisset; nam huiusmodi receptio summarii non operatur publicationem, nec minus facit testificata fuisse didicita, quemadmodum, nec etiam processus ostensio soli procuratori facta, & hic stylus à Rota fundatus fuit super præsumpta procuratorum probitate, de quibus ea confidere solet, vt est *decis. Cæsaris de Grassis 11. de testib. Cardin. Seraphin. decis. 688. num. 2. Rota decis. 136. par. 3. lib. 2. diuers.* & fuit dictum *in vna Senogallien. spolij 11. Decembris 160c. corā Corduba, & in Pampilonen. decimarum 23. Iunij 1601. coram Card. Pamphilio, & in Hieracen. Iurispatronatus 5. Iunij 1617. coram Verospio, & in alia Auenionen. Archidiaconatus 17. Februarij 1617. coram Buratto*, vbi testatur, quòd receptio summarii non facit didicita censeri testificata, sed quomodo iste stylus, circa huiusmodi concessionem summarii testium parti dati sit intelligendus in tribunalibus Vrbis, tradit *Salust. Tiber. in sua praxi lib. 2. cap. 14. sub num. 6. & in decis. 583. num. 3. coram Gregorio XV. Rota* testatur illum stylum ab ea tollerari admittendi nouum examen, post datum partibus summarium testium, quia ibi non dantur extensæ depositiones, nec minus eorum nomina panduntur, veluti vltimo loco fuit resolutum *à Rota in Cremonen. pensionis Lunæ 14. Ianuarij 1630. coram Reuerendiss. Coccino Decano*.

Et prædicta tantò fortius sustinerentur, quando per recipientem summarium testium non fuisset renunciatum examini aliorum testium, veluti superius dixi *num. 117.* sed in hoc vide *Farinacc. de testibus dicta quæst. 75. cap. 34. & 5. per totum*, sed est benè verum, quòd iste stylus Rotæ vti odiosus non est extendendus, vt ait *Marchesan. de commiss. par. 3. §. 3. num. 62. vers. Tamen Rotæ stylus fol. 66. & Rota decis. 486. num. 7. par. 2. recent.*

At secus igitur quando darentur depositiones per extensum, atque testiū nomina panduntur, vt ait *Rota dec. 56. n. 2 post 2. volum. consil. Farinac.*

Extende prædictam fallentiam de dicto stylo Rotæ loquentem intantum procedere, vt propterea quamuis notarius adnotauerit dedisse parti summarium, non per hoc pars impeditur toties de nouo examinare quoties de iure sibi licuerit, & ratio est, quia ea adnotatio notarii vim publicationis processus non habet. Imò malè facit notarius huiusmodi adnotationem faciendo, vt animaduertit *Rota per Cæsar de Grass. d. decis. 11. de testib.*

Sed est benè verum, quòd qui allegat stylum Rotæ loqui in casu præsenti de quo agitur, est ab eo plenè, & concludēter probādus *Grat. consil. 5. in fine lib. 2. Menoch. consil. 364. num. 12.* & præsertim, quando decisoria respicit, quia victoria ex probatione pendet *Dec. cap. 2. num. 103. de probat. Alex. consil. 16. num. 7. lib. 5. Ruin. consil. 64. num. 7. lib. 4. Rota decis. 259. num. 5. p. 1. recent. & per Coccin. dec. 182. num. 2.*

390 Fallit quartò, quando de nouo post didicita testificata fuerunt reperti testes, dummodo de hac eorum nouitate plenè, & concludenter probetur, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium dicta decis. 583. num. 4.* vbi subdit, quòd aliàs esset facilè diludere regulam non probata probabo, non deducta deducam, *& Rota in Spoletana hæreditatis 1. Iulij 1624. coram Buratto.*

391 Licèt Rota ibidem fateatur huiusmodi limitationem maximam difficultatem habere, ob timorem subornationis, *Farinac. in suo tract. de testib. q. 75. num. 190. & 191.* & ibi plures limitationes in hac materia ponit.

Extende prædictam fallentiam quoque procedere, quando testes fuissent nulliter recepti, quia isto casu testium examinatio fieri potest, etiam post eorum publicationem, vt ait *Afflict. dec 33. num. 4.*

392 Fallit quintò, vbi agitur de corroboran.

borandis, & confirmandis probationibus & articulis antiquis, quia tunc nouum examen venit concedendum non obstante, quòd eorum dicta publicata, & didicita fuerint, vt fuit dictum à *Rota in vna Mediolanen. bonorum 31. Maij 1596. coram Card. Pampilio*, & ita fuit tentum in illa *dec.* 583. *coram Gregorio num.* 5. *Card. Seraph. dec.* 303. *num.* 2. *& Farinac. d. quæst.* 75. *num.* 155. *& num.* 383. *&* 407. *cum seqq.* & ibi quoque docet, quando post testium publicationem possint illi examinari in causa matrimoniali, & ctiminali.

393 Et ratio prędictorũ ea est, quia nouæ probationes semper veniunt admittendæ, vbi etiam aliàs non essent admittendæ, quando tractatur de coadiuuãdis antiquis, ne probationes pereãt, & propterea (vt superius diximus) facit in iure illa regula, Non probata probabo, & non deducta deducam, *Cæsar de Grass. decis.* 20. *num.* 11. *de probat.* & ita fuit dictum *in Cæsaraugustana Canonicatus portionis coram Iusto, quæ est penes Marchesan. de commiss. tom.* 1. *fol.* 340. *& in alia Cæsaraugustana Canonicatus* 2. *Februarij* 1610. *coram Pamphilio.*

394 Declara tñ, ꝗ non ita absolutè debẽt nouæ probationes admitti, vbi aliàs nõ est admittẽdæ, sub prætextu coadiuuandi antiquas, sed solum eo casu, qñ illę probationes pręcedunt, quæ sufficerent ad instruendum, & mouendum animum Iudicis, licèt aliquid deficeret, veluti cõsiderauit *Rota in d. Cæsaraugustana portionis ibi penes Marchesi. d. tom.* 1. *fol.* 340.

395 Extende quòd quis eò magis esset admittendus ad faciendas nouas probationes, vbi etiam aliàs ipse non esset admittendus, quando illæ tenderent ad elidendum probationes aduersarii post lapsum terminum ad probandum, siue post sententiã factas, ad hoc, vt æqualitas in iudiciis seruetur, aliàs vtiq. claudie aretiudiciũ, si vni post lapsũ terminũ, siue post sententiã concederetur noua probatio, & alteri denegaretur replicatio, *Gratian. lib.* 2. *discept. c.* 224. *num.* 7. *&* 8. *Menoch. conf.* 106. *& Rota decis.* 168. *num.* 10. *&* 11. *penes Statil. de Saluian.* vbi fuit dictum, quòd actor potest nouas probationes facere ad elidendam exceptionem à reo de nouo propositam, veluti quoque dixi in verbo Actio, & in verbo Actor, & ita quoque fuit dictum *in Anconitana bonorũ* 22. *Maij* 1603. *coram. Iusto, & in alia Romana Mercium* 28. *Nouembris* 1607. *coram Ortembergo.*

396 Fallit sextò, quando ageretur de fauore Ecclesiæ, si tamen illius læsio probetur; aliàs secus, & dummodo etiam concurrat non solum causæ cognitio; verum etiam vna magna, & exacta diligentia, ob timorem subornationis, vt ait *Aegid. in decis.* 38. *& Caputaquen. decis.* 50. *num.* 5. *&* 6. *par.* 3. *Gabriel de testib. conel.* 21. *num.* 37. & hanc fallentiam approbauit *Rota in Mediolanen. bonorum* 31. *Maij* 1596. *coram Card. Pampbilio, & in alia Barcbinonen. confinium* 11. *Maij* 1602. *coram Cardin. Sacrato, & in Perusina bonorum* 20. *Februarij* 1609. *coram Ortembergo.*

397 Fallit septimò, quando aliqui ex testibus iam inductis non fuerunt examinati, quia tunc, non obstante eorum publicatione, examinari possunt, dummodo tamen illa publicatio fuerit inuita parte facta, ac ea reluctante, vt ait *Surd. conf.* 8. *num.* 18. *in fine, & seqq. Fariuac. in d. quæst.* 75. *de testibus num.* 197. *& Gabriel d. conclus.* 21. *num.* 127. *de testib. & Rota penes Gregorium in sua dec.* 583. *num.* 7.

398 Secus autem, si ageretur de examinando eosdem testes super antiquis articulis, quia tunc illi non essent admittendi, nisi tamen essemus in casu, quòd non fuerint prima vice perfectè examinati, absque culpa partis, sed potius ea interpretis, vt fuit dictum in *Genuen. Iurisdictionis Lunæ* 21. *Februarij* 1611. *coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis.* 497. *num.* 7. *& Gabriel dicta conclus.* 21. *num.* 20. *& seq. & Farinac. d. quæst.* 75. *nu.* 201. *de test.*

399 Extende id quoque procedere etiamsi eorum examen non esset publicatum, quia non per hoc testes iidem super articulis antiquis examinandi forent, nisi tamen essemus in prædicto exceptuato casu, nempè quando pri-

ma

vice absque culpa partis ... examinati non fuere ... *in sua decis.* 87 ... & Rota per Greg. d. decis. 497. num. 5.

400 Fallit octauo, quando dicimus in articulis additionalibus dãdis, qui sũt admittendi ad probandam intentionẽ actoris, sed reus non cogitur illis respõdere; nisi de nouo citetur, vt in Curia praxis obseruat; vnde erit necessaria citatio ad dicendum contra articulos additionales, & postea ad illis respondendum, vt ait *Mysinger. dec.* 81. *par.* 2.

401 Sed declara tamen, quòd reiectis primis, additionales amplius dari non possunt, *Triuis. dec* 4. *p.* 1. *Senat. Venet.*

Extende, quòd eodem modo venirent admittendi testes non obstante publicatione, etiam super articulis cõtrariis, quando ageretur de confirmando dicta priorum testium, & eò magis si allegaretur falsitas testium aduersantium, vt ait *Surd. in sua decis.* 126. *nu.* 4. Quod tamen intellige verum, quando nil imputari posset parti cur testes non produxerit; aliàs secus, vt ait *Surd. ibi supra num.* 5. Immò prędicta procedunt, etiam si ageretur de probando idem, siue directè, siue indirectè *Surd. ibidem num.* 14. Item admittuntur noui testes, publicatione non obstante, quando agitur ad probandum id, super cuius contrario fuerunt dicta, seu publicatæ attestationes, & ad repellendam infamiam, vt ait *Surd. decis.* 59. *num.* 8. secus autem in criminalibus, in quibus non admittuntur testes, etiam ad defensam, ad instantiam partis; sed officio iudicis tantum, vt ait *Surd. d. decis.* 59. *num.* 10.

Et prædictas fallentias extende eò magis procedere, quando procurator appellati iuraret in animam suam, siue illius principalis testificata non didicisse, quo casu articuli erunt admittendi saluo iure impertinentium, vt ait *Gaspar. Gulielm. in sua decis.* 41. *par.* 3. *Rotæ Spirensis*, & optimè facit *text. in cap. vltra* 3. & *ibi Butr. num.* 7. *in fine de testib.* & *Surd decis.* 153. *num.* 19. & veluti dixi supra *num.* 143. Cui quidem opinioni omnino tenendæ optimè consonat ea regula, nõ deducta deducã, & nõ probata probabo; alias nimis graue esset probationes angustare, quod non est tollerandum à iudice, cuius arbitrio hæc materia venit remittenda, & maximè, quãdo essemus in casu, vbi iuxta personarum qualitatem præsumptio subornationis non vrgeret, super qua tota hæc materia versatur, & id, ad hoc vt veritas semper elucescat, quod enim alteri parti graue videri nõ debet; Item quòd ex aliqua causa sit per Iudicem concedenda noua remissoria, fuit dictum *à Rota per Gregor. decis.* 307. *n.* 4. & *in vna Hieracen. iurispatronatus* 5. *Iunij* 1617. *coram Verospio*.

402 Vlterius nota, quòd minor non est restituendus propter obiectus omissos, neque ob interrogatoria omissa, quia cum dd. obiectus sint odiosi, igitur strictè in illorum materia erit procedendum · secus autem si essemus in omissione defensionum, quia illæ, vti fauorabiles, ac de iure Diuino adinuentæ faciunt restitutionem pro eis esse concedendam, vt ait *Cappell. Tholosan. in sua decis.* 53. *per totam*, & *Rota decis.* 176. *par.* 3. *lib.* 3. *nouissim.* & *Marta in compilat. decis. tomo primo in verbo Articuli cap.* 33. & *Rota decis.* 617. *in antiq.* Et prędicta multò magis procederent in minore Doctore, qui nunquã restituendus venit, & ratio est, quia scire tenetur; aliàs valde turpe esset ignorare ius, in quo, quis quotidie versatus esse debet, vt ait *Rota per Buratt dec.* 20. *num.* 6.

403 Præterea pro complemento istius materiæ erit notandum, quòd producens falsum articulum erit puniendus, licèt non declarauerit eo velle vti pro bono, & fidedigno, licèt in curia seruetur facere declarare producentem eo citato ad declarandum, an eo pro bono vti velit, ad hoc, vt postea possit producens illos de falso argui, cum ei velle vti semper renunciare possit, vsq; ad sententiam; & ratio est, quia nemo punitur, nisi perseueret vsque ad sententiam in vtendo, vt ait *Alex. in consil.* 108. *num.* 7. *versic. Plus dico*, & *l. si falso, C. de falsis*, & *Bald. in l. si aduersarius, C. de fid. instrument.* & *Ancharan. consil.* 173. *num.* 3. & *Surdus decis.* 263. & ibi docetur, quando quis falsũ articulũ producere dicatur.

Sed

Sed in hac materia opere pretium erit distinguere, an scilicet, quis cogatur declarare, si velit testium examinatorum depositionibus pro fidedignis, & legalibus vti, & tunc, si ille respondeat velle eorum depositionibus vti quatenus sint boni, & veritatem dicat dicta responsio videtur sufficiens, & præsertim, si per petentem ita præcisè responderi aliquis fumus falsitatis non detur, veluti late dixi in *conclus.* 123. *num.* 156. *cum. seqq.* & ita quoque ait *Rota per Caputaquen. dec.* 250. *lib.* 1. *in manuscript. & in Senogalien Frumenti* 8. *Octobris* 1571. *coram Robust. &* 3. *Decembris eiusdem anni coram eodem, & in Portuen. Castri Riani* 15. *Martij* 1555. *coram Capizucchio allegat. à Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 742. *num.* 35. *& seq. vbi alios doctores allegat.*

1 Et prædicta eò magis procederent, si ab aduersario interrogante responderi præcisè, non fuisset expressum, in qua parte depositionis testium prætenderet de falso redarguere, eũ aliàs, si id generaliter diceret, audiendus non veniret, vt dicunt Doctores allegati a *Gratian in præcitato loco*; Secus autem vbi ageretur in materia productionis instrumenti, quia tunc responsio deberet esse præcisa, vt ait *Farinac. de falso, quæst.* 159. *par.* 4. *num.* 78. *fol.* 220. *alleg. à Grat. ibi supra*, Licèt secundũ me, si

2 daretur aliquis fumus falsitatis scripturæ; aliàs secus, per ea, quæ dixi *in d. con clus.* 123. *n.* 156. *cum seqq.* & in omnem euentum procurator id petere non valebit, nisi cum speciali mandato, vt ait *Gratian. ibi supra num.* 39. *& Rota in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus* 16. *Aprilis* 1612. *coram Cardin. Pamphilio.*

Et ratio ea potissimum esse videtur, ob iuramenti indiuiduitatem, quæ operatur, vt respondens non possit dicere, ego volo, vti scriptura in talibus verbis vel in tali loco, & propterea nimirum, si ista responsio debeat esse sine aliqua plica, vt bene aduertit *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 189. *num.* 1. *&* 2. Vnde

3 Iudex debet assignare terminum eidẽmet principali ad præcisè respondendum, an velit vti scriptura, siue instrumento pro legali, & fide digno, quo

4 quidem elapso pœnæ legali subiacebit, si tamen falsitas probata fuerit, sed si pars respondere recusaret, tunc scriptura de falso suspecta redderetur, vt ait *Rota decis.* 452. *num.* 4. *par.* 3. *recentior.*

ARGVMENTVM.

ASCENDENTIVM, VEL DEscendentium, siue Parentum, aut Antecessorum, vel Proximiorum suorum appellatione, qui veniant.

CONCLVSIO CXLIX.

ASCENDENTIVM, & descendentium appellatione nota, quòd omnes veniũt absque termini præfixione, & propterea videmus, quòd repræsentatio ad successionem descendentium non restringitur ad certum gradum, sed omnes veniunt in infinitum, vt fuit dictum in vna *Paduana Fundi Mercurij* 10. *Iunij* 1609. *coram Cardinali Lancellotto Iuniore.*

2 Appellatione autem parentum de proprietate sermonis solùm veniunt pater, auus, & alij vsque ad Tritauum, *l. Iurisconsultus*, §. *Parentes, ff. de gradibus*, & latè *Alciat. in l. appellatione parentis num.* 1. *ff. de verb. signific. Angel. consil.* 26. *Crauett. consil.* 161. *num.* 3. *Peregrinus de fideicommiss. articulo* 22. *num.* 31. *& Amat. decis. March.* 16.

Item, quòd parentum appellatione pater, mater, auus, & auia, ex vtroque stipite contineantur, fuit decisum *à Rota per Buratt. in decis.* 41. *num.* 3.

3 Sed appellatione antecessorum illi omnes continentur, qui multis ante mediis, quampluribus intercedentibus præcesserunt, veluti declarat *Archidiac. in cap. final. de pact. in* 6. *& ibi Gemin. num.* 9.

4 Secus verò dicit de appellatione suorum

rum, quia sub ea veniunt quoque transuersales, vsque ad septimum gradum, *text. est in l. nonprohibetur, & l. de crimine, & l. vel neganda, C. de his, qui accus. poss. glos. in l. si fœminæ, C. ad Sen. cons. Turpil. Cuiat. lib. 14 obseruat. 51. in litera F. Iason. in l. Gallus, §. & si parente, ff. de liber. & posthum. num. 12. Guidopap. decis. 591. sub num 1.* & ita quoque fuit dictum in vna *Auenionen. Fideicommissi 20. Aprilis 1592. coram Cardin. Blanchetto.*

5 Declara tamen prædicta procedere regulariter attento communi vsu loquendi, qui vsus communis, etiam verborum proprietati, & veritati derogat, *Bart. in l. labeo, ff. de suppell. legat. Felin in proœmio, & Rota in vna Fulginaten. primogenituræ de Iacobillis Veneris 18. Aprilis 1597. coram Litta, & per Gregorium decis. 123. num. 1.*

6 Et talis vsus communis loquendi, tunc probatur, quando quis aliquid a senibus audiuisse dicat, vt ait *Bart. in l. si Chorus, §. bis verbis, ff. de legat. 3.*

7 Secùs autem, quando subiecta materia aliud suaderet, quia ea in dispositionibus semper attendenda venit, vt dicunt *Iason. & Guidopad. in prætitatis locis, & Castrens. consil. 374. & 404. lib. 1. Simon de præt. vltim. volunt. tit. 30. col. 5. num. 42. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 89. num. 74. & Rota in d. Auenionen. fideicomm. coram Card. Blanchetto.*

8 Appellatione igitur descendentium omnes liberi, & sic tàm filii, quàm etiã filiæ veniunt in infinitum, vt fuit decisum *à Rota in vna Tudertina fideicommissi Lunæ 13. Aprilis 1597. coram Gipsio, & in decis. 548. num. 1. & seqq. par. 1. in recentior.* Quinimmò etiam naturales veniunt, quia verbum (descendens) est naturale, & propterea aptũ etiã filios naturales comprehendere, vt ait *Rota decis. 388. num. 7. par. 1. recentior.*

Licèt sit benè verum, quòd illud verbum (descendentes) ex præsumpta mente disponentis venit restringendum, vt fuit dictum *à Rota per Buratum in decis. 206. num. 12. & Magon. decis. 7. num. 31. & alij allegati à Rota ibi supra, penes eundem Burattum.*

9 Extende primo, quod nedum nati verum etiam nondum nati, nec concepti comprehenduntur; & ratio est, quia illud nomen est collectiuum plurium personarum, vt ait *Magon. decis. 7. num. 4. Menoch. cons. 85. num. 1. & 2. & consil. 152. nu. 28. & cons. 231. n. 88. & cons. 277. num. 3. & consil. 331. num. 10. & seqq. & consil. 341. num. 6. & seqq. pulchrè ait Surd. decis. 66. num. 1. & seqq. & decis. 84. num. 6.*

10 Subextende præcipuè procedere, si testator vsus fuisset eo verbo (cuiuscumque personæ) vt ait *Rota d. decis. 548. par. 1. in recent.* & ratio est, quia fæminæ sub verbis communibus, & generalibus comprehenduntur, quod quidem procedit etiam, si fæmina fuisset nupta extra familiam, sed nomen familiæ mariti assumpsisset, vt fuit dictum in *Romana Fideicommissi de Delphinis 1. Decembris 1623. coram Remboldo, & in Florentina Fideicommissi de Guidaccijs 21. Februarij 1628. coram Dunozetto, & prius in Montis Falisci fideicommissi 5. Iunij 1617. coram Coccino, & per Gregor. decis. 464. num. 12. & per Seraphin. decis. 1436. num. 2. & in recent. decis. 587. num. 8. par. 1. & par. 2. decis. 281. & per Gratt. dec. 454. num. 1. & seq.*

Licèt tamen secus esset in illis casibus, in quibus agnatio fuisset contemplata, quia tunc fæminæ in quauis com muni, & generica dispositione non venirent comprehensæ, vt ait *Rota per Gregor. decis. 514. num. 17.* & veluti dixi *in conclus. 81. num. 32.*

Et ratio est, quia fæminæ tali casu siue nuptæ, siue innuptæ potius comparantur ramusculis, & frondibus, quã eorũ stipiti, vt ait *Grat. lib. 3. discept. cap. 428. num. 10. & seq.*

11 Extende secundò procedere quoque, si testator dixisset de descendentibus ex ipso testatore, & suis filiis, quia nihilominus illud verbum (descẽdentes, non restrictiuè ad certos, sed de sui natura intelligitur de omnibus in infinitum, vt ait *Castrens. cons. 303. num. 3. Paris. consil. 53. num. 25. col. 3.*

&

& cæteri allegati à Rota in dicta Perusina Fideicommissi de Bigazzinis Luna 14. Nouembris 1605. coram Litta.

12 Extende tertiò prædicta eò magis procedere, & sic præfatas fæminas sub appellatione lineæ venire, quia tūc omnes descendentes tàm masculi, quā fæminæ, necnon etiam descendentes ex fæminis compræhenduntur; Et ratio est, quia nos omnes tàm nati, quā nascituri possumus dici de linea Adam; & sic igitur sub isto nomine descendentium, etiam descendentes ex fœminis venire debent, vt fuit dictum in vna *Pampilonen. Sepulturæ Lunæ 10. Nouembris 1608. coram Gregorio XV. quæ est in eius impressis decis. 383. num. 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 21. num. 24. Bursatt. consl. 24. num. 4. allegat. à Rota decis. 424. sub num. 1. versic. Lineæ autem par. 2. in recent.* Item quòd masculi descendentes per fæminam compræhendantur in inuestitura, in qua vocentur descendentes, & hæredes tàm masculi, quàm fæminæ, ait *Gratian. in lib. 5. discept. cap. 999 num. 1. & 9.* Quinimmò nota, quòd nepos masculus veniens ad successionem in Baronia iure propriæ vocationis, non impeditur, per matris inhabilitatem de medio, ex ea ratione, quia mater non minuit iura filii masculi, vt ait *Ruin. consil. 49. num. 3. lib. 1. Curt. Iun. consil. 1. colum. 2. versic. Et si dicatur, Bero. consil. 96. colum. 1. & 2. lib. 1. Caphal. consil. 103. num. 1. Peregrin. consil. 6. num. 2. lib. 1.* & ita quoque fuit decisum in *Camera Apostolica in vna Interamnen. Successionis Terræ Pedis Luci Lunæ 6. Martij 1606.* veluti refert *Gratian. ibi supra num. 8. & 9.*

Secus autem, quando essemus in appellatione progeniei, sub qua veniūt tantum descendentes ex masculis; non autem ex fæminis, nisi aliud testator voluisse præsumatur, vt fuit dictum à *Rota in Palentina Cappellaniæ Lunæ 26. Ianuarij 1615. coram Buratto, & coram eodem in Segobien. Cappellaniæ 24. Ianuarij 1624.*

Extende prædicta eò magis procedere ex vi statuti fæminas, ob masculos ab hæreditatibus ascendentium excludentis, vt est in Vrbe *in cap. 145. lib. 1.* quia tunc nedum sorores, sed multò minus eorum filii, etiam masculi ad hæreditatem tàm patris, quàm matris excluduntur, ita vt nullo modo possint cum eorum auunculo, ad eorū hæreditatem concurrere, ex ea potissimum ratione, ne filii, qui sunt in gradu remotiori essent melioris conditionis, quàm eorum mater proximior, & sic ne successio per saltus deferatur, veluti latè fuit deductum *à Rota in Romana Successionis Veneris 15. Nouemb. 1630. coram Verospio.*

Declara tamen prędicta procedere quando sumus in casu, vbi per statutum verè agnatio contemplatur, quia tunc filii sororis, etiam masculi non possunt conseruare agnationē eorum auunculi cum non matris familiam, sed illam patris sequi teneantur; Secus autem, quando statutū niteretur in sola qualitate masculinitatis, quia tunc qualitàs sexus fœminei, quę matrē exclusit illis non obesset, sed tali casu cum auunculo ad hæreditatem auię, vti ex iure proprio venire dicerentur, veluti hoc modo distinguendo tradit *Bart. in l. liberorum num. 12. cū sequ. de verb. signif. quam secuta fuit Rota in dicta Romana Successionis 1630. coram Verospio*, ibi concludens maiorem rationem concurrere pro exclusione nepotum, ad fauorem patrui, siue auunculi, quàm sit in eorum matre, ex ea ratione, quia etiam quòd mater sit agnata; nihilominus, quia non potest eam conseruare; idcirco stante prædicto statuto non admittitur cum fratre ad hęreditatem matris, ergo multò minus debent admitti eorum filii, quia illi non solum agnationem conseruare non possunt, sed neque etiam de eadē agnatione sunt, & sic in illis duplex causa exclusionis vrgere videtur, vt fuit quoque dictum *à Rota per Gregor. dec. 293. num. 19.* cum aliis latè deductis *à Rota in dicta Romana successionis Veneris 15. Nouembris 1630. coram Verospio.*

13 Subextende primò, quòd etiam appellatione descendentium, per virilem sexum, & ex linea masculina, veniunt fęminæ, vt ait *Mantica de coniectur.*

vltim.

vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 15. lib. 2. & Menoch. consil. 379. num. 26. Peregrin. de fideicommiss. artic. 25. num. 8. & in consil. 11. num. 15. lib. 2. & Rota in decis. 535. p. 2. in recen.

14 Subextende secundò id quoque procedere in vocatione de domo, & familia, necnon sub eo nomine propinquorum, proximiorum, & posterorum, vt est *tex. in l. voluntas patris, C. de fideicom l. pronunciatio 195. in fin. de verb. sign. Aym. cons. 656. n. 7. lib. 4. Decia. cons. 7. n. 11. lib. 5. Curt. Iun. conf. 49. n. 7. lib. 1. Tiraq. de retrac. lig. §. 1. gl. 9. n. 203. Peregr. de fideic. art. 22. n. 46. Greg. dec. 293. & 464. n. 12. & Rot. in Floren. de Guidacijs Lun. 21. Febr. 1628. coram Dunozetto, Thesaur. decis. Pedemont. 248 num. 10. Odd. consil. 46. num. 39. & seqq. Surdus consil. 140. num. 67. lib. 1. Gabriel. consil. 19. num. 3. lib. 1. Addens ad decis. Gregor. XV. 293. nu. 23. Cardin. Seraphin. decis. 1438. num. 2. Rota decis. 587. num. 8. par. 1. recent. & in 2. decis. 281. & per eũdem Gregor. decis. 464. num. 12.* & melius fuit ita resolutum in dicta *Florentina de Guidacijs Lunæ 21. Februarij 1628. coram Dunozetto, vbi allegetur illa decis. in Montisfalisci Fideicommissi 3. Iunij 1617. coram Coccino*, & ibi concludit fœminam venire sub nomine Cippi, & familiæ, & *in Veneta donationis Lunæ 14. Nouembris 1616. coram Buratto, quæ est in eius impress. decis. 106. num. 18. & 19.* vbi ait *Rota*, quòd sub appellatione posterorum veniunt fœminæ, licèt ibidem dicat, id procedere in materia indifferenti; at secus indifferenti, vt mox dicetur,

15 Quinimò prædicta quoque procedunt, etiamsi fœmina esset nupta, vt ait *Rota per Cardin. Seraph. in dec. 1438. n. 1.* vbi propterea ait, quòd soror testatoris dicatur de familia, itaut ea masculis deficientibus vocata censeatur, quando testator fecit fideicomm. absolutum ad fauorem familiæ, item facit *dec. 587. n. 8. p. 1. in recent. & in 2. p. dec. 281. n. 2. vers. Quod procedit, idem Card. Seraphin. in decis. 848. num. 3.* vbi ait non esse curandum de Doctoribus, qui tenent fœminã non esse de familia.

16 Subextende tertiò, hic obiter, vt scilicet appellatione proximiorum, & coniunctorum, qui in contractibus minorum, & mulierũm interuenire debent; veniant quoque affines, vt fuit dictum *in Romana nullitatis contractus 17. Iunij 1609. coram Coccino, & in alia Romana nullitatis. contractus 28. Febr. 1611. coram Ortembergo.*

17 Sed est bene verum, quòd debet probari, tunc temporis eum viuere; qui causa affinitatis esset; quia per mortem vnius, ex coniugatis affinitas dissoluitur, *§. deinceps auth de nupt.* & ita fuit decisum *in Romana nullitatis census 8. Nouemb. 1610. coram Pirouano.*

18 Contrarium licèt dicat *Picus ad statutum Vrbis lib. 1. c. 151. glos. 13. n. 8.*

19 Quod semper intellige id esse verũ; nempè quod affines possint in prædictis contractibus interuenire, in defectũ consanguineorũ tñ, & non aliàs, vt ait *Rot. per Card Seraph. dec. 1242. n. 1.*

20 Declara tñ id, quòd fuit dictum de fœminis nõ procedere, quando subiecta materia, aliud suaderet, veluti quia essemus in materia differenti, & sic feudali, vel simili, quia tunc fœminæ sub illa appellatione non venirent, sed solùm sub prædictorum nomine masculi compræhenderentur, vt pluribus modis exemplificando, tradit *Rolan. cons. 58. num. 3. lib. 3. Menoch. cons. 331. nu. 29. & 30. & Magon. dec. 7. n. 26. & seqq.* & veluti latè fuit deductũ *à Rot. in Rom. Mensa Numularia 30 Iulij 1614. coram Coccino, allegata in d. Veneta Donationis coram Buratto, quæ est in eius impress. decis. 106. num. 3.* vbi loquitur in materia fæudi, ad quod fœminæ non succedunt, etiam si illud esset Ecclesiasticum, nisi id expressè dicatur, vt dicunt doctores allegati *à Rota in dicta decis. 106.* & ibi per Addentem sub littera A, *& Card. Caualer. dec. 557. num. 1. & latè Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 31. cum sequentibus.*

Extende prædicta procedere, quoque in materia fideicommissi, ad quod fœminæ non admittũtur, etiam si illius verba essent apta illàs compræhendere, quando apparet testatorem voluisse contemplare agnationem, & quòd bona cõseruentur in familia; Quinimò, neq; illę admitterentur in defectũ ma-

masculorum, & sic in subsidium, nisi fœminæ, ab initio, vel in aliqua parte testamenti vocati fuissent licèt illud quoque non procederet, quando expresse constaret de mente testatoris, vt scilicet de masculis tantum intellexerit, exclusis fœminis; veluti id colligeretur potissimum, ex ea coniectura conseruandæ agnationis, siue ex expressione masculinitatis, vt optimè considerauit, *Rota per Buratt. in sua decis. 272. num. 2. & 15.*

Contrarium tamen; nempè, quòd filia fœmina, ob masculos exclusa, illis deficientibus succedat dixi in *concl. 42 num. 98. cum seqq.*

Subdeclara tamen, quòd ad hoc, vt dicatur contemplata agnatio, ad prædictum effectum excludendi fœminas debet expresè legi in testamento ratio conseruandi bona in agnatione, & familia; aliàs non sufficeret illa coniectura, vt scilicet testator in primo gradu instituisset heredes eius masculos, & proprias filias exclusertt, & quòd per consequens videatur voluisse excludere neptes, vti remotiores, & minus dilectas, quia id non procedit, quando ea exclusio filiarum fuisset facta, ob dotem ipsis datam, & fauore filiorum masculorum, quos prædiligebat, quæ ratio cessat in nepte ex filio, quam testator non dotauerat; veluti neque alia côiectura sufficeret, ad hoc, vt dicatur contemplata agnatio, quando testator in præcedentibus substitutionibus exclusit fœminas, & vocauit masculos, & in alia substituit proximiores de familia, *iuxta decis. 203. & 217. par. secunda recentior.* Quia id procederet, si testator expresè agnationem contemplasset, siue prohibitionem alienandi bona fecisset, aut verba adessent in testamento, quæ perpetuitatem, vel tractum successiuum denotarent in futurũ, siue etiam, si testator ad plures gradus substitutionum deueniffet; at secus, si ad vnicum tantùm gradum fuisset coarctata substitutio; quia tunc non sufficeret ad excludendam fœminam, & præsertim proximiorem agnato eum excludere prætendente, ne remotior sit melioris conditionis ea proximioris; cum habeamus, quòd proximior in gradu sit potior in iure, vt fuit benè deductum *in vna Bononien. de Maluecciis 23. Martij 1609. coram Cardin. Sacrato, & in alia Bononien. de Cattaneis 14. Aprilis 1625. coram Pirouano allegat. in illa Florentina de Guidacciis Luna 21. Februarij 1628 coram Dunozetto.*

Quemadmodum, neque isto casu sufficeret illa coniectura deducta ex repetita qualitate masculinitatis in præcedentibus substitutionibus, quæ propterea dicatur repetita in aliis, dum testator immediate eodem orationis contextu substituit proximiorem de familia, *iuxta tradita per Fusar. de substitut. quæst. 311. num. 22. & alios allegat. in dicta Florentina coram Dunozetto,* Quia illa coniectura sufficeret, quando substitutio esset facta non in vnico gradu tantùm, sed quando fuisset processum ad successiuam, & gradualem vocationem, & quando testator eius voluntatem expressisset, circa conseruationem bonorum in familia, & agnatione, vltra quod huic repetitioni masculinitatis obstat, valdè illa ratio considerata à *Rota in illa Florentina coram Dunozetto,* vt scilicet, veluti testator in præcedentibus substitutionibus, eam qualitatem masculinitatis toties, & tàm expresè expressit; ita quoq; si illã in postuma substitutione proximiorum de familia voluisset, vtique illam expressisset, nec contentus fuisset, vti illis verbis generalibus, tàm masculos, quàm fœminas compræhendere aptis, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium Decimumquintum dec. 514. numero sexto, & inter criminal. Farinacc. decisio. 350. numero quinto, & in Romana de Delphinis prima Decembris 1623. coram Remboldo,* Et hæc opinio indubitanter procedit, vbi aliqua ratio probabilis differentiæ assignari potest, vt esset, si agnatus remotior vellet excludere fœminam, valdè illo testatori proximiorem, vt in istis terminis fuit decisum à *Rota in illa Florentina coram Dunozetto.*

21 Ratio

21 Ratio autem prædictę declarationis ea esse videtur, quia quando materia est differens inter masculos, & fæminas, veluti in materia statuti fœminas excludentis, tunc masculinum non concipit fœmininum; secus verò, si materia esset indifferens, ex eo, quia illa tàm masculos, quàm fæminas esset apta comprehendere, quia tunc masculinum fœmininum conciperet, vt fuit latè deductum à *Rota in decis. 663. sub num. 14. par. prima in recentior.* & pulchrè ait *Surd. in sua dec. 66. n. 11.*

22 Contrarium tamen veniret dicendum, quando (verbi gratia) tempore purificati fideicommissi masculi non extarent, quia tunc vocatio descendentium fæminas comprehenderet, stante dicto statuto earum, ob dictos masculos exclusiuo, vt ait idem *Surd. in dec. 84. num. 9.*

23 Sed in proposito nota, quòd materia etiam differens diceretur, quando fæminæ non essent omninò incapaces; dummodo tamen subiecta materia magis masculis, quàm fœminis conueniret, quia scimus optimè; quòd illud dicitur esse tale, quod magis est tale, vt ait *Rota d. dec. 663. num. 15. versic. Vltra quodpar. 1. in recent.*

24 Contrarium licèt teneat *Honded. cons. 92. num. 46. & 47.* vbi firmat materiam non esse differentem, si fæminæ sint capaces, licèt etiam ea magis masculis conueniret.

25 Illud autem, quod fuit dictum, vt appellatione descendentium omnes veniant in infinitum; Declara procedere ordine successiuo, vt ait *Cynus in auth. Sed, & si quis vers. vlt. C. de secund. nupt. cum alij allegat. in vna Bononien. Fideicommissi de Felcinis 18. Februarij 1581. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 934. & in illa Perusina fideicommissi de Bigazzinis coram Litta.*

26 Subdeclara tamen id esse verum quando essemus in vocatis ab eo, in quo non ordo charitatis tantùm, sed etiam ille necessitatis consideratur; secus autem, quando ille necessitatis non consideraretur, quia tunc omnes simul vocati censentur, sed non ordine successiuo, vt ait *Rota per Card. Seraph. d. decis. 934. num. 2.*

27 Rursus declara illud procedere quoque in aliis pluribus modis, & præsertim, quando essent instituti, tàm nati, quàm nondum nati, siue essent vocati, cum ea clausula (salua gradus prærogatiua) vel etiam si fuisset facta mentio de filiis, cum ea qualitate hæredibus, seu si substitutio esset facta in stirpes, & non in capita, & quando fiat in stirpes dixi in *concl. 81. num. 25.* & tunc quid operetur huiusmodi successio, & in quibus gradibus conficiatur, vide *Menoch. cons. 356. num. 7. & seq.*

Item procedit supradicta declaratio, quando testator deuenisset ad plures gradus substitutionum, & vsus esset verbis tractum temporis importantibus, quia in prędictis modis ordo succedendi censetur à testatore contemplatus, vt pulcherrimè more solito distinguendo tradit *Card. Seraphin. d. decis. 934. num. 2. cum seqq.*

Vnde hic erit notandum, quòd regulariter successio est prius debita nominatis, quia illi præsumuntur magis dilecti; at secus quando testator ordinauit illius successionem ordine successiuo fieri, veluti quia dixisset, quòd hæreditas iret de vno in alium, quia tali casu vocati gradatim succedunt ad fideicommissum, ita vt vnus primi gradus sit prius admittendus, & post eum alius sequens in gradu, ita vt priore admisso ille grauatus censeatur restituere sequenti in gradu, per fideicõmissariã. At secus si essemus in vulgari; licèt in dubio ordo successiuus veniat præsumendus, vt dixi in *concl. 81. n. 61.*

Animaduertendo insuper, quòd ea verba ordine successiuo operantur, vt filius non veniat insimul cum patre, & neque in eius locum subintret, veluti fieri solet, vbi agitur de successione aui, vel proaui, sed illa verba idẽ operãtur, ac si fuisset dictum de vno in alium, & sic fideicommissum successiuum ostendunt, & ideo prædicta repræsentatio eò magis excluderetur, quando concurrerent verba, quę essent personalissima, & quæ ad oculum demonstrari possent, veluti quando testator se restrinxisset ad certos iam in testamento nominatos, quia

tunc idem esset, ac si singula eorum nomina specificata fuissent, & eò maximè, quando, vltra clausulam illam (supradictos) adessent etiam ea verba, vt supra nominatos, & supra ordinatos, quia per ea adeò significatur series, collocatio, & dispositio ad eorum fauorem, vt propterea illi vti prius nominati, & dilecti cæteris sint præferendi, & tantò magis, quando essemus in transuersalibus; non autem in descendentibus, vt dicunt doctores allegati *à Grat. lib. 5. discept. cap. 836. per totam & prius lib. 4. c. 629. n. 21. & prius in c. 621. num. 17.* ait quòd illud nomen (prior) ordinem maioris affectionis demonstrat.

28 Declara tamen, quòd quando sumus in concursu ascendentium, & descendentium, tunc ascendentes ab hæreditatibus excluduntur, & ad eas descendẽtes admittuntur, vt ait *Frãch. decis. 47. num. 2.*

29 Vndè ex prædictis inferendum venit, quòd quoties filii, siue filiæ haberent filios etiam naturales, tunc ascendentes legitimam ab eis prætendere non possunt, vt ait *Rota per Cassador. decis. vnica titulo de successjon. ab intest. & Riccius in sua collect. 841. p. 4*

30 Fallit tamen, quando essemus in feudo antiquo, quia tunc ascendens descendenti succederet, vt ait idem *Franch. dec. 3. n. 1.* sed id declarat *num. 6. per te viden.*

31 Vltimò animaduertẽdum erit, quòd ascendentes in pluribus casibus differunt à descendentibus, vt notant DD. *in auth Nouissima, C. de inoffic. testam. & præsertim Iason, & Corat. in l. filium, quem habentem, C. famil. herciscen. num.* 185. vbi docet, quod in sexcentum casibus differunt, & nonnullos quoque recenset *Roland. in cons. 39. num. 13. cũ seqq. lib. 3.*

32 Sed inter cæteros differunt respectu legitimæ, quia licèt illa ascendentium, & descendentium pari passu ambulet, vt ait *Menoch. consil. 537. num. octauo, Alexander consil. 168. lib. 7. & Marzan. consil. 30. num. 9. & Gratian. lib. tertio disceptation c. 448. n. 27. & 28.*

33 Nihilominus videmus, quòd fructus ex hæreditate percepti pleno iure quæsita, non imputantur in legitimam descendentium, veluti imputantur in eam ascendentium, iuxta magis communẽ opinionẽ, de qua testatur *Card. Seraph. in sua dec. 1365. nu. 3. Surd. dec. 21. num. 20.*

34 Et ratio ea est, quia legitima debita ascendentibus non vinculo naturali, sed iure positiuo illis debetur, vt ait idem *Card. Seraph. ibi supra, & Menoch. cons. 250. num 9. & cons. 401. & 411. n. 13. & seqq.*

35 Quod igitur secus esset in ea filiis, & sic descendentibus debita, quam nec in fructibus, neque in vsufructu, & pecunia illi acceptare tenentur, sed ea in corporibus hæreditariis, & in substãtia, eis Iudicis arbitrio eligenda, debetur, vt fuit dictum in *Romana hæreditatis de Tonsarellis Lunæ 5. Iulij 1604. coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 186. num. 3. & decis. 568. nu. 6. coram eodem*, sed si in hac materia vis scire ad saturitatem recurras supra in verbo *Actio personalis ex testamento concl. 42.* vbi tractatur de legitima, & ibi contra prædictam opinionem magis communẽ decisum inuenies a Rota sub ea ratione, vt scilicet legitima, tàm ascendentium, quàm descendentium pari passu ambulare debeat.

ARGVMENTVM.

DE DELICTO ASSASSINII, AC de illius pœnis, qualitatibus, & effectibus. Item quando quis dicatur talis.

CONCLVS. CL.

DELICTVM Assassinii, nota quòd est pessimum genus homicidii, vt ait *Clar. in S. Assassinium*, & istud delictum vocatur atrocissimum à *Surdo in sua decis. 135. nu. 9.*

2 Et assassinii dupliciter considerantur in iure Canonico, & primò latè, & tales sũt serui sub aliquo Domino existẽtes, qui aliquẽ, ob pecuniã interficiũt; secundò, propriè, & in hoc stricto modo loquendo sunt quidam serui, infideles sub ditione alicuius Domini existen-

sistentes ita persuasi, vt putent opus bonum esse eum occidere, quem suus Dominus iusserit, quomodocumque, aut quacumque causa iubeat, & non esse id omittendum, quamuis, ob id eos occidi oporteat, *vt ait Nauar. cap. 27. num. 135. & Syluester, & Angelus in verbo Assassinus, & Azor. in 3. par. instit. moral. lib. 2. cap. 17. fol. 149 tit. de homicidio perpetrato per assassinos in princip.* & ibi ait, ad quid in hoc teneantur Domini mandantes huiusmodi delictum assassinii, per seruos perpetrari.

3 Immò quidam Doctores extendunt capitulum primum de homicidio locū habere, etiam in assassinis lato modo sumptis, & isti sunt *Geminian. Bartol. Imola, & Salicet. allegati à Siluest. in præcit. loco in quæst. 2.*

4 Alii verò tenent illud capitulum solùm habere locum in assassinis strictè, & propriè sumptis, & isti sunt *Andr. Archidiac. & alij allegati ab eodem Siluestr. in præallegato loco.* Sed *Nauar. ait,* quòd hæc opinio est verior, & sequenda, *vt refert Azor. ibi supra in vltimis verbis.*

5 Sed ad hoc, vt iniquitas huius delicti magis hominibus elucescat, illudq. ab illis abhorreatur, opus est saltem perfunctoriè videre, quotuplex sit homicidium, & quibus modis perpetretur, & simul de pœnis in eo delinquentibus irrogandis.

6 Vnde in primis erit notādum, quòd homicidium, vel est simplex, siue deliberatum; simplex quatuor modis cōmittitur; nempè Necessitate, Casu, Culpa, & Dolo. Deliberatum verò aliis quatuor modis perpetrari solet; nempè Ex proposito, Ex insidiis, Proditiosè, & per Assassinium.

7 Homicidium simplex necessitate cōmissum à Doctoribus exemplificatur in *l. vt vim, ff. de iustit. & iure, & in l. quarta, S. lex duodecim tabularū ff. ad l. Aquil. & l. prima, C. quand. licet sin. Iud. se vend. & l. patri, ff. de adult.* & ibi expresſè fatētur Doctores, quòd ob defensionem vitæ, honoris, & rerū suarum, licet impunè alium interficere, quando tamen illud homicidium committatur, eum iis qualitatibus, ab ipsis legibus determinatis, & sic quando essemus in primo casu, ob sui corporis defensionem; tunc dicta defensio debet fieri incontinenti, & cum simili genere armorum, & non ad vindictam. In secundo casu, ob honorem veluti, quando pater, siue maritus deprehenderet filiam, & vxorem respectiuè in adulterio; nam eo casu eam, & adulterum illis interficere licet, quando tamen in propria domo patris, vel generi incontinenti illud homicidium committeretur; licèt maritus non ita indistinctè id facere possit, *vt dicunt Doctores in l. patri, & l. marito, ff. de adulter.* & veluti supra dixi in verbo *Adulterium.* vbi recurrere poteris.

8 Et ratio quare non ita de facili impunis euadat maritus, veluti facit pater, ea est, quia potest esse, q. ob aliquod particulare odium maritus vitæ suæ vxoris absque iure insidietur, veluti, ob lucrandam dotem, siue, ob rem nouam acquirēdam, sibi magis dilectā, & diuitem, & similia, sed in Patre erga filiā hmōi sinistræ suspiciones non vrgent, quia cum filius portio viscerum patris dicatur, & ob vnitatem personarum, vna, & eadem persona censeatur; vnde hinc fit, quòd pater lædendo personam filii, seipsum lædere diceretur, *iuxta auth. à iureiurando à moriente præstito.*

9 In tertio casu, nempè, ob defensionem rerum, & tunc quando fur de nocte capi non posset, facta prius acclamatione (Al ladro, al ladro) si ille non fuerit cognitus, siue Dominus non habuerit testes, tunc fur potest interfici, quod tū intellige verum in foro fori, non autem in foro poli, *iuxt. tex. in cap. si perfodiens de homicid. in 6. & in hoc vide Duenam in reg. 68. in verbo Bannitus.*

De die autem posset Dominus rerū eum interficere, quando telo se defendere vellet, *l. furem nocturnum, ff. ad l. Cornel. de Sicar. & l. 4. S. lex, ff. ad legem Aquiliam, & ibi Doctores.*

10 Sed ego contrarium puto, etiam in fure nocturno, quando tamē de nocte, verbi gratia, esset rapta aliqua puella, siue aliquod opus, verbi gratia, esset furatum, quod nōdum typis fuisset datū, quia in istis casibus credo, quòd Pater, siue frater illius puellæ, nec non Dominus dicti operis (nulla facta distinctione

pro recuperanda dicta puella, vel rehabendo illo opere) dictum raptorem, siue furem interficere posset, ob periculum, quod esset in mora, aut amittendæ virginitatis, siue perditionis illius operis, qua enim virginitate amissa, siue opere deperdito, vtique de damno inæstimabili, & irreparabili tractaretur, Nam in primo casu, nec ipse Deus posset amplius virginem corruptam suscitare, nec minus de priuatione ad illius operis habitum amplius regressus dari posset, veluti, si illud laceraretur, seu igne comburetetur, quia tunc damnū illud herclè inestimabile esset, quia cum illud opus ad immortalitatem famæ auctoris tendat, vtique numario pretio comparari non posset, cum illud tanti valeat quanti ab ipso Opifice æstimari potest. Veluti eodem modo dicitur de pudicitia mulieris, quæ, cum dicatur ornamenrum sui ipsius, vtique ea amissa nedum incompta, sed etiam defformis efficeretur apud homines, quod enim facit, vt tantò magis pater illius pro ea tuenda excusetur, argumento, *l. si qua illustris, C. ad Orfictan. & ibi Doctores omnes*.

11 Homicidium verò simplex casu cōmissum exemplificatur in *l. si putator ff. ad l. Aquil. & in l. qua actione, §. si quis in colluctatione, ff. eod. tit.* vbi habetur, quòd si Ludens ad iacendum pallum in loco solito, hominem interficiat, tunc illud homicidium casuale diceretur siue si putator incidēdo arborē aliquo ramo transeuntem interficeret, *Soccin. consil. 16. lib. 1.* & de eo quis non teneretur nisi culpa præcedat; secus autem si è contra, siue quando vnus daret operam rei illicitæ, veluti, si clericus occasione ludi choreatum casu aliquem occideret, sed præter illius intentionem, quia nihilominus teneretur de homicidio sequuto, quod tamen declara verum, quando illud opus illicitū fuisset causa illius homicidii, prout ludus noxius indiscreta correctio, & similia; secus autem quando illud opus illicitum non fuisset vllo modo causa homicidii, quia tali casu de eo non teneretur, vt dicunt *Diuus Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 8. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 221. Tolet. lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 80. Vgolin. de irregul. cap. 18. num. 8. & seq. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 3. Conar. super Clem. Furiosus, §. 8. num. 9. vers. Illud sanè, & num. 10. per totum de homicid. pulchrè Nauar. in cons. 21. num. 4. eodem tit. omnes alleg. à Rota decis. 260. num. 2. par. 1. recent.*

12 Rursus nota, quòd illud simplex culpa commissum dicitur, quando quis non habet animum occidendi, sed tamen aliqua culpa potest sibi imputari, veluti, si quis proiiceret lapidem contra turbam, & aliquem interficeret, vt ait *Osasch. illustr. quæst. cap. 19. num. 22* vel si Architectus non benè colligauit machinam, prout facere debebat, & illa cecideri, & hominem interfecerit, vt ait *Angel. in l. in lege, ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Item si scholaris dederit poculum amatorium alicui mulieri, vt amaretur ab illa, & dicta mulier obierit, vt ait *text. in l. si quis, §. qui abortioni, ff. de pœn.* Vltimo, si quis alium percutiat aliquo instrumento ad inferendam mortem non apto, veluti pugno, vel baculo non in loco sinistro, vt dicā inferius, sed ex eo mors illius oriatur, quo casu homicidium illud censetur culpa commissum, *l. 1. §. diuus, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 316. & Clar. in §. homicidium*, & pęna istius homicidii, vti à culpa prouenietis, arbitrio Iudicis, iuxta personarum qualitatem venit irroganda, vt ait *Capic. decis. 135. num. 2. & cæteri DD. allegati à Farinacc. in sua prax. crimin. quæst. 19. sub num. 15. & prius q. 18. num. 62. & seqq.*

13 Homicidium autem simplex dolo committitur, quando vnus non à sangue freddo, sed in rixa habet animum occidendi vnum, & alium interficit, licet tunc ille pœna ordinaria afficiēdus non veniat, quia animus, & intentio distinguunt maleficia, vt fuit dictum à *Rota in vno voto Cardin. Seraphini, quod est inter decis. crimin. Farinac. 61 num. 5. & 19. & idem in cons. 1. nu. 17. lib. 1.*

14 Licet hęc opinio, quę a Doctoribus magis communis vocatur, non protsus mihi placeat, quia cum talis delinquens operam rei illicitæ daret, dum

dũ vnum interficere volendo, aliũ interficit; Igitur interficiendo alium, sed innocentem eandem pœnam ordinariam pati deberet pro qua opinione tenet *Laurentius in sua decis. Auenion. 36. num. 7.* cuius quidem opinionis fuit auctor *Bart. in l. respiciendum*, §. *delinquunt in fine*, *ff. de pœnis*, veluti testatur idem *Laurentius d. dec. 36. eod. nu. 7.* Quæ enim opinio præcipuè procedere videtur in foro poli, & propterea videmus, quòd cum innocenter occisus præsumatur semper coram Deo vindictam clamare, ob id interfector tenetur semper orare Deum pro eo, vt orationibus iustam illius iram placare valeat, ac illi requies æterna donetur.

15 Sed est benè verum, quòd in sacra Consulta, quæ semper æquitatem sequi solet, sæpius fuit resolutum, vt talis delinquẽs nunquam ad totalitatem pœnæ teneatur, per eam regulam, vt in delictis animus semper, & intentio sit attendenda, cum ex eis soleant maleficia distingui, vt ait *Thesaur. in decis. 243. num. 3.* Immò sub *num. 4.* notat, quòd si quis vellet occidere vnum valde egregium, & in dignitate constitutum, sed vnum vilem interficit, nihilominus ait ipsum fore extraordinariè puniendum.

16 Et ratio huiusmodi opinionem tenentium ea est, quia magis inspiciendum est, id quod in veritate est, quàm quod est in existimatione, & sic attenditur magis ea pœna illius homicidii in personam vilis personæ secuti, quàm altera intentionis illius personam egregiam occidere volentis; Sed pro resolutione tu dicas, quòd pœna ordinaria veniat affligenda hoc casu, attento iuris rigore, altera verò attenta consuetudine totius Italiæ, de qua testatur *Thes. ibi supra*.

17 Illud verò homicidium deliberatũ ex proposito committitur, quando vnus sine insidiis, & absque proditione & assassinio, sed solũ à sangue freddo, & deliberato animo alium aggreditur, & interficit, iuxta tradita *per Bart. in l. respiciendum*, §. *delinquunt*, *ff. de pœnis*, & *Rota per Card. Seraph. ibi sup. in decis. 61. inter crimin. Farinacc.*

18 Illud autem deliberatum ex insidiis tunc fit, quando vnus latitaret, vt non possit præuideri, & alium interficeret, & istud genus homicidii immunitatem Ecclesiæ non meretur, vt ait *Clar. in* § *final. quæst. 10. Peguer. decis. 50. Regni Catalonia*, & *Franch. in sua decis. 176. num. 3.*

19 Homicidium verò proditoriũ illud est, quando vnus fingat amicitiam cum alio, & cum eo sedet in mensa, aut in itinere sit suus comes, & postea illum non cogitantem interficit, vt ait idem *Bart. in dicto* § *delinquunt, num. 1. ff. de pœn.* Neque pari modo tale delictũ dicta immunitate gaudet, vt dicunt *Peguer.* & *Franch. in præcit locis.*

20 Et dixi, quòd sit necesse cum eo amicitiam contrahere, quia alias homicidium non diceretur proditiosè commissum, & multò minus, si inter eos inimicitia extaret, quia tunc ille præcauere tenebatur à suo inimico, aliàs si fuisset etiam per insidias, ac retro occisus ille proditor, ob id non diceretur, vt fuit declaratum à *Clemente VIII. 8. Februarij 1597. vt refert Prax. Archiepisc. Neapol. cap. 94 num. 1. & 2. Franch. decis. 713. par. 4.* & *alij allegati à Gratiano lib. 4. disceptat. cap. 619. num. 27. & seqq. & prius lib. 2. cap. 380. num. 40. Afflict. decis. 265. num. 64.* & hanc esse communem, & receptam opinionem dicunt quamplures *Doct. allegati à Gratiano dicto cap. 619. n. 23.*

21 Amplia procedere etiamsi mandatarii non essent inimici occisi, quia nihilominus ad hoc, vt homicidium dicatur proditorium sufficit, quòd mandans sit inimicus, vt ait idem *Gratian. ibidem num. 26.*

Declara tamen eam ampliationem procedere, & esse veram, quando dictus mandans, qui esset inimicus fuisset cum mandatariis non inimicis præsens homicidio; aliàs secus, & ratio istius differentiæ ea est, quia quando mandatarii, qui delinquunt sunt aduersario penitus ignoti, ille nõ potest præcauere, veluti fieret, quando inimicus esset præsens, qui est benè cognitus aduersario, vt dicunt *Bertazol. consil. 143. nu. 13. lib. 1. Gabr. cons. 170. nu. 15. & 16. lib. 2. & Grat. d. cap. 619. num. 26.*

22 Con-

22 Contrarium tamen super eo, quod fuit dictum de proditore immunitate Ecclesię non gaudente, tenent *Boer. de cis. 109. num. 3. & alij allegati à Gratian. in lib. 4. discept. d. cap. 619. num. 30.* & ibi dicunt hãc opinionem esse veriorem, & communem; nempè omnem delinquentem, quæcumque grauia delicta committentem immunitate gaudere, exceptis latronibus, & agrorum depopulatoribus; licèt tamen secus esset, si delinquentes immunitate gaudentes committerent delictum penes Ecclesiam, & statim eo patrato ad eam confugerent, quia tunc ea abuti viderentur, quod tamen intellige verum, quando homicida ex proposito, & deliberato animo eum occidit, vt postea statim ad Ecclesiam confugiat, quasi quòd actus sequens præcedentem declaret, vt ait idem *Gratian. in præcitato loco num. 34.* addendo hic obiter, quòd quando sumus in delictis ordinariis, tunc confugiens ad Ecclesiam immunitate non priuatur, si mors secuta non fuerit ex Bulla Gregorii XIV. & ex pluribus congestis per *Farinacc. de immunit. Eccles. cap. 9. num. 145. & 146. in fine.*

23 Illud verò per assassinium vocatur, quando fit accepta pecunia; vndè ille qui hoc modo alium interficit, pessimũ, & atrocissimum genus homicidii perpetrasse dicitur, vt ait *Clar. in d. §. Assassinium, & Surd. in decis. 135. num. 9. & Capic. decis. 155. num. 22.* vbi ait assassinium quoque committi, etiamsi alia res, siue species, loco pecuniæ detur, idem ait *Gram. in suo voto 9. cum ibi allegatis.*

Declara tamen istud esse verum; dũmodo illa qualitas solutionis pecuniæ (quæ facit censeri delictum per assassinium commissum, & quæ adeò aggrauat delictum, vt propterea illud de vna specie in aliam atriorem transeat) sit benè probata; aliàs ea cessante illius dispositio quoque cessat, neque plenè probata diceretur ex ficta cõfessione inquisiti, & id est bonum scire ad hoc, vt delicto sua condigna pœna irrogetur, vt dicunt *allegati à Gratian. lib. 4. discept. cap. 619. num. 17. & seqq.*

24 Extende primò, illud delictum assassinii adeò esse legibus, & Canonibus odiosum, vt propterea immunitate Ecclesiæ gaudere non possit, vt ait *Peguer. decis. 54. Thoming. decis. 122. par. 2. Caualcan. decis. 13. par. 5. Ruiz. Rota Lituaniæ in decis. 49. num. 35.*

25 Et ratio est, quia Ecclesia non debet esse refugium reorum immanis criminis, vt ait *Gratian. lib. 3. discep. cap. 598 num. 4.*

26 Subextende idem quoque procedere in accipiente pecunias pro vulnere inferendo, qui pari modo compræhenditur in casibus exceptis, per Bullam Gregorii XIV. super immunitate Ecclesiæ, veluti id comprobatur, ex rationibus deductis *à Gratiano in d. cap. 598. num. 1. & nouissimè Ambrosin. de immunit. Eccl.*

27 Declara tu tamen, quòd quando immunitas intrat, tunc nedum ea est obseruanda apud Christianos, sed etiam apud infideles, vt ait idem *Gratian. d. lib. 4. discept. cap. 619. num. 21.* & propterea videmus, quòd etiam antiquitus Romani huiusmodi immunitate gaudebant, quando ad statuam Cæsaris confugiebant. Immò, qui tentant extrahi confugientes inuitos ab Ecclesia, quomodo sint puniendi dixi in verbo *Affectus conclus. 74. sub num. 19. vers. Limita Septimo.*

28 Extende secundò, quòd ille dicatur assassinus, qui nedum aliquo dato; sed etiam promisso homicidium fieri mandat, vt ait *Franch. in decis. 176. n. 3. Alex. Rauden. Rotæ Pis. decis. 41. & Riccius in sua collect. 101. in princ. par. 1.* & iste etiam morte non secuta ipso iure de assassinio tenetur, vt ait *Capic. decis. 155. num. 4.*

29 Contrarium tamen ait *Capic. ibidem num. 5.* super eo, quòd dicitur de promissione facta ad committendum assassinium, sed ea nondum soluta, dicens quòd aliud est vendere, aliud promittere vendere, & id comprobat exemplo emphiteutæ, qui à suo iure non cadit, si promittat rem vendere, veluti facit eam vendendo, & sic ibi concludit, quòd pecunia debet esse recepta, & tantò magis id procedit, quando promissio esset secreta, & improbabilis,

nec

nec acceptata, quia tunc habetur, ac ſi non eſſet facta, & tunc intraret alia regula, quòd quis dicitur minus delinquere ſine pecunia, quàm cum ea, vt dicitur de Iudice pecunia corrupto, qui magis delinquere videtur, quàm ſine ea, & ſic ſi, ob fauorem malè iudicaſſet, ſiue ob inimicitias, & odium, vt ait idem *Capic. d. deciſ.* 55. *num.* 13. & præſertim hæc opinio procedit non ſecuta morte, ait *Gabr. de crim. concl.* 1. *num.* 30. *Gomez. de homicid num.* 10. *Hond. conſ.* 93. *num.* 65. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. concluſ.* 138. *num.* 11. *Caball. de homicid. num.* 499. *Farinac. in d. q.* 123. *num.* 139. & *conſ.* 10. *in* 1. *addit.* & *conſ.* 94. *num* 52. & *Grat. d. cap.* 598. *num.* 9. & 10. *lib.* 3.

Concordari poſſunt iſtæ opiniones hoc pacto; nempe, vt prima procedat, quando concurrit complacentia præcedente conuentione, ſiue præmii promiſſione; ſecunda verò, vbi ſolum con curreret complacentia, abſque quòd conuentio, aut præmii promiſſio præceſſiſſet, vt ait *Farinacc. quæſt.* 123. *nu.* 39. & *ſeq. Ioan. Ant. de Nigris ſuper cap. Regni frequens poſt num.* 70. *ver. additio noua, cum ſeq.*

30 Subextende primò, id quod fuit dictum de dante, & mandãte, procedere etiam in mãdatario, & recipiente; Immò mitius mandans punitur, quàm recipiens, & mandatum exequens, quia mandans cum odio, & ira, & recipiens ſine, ſed à ſangue freddo delinquere dicitur, idem *Capicc. ibi ſupra num.* 14.

31 Subextende ſecundò idem procedere in opem, & auxilium præſtante, qui eadem pœna punitur, etiamſi mors non fuerit ſecuta, ſi tamen ad actum proximum fuerit deuentum; licèt ſecus, quando pœnitentia interueniſſet, vt ait idem *Capicc. ibi ſupra num.* 15. & *ſeq.*

32 Extende tertiò procedere, etiã ſi præmium eſſet incertum, vt ait *Franch. in dicta deciſ.* 176. & *Farinac. in quæſt.* 123. *inſpectione* 5. *num.* 140. & *num.* 145.

33 Contrarium tamen ait *Aloyſ. Catal. de indult. c.* 32. *nu.* 12. *allegat. à Gratiano ibi ſupra num.* 12. vbi ait præmium ſiue promiſſionem debere eſſe certam, & quando dicatur talis, ait *Farinacc.* & *cæteri Doctores ſuperius in præcitatis locis allegati.*

Sed hic notandum erit, quòd pro excluſione maioris delicti, ſiue pœnæ, quid incertum erit præſumendum in dubio, *Bal. in conſ.* 98. *lib.* 1. *Boſſ. de mandat. ad homicid. num.* 35. *Decian. tomo* 1. *lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 17. *Hond. conſ.* 93. *num.* 66. *lib.* 2. *Catalan. de indult. cap.* 32. *num.* 12. *Caball. de homicid. nu.* 494. *Farinac. conſ.* 4. *in add. in litera K*, & *conſil.* 10. *num.* 13. & 27. & *in dicta quæſt.* 123. *num.* 145. & *Grat. d. c.* 598. *num.* 13.

34 Extende quartò, quòd illud quoque inducatur per ea verba *Ammazzate queſto tale, perche ſapete, che la caſa mia è aperta per voi, e non vi mancherà mai*, ita quòd ſi homicidium ſequatur, ſed aliqua quantitas pecuniæ fuerit per eum ſoluta, tunc homicida, vti aſſaſſinus puniri poterit, idem *Franch. in d. dec.* 176. *num.* 1.

35 Contrarium ait *Gratian. d. cap.* 619. *num.* 9. & 10. & veluti inferius latius dicetur quando pecunia non fuerit ſoluta.

Quinimmò hic erit notandum, quòd ſi quis promittat aliquid alicui, vt committat delictum, ſi eo poſtea ſequuto illud ſoluat, tunc illud non intuitu promiſſionis, aut ratificationis delicti, ſed in eleemoſynam illud feciſse dicetur, vt ait idem *Grat. lib.* 2. *diſcept. cap.* 218. *num.* 10.

36 Extende quintò, quòd nedum aſsaſſini dicantur illi, qui conducunt infideles promiſsa pecunia ad occidendum Chriſtianũ, ſed & qui opera Chriſtiani vtuntur ad alium Chriſtianum interficiendum, vt dicunt infiniti Doctores allegati *à Gratian. d. cap.* 619. *num.* 7. & *Farinac. q.* 8. *num.* 83. & *Capic. in d. ſua deciſ.* 155.

Declara tamen, quòd diſpoſitio *cap.* 1. *de homicid. in* 6. non habet locũ, quando homicidium ſit patratum à Iudeo cõtra alium Iudeum, quia ille tex. loquitur de infideli occidente Chriſtianum, ibi ſacri approbatione Concilii ſtatuimus, vt quicunque Princeps, Prælatus, ſeu quæuis alia Eccleſiaſtica ſecu-

sæcularisuè persona quempiam Christianorũ p prædictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, & cęt. & hoc modo fuisse interpretatum, & obseruatum testantur, *Ioan. Andr. in d. cap.* 1. vbi ait euasisse quendam Prælatum accusatum de crimine assassinii, ex eo, quia non fuerat in libello deductũ, & in processu probata prædicta qualitas *Ioann. Monac. ibidem num.* 5. *Gem. num.* 8. *Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. *vers.* 5. *hinc apparet infinitos alleg. Farinacc. quæst.* 123. *in spec.* 5. *num.* 133. *& de immunit. Eccles. cap.* 8. *nu.* 22. *Villagut. de extens. legum pœnæ infligen. assassinij num.* 23. *& seqq. Ambrosin. de immunitat. Eccles. cap.* 7. *num.* 12. vbi de veriori testatur *Card. Tusc. conclus.* 531. vbi ait, quòd si ista qualitas, quòd interfectus esset Christianus non sit probata, pœna assassinii non habet locum, *Alex. cons.* 166. *lib.* 7. *Clar. in* §. *Assassinium in prin. Crass. de effectu cleric. effectu* 1. *num.* 699. *Boss. tit. de mandato ad homicidium, nu.* 22. vbi ait, quòd debet capitulare, & probare hanc qualitatem *Baiard. ad Clar. in d* §. *Assassinium num.* 13. *Viuius com. opin.* 74. *in verbo Assassinium num.* 1. *par.* 1. *in nouiss.* vbi ait eã qualitatem de communi esse probandam *Caball. in suo nouissimo tract. de homicid. num.* 475. *& seq.* ait quòd quando constat occisum esse infidelem, tũc est locus absolutioni quoad assassinium *Corn. cons.* 149. *vol.* 1. *Petr. à Platea in epitom. delict. cap.* 19. *num.* 8. *&* 28. infinitos alios cumulat *Farinac.* Et ratio allegatur à *Marquard. de Susan. in tract. de Iudeis cap.* 1. *par.* 2. & est, quia Iudei ligantur iure ciuili, sed non canonico, & præcipue ea dispositione *cap.* 1. *de homicid. in* 6. dicens quòd lex simpliciter loquens in materia, non æquè proportionabili ad Iudeos, sicut ad Christianos ad Iudeos non se extendit, vt ait *glos. in clem.* 1. *in verbo Censuram de vsur. idem Masquard. cap.* 5. *num.* 1.

37 Extende sextò, quòd si Clericus assassinium committat, tunc priuilegium Clericale amittit, vt ait *Capic. in sua decis.* 112. *num.* 1. *& Ricc. in sua collect.* 101. *in fine par.* 1. & veluti eodem modo dicitur de Clerico mandante homicidium per assassinos committi, & quòd homicida mãdatarius esset Christianus, vt ait *Farinac. in sua prima par. prax. crim. quæst.* 8. *nu.* 84. *&* 86. *idem ait Azor. in* 3. *par. instit. moral. cap.* 16. *vers. Quarto notandum fol.* 147. Quòd tamen declara verum, dummodo de qualitate assassinii constet; aliàs secus vt ait *Farinacc. in d.* 1. *par. prax. crim. d. q.* 8. *num.* 84 *&* 86.

38 Subextende primò, quòd ille quoque possit torqueri, & puniri à Iudice sæculari mediante declaratoria, vt ait idem *Capic. in d. decis.* 112. *& Ricc. in sua collect.* 547. *par.* 3. *Boer. in sua dec. f.* 297.

39 Subextende præterea, quòd neque opus sit (antequam Iudex sæcularis procedat) sententiam declaratoriam Iudicis Ecclesiast. præcedere, vt ait idẽ *Capic. in d. decis.* 155. *num.* 15. *versic. Quintum*; Immò in *decis.* 112. *num.* 4. ait quòd sententia declaratoria contra Clericum assassinum, per Iudicem sæcularem ferri potest, si tamen sit captus, & in illius manibus exter, idem ibi supra *n.* 1. *&* 7.

40 Ertõ illius subextensionis est, quia clerici ipso iure priuilegio Clericali, vti à lege diffidati priuantur; nam quando quis est diffidatus à lege, tunc eo omnia priuilegia cessant, quia leges eum talem derelinquunt, itaut nullo earum auxilio ei sit succurrendum; Aliàs valdè inconueniens esset, vt quis ex sua improbitate ius cõsequeretur, & quod dolosis iuris beneficio subueniretur, vt fuit dictum in *Romana Aperitionis oris Veneris* 8. *Martij* 1613. *coram Cardin. Sacrato, & in alia Romana Fideiussionis de repræsentando* 3. *Iulij* 1617. *corã Coccino, & prius in Romana Compatorum* 13. *Maij* 1594. *coram Card. Arigonio, & Azor. in* 3. *p. m. instit. moral. fol.* 149. *cap.* 17. *& prius d. cap.* 16. *fol.* 147.

41 Subextende secundo, quòd ille Clericus assassinus possit absque actuali degradatione puniri, idem *Capic. d. decis.* 155. *num.* 26. *& prius decis.* 112. *num.* 3. licèt alii ibi per eum allegati dicant, eum debere degradari, sed statim; Vnde illi, qui dicunt non requiri declaratoriam de necessitate in isto clerico, nota,

nota, quòd eorum sententia potest procedere in casu, quo clericus vti incorrigibilis erat antea depositus, excõmunicatus, & anathematizatus; dummodo tamen prius per Iudicem Ecclesiasticum declaretur eum incorrigibilem esse, aliàs si ille coram Iudice sæculari exciperet de suo priuilegio, tunc Iudex sæcularis cognoscere non posset, vt ait *Capic. d. decis. 112. num. 1. cum seqq.*

Secus autem, vbi essemus in clerico delictum falsi coram Iudice seculari committente, quia isto casu ab eo puniri non potest, sed ad suum Iudicem Ecclesiasticum remittendus venit, vt ait *Capic. decis. 5. num. 13.*

Sed est benè verum, quòd si insufficientet, & non condigne fuerit à Iudice Ecclesiastico punitus, poterit à Iudice laico sufficienter puniri; animaduertendo tamen, quòd tali casu Iudex laicus non reiterat pœnam, sed eam supplet, vt dicunt Doctores allegati ab *Alex. Ambrosin. in suis comment. ad Bullam Greg. XIV. de Immunit. Eccles. cap. 20. num. 19.* sed si contigerit dubitari de clericatu, tunc ille literis patentalibus probabitur, vt ait *Card. Caualer. decis. 483. n. 2.*

42 Subextende tertiò, quòd quando sumus in Clerico in sacris ordinibus constituto, & contumace; tunc sufficeret verbalis degradatio loco actualis necessaria in præsente, præuia tamen declaratione de eo tradendo sæculari Curiæ; & id in odium illius perpetrati delicti; & ratio prædictorũ est, quia cum spontanea præsentatio satis iraditia delinquentis mitiget, & è conuerso, cum contumacia vnius satis eũ de crimine inculpet; idcircò ne iste suam condignam pœnam, ob illius contumaciam euadat, dicta verbalis degradatio, vna cum eo de eum Curiæ sæculari relinquendo sufficere debet, ad hoc, vt Iudex possit eum in suis fortijs deueniendo, punire; & sic isto casu procedere debet regula illa, quòd fictio in casu ficto idem operari debet; quod veritas in casu verò, & ad hoc viden. est *Directorium Inquisitorum par. 3. comment. 49. sub litera B & D. fol. 532. Clar. in § fin. quæst. 36. versic.*

Sed quæro, Guazzin. de defens. reor. defens. 39. Couar. pract. quæst. cap. 32. num. 2. & Farinac. optimè distinguit de degradatione verbali, & actuali in sua *praxi crimin. par. 1. quæst. 19. n. 49.* & ibi in fine ait, quòd depositio dicitur, etiam degradatio, & est perpetua remotio ad administratione Altaris, & ordinibus Ecclesiasticis, & in dubio pęna degradationis intelligitur de verbali, & non de actuali. Sed quòd Clerici assassini per Iudices laicos puniantur, etiam quòd non sint degradati, tradit *Franch. in sua decis. 571. num. 7. & seqq.* & ibi docet, quando degradatio fieri debeat in Clerico delinquente.

Contrarium, quòd scilicet Iudex sęcularis non possit punire clericum, nisi actualiter à Iudice Ecclesiastico fuerit degradatus, & sic, quòd verbalis degradatio non sufficiat, ad hoc, vt Curiæ sæculari tradatur, etiam, quòd essemus in quocumque crimine grauissimo, ait *Farinac. in . par. suæ prax. crim. q. 8. num. 71. cum pluribus seqq.*

Declara tamen, quòd, ad hoc, vt clericus se immiscens in enormibus delictis possit à Iudice laico puniri prius est necessaria monitio, vt ait idem *Farinacc. ibi supra num. 54. fol. 60.* Quamuis secus sit (vt superius diximus) quando esset diffidatus à lege.

43 Vnde ex prædictis infertur, quòd istud delictum assassinij sit vnum ex illis pro quibus Clericus sit Curiæ sæculari tradendus, vt fuit dictum *in Lucana Iuris Patronatus Veneris 8. Iunij 1607 coram Coccino, quæ est in eius impressis decis. 351. num. 8.*

44 Cæteri verò casus, ob quos Clerici sint Curiæ sæculari tradendi sunt isti; nempè pro crimine hæresis, *vt est tex. in cap. ad abolendam, §. præsenti de hæretic & cap. 1. & c. super eodem tit. in 6.*

Secus autem in crimine læsę Maiestatis, quia tunc pro eo curiæ sæculari non traditur, nisi expectata incorrigibilitate, vt ait *Farinacc. in sua praxi criminal. par. prima quæst. 8 num. 32.* Pro falsificatione literarum Apostolicarum, *cap. ad falsar. de crimin. fals.* Pro crimine insidiarum contra suum Episcopum, *cap. si quis Sacerdotum 11. q.*

11. *quæſt.* 1. Pro incorrigibilitate, *cap. cum non ab homine de iudic.* Pro nephando crimine, ex conſtitutione Pij Quinti, & pro celebratione Miſſarum ab illis, qui non ſunt Presbyteri ex conſtitutione Clementis Octaui, vt ait *Rota ibi coram Coccino*.

45 Extende ſeptimò, quòd facultas alicui conceſſa diſpenſandi ſuper irregularitate non extenditur ad bigamiam, neque ad aſſaſſinium, vt ait *Sayr. in deciſ. 1. de homicid. & Ricc. in dicta collect.* 547. ſed hic obiter, nota quòd bigamia amittitur priuilegium clericale, ſed non character, & propterea ille ea, nõ obſtante remanet clericus, vt ait *Rota per Gregor. deciſ.* 516. *num.* 9. *& eſt inter criminal. Farinacc. deciſ.* 340. *num.* 5.

46 Extende octauò, quòd diſpoſitio d. *cap. pro humani de homic. in* 6. habet locum non ſolùm in mandante, ſed etiam in mandatario: vt ait *Triuiſ. in deciſ.* 18. *par.* 2. *Senat. Veneti, & Riccius in ſua collect.* 101. *in princip. & in alia* 547. *in fin. Gratian. lib.* 3. *diſcept. c.* 598. *num.* 8. vbi ait id procedere, ob atrocitatem delicti.

47 Contrarium licèt dicat, *Capiec. in dicta deciſ.* 155. *ſub num. quinto*, allegans, quòd in pœnis ſtatuti loquentis per verba directa in perſonam, mãdans non punitur eadem pœna, qua punitur mandatarius, etiam delicto ſecuto; quia non verè, ſed fictè, & per extenſionem mandans facere dicitur; & propterea cum ſimus in odioſis, non procedit illa regula, quòd fictio in caſu ficto idem operetur, quod veritas in caſu verò, quia odia ſunt reſtringenda, fauores verò ſunt ampliandi *cap. odia, & ibi ſcribentes de reg. iur. in* 6. & hanc eſſe veritatem fatentur, *Bart. & alij à dicto Capiccio ibi ſupra allegati, & Cardin. Seraph. dec.* 1252. *num.* 16.

48 Sed tenendo primam opinionem, extende eam quoque procedere, non ſolùm in Clerico aſſaſſinium committente, & illud mandante; verum etiam in eo, qui aſſaſſinum receptauerit, vel defenderit, ſiue occultauerit, quia tunc talis ipſo iure beneficiis priuatus intelligitur, veluti quoque tali modo abſque Iudicis ſententia priuatur ob crimen hæreſis, læſæ Maieſtatis, & alia quæ enumeraui ſuperius in verſiculo *Cæteri caſus nu.* 44. & quæ commemorantur ab *Azor. in* 2. *par. inſtit. moral. cap.* 17. *fol.* 127. *& in* 3. *par. fol.* 149. *& c.* 17. *tit. de homicid. perpetrato per Aſſaſſin. & fol.* 249. *cap.* 11. *tit. de eo qui conſilium dat.*

49 Subextende primò, quòd iſti quoque ipſo facto excommunicantur, quando aliquem Chriſtianum per aſſaſſiniũ interficiunt, *vt ait idem Azorius in tertia parte Inſtitutionum Moral. d. c.* 17 *tit. de homicid. perpetrato per aſſaſſinos, fol.* 149.

50 Subextende iterum id procedere quoque in eis, qui mandant aſſaſſiniũ perpetrari, etiamſi mors inde non fuerit ſecuta, & ille, qui mandauit mandatum reuocauerit, & hanc eſſe communem opinionem, ait *Azor. ibi ſup. d.* 3. *par. fol.* 149. *verſic. Tertio notandum*.

51 Contrarium licèt tenuerint *Dynus, & Angelus teſte Bernardo in ſua prax. crim. c.* 89.

52 Veluti eodem modo dicitur, vt mox diximus, de illis, qui aſſaſſinos receptauerint, defenderint, & occultauerint, vt ait idem *Azor. ibi ſupra d. verſ. Tertio notandum* in vltimis verbis, vbi ait iſtos tales fieri excommunicatos.

53 Extende nonò, quòd in huiuſmodi materia aſſaſſinii affectus punitur, etiã non ſecuto effectu, idem *Capic. d. deciſ.* 155. *& Ricc. dicta collect.* 457. *ferè in fine*.

54 Extende decimò, quòd aſſaſſinus poteſt à quocumque impune occidi, vt ait *Angel. in ſuo conſ.* 14. *per text. in l.* 3. *§. transfugas, ff. ad l. Cornel. de ſicar. & Capic. d. deciſ.* 155. *ſub n.* 25. *verſic. Secundum*.

55 Subextende primò, idem pari modo procedere in Clerico, qui vti diffidatus à lege, poteſt à quocumque licitè capi, verberari, puniri, & occidi, *text. eſt in cap. pro humani, de homicid. & Azor. dicta par.* 3. *fol.* 149. *dicto verſic. Quinto notandum ferè in fine, Silueſt. & Angel. in verbo Aſſaſſinus, & Capic. deciſ.* 112. *& deciſ.* 155.

Subextende ſecundò, procedere etiam in Clerico non aſſaſſino, & diffamato,

mato, quando quis eũ vim vi in repellendo incontinenti percuteret, & repercuteret, etiam si scienter, atque deliberatè id faceret; dummodo cum moderamine exculpatur tutelæ. Imò quis potest etiam ante tempus occurrere, si probabiliter timeret, cũ posse à clerico offendi, quia tunc ex ista præuentione excommunicatio non incurritur, veluti quoque fieret, si aliquis iaceret hastam in clericum, si tamen percussio non sequatur, dato etiam quòd animum percutiendi illum habuisset, *iuxta trad. per Gratian. lib. 5. discept. c. 837. num. 1. cum seqq.*

56 Extende vndecimò, quòd illius bona possunt à quocunque occupari, & illi, ad quos successio spectat in temporalibus illa consequi poterunt, *Io. And. Hostien. & Dict. alleg. à Capic. in præcit. loco, vers. Tertium.*

57 Extende duodecimò, quòd isti possunt opprimi in illis diebus, in quibus Ecclesia indixit bellatoribus treguas, vt à mane feriç quartæ, vsque ad serum secundç feriæ, & ab Aduentu, vsque ad Octauam Paschæ, de quibus in *cap. de tregua, & pace, vt ait Capic. ibi sup. vers. Quartum eodem, num. 25.*

58 Extende decimotertio, quòd contra huiusmodi delinquentes possunt recipi testes, etiam lite non contestata, & parte non citata; immò ea quoque absente, idem *Capic. dicta decis. 155. sub eodem num. 25. vers. Quintum, & Azor. d. par. 3. cap. 17. vers. Quinto notandum.*

59 Extende decimoquartò, quòd contra assassinos alia sententia non requiritur, nisi declaratoria tantùm, vt dicunt *DD. allegati à Capicio in præcitato loco vers. Sextum.*

60 Extende decimoquintò, quòd in huiusmodi delicto appellatio non est admittenda, vt ait *Host. Io. Andr. & Philipp. quos allegat idem Capic. ibi sup. in vers. Septimum*, & veluti latè dixi *in verbo Appellatio concl. 128. num. 919. cum seq. & ibi recurras.*

61 Extende decimosextò, quòd Iudex procedere potest ex eius mero officio contra Assassinos, vt ait *Marsil. in l. vnius, §. cognitu rum, ff. de quæst. vbi allegat Paridem in 4. sindic. cart. 52. colum. secunda circa finem, & Capicc. ibidem.*

62 Extende decimoseptimò, quòd licèt nemo possit defensionibus in criminalibus renunciare, vti de iure naturæ debitis, vt ait idem *Marsil. in suo singul. 388. & Clar. in quæst. 61. vers. Quaro etiam*; Nihilominus id fallit in assassino, qui eis, ac aliis dilationibus, sibi debitis renunciare potest; & ratio ea est, quia vti hostis publicus dicitur à lege diffidatus, idest extra protectionem legis, & per consequens ab omnibus lædi potest, vt ait *Marsil. ibi supra, & Paris in d. sindi. car. 31. col. 1. & Capic. dicta decis. 155. sub num. 26. vers. Vndecimum, & Gratian. lib. 2. discept. cap. 280. num. 37.*

Subextende, quòd imò probata assassinii qualitate sit locus præeminentiæ, & sic quòd possit quis torqueri denegatis defensionibus, vt ait *Farinacc. de indit. & tort. quæst. 37. num. 89. & q. 39. num. 64. & melius q. 123. num. 54. & cons. 10. num. 25. & seq. & ibi addens lit. E. & conf. crim. 125. num. 8. & 18. & cons. 175. num 12. & cons. 168. num. 87 lib. 2. & Cabal. in tract. de homic. n. 519*

Et prædicta eò magis procedunt, si causa ageretur in Trib. Illustris. Gubernatoris Vrbis, vbi contra reos proceditur denegatis defensionibus, sed est benè verum, quòd talis stylus erit probandus eò modo, quo animaduertit *Farinacc. cons. 99. nu. 25. cum s. qq. & cons. 103. num. 4. lib. 1. & in 2. cons. 181. n. 5. & in dicto tract. de indit. & tort. quæst. 39. num. 15. & seqq.* Aliàs regulariter defensiones debent dari ante illationẽ torturæ in quouis atrocissimo delicto à quocumque Iudice, quamuis libero & absoluto, vt ait *Farinacc. in locis superius allegatis*, & in euentum probationis illius styli, à quo, & quomodo sit probandus, tradit idem *Farinacc. cons. 156. num. 23. lib. 2. & consil. 216. num. 22. & cons. 217. num. 13. lib. 3. Caualc. dec. 11. num. 47. par. 1. & Rota inter crim. Farinacc. decis. 215. num. secundo, & decis. 196. nu. secundo, & decisione 259. num. 5. par. 1. recentior. & par. 2. dec. 391. & 486. num. 7*

63 Extende decimooctauò, quod Assassinus teneatur mandantem in iudicio nominare,& super hoc torqueri potest, vt dicunt *Bald. & Aretin. à dicto Capic. alleg. ibi sub num. 26. vers. Duodecimum*.

64 Extende 19. quòd licèt hæres regulariter non teneatur ex delicto defuncti si aliquid ad eius manus peruenit,lite cum defuncto non contestata; id tamē fallit in hærede assassini, qui cogitur rē restituere, etiam illa cum defuncto non contestata, & id in odium, & atrocitatem istius delicti, vt ait *Capic. in præcitato loco ferè in fin. sub num. decimoseptimo*.

65 Declara tamen primò prædicta in assassino procedere,quando pecuniæ oblatæ per mandantem expressè fuerint per mandatarium acceptatę; aliàs non diceretur Assassinus, quia talis dicitur, qui seiungit animam à corpore acceptis numis, vt ait *tex. in c. pro humani il primo de homicidio in 6. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 619. num. sexto, & 16. & 17.*

66 Et ratio est (vt superius diximus) quia offerre,& promittere non est soluere; quemadmodum dicitur; quòd aliud est vendere, vel promittere vendere; & propterea videmus, quòd emphyteuta non cadit è iure suo,per actum verbi, sed per actum facti, vt ait *Capic. decis. 155. num. 6. & est decisio Cardin. Manticæ 27. num. 6.* Quamuis *Franch. in su. decis. 346. num. 4.* dicat, quòd perfecta dicitur venditio, si vnus dicat volo vēdere, & alter volo emere, ex ea ratione, quia solo consensu perficitur venditio, quod ego absolutè verum non credo,per ea, quæ dixi supra sub *num. 29.* & præcipuè,quia venditio pro finali illius perfectione traditionē rei ex parte venditoris,ac solutionem prætii, ex parte emptoris requirit *iuxta text. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. & l. si quis rem ff. eod. tit. l. 1. & ibi glos. C. eodem*, & ita fuit decisum à Rota in Anconitana Ciambellottorum Lunæ prima Iunij 1592. coram Litta, & *est viden. Gratian. lib. tertio disceptat. cap. 500. num. 1.*

Sed est benè verum, quòd licèt emptor non efficiatur dominus rei ante illius traditionem,potest tamen in vim sui tituli possessionem vacantem apprehendere,iuxta tradita per *Natt. cons. 531. num. 7. lib. 3. cum alijs ibi per eum allegatis*.

Rursus declara, quòd licèt per promissionem dandi, vel vendendi ius super re promissa non acquiratur; tamen negari non potest, quin per eam actio in personam detur, adeò, vt ex ea contra promittentem agi possit ad interesse, ad quod promittēs teneretur, si promissionem non adimpleret. Quæ tamen subdeclara procedere in illis casibus in quibus nihil opponi possit contra promissionem vendendi. At secus, vbi promissor aliquam exceptionem allegare posset, quia tunc non posset dari actio personalis ad interesse, prout est in pacto de donando in conductione, cessione redhibitione, commodato deposito, mutuo, renouatione,ratificatione,compromisso,redemptione,condemnatione, restitutione in integrum, absolutione, concessione in emphyteusim, actione, renunciatione, solutione, infeudatione consensu, & similibus de quibus habetur per *Tiraquell. de retract. cum verit. titulo final. num. 42. cum sequentib. & alij allegati à Gratian. lib. quinto disceptation. cap. 887. num. 27. cum seqq.*

Contrarium tamen esset, quando promissio de vendendo fuisset iurata, quia stante iuramento, quod præcisè obligat ad factum idem operatur dicta promissio, quod venditio, & ex ea datur actio, veluti, si quis de præsenti se obligasset, vt circuitus euitetur, & hanc opinionem veriorem, ait *Gratian. & alij ab eo allegati in lib. 3. disceptat. cap. 564. num. 32. & Surd. consil. 457. num. 13. & 38. lib. quarto, & prius consil. 201. num. 13. & sequen. lib. secundo, Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 23. num. 25. & sequentib. & Tiraquell. de retract. conuent. tit. 26. in fine.*

67 Extende primò prædictam primam declarationem intantum procedere, vt neque sufficiat taciturnitas, & vnius

vnius tantum intentio, quia consensus vtriusque est necessarius, sed quod secuta acceptatione promissio sufficiat, *Farinac. in sua quaest. 123. num. 147. inspect. 5. Gramvat. decis. 11. num. 19. Campeg. decis. 155. dub. 3. & alij citati à Gratiano in praecitato loco num. septimo.*

68 Contrarium, quòd scilicet, neque suscipiat spes praemii, siue fauoris oblario, & quòd ex eis nunquàm contrahatur assassinium, cum ea sit spes propria mente concepta, quae ad id non est in consideratione habenda, ait *Grat. ibi sup. num. 10. & 11.*

69 Declara secundò, quòd assassinium illud non dicitur, quando fuit datum mandatum ad bastonandum; non autè ad occidendum, licèt mors sequuta fuerit, neque propterea poena ordinaria puniendus venit; licèt accipiens mādatum illud ad bastonandum, siue vulnerandus grauius sit puniendus, quàm si sine pecunia illud exequererur, vt ait idem *Gratian. ibi supra num. primo, cum sequentibus, Grammatic. consil. 20. & Farinacc. in sua quaest. 126. num. 132. idem Grammat. decis. siue voto 23.*

70 Contrarium, quòd scilicet accipiēs pecunias pro vulnerando committat delictum exceptuatum per Bullam Gregorij XIV. super immunitate Ecclesię ait idem *Gratian. lib. 3. discep. c. 598.*

71 Fallit tamen prima opinio, si praecederet inimicitia capitalis, quia tunc si percussio facta esset cum bacuio in capite, & praecipuè quando esset reiterata, eo casu haberet locum poena ordinaria, cum tunc ex eis animus occidendi, & non bastonandi tantùm praesumatur, vt ait idem *Fartnac. ibi sup. n. 33. & Gratian. in praecitat. loco num 12. & sequentib. & Viuius in decis. 491. Regni Neap. & dixi in verbo Aggressor.*

72 Secus autem, si constaret de expressa protestatione mandantis mandatario facta, ne bastonandum in capite percuteret, quia tunc ea praesumptio in ferendae mortis tolleretur, vt ait idem *Gratian. ibi supra n. 15. cum ibi alleg.*

73 Declara praeterea, quòd ista qualitas assassinij tunc excluditur; veluti sit illa proditionis, quando mandans inimicus interueniret homicidio, vnà cum mandatarijs, qui verè tali casu assassini dici non possent, etiam si illis principalis pecuniam dedisset, vt dicunt *Doctores allegati à Gratiano ibi supra dicto cap. 619. num. 16.*

74 Sed si vis in hac materia multa alia scire recurras ad *Farinacc. in sua praxi & consilijs*, nec non ad *Mascardum, & Card. Tuschum in hoc verbo Assassinium*, apud quos, cum ego decisiones non Inuenerim; idcircò deducta ab eis hic recensere non curaui.

ARGVMENTVM.

ASSECVRATIO CONTRACTVS, acrorumque quid sit, & de quibus rebus, & quomodo fiat.

CONCLVS CLI.

1 Assecvratio ea dicitur, quando quis alteri rem illius in tuto futuram esse certo sibi pretio assignato promittit, vt si Titius Mercatorum Nauim habet in Portu mercibus onustam, & vt eam in Indiam traiiciat, Caius cum securum reddit, & ob id ei pretium certum soluendum promittit, si ibi Nauis secura perueniet, & sic assecurare verbū idem est, quòd promittere, & se obligare, vt ait *Rot. dec. 688. num. 4. par. 2. recent. idem ait Azor. in 3. par. instit. moral. de contract. assecurat. fol. 941.* itē quòd talis assecurator dicatur periculi emptor, ait *Mastrill. in dec. Regni Sicil. 197. num. 35. par. 2. & ibi multa ait in hac materia.*

2 Et istarum naulum, siue mercium assecuratio in multis Regionibus, quę maris commoditatem habent, frequenter fieri solet, & praesertim Genuae inter aequites illius Reip. vt testatur *Seacc. in suo tract. de commerc. S. 1. q. 1.*

3 Antiquitus multi Doctores istum cōtractum innominatum existimabant; Recentiores verò tenent eum sapere naturam emptionis, & venditionis, quia periculum ille emit, qui assecurationē promittit, & merces aestimantur,

 quae

quæ postea soluuntur, veluti eodem modo dicitur de iactu retis, qui emi, & vendi potest; Vndè cum sit iste cõtractus similis emptioni, ideo bonæ fidei vocatur, & sic in eo allegari potest remedium, *l 2. C. de rescind. vend.* veluti in cæteris contractibus, vt ait *Valasc. in sua decis. 18. & Rubin. decis. 99. & Rota Genuæ decis. 36. & 63. & Diuus Thomas 2. secunda, quæst. 5. art. 6. tit. Anter ludum, conclus. 1. fol. 46. & Nauar. & Sot. allegati à Scaccia in præcitato loco nu. 128.* dicunt, quod apud Theologos, atque Iuristas iste contractus reperitur approbatus, cum in se rectitudinem, & iustitiam habeat, & sit Reipublicæ valdè vtilis; Immò huiusmodi contractum approbat Papa in *cap. Nauiganti de vsur.* & in eo magis licitum est dare assecuranti pecunias pro mercium assecuratione, quàm sit fideiussori pro fideiussione faciẽda; & ratio ea est, quia assecurans grauioribus periculis subiacet, quam fiat fideiubens, *vt ait Francisc. Garz. de contractib. cap. 39. num. quarto, versic. Di questa, & Ludouic. Lopez. de contractib. lib. secundo, cap. 16. versic. Ex hac autem.*

4 Contrarium tamen, quòd scilicet assecuratio sit contractus innominatus *ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 589. num. 5. Azor. ibi supra, & Siluest. in verbo Negotium quæstio. 5.* ait huiusmodi contractum innominatum vocari; nempè, do vt facias, Nam Titius dat Caio certam pecuniam, si Nauis in tuto in Indiam peruenerit, idem ait *Laurent. de Rodulph.*

5 *Conradus autem in quæst. 71. de contractib.* hunc contractum ad locationem reducit, quia Caius locat operas suas Titio, dum eum reddit securum, vt nauis tuto peruenerit ad Indiam, & Caius ei suas operas soluit; Alij vocant illum esse fideiussionis contractum, quia assecurator nil aliud facit, quàm fideiubere, quòd merces non peribunt, sed de hoc aliquid percipit.

Rota autem Romana in *decisione quinta apud Burattum in princip. ait*, quòd in Nauigatione societas iniri potest, ita vt pacta facta inter socios seruanda veniant, *text. est in l. si non fuerint, in princip. ff. pro soc. & in instit. eodem titulo ferè in princip. versic. & quidem si nihil, & Bald. in consil. 121. num. 6. lib. 1. & consil. 155. lib. 3 allegati à Rota in dicta decis. 5. num. 2. coram Buratto.*

6 Demum *Scaccia in præcitato loco* concludit (quicquid in hoc Doctores dicant) quòd iste contractus, siue sit nominatus, siue innominatus, dicatur licitus, & vtilis iuxta opinionem Theologorum, & Iuristarum, vt ait inter cæteros *Sot. & Nauarr. allegat. à Scaccia ibi supra.*

7 Sed est benè verum, quòd si altera ex partibus sciuisset iam perijsse nauim, tunc dictus contractus non valeret, quia dubietas, siue incertitudo est illa, quæ facit huiusmodi contractus esse licitos, in quibus solum dubius, & incertus euentus emi solet, veluti dicitur de iactu retis, aliàs ille dolus per vnam partem ad alteram fallendam adhibitus redderet illum contractum illicitum, & sic intraret illa regula, nempè qui in dolo versatur, doli exceptione repellitur, vt ait *Salicet. in sua decisione 149. & ita fuit dictum à Rota in Anconitana Assecurationis Nauis Lunæ 4. Maij 1603 coram* Gregorio *XV. quæ est in eius impressis decisio 126. num. 4. &* Gratian. *ibi supra num. primo, & Gamm. decis. 181. num. primo Regni Lusitaniæ.*

Quinimmò extende, quòd etiam scientia præsumptiua sufficiat ad huiusmodi contractum inualidandum, *vt ait Rota decis. 88. num. primo par. 2. recentior. quæ est eadem Gregor. 126. penes ipsum.*

8 Et ratio prædictorum est, quia in hoc contractu potissimum dominatur fortuna in futuro euentu consistẽs, *vt ait Sotus de iust. & iure lib. quarto quæst. quinta, artic. secundo, versiculo Quamobrem colum. 5. fol. 322. & Scaccia in præallegato loco. & Mastrill. in sua decis. 197. num. 13. Regni Siciliæ* ait duplex esse periculum in hoc contractu; nempè totius, idest peremptionis rei, & in parte, idest deteriorationis.

Declara

9 Declara tamen primò, ea in quibusdam casibus non procedere, in quibus dubio procul assecuratio valet, licèt eò tempore nauis deperdita fuisset; nempè, si fuerit adiecta illa clausula de apotheca in apothecam, necnon etiam illa, si nauis iam portum assecurationis tempore exiuisset, siue altera, aut malum, aut bonum nũcium veniat, quia tunc clausulæ prędictæ faciunt huiusmodi contractum de iure valere, etiamsi nauis tali tempore fuerit deperdita, vt ait *Rota Regni Lusitaniæ per Aluar. Valasch. in dec. 64.*

10 Quod tamen intellige verum dummodo scientia de eo sinistro casu haberi non possit; veluti id ex præsumptione colligi poterit; nempè ex distantia itineris, & temporis breuitate à die contractus, & à tempore, in quo merces amissæ dicuntur, vt ait *Rota Genuæ decis. 102. in antiq. & Gamma dec 181. Regni Lusitaniæ*, & sic igitur reus dictam scientiam probare tenetur, vti suę intentionis fundamentum, vt ait *Rota Genuæ d. decis. 102.*

11 Sed si in hoc difficultas inter contrahentes orir etur, tunc erit recurrendum stylo mercatorum illius loci celebrati contractus, quibus multum defer. re solet Rota Romana, vt fuit dictum in illa *Anconitana coram Gregorio, &* pro hoc facit illa *decis. Genuæ 102. in antiq.*

12 Declara secundò, quòd pari modo assecurans non teneretur, quando in naui solùm merces fuerint impositæ valoris scutorum mille, sed assecuratio fuerit facta pro duobus millibus, quia tunc ea in mille tantum sustinetur, vt ait *Ant. Gamma in sua decis. 181. n. 2. Regni Lusitaniæ.*

13 Et ratio illius declarationis ea est, quia obligatio assecurationis oneratio nem supponit, vt ait *Balb. in sua dec. 73.* Item, quia eum obligatio fideiussoris sit diuisibilis, per consequens in ea parte semper tenet, in qua obligatio principalis sustinetur, vt ait *Rota per Gregor. in decis. 157. num. 18. & decis. 106. num. 6. part. secunda nouissim. & in Romana Spolij Luna 21. Februarij 1600. coram Iusto, & prius in Assisien. Subhastationis 15. Nouembris 1596. coram Orano,* & ibi concludunt, quòd in materia diuidua vtile per inutile non vitiatur, ac secus in indiuidua.

14 Extende eodem modo procedere de assecurante res communes, quia tunc illæ non præsumitur plus parte sua assecurare voluisse, nisi tamen ad vtilitatem etiam partis consocii faceret, *vt ait Valasc. dec is. 64.*

15 Declara tertiò, quòd si quis assecurauit super vno vascello non tenetur, si fiat oneratio super altero; & ratio est, quia promissio assecurationis non extenditur de vno ad aliud, vt ait *Rot. Siciliæ per Castill. in sua decis. 3. & Rota Genuæ decis. 25. per text. in l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. & l. fin. §. si ea conditione, ff. ad l. Rhod. de iact. Muta dec. 3. num. 4. Mastrill. dec. 182. nu. 7. Graff. dec. 3. num. 11. lib. 2. de contract. assecurat.* & ita fuit dictum à *Rota in Rom. assecurationis Mercurij* 18. *Iunij* 1631 *coram Pirouano*, & sic igitur assecuratio promissa super fregata non valeret, si fieret postea super barcha, quæ in nomine, & defensione inferior esset, vt ait *Mastrill. decis.* 182. *Graff. decis.* 111. *lib.* 2. vbi assecuratio fuerat promissa super naui magna, & firma, & merces fuerunt delatæ super naui deteriori; & *Muta decis.* 3. ponit casum de assecuratione super Polaccha, & merces fuerunt delatæ super Saitia, vt ait *Rota ibi in dicta Romana Assecurationis coram Pirouano.*

16 Altera ratio ad hoc adduci potest, quæ est, vt in contractibus assecurationis sit inspiciendum id, quòd inter eon trahentes fuit præcisè conuentum, vt ait *Balb. in sua decis. 29.* & veluti fuit dictum *in dict. Romana assecurationis Mercurij 18. Iunij 1631. coram Pirouano.*

Declara tamen ea, quæ fuerunt dicta de assecuratione facta de vno vascello, eam non teneri, si fiat in alio solùm procedere, quando specificè, & nominatim fuisset conuentum super tali vascello; secus autem, si in conuẽtione exprimeretur nauis, siue aliud

vas, quod vti genus esset aptum comprehendere aliàs species vasorum maritimorum, & sic omne aliud genus Nauigij, quod posset capere eam quantitatem mercium, quę per mare erant ad aliquem locum ex conuentione transferendę, quia tunc aut in vno ex istis, aut in altero dictæ merces oneren tur, & illud Nauigium deprędetur a Piratis, vel alio modo perdatur, tali casu assecurationi locus fieret, ita vt probata deprædatione, vel mercium amissione, statim stipulatio commissa censeatur, ex qua postea validè agi poterit cō tra assecutantem, *l. fœnerator, versic. Si Nauis, ff. de Nau. fœner. Specul. tit. de oblig. & solut. in princ. Castr. in l. Nauem, num. 4. ff. locat. & cond. Dec. consil. 115. nu. 2. Ias. in l. Illa stipulatio, in princip. ff. de verbor. oblig. Cotta in memorab. in verbo Mercator, Rota Ianuen. dec. 101. in princip.* vbi ampliat id procedere, etiam si in dicta Nauis à Piratis fuerit recuperata, & *Stracca de sponf. verf. Item quærit, & Rota in dicta Romana assecurationis* 18. *Iunij* 1631. *coram Pirouano.*

Extende prędicta, eò magis procedere, quando nō obstaret defectus intentionis assecurantium, sed potius ę quiuocè, & sinonimè denominarentur nomina Vascellorū, veluti Nauis, & Vrcæ, & similium, vt ait *Rota Genua dec. 5. & ita fuit dictum à Rota ibi supra.*

Secus autem si è conuerso, veluti, quia Nauigia huiusmodi differrent inter se armamentis, ita vt securitas magis in vno, quàm in alio sperari posset, & quod aliquo modo deprehenderetur, vt vnus magis cōtemplasset vnum Nauigium plus munitum, quàm minus munitum, ita vt assecuratio aduersus deprædatores, & piratas facilius in vno, quàm in alio prætendi posset, quia tunc neque per æquiuocū, neque sinonimè esset procedendum, & sine vlla difficultate, quando assecurantes expresserint qualitates Nauigij; nempè si diceret de Naui nominata *l'Elefante*, sub cura, & regimine Iacobi de Cornelijs, & similia, ita vt tales demonstrationes qualitatum alijs, quàm illi Nauigio conuenire non possent, vt ait *Rota dec. 277. num. 4. & decis. 313. num. 2. parte prima recent.* & latè *Gratian. lib. 5. discept. cap. 883 num. 3. & seq. & Rota in dicta Romana assecurationis 1631. coram Pirouano.*

In summa venit concludendū, quòd non potest mutari indiuidua expressio nominis Nauigij; aliàs secus, *vt ait Rot. ibi coram Pirouano.*

17 Declara quartò assecurantem non teneri, nisi pro parte sua, si merces erāt communes *dictus Gamm. decis.* 181. *num.* 4.

18 Declara quintò, quòd assecurationes efficerentur inualidę, si iter impeditum veniret, & per consequens in tali casu assecuratores, qui merces super Naui onerandas assecurari fecerunt, non tenerentur illius reditum, & liberationem expectare, sed super alia naui eas onerari facere poterunt, cum ob illud impedimentum à dicta assecuratione censeatur recessum; aliàs sequeretur, quòd si dicta Nauis impedita per decennium non rediret, tunc alterum de duobus mercatores facere cogerentur, vel consteum amittere, vel merces corrumpi permittere, & sic illud inconueniens resultaret, vt scilicet assecuratores cum aliena iactura locupletiores fierent, quod non est tollerandum, quia quoties assecurationi locus esse non potest, pretium restitui debet, vt ait *Rota Genua decis. 40. in antiq. vt refert Marta in compilat. decis. tomo 3. in verbo Assecuratio cap. 7.*

19 Declara sextò, non procedere, vt superius dixi, quando fuisset connentum de onerandis frumentis, seu aliis mercibus super fregata, & postea ea onerarētuh super Barca, quia tūnc assecuratores non tenerentut, quia conuentio eo modo est obseruanda, quo fuit stabilitum inter partes, & præsertim, quando vnum Vascellum conuentum securius altero non conuento merces vehere posset, vt est de fregata, quæ remis, & maiori hominum numero est munita, & sic securius mare transfretat, quàm facit Barca, quæ non ita munita, mare sulcat, quia vtroque caret, & propterea facilius fortunæ, inimicorumq. periculo se subijcit, vt ait *Mastrill. in decis. 182. Rota Siciliæ, & Rota in dicta Romana Assecurationis 18. Iunij 1631. coram*

coram Pirouano.

20 Declara septimò, non procedere, si Patronus nauis relicto itinere destinato aliud caperet, quia tunc primi asecuratores non tenerentur, vt ait *Rota decis. 63. Rota Genuæ in antiquis, & d. Rota in dec. 25. nu. 6.* vbi habetur, quòd primi viagij assecuratores, amplius non tenentur inchoato secundo; & ratio est, quia si primi assecuratores tenerentur pro secundo, sequeretur, quòd super eodem corpore nauis, duæ assecurationes soluerentur, quod non est dicendum, quia vna res, non potest diuerso iure censeri, neque duæ causæ lucratiuæ possunt circa vnam, & eandē rem concurrere, *Rota ibi supra, & Bar. in l. Titia Seio num. 1. de leg. 2. & in l. Meuius, §. duorum num. 2. eodem titulo, & Rola. de lucro dotis, quæst. 96. num. 6. 14. & 15.* & nota, quòd in dubio viagium assecuratum intelligitur primum, *vt ait dicta Rot. Genuæ decis. 25. num. 3.*

21 Subdeclara tamen, quòd assecurator volens reperere pretium solutum, ob illius itineris mutationem, eam vti fundamentum suæ intentionis probare tenetur, quia mutatio viagij dissoluit contractum assecurationis mercium super naui factum, *vt ait Rot. Genuen. dec. 40. num. 2.* & tunc iter mutatum dicitur, quando nauis ad actus extraneos diuerterit, *vt ait dicta Rota Genuæ in decis. 3. 5. & 25. num. 6. in antiq.*

Sed est benè verum, quòd ad illius pretii solutionem euitandam non posset asecurator opponere, quòd merces deperditæ non sint suæ, vel eędem, quæ fuerunt asecuratæ, *vt ait dictus Gamma dicta decis. 181. nu. 3.* neq. quæstionem dominii allegare, *vt ait Rota Gen. 5. num. 11.*

Secus autem, quando ex actis constaret merces asecuratas aliorum mercatorum esse. Veluti eodem modo procederet de asecuratore soluente in iudicio executiuo, quia si postea agatur in ordinario de probatione sinistri casus, tunc onus illum probādi reo asecurato incumbit, sed eo non plenè probato, asecuratori iam solutum petenti restituet, *vt ait dicta Rota Genuæ decis. 3. in antiq. & facit decis. Rota per Burattum 5. num. 12.* vbi ait, quòd Nauta tenetur de eo, quod sequitur etiam ex causa tempestatis, si Nauem contra Domini voluntatem portui applicauerit, vel aliud iter, quàm destinatum receperit, *Riminal. Iun.* multa ait in hac materia, quando quis teneatur de casu in suo *consil. 210. num. 42. cum seqq.* & ratio est, quia Nauta dicitur in culpa, quando fuit præmonitus, & non cogitauit, quid euenire posset, & monitionibus non paruit, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in d. sua decis. 5. nu. 20. & ibi per addentem, & ibi multa in hac materia, & in eadem 28. Nouembris 1614. coram eodem Buratto, quam sequuta fuit Rota in Romana Salarij 16. Decembris 1619. coram Card. Caualerio.*

Secus autem, quando in cedula obligationis fuisset expressus, & exceptuatus tantummodo Baratariæ casus, quia tunc non posset imputari de dolo, & culpa Nauta veluti, quia Nauim non munierit de necessarijs ad victum, & pertinentibus ad defensionem, & quòd tempore incongruo, & suspecto, à portu recesserit, neque iter recto tramite direxerit versus destinatum locū, quia cum hæc omnia in omittendo, & non in committendo consistant, & videantur remissa, per eam solam expressionē casus Barattariæ: Idcircò ab asecurante ad illius obligationem euitandam allegari non possunt, quia per illius casus exceptionem, solent etiam includi omnes casus, etiam culpa Nautæ sequutos, vt ait *Stracca de assecurat. glos. 2. num. 4.* & ita fuit quoque decisum in *Romana Assecurations 26. Februarij 1630. coram Ghislerio, & postea in illa Romana Assecurationis 1631. corā Pirouano, & est dec. Genuæ 166. n. 4.*

22 Extende illam declarationem pari modo procedere in naui, quæ secundum iter arriperet, quia tunc asecuratores pro primo itinere liberati censentur, & præsertim, quando pro secundo itinere nouæ asecurationes fuissent factæ, & eò magis, si eas fuisse solutas constaret, vt ait *Rot. Genuæ decis. 25. in antiq.*

23 Declara octauò non procedere, quando nauis coacta fuit nauigare in alium locum pro emendis frumentis,

quia

quia tunc ea non diceretur casum sinistrum passa,& propterea non erit locus exactioni securitatis; quia cum Patronus suum iter non seruauerit; igitur illius culpa assecuratori nocere non debet, vt ait eadem *Rota Genuæ dec. 61. in antiq.*

24 Fallit tamen, quando nauis fuisset capta per hostes, quæ si per triduum ab eis detineatur, & postea recuperaretur;nihilominus casus sinister ei euenisse diceretur, & tunc assecuratores tenerentur, quia sufficit, quòd conditio semel fuerit purificata,licèt momento duret, & præsertim, quando res recuperata ad hostibus non esset eo iure, quo prius erat, sed effecta, ob illius captiuitatem valde deterior, & propterea assecuratores de eo casu tenentur, cum casus latronum, incursus hostium, Piratarum insidiæ, naufragium, & incendium insimul æquiparentur, vt ait *Rota Genuæ decis. 101. in antiqu.* & omnes casus plenè notat *Scaccia in d. suo tract. de commerc. in præallegato loco num. 134. & seqq.* & ita fuit dictum *à Rota in illa Romana assecurationis 18. Iunij 1631. coram Piro uano.*

25 Extende procedere, & è conuersò vt scilicèt assecuratores licitè pretium recipiant, ob pericula, quibus ipsi se subiiciunt, & iste contractus est in vsu totius Orbis Christiani, & à communi Doctorum schola comprobatus, vt superius diximus, quia qui mercedem pro fideiussione recipit non mutuat, ita vt plus accipiendo vsuram committere dicatur, quia illud recipitur, ob damnum, quod ex fideiussione ei obuenire potest, iuxta dictum Chilonis, qui erat vnus ex sapientibus Greciæ, dum dicebat, quòd fideiussioni nunquam iactura deerat, & vt dicam in in verbo fideiussores, &c. & idem ait *Aluar. Valasch. in sua decis. 18. Regni Lusitaniæ, & Rota per Greg. decis. 333. num. 2.*

Secus igitur esset dicendum, si fideiussor certus esset nullum omnino fore subiturum periculum, vt ait *Rota per d. Greg. dec. 161. n. 5.* quod ego tamē impossibile credo; quia, si aliud damnum non patitur, illud saltem non eultabit, vt quis fideiubendo sua substantia male vti non dicatur; & propterea hinc fit, quòd vxor potest petere à viro assecurationem suæ dotis, quando pluribus fideiussionibus reperitur implicitus, veluti dicā in verbo *Assecuratio dotis conclus. seq.* sed quòd fideiussor posit in casu possibili recipere duo pro centenario, *ait Greg. d. decis. 161. num. 2. Rota decis. 679. num. 2. par. 1. diuers. latè Surd. consil. 306. per totum, Mant. de tact. lib. 6. tit. 6. n. 6 & Rota in alia Rom. Pecuniaria 16. Februarij 1607. coram Cardin. Sacrato*, vbi fuit dictum esse considerandam qualitatem periculi, & fideiussoris dispendium.

26 Forma autem istius promissionis, quæ ab assecuratoribus fieri solet, hoc modo concipitur; nempè si in huiusmodi nauigatione toto itinere durante contingat nauia Petri, siue merces, ob tempestatem, vel latronum, aut Piratarum impedimentum, deperdi ego promitto valorem illorum mercium, dummodo tu mihi soluas octo pro quolibet centenario; vnde si ante completum iter illa nauis combusta, siue alio modo deperdita sit, siue si Imperator, aut Rex illam pro suis indigentiis retinetet, & sic conditio assecurationis impediatur, tunc iste defectus nec v. ni, nec alteri imputari potest, & propterea eo casu precium periculi solui nō debet, sed illud solutum veniret repetendum, & id nedum, quia factum Principis, vti casus fortuitus à nemine præstatur; verum etiam ex natura contractus prædicto modo initi; vnde ex prædictis infertur, quòd si nauis, siue Galeonus toto itinete durante, siue in illa nauigatione perderetur, vtique clare deprahenditur assecuratorem isto casu ad nihilum teneri, cum iter fuerit mutarum, & de illo itinere intermedio à partibus non fuerit cogitatum nec per consequens consensus ad ea ignorata extendi potest, vt in istis terminis, ait *Rota Genuæ in decis. 63. in antiq. & Rota in vna Auellina vnionis Veneris 15. Decembris 1595. coram Gipsio*, & plenius tractat de hac formula assecurationis inter contrahentes fiendæ, *Scaccia in dicto §. 1. quæst.*

quæst. prima, num. 134. cum seqq. omnino viden.

27 Fallit tamen in eo assecuratore, qui de omni risico, & periculo teneri vellet, excepto iactu, quia tunc licèt ille esset exclusus à detrimento iactus; nihilominus ad naula rerum iactarum teneretur, *vt fuit decisum à dicta Rota Genuæ decis. 129. in antiq. num. 4.* vbi ait, quòd illa exceptio iactus ad naula tanquam ad quid incogitatum non extenditur, item cum aliud sit iactus aliud solutio naulorum, ideo ex diuersis non est inferenda illatio, & sic exceptuatio iactus solutionem naulorum non excludit, vt benè fuit resolutū *à Rota Genuæ in dicta decis. 129. num. 4. cum seqq.* & in omnem euentum nota, quòd in iactu mercium pro saluanda Naui, qui suas merces saluas haberēt illi cæteris damnum passis adiumēto esse debent, vt dicunt infiniti Doctores allegati *à Gratiano lib. 2. discept. cap. 354. num. 39. & seq.*

28 Declara præterea, quòd talis contractus redderetur illicitus, quoties mutuarentur pecuniæ pro lucro assecurationis; quòd tamen intellige verum in mutuante pecuniam ex spe lucri assecurationis, & quam sine spe dicti lucri mutuaturus non erat; Secus autem, quando mutuans non respectu mutui prætendebat mutuatarium habere obligatum ad aliquid sibi tradendum vltra sortem mutuatam; sed solùm intenderet illud lucrum consequi, pro susceptione periculi, quia in secundo casu cō. tractus non posset fœneratitius vocari, *vt ait Villag. de vsur. quæst. 26. concl. 2. col. 3. Lupus de vsuris comment. 3. §. 1. num. 29. Nauarr. in manual. cap. 17. n. 285. Iacob. de Graff. decis. 111. nu. 15. lib. 2. Conrad. de contract. quæst. 39. tract. 2. col. 1. vers. Secunda conclusio, Alberic. in suo diction. in verbo vsura col. 4. vers. Quid de eo, qui mutuat naui gāti, Angel. in verbo Vsura il primo, quæst. 38. Siluest. in dicto verbo Vsura il secondo quæst. 35. Rebel. de oblig. Iustit. lib. 16. quæst. vnica num. 16. vbi de communi testatur, Gratian. dicto libro 3. discept. cap. 589. num. 3. & 4.*

29 Et ratio prædictorum ea est, quia cum isti duo contractus separati dicantur, & primus nominatus respectu mutui; altero verò innominatus respectu assecurationis, nec non cum ea receptio vltra sortem immediatè non ex mutuo, sed ex ipsa assecuratione procedat, quod quidem de iure, absque nota vsuræ fieri potest; idcircò lucrum illud eo modo recipi potest, & præsertim cum liceat aliquid ex mutuo percipere, si tamen illud in consequentiam, & sic secundario veniat; veluti, quia mutuans laborem, operam, atque suam industriam ad fauorem mutuatarij adhibuisset; sed quando lucrum percipitur ex periculo, & assecuratione suscepta, & non ex mutuo; tunc non sunt faciendi tres contractus, quia vnus sufficit, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano in præcitato loco num. 5. 9. & 10. cum seqq.*

30 Extende, quòd neque taxatio excessiua, pro suscipienda assecuratione potest reddere contractum vsurarium; nisi etiam exactio ipsa illius, quod fuit taxatum subsequatur, *vt fuit dictum in vna Ianuen. Pecuniaria 6. Iunij 1611. coram Card. Lancellotto, & in eadem 1. Martij 1613. coram Vbaldo.*

31 Immò in istis contractibus pactum inualidum vitiatur, & non vitiat, & sic quoad alia in suo robore restant, *vt ait Rota ibi supra, & Surd. consil. 327. nu. 18. lib. 3. Honded. consil. 17. num. 25. lib. 2 Barz. de Guarentig. par. 3. quæst. 7. Carol. de Grass. de except. cap. 28. num. 62. & Gayl. obseru. 4. lib. 2.*

At secus, quando pactum esset insolitum, quia tunc illud suspicionem falsitatis arguit, & sic contractum vitiat *vt ait Rota dec. 452. num. 7. par. tertia recentior.*

32 Sed ad dignoscendum, quando taxatio aliqua veluti in censu, in assecuratione, & similibus sit excessiua necne, mos, siue consuetudo regionis erit attendenda; vnde si ea fuerit facta de viginti pro centenario non erit excessiua; veluti si in assecuratione pecuniarum, & mercium, vltra periculum, & longum temporis lapsum in itinere, intercederent quoque expensæ, & labores in ipsis securè vehendis: veluti,

luti nec etiam in censu decem pro centum dari prohibentur, quādo essemus in Regione, vbi penuria pecuniæ extaret, vt ait *Thesaur. in sua decis.* 154. *in princip. Paris. consil.* 75. *nu.* 3. *lib.* 4. *Surd. cons.* 162. *num.* 34. *lib.* 2. & ita quoque fuit decisum *in Foroliuien. census* 13. *Nouemb.* 1589. *coram Orano*.

33 Extende prædicta, quæ fuerunt deducta circa validitatem assecurationis mercium, procedere etiam in assecuratione vitæ alicuius hominis, veluti si peteretur assecuratio de vita hominis in societate officii, ad effectum lucrandi fructus, pro vno semestri, siue pluribus, iuxta quod inter contrahentes fuerit conuentum, quo enim pacto mediante validè periculum perdendi pecunias pro conuento tempore euitari poterit, vt dicunt *Doctores allegat. a Scaccia ibi supra de comercio*, §. 1. *quæst.* 2. *num.* 133. Item porest quoque assecurari liber transitus alicuius personæ, per loca Turcarum, aut Latronum, siue Hæreticorum, aut hostium periculis exposita, vt ait *Azor. in d.* 3. *par. instit. moral. fol.* 942. *sub litera D.*

34 Contrarium licèt multi affetant dicentes huiusmodi lucrum, quod accipitur pro assecuratione personę esse inhonestum, & turpe, vt inter cæteros ait *Archidiac.* quem allegat, & sequitur *Syluest. in verbo Negotium. quæst.* 5. Et ratio eorum ea est, tum quia talis assecuratio non est vtilitatis gratia, sed solius lucri cupiditate, tum etiam, quia ex tali contractu occasio datur inducendi votum captandæ mortis; ne ille viuat, vltra tempus in assecuratione constitutum.

35 Primam tamen opinionem esse licitam ex natura rei, nisi aliqua lege humana sit prohibita, *tenent Sot. de iustit. & iur. lib.* 6. *quæst.* 7. *& Franc. Garz. de contract. par. secunda, cap.* 15. Et ratio eorum est, ex eo quia in hoc contractu nulla iniustitia reperitur, cum contrahentes ex æquo se subiiciāt pari periculo damno, & lucro; vltra quòd talis assecuratio non redditur Reipublicæ inutilis; immo aliquando vtilis fieri potest, vt si verbi gratia, quis à me mutuo peteret pecunias, qui esset filius familias, qui si Patri suo præmoriatur nulli dubium est, quòd mutuatam perderem; licèt secus si dicto Patri suo esset superstes, quia tunc eam saluam haberem, & propterea ipsi mutuare nolo; nisi ea conditione, vt mercator vitam ipsius post mortem Patris assecuret.

36 Nec obstat, id quod in secunda opinione obijcitur super eo, quòd votum captandæ mortis in hac assecuratione induceretur, quia id est accidentariū, & ex hominum voluntate solùm proueniens non autem ex ipso contractu dependens; aliàs donationes, etiam causa mortis, testamenta, siue legata essēt reprobanda, cum ex illis quoque votum captandæ mortis inducatur. Quemadmodum dicimus non obstare illud obiectum super eo, quòd huiusmodi assecurationes solùm ex cupiditate lucri fiant, quia non per hoc talis contractus illicitus efficitur; & præsertim cum ille fieri soleat in vtilitatem eorum, qui pecuniis indigent, vt pulchrè ait *Azor. in* 3. *par. instit. moral. lib.* 11. *fol.* 943. *sub litera F.* Sed reuera, quando valeat conuentio de futura successione, latè ait *Gratian. lib.* 4. *disceptat. cap.* 692. *num.* 1. *cum seqq.* Item quando assecuratoribus sit dandus curator per consules illius loci, vbi merces solēt naufragari, & deteriorari, & in quibus possit assecuratoribus prę iudicare, ait *Mastrill. in decis. Regni Sicil.* 197. *num.* 20. *& seqq.*

37 Vltimò erit notandum in proposito, quòd si quis res, siue mercantias licitas scienter cum illicitis in mari deferat, tunc ille talis, quoad omnes in commissū offendit, vt ait *Franc. Marc. in sua decis.* 630. *par.* 2. *per totam*. Quod quidem procedit etiam si institor nauis, & non dominus id fecerit, quia ille obligat dominum, etiam ignotantem, quando contrahit circa negociationem, ad quam tacitè, siue expresse præpositus fuerit: & propterea videmus in simili, quòd si ille accipiet pecuniam ad mutuum obligat dominum; dummodo illam recipiat in causam vi fuit præpositus, etiam si postea ad vsum destinatum eam non conuerteret, quia ipsi domino est imputandū, si pa-

si parum fide lem famulum negocio adhibuit, licèt id pluribus modis limitetur, vt ait *Menoch. de arb. Iud casu 92 & Mascard. in conclus. 974. num. 83. & seqq. Gratian. decis. 36. num. 18. & sequent. Giurb. decis. Sicil. 88. num. 9. Capyc. dec. 180. Rota Ianuen dec. 14. per totam Surd. decis. 156. num. 1. & Rota per Buratt. decis. 85. num. 1. & ibi per addent.* vbi alios per te videndos allegat.

Quinimmò extende, quòd etiam scriptura priuata institoris probet contra dominum præponentem, vt ait *Rot. Ianuen. dec. 586. n. 4. in antiq. Giurb. d. decis. 88.* Veluti etiam sola confessio institoris domino præiudicat, quando tamen confessio esset verisimilis, & versetur circa ea negocia, quibus fuit præpositus; aliàs secus, vt ait *dicta Rota Ianuen. decis. 12. num. 11. Giurb. dicta decis. 88. num. 12. Surd consi. 326. n. 24. Cephal. consil. 101. num. 53. & Rolan. consil. 4. num. 12. lib. 4. & Rota per Buratt. dec. 239. num. 1.* & institor ille dicitur, qui cuicunque quæstuoriæ negotiationi, etiam nullo designato loco præponitur, vt ait *Surd. ibi sup. & num. 3 & Paris. cons. 93. lib. 1. Mandel. consi. 104. num. 6.* & pulchrè ait in hac materia *decis. Ianuen. 14. per totam,* & omnino vide quæ dixi in *conclus. 145. num. 51.*

ARGVMENTVM.

DE ASSECVRATIONE DOTIS, & in quibus casibus ea debeatur.

CONCL. CLII.

1 ASSECVRATIO Dotis nota quòd nil aliud est quã solutionis promissio, ita vt eueniente casu ille, qui assecurauit statim conueniri possit, vt ait *Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 753. num. 29. & Doctores in l. si constante, ff. solut. matrim. & cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor.*

2 Vndè ex prædictis infertur primò, quòd mulier potest petere assecurationem suæ dotis, ac donationis propter nuptias, ob vergentiam viri ad inopiã, ad hoc, vt pecunia viro data in dotem in emptionem bonorum stabilium conuertatur, vt postea ex eorum fructibus ea cum viro, & filii ali possint; Dico ex fructibus, & non ex proprietate, quia aliàs breui tẽpore mendicare cogerentur; vt ait *Rota per Card. Caualer. dec. 62. num. 2. & in alia Cæsenaten. fructuum dotis Veneris 13. Iunij 1603. coram Litta, & Afflict. decis. 221. & Rot. vltimo loco in Farsen. Dotis, seu Depositi Lunæ 3. Decembris 1629. coram Pirouano.*

3 Licèt secus sit in filiis mortua matre, qui, ob vergentiam sui patris ad inopiã non possunt assecurationem dotis dictæ eorum matris petere, vt ait *Grat. lib. 3. discept. c. 427. num. 15.*

4 Infertur secundò, quòd dicta assecuratio debeatur, etiam quòd de dote non constet, nisi per instrumentum confessionis, per illius virum emanatæ, vt ait *Vrsill. ad Afflict. in decis. 402. num. 4.*

5 Amplia id quoque procedere, quando (verbi gratia) extaret instrumentum dotis confessatæ super bonis viri, sed postea fuerit factum instrumentum mutui de dicta dote, per quod clarè appareret dotem nondum fuisse viro solutam, quia nihilominus ea ob huiusmodi confessionem tali modo factam debita censetur; vt ait *Vrsill. ad Afflict. decis. 323. nu. 2.*

6 Secus verò esset respectu creditorum mariti cum eius vxore concurrere volentium, quia tunc sola confessio dotis receptæ non sufficeret, nisi etiam concurreret illius promissio facta viro à principio, vt fuit dictum in *Romana de Benefaccere Lunæ 10. Martij 1586. siue 1588. coram Orano, pulchrè Mascard. in sua conclus. 359. per totam Rota decis. 155. par. 2. diuers. Afflict. in præcit. loco, & fuit dictum in Firmana Restitutionis dotis Lunæ 16. Iunij 1600. coram Cardin. Lancellotto, & in alia Romana dotis Lunæ 9. Nouemb. 1613. coram Vbaldo, & per Gregor. decis. 67. num. 2. cum seqq. & decis. 188. num. 1. & ibi multa inuenies in hac materia, idem Afflict. decis. 402. num. 52. cum seqq. & ibi Hier. de Mart. in addit. Surd. decis. 55.*

cis.55.num.5.& cæteri alleg. in Romana census de Mutis 1. Iulij. 1620. coram Coccino, vbi ait, id procedere, etiam in præiudicium creditorum.

7 Fallit tamen si lapsum fuisset bienninm, intra quod exceptione non numeratæ pecuniæ datum non fuisset, quia tunc prædicta confessio, oībus creditoribus futuris obesset, vt ait *Surd. decis. 72. & 214. viden. Coccin. 451. n. 1. & Rota per Gregorium XV. decis. 62. & Ioseph. Ludou. decis. 66. num. 37. par. 2. & Rota ibi coram Vbaldo in dicta Romana dotis*. Et multò magis, quando fuisset renuntiatum, ne dum illi exceptioni non numeratæ pecuniæ, vt fuit dictum à *Rota in illa Romana de Beneface re coram Orano, & in alia Romana Dotis Mercurij 23. Ianuarij 1619. coram Pirouano*. Vetumetiam, & eò faciliùs si fuisset facta renunciatio omni legum auxilio, quia tunc neque obligatus in forma Cameræ poterit hac exceptione vti, vt ait *Rota decis. 485. n. 1. par. 2. recent.*

8 Declara tamen, quòd licèt exceptio non numeratæ pecuniæ biennio tollatur, non ob id tamē quis prohibetur dare de inualiditate confessionis mariti ex præsumpta donatione inter coniuges tàm prohibita, vt ait *Rota per Gregoriū XV. decis. 67. num. 6.*

9 Extende primò illam fallentiam eò magis habere locum, quando aliæ coniecturæ concurrerent, ex quibus vera solutio dotis arguatur, veluti si maritus exhibuerit alimēta vxori, vti dotatæ vt ex communi testatur *Rota dicta decis. 155. num. 9. cum ibi allegat.* Licèt contrarium multi dicant allegati à *Rota in dicta decis. 155. eodem num. 9.*

Subextēde, quòd etiam integra dos soluta præsumeretur ex solutione aliquarum partitarum; dummodo confessio mariti quoque concurreret, sed esset verisimilis; aliàs secus, vt ait *Rota per Gregorium dec. 62. n. 7. & in Romana Census coram Coccino mox allegan.* Item solutio quoque præsumeretur, quando illa esset ad quietantias relatiua, & præsertim si esset facta de residuo; Secus autem, quando maritus tempore confessionis fuisset magno ære alieno grauatus, siue si summa excederet vires soluere debentis, vel si anticipatā solutionem contineret, siue si maritus nullum præstiterit iuramentum assertorium, vel promissorium, quia tunc vti inuerisimilitudinem continens simulata præsumeretur, vt benè fuit deductū *à Rota per Burattum dicta decis. 108. per totam*.

Contrarium, quòd scilicet dos soluta præsumatur præcedente promissione & postea subsequente confessione viri, etiam, quod ille tempore confessionis, esset debitis implicitus tenet *Facbin. controu. iuris lib. 8. cap. 87. allegat. Rota in Romana Census 18. Iulij 1620. coram* Coccino *Decano*, Ego tū puto primā opinionem esse magis tutam, & veriorem et in iudicando tenendam, ne via fraudibus in præiuditium creditorū aperiatur, iuxta illam *decis. Buratt. 108.* & veluti quoque fuit ita resolutum *à Rota in d. Romana Census coram* Coccino, & *Afflict. decis. 402. num. 2. & ibi Vrsill. Gozad. cons. 28. num. 26. Bal. nouell. de dot. priuil. 1. num. 58. par. 10. Soc. in l. 1. num. 108. ff. sol. matr.* Et prædicta, quæ fuerun dicta pro secunda opinione extende procedere, etiam quòd vir esset nobilis, & in testamento fuisset confessus, quo casu licèt quis non præsumatur regulariter immemor salutis æternæ, & maximè quando sumus in persona nobili, quæ fictam confessionem facere non præsumitur, *Crott. cons. 332. num. 53. vol. 3.* Nihilominus, quando agitur de præiudicio creditorum istæ præsumptiones non admittuntur, & præsertim, quando talis confessio reddatur in verisimilis; veluti, quando de vna magna quantitate, quæ dicitur pro dote soluta non apparet quietantia, vt fuit benè consideretum à *Rota in illa Romana Census coram. Coccino*.

10 Sed reassumendo prædictam fallentiam, Extende secundò illam præcipuè procedere, veluti si essemus in antiquis. Immò lapsus decennii isto casu sufficeret, vel si in instrumento receptionis fuisset facta enunciatio promissionis dotis, siue, quòd ea fuerit data marito, seu expressio modi; item qualitas solutionis illius summæ, & præsertim si maior pars dotis verificaretur, quibus sic concurrentibus, nedum solutio

lutio eo modo adminiculata hæredibus præiudicaret, sed etiam futuris creditoribus obesset, *vt fuit dictum in Imolen. Saluiani, Luna* 5. *Nouembris* 1601. *coram Cardin. Lancellotto, & Rota per Gregorium decis.* 468. *num.* 8. *&* 9. *& decis.* 124. *num.* 2. *par.* 2. *in recentioribus, & in Terracinen. Dotis* 26. *Aprilis* 1619. *coram Cardin. Pamphilio*, vbi Rota ait, quòd coniectura alimentorum non est leuis, immò vnita cum alijs suffragatur, veluti quoque fuit dictum in *Bononien. Dotis* 25. *Februarij* 1619. *coram Andrea*, sed quòd illa coniectura non sit valdè vrgens, ait *Rota decis.* 683. *num.* 13. *par.* 2. *in recentioribus*.

Contrarium, quòd scilicet ea ex verbis enunciatiuis probetur, & quòd omnis leuis coniectura sufficiat, ad sustinendam dotis confessionem, ait *Rota dicta decis.* 155. *sub num.* 13. *par.* 2. *nouiss. diuers. Boer. decis.* 333. *num.* 7. *Benint. decis.* 61. *num.* 6. *Afflict. decis.* 83. *Rota decis.* 316. *part.* 2. *diuersorum, & in Romana Fructuum Dotis de Paluzzellis*, 1. *Aprilis* 1607. *coram Manzanedo, & decisione* 124. *part. secunda in recentioribus, & apud Statilium decis.* 12.

11 Extende tertiò, idem procedere in præiudicium hæredum, si maritus viuens confessionem dotis non reuocauerit, quia tunc ea per mortem confirmata, siue donata censetur *l. quod suo, & ibi glo*, 2. *C. de dot. caut. non mut. & l. ante penult. C. de don. caus. mort. & ita quoque fuit dictum in illa Romana de Benefacere coram Orano*.

Nec minus illis suspicio fraudis post mortem prodesset, licèt tamen, quoad extraneos talis suspicio confessionem tolleret, vt fuit dictum in *dicta Romana de Benefacere coram Orano, & in alia Romana Census de Mutis* 1. *Iulij* 1625. *coram Coccino*, licèt secus quando donatio, verbi gratia, inter coniuges excederet summam scutorum quingentorum, & non fuerit insinuata, & sic quando esset prohibita tàm respectu rei, quàm personæ, quia tunc talis donatio non confirmaretur per mortem ipsius viri, sed simulata censeretur, *vt ait Rota per Burattum in sua decis.* 108. *num.* 13. *& seq. & ibi in Addit. multa in hac materia inuenies*.

12 Rursus extende prædicta, etiam procedere in præiudicium filij, quoad legitimam, dummodo aliquæ coniecturæ concurrant, vt fuit dictũ in *Roman. Supplementi Legitimæ* 8. *Nouemb.* 1593. *cor. Card. Arigonio*.

Sed quoad illud, quod fuit dictum de ea confessione facta à viro de dote, quæ scilicet sit apta creditoribus præiudicare, notandum erit, quòd tres sunt opiniones in hac materia, & prima, quòd non præiudicet; altera, quòd etiam non præiudicet, si est facta eo tempore, quo maritus ære alieno erat grauatus; tertia, quòd præiudicet, si non apparebat magnum æs alienum; sed in hoc adminicula valde iuuant in huiusmodi opinionibus, & hæc est opinio *Fachineti. allegat. à Rota in dicta Romana Census de Mutis* 1. *Iulij* 1625. *cor. Coccino*.

13 Rursus erit notandum, quòd Rota in huiusmodi materia confessionis dotis à viro, ad fauorem vxoris emanatæ vario modo resoluit, Nam *in Spoletana Dotis Luna* 9. *Martij* 1606. *coram Coccino, quæ est in eius impressis decis.* 451. *num.* 1. *& seqq.* fuit dictum, quòd ista confessio à marito facta super receptione dotis ante, siue post contractũ matrimonium præsumitur facta sub spe futuræ numerationis. In eadem verò causa 15. *Ian.* 1610. *cor. eodem Coccino, quæ est penultima in eius impressis*, Rota prædictam resolutionem reuocauit, nec vllam ex dictis opinionibus amplecti voluit, sed solum dixit, quòd si vera esset illa opinio, quòd scilicet dotis confessio animo donandi facta censeretur, id posset procedere in dubio, at secus quando coniecturæ in contrarium vrgerent, & ibi multa considerantur per *Coccinum in hac materia & Gabr. in cons.* 163. *num.* 8. *lib.* 1. ait non posse comprehendi qualis sit communior opinio, & latè de hac materia discurrit, *Menochius de præsumptionibus lib.* 3. *præsumptione* 12. *num.* 58.

In casu autem, vbi ab initio constat de promissione dotis, tunc ea confessio

Eee non

non præsumitur facta animo donandi; sed per modum veritatis, ait *Afflict. decis.* 402. *num.* 3. *Magon. decis.* 68. *Flor. num.* 10. *Fontancl. de pact. nupt. tomo* 2. *clauf. finali, glos. vnic. par.* 1. *Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. *Sanchez de Matrim disp.* 9. *num.* 10. *Cardin. Seraphin. decis.* 678. *num.* 10. & *decis.* 795. *num.* 1. *Gregor.* 15. *decis.* 62. *num.* 6. & *decis.* 591. *nu.* 7. & *Rot. apud Statil. de salu. dec.* 145. *n.* 1 & *per Buratt. dec.* 108. *nu.* 2. & *seqq.*

14 Extende eò magis procedere in confessione facta in testamento à viro de dote recepta, quæ si sit certa, & illius quantitas expressa, valet in vim legati, nec in alio iuuat vxorem, nisi in retinendo, at secus in agendo, vt ait *Card. Seraph. dec.* 487. *per tot.* & *prius dec.* 47 1. *n.* 1. & 3. *dec.* 285. *n.* 1. *cum seqq.* & tunc illud legatum dotis valet, ac debetur, etiamsi alio modo de dote non constet, vt ait *Grat. lib.* 4. *discep. c.* 690. *n.* 4. & *prius lib.* 1. *c.* 116. *n.* 42. imò etiamsi non fuisset legata illa quantitas, sed solum confessata; nihilominus debetur illud legatum; sed est benè verum, quòd tenetur mulier reseruare filijs primi viri si transiret ad secunda vota, vt latè discurrit, *Surd. dec.* 285. *n.* 1. *cum seqq. videri. est Mascard. in concl.* 359. *per tot.* & *Ceph. cons.* 85. *n.* 29. & *seqq. lib.* 1.

Secus autem, si constante matrimonio, & sic extra casum testamẽti vir confessus fuisset dotem, nedum integram à sua vxore habuisse; verum etiam si fateretur certam quantitatẽ recepisse pro residuo dotis ex ea ratione, quia solutio residui demonstrat alteram partẽ antea fuisse solutã, veluti in istis terminis fuit decisum à *Rota in Maceraten. Legitima* 12. *Iun.* 1614. & 2. *Iun.* 1618. *cor. Vbaldo,* & *in Spoletana pẽsionis* 1. *Iul.* 1620. *cor. eodem,* & *Fontancl. de pact. nupt. clausul. vnica glo. fin. p.* 1. *n.* 34. & *Rot. Ian. dec.* 60. *n.* 6. siue etiam, quando cum confessione in testamẽto concurrerent adminicula, vt ait *Rot. per Greg. dec.* 62. *n.* 1. *cũ seqq. vide Gabr. conf.* 163. *lib.* 3. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 12.

15 Sed reassumendo principalem conclusionem primò firmatam. Infertur tertiò dictam assecurationem ad fauorem vxoris esse faciẽdam, pro eo pretio, pro quo reperiuntur emptores, quãuis pretium fuerit minoris, vtpotè si aliquis fũdus fuisset appretiatus pro mille scutis, emptores verò obtulerit bis mille, quia tunc assecuratio dotis est facienda pro eo pretio ab oblatoribus inuẽto, etiãsi illud fuerit longè plus dicto valore appretiatum, vt ait *Franch. dec.* 54. *n.* 5. & *Capicc. dec.* 41. *n.* 13.

16 Contrarium, quòd scilicet oblatio debeat fieri pro quantitate concurrenti dotis datæ, & non quoad eam excedentem, nè mulier pro modica quantitate omnia bona mariti capiat in præiudicium aliorũ, ait *dec. Pedemont.* 135. *Afflict. dec.* 199. *Gayll. obseru. q.* 2. *lib.* 2. *n.* 13. & *Rot. dec.* 136. & 157. *n.* 2 *p.* 2. *diu.* & *Card. Caual. dec.* 62. *n.* 5. ait, quòd si Iudex in sententiando super restitutione dotis vxori fienda, per immissionem non se restrinxerit ad concurrentem quantitatem suæ dotis tali casu iniustè pronunciasse diceretur.

17 Sed in hoc erit attendenda practica, quam tradit *Bart. in l.* 2. *col. penul. C. de rescind. vend. quã approbat conf. N capol. per Franch. in d. dec.* 54. *num.* 7. Et est, vt huiusmodi bona per æstimatores appretientur per Iudicem eligendos, à qua vti vera, clara, & indubitabili, non est recedendum, vt ait idem *Bart. alleg. à Franch. ibi sup. n.* 7.

Et ratio illius æstimationis fiendæ ea est, ne vxor plus retineat, quam ei sit debitum, veluti dicam sub num. 48.

18 Infertur quartò, quòd pari modo requiratur assecuratio pro sumptibus in litem à muliere factis, vt ait *Ant. Faber. decis.* 3. *de iur. dot.*

18 Infertur quintò, quòd vxor ob vergentiam sui viri ad inopiam assecurari debet de sua dote, ad hoc, vt ea mediante se, virum, & suos filios alere possit, vt sæpè fuit decisum à *Rota,* & *præsertim in d. Romana Fructuum dotis* 27. *Aprilis* 1600. *coram Card. Mellino,* & *in alia Romana Assecurationis dotis* 12. *Decembris* 1607. *coram Card. Marcomontio, quæ est decis.* 101. *num.* 6. *par.* 3. *recentior. Charthar. dec.* 8. & *fuit dictum in Romana domus de Cardellis Mercurij* 27. *Maij* 1607. *coram Card. Caualerio,* & *in alia Romana dotis* 21. *Febr.* 1611. *coram Card. Marcomontio,* & *in*

& in dicta Farfen. dotis, seu depositi, Luna 3. Decembris 1629. coram Pirouano.

20 Sed nota tamen, quòd Rota aliquando dubitauit, si in obligatione de restituenda dote, iste casus vergentiæ ad inopiam comprehenderetur, & propterea in *d. Romana fructuum coram Card. Mellino*, hoc modo distinguit, nempè, quòd ille casus cōprehendatur, quoties in obligatione fuisset dictum in oēm quēcūq. casū si fuisset facta promissio de restituendo, licèt Rota tandē resoluerit dictum casum vergentiæ comprehendi, sub illa obligatione de restituendo in omnem casum solùm; & ratio est, quia, qui omne dicit nihil excludit, *vt ait Chart. in sua decis. 8. & ita fuit dictum in Romana dotis, Mercurij 13. Nouembris 1612. coram Ortembergo, & ita quoque firmauit Rota in Romana fructuum dotis coram Cardinali Mellino, iuxta decision. Grammatic. 103. num. 98. & 101. & latè Thesaurus allegat. à Rota ibidem optimè contrariis respondendo, & in Fauentina bonorum, Veneris 16. Maij 1603. coram Gregorio, qua est inter crimin. Farinac. decis. 197. & in eius impress. decis. 114. num. 4.*

21 Sed quòd iste casus vergentiæ ad inopiam non comprehendatur sub pacto de restituenda dote, ait *Gratian. lib. 3. discept. cap. 406. num. 18.*

22 Concorda igitur ad tollendas omnes difficultates, vt scilicet prima opinio procedat, quando fuit additum in pacto in omnem, & quemcumq; casū. Secunda verò, quando secus, vt ait *Thesaur. & Rota superius allegati.*

23 Extende prędicta nedum procedere in assecuratione dotis, sed etiam donationis propter nuptias, vt fuit dictum *in illa Romana fructuum coram Mellino, & in alia Romana fructuum donationis propter nuptias, Mercurij 31. Iunij 1605. coram Iusto*, Et faciunt ea, quæ ait *Ferentill. in addit. ad decis. Buratt. 65. num. 5.*

24 Et ratio est, quia dos, & donatio propter nuptias debēt in tuto collocari, cum ex eorum fructibus mulier, maritus, & filij sint alendi, non autem ex proprietate, ne tractu temporis mendicare cogantur, vt fuit dictum *in Romana dotis 21. Februarij 1611. coram Card. Marcomontio, qua est in prima par. recentior. decis. 292. & Gratian. dec. Marchia 194.*

25 Sed nota, quòd fructus prædicti debentur à die petitionis, vt fuit dictum *à Rota ibi coram* Cardinali *Mellino, & in alijs superius deductis.*

Qui enim fructus sunt taxandi ad rationem septem cum dimidio, pro quolibet centinario, iuxta Statutum Vrbis, vt fuit dictum *in dicta Romana Fructuum donationis propter nuptias coram Iusto.*

Extende præterea, quòd nedum super bonis potest peti ista assecuratio dotis, vnà cum lucro; sed etiam super pecunia debita viro, cum appellatione bonorum, etiam pecuniæ contineantur. aliàs si illæ ad manus viri peruenirent facilè consumari possent, & sic eam indotatam remanere, vt ait *Afflict. dec. 221. num. 1. & ibi Vrsill. eodem num. 1.*

26 Modo hic erit animaduertendum, quòd maritus dicitur incipere vergere ad inopiam, quando exulare incipit, etiam absque publicatione bonorum, vt fuit dictum *à Rota per Gregorium XV. in sua decisione 114. num. 8. & est inter criminal. Farinac. decis. 197. num. 6.*

27 Licèt *Rota nouissimè in vna Interamnen. census, 20. Iunij 1621. coram Vbaldo* dixit, huiusmodi opinionem esse valdè controuersam, per ea, quæ latè tradit *Barbos. in l. si constante nu. 30. ff. solut. matrim.* & propterea hanc materiam indecisa m Rota reliquit *ibi sup. cora m Vbaldo.*

28 Declara igitur, quòd si fortè Pater mariti, siue alius essent obligari pro restituenda dote, tunc per solum exilium viri non diceretur euenisse casum restituendæ dotis, dummodo de obligatorum prædictorum vergentia ad inopiam non constaret, & sic isto casu verior opinio esset, de ea non restituenda, vt fuit resolutum *à Rota ibi coram Vbaldo.*

29 Extende quoque maritum dici ad inopiam vergere, dum in longinquas partes se confert, nullis domi relictis bonis

vt fuit dictum in dicta *Romana Assecurationis dotis coram Card. Marcomōtio.*

30 Contrarium, quòd scilicet, ob solam absentiam viri absque vergentia ad inopiam non sit locus assecurationi dotis, ait idem *Faber decis. 12. de iur. dot.* Immò nec etiam condemnatio ad triremes sufficit, ait *Caroc. decis.* 106.

31 Sed tu in hoc distingue cum *Polidor. Ripa in sua obseruat.* 121. nempè aut condemnatio fuerit facta ad vitam, siue potius ad tempus. In Primo casu, quia mulier vti vidua censeretur (licèt possit esse, quod ex gratia, vel alio modo liberari posset) & propterea dicto casu assecurationi dotis locus esset; In secundo verò minimè.

Rursus concordari possunt prædictæ opiniones super eo, quādo scilicet vxor possit assecurationem suę dotis petere, dum vir in longinquas partes se contulit; nempè vt prima procedat, vbi vxor de ordine Principis fuit abducta à potestate mariti, & parentibus cōsignata, & maritus abiit in longinquas partes nullis relictis bonis; Secunda verò quādo secus, vt ait *Rota dec.* 101. *num.6. par.3. recent.*

32 Extende prçterea, quòd mulier possit suam dotem statim exigere, quando maritus incipit malè vti sua substantia, vt ait *Gratian. lib.4. discept. c.689. n.33.* Et si ea fortasse nomina debitorum deduxisset in dotem, tunc si ea non esset cautura de sua dote posset denūciare in vim directarum actionum debitoribus ne marito soluāt saltem donec in tuto fuerint collocatæ dotes, vt bene ait *Caberan. dec.61. n.12. Afflict. dec.22.*

33 Subextende illud in tantum procedere, vt si maritus malè sua bona administret, tūc vxor potest perere dotes in tuto collocari, etiam si cautio per maritum offeratur in casu illius vergentiæ, vt ait *Put. dec.359. n.1. lib.3. & Grat. in dec.194. n.13. & in lib.1. disc. c.44. n.21. & 24.* Veluti eodem modo dicitur de legitima, quæ filio debetur in vita patris, cum ille sit bonorū dissipator, nec isto quoque casu cautio patris sufficeret pro indemnitate filii, vt dicunt *DD. allegati à Grat. in d. disc.44. n.18. cum seqq. & Gayl. de hac materia pulchrè ait pract. qq. q.92. cum alijs seqq. lib.2.*

34 Subextende præterea, quòd mulier in prædictis casibus poterit pro sua asse curatione executionem impedire in bonis viri, absq; q̀ detur terminus probandi inopiam illius, vt ait *Affli dec.199. & ibi Vrsil. n.2. Gram. dec.92. n.18. Carth. decis.8. nu.2. Gasp. Ant. Thes. in addit. ad Thes. dec.207. n.1. & Giurb. dec.61. n.16.*

35 Quod tamen declara verum, quoties ipsa agere posset, v. g. in vim præcarii, vel constituti, siue alio modo de dominio rei, siue illius veræ possessionis doceri posset, vt fuit dictum in *Perusina Pecuniaria 28. Iun. 1623. corā Nauarro.* At secus si conditione ex lege, vt ait *Vrsil. ibi sup. & Chart. dec.8. n.1. idemq. ait Grat. lib.5. discep. c.1000. n.5.*

36 Rursus declara id esse verum, si mulier ageret solum contra virum; at secus si contra tertios, quia in primo casu solum sufficeret semiplena probatio, vt ait *Grat. l.5. discept. c.872. n.20.* Imò etiam rumor, & fama in ciuitate, vt quis re sua malè vti incœperit, esset sufficiens, idem *Grat. d. c.1000. nu.4.* & ita fuit dictum à *Rota in Romana Dotis 21. Febr. 1611. coram Card. Marcomontio quæ est decis. 292. par.1. in recent.* In secundo verò casu requiritur plena probatio vergentię, ad hoc, vt posset vxor impedire executionem creditorum in bonis viri, veluti etiam, quando debitor esset præsens in loco iudicij, vt ait *Rota ibi coram Litta, idem ait Gratian. lib. 5. discept. cap. 1000. nu.4. & prius cap. 872 nu.18.* Item quibus modis inopia viri contingat, & quomodo ea probetur, *tradit Gayll. pract. obseru. lib.2. decis.83. per tot.* & pulchrè *ait Palatios Rubios Hisp. in repet. rubr. & cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. in vers. ex quibus omnibus n.37. fol. mihi 108. & 109.*

37 Nota tamen, quòd ad id debent creditores citari, vt ait *idem Gratian. dicto cap.872. num. 21. idem ait Beniniend. decis. 68. Rotę Bononiæ*, & in terminis, quando debitor esset præsens, fuit decisum à *Rota in Rom. Census de Aptis Lunæ 17. Maij 1599. corā Litta, quæ est penes Marches. tom.3. fol.256. & 257.*

38 Quinimmò extende, quando vult vxor agere contra tertios possessores, tunc requiritur prius excussio in bonis viri, hunc ordinem tamen seruando, nē-

pè

pè primus debet eas res, quas penes se habet vxor excomputare, deinde bona mariti excutere, & postea contra tertios pro restitutione, siue assecuratione suæ dotis citatis creditoribus agere, vt ait *Gratian. decis. 71. & Anton. Faber. in decis. 21. de iur. dot.*

39 Subextende id præcipuè procedere attento Statuto Vrbis *cap. 129. lib. 1.* quòd est decisorium, & sic vbique seruandam, iuxta declarationem factam à Clemente Octauo in plena Signatura Gratiæ, quæ est per extensum, impressa apud Salustium Tiberium in sua Praxi *lib. 2. cap. 35 in fine*, & sic igitur iuxta illud est faciēda cognitio super vergētia viri ad inopiam, cum porrectione libelli, quæ summariè tamen per testes probari debet, quoniā ex illius Statuti Vrbis dispositione, confessioni viri, & vxoris ad tollendas fraudes non est standū, aliàs de facili creditores colludi posset.

Immò ad id hic erit notandum, quòd non sufficeret, si testes dicerent, quod talis vergit ad inopiam, sed opus est, vt dicant, quòd esse notum, & manifestū, quando præsertim ageretur contra extraneum, licèt melius probetur id per vicinos, in his tamen quæ tractum successiuum habent, quia tunc intraret illa regula, vt scilicet vicinus præsumatur scire facta vicini; at secus, si inopia ex actu momētaneo proueniret, vt egregiè ait *d. Doct. Palatios Ruuios in repet. rubric. & cap. per vestras de donat. inter virum, & vxorem num. 35. & 37.*

Et quamuis ibi ille fateatur, quod cū ista assignatio dotis non inferat graue præiudicium viro, quia non agitur de plena restitutione dotis, sed solùm per modū custodiæ, & ꝙ propterea non tam exacta probatio vergentiæ est necessaria, sed solum confessionem viri sufficere. Nihilominus ista opinio non mihi videtur vera. aliàs multę fraudes possent interuenire in graue præiudicium creditorum posteriorum, vt superius dixi, & præsertim in vim Statuti ita ordinantis vt bisogna &c.

Et quod mariti confessio circa eius vergentiam ad inopiam non noceat creditoribus, ait *Surdus dec. 256. nu. 10.* veluti, neque nocet de dote recepta facta post vergentiam, & debitum contractū, ait *Gratian. discep. 489. n. 32.*

Deinde his prædicto modo peractis debet sententia sequi, per quam declaretur locum esse restitutioni dotis; aliàs cum per prius hæc actio illi competere non posset, vt ait *Statil. de salu. inspect. 2 cap. 11. num. 57. fol. 67.*

40 Secus verò (vt superius dixi) si ad fauorem vxoris clausula precarii, siue constituti extaret, quia tūc illi competeret via mandati de assòciando, seu de manutenendo in possessione bonorum, ꝙ quidem vnica citatione obtinere potest vt latè dicam in verbo *Clausula constituti, & Vrsil. d. dec. 199. & idem Faber in dec. 15. eo. ti. de iur. dot. & Cornaz. dec. 95*

41 Contrarium, quòd s. vxor ob vergentiam viri ad inopiā possit procedere executiuè, & pręsertim per viam exceptionis absq. declaratoria, ait *Faber dec. 10. de iur. dot. & Mastril. dec. Sicil. 142.*

42 Extende præterea, ꝙ etiā sola paupertas mariti, facit vt assecurationi dotis sit locus, vt ait idem *Faber dec. 12. C. eod. ti.*

Concordare tñ possumus prædictas opiniones, nempè vt prima procedat stāte dispositione statuti, vt est in Vrbe, ob ꝙ esset adhibēda cognitio super vergētia viri, necnon super ea declaratoriā fieri, siue etiam qñ ad restitutionem dotis, ob vergētiam vxor' principaliter cōditione ex lege ageret. Secunda verò procederet, qñ ad fauorem vxoris concurreret clausula constituti, siue precarij, & non adesset statutum, ꝙ traderet formā in materia probationis vergētiæ viri ad inopiā omnino seruandam, vt est in Vrbe, siue etiā qñ de anterioritate suæ dotis clarè cōstaret, & pręsertim, si per viā exceptionis id vxor prætenderet cōtra virum solū, sed non contra tertios, quia primo casu solùm sufficeret rumor, & fama in Patria, vt quis re sua malè vti incæpisset, veluti ex præallegatis iuribus dictæ opiniones optimè cōcordari possunt, & ita ait *d. Doct. Palat. Ruu. ibi sup.* Et sic quod vbi agitur inter virum, & vxorē de assecuratione dotis sufficiat vergentiā semiplenè probari. At secus agēdo inter mulierē, & creditores, quia tūc illius probatio est plenè facienda, vt propterea testes super ea examinati creditores non citatos non afficiant, ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 872. n. 20.*

Rursus, quòd executiuè possit per vxorem procedi ad illius dotis assecurationē, si vir fateretur se recepisse dotem à principio, cum obligatione in forma cameræ, per mulierem facta ad sui fauorem; licèt secus, quando huiusmodi obligatio non adesset, ait *Osasch. decis.* 129. *Surd. decis.* 44. *& Galles. alleg. à Gratiano d. cap.* 872. *n.* 16.

43 Declara tamen, quòd si vxor steterit per decem annos in procedendo contra tertios, pro assecuratione, vel restitutione suæ dotis habenda, tunc amplius contra eos procedere non posset, vt dicunt *Cuman. cons.* 92. *colum.* 5. *Decian. consil.* 46. *num.* 137. *lib.* 2. *& Rota in Romana Fructuum dotis* 27. *Aprilis* 1600. *coram Card. Mellino.*

Sed est benè verum, quòd viro viuēte, donec vxor declarauerit velle vti iure proprio bona mariti, pro sua dote semper iure familiaritatis ea possidere censetur; secus verò si alter titulus extaret possidendi; quia tūc iure proprio, sed non eo familiaritatis possidere diceretur, veluti id in dubio venit præsumendum, quoties citra delictum ea possidere possit, vt ait *Rota per Mantic. decis.* 245. *num.* 7. *& fuit dictum in Caualicen. bonorum Veneris* 9. *Martij* 1571. *coram Card. Seraphino, & Rota decis.* 557. *par prima in recent.*

Licèt secus esset de bonis mobilibus in domo viri existentibus, quæ illius præsumuntur, siue ea ad necessitatem, siue etiam ad ornatum essent apta, necnon etiam si illis vir, & vxor promiscuè vterentur, & præsertim prædicta procederent, si huiusmodi bona in domo ipsius viri extarent; at secus, si maritus ad domum vxoris se transtulisset. Et propterea videmus, quòd si vxor patiatur bona sequestrari, atque in executione capi, sine aliqua contradictione, tunc mariti esse præsumuntur, sed si se opponat executioni dictorum mobilium, pro debito mariti, tali casu ei crederetur, si ipsa de dominio, & possessione doceret, & in omnem euentum in hoc est stādū relationi executoris.

Quamuis tamen admittantur probationes in contrarium, si tamen erūt plenæ, & concludentes; aliàs secus, vt dicunt *Doctores allegati à Gratiano lib.* 4. *discept. cap.* 697. *num.* 20. *&* 23. *& Rot. per Buratt. dec.* 191. *& dec.* 196. *num.* 1. *& decis.* 425. *num.* 2. *& decis.* 675. *num.* 3. *& per Gregor. dec.* 402. *num.* 2. *& in Ferrarien. de Tassonis* 20. *Decemb.* 1619. *coram Vbaldo, & in Ariminen. Fideicommissi* 12. *Februarij, &* 31. *Maij* 1624. *coram Merlino.*

44 Vndè redeundo ad id, quod dicebamus de dicta declaratione vxoris, & sic quod sit necessaria mutatio possessionis, post mortem viri, si mulier proprio titulo possidere prætendat in futurum, fuit dictum *à Rota in Romana Hæreditatis de Beuilacqua Lunæ* 13. *Maii* 1595. *coram Orano.*

Item, quòd dicta sola possessio iure familiaritatis nō sit apta ad faciendum retinere bona viri, ad fauorem vxoris pro sua dote, nec minus eorum executionem impedire, sed quòd alium titulum, siue alio modo dominium ostendere teneatur, fuit decisum in vna *Perusina Pecuniaria Veneris* 1. *Iulii* 1622. *coram Merlino, & in eadem* 28. *Iunij* 1623. *coram Nauarro*, Licèt *Grammat. in decis.* 92. *num.* 20. dicat, quòd filius, & etiam singularis successor ius retentionis habet, in locum matris.

45 Contrarium tamen reperitur decisū ab eadem *Rota in decis. Putei* 287. *lib.* 3 *& penes Gregorium decis.* 546. *& ibi in addit.* vbi habetur, quòd potest mutari causa possessionis absque declaratione, & benè *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 700. *nu.* 59. *&* 60. Quod tamen distingue eo modo, quo dixi in *concl.* 109. *n.* 26. *cū seqq.* vbi omnino recurras.

46 Declara igitur, quòd quando maritus bona vxori restituit, tunc, ea iure familiaritatis ille postea possidere censetur, *vt ait Mastril. decis.* 184. *par.* 2. Et ratio est, quia iure familiaritatis, quis cēsetur possidere, quoties bona ad alium iure dominii spectare possunt, *Mantica dec.* 245. *n.* 6. *& prius in dec.* 244. *n.* 10 ait, quòd actus facti iure familiaritatis nullum inferunt præiudicium possessioni alterius, cum ille talis verè possidere non dicatur.

47 Declara præterea, quòd in casu, vbi mulieri fuerint assignata bona pro dote, tunc secundi creditores ius offerendi in illis bonis non habent; licèt secus

soluto

soluto matrimonio, vt ait *Franch. dec. 54. Afflict. decis. 9. Cacheran. dec. 135. Anton. Faber. decis. 52. & 53. tit. de iur. dot.* & pulchrè *Gratian. lib. 3. discept. ca. 489. num. 21. & lib. 4. cap. 660. num. 13. Afflict. decis. 199. Giurb. decis. 16. nu. 12. & Osasch. decis. 135. num. 9.*

Et ratio illius declarationis ea est, quia mulier tali casu dicitur possidere per modum custodiæ, & non iure domi nij, vt inferius dicam.

48 Subdeclara tamen illud non esse verum, quoties aliud ius maritus non haberet in bonis, nisi illud, quod suæ vxori pro dote assignauit, & sic ex eo nō posset satisfactioni, tàm creditorum, quàm vxoris consuli, quia tunc esset ad licitationem deueniendum, ponendo prius in tuto pecuniam vxoris, veluti in emptionem annuorum redditaum, & similiū, & postea in reliquis satisfactioni creditorum consulere, & id procedere debet etiam, si mulier esset verè in illis bonis omnibus præferenda, quia ea non potest conqueri dum suum recu perat integrè, vt ait idem *Faber in sua decis. 37. tit. de iur. dot. & ita fuit decisum à Rota in Perusina Pecuniaria 28. Iunij 1623. coram Nauarro*, Et propterea videmus, quòd ita in Curia seruatur, per viam Commissionis Signa turam Iustitiæ adeundo, cum non sit conueniens, quòd mulier pro modico vnum satis occupet, vt ait *Chartar. dec. 8. Afflict. dec. 199. & dec. Pedemont. 135. Osasch. & Franch. dec. 54. num. 3. 5. & 7.* Et quòd bona viri vergentis ad inopiā capta per vxorem pro assecuratione suæ dotis sint æstimanda, ne plus retineat, quàm illi sit debitum vltra, *Osasc. d. dec. 135. in fi.* ait quoque *Grammat. dec. 92. num. 19. Viu. decis. 413. num. 1. Giurb. dec. 16. nu. 17. & seq. & Thesaur. decis. 207. num. 3.*

Sed est benè verum, quòd probatio spectat ad illum, qui maiorem valorem bonorum viri prætendit, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 660. num. 14. & 15.*

49 Licèt tamen, quando fuerit facta huiusmodi consignatio bonorum vxori, ob vergentiam viri ad inopiam, non ob id dicatur vera dotis restitutio, vt ait *Chartar. dec. 8. Afflict. dec. 9. & ibi Vrsil.* Et ratio est, quia differt restitutio ab assecuratione, vt ait *Faber in dec. 2. de iur. dot.*

Neque propterea isto casu per huiusmodi consignationem trāsfertur dominium in vxorem, vt ait *Magon. in dec. Florent. 125. &* latè ait *Giurb. in sua dec. 16. num. 1. cum seqq & Put. dec. 355. lib. 3. idem Afflict. decis. 199. & Gayl. lib. 2. obseruat. 83. & obseruat. 92. num. 12. & Gratian. lib. 5. discept. cap. 857. nu. 16.*

Et propterea videmus, quòd istud priuilegium vxori, ex iure speciali concessum non durat perpetuò, sed solùm extenditur, vsque ad tempus soluti matrimonii, quo soluto assignatio expirat, & ius offerendi dotem creditoribus cōpetit, & quòd hoc sit verum, vt scilicet, ob huiusmodi assecurationem dominiū non transferatur in vxorem, ex eo præcipuè colligitur, quia vxor supportatis oneribus matrimonii fructus, qui supersunt marito restituere tenetur, & sic solum ea vti administratrix dictorum bonorum censetur, vt ait *d. Magon. d. dec. 125. nu. 4. & 5.* & pulchrè *Gayl. d. obser. 92. num. 12. lib. 2. & Chartar. d. dec. 8. per totam*, Nam si ea esset vera domina dictorum bonorum, vtiq. fructus, qui dominium sequunrur percipere deberet, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 924. nu. 4.* Aliàs esset velle addere afflictionem afflicto marito, si fructus, qui supersunt amittere deberet, vt pulchrè ait *d. Doct. Palatios ibi supra alleg. fol. 110. num. 2.*

Sed quòd vxore mortua, dos viro sit restituenda, vnà cum fructibus, quando præcipuè dos sine causa fuit vxori constante matrimonio restituta, ait *text. in l. vnica, C. si dos constante matrimonio, & in prædictis viden. est Roman. in suo singul. 602. per totum*, & ibi multa in hac materia prędictæ assecurationis dotis tradit.

Secus autem si vir vxori præcederet, quia tunc mulieri in vim illius custodię, siue detentionis erit danda retentio bonorum viri, donec erit satisfacta de sua dote, vt fuit dictum in *Romana Casalis Veneris 21. Iun. 1630. coram Durano.*

50 Contrarium tamen, quando mulier peteret restitutionem dotis soluto matrimonio, quia tunc vera dotis restitutio dicitur, & sic quando hypothecaria ageret, vt ait *Chart. in d. sua dec. 8. & vt dicunt*

dicunt DD. in l. si constante, ff. solut. matrim. & in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. & Rota in decisionib. superius citatis. Immò, quòd restitutio dotis etiam, ob inopiam viri dicatur vera, & propria restitutio, tenent *DD. allegati à Gratian. lib. 3. discept. c. 406. nu. 19. & Giurb. decis. 16. Castil. dec. 25.* Licèt primam opinionem dicant veriorem, vltra præcitatos, *Mastrill. decis. Sicil. 142. & melius Doctor Palatios Ruuios in dict. repet. Rubricæ, & cap. per vestras, vers. ex his per totum, fol. mihi 109. & 110. & prius etiam fol. 108. vers. ex quibus.* Item quòd sit verum dominiū, & ob id non transferatur in vxorē deprehenditur *ex l. seruum dotalem, ff. de manumiss.* vbi dum vult, quòd res dotalis, ob vergentiam viri debeatur vxori; ergo si debetur non est domina, quia quod semel est meum non potest fieri amplius meum, *§. si itaque instit. de act. & ita ait d. doctor Palatios ibi supra fol. 110. n. 3.*

51 Extende præterea, quòd etiam mulier in concursu creditorum, quando est anterior, possit eligere super quibus bonis velit de sua dote satisfieri, etiam creditoribus inuitis, *vt ait Viuius in sua decis. 413.*

52 Quinimmò etiam bona feudalia eidem consignari possunt, *vt ait idem Viuius in sua dec. 538.*

53 Subextende procedere, quòd etiam ea debeat præferri, si velit rem subhastatam pro eius credito assignari, pro eo quod ab alijs repertum fuit, *vt fuit decisum in Romana Prælationis Veneris 20. Nouembris 1596. coram Card. Pamphilio.*

54 Sed est benè verum, quòd postquam ea elegit, amplius variare non potest, *vt ait Rota per Card. Mantic. in sua dec. 344. num. 1.*

55 Quapropter ne detur occasio mulieri fraudandi creditores, in casu vergentiæ viri ad inopiam, ea debet vnam rem eligere pro concurrenti quantitate sui crediti dotalis, sed non omnia bona occupare, veluti facere possent creditores hypothecarij, & ipsa quoque post mortem sui viri, & id ex rationibus per me deductis *in conclus. 109. nu. 30. & facit decis. Marta Rota Pisana 36. & Gratian. lib. 3. discept. cap. 489. nu. 15. Afflict. & Chartar. in præcitato loco* licèt tamen isto casu possit seruari ille modus, de quo superius dixi sub num. 48. ad hoc vt omnibus satisfieri possit.

56 Declarando tamen, quòd quando ei fuerint assignata bona, tunc ea, vt superius dixi, non poterunt amplius per creditores auocari, illi suas dotes offerēdo, *vt per Bart.* qui fuit auctor huius opinionis in *l. si constante, num. 88. ff. solut. matrim.* quem secuta sunt plura suprema Tribunalia, *Afflict. deci. 199. Capic. dec. 41. num. 11. Grammatic. decis. 92. n. 17. Franc. decis. 54. num. 1. Osasch. decis. 135. num. 9. Thesaur. decis. 157. & 207. & Card. Mantic.* latissimè comprobans, & alios referens *de tacit. lib. 11. tit. 30. Thesaur. iun. quæst. forens. 65. lib. 2. Gaill. obseru. 92. lib. 2. Guttier. pract. quæst. lib. 5. quæst. 77. num. 14. Morot. de iur. offeren. tit. de possess. offer. num. 9. Giurb. qui plures congessit d. decis. 18. nu. 12. & sequen. Gratian. discept. foren. cap. 489. num. 21. lib. 3.*

Et hanc opinionem vti magis veriorem tenuit *Rota in Farsen. dotis seu depositi 3. Decembris 1629 coram Pirouano, in qua reprobantur Din. Castren. & alij contrarium sentiens, quos referunt, & sequuntur Riminald. iun. consil. 3. num. 9. & 25. Fachin. controuers. 100. lib. 3.* & quòd hęc opinio vrgentioribus nitatur rationibus, & dispositioni legum magis conueniat, nempè *l. 1 ff. solut. matrim. & l. vbi adhuc C. de iur. dot.* in quibus pro assecuratione dotis prouisum est, vt interim ex fructibus stabiliū mulier pòssit sustinere onera matrimonij, se ipsam, filios, ac virum alendo, cum per sortis restitutionem, ita æquè omnibus nō succurratur, præsertim viro, qui adhuc viuens dicitur dominus dotis, quæ si restituatur desinit esse sub eius dominio; neque videtur succursum mulieri per inuestimentum in tot locis monitum, vel censibus, aut stabilibus; quia eodem modo succurri potest indemnitati creditorum, sublato circuitu per æstimationem bonorum à muliere possessorū, vt de eo, quod superest creditores reintegrentur, vt ex mente *Afflict. Capic. &* aliorum, pro hac opinione superius relatorum, dixit *Rota in allegata Farsen. dotis, seu depositi coram*

ram Pirouano.

Amplius addantur prædictis, ea que ait *Card. Mantic. de tacit. & ambigu. contract. lib. 11. tit. 30. num. 10 cum sequentib.* vbi tenet ob id creditores non posse offerre dotem vxori cõstante matrimonio, & sic ob vergentiã viri ad inopiam, ex pluribus rationibus respondendo omnibus contrarium tenentibus, & primo ait hanc dotis repetitionem non fieri, ad effectum plenæ restitutionis, sed solum illi retentio bonorum conceditur, vt seipsam filios, & virum alere possit, iuxta *textum in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. & alij Doctores ibidem allegantur per Mantic.*

Secundo non possunt creditores offerre, quia constante matrimonio non venit tempus restituendæ dotis, & sic eorum oblatio de dote tempore opportuno facta non diceretur, ita vt suum effectum sortiri possit, *l. 2. ff solut. matr. & l. soluturus, ff. de solut. & alij Doctor. alleg. à Mantic. ibi supra num. 11.*

Tertiò, dicta oblatio non tolleratur, quia cũ fauore mulieris fuerit inductũ à iure, vt ꝑ dote possit agi hypothecaria constante matrimonio, ob inopiã viri, & licèt actio personalis illi non competat, tamẽ dicta oblatio in illius læsionẽ retorqueri non debet, nam ad illius detrimentum tenderet, si pecuniam à creditoribus mariti obiatam accipere teneretur, quia fragilis est, veluti quoque remedium fideiussionis fit fragile cum pecunia fit de illis rebus, quę seruando seruari non possunt, latè *Tiraquell. de retract. lignag. §. primo, gloss. septima num. 104.*

Quartò non est tolleranda ea oblatio, quia Reipublicæ interest, ne mulieres remaneant indotatę, veluti hoc modo facile euenire posset, quia si constante matrimonio dos esset restituenda, tunc desineret esse dos, quod in casu isto non succedit, quia ea solum datur vxori per modum custodię, ad prædictũ effectum se suum virum, & filios alendi, vt ait *Card. Mantic. ibi supra num. 13. & seqq.*

Postremò non tolleratur prædicta oblatio per *textum in l. cum tibi, C. qui pot. in pig. hab.* sumpto argumento à contrario sensu hoc modo; creditores soluto matrimonio possunt vxori offerre dotem, ergo eo constante id eis facere non liceret, & hanc opinionem esse magis à Doctoribus receptam ait *Card. Mantic. ibi supra num. 25. & dict. Doctor Palatios in præallegatis locis.*

Sed in casu, vbi dos fuit restituta, ob viri vergentiam ad inopiam, si res fiat deterior ad cuius periculum fiat, distingue eum *Doctore Palatios in dicta rubr. & cap. per vestras fol. 110. & seqq.* vbi multa notanda ait.

57 Infertur sextò ex prædicta principali conclusione, quòd licèt vir regulariter de iure non possit cogi præstare vxori fideiussores pro conseruanda dote, & id ne inter coniuges perfidia, & discordia oriatur id fallit tamen pluribus casibus. Et primò, quando inter partes ita fuit conuentum, & si conferratur in tẽpus soluti matrimonii, *Grat. lib. 4. discept. cap. 712. num. 4.*

Secũdo, quãdo bona mariti detegerentur fideicommisso subiecta, & ille non esset de descendentibus fideicommittentis, aliàs secus, quia tunc dos tã danda, quam restituenda in subsidium ex eis detrahi debet, & præsertim si dicta bona essent grauata fideicommisso particulari, quia tunc non esset locus detractioni Trebellianicæ, quæ solum habet locum in fideicommisso vniuersali, vt fuit dictum in *Romana Nullius dotis Lunæ 15. Decembris 1597. coram Litta, & in alia Romana Septemmillium Lunę 23. Februarii 1604. coram Iusto.*

Tertiò fallit, quãdo fideiussores pro dote restituenda essent de cohabitantibus cum marito, *vt ait Bart. in l. si constante num. 34. ff. solut. matrimon. & Ronchegall. in l. si id quod num. 22. ff. de duob. reis, & Lupus in cap. per vestras de donat. inter virum, & vxorem, & in §. incipiente quinto,* & ibi decem casus ponit, in quibus fideiussores isto casu dare liceat, *& Gratian. lib. 4. discept. cap. 712. num. 4.*

58 Contrariam opinionem licèt teneat *Bart.* nihilominus primam esse magis communem ait *Ripa in dicta l. si constante num. 55. & Ronchegall. in pręcit.* loco

loca num. 22. *verſ. Sed quatenus*, & *Grat. d. lib.* 2. *diſcept. cap.* 233. *num.* 34. *cum ſeqq.*

59 Concordari tamẽ poſſunt huiuſmodi opiniones tali modo, & ſic quòd prima procedat, quando in obligatione per fideiuſſores, aut correos eſſet appoſitum iuramentum, vt dicunt infiniti *Doctores allegati à Gratiano lib.* 2. *diſcept. cap.* 233. *num.* 34. & ibi de veriori opinione teſtatur, & multa notanda in hac materia tradit. Secunda verò, quando ſecus, *iuxta trad. per Seraphin. de priuileg. Iurament. priuil.* 69. *num.* 1. & *ſeqq.* & ibi habetur, quòd abſque iuramento talis fideiuſſio non valet, etiã ſi extaret conſuetudo in contrarium.

60 Et ſic igitur in prædictis caſibus vir tenetur vxorem reddere cautam, aliàs dos non eſſet ſoluenda, vt ait *Rota ibi ſupra coram Litta*, & *Iuſto*, & *idem Grat. lib.* 4. *diſcept. cap.* 689. *num.* 37. & *cap.* 712. *num.* 4.

61 Extende prædicta procedere etiam ſi vxor ſcienter virum inopem acceperit, quia poteſt nihilominus poſtea petere aſſecurationem dotium, *vt ait Vr. ſill. ad Afflict. deciſ.* 365. *num.* 2. & *d. Doctor Palatios ibi ſupra fol.* 109. & *ibi de magis communi teſtantur.*

62 Infertur ſeptimò, quòd neque in caſu reſtitutionis hoc modo faciendæ de dote, admittatur compenſatio, atque retentio, vt fuit dictum in *Romana dotis de Cinciis*, *Veneris* 24. *Nouembris* 1600. *coram Card. Mellino.*

63 Extende idem procedere, veluti ſi eſſemus quoque in repetitione dotis poſt mortem viri, quæ impediri non poteſt per eam exceptionem adminiſtrationis tutelæ, & rationis non redditæ, vt fuit dictum in *Rota per Sarnen. deciſ.* 65. *lib.* 1. *Viuius deciſ.* 317. *nu.* 1. *lib.* 2. & *Rota in vna Saluiani interdicti de Columna* 19. *Nouembris* 1599. *cor. Cardin. Lancellotto*, *Puteus deciſ.* 146. *lib.* 1.

64 Contrarium tamen procederet, ſi ad matrem peruenerint tot pecuniæ, ex quibus ſibi ſatisfieri potuiſſet *text. eſt in l.* 3. §. *hac actio*, *ff. de negot. geſt. l. omnes tutores*, *C. arbitr. tutel. Dec. conſ.* 110. *col. fin. Boer. deciſ.* 59. *in princip.* & *Rota in Romana Hereditatis de Beuilacqua*, *Luna* 13. *Maij* 1595. *coram Orano.*

65 Sed primam opinionem tenendo; Subextende eam eò magis procedere, quando ad fauorem vxoris adeſſet obligatio Cameralis, contra quam exceptio requirens altiorem indaginem non eſt admittenda, vt fuit dictum in *vna Roman. Tutelæ, Luna* 17. *Februarij* 1603. *cor. Card. Seraph. quæ eſt in eius impreſſ. dec.* 1455. *nu.* 1.

66 Contrarium, quòd ſcilicet exceptio illa compenſationis poſſit opponi contra mulierem dotem repetentem adeſt, *text. in l. nec rei iudicatæ.* §. 1. *ff. ſolut. matrim.* & *Rota ibi in dicta Romana Tutelæ coram Card. Seraphino*, & *Grat. lib.* 1. *diſcept. cap.* 129. *num.* 21. *cum ſeqq.* & *dixi in concluſ.* 56. *num.* 75. & *ſeq.*

67 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando exceptio cõpenſationis eſſet illiquida. Secunda verò ſi liquidò de ea conſtaret, & ratio eſt, quia de illiquido ad liquidum non admittitur compenſatio, vt exemplificando ait *Card. Seraphin. dicta deciſ.* 1455. *num.* 4. *Surd. dec.* 46. & *dec.* 184. *num.* 6. *Rota deciſ.* 409. *num.* 5. & *dec.* 679. *in fine*, *par.* 1. *recent. Grat. diſcept.* 734. *num.* 13.

68 Infertur octauò, quòd dicta aſſecuratio poteſt peti per vxorem, etiamſi dos fuiſſet ſocero ad inopiam vergenti ſoluta, & ille promiſerit per apocam priuatam eam conſeruare, & reſtituere eius bona obligando, *vt ait Afflict. deciſ.* 332. & *facit Franch. in deciſ.* 581. & *Grammat. dec.* 92. & *Put. dec.* 264. & 459. *lib.* 3.

69 Limita tamen primò, quòd mulier non præferatur in aſſecuratione ſuæ dotis creditoribus antetioribus expreſſam hippothecam habentibus, vt ait *Ant. Faber. deciſ.* 28. *de iur. dot.* & *dec.* 48. *eod. tit.*

70 Limita ſecundò, quòd dicta aſſecuratio per vxorem peti non poſſit, ſuper bonis ſui viri, quæ fuerint vendicata per creditores, ſi ea inſtrumentum dotale non habeat, quia veluti dos non debet reſtitui, abſque inſtrumento dotis, ita nec illius aſſecuratio eſt concedenda, cum non entis nullę ſint qualitates,

litates, veluti ita fuisse decisum testatur *Grammat. in sua decis. 42. & Vrsill. in decis. 332. Chart. in sua decis. Genuae 8. & Magon. decis. Florent. 125. & Afflict. dicta decis. 332.*

71 Limita tertiò, quòd dicta mulier non potest prætendere acquisitionem dominij (vt superius diximus) in vim illius assecurationis obtentæ, quia dicta assecuratio per vxorem obtenta super bonis sui viri, & soceri non operatur dominij translationem, sed solùm dicitur eidem acquisita rei assecuratæ custodia, vt ait *Afflict. in sua decis. 9. & Vincent. de Franch. decis. 54.* licèt aliqui dicant illam assecurationem propriam restitutionem dotis censeri, vt superius dixi sub num. 50. sed prima opinio est verior.

72 Limita quartò, quòd dicta assecuratio dotis solùm operatur, vt bona data vxori pro dote sua, stante vergentia sui viri ad inopiam, iure pignoris data censeantur, cuius enim substantia est, quòd illud resoluatur restituta pecunia, *Afflict. decis. 199. & decis. 332. Grammat. decis. 92. Chartar. decis. 8. Magon. dec. Florent. 125. Put. decis. 355. lib. 3. Castill. decis. Siciliæ 25.*

Sed quòd regulariter potius datio in solutum, quàm pignus in dubio sit præsumendum, & maximè fauore dotis, siue quando daretur res ipsa pro quantitate, aut stante pacto restituendi melioramenta, ait *Gregor. decis. 194. num. 12. & seq. & latè Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 150. num. 1. & seq. & cons. 201. num. 18. & seq. & huiusmodi opinionem tenuit quoque Rota decis. 168. num. 1. par. 1. diuers. & in decis. 672. num. 4. par. 2. recent.* & id tanto magis procederet stante temporis diuturnitate, quo creditor rem sibi à debitore assignatam possideret, *Decian. latè ait in huiusmodi materia cons. 35. num. 41. & seq. lib. 2.*

Declara tu tamen, quòd huiusmodi præsumptio non procedit, vbi coniecturæ in contrarium vrgerent, vt firmat *Menoch. in dicta præsumpt. 150. num. 14. in fine, & in istis terminis fuit etiam tentum à Rota in vna Lucana bonorum 23. Ianuarij 1599. coram Litta, & Surd. in cons. 243.* & ibi multas coniecturas recenset in hoc proposito.

Subdeclara tamen, id non procedere, iuxta opinionem *Afflicti in decis. 373.* & ibi habetur potius in solutum dationē, quam pignus esse præsumendum, quem sequuta fuit *Rota in Romana pecuniaria 13. Iunij 1609. coram Marcomontio, quæ est penes Marches. de commiss. & prius in Sabinen. dotis 19. Februar. 1598. coram Orano.*

Sed quòd non sit recedendum à prima opinione, vti veriori, & magis communi testatur, *Addens ad Gregor. dicta decis. 194. ex traditis per Menoch. d. præsumpt.* 150. & ratio istius opinionis ea est, quia inuerisimile videtur, vt quis velit suum creditum per mutilatas solutiones recipere, stante quòd solutio mutilata soleat multas afferre creditori incommoditates, *vt ait Rota dicta decis. 168. par. 1. diuer.* & præsertim vbi concurrerent coniecturæ dominij translationis indicatiuæ, quorum multæ considerantur à *Rota in dicta dec. Gregor. 194. & in alia quoque Romana dationis in solutum, quæ est penes Farinacc. post primum librum cons. decis. 46. & Menoch. in dicto cons. 201.* vbi defendit dationem in solutum etiam, quòd partes fuerint vsæ eo verbo (*pignoris*) Sed reassumendo id, quod fuit dictum de vergentia viri. Extende, quòd neque etiam extra istum casum vergentiæ viri ad inopiam poterit exequi mandatum relaxatum contra virum in bonis possessis ab vxore, veluti neque etiam contra tertium, licèt adesset obligatio cameralis, & eò magis, si vxor haberet inhibitionem ante executionem mandati, vt ait *Rota per Gregor. decis. 22. num. 2. & in Romana Casalis 26. Februarij 1625. coram Manzanedo, & prius in Romana Vineæ 20. Nouembris 1617. coram eodem, & in Veneta donationis, Lunæ 16. Nouembris 1616. & 6. Martij 1617. & in alia Bononien pecuniaria 7. Aprilis 1617. coram eodem Buratto, & per Gregor. decis. 330. nu. 2. & per Buratt. decis. 141. num. 1.*

Subextende prędicta in tantum esse vera, vt propterea si creditores dicant ea bona ad virum spectare, tunc illud probare tenētur, vt fuit dictum à *Rota per*

per Gregor. decis. 22. num. 2. & in Romana Casalis 26. Februarij 1625 coram Manzanedo, & prius in Romana Vineæ 20. Nouembris 1617. coram eodem, & in Veneta Donationis Lunæ 16. Nouemb. 1615. & in eadē 7. Nouemb. 1616. & 6. Mart. 1617. & in alia Bononien. pecuniaria 7. Aprilis 1617. coram eodem Buratto, & per Gregor. decis. 338 nu. 2. & per d. Buratt. dec 141. nu. 1.

Extende prædicta in tãtum esse vera, vt propterea si creditores dicant ea bona ad virum spectare; tunc illud probare tenentur, vt fuit dictum *à Rot per Burat. in decis. 256. num. 6.*

Secus autem, veluti si essemus in debito ipsius vxoris, quia tali casu poterit super illius bonis executio fieri, etiam si ea possideantur per virum, quod tamen declara procedere, si creditum esset ipsa dote anterius, quia bona censentur in dotem tradita deducto prius ære alieno, veluti fit in omni materia, & prædicta eò magis procederent, quando mandatum fuisset obtentum contra vxorem sciente viro, quia tunc, nedum super dictis bonis posset fieri executio pro debito principali; verum etiam pro expensis, gratia illud exequendi, factis, vt fuit dictum *à Rota per Buratt. decis. 254. nu. 1. 2. 3. & 10. & per Card. Seraph. decis. 891. num. 4. Guid. pap. decis. 447. & Capic. decis. 128.*

Subextende primò prædicta in tantū procedere, vt neque isto casu maritus possit dici tertius possessor, ad effectum impediēdi executionē super dictis bonis dotalibus factam, vt fuit decisum in *vna Tudertina Dotis 1. Iul. 1626. coram Merlino.*

Subextende secundò eò magis procedere, quando executio esset facta in bonis paraphernalibus, si quæ haberet; aliàs mulier saltem teneretur cauere de soluendo soluto matrimonio, quia constante dos spectat ad virum, neque super ea perturbari potest, nisi in casu debitorum contractorum ante matrimonium, vt ait *Ant. de Fab. decis. 1. ne vxor. pro marito, Capic. decis. 128. & Guid. pap. decis. 447. qui multa dicunt in hac materia.*

73 Limita quintò, quòd vxor prius debet in iudicio assecurationis id, quod de viro habet excomputare, & postea bona mariti excutere, vt ait *Ant. Faber. decis. 21. C. de iur. dot.*

74 Limita sextò non procedere, quando solutio dotis esset facta à fratre vxoris viro omnia illius bona pro restitutione dotis obliganti, & postquā contraxit debita per instrumentum, dictus vir fuerit confessus recepisse dotem, quia tunc attenta creditoris anterioritate ante illud instrumentum confessionis, & post promissionis capitula vxor excluderetur, ob illud creditū prędicto modo contractū à possessione de bonis sui viri ad prędictū effectū capta, *Afflict. dec. 402. Boer. dec. 330. Valasc. dec. 6. Viu. dec. 537. Peregrin. dec. 141. Hier. de Laurent. dec. 25. Polidor. Rip. obseruat. 265. & Rota decis. 544. & decis. 585. par. 3. diuers.*

75 Contrarium, quòd scilicet hippotheca dotis mensuretur à die promissionis, non autem ab eo solutionis, quoad acquirendam anterioritatem, fuit dictū in vna *Spoletana Lucri dotis 12. Iunij 1595. coram Card. Mantica, quæ est in eius impressis decis. 337. sub num. 7. vers. non obstat, dictus Boer. decis. 331. & alij allegati à Rota in Bononien. Euictionis 14. Mart. 1606. siue 1607. cor. Scotto, & in alia Firmana Prælationis Dotis 21. Maij 1607. coram Manzanedo.*

Declara tamen illud esse verum, vt scilicet hipotheca consideretur isto casu de tempore promissionis, non autem solutionis, si tunc erat contractum matrimonium, at secus si ante, veluti ita distinguendo ait *Grattian. lib. 5. discep. c. 804. per totam.*

76 Licet cōtrariū sit, quoad acquirendū aliquod lucrū; & ratio differentiæ ea est quia hipotheca solo consensu contrahitur, vt ait *Rota ibi sup. cum aliis ibi per eam allegatis.*

77 Declara præterea illud, quod fuit dictum super eo, quod mulier, ob vergentiam viri ad inopiam possit suæ dotis assecurationem petere, non procedere per viam cessionis alteri factæ, ad hoc, vt illius dos in tuto ponatur, quia mulier non potest alteri cedere istud ius collocandi suas dotes in tuto; Et ratio est, quia ista collocatio fit ad effectum susti-

nendi

nendi onera matrimonij, quæ potissimum circa alimenta consistunt, & quæ alteri cedi non possunt, veluti de magis communi opinione testatur *Surd. allegat.* à *Gratiano lib. 3. disceptation. ca. 427. num. 16.*

78 Vltimò, hic opportunè erit notandum, quòd si vir in casu assicurationis dotis, ob eius vergentiam ad inopiam, siue illius restitutionis, ob diuortium, non valebit in pecunia vxori satisfacere, tunc mulier non poterit eum cogere nisi in quantum facere potest, & sic ille carcerari non poterit, iuxta textum in *l. maritum, ff. solut. matrimon.* vbi cauetur maritum pro dotis restitutione non teneri vltra quàm facere possit, quod enim priuilegium in illud sonat ne ob id carceribus mãcipetur, vt ait *Bal. in l. liber captus in fine*, C. *de postlimin. reuers. Franc. Aret. in l. alia*, §. *eleganter, num. 1. ff solut. matrimon. Couarru. variar. resolution. lib. 2. cap. 1. num. 4. versic. Fit tandem Thes. decis.* 119. *Franch. decis. 164. num. 2. Amat. decis. 16. Rota Marchiæ, Ferentil. ad decisionem Buratt.* 10. *num. 9.* Capell. *Tholosan. decis. 259. & ibi in additiou. Brunus de cessione bonorum quæst. 33. quæst. 4. princip.* & pulchrè ita fuit resolutum à *Rota in Recanaten. Separationis Thori Mercurij 26. Februarij 1625. coram Pirouano.*

76 Extende prædictam Conclusionem adeò esse veram de iure, vt propterea, neque iuramentum, neque obligatio cameralis ad fauorem vxoris pro illius dotis restitutione, vnà cum clausulis amplissimis renunciationis, & præsertim ea omni legum, ac iuris auxilio, sufficiant, ad tollendum illud priuilegium, ne quis conueniatur vltra quàm facere potest, veluti fuit resolutum à *Rota in Brundusina Pecuniaria, quæ est decisio 485. n. 1. par. prima recentior. allegat. in illa Recanaten. Separationis Thori Mercurij 26. Febr. 1625. coram Pirouano.*

80 Et ratio optima ea est, quia quandò priuilegium aliquod alicui competit, ratione reuerentiæ personæ, tunc illius renunciatio, ex defectu potestatis renunciantis non valet, *l. alia §. eleganter. ff. solut. matrimon.* vbi expressè prohibet validitatem istius pacti, quod maritus conueniri possit vltra quàm facere valet ex ea ratione, quia est contra bonos mores de iure ciuili, cum tendat contra reuerentiam illam quæ marito per vxorem exhibenda venir, & è contra, vt ait *Alexand. in dicto §. eleganter, & ibi Roman. & Aretin.* hanc opinionem communem attestantes, & veriorem vocat *Couar. in c. Quamuis pactum, de pact. num. 6. Laderch. consil. 30. num. 9. Barb. in l. Maritum num. 27. ff. solut. matrimon. Franch. decis. 164. num. 14. Mastrill. decis. 93. num 3. & alij allegati à Rota in dicta Recanaten. Separationis Thori Mercurij 26. Februarij coram Pirouano.*

81 Ratio autem secunda, super iurata obligatione restitutionis dotis ea est, quia iuramentum isto casu non valeret vti appositum actui, qui contra bonos mores tendit, cum illud semper sequatur naturam actus super quo interponitur, neque illius naturam vmquam mutat, neque obligationem auget, sed solum vinculum religionis addit, quæ non arctat dum actus per resistentiam iuris non potest in esse deduci, neque minus quis tali casu potest ex ea religione vinculari, vt air *Rota dicta decis. 485. num. 2. par. 1. recent. Franch. dec. 181. num. 13. & Rota ibi in d. Recanaten. coram Pirouano.*

82 Secus autem, quando priuilegium competeret renuncianti, ratione contractus, siue societatis, quia tunc renunciens non posset amplius se prædictis ratione iuuare, vt fuit dictum à *Rota in dicta decis. 485. allegata in illa Recanaten. coram Pirouano.*

83 Subextende conclusionem supra firmatam procedere, nõ obstante sæuitia, atque viri erga vxorem ingratitudine, & ratio est, quia si huiusmodi renunciatio etiam directè, & expressè facta non tener, ergo multo minus tacite delinquẽdo, vltra quod semper deficit potestas in renunciante, quæ tamen in renunciatione, aut tacita, aut expressa sempẽr est necessaria, vt ait *Franc. dec. 164. n. 3. & Barbos. & alij alleg. à Rot. in d. Recanaten. coram Pirouano.*

84 Quibus præterea altera ratio addatur, quæ

Fff

quæ est numquam cesset suppositum re uerentiæ maritalis, etiam si maritus delinquat in sæuitia cum vxore, cum spem per spes restet posse reuerti ad eundem thorum, quatenus morum correctio subsequatur, quòd tamen secus esset dicẽdum de ingratitudine, quæ cum ex ipso actu perficiatur, & ex consumatione effectus pœnæ sequatur. Idcircò amplius ibi non potest esse locus pœnitentiæ; veluti est in sæuitia, quæ per correctionẽ morum tolli potest, & sic ad eundem thorum reuerti, veluti de prædictis omnibus fuit ita firmatum à *Rota in dicta Recanaten. Separationis thori coram Pirouano*.

ARGVMENTVM.

DE ASSECVRATIONE IVDICII a debitore de fuga suspecto præstanda.

CONCLVS. CLIII.

1 Assecuratio iudicij, nota quòd est illa, quæ præstatur à debitore carcerato, ob suspicionem fugæ, siue ea, quæ præstatur ante capturam, vt euitetur fuga, ob cuius suspicionem ea captura fuit adinuenta, & ratio istius assecurationis ea fuit ne iuditia, ob fugam elusoria reddantur. Item nota, quod ista vox (Assecuratio) dicitur barbara, prout est arrestum, vt ait *Andr. Gayl. in tract. de arrest. num. 1. fol.* 370. *& Mauf. de caus. execut. lib. 1. in prælud. 2. num.* 1. 3. 10. *&* 11. *Affl. dec.* 170. *& ibi Vrsil.*

2 Verum, quia antequam ad huiusmodi assecurationem deueniri possit, opus est, vt suspitio fugæ præcedat, vnde operæ pretium erit prius docere quid sit debitor, & quæ dicatur suspitio, & quibus modis persona suspecta fiat.

3 Debitor igitur simpliciter ille propriè est, à quo inuito aliquid si volumus extorquere possumus, nec ei vlla exceptio competit, qua se tueri possit, vt ait *Accursius in l. debitor ff. de verb signif. & ibi Alciat. Rebuff. in l.* 1. & ibi omnes scribentes, *ff. si cert. petat. l. fideiussor obligari, §. fideiussor accipi, ff. de fideiuss. Bero. cons.* 31. *num.* 12. *volum.* 3. *Caroc. de excuss. bonor. q.* 1. 2. *par. num.* 58. *vers. & ratio videtur fol.* 136. & debitor quis appellatur tam per viam contractus, quam per illam delicti, *text. est in l. Non tantum ff. de petit. heredit. at.*

4 Suspitio autem dicitur actus per quẽ trahimur in dubitationem timendo, vt talis actus nobis læsionem afferat, & triplex est, & prima ea dicitur per quam nostri debitores ære alieno grauati ne carceribus mancipentur sibi fugam arripere præparant, vt dicunt *DD. toto tit. ff. de priuileg. credit. & l. ait Prætor, § si debitorem, ff. quæ in fraud. credit. & in l. fin. C. de seruis, & ibi Bar.* Sed quomodo in hoc posset, & debeat creditor sibi prouidere aduersus debitorem suspectum de fuga, inferius perdistinctè docemus.

5 Altera suspicio ea est, quam habemus erga iudicem, tam Ordinarium, quàm Delegatum, & in hac specie suspicionis eam allegans, quomodo procedere debeat, late tradit *Seraphin. de priuil. iuramen. priuileg.* 7. *num.* 5. *&* 6. *cum seqq. & Grattian. lib.* 5. *disc. cap.* 837. *nu.* 18.

6 Tertia species suspicionis est illa, quę reperitur parata ad publicè vel priuatè lædendum, quæ ad actionem de suspecta pollulatione spectare dicitur, vt in toto tit. *ff. & C. de postul. & ibi scr. bentes.*

7 Persona igitur suspecta in hac materia quatuor modis effici potest secundũ *Gottifred. in sua praxi ciuili lib.* 1. *tit.* 5. *de suspect. person sub tit. de stat. homin. volum.* 1. *fol.* 385.

8 Et primo modo, quando immobilia non possidet, vt ait *Crauetta cons.* 847. *num.* 4. *vers. Sed in fuga, Menoch. de arb. Iud. cas.* 87. *n.* 9. *cum ibi alleg.*

9 Secundo dicitur suspectus, licèt immobilia possideat, sed quando adeo sunt pauca, vt nil quasi possidere dicatur, cum parum, & nihil æquiparentur, vt ait idem *Crauett. ibi supra vertic. Sed & idem Menoch. d. casu* 87. *num.* 11. Secus autem, quando quantitas erat cõsiderabilis, quia tunc quis suspectus iurari non potest, & præsertim in Regno Neapolis, vbi possidens immobilia neque potest cogi satisdare de iudicio sisti *vt ait Afflict. dec.* 109. *sub num.* 1.

Neque tali casu intraret Arbitriorum pro assecuratione Iudicii, quoniam (vt superius diximus

diximus) constaret partem plurima stabilia possidere, vt fuit dictum in *Romana Domorum in Burgo Mercurij 11. Martij 1620. coram Vbaldo.*

Veluti eodem modo venit dicendum de sequestro, quod ante sententiam non conceditur contra eum, qui non est suspectus, vel si esset talis idoneum fideiussorem haberet, vt fuit dictum à *Rota per Burattum decis. 105. num. 6.* Immò quatenus esset ille verè suspectus de fuga, non tamen contra eum datur sequestrum, nisi aliqua suspicio præcedat, per quam de fuga dubitetur, vt fuit dictum à *Rota in Bononien. Manutentionis 16. Februarij 1626. coram Buratto.*

Rursus notandum hic erit, quòd licèt per iuramentum creditoris suspicio probari possit, ad effectum obtinendi sequestrum, quando periculum est in mora. Nihilominus post illud obtentum aliter, quàm per iuramentum venit iustificandum, vt ait *Rota per Burattum dicta decis. 105. num. 8. & in Romana Pecuniaria 21. Maij 1621. coram eodem.*

10 Tertio, persona suspecta dicitur, ob malos mores, vt testatur idem *Menoch. ibi supra num. 19. versic. Nam hæc ipsa.*

11 Secus verò, quando esset bonæ conditionis, & famæ, vt inferius dicetur in versiculo Veluti eodem modo &c. sub *num. 21.*

12 Quarto appellatur persona talis, quando male administrauit, *Bart. in l. si fructuarius, §. vltimo, ff. qui satisdar. cogan. Papien. in forma sequestri, num. 2 vers. Sed hic quæritur.*

13 Vnde ex hoc infertur, quòd malè administrans, potest iurari de fuga suspectus, etiam si adhuc in administratione, siue in redditione rationis existat. Imò etiã si aliquid pro suo debito soluisset, vt ait *Munoz. de ratiocin. cap. 4. num. 20. & ibi multos Doctores allegat.*

Contrarium licèt dicat *Rota per Burattum in sua decis. 123. num. 6.* vbi ait, quòd administrator non potest dici debitor, nisi reddita administrationis ratione, ita quoque fuit dictum in *Asculana Spolij 10. Ianuarij 1620. coram eodem Buratto, & in Spoletana Hæreditatis 31. Ianuarii 1622. coram eodem. & in Romana Liberationis à fideiussione 23. Iunij 1625. coram eodem Buratto.*

Sed huiusmodi opiniones ita concordari possunt; nempè, vt prima procedat, quando administratio versaretur super aliqua re in genere, & cuius determinata quantitas non sciretur. Secunda vero, quando essemus in quantitate certa, & determinata per Administratorem soluenda. Et ratio istius secundæ opinionis ea est, quia tunc semper dicitur liquidus debitor, vt ait *Franch. decis. 292. num. secundo. & Grammatic. in decisione 58. num. 10. & Rota in Aquinaten. Prioratus 19. Aprilis 1624. coram Pirouano.*

Ratio autem primæ opinionis ea est, quia administrator potest in redditione rationis probare versionem in vtilitatem filiorum, & sic creditorem se facere, vt fuit dictum in *Romana Pratensi Spolij 2. Iunij 1614. coram Cardinali Verospio.*

Extende hic obiter prædicta quoque procedere in matre tutrice, & pro tempore curatrice suorum filiorum, quæ post eorum mortem habet detentionem, siue custodiam bonorum administratorum, illamque continuat, vsque quo rationem non reddiderit, & quamuis ille qui detinet, siue custodit, possidere non dicatur, sed solum in possessione esse, *l. si quis ante, ff. de acquir. rer. possess.* Nihilominus illi remedia possessoria iudicis officio competunt, *Castren. in l. censemus num. 3. C. de sacrosanct. Eccles. Menoch. de recuper. remed. vlt. num. 21. & Couarru. practicarum quæstionum cap. 17. num. 5. idem Menoch. de retinen. poss. remed. vltim. quæst. prima num. 15.* Et ratio prædictorum ea est, quia remedium istud retinendæ, vti summarissimum, non solùm veram, & propriam possessionem respicit, sed etiam detentionem quem habet tutrix pro suo interesse particulari; quia finita tutela non finitur interesse, & quòd hoc sit verum, videmus quòd tutor, siue tutrix tenetur de periculo, & damno rerum, quousque fuerit minori, aut illius hæreditati Curator datus, siue alio modo rationem

reddiderit, vt ait *Gayl. obseruat. 96. lib. 2. num. 3. Guttier. de tutela, & cura par. 3. cap. 39. & facit decis. Cardin. Seraph. 82.* & veluti fuit de prædictis resolutum à *Rota in Romana Casalis Vener. 21. Iun. 1630. coram Durano.*

Sed tenendo primam opinionem, extende eam quoque procedere in casu vbi tutor tenetur pupillo alimenta præstare, quia si ea deoegat, & citatus nõ comparet, neque suam copiam facit, tunc poteſt iurare ſuſpectus, vt dixi in *concl. 89. num. 477. & Rota decis. 468. num. 1 par. 2. recent.*

14 Fallit autem dicta prima opinio in socio, qui ſuſpectus iurari non poteſt, ni ſi finita ſocietate, quia poteſt eſſe, quod factis computis debitor non remaneat, *Bero. conſ. 10. volum. 3. & Hector Felicius de ſociet. cap. 31. cum alijs ibi per eos alleg. & Rota decis. 321. n. 4. p. 1. recent.*

15 Extende id quoque procedere, etiã finita ſocietate, ſed nondum rationis redditæ computis ſibi datis, quia poteſt eſſe, vt ex eis creditor, & noo debitor remaneat, vt fuit dictum in *Romana Cambiorum Veneris 20. Decembris 1596. coram Cardinale Seraphino, quæ eſt in eius impreſſis decis. 1214. & in alia Romana Pecuniaria Veneris 16. Ianuarij 1609. coram Card. Caualerio, quæ eſt apud Zachiam de obligatio. cameral. decis. 35.*

16 Subextende, quòd neque iſto caſu compenſatio ſit admittenda antequam fuerint ſolidata computa, vt ait *Rota per Card. Seraphinum d. dec. 1214. & in alia Romana coram Caualerio*, ſed in quibus verè ſit admitteoda, latè docet *Surd. in dec. 191. per totam, & prius dec. 186. num. 9.*

17 Subextende ſecundò, quòd neque dilapidatio probatur ex eo, quia non fuerit reddita ratio ab aliquo de pecuniis ad illius manum peruentis, ſed ſolum probatur per actus extrinſecos venditionum, vel alienationum, vt ait *Rota decis. 727. par. 2. in recentior. & inter impreſſas Buratt. eſt decis. 123. num. 4. & ſeq. vbi ait*, dilapidationem eſſe neceſſariò, & concludenter probaodam, ſaltem poſt capturam. Immò deteriotatio huiuſmodi debet eſſe inſignis, & notabilis, vt ait *Cornazan. decis. Lucen. 59. num. 5. cum ſeqq. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 875. num. 16. & Rota in vna Romana Alucariorum 19. Decembris 1615. coram Cardinale Caualerio, & per Burattum in prædicta decis. 123. cum ibi allegatis.*

18 Sed ad hoc, vt quis poſſit verè iurari ſuſpectus de fuga, in primis creditor debet oſtendere creditum liquidum, & poſtea deteriorationem factam poſt obligationem ad eius fauorem, deinde ſuſpicionem cum iuramento aſſerere, vt dicunt Doctores allegati à *Rota in vna Veneta Pecuniaria 7. Iun. 1607 coram Penia, & in alia Foroliuien. Nullitatis obligationis Luna 20. Maij 1613. coram Cardinali Sacrato, & per Burattum decis. 53. num. 1. & decis. 595. num. 3. & decis. 653. num. 5. coram eodem Buratto, & Rota decis. 500. num. 3. par. 3. recent.*

19 Et ratio eſt, quia vnus in dubio præſumitur eſſe ſoluendo, & propterea qui contrarium dicit illud probare tenetur, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 1394. num. 4. & 5.* Sed quando ex priuata apoca, quis poſſit iurati ſuſpectus de fuga, & quando non videndus eſt *Mauſon. de cauſ. execut. quæſt. 5. tit. de reſcriptis.*

Licèt ſecus, quando poſſet relaxari mandatum executiuum, quia tunc facilius poſset relaxari illud ſuſpicionis fugæ, veluti pro faciliori executiooe concedi ſolet, vt teſtatur *Ferentill. ad eam deciſionem Buratti 531. num. 9. & ita fuit quoque dictum à Rota in vna Medíolanen. Affictus coram Orano, quæ eſt apud Zachiam de oblig. camer. decis. 118. num. 5.*

Extende eodem modo eſse procedẽdum, vbi ageretur contra aliquem vti de fuga ſuſpectum ante diem, ſiue pendente termino, quia contra eum mandatum relaxari non debet, niſi prius illius conditione per deteriorationem probata, vt fuit dictum à *Rota per Card. Caualerium dec. 329. n. 2.*

20 Declara id, quod fuit dictum de deterioratione probanda poſt contractũ, aliàs ſuſpicionem non eſse admittendã, ex eo procedere, quia qñ quis cõtrahit cũ aliqno tanquã cũ tali, non põteſt amplus creditor negare eum eſse talem, & ſic

& sic illum uti talem reprobare, vt fuit dictum in vna *Tullen. Attentatorum Veneris 20. Decembris 1602. coram Ortembergo*.

21 Extende id procedere etiam quando quis tempore contractus incæperit dilapidare, sed non taliter, quod timorem fugæ argueret, vt ait *Bart. in l. si is, à quo, §. si semel ff. vt in possess. legat. esse lic.* quia tunc ille vti approbatus ab eo amplius reprobari non posset, *Afflict. decis. 171. & decis. 365. & ibi Vrsill.* vbi dicunt idem procedere, etiam in remissione mercedis ad quam non tenetur conductor, quando tempore contractus imminebat periculum damni, & eo non obstante fuit facta locatio, veluti id quoque procedit in conducente rem euidenter sterilem, & in similibus, vt dicunt *Afflict. Vrsill. in præcit. loco*, licèt secus si postea dictus debitor fructus dilapidare cæperit, vel de tempore contractus conditionem malam debitoris, ac illius impotentiam ignorauerit, vt ait *Rota per Burat. in dicta decis. 531. num. 7. idem Bart. in dicto §. si semel*, & vide in regulis Iuris Ciuilis, ac Pontificij in verbo debitor fugitiuus cart. mihi 244. Veluti eodem modo dicitur de eo, qui esset bonæ qualitatis, & famæ, qui licet non possideat immobilia, tamen suspectus de fuga iurari non potest, vt ait *Marsil. in l. criminibus, §. ad quæstionem num. 9. ff. de quæstionibus*.

Licèt id ab aula recesserit, cum omnes insipectos iurari viderim nulla personarum habita ratione.

Licèt id, quod fuit dictum de deterioratione probanda post contractum non procedat, quando mandatum executiuum relaxari posset, quia tunc faciliùs potest illud mādatum suspicionis fugæ concedi, vt ait *Rota penes Zacchiā de oblig. Camer. decis. 118. num. 5. cum ibi allegatis*.

22 Subextēde idem procedere in actore, qui tenetur assecurare iudicium, veluti nec reus ad id cogi potest saltem de consuetudine quicquid sit de iuris rigore, & præsertim quando reus pro se haberet sententiam, quia vt superius diximus assecurationi Iudicij nunquam est locus, vbi pars post contractum non fuit deterioris conditionis effecta; vt fuit dictum à *Rota in Regien. prætensi spolij, Lunæ 24. Ianuarij 1611. coram Manzanedo quæ est in 2. parte recentiorum decis. 326. num. 4. & seq.* vbi ait hanc assecurationem Iudicij recessisse ab Aula & ita quoque fuit dictum in *Romana pecuniaria 12. Maij 1614. coram Coccino, & in Cusentina Pensionis 22. Iunij 1618. & in Romana Domorum in Burgo 11. Martij 1620. coram Vbaldo*, & vbi subiungit id quoque procedere etiam stante clausula arbitrio Rotæ, vt ait *Rota per Burattum decis. 398. num. 5. & ibi in addit. dec. 520.*

Subextende prædicta quoque procedere, quando essemus in paupere, qui auditur, etiam si adesset rescriptum Papæ (refectis expensis, & assecurato Iudicio arbitrio Rotæ) quia nihilominus etiam non facta assecuratione Iudicij, neque refectis expensis auditur, sed fructus, & expensæ in fine litis reseruantur, iuxta stylum Rotæ; dummodo probetur paupertas eo modo, quo dixi in Conclusione 135. numero 104. & ratio est, quia paupertas excusat à præstatione fideiussionis, vt ait *Rota per Burattum decisione 320. num. 1.*

23 Declara tu tamen, quando quis esset verè suspectus de fuga, tunc poterit etiam à Iudice incompetenti capi, vt ait *Misyngerius obseruatione 65. centur. 2.*

24 Sed tunc cautus erit captus, si non approbabit capturam dicti Iudicis in præstanda fideiussione, & propterea debet dicere citra approbationem capturæ, aliàs tacendo non posset amplius de illius inualiditate dari, vt ait *Borgnin. in sua decisione prima, numero 11. parte prima, & Cardinalis Tuschus in verbo Captura in Conclusione 74.* vbi multa ait in hac materia.

25 Et quando detegeretur captura nulla, tunc prius debet illud mandatum suspicionis reuocari, & captus in pristinam libertatem restitui, nec super alijs respondere tenetur, vt ait *Bartolus in sua quæstione incipien. Lapsus num. 2. Gabriel. in conclusione 1.*

 num. 11.

num. 11. *cum seqq. tit. de restit. spoliat.*
Secus autem, veluti si quis fuisset captus, & illius captura ex defectu citationis fieret nulla, quia tunc ea sustineretur, si verè de debito constaret, vt ait *Rota decis.* 151. *num.* 5. *par.* 2. *diuersorum*.

26 Extende primò, eam declarationem, adeo valere, vt propterea nedum fugitiuus, sed etiam præparans se ad fugam, capi possit, vt ait *Gomez Leo decis.* 22. Immò sufficit, quòd illud vitium mentis suæ declarauerit solum amouendo pedem, vt ait *Mauson. de caus. execut. prælud.* 2. *num.* 23. & ibi habetur, quibus modis fugitiuus, siue suspectus de fuga dicatur, & *Menoch. pulchrè tradit in d. cas.* 87. *per tot.*

27 Extende secundò, quòd si talis debitor vellet armata manu familiæ resistere, tunc ei vulnus inferri posset, vt ait *Gayll. obseruat.* 44. *lib.* 2. *cum alijs ibi per eum allegatis*, veluti eodem modo procedit in eo, qui vellet alicui custodi bonorum, siue alteri vim armis inferre, quia ille talis posset occidi, quòd tamen intellige verum, vbi ageretur de damno magno, & enormi; aliàs secus, *vt latè ait Carrec. de locat. & cond. par.* 2. *de iniur. & damn. dat. num.* 8. *text. est in l. itaque ff. ad leg. aquil. l. furem, ff. de sicar. Bal. in l.* 1. *num.* 2. *C. locat. & D. Benign. ad Statut. Agricult. Vrb. cap.* 50. *sub lit. B.*

Sed id, quod fuit dictum de resistente familiæ, qui possit offendi ab ea, declara procedere, quando birruarij insigna gerebant, aliàs excusantur resistentes, & in dubio ignorantia præsumitur, neque isto casu, vbi agitur de infligenda pœna, scienria, neque coniecturis, neque præsumptionibus probatur, licèt id non semper procedat, vt ait *Farinac. in suo cons.* 100. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. & ibi multa signa ignorantiæ, & etiam scientiæ ponderat.

28 Extende tertiò, quòd huiusmodi captura possit fieri, etiam die in honorem Dei feriato, quia vbi periculum est in mora, receditur à regulis iuris, vt ait *Rubin. decis.* 23.

29 Limita tamen primò, quòd debitor non possit à creditore capi, vti suspectus quando idoneum fideiussorem præstitit, & ratio est, quia tunc bona fideiussoris confunduntur cum bonis principalis, vt ait *Faber. in sua decis.* 1. *C. de fid. instrum. & text. est in l. si plures, §. præterea, ff. de fideiussor.* & propterea nunquam debitor venit carcerandus vti de fuga suspectus, quando fideiussor erit soluendo, vt ait *Valasc. dec.* 11.

Et ideò ad id erit notandum, quòd si quis obligatus præstare fideiussorē dederit vnū, qui in Prouinciam possideat, idoneū præstitisse videtur, & præsertim, vbi essemus in fideiussore ex causa necessaria, non autem voluntaria præstando, & sic id procederet, etiam si ille extra locum iudicij possideret, quia isto casu sufficit in Prouincia possidere sub eodem Principe, licèt aliqui dicant, id non habere locum, quando bona essent in loco remoto, & ibi exactio non esset facilis, licèt in hoc sit standum arbitrio Iudicis. Quãuis tñ secus esset, vbi essemus in fideiussore in causa criminali præstando, quia tali casu ille possidere debet in loco moti iudicij, & non alibi, veluti de his omnibus diffusè disputatur ad partes iste articulus, penes *Farinacc. in suo cons.* 165. *per totum. lib.* 2. & ibi reperies plura responsa eximiorū Doctorum, qui contra fiscum acertimè hanc materiam examinant.

Extende prædicta in tantum esse veram, vt propterea Notarius recipiens fideiussorē prædicto modo idoneū excusatur neq; de proprio tenetur, & præsertim cum eum aliqua rationabili causa recepisset, vel saltem nisi in subsidium tenetur, & sic nisi prius fideiussore excusso, nedum in bonis suis in loco Iudicij, verùm etiam in illis extra territorium, & Prouinciam, dummodo sub eodem Principe, vt in fortioribus terminis ait *Farinacc. ibi supra num.* 94. *cum seqq. Thesaur. decis.* 40. *& ita fuit dictum à Rota in vna Romana Pecuniaria coram Cardin. Plato ibidem allegata*.

Subextende prædicta eò magis procedere, quando aliquis debitor possideret in communi Patria cum creditore, quia tunc suspectus iurari non posset immo id procedit etiam, si ille debitor, nisi annuos redditus non possideret, siue annuam tantum pēsionem haberet, iuxta

iuxta doctrinam *Ripæ in suo responso 13. num. 39. de iure gent. & ciuili, vbi ad id allegat Bald. in cons. 312. incip. In causa Baptistæ lib. 5. & est text. in l. hæres absens S. proinde, & ibi alij Doct. ff. de Iudicijs.*

30 Limita secundò non procedere, si non concurrant requisita Caccialupi in suo tractatu de debitoribus suspectis, veluti in principio dixi, *& vt ait Afflict. in sua decis. 170. & ibi latè per addent. & præsertim per Vrsill. per tot.*

31 Limita tertiò, si creditor iurare recusaret, quia tunc nullo modo potest dari mandatum de capiendo, vt dixi supra *in versiculo sed ad hoc num. 18 & Balb. in sua decisione* 119. & ita quoque mandat noua Reformatio Pauli Quinti.

32 Limita quartò, quòd talis debitor non possit capi in Ecclesia, si ad eam aufugerit, & ita practicari testatur, *Dec. in l. vinum, ff. si cert. petat. num. 8. Roland. cons. 54. Panormit. in cap. inter alia de immunit. Eccles. Aufrer. in addit. ad Cappell. Tholos. decis. 422. Didac.* ait hanc esse communem opinionem, *in lib. 2. var. resolut. cap. 20 num. 24. vers. sed profectò Petr. Pech. in tract. de man. iniect. cap. 6. in princip.* vbi multos allegat, & hanc esse veram, & communem opinionem ait *Purpurat. in d. l. vinum, ff. si cert. petat.*

33 Contrarium tenuit *Iason in dicta l. vinum num. 6. Euerard. in sua centuria in loco à tempore ad locum, versic. hinc etiam*, vbi ait se hoc vidisse seruari, & *Boer. in decis. 215. num. 3.*

34 Sed tenendo primam opinionem vti communem, amplia eam procedere, etiam in Monastetijs Monachorum, vt ait *Alex. cons. 145. incipien. viso Themate lib 7. & Petrus Pech. in præcit. loco num. 2.*

35 Amplia secundò, eò magis procedere in Hospitalibus, *vt ait idem Petrus in d. nu. 2.* vbi hanc regulam alijs duobus modis extendit.

36 Sed tenendo illam opinionem Iasonis, declara eam procedere posse in mercatoribus fallitis, & præsertim eo modo, quo loquitur Constitutio Pii V. contra fraudulenter decoctores, quia isto casu posset meritò obtineri licentia vt ab Ecclesia isti extraherentur, vt ait *Boer. in dicta decis. 215. vbi testatur ita fuisse seruatum, & Didacus variarum resolutionum cap. 20. num. 14. versic. Nec Iasonis argumentatio testatur pluries ita fuisse seruatum.*

Vltimò hic erit notādum, quòd aliud genus assecurationis reperitur in iure, quæ vocatur affida, siue potius saluus conductus, qui de ordine Principis alicui conceditur in aliqua illius Ciuitate commorari volenti, ne ibi ob æs alienum iam contractum molestetur, quod vti publicam vtilitatem respiciens de iure fieri potest; nàm interest Reipublicę vt Ciuitates, & loca liberis hominibus repleātur, cum magnitudo Principis sit multitudo Populi, vt in illis terminis ait *Seraphin. de priuileg. Iuram. priuileg. 22. num. 18. Azor. in 3. parte instit. moral. fol. mihi 395.*

38 Extende prędicta adeò de iure sustineri, vt propterea securitas ista sapiat naturam pacti, siue contractus, vt in eiusdem terminis ait *Surd. in decis. 301. num. 1.* & per consequens à Principe venit seruanda, & pręsertim quando affidati, siue assecurati aliquid huiusmodi affida consequenda soluerent, quia tunc ea vtį titulo oneroso acquisita in naturā contractus transiret, & sic Principem ad illius obseruantiam cogeret, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 518 num. 3. & seq. & decis. 1082. num. 3. & decis. 1271. num. 2.*

Et ista affida tantò magis videtur ex parte obtinentis eam onerosa, & ex altera Principis affidantis lucratiua, quia affidatus propriam domum deserit, vt alteram alterius Principis in illius vtilitatem, & magnitudinem inhabitet, quia Princeps hoc modo subditos acquirit.

39 Extende secundò id in tantum esse verum, vt propterea affidatus stante huiusmodi saluo conducto non poterit aliundè conueniri, & postea mandata ibi in loco affidato contra eum executioni de mandari; alias esset velle cū p indirectū illius beneficio defraudari, quod non est permittendum, vt ait *Surd. d. decis. 301. num. 7.*

40 Extende tertiò, quòd huiusmodi assecuratio suffragetur affidato, etiam quoad illius debita iuramento munita, vt

vt ait *Boer. in decis.* 296. motus ex ea ratione, quia hodie creditores omnes volunt eorum credita iuramento firmari, & propterea merito quidem ait id, quod dicitur de iuramento hodie non seruari, aliàs ista assecuratio efficeretur pœnitus inutilis ac elusoria, idem ait *Gabr. in conclus. 5. num. 22. de iureiur. & Seraph. in d.priuileg. 22. num. 18.*

ARGVMENTVM.

DE ASSENSV SVPER FEVdis, & contractibus per Dominum præstando.

CONCLVSIO CLIV.

1 ASSENSVS nota, quòd dicitur mera gratia, & præsertim in Regno Neapolis, & est stricti iuris, & propterea strictè interpraetandus venit, *vt ait Coler. in sua summa decisionum tit. 36. num. 3. Franch. decis. 71. num. 16. & decis. 153. num. 23. Surd. decis. 203. num. 5. & decis. 220. Afflict. decis. 398. num. 5. & idem Franch. decis. 695. num. 3.*

2 Sed est benè verùm, quòd ille naturam assumit illius dispositionis, super qua interponitur, vt ait *Franch. decis. 153. num. 22.* & multa quoque in hac materia inuenies in verbo Alienatio Conclusione 87.

Verum quia ad hoc, vt in acquisitionibus feudorũ assensum Principis, quis valeat consequitur prius de re feudali constare deber; idcircò vltimus status releuat ab onere probandi illius qualitatem, nisi constet de anteriori contrario, vt fuit decisum in *Romana Legitima Luna 22. Iunij 1615 coram Card. Verospio*, & in hac materia causæ feudalis ea est remittẽda ad suum Iudicem vt ait *Card. Caualer. deci. 137. num. 4.* & si illud feudum erit Ecclesiasticum, tunc ea coram Episcopo Domino, siue eius officiali erit cognoscenda, *idem Card. Caualer. decis. 157. num. 2.*

3 Vndè ex predicta regula infertur primò, quòd assensus requiritur in alienatione feudi, & nunquam præiudicat, nisi quoad expræssa tantum, vt ait idem *Coler. in dicta decis. 63. Anna in suo singular. 36. & Borellus in præcitato loco num. 1.*

4 Infertur secundò, quòd neque ille trahatur ad ea, quæ Dominus non cogitauit, & propterea licentia data indefinitè de contrahendo semper restringenda venit ad illud instrumẽtum super eo contractu narrato, cum assensus specialiter concessus ad vnam speciem ad aliam non extendatur, vt ait *Surd. in sua decis. 189. num. 34. & 35.*

5 Infertur tertiò, quòd assensus præstitus super venditione facienda ad iam factam non extenditur, vt ait *Garz. in decis. 37. Ann. in singul. 40. Franch. decis. 113. num. 11. & Vrsill. ad Afflict. dec. 331. nu. 1. 2. & 11.*

6 Extende idem pari modo è conuerso procedere, nempè quòd assensus super venditione facta præstitus ad faciendam non trahatur, vt ait idem *Franch. in sua decis. 195. nu. 1. & Afflict. decis. 355. num. 2.*

7 Extende secundò, prædicta procedere in eo, qui vendidisset feudum absque Regio assensu, & postmodum hanc alienationem reuocasset, quia etiamsi postea emptor assensum obtinear, & vẽditionem dictum primum contractũ ratificaret, nihilominus ille assensus ad dictam ratificationem non extenderetur, sed nouus esset necessarius, vt ait *Garz. decis. 22. & Riccius in collect. 863. parte* 4. qui loquuntur in terminis Constitutionis Diuæ memoriæ Regni Neapoli.

8 Infertur quarto, quod assensus præstitus, vt vendatur Titio non suffragatur, si postea venderetur Sempronio, cum regulariter consensus præstitus in vno non suffragetur in alio, vt ait *Surd. decis. 189. num. 33. & decis. 325. num. 9. & alij allegati à Borello in sua summa tit. 36. num. 24.*

9 Et ratio est ea superius assignata, nẽpè quia consensus ad incogitata non trahitur, idem *Surd. decis. 102. num. 19. & ita fuit dictum à Rota in vna Maceraten. Transactionis, Lunæ 9. Maij 1594. coram Litta.*

Secus autem quando essemus in assensu Regio concessa Titio alienandi feudum, quia tunc ille prodesset hæredi Ti.

di Ti.

di Titij ante alienationem decedentis, veluti dicitur si Rex ante alienationem decedat, quia tunc consensus noui Regis non esset necessarius, quando primus fuit perfectè concessus, vt ait *Capyc. in sua decis.* 121. *num.* 11. neque huic obstat, quòd in sequenti illatione dicatur assensum non extendi de persona ad personam, quia id intelligendum venit de vna persona extranea, ad aliam q; secus est de persona patris ad eã filii, qui inuicem vna, & eadem persona esse censentur, & præsertim in materia acquisitionis *auth. à iure iurando à mori etiam præstito*.

10 Infertur quintò, quòd assensus non extendatur de re ad rem, nec de persona ad personam, neque de tempore ad tempus, vt ait *Franch. dicta decis.* 105. *num.* 2. *Afflict. decis.* 335. *num.* 17. *& Surd. decis.* 325. *num.* 9. *idem Franch. decis* 71. *num.* 16. *& decis.* 153. *num.* 24. *Regni Neapol.*

11 Vnde videmus, quòd concesso assensu ad vnum tempus eo elapso euanescere censetur, *Bero. cons.* 123. *nu.* 9. *vol.* 1. *Corbul. de caus. priuat. ob alienat. ampliat.* 7. *& Surd. decis.* 203. *n.* 9.

12 Item videmus etiam, quòd assensus præstitus super debito principali non extenditur ad pœnam, & interesse, si de eis nil fuerit dictum, vt ait *Marc. Ant. Pul. ad Afflict. decis.* 335. *vers. est tamen verum.*

Contrarium tamen esset, vbi assensus fuisset generaliter alienationi cõcessus, quia tunc alienatio cuicumque fieri posset, veluti quoque si in instrumento debiti esset data facultas capiendi propria authoritate, vendendi, & alienandi, & Rex simpliciter assentiret, vt ait *Capyc. in decis.* 51. *num.* 10.

Extende hanc secundam opinionem eò magis procedere, vbi in inuestitura fuisset adiecta ea clausula ad vendendum, & alienandum inter viuos, ac in vltima voluntate, vt ait idem *Capyc. in decis.* 64. *n.* 3.

Contrarium licèt videatur sentire *Vrsill. ad Afflict. decis.* 335. *num* 11. *&* 12. *& veluti inferius dixi sub nu.* 51. *vbi recurras.*

13 Infertur sextò, quòd assensus corruat nisi omnes conditiones, & qualitates in eo appositæ, & reseruatæ verificentur, vt ait idem *Surd. dicta decis.* 189. *num.* 32. *& Borell. in præcit. loco num.* 26.

14 Vndè assensus præstitus super pacto retrouendendi intra tempus à partibus taxandum, non procedit pro eo tempore à paribus postea prorogato; & ratio est, quia assensus restringitur ad primam taxationem, quam partes fecerunt, sed nõ ad illius prorogationem, idem *Surd. dicta decis.* 189. *num.* 32.

15 Et propterea videmus etiam, quòd ad hoc, vt assensus teneat, nedum est necessaria facultas disponendi, & nominatio personarum ad contractum cõcurrentium, sed etiam modus erit verificandus, vt ait *Franch. decis.* 153. *n.* 27.

16 Infertur septimò, quòd licèt assensus sit præstitus super singulis in concessione Baroniæ contentis, tamen si sit difformis à concessione respectu seruitij illam concessionem non validat, sed tunc nouus assensus esset necessarius, vt ait idem *Franch. decis.* 154. *num.* 5.

17 Infertur octauò, quòd assensus de nouo sit necessarius, quando res retroceditur in eum, qui aliquam rem particularem feudi iam transtulerat, etiamsi super illius alienatione assensus præstitus iam fuisset, vt ait idem *Franch. decis.* 48. *num.* 5. *& Surdus decis.* 173. *num.* 2.

18 Et ratio est, quia postquàm feudum fuit concessum mediante Regio assensu & in Quaternionibus Cameræ Regiæ fuit descriptum, necnon pro eo fuerat ab hæredibus solutum releuium, tunc assumpserat naturam feudi quaternati, & propterea in eius retrocessione nouus erat necessarius consensus, idem *Franch. dicta decis* 48. *nu.* 4. *& Capyc. decis.* 156. *col. penult. versic. nec obstat quintum, & Vrsill. ad Afflict. dec.* 282. *num.* 1.

19 Fallit tamen primò, quando resolutio, siue retrocessio veniret ex natura contractus, quia tunc assensus præstitus super contractu ad illius quoque resolutionem traheretur, vt ait *Surd. decis.* 220. *num.* 32. *& decis.* 344. *num.* 32.

20 Et ratio est, quia assensus extenditur secundum naturam contractus, super quo interponitur, vt ait *Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap.* 235. *incipien. Et circa*

circa num. 2. fol. 129. Surd. dicta decis. 220. num. 29. & nouissimè Borell. in sua summa decisionum titulo 36. num. 8. & veluti latius inferius dicetur.

21 Extende propterea, quòd assensus extendatur ad pœnam, & interesse, necnon ad alia accessoria, quæ veniunt ex natura contractus, quia sunt vnum, & idem cum contractu, semper illius naturam assumendo, & ad illius connexa semper se extendit, Marin. Frecc. de subfeud. Baron. lib. 2. quæst. 11. num. 15. & Bursat. cons. 29. num. 18. volum. 1. Afflict. decis. 335. idemque comprobat Vrsill. ibidem sub num. 14.

22 Contrarium licèt dicat Marc. Ant. Put. ad Afflict. d. dec. 335. vers. est tamen verum.

23 Cóncorda, vt prima opinio procedat, quando pœna, & interesse necessariò ex natura contractus veniret; Secunda verò quando secus, & tunc ea non veniret, nisi de eis fuerit conuentum expresè, vt dicunt Doctores supra citati.

24 Fallit secundo, quando contrahens agere vellet ad resolutionem contractus ob ænormem læsionem, quia tunc nonus consensus non esset necessarius, vt ait Surd. decis. 182. num. 6. Frecc. de subfeud. Baronum. lib. 2. quæst. 2. nu. 9. & Borell. d. tit. 36. n. 53.

25 Infertur nono, quòd idem assensus sit necessarius in ratificatione alienationis rei feudalis, si in illius alienatione fuerit necesse eum præstare, vt ait idem Surdus decis. 159. n. 9. Vrsill. ad Afflict. dec. 285. n. 17.

26 Fallit tamen si in promissione de ratificando assensus reperiretur præstitus, quia tunc alia ratificatio non esset necessaria, veluti in simili dicitur de eo, qui promittit dotem constituere, quia ea promissio eam vim obtinet, acsi dos constituta fuisset, vt ait idem Vrsill. vbi supra num. 18. & prius decis. 61. & decis. 435. num. 16.

27 Extende primò, quòd etiam in cessione feudi dictus assensus exigatur, vt ait Franch. dec. 126. n. 1.

28 Contrarium licèt teneat Capyc. in decis. 156. num. 1. & 2. & præsertim, quando cessio esset facta in augumentũ feudi, & sic Domino esset vtilis, & quãdo habiliori, & aptiori ad seruiendum fieret, vt ait idem Capyc. d. decis. 156. num. 3.

29 Extende secundò multò magis prædicta procedere in illius feudi alienatione, vbi assensus omnino erit necessarius vt ait Afflict. in decis. 365. num. 67.

30 Contrarium tamen esset, quando alienatio esset facta per subfeudatariũ Domino immediato, quia tunc assensus non requiritur, nisi feudũ esset quaternatum, vt ait Franch. decis. 48. num. 1. & Capyc. dicta decis. 156. num. 21. Vrsill. ad Afflict. decis. 398. num. 1. & seqq. & Viu. dec. 240. n. 2.

31 Et ratio istius secundæ opinionis est, quia contractus celebratus cum eo, cuius consensus requiritur, sine illius assensu valet, vt ait Freccia in quæst. 31. per tot. & Franch. ibi sup. n.

32 Extende hanc secundam opinionem etiam procedere in alienatione facta præsente Domino, quia tunc assensus non est necessarius; quod tamen intell. lige procedere de iure communi, at secus in Regno, vt ait idem Capyc. in d. decis. 156. num. 23. & veluti inferius dicetur in vers. Concorda sub nu. 61.

33 Fallit tamen illa secunda opinio, quando essemus in alienatione subfeudi alteri personæ, quàm Domino facta, quia tunc assensus Baronis erit necessarius, vt ait Afflict. in decis. 244. & Riccius in sua collect. 50. in vltimis verbis par. . . Viuius decis. 240. num. 2. & Vrsill. in dicta decis. 398. num. 1. cum seqq. sed vide ea, quæ dixi in hac materia in conclus. 173. sub num. 12. & ibi latè.

34 Infertur decimò, quòd assensus Baronis, siue Regis, vel vtriusque, quando est necessarius in alienatione feudi, tũc non solum impetrari debet super vẽditione, sed etiam super pacto de retrouendendo, alias vnicus tantum non sufficeret, vt ait idem Franch. dec. 126. nu. 1 & Surd. dec. 344. nu. 5.

35 Et ratio est, quia licèt ista venditio sit facta ad tempus, & non sit perpetua, nihilominus dicitur vera venditio, ita vt emptor re tradita verus Dominus efficiatur; nec refert ad hoc, vt sit vera venditio, quòd ea sit perpetua, vel ad tẽpus, purè, siue sub conditione, in scriptis, vel sine scriptis, & inter præsentes,

aut

aut absentes, vndè cum feudum ob illam venditionem alteram naturam à prima diuersam assumpserit; Idcircò nouus consensus Domini videtur necessarius, vt fuit dictum in materia istius venditionis, nempè quod ea vera venditio, dicatur à Rota in *vno voto super Bulla iuris congrui coram Robusterio*, *& text. est in l. fin. C. de legib. in verbo Contractus*, *Bald in cap. 1. sub num. 8. vers. item emptio de feud. dat. Tiraquel. de retract. lign. g. §. 1. glos. 14. num. 88. & ita fuit quoque dictam in alia Romana retractus Palaÿ in Monte Iordano 19. Nouemb. 1604. coram Iusto.*

36 Contrarium tamen ait *Surd. decis. 220. & decis. 321. num. 6. & dec. 344. nu. 52.* vbi tenet, quòd consensus non sit necessarius in retrouenditione, quando res fuit vendita cum consensu Domini adiecto pacto retrouendendi, *Vrsill. ad Afflict. dec. 232. sub n. 7. & ita fuit decisum à Rota in Messanen. Baronig, seu illegitimitatis, Veneris 8. Februarÿ 1608. coram Gregor. XV. quæ est in eius impressis decis. 354. num. 13. & ita tenent alÿ Doctores allegati à Borello in d. tit. 36. nu. 38.*

37 Et ratio istius secundæ opinionis est, quia Dominus nullo modo potest denegare licentiam vasallo, siue emphiteutæ, si tamen non esset inimicus, siue inhabilis, aliàs eam denegando ei iniuriam inferre diceretur, vt ait *Surd. ibi supra dicta decis. 344. num. 53. & 54. & Vrsill. ad Afflict. decis. 335. nu. 14. & 15. idem Surd. dec. 182. n. 12.*

38 Et in omnem euentum licentiæ nota, quòd ille assensus impetratus super obligatione feudi semper intelligitur impartitus, quatenus alia bona libera non extent, vt fuit millies decisum à *Rota, & signanter in decis. 266. per Gregorinm XV. & dec. 96. & 209. par. 2. in recentior. & in materia assensus in feudis, ait Vrsill. ad Afflict. decis. 385. num. 1. vers. benè verum est, & alÿ alleg. à Borell. in prac. loco n. 51.*

39 Sed tenendo primam opinionem, quæ vult in retrouenditione assensum requiri, extende eam procedere, siue assensus ille esset per emptorem, siue per venditorem obtinendus; & ratio quia cum contractus ex voluntate, & pacto cōtrahentium dicatur indiuiduus idcircò si in vno corruat in totum quoque corruere dicitur, *vt ait idē Franch. decis. 126. nu. 2.*

40 Infertur vndecimò, quòd etiam in pacto de vendendo sit adhibendus assensus, *vt ait Franch. dec. 48.*

41 Contrarium licèt fuerit decisum per *Senat. Cons. Neapol. vt ait D. de Ponte in suo cons. 86. quem allegat, & sequitur Riccius in sua collect. 888.* vbi ait, quòd iura prohibentia alienationem rerum feudalium sine assensu Domini, per quem ius quæratur in feudo, solum comprehendunt effectualem venditionem, donationem, & similes, sed non promissionem de vendendo, quia aliud est vendere, quàm promittere vendere, *vt ait idem de Ponte in cons. 85.*

42 Fallit tamen in pacto de non petendo, vbi assensus est necessarius, *vt ait Capyce. in dec. 156. n. 19.*

43 Infertur duodecimò, quòd assensus obtentus per Patrem à Rege in venditione feudi non sufficit si consensus filii, non concurrat, & propterea illud à filio reuocari poterit, quòd tamen declara procedere, quando essemus in feudo antiquo ex pacto, & pronidentia, & in quo iure Franchorum viuitur; quia in istis casibus venditio de eo facta per Patrē sine consensu filii non tenet, secus autem, quando esset nouum, siue antiquum, sed hæreditarium, quia tunc quando est nouum Pater alienare potest sine consensu filii; veluti quoque facere potest in hęreditario si filius non esset hæres, & quando esset, tunc vti talis teneretur seruare factum defuncti Patris. Sed si illud esset feudum ex pacto, & prouidentia, tunc confecto inuentario à filio reuocari posset, vt ait *Afflict. in sua decis. 112. num. 1. cum seqq.* & ibi docet quando nouum, siue antiquum dicatur.

44 Declara tamen, quòd si essemus in feudo hęreditario, tunc assensus Regius non requiritur in dispositione facta in beneficiū illius hęredis in dicto feudo successuri respectu dicti hæredis, at secus respectu tertii, qui, vebi gratia, emisset sub hasta, & super emptione Regium assensum haberet, vt ait *Franch. decis. 153. num. 29. vide Milanen. decis.*

decis. 1. *num.* 159. *lib.* 1. *& decis.* 7. *nu.* 8. *& Borell. in d. sua summa decis. tit.* 36. *num.* 27.

45 Infertur decimo tertiò, quòd neque assensus vnquam validat actum, qui esset inualidus præterquam ex defectu consensus, vndè si essemus in alienatione rei minoris, quæ ex defectu solemnitatum esset nulla, assensus eo casu non esset sufficiens eius defectum sanare, vt ait *Franch. decis.* 304. *num.* 11.

46 Infertur decimoquartò, quòd pari modo assensus requiratur in solutione pretij, ex re feudali prouenti, quia illud creditoribus non consignatur, si ipsi assensum prædictum non habeant, vt ait *Anna in suo singul.* 204. *& Franch. dec.* 64. *num.* 18.

47 Extende id quoque procedere, etiā si isti creditores sine assensu anteriores essent, quia vendito feudo ad instantiam creditorum, illi solum ex ea pecunia satisfiunt si assensum habeant, vt ait *Franch. in d. sua dec.* 64. *nu.* 18.

48 Fallit tamen si quis feudum emisset cum pacto de retrouendendo, & postea contraxisset debita cum assensu, & sine, quia tunc facta illius redemptione tenebitur creditoribus anterioribus, etiā sine assensu, veluti testatur ita fuisse decisum, idem *Franch. dicta dec.* 64. *n.* 18. *in fine.*

49 Infertur decimoquintò, quòd nec etiam reseruatio facta de assensu sufficiat, quando est tradita possessio etiamsi adesset illa clausula, nec aliàs, nec aliter nec alio modo, vt ait *Franch. decis.* 67.

50 Extende quòd neque etiam dicta clausula sufficiat, quando emptor litigat vsque ad sententiam, vt ait idem *Franch. ibi supra.*

51 Infertur decimò sextò, quòd licèt per Dominum fuerit data facultas vasallo alienandi feudum, non per hoc tamen censetur ea concessa sine assensu etiam si verba esser ampla; & ratio est, quia illud nunquam concedi videtur, quod verisimiliter, quis concessurus nō fuisset; Licèt tamen id fallat in emphyteuta, cui data licentia alienandi competit ius alienandi fundum sine consensu Domini, vt ait *Rom. in suo singul.* 475 *incipien. Emphyteuta, & Vrsill. ad Afflict. in decis.* 335. *num.* 11. *&* 12.

Et licèt *Capyc.* videatur sentire contrarium *in sua decis.* 64. *num.* 3. dum ibi ait, quod assensus non sit necessarius, quādo in inuestitura fuisset adiecta ea clausula ad vendendum, & alienandum, tam inter viuos, quàm *in* vltima voluntate; Nihilominus huiusmodi opiniones facile inuicem conciliari possūt, & sic vt prima procedat, quando verba in inuestitura opposita essent ampla, sed non apta tamen ad transferendum dominium, vt est illa clausula ad vendendum, & alienandū, & veluti dicitur de ea quoque ad habendūm, vt dixi in *Consil.* 84. *sub num.* 85. secunda verò opinio procedat, quando secus.

52 Sed redeundo ad id, quod dicebatur de necessaria assensus præstatione; nota, quòd tunc dicitur concessus assensus, & præstitus, quando in scriptis fuit sigillatus, aliàs secus, vt ait *Afflict. decis.* 253. *num.* 2. & veluti latius mox dicetur.

53 Et ratio est, quia sigillum est substantiale literarum Regiarum, quæ enim literæ Principis materialiter consideratæ sunt solum probatio tituli; secus autem si intellectualiter, vt ait *Afflict. dicta dec.* 253 *num.* 2. *&* 3.

54 Extende primò id in tantum valere, vt propterea assensus Regius non suffragetur in alienatione feudi, si solum fuerit concessus per verbum (*fiat*) manu ipsius Principis in memoriali ei ad id oblato conscriptum, quia dictus assensus non valet, nisi fuerit expeditus in forma Regiæ Cancellariæ, vt ait *dictus Afflict. in præcitato loco, & decis.* 243. *num.* 4.

55 Extende secundò idem procedere, quando assensus non reperiretur registratus intra tempus in Regia Camera, quia tunc pro non præstito habetur, vt ait *idem Afflict. decis.* 434. *num.* 10.

56 Sed nota, quòd hodie secundum nouellam Pragmaticam Regni Neapol. opus est registrari assensum cum sigillo pendenti infra octos menses, aliàs in memoriali expeditum non valeret, vt ait *Vrsil. ad Afflict. decis.* 253. *num.* 4. *& Franch. dec.* 663. *num.* 2

57 Contrarium, quòd scilicet memoriale expeditum per illud verbum, Fiat, faciat gratiam perfectam, veluti etiam si dice-

diceretur, fiat iustitia in memoriali, quia illa duo verba important, quòd iudex cognoscat, & decidat, & quòd propterea, ob verba similia fuerit decapitatus Corradinus, apposita in rescripto Papæ in signatura executionis iustitiæ, refert idem *Vrsill. ibi supra dicta decis.* 253. *num.* 1 *&* 2.

58 Sed est benè verum, qoòd assensus probari potest per testes, si de eo non apparet in scriptura, vt ait *Afflict. decis.* 398. *num.* 9. *& ibi Vrsill. & cæteri allegati in præcitato loco num.* 20. *à d. Borello.*

59 Quod tamen intellige verum, si dictum eorum in scriptis redigatur; aliàs secus, vt ait idem *Afflict. decis.* 243. *num.* 3.

60 Extende, quòd etiam assensus materia recipiat interpretationem, per verba æquipollentia, quando tamen idem significant, vt ait *Franch. in decis.* 105. *num.* 5. & in dubio quilibet alius consensus præsumitur, ex lapsu triginta annorum, vt ait *Rota decis.* 354. *num.* 15. *penes Greg. XV.*

61 Concorda tu tamen prædictas opiniones tali pacto procedere, nempè, vt prima procedat, quando essemus in Regno Neapolis, quia ibi requiritur, quod assensus sit expressus, vt disponit *Federic. in sua constit. vt refert Borell. in præcit. loco, & Capic. decis.* 156. *num.* 23. *& alij per eundem Borell. allegati in dicta sua summ. decis tit.* 36. *num.* 14. Secunda verò procedit extra illum Regnum, quia tunc tacitus sufficeret, vt puta, quando alienatio fieret præsente, & tacente Domino, *Capyc. d. decis.* 156. *& alij allegati à Borello ibi sup. num.* 11.

62 Sed animaduertas, quòd quando aliqua res, cum assensu venditur, tunc feudalis præsumitur, *Afflict. decis.* 267. *num.* 14. *& Grammat. decis.* 77. *num.* 12.

63 Reassumendo autem principalem conclusionem in ea parte, vbi loquitur de rigore in præstatione assensus seruando; declara primò eam non procedere, quando alienatio feudi fieret in personam approbatam à Domino, qoia tunc illius assensus non esset necessarius, vt ait *Surd. in decis.* 343. *num.* 11.

64 Vndè si agnatus, verbi gratia, feudū alienat in inuestitura compræhensum, vel si emphyteuta in alium emphyteutam rem emphyteuticam transferret, tunc consensus Domini non est necessarius, vt ait idem *Surdum decis.* 343. *num.* 12.

65 Velutì eodem modo procedit, quan do alienatio feudi paterni in proximè successurum esset facta, quia tunc Regius assensus non esset necessarius, vt ait *Milanen. in sua decis. Sicil.* 7. *nu.* 8. Secus tamen, quando feudum esset hereditarium, & alienatio fieret in remotiorem, quia tunc talis alienatio assensum exigit, vt ait idem *Milanen. decis.* 1. *num.* 159. *lib.* 1. *& cæteri allegati à Borello in dicto titulo* 36. *num.* 27. *de assensu.*

66 Declara secundò non procedere, veluti si essemus in cōsecutiuis, ad quæ assensus extenditur; & proptereà nota, quòd si in obligatione bonorum interueniret assensus, tunc iudex posset sine alio assensu suum decretum interponere, tanquam consecutiuum ad assensum Regium, vt ait *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 335. *num.* 15. *&* 19.

67 Extende primò, huiusmodi declarationem adeò esse veram, vt si assensus præstetur super contractu principali, trahatur etiam ad ea omnia, quæ pro illius executione fieri debēt, vt ait *Surd. decis.* 344. *num.* 48. *&* 53. *& prius decis.* 321. *num.* 4. *& Afflict. dicta decis.* 335. *num.* 20.

68 Extende secundò, quòd dictus assensus præstitus super contractu extendatur quoque ad distractum, vt ait idem *Surd. d. decis.* 344. *num.* 32. *& prius dec.* 210. *num.* 23. *& Borell. & alij ab eo citati ibi supra num.* 54.

69 Extende tertiò, quòd idem assensus venditioni præstitus trahatur etiam ad resolutionem, quæ fit in vim *l.* 2. *C. de rescindend. vendit.* vt ait idem *Surd. decis.* 182. *num.* 6. *& decis.* 220. *num.* 24. *& decis.* 344. *num.* 24. *Borell. d. tit.* 36. *num.* 8. *de assensu, & consensu.*

Vndè videmus, quòd assensus semel præstitus in concessione feudi pro dote, amplius non erit necessarius in restitutione ficta per solutionē matrimonij, vt ait *Capyc. decis.* 182. *num.* 12.

Ggg Extende

70 Extende quartò, quòd assensus omne illud compræhendit, quod fit tacitè per subauditum intellectum à lege, vt ait *Surd. d. decis.* 344. *num.* 30.

71 Vndè ad id nota, quòd si concedatur assensus, siue licentia testandi de feudo, tunc ille operatur pro illa vice, vt de re allodiali disponere possit, & sic cõ cessionarium capacem reddit, vt dicũt *Alber. Brun. cons.* 1. *num.* 56. *& Franc. Burs. in cons.* 22. *num.* 10. *lib.* 1.

72 Subextende eodem modo procedere in obligatione Camerali, quæ licet sit odiosa, & strictè interpretanda; nihilominus extenditur ad ea, quæ tacitè, & in consequentiam veniunt, & proptereà videmus, quòd obligatus de soluenda dote in forma Cameræ, potest eã quoque executiuè repetere, etiamsi de restitutione nil fuerit dictum, quia illa obligatio Cameralis facta pro dote soluenda, illius restitutionem eodem modo in ventre continere dicitur; Immò etiam ad ea, quæ ex iuris interpretatione veniunt dicta Cameralis obligatio extendi potest, quando tamen quis non per viam actionis, sed per eam replicationis veniret, vt ait *Zacchias de obligat. Camer. quæst.* 31. *num.* 15. *& seq. cart. mihi* 179. *& ibi decisiones Rotæ allegantur*, & in prædictis terminis ait *Surd. decis.* 182. *num.* 5.

73 Rursus subextende id, quod fuit dictum de extensione facienda de obligatione Camerali, procedere etiam in instrumento guarentigiæ, vt ait *Zacchias in præcitato loco, cum alijs ibi per eum allegatis.*

74 Extende quintò, quòd ille assensus ad connexa quoque extendatur, nec nõ ad omnia illa accessoria, quæ veniunt ex natura contractus; & ratio est, quia illud pro expresso habetur, quod necessario in consequentiam venit, *vulg. l. cum quid, & ibi scribentes omnes, ff. si cert. petat. & Surd. decis.* 182 *num.* 7. *& decis.* 210. *num.* 29.

Quod quidem subextende procedere etiam, quòd essemus in materia stricta, & vbi expressio esset de forma, idem *Surd. consil.* 143. *num.* 20. *& consil.* 294. *num.* 21. *& decis.* 254. *num.* 37. *cum sequentibus, & Gratian. lib.* 3. *disceptation. cap.* 586. *num.* 43 *& seq.*

75 Extende sextò, quòd assensus præstitus super alienatione feudi, censetur etiam præstitus super alienatione partis illius, vt ait *Vrsill. ad Afflict. decis.* 107. *num.* 8. & ratio est, quia valet argumentum de toto ad partes, veluti dixi in verbo Argumentum num. 120. nec non etiam, quia feudum solet esse indiuiduum, vt dixi iam in verbo Legitima, vbi recurras.

76 Declara tertiò dictam principalem conclusionem non procedere, quando essemus in ijs, quæ respicerent fauorẽ doris; cuius enim contemplatione impetrari potest assensus super feudalibus, post mortem viri alienatis, vt ait *Frãch. decis.* 86. *num.* ..

77 Extende, quòd pari modo dictus assensus impetrari possit per vxorem mortuo eius viro, super obligatione bonorum feudalium à dicto eius viro pro assecuratione suæ dotis facta, non obstante, quòd hæres mariti reuocauerit illam obligationem à dicto marito ad fauorem vxoris, ex defectu Regij assensus nulliter factam; alias vxor sub bona fide ab hærede mariti sua dote fraudata veniret, quod quidem valdè inconueniens esset, cum semper in contractibus fraus, & dolus intelligantur excepti, vt ait *Afflict. decis.* 111. *num.* 1. *cum sequentibus, & Capic. decis.* 156. *num.* 7. *& Borellus in præcitato loco, num.* 47.

Licèt secus veniret dicendum extra casum dotis, quia regulariter assensus Regius præstari non potest in alienatione mortuo alienante, nisi hæres consentiat, & sic nisi super isto assensu alius assensus impetretur, vt ait *Capyc. decis.* 115. *num.* 4.

78 Contrarium tamen illi extensioni tenuit idem *Afflict. decis.* 335. *num.* 14. vbi ait, quod assensus impetratus post reuocationem, obligationis bonorum feudalium nihil operatur; & ratio ea est, quia assensus Regius superueniens post venditionem, siue aliam obligationem reuocatam non inuenit principium conseruabile, neque materiam in statu validandam,

vt ait

vt ait *Capyc. decis.* 100. veluti eodem modo dicitur de consensu Episcopi in donatione iurispatronatus mortuo donatore, quia tunc ille consensus vllum præiudicium hæredi minimè inferre potest, vt ait *Vrsill. ad Afflict. in d. decis.* 111. *num* 9 & *Magon. dec. Florent.* 49. *num.* 22. Sed de hoc consensu per Episcopum præstando in creatione iurispatronatus, vide quæ dixi infra sub *num.* 122. & *seqq.*

79 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, ob fauorem dotis, ne mulier indotata remaneat, & sic ne in dedecus viri mendicare cogatur, siue etiam procederet, quando reuocatio reperiretur dolosa. Secunda verò opinio procedit, quando essemus in casu non priuilegiato, siue quando reuocatio obligationis defuncti esset bona fide facta, vt ait *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 335. *num.* 6. & *prius in decis.* 111. *num.* 8.

80 Sed primam opinionem tenendo extende primò eam multò magis procedere, si alienatio esset facta ex causa necessaria onus feudi respiciente, vt est illa de vita, & militia, vt ait *Vrsill. dicta decis.* 335. *num.* 8. & quòd vita, & militia sit onus feudi, & loco portionis dicatur, ait *Afflict. decis.* 43. *num.* 2.

81 Extende secundò prædicta præcipuè procedere in Regno Neapolis, vbi mulieribus illius Regni concessum reperitur, vt assensus Regius præstitus intelligatur in instrumento dotali, quia eo loci feuda pro dote obligantur, vt ait *Ricciius in sua collect.* 743. *par.* 4.

82 Et id quod dicitur de dote procedit etiam in donatione propter nuptias, & antefato, vt ait *Vrsill. ad Afflict. decis.* 291. & *decis.* 385. *columna prima in princip.*

83 Subextende primò, id quoque procedere, etiam si maritus, siue dotans fuc cessore carerent; veluti ita fuisse decisum testatur *D. de Ponte in suo tract. de potest. Proreg. fol.* 251. quem allegat *Riccius in præcit. loco.*

84 Subextende secundò, idem procedere, ne dum in feudis priuatis, sed etiam in titulatis, vt refert pariter ita fuisse decisum idem *de Ponte ibi supra num.* 37. & *etiam Riccius ibidem.*

85 Extende tertiò dictam primam opinionem procedere, etiam in casu, vbi maritus delictum commisisset, sed nõdum de eo esset accusatus quia isto casu præstandus esset assensus per Dominum, non solum de dote, verum etiam de antefato, vt ait *Afflict. decis.* 385. *num.* 1. & *Riccius in sua collectan.* 50. *part.* 1. & *Borell. in præcitato loco, num.* 44. *tit.* 36.

86 Extende quartò, quòd neque in feudis planis, & de tabula rusticis habet locum reuocatio, nec minus Vasalli tenentur contribuere in donatiuis, neque in eorum alienationibus est necessarius Regis assensus, sed de communi obseruantia Regni sufficit solùm ille Baronis, vt ait *Vrsill. ad Afflict. decis.* 243. *num.* 1. & 2.

87 Secùs autem in alienatione feudi quaternati, quod etiam à Barone tenetur, quia tunc assensus vtriusque Domini, scilicet Regis, & Baronis est necessarius, vt ait *Andreas Capyc. & Frecc. allegati à Franch. in decis.* 144. *num.* 3.

88 Contrarium tamen, si essemus in feudo plano, & de tabula non quaternato, quia illud in alienatione superioris assensum non requirit, vt ait *Afflict. decis.* 243. *num.* 2. & 3. & *Borell. in d. sua summa tit.* 36. *num.* 39.

89 Declara tamen, quòd in casu vbi reuocatio alienationis dictorum bonorum feudalium intrat, tunc est necessaria sententia super reuocatione, vnà cum partis citatione, vt ait *Vrsill. d. decis.* 111. *num.* 9.

90 Sed reassumendo id, quod fuit dictum de priuilegio mulieris super impetratione Regii assensus; Limita primò, illud non procedere, quando assensus per vxorem impetratus alicui præiudicium inferret, quia tunc ad illius fauorem retrahi non posset, vt ait *Franch. decis.* 86. *num.* 2. & 4. & *Afflict. decis.* 179.

91 Contrarium tamen, quando essemus in obligatione de euictione alicuius rei, quia tunc ad eam assensus retrahitur, vt ait idem *Afflict. decis.* 286. *num.* 2.

70 Extende quartò, quòd assensus omne illud compræhendit, quod fit tacitè per subauditum intellectum à lege, vt ait *Surd. d. decis. 344. num. 30.*

71 Vndè ad id nota, quòd si concedatur assensus, siue licentia testandi de feudo, tunc ille operatur pro illa vice, vt de re allodiali disponere possit, & sic cõcessionarium capacem reddit, vt dicũt *Alber. Brun. cons. 1. num. 56. & Franc. Burs. in cons. 22. num. 10. lib. 1.*

72 Subextende eodem modo procedere in obligatione Camerali, quæ licet sit odiosa, & strictè interpretanda; nihilominus extenditur ad ea, quæ tacitè, & in consequentiam veniunt, & propterea videmus, quòd obligatus de soluenda dote in forma Cameræ, potest eã quoque executiuè repetere, etiamsi de restitutione nil fuerit dictum, quia illa obligatio Cameralis facta pro dote soluenda, illius restitutionem eodem modo in ventre continere dicitur; Immò etiam ad ea, quæ ex iuris interpretatione veniunt dicta Cameralis obligatio extendi potest, quando tamen quis non per viam actionis, sed per eam replicationis veniret, vt ait *Zacchias de obligat. Camer. quæst. 31. num. 15. & seq. cart. mihi 179. & ibi decisiones Rotę allegantur*, & in prædictis terminis ait *Surd. decis. 182. num. 5.*

73 Rursus subextende id, quod fuit dictum de extensione facienda de obligatione Camerali, procedere etiam in instrumento guarentigiæ, vt ait *Zacchias in præcitato loco, cum alijs ibi per eum allegatis.*

74 Extende quintò, quòd ille assensus ad connexa quoque extendatur, nec nõ ad omnia illa accessoria, quæ veniunt ex natura contractus; & ratio est, quia illud pro expresso habetur, quod necessario in consequentiam venit, *vulg. l. cum quid*, & ibi scribentes omnes, *ff. si cert. petat. & Surd. decis. 182 num. 7. & decis. 210. num. 29.*

Quod quidem subextende procedere etiam, quòd essemus in materia stricta, & vbi expressio esset de forma, idem *Surd. consil. 143. num. 20. & consil. 294. num. 21. & decis. 254. num. 37. cum sequentibus, & Gratian. lib. 3. disceptation. cap. 586. num. 43 & seq.*

75 Extende sextò, quòd assensus præstitus super alienatione feudi, censetur etiam præstitus super alienatione partis illius, vt ait *Vrsill. ad Afflict. decis. 107. num. 8.* & ratio est, quia valet argumentum de toto ad partes, veluti dixi in verbo Argumentum num. 120. nec non etiam, quia feudum solet esse indiuiduum, vt dixi iam in verbo Legitima, vbi recurras.

76 Declara tertiò dictam principalem conclusionem non procedere, quando essemus in ijs, quæ respicerent fauorẽ dotis; cuius enim contemplatione impetrari potest assensus super feudalibus, post mortem viri alienatis, vt ait *Frãch. decis. 86. num. 1.*

77 Extende, quòd pari modo dictus assensus impetrari possit per vxorem mortuo eius viro, super obligatione bonorum feudalium a dicto eius viro pro assecuratione suæ dotis facta, non obstante, quòd hæres mariti reuocauerit illam obligationem à dicto marito ad fauorem vxoris, ex defectu Regij assensus nulliter factam; alias vxor sub bona fide ab hærede mariti sua dote fraudata veniret, quod quidem valdè inconueniens esset, cum semper in contractibus fraus, & dolus intelligantur excepti, vt ait *Afflict. decis. 111. num. 1. cum sequentibus, & Capic. decis. 156. num. 7. & Borellus in præcitato loco, num. 47.*

Licèt secus veniret dicendum extra casum dotis, quia regulariter assensus Regius præstari non potest in alienatione mortuo alienante, nisi hęres consentiat, & sic nisi super isto assensu alius assensus impetretur, vt ait *Capyc. decis. 115. num. 4.*

78 Contrarium tamen illi extensioni tenuit idem *Afflict. decis. 335. num. 14.* vbi ait, quod assensus impetratus post reuocationem, obligationis bonorum feudalium nihil operatur; & ratio ea est, quia assensus Regius superueniens post venditionem, siue aliam obligationem reuocatam non inuenit principium conseruabile, neque materiam in statu validandam,

vt ait

vt ait *Capyc. decif.* 100. veluti eodem modo dicitur de confenfu Epifcopi in donatione iurifpatronatus mortuo donatore, quia tunc ille confenfus vllum præiudicium hæredi minimè inferre poteft, vt ait *Vrfill. ad Afflict. in d. decif.* 111. *num.* 9 & *Magon. dec. Florent.* 49. *num.* 22. Sed de hoc confenfu per Epifcopum præftando in creatione iurifpatronatus, vide quæ dixi infra fub *num.* 122. & *feqq.*

79 Concorda tu tamen, quòd fcilicet prima opinio procedat, ob fauorem dotis, ne mulier indotata remaneat, & fic ne in dedecus viri mendicare cogatur, fiue etiam procederet, quando reuocatio reperiretur dolofa. Secunda verò opinio procedit, quando effemus in cafu non priuilegiato, fiue quan do reuocatio obligationis defuncti effet bona fide facta, vt ait *Vrfill. ad Afflict. in decif.* 335. *num.* 6. & *prius in decif.* 111. *num.* 8.

80 Sed primam opinionem tenendo extende primò eam multò magis procedere, fi alienatio effet facta ex caufa neceffaria onus feudi refpiciente, vt eft illa de vita, & militia, vt ait *Vrfill. dicta decif.* 335. *num.* 8. & quòd vita, & militia fit onus feudi, & loco portionis dicatur, ait *Afflict. decif.* 43. *num.* 2.

81 Extende fecundò prædicta præcipuè procedere in Regno Neapolis, vbi mulieribus illius Regni conceffum reperitur, vt affenfus Regius præftitus intelligatur in inftrumento dotali, quia eo loci feuda pro dote obligantur, vt ait *Riccius in fua collect.* 743. *par.* 4.

82 Et id quod dicitur de dote procedit etiam in donatione propter nuptias, & antefato, vt ait *Vrfill. ad Afflict. decif.* 291. & *decif.* 385. *columna prima in princip.*

83 Subextende primò, id quoque procedere, etiam fi maritus, fiue dotans fucceffore carerent; veluti ita fuiffe decifum teftatur *D. de Ponte in fuo tract. de poteft. Proreg. fol.* a 51. quem allegat *Riccius in præcit. loco.*

84 Subextende fecundò, idem procedere, ne dum in feudis priuatis, fed etiam in titulatis, vt refert pariter ita fuiffe decifum idem *de Ponte ibi fupra num.* 37. & *etiam Riccius ibidem.*

85 Extende tertiò dictam primam opinionem procedere, etiam in cafu, vbi maritus delictum commififset, fed nõdum de eo efset accufatus quia ifto cafu præftandus efset afsenfus per Dominum, non folum de dote, verum etiam de antefato, vt ait *Afflict. decif.* 385. *num.* 1. & *Riccius in fua collectan.* 50. *part.* 1. & *Borell. in præcitato loco, num.* 44. *tit.* 36.

86 Extende quartò, quòd neque in feudis planis, & de tabula rufticis habet locum reuocatio, nec minus Vafalli tenentur contribuere in donatiuis, neque in eorum alienationibus eft necefsarius Regis afsenfus, fed de communi obferuantia Regni fufficit folùm ille Baronis, vt ait *Vrfill. ad Afflict. decif.* 243. *num.* 1. & 2.

87 Secùs autem in alienatione feudi quaternati, quod etiam à Barone tenetur, quia tunc afsenfus vtriufque Domini, fcilicet Regis, & Baronis eft necefsarius, vt ait *Andreas Capyc.* & *Frecc. allegati à Franch. in decif.* 144. *num.* 3.

88 Contrarium tamen, fi efsemus in feudo plano, & de tabula non quaternato, quia illud in alienatione fuperioris afsenfum non requirit, vt ait *Afflict. decif.* 243. *num.* 2. & 3. & *Borell. in d. fua fumma tit.* 36. *num.* 39.

89 Declara tamen, quòd in cafu vbi reuocatio alienationis dictorum bonorum feudalium intrat, tunc eft necefsaria fententia fuper reuocatione, vnà cum partis citatione, vt ait *Vrfill. d. decif.* 111. *num.* 9.

90 Sed reafsumendo id, quod fuit dictum de priuilegio mulieris fuper impetratione Regii afsenfus; Limita primò, illud non procedere, quando afsenfus per vxorem impetratus alicui præiudicium inferret, quia tunc ad illius fauorem retrahi non pofset, vt ait *Franch. decif.* 86. *num.* 2. & 4. & *Afflict. decif.* 179.

91 Contrarium tamen, quando efsemus in obligatione de euictione alicuius rei, quia tunc ad eam afsenfus retrahitur, vt ait idem *Afflict. decif.* 286. *num.* 2.

91 Limita secundò non procedere, quando essemus in venditione facta saluo assensu Regio, quia ista reseruatio non retrotrahitur in præiudicium illius qui primo assensū obtinuit, vt ait *Frāch. d.decis.86.num.4. & Vrsill.in decis.286 num. 2.*

92 Immò extende id procedere etiam in eo, qui contraxit, saluo assensu tantum, quia ille præfertur in hypotheca emptori posteriori, cum assensu, vt ait *Capyc.decis.182.num.16.*

93 Et ratio prædictorum est, quia assensus Regius, post ius parti quæsitum obtentus, in illius præiudicium non valet, vt ait *Afflict. decis.335.nu.12. & Surd. decis. 189. num. 22.*

94 Secus autem, quando assensus superueniret post secundam emptionem factam cum assensu, quia ille non conualidat primam emptionem factam, siue in præiudicium secundi emptoris, vt ait idem *Surdus dicta decis. 189. num. 21.*

95 Extende in simili procedere, veluti si esset contracta obligatio bonorum feudalium, saluo Regio assensu, quia si interim feudi reuocatio fieret, & post reuocationem impetraretur assensus, tūc nihil prodesset dicta impetratio, cum sit fundatus assensus super contractu, qui per reuocationem fuit annullatus, vt ait *Afflict. dec.235. num.14.*

96 Contrarium licèt dicat *Vrsill.ibidem vbi allegat* Capyc. decis. 100.& ait idem sensisse eundem *Afflictum in sua decis. 111.*

97 Concorda tu tamen prædictas opiniones; nempè vt prima procedat, & sic quòd reuocatio annullet assensum deindè obtentum, vel quando ipsa alienatio dolosè fuisset facta. Secunda verò, quando assensus in casibus à iure permissis, in quibus Rex assentire teneretur, iuxta ea, quæ pulchrè ait *Vrsill. ibi supra num.8.* & idem ait *Afflict. decis.56.*& idem *Vrsill.in dec. 111. & decis. 265.*

98 Sed nota tamen, quòd in dubio præsumitur reuocationem assensum præcessisse, vt ait *Balb.in sua decis.329.p.1. Anna in suo singul. 637.*

99 Sublimita tamen prædicta non procedere in dote (vt superius diximus) nec non etiam in casu, vbi Vasallus [illegible] feudalem vti liberam, & allodialem alienasset, quia tunc vigore prædictæ constitutionis eam alienationem ille reuocare non posset, & id in odium illius mendacij, ob quod quis suum priuilegium amittit idem *Garz.decis.18 & Riccius d.collect. 863.*

100 Et ratio est, quia mendacium necat priuilegium, & præsertim quando cum dolo illud fuisset contractum, vt ait *Seraphin. de priuileg. iuramenc. priuil.31. num.44 & 49. & Boer. decis.300. nu.4.* & plura exempla ad id adducit *Iason. in l.quod te, ff. si cert.pet. idem Seraphin. in priuil.74.num. 7. & 8.*

101 Vnde videmus in simili, quòd negans fideicommissum adesse, & postea conuictus de mendacio ius suum perdit, *§. fin. instit. de fideicomm hæredit.* item negans se possessore n conuictus de mendacio ipsam possessionem perdit, *Surd.decis.:37. num.2. & est text in l.vltim. ff. de rei vendic.* Item negans se fideiussorem conuictus de mendacio perdit beneficium discussionis, *l. si dubitetur, §. ita demum, ff. de fideiussor.* Negans se hæredem conuictus de mendacio perdit illud beneficium falcidiæ, *l. veritatem, §.fin.ff. ad l. Falcid.* Negans se socium conuictus de mendacio perdit illud beneficium, quod competit socijs, ne conueniantur, vltra quam facere possint, *l. si vnus, §.fin. ff. pro soc.* & ita Doctores omnes tradunt in præallegatis iuribus, & signanter *Anchar.quæst.51.num.21 lib.3. & Boer in d.sua decis.300.num.4. & sequentibus, & Thesaur. in sua decis. 50. sub num. tertio.*

102 Declara tamen prædicta, quæ fuerunt dicta de priuilegijs mulierum Regni Neapolitani, & Siculi circa constitutionem suarum dotium in feudis consistentium, non procedere, si quando dant feuda in dotem, prius assensum non obtineant, vt ait *Franc. Milanen. decis.6. num.18. Regni Siciliæ.*

103 Vltimò pro ornamento istius materiæ animaduertendum erit primò, quòd assensus pro præstito habetur, si Princeps acconsentire renuat, vt ait *Franch in* *sua*

sua decis. 810. *num.* 2. & in casu quod ille sit præstitus siue pro præstito habeatur tunc retrotrahitur ad tempus contractus in tantum quod creditor hypothecarius assensu saluo præfertur emptori posteriori cum assensu, vt ait *Capyc.in dec.*181. *n.*16.

104 Et ratio est quare assensus pro præstito habeatur ea est quia, vt superius diximus Princeps nullo modo potest denegare licentiam Vassallo alienandi feudum, dummodo illud acquirens esset habilis, & non inimicus Regi alias diceretur ei iniuriam inferre licentiam denegando, vt ait *Surd. decis.* 344. *nu.* 53. *&* 54. idem ait *Vrsill. decis.* 335. *num.* 14. *&* 15. *idem Surd. decis.* 182. *num.* 12.

105 Contrarium quod scilicet Rex possit non concedere assensum si ita velit, ait *Anna in suo singul.* 39. *& Riccius in collect.* 50. *propè finem par.* 1.

106 Et ratio istius secundæ opinionis ea est, quia præstatio assensus in feudis est gratia, quam inuitus facere non tenetur Princeps, vt ait *Anna ibi supra, & Afflict. decis.* 398. *num.* 5. *& Surd. dec.* 189. *nu.* 17. & veluti in principio istius conclusionis dixi, *n.* 37.

Concorda, vt prima opinio procedat de honestate, & æquitate, secunda verò de rigore, sed quando conceditur licentia nota quod ea debet strictissimè interpretari, itaut neque possit de maiori ad minus extendi sed in forma specifica debet adimpleri, vnde si fuerit concessa licentia alienandi non comprehenditur sub ea facultas se obligandi; licet secus vbi non ageretur de odiosa dispensatione, vt ait *Surd. decis.* 254. *num.* 27.

107 Sed tenendo primam opinionem, & loquendo præcipuè in contractu personæ priuatæ extende eam multò magis procedere quando non adesset iuxta causa denegandi consensum, quia tunc habetur pro præstito, veluti fuit dictum à *Rota in Romana donationis Lunæ* 26. *Maij* 1603. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impressis decis.* 117. *nu.* 8. *& in his terminis ait Anna in sua allegat.* 39. *allegatur à Borello in præcitato loco.*

108 Declara id tamen non procedere, veluti si essemus in tertio de cuius consensu actus perfectionem recipere deberet, quia tunc ille ad consentire non cogeretur; secus autem in eo consensu per ipsummet promittentem præstando, quia illum cogitur præstare si cessat legitima causa recusationis alias pro præstito habetur, vt ait *Rota d.decis.* 117. *num.* 9. *Afflict. decis.* 265. *num.* 68. *& ibi Vrsill.* 73.

109 Quinimmò nota, quòd iudex nedum cogere potest ad præstandum cōsensum, quando non adsit legitima causa renuendi; sed etiam potest eum consensum supplere, & tunc illa regula intraret, quòd factum iudicis pro facto partis habetur, ad tradita per *Surd. in sua decis.* 266. & ita fuit dictum *in vna Romana executionis mandati, seu non adimplementi* 25. *Iunij* 1593. *coram Cardin. Mantica, quæ est in eius impress. dec.* 238. *num.* 1.

110 Quod tamen intellige procedere, quando ageretur inter priuatas personas; at secus, si cum Principe, vt colligitur ex iuribus superius allegatis.

111 Et ratio est, quia priuilegium, siue alia quælibet concessio non comprehendit personam loquentis, cum semper auctoritas Principis in quolibet actu intelligatur excepta, quia ille est solutus legibus, licèt sit benè verum, quòd profitetur viuere secundum leges, *l. digna vox, C. de legib. & Menoch. consil.* 137. *num.* 64. *& prius consil.* 156. *num.* 2. *Put. decis.* 88. *num.* 10. *lib.* 1.

112 Extende id, quòd fuit dictum de renuente acconsentire ex iusta causa, adeò procedere, vt etiam si quis promiserit alicui alienationi consensum præstare; illum tamen ex iusta causa denegare potest, *text. est in cap.* 2. *vbi Franch. num.* 2. *de renunciat. in* 6. & ita fuit dictum à *Rota in vna Conchen. Officij Notariatus Lunæ* 27. *Martij* 1604. *coram Litta.*

Et propterea in simili videmus, quòd licèt iuspatronatus sine consensu patroni permutari non possit, tamen id fallit iusta causa permutandi concurrente, quia tunc si patronus fuerit requisitus

ad præſtandum conſenſum & renuat; tali caſu habetur pro præſtito, dummodo tamen requiſitio fuerit validè facta, cũ termino peremptorio, & expreſsione cauſæ, ob quam ſit præſtandus conſenſus, & iuſtitia cauſæ eſſet, quandò in permutatione concurreret magna vtilitas, ſiue neceſſitas Eccleſiæ, licèt in hoc non ſit credendum ordinario permutationem, ex iuſta cauſa factam fuiſſe atteſtanti, ſed de ea aliundè conſtare debet, & tunc de exiſtentia iuris patronatus ſufficienter conſtare dicetur ex ea ſola permutantium confeſſione, qua mediante poterit patronus de nullitate permutationis dicere, vt fuit bene deductum in *Barchinonen. beneficij Lunæ 3. Iulij 1628. coram Durano.*

113 Præterea erit quoque notandum, quòd vbi conſenſus, ſiue aſſenſus requiritur in alienatione, ſeu diſtractione alicuius rei, tunc non refert, ſiue præcedat, ſiue ſubſequatur, vt air *Afflict. decis. 286. num. 2. & Card. Mantica decis. 238. num. 8. & Rota decis. 3. de conseſſ. in fin. in nou. & Verall. dec. 177. num. 2. par. 2. & Card. Seraphin. decis. 1338. num. 2.*

114 Quod tamen declara procedere quando tractaretur, non de auctorizando actu, ſed ratione præiudicii conſentientis, quia tunc poteſt etiam ex interuallo præſtari; ſecus autem, quando ille conſenſus tenderet ad validitatẽ actus, quia tunc nec ante, nec poſt, ſed in ipſo actu eſſet adhibendus, vt ait *Afflict. d. decis. 286. num. 2. verſ. Per alios, & Rota per Cardin. Manticam d. decis. 238. num. 8.* & veluti quoque dicitur in caſu ſtatuti requirentis conſenſum, qui in ipſo actu interuenire debet, vt ait *Lanfranc. in ſua decis. 123. allegat. à Borell. in d. tit. 36. num. 28.*

115 Quando autem ille aſſenſus eſſet à Rege præſtitus ſuper alienatione feudi ita, & taliter ei præiudicat, quòd etiam ſi alienans moriatur ſine deſcendentibus, illud per Regem amplius reuocari non poterit, vt air *Afflict. in ſua decis. 112. num. 8. Paris de Puteo, Burſatt. & alij allegati à Borello ibid. num. 50.*

116 Et ratio eſt, quia quando Rex conſentit Vaſallo feudum vendenti, tunc totum ius ſuum remittere videtur, vt air idem *Afflict. ibi ſupra nu. 8. & Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæſt. 8. ff. de verbor. obligat.*

117 Et id, quod dicitur de Rege valente aſſenſum præſtare, procedit etiam in Prorege, qui in Regno aſſenſum in huiuſmodi contractibus præſtare de iure poteſt, vt ait *Milanen. decis. Sicil. 8. num. 69.*

118 Extende quòd etiam Proreges poſſint exteris feuda ementibus aſſenſum præſtare; ſecus autem, quando eſſemus in eorum venditione, ſiue ſi venderentur Ciuitates, & Oppida Dignitatis, quia tunc aſſenſus dicitur ſoli Regi reſeruatus, vt dicunt *Doctores allegati à Borello ibidem num. 35.*

119 Præterea notandum erit, quòd aſſenſus ex diuturnitate temporis præſtirus præſumitur, veluti de eo conſanguineorum per ſtatutum in contractu mulierum requiſito, vt ait *Gamma dec. 270 num. 2. Tiraquell. & alij alleg. à Borell. ibi ſupra num. 40.*

120 Sed ſi forſan cõcederetur inter duos de aſſenſu impetrato, tunc ille erit præferendus, qui prius aſſenſum obtinuit, vt ait *Afflict. decis. 286. Freccia ſub feud. Baron. lib. 2. quæſt. 30. num. 3. Burſatt. conſ. 44. num. 9. lib. 1. Paris conſ. 18. volum. 1. Coſta de retrotract. cap. 8. caſu 10 per tot. & Surdus decis. 189. num. 19. & 20.*

121 Extende, quòd ea, quæ fuerunt dicta de aſſenſu domini in feudis præſtando, procedunt etiam in alienatione rei emphyteuticæ, quia valet argumentum de feudo ad emphyteuſim *Franch. decis. 161. num. 5. Surd. decis. 331. num. 7. & prius decis 159 num. 15. & dec. 290. num. 15. & Franc. Marc. decis. 611. num. 3. par. 1. & Magon. decis. Lucen. 19. & 45. & prius 16. in addit.* Quemadmodum etiam requiritur in illius permutatione; aliàs abſonum quidem eſſet vt emphyteuſis, abſque conſenſu directi domini in perſonam extraneam transferatur, & præſertim quando in inſtrumento inueſtituræ fuiſſet conuentum, vt irrequiſito domino permutare non liceret, quia tunc illius tenor eſſet attendendus, etiamſi eſſet contrarius naturæ, & regulis emphyteuſis, *Surd. conſ. 5. num. 13. & in decis. 95. num. 16.*

& ita

& ita fuit dictum in *Nonantulana bonorum 14. Iunij, & in Romana emphyteusis 29. Maij 1628. coram Merlino*, quicquid dicant alii contrarium tenentes, quia hæc est communis opinio.

122 Contrarium tamen esset in materia rei emphyteuticæ, quando ea solum obligaretur ab emphyteuta, quia id ei facere licet, etiam irrequisito Domino; Et propterea hinc fit, quòd talia bona veniant sub generali obligatione, quando tamen de illis esset facta specialis mentio, vt ait *Rota in Romana Domus Veneris 12. Ianuarij 1624. cor. Buratto, Surd. decis. 160. nu. 1. & dec. 173. num. 12.* Secus autem, quando de illis nulla mentio fuisset facta, quia tunc ea in generali obligatione non veniret, si tamen emphyteuta alia bona haberet, quàm emphyteutica, aliàs secus, ne elusoria efficiatur eius obligatio, & præsertim dotis fauore, vt ait *Surd. decis. 160. & Doctores allegati ab addente ad decisionem Buratti 751. sub litt. A. & Rota decis. 425. num 5. par. 1. diuersor. & in Ciuitatis Castelli bonorum 23. Ianuarij 1630. coram Motmanno.* & veluti in materia feudi, ait *Afflict. decis. 14. num. 9. & Rota decis. 362. nu. 4. par. 2. recentior.* Licèt sit benè verum, quòd talis hypotheca resoluitur, resoluto iure emphyteutæ illam constituentis, vt ait *Surd. decis. 102. n. 12. & decis. 286. n. 9. & fuit ita decisum in Papien. bonorum 17. Maij 1602. coram Penia.*

123 Declara tamen dictam secundam opinionem non procedere, quando bona emphyteutica fuissent expressè obligari, & hipothecari prohibita, quia tunc illa nullo modo obligari, seu hipothecari possunt, absque assensu directi Domini, vt dicunt communiter *Doctores in l. filiusfam. §. diui, ff. de leg. 1. Card. Seraph. decis. 1290. num. 5. & Rot. dec. 425. nu. 1. par. 1. diuers.*

124 Et tenendo hãc secundam opinionem, extende eam primò procedere, etiam in constitutione census super huiusmodi bonis, super quibus ille nullo modo constitui potest, absque consensu Domini directi, vt ait *Cincius de censib. par. 1. cap. 2. quæst. 3. art. 2. num. 6. & seq.* vbi ad id plures Rotæ Romanæ decisiones allegãtur, & nouissimè *Grat. lib. 5. discept. cap. 903. num. 9. & Marescott. variar. resol. lib. 3. cap. 10. nu. 49. & Rota in Romana census vitalitij 26. Iunij 1626. coram Remboldo, & 4. Febr. 1628. coram Card. Virili.*

125 Subextende procedere quoque, quando in concessione emphyteusis fuisset prohibita quælibet alienatio, etiã sumpto illius vocabulo lato modo, quia tunc etiam hypotheca prohibita censetur, vt ait *Rota decis. 555. num. 5. par. 2. recent. & decis. 425. num. 8. par. 1. diuers. & per Coccinum decis. 50. nu. 4. & seq. & per Card. Caualer. decis. 290. num. 5.*

126 Declara tamen, quòd in prædictis casibus impositio census sustineatur, saltem super fructibus rei emphyteuticæ dicti impositoris vita durante, si tamen de illis sit facta expressa mentio in instrumento, aliàs secus, vt ait *Rota decis. 480. num. 1. par. 1. diuersor. & cæteri Doctores allegati in dicta Romana census vitalitij 16. Ianuarij 1630. coram Motmanno*, Aliàs si non fuisset facta prædicta expressio de re ipsa, ac illius fructibus in dubio præsumeretur impositus census super proprietate tantùm, vt fuit dictum *in dicta Romana census vitalitij 4. Februarij 1628. coram Card. Virili, & vide conclus. 87. num. 129. in hac materia.*

127 Et reassumendo dictam secundam opinionem, extende secundò eam quoque procedere in emphyteuta emphyteutæ, & sic in secundo emphyteuta, qui non potest vllo modo rem emphyteuticam alienare, seu hypothecare absque consensu directi Domini, quia ille primi emphyteutę nõ sufficit, quòd tamen declara verum, quando primus emphyteuta simpliciter, & absoluitè alienauit emphyteusim; At secus, quando eam in alium transtulit, non prorsus, sed solum sub annua responsione illam concessisset, quia tunc non esset necessarius consensus directi Domini, & ratio est, quia veluti dicitur ille, qui primo dat in emphyteusim Dominus respectu primi emphyteutæ; Ita ille primus emphyteuta dicitur Dominus respectu secundi, & hæc vocatur emphyteusis subalterna, & quamuis ille primus transtulerit dominium vtile in secundum; tamen

men penes eum remanent reliquiæ illius ac iura seruitutum, quæ sapiunt maturam dominij respectu secundi, vt latè fuit deductum à *Menoch. in consil. 226. num. 185. cum seqq. Coccin. decis. 1. & decis. 75. num. 4. & seqq. & Rot. in Roman. Laudemij 1. Martij 1630. coram Ghislerio.*

128 Extende præterea, quòd ea quæ fuerũt dicta de assensu præstando in feudis, & emphyteuti, procedunt quoque in reseruatione, siue creatione iurispatronatus, in quibus assensus, & auctoritas ordinarij est necessaria, vt fuit dictum à *Rota in vna Gerunden. Beneficij 5. Maij 1610. coram Ortembergo, & Lambertin. lib. 1. par. 1. quæst. 2. art. 3. Rocchus de iurepatr. in verb. Pro eo in princ. & quæst. 1. Ostien. in sua summa, §. ex quibus eodem tit. Calder. cons. 20. vers. Nam auctoritas.*

129 Subextende id in tantum esse verũ, vt propterea iuspatronatus non possit vocari beneficium antequam ille assensus ordinarij accedat; quod enim procedit etiam si ille Prælatus sit inferior Ordinario, si tamen illius iura haberet; aliàs secus, vt ait *Rocch. in præcitato loco num. 8. & Lambertin. ibi supra art. 14. & in 2. par. quæst. 1. art. 5. Rot. dec. 11. de iurepatronatus in nou. & decis. 442. num. 2. lib. 3. par. 3. diuers. Verall. decis. 64. lib. 1. in manuscript. & in dicta Gerunden. coram Ortembergo.*

130 Quinimò extende, quod iste assensus potest interuenire ante creationem, & post quandocunque, vt fuit dictum à *Rota per Gregor. dec. 420. n. 7. in addit. & prius in Pientina iurispatronatus 13. Martij 1609. coram Coccino, & in Brittonorien. iurispatronat. 7. Maij 1612 coram Vbaldo, & prius in alia Tuden. Parochialis 9. Aprilis 1612. coram eodem. Calder. consil. 6. de iurepatron. Lambertin. lib. 1. par. 2. quæst. 1. artic. 16. & quæst. 11. artic. 16. num. 5. Rocch. de iurepatron. in verbo Pro eo, quæst. 4. num. 9. & Tanis in sua decis. 20. & Rota in Auriacen. iuris nominandi, Veneris 10. Maij 1613. coram Buratto, & in Gerunden. Beneficij 20. Decembris 1610. coram Card. Marcomontio.*

131 Subextende primò, quòd huiusmodi assensus potest quoque præstari post mortem donantis, vt ait *Rota decis. vlt. de iurepatr. in antiq. & dec. 337. num. 7. par. 2. recent.* & multò magis lite pendente super eo, an scilicet beneficium sit de iurepatronatus, vt fuit dictum à *Rota in dicta Gerunden. Beneficij coram Card. Marcomontio*, & veluti ait *Rota decis. 25. num. 2. & 3. de rescript. in nou. & ibi in addit. nu. 9. & alij alleg. à Rota per Buratt. in dec. 701. & ibi in addit. sub num 9.*

132 Subextende secundò, quòd huiusmodi consensus ex interuallo præstitus retrotrahitur ad diem erectionis, siue translationis, vt est *text. in cap. cum vbi glos. in verbo Consensum, & communiter DD. de iurepatr. & Rota in d. decis. vlt. & in illa Gerunden. coram Cardin. Marcomontio.*

133 Subextende tertiò prædicta adeò esse vera, vt propterea ille consensus eo modo præstitus valeat, & retrotrahatur etiam in præiudicium alterius donationis medio tempore factæ cum consensu Episcopi, dummodo primam donationem, siue iusta causa confirmare recusauerit, & quod insimul confirmatio prioris donationis fuerit ab Episcopo petita antequam illius consensum secundæ præstitisset, & dummodo donans, atque donatarius Episcopi contradictioni non acquieuerint; sed imò potius recursum ad superiorem habuerint, vt animaduertit *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par 2. quæst. 1. art. 21. nu. 3. & Rota per Card. Mantica decis. 86. num. 8. & 9.* secus autem, si essemus in assensu interposito translationi iuris patronatus post præsentationẽ, & in præiudicium alterius præsentati, quia tunc ille deberet interuenire ante eam, vt fuit dictum à *Rota in Aquilana Cappellaniæ 14. Martij 1619. coram Durano.*

Et quæ fuerunt dicta de assensu per ordinariũ super beneficio præstito, procedunt etiam in eo per Regem super alienatione, siue obligatione feudi præstito, qui ad tempus contractus retrotrahitur, ita vt creditor hypothecarius saluo assensu præfertur emptori posteriori, cum assensu, vt ait *Capyc. dec. 182. num. 16.* licèt id fallat in eo casu, de quo dixi supra sub num. 90.

Sub.

134 Subextende præterea, quòd etiam tacitus assensus sufficiat, & sit ille, qui colligitur ex institutionibus ab ordinario factis ad præsentationes patronorum, vt ait *Rota ibi coram Gregorio, d. decis. 420. num. 7. & in d. Brittinorien. Iurispatronatus coram Vbaldo, & prius in Aquen. Iurispatronatus 7. Nouembris 1601. coram Lancellotto, & Rocch. in præcitato loco quæst. 8. num. 10. & Tanis decis. 20.*

ARGVMENTVM.

ASSERTIONI ALICVIVS quando sit standum, & quando non.

CONCL. CLV.

1 ASSERTIONI Papæ nota, quod standum est, quando attestatur de facto proprio, siue alieno secum gesto; veluti eodem modo dicitur de alio Principe, siue Rege, cuius enim assertioni standum est, quando ait se alienationem facere in causam necessariã, cum iusta causa semper in Principe præsumatur, vt ait *Capyc. decis. 51. & decis. 166. num. 8. Vrsill. ad Afflict. decis. 14. n. 10.* et latè tradit *Gabr. conclus. 1. de probat. per totam, & Mascard. de probat. in sua conclus. 139. & Gratian. lib. 5. disceptat. cap. 918. num. 2. & Rota per Crescent. decis. 2. num. 2. de renunciat. Caputaquen. decis. 286. par. 2. & ita fuit decisum in Calaguritana, seu nullius 16. Iunij 1606. coram Ortembergo, & in decis. 361. num. 1. par. 2. in recentior. & decis. 405. num. 1. par. 1. in recentior. & Card. Seraphin. decis. 356. num. 4. & decis. 460. num. 8. & Franc. Marc. decis. 363. par. 2.* vbi ait, quòd soli assertioni Regis standum est *Card. Caualer. dec. 533. num. 1. & Rota in Farfen. seu nullius Monasterij, & Prioratus 26. April. 1624. coram Vbaldo seniori.*

Et nota, quòd tunc assertio, siue narratiua dicitur facta de facto proprio, qñ fit per verba (Censemus, & arbitrantes, & ...s attendentes, vt ait *Rota decis. 416. num. 1. & decis. 506. num. 2. par. 1. recent. & decis. 612. num. 3. par. 2. recent.*

Quemadmodũ ẽt tali modo narratiua Papæ facta censetur, quãdo fit per verba (Vt asseritur) vel similia, vt ait *Rot. decis. 60. num. 3. & decis. 77. de rescript. in antiq. Cassador. decis. 4. num. 8. de probat. & decis. 7. num. 6. de iurepatron. & Rota in Legien. Præstimoniorum 14. Iunij 1595. coram Cardin. Pamphilio seniori, & in Mediolanen. Cappellaniæ 27. Maij 1596. coram eodem, Card. Caualerio, decis. 533. num. 5.* Secus autem, quando narratiua esset facta per verba (Vt asseris) veluti distinguit *Rota in Paduana Pensionis 28. Iunij 1581. coram D. de Rubeis, & in decis. 60. & 77. de rescript. in antiq. Cardin. Caualer. dicta decis. 533. num. 5. Cassad. decis. 4. num. 6. de probat. & decis. 7. de iurepatr.*

2 Extende conclusionem adeò esse veram, vt propterea probatio in contrarium admitti non debeat, vt ait *Caputaquen. decis. 387. lib. 1. in manuscrip. & Gem. in cons. 79. in princ. & Card. Seraph. decis. 356. num. 4.*

3 Subextende primò, procedere etiam si assertio esset facta de facto alieno, sed motu proprio, & super ea disponeret Papa, quia tunc assertio talis plenè probar, vt air *Card. Seraphin. decis. 1016. num. 5. & 6. & Rota in prædictis decisionibus sub num. 1. allegatis*, & veluti inferius melius distinguetur.

4 Subextende secundò eodem modo procedere, quando essemus in antiquis, quia tunc etiam si asserat de facto alieno; nihilominus probat, vt fuit dictum *in Spoletana bonorum, Veneris 13. Iunij 1608. coram Cardin. Marcomontio, quæ est Inter crimin. Farinacc. decis. 258. num. 1. & Vrsill. ad Afflict. decis. 14. num. 12. & 13.*

5 Vndè ex hoc inferri potest primò, quòd quando Papa asserit sibi fuisse supplicatum, ei credendum est, vt ait *Crescent. dicta decis. 2. num. 1. de renunciat. & Rota decis. 171. num. 2. par. 1. diuers.*

6 Infertur secundò eodem modo contingere, veluti quando narraret resignationem in eius manibus fuisse factã, ait latè *Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 11. num. 1. & seq.* & ita quoque fuit dictum

in vna

in vna Paten. Parrochialis 21. Maij 1610. coram Card. Lancellotto.

7 Infertur tertiò procedere quoque quando ille assereret aliquē suum familiarem esse, vt ait Sarnen. in regul. de impetr. benef. per obit. famil. quæst. 13. vers. Tamen est aduertendum, & Mascard. de probat. concl. 139. num 4.

8 Quod tamen declara verum, quoad effectum iustificandæ narratiuæ; secus verò, quoad illum reseruationis, quia illa plenam probationem requirit, vt fuit dictum in vna Ratisbonen. beneficij 11. Ianuarij 1616. coram Pirouano, & prius decis. 832. par. 3. lib. 3. diuersorum.

Subextende tertiò, eam conclusionem multò magis procedere, quando Princeps aliquid de potestate absoluta, & scienter faceret, siue quando Principis assertio subscriptionem consiliariorum haberet causa cognita, quia tunc illi omnino standum esset, vt ait Vrsill. ad Afflict. decis. 14. num. 9. & 11. & ratio est, quia non præsumitur Principem aliquid facere de authoritate absoluta, sine aliqua iusta causa, cum alio modo non conueniret, vt ait Vrsill. ibi supra num. 10. & veluti latè dixi de hac materia supra in conclus. 128. sub num. 239. vers. Neque minus.

9 Limita tamen dictam conclusionem principalem non procedere, quando Papa asseueret de facto alieno, non secum gesto, quia tunc etiam si super dicta assertione vellet suam dispositionē fundare, tamē ei non esset credendū, vt fuit dictum in Segonien. pensionis 22. Maij 1604. coram Ortembergo & Rota decis. 154. num. 5. par. 2. diuersorum, & Mohedan. decis. 7. de probationib. & Rota per Buratt. decis. 621. nu. 19. Bellamer. decis. 158. versic. Pater, Verall. decis. 23. & decis. 239. par. 2. & Vrsill. ad Afflict. decis. 14. num. 8. & Rota in Sorana Iurispatronatus 28. Octobris 1603. coram Pamphilio, & in Paten. pensionis 5. Decembris 1595. coram Card. Pamphilio seniori.

10 Extende id in tantum esse verum, vt neque talis assertio sit apta transferre onus probandi contrarium in aduersarium, vt fuit dictum à Rota in dicta Segonien. pensionis coram Ortembergo, & per Gregor. decis. 239. & ibi in addit. sub littera B. & in Tullen. seu nullius Monasterij 22. Maij 1609. coram Cardin. Sacrato, & per Buratt. decisio. 621.

Verum etiam, si super tali narratiua intentio Papæ esset fundata, quia tunc illi non esset credendum, vt fuit dictum in dicta Sorana Iurispatronatus coram Card. Pamphilio, & in alia Segobien. pensionis 22. Martij 1604. coram Ortembergo, Mohedan. decis. 26. num. 1. de restit. spoliat. Crescent. decis. 6. de probat. & Verall. decis. 33. & decis. 241. par. 2. & Rot. decis. 154. num. 4. par. 2. diuers. & per Buratt. d. decis. 621.

11 Sublimita tñ prædicta nō esse vera (vt superius diximus) qñ ea assertio de facto alieno esset facta motu proprio Papę, quia tunc ei standū esset, vt ait Rota per Acchill. de Grassis decis. 10. de probat. & per Seraphin. decis. 1016. Put. decis. 100. lib. 3. Rota decis. 344. num. 1. par. 1. & decis. 656. num. 3. par. 2. in recent. & in Meten. Monasterij 21. Februarij 1600. coram Litta, & in Nullius locationis 27. Iunij 1616. coram Remboldo, & in Parmen. Status 14. Decembris 1629. coram Reuerendissimo Coccino Decano. Quamuis tamen contra huiusmodi assertionem motu proprio factam possit admitti probatio in contrarium docendo, quòd Papa fuerit male informatus, vt ait Put. dicta decis. 100. in fine lib. 3. & Rota decis. 523. num. 6. & decis. 524. num. 3. par. 4. diuersorum.

Narratiua autem motu proprio facta censetur, vbi Papa in litteris narrat se motu proprio concedere, quod procedit, etiam si partem supplicasse constaret, cum hæc duo inter se sint compatibilia, nempè supplicatio præcedens, & gratia motu proprio emanata, vt ait Cassador. decis. 1. num. 4. de rescript. Cardin. Seraphin. decis. 356. num. 2. & 9. & decis. 465. num. 1. Rota decis. 656. num. 1. par. 2. recentior. & vltimo loco in dicta Parmen. Status coram Coccino, & Sarn. in regula de annali quæst. 10. num. 5. vbi reprobat contrarium tenentes. Quinimmò id procedit, etiam si Papa absque partis postulatione concessurus non fuisset, vt ait Sarnen. in

præci-

præcitato loco reprobando Decium contrarium tenentem in cap. ex parte num. 28. de rescript. idemque tenet contra *Dec. Rota per Cardin. Seraphin. in decis. 356. num. 7. & in illa Parmen. Status coram Coccino.*

Rursus notandum est, quòd quando Papa signat per ea verba (fiat vt petitur, & agitur de merè gratiosis, & tunc ad partis postulationē cōcedere cēsetur; at secus q̄n signat per ea verba (fiat motu proprio) quia tunc ex sua mera liberalitate, & motu proprio disponere censetur, vt testatur *Sarnen. de compen. vtriusque signat quæst. 16. num. 15. Vestr. in prax lib. 1. cap. 3. num. 6.* Quando vero Papa signat per verbum (placet) & agitur de concernentibus Iustitiam, & tunc motu proprio concedere censetur quando tamen Papa præuia motus proprij expressione signat dictum verbum (placet) vt benè fuit deductum à *Rota in dicta Parmen. Status coram Coccino, & per Vestr. in præcit: loco.* Quinimmo *Rota ibi supra subdit coram Coccino,* quòd illa clausula (de mandato D. N. Papæ N. procedat, vt petitur à Regente posita in rescriptis Signaturæ Gratiæ, non obest rescripto motu proprio concesso, si Papa in narratiua expresserit ea verba (motu proprio) siue concedendo per verbum (placet) quia licet extensio Regentis attendatur in rescriptis Iustitiæ, *vt ait Crescent. decis. 1. de rescript.* Secus tamen est in illis Signaturę Gratiæ, in quibus Signatura Papæ semper est attendenda, vt ait *Card. Seraph. decis. 922. num. 4.*

Præterea ad prædictorum declarationem erit notandum, quòd si Papa rescribat motu proprio, & in indiuiduo dicat non ad tuam, vel alterius instantiam, tunc non potest dici, quòd alias non fuisset concessurus, quia esset velle eius attestationem redarguere, prout esset è cōuerso, si in gratia, in qua adest motus proprius dicit se fecisse ad partis instantiam, vt ait *Card. Seraphin. decis. 356. num. 3.* & Papa attestando se ad nullius instantiam fecisse gratiam denotat, quòd etiam sine supplicatione fuisset concessurus, *idem Seraphin. ibi supra num. 8.*

Extende præterea prædictam sublimitationem, & cætera concernentia motum proprium Papæ, procedere etiā, si Papa vsus fuisset illis verbis (sicut accepimus) cum illa verba nulla iustificatione egeant, vt fuit dictum *à Rota in Asten. pensionis 11. Martij 1615. coram Coccino, quæ est in 2. par. recent. decis. 656. num. 3.*

13 Declara tamen, quòd ista clausula (sicut accepimus) iustificatione non egeat, quando est posita in gratia motu proprio facta, licèt secus in gratia facta ad supplicationem partis, quia tunc illius assertioni standum non esset, vt ait *Rota in Palentin. Abbatia 14. Decembris 1618. coram Coccino, & Put. decis. 100. lib. 3. Guidopap. dec. 161. Achill. dicta decis. 10. num. 1. & seqq. & Rota decis. 447. num. 1. par. 1. diuers. & fuit dictum in Meten. Monasterij 21. Februarij 1600. coram Litta, & in alia Braccaren. Parrocbialis de Mexyra 12. Ianuarij 1604. coram Iusto, & in hoc viden. est decis. Buratti 709. & ibi per addent.* vbi loquitur de clausula intelleximus, & de alia, vt asseritur.

14 Contrarium, quòd scilicet narratiua Papæ per verba (vt accepimus) non probet, sed quòd ea sit iustificanda per partem, *ait Rot. decis. 46. num. 2. par. 2. in recentior.* & præcipuè, quando in motu proprio extaret illa clausula (sicut exhibita nobis petitio continebat) quia tunc ea demonstrat concessionem ad partis postulationē emanasse, quo casu ei non est credendum, vt fuit dictum in *Verdunen. Canonicatus 10. Apr. 1581. coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 510. num. 2.*

15 Ratio autem illius secundę opinionis est, quia illa attestatio Papæ facta per ea verba (vt accepimus) & per illa (sicut exhibita nobis, &c.) non est propriè attestatio, sed simplex relatio, quòd ita acceperit, vt ait *Rota dicta decis. 656. num. 3. par. 2. in recentioribus,* & propterea probatio in contrarium fieri potest, ait *Rota per Buratt. d. decis. 621. num. 24. & seq.*

16 Extende eodem modo procedere de clausula (accepto per nos) quia ea potius dicitur instructio partis, quàm Papæ assertio, vt ait *Card. Seraph. decis. 1336. num. 4.*

Sed

17 Sed tenendo illam secundam opinionem extende eam procedere, etiamsi in concessione adesset clausula (ex certa scientia) quia vltra quod ea non operatur, nisi totus tenor Papæ innotuerit, & insertus fuerit, vt ait *Cardin. Seraphi. decis.* 981. *num.* 2. Deinde ea operatur tantùm circa ea, quæ sunt iuris, non autem, quæ sunt facti, *vt ait idem Cardin. Seraphin.us decis.* 268. *num.* 5. *& Rota decis.* 128. *num.* 6. *par.* 2. *in recentior.* Licèt sit benè verum, quòd si illa ponatur in aliqua confirmatione, tunc vim nouæ concessionis habet; dummodo constet Papam plenam scientiam habuisse; aliàs secus, vt ait *Rota decis.* 666. *num.* 7. *par.* 1. *in recent.*

18 Sed opinionem primam esse veram, & quam praxis Curiæ Romanæ amplectitur testatur, *Rota d. decis.* 656. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.*

19 Declara tamen, quòd aduersus dictā assertionem motu proprio, modo prædicto factam admittitur probatio in contrarium, vt superius diximus, & veluti ait *Put. dicta decis.* 150. *lib.* 3. *in fine, & Rota decis.* 580. *num.* 6. *par.* 2. *in recentior. Caputaq. decis.* 47. *lib.* 3. *in manuscript. & ita quoque fuit dictum in vna Portuen. beneficij* 27. *Martij* 1596 *coram Card. Mellino, & Rota per Buratt. dicta decis.* 621. *num.* 24. *& seq.*

20 Et ratio ea est, quia talis motus proprius non impedit, quòminus opponi possit de subreptione, ex re ipsa proueniente, veluti fieri quoque potest de ea, quæ prouenit ex parte impetrantis, quando ad partis suggestionem obtinetur, vt ait *Aegid. decis.* 392. *& dec.* 475. *& Card. Seraphin. decis.* 398. *num.* 5. *& Rota dicta decis.* 656. *num.* 4. *parte* 2. *recentior.*

21 Secus autem, quando attestatio Papæ esset de facto proprio, quia tunc ea non admittit probationem in contrarium, vt ait *Cardin. Seraphin. decis.* 356. *num.* 4. *& decis.* 460. *num.* 8. *& decis.* 405. *nu.* 1. *par.* 1. *in recentior. & decis.* 361. *num.* 1. *in* 2. *par Francisc. Marc. in decis.* 363. *par.* 2. *& Crescent. dec.* 2. *num.* 2. *de renunciat. & Caputaq. decis.* 286. *par.* 2.

22 Infertur quartò principalem conclusionem procedere, quando Papa attestatur de idoneitate ab eo prouisi, quia tunc dicta assertio adeò eam probat, vt propterea dicta narratiua Papæ alia iustificatione non egeat, vt ait *Rota dec.* 613. *num.* 5. *par.* 1. *in recentior. & prius decis.* 101. *num.* 2. *& decis.* 104. *sub num.* 3. *vers. Et de alijs habilitatibus.*

Veluti quoque eodem modo illi esset credendum, quando Papa narraret se vidisse processū, & ex eo inhabilitatem deprǣhendisse, quia tunc videtur asserere de facto proprio; secus autem si ex processu maturè discusso assereret eam inhabilitatem deprǣhendisse, quia tali casu, cū nō dicat per seipsū discussisse processum, & esse possit, quòd per alium illum discuti fecerit; ideo huiusmodi narratiua non probaret eum, vti de facto proprio, sed potius de alieno asserere, & id eò facilius credi potest, quia Papa vti maioribus negotijs, & curis impeditus huiusmodi processus videre non solet, *iuxta trad. per Decian. consil.* 18. *num.* 233. *lib.* 1. *Roman. cons.* 350. *num.* 23. *& facit text. in l. si quod donaturus, & ibi Doctor. ff. de vsufruct. & ita fuit dictum in Tullen. seu Nullius Monasterij* 22. *Maij* 1609. *coram Card. Sacrato.*

Licèt sit benè verum, quòd quamuis narratiua Papæ de facto alieno, super quo suam intentionem fundat, plenè nō probet; nihilominus qualem qualem probationem facit, vt ait *Gabr. conclus.* 2. *num.* 49. *& alij allegati in decis. Buratti* 621. *& ibi per addent. num* 23.

23 Et ratio est, quia assertioni Papæ in literis Apostolicis factę omninò credendum est, vt ait *Rota decis.* 210. *num.* 1. *par.* 1. *in recent. & Card. Seraph. decis.* 1349. *num.* 3.

24 Et ratio rationis, quare sit ita credendum Papæ, ea est, ne ille de mendacio arguatur, vt ait *Card. Seraph. decis.* 1016. *num.* 5.

25 Infertur quintò, quòd etiam Papæ credatur in ijs, quę concernunt proprium illius, & Cameræ pręiudicium, vt ait *Rota in decis.* 390. *num.* 4. *par.* 1. *in recentior. & Card. Canaler. decis.* 22 *num.* 3.

26 Fallit tamen, quando præiudicium esset valdè graue, quia tunc illius assertioni non staretur, & præcipuè, quando

essemus

essemus in materia beneficialium, vt scribit *Decian. conf.* 18. *num.* 272. *lib.* 1. *Mohedan. decis.* 7. *num.* 2. *de probationib.* & ita quoque fuit decisum in *Viterbien. Campi maioris* 15. *Martij* 1591. *coram Orano.*

27 Contrarium tamen esset, quando adminicula concurrerent, vt ait *Rota per Cardin. Seraphin. decis.* 454. & latè scribunt *Gabriel, & Mascard. in locis supra citatis in princ. conclusionis.*

28 Extende, quòd immò talis assertio concurrentibus adminiculis probaret etiam in præiudicium tertij, vt ait idem *Cardinal. Seraphin. d. dec.* 454. *num.* 1. & 3.

29 Infertur sextò, quòd Papæ assertioni stetur, quando secularizationem fecisse testatur; veluti quoque ea per testes probari potest, vt fuit dictum à *Rota per Greg. XV. in sua dec.* 411. *num.* 2.

30 Infertur septimò, quòd etiam assertioni Papæ sit standum, quando dicit beneficium esse reseruarum, donec de contrario doceatur, vt ait *Rota per Cardin. Seraph. decis.* 1498. *num.* 5.

31 Infertur octauò, quòd assertioni Papæ stetur in præiudicium illius, qui supplicationem Papæ dedit, vt fuit dictum in *Spoletana bonorum Veneris* 13. *Iunij* 1608. *coram Card. Marcomontio, quæ est inter criminal. Farinacc. decis.* 258. *num.* 10.

32 Infertur nonò idem procedere in verbis asseritiuis, & enunciatiuis Papæ determinatè prolatis, per modum causæ finalis, quia tunc plenè probant, vt ait *d. dec.* 258. *num.* 2. *cum ibi alleg.*

33 Infertur decimò procedere in assertione facta à Papa, se fuisse de facto informatum, cui standum est, donec de contrario doceatur, vt ait *Rota in Pacen. pensionis coram Card. Marcomontio quæ est inter crim. Farinac. decis.* 281. & *per Card. Cauazler. dec.* 32. *num.* 8.

Extende quoque eodem modo procedere, quando essemus in assertione, siue narratiua, cum clausula (vt asseritur) cui absque alia partis iustificatione est standum, & id procedit siue gratia sit ad vnius tantum, siue ad plurium supplicationem obtenta, quia sub illo verbo impersonali (vt asseritur) plures personæ comprehendi possunt, quod secus esset sub illo, vt asseris (quia tunc illud verbum operatur, vt narratiua censeatur partis, & non Papæ; & propterea illi non est standum; veluti alteri, vt asseritur; & vt intelleximus) quæ partis iustificatione non indigent, vt fuit dictum à *Rota per Coccin. decis.* 89. *num.* 3. & *in Ferrarien bonorum* 18. *Nouembris* 1629. *coram Card. Virili,* & *in eadem* 29. *April.* 1630. *coram Durano,* quicquid dixerint Doctores, & *Rota in d. decis.* 89. *num.* 4. *allegati ab addente ad Buratt. decis.* 709. *sub num.* 15. & *prius in decis.* 621. *sub n.* 18. *à* *is* circa differentiam illius clausulæ (vt asseritur, an scilicet faciat censeri esse narratiuam partis, siue Papæ, & ibi cócludit eá esse Papæ, siue vnus, siue plures concurrant ad gratiam, & ibi ratio assignatur data à *Rota in illa Ferrarien. coram Durano.*

34 Contrarium tamen, quando ageretur de probando aliquo delicto, quia tunc assertioni Papæ non esset standú asserentis sententiam fuisse ex illius ordine, & de sua voluntate, ac ex causis sibi notis latam, ac eum de illo esse valde informatum, vt ait *Put. decis* 125. *lib.* 1. *Mohed. decis.* 271. & *Card. Seraph. decis.* 972. *num.* 3.

Secus autem, quando Papa diceret, per se ipsum discussisse processum, & assereret per verba id per necesse importantia, vt ait *Mohedan decis.* 4. *num.* 14. *de restit. spoliat.* Aliàs de facili potuisset decipi ad falsam alicuius relationem, vel illum processum fuisse per alium discussum, sed de sui ordine, & maximè id facilè præsumi posset, quia ille maioribus curis impeditus similes processus videre non solet, vt fuit benè deductum à *Rota in Tullen. seu nullius Monasterij* 22. *Maij* 1609. *coram Card. Sacrato, quæ est decis.* 224. *num.* 1. *par.* 3. *recent.* vbi fuit resolutum non fuisse probatam inhabilitatem vnius coadiuti, ex illis literis coadiutoriæ, dú Papa in eis narrauit ait deprehendisse coadiutum esse inhabilem ex processu maturè discusso, & ratio ea est, quia quando Papa dicit aliquem esse indignum, & criminosum, tunc

Hhh videtur

videtur factum alienum afferere, neque per consequens id in tertij præiudicium probat, etiam si Papa super tali narratiuè vellet eius intentionem fundare, idem ait *Mohedan. decis. 26. num. 1. de restitut. spoliat. Crescent. decis. 6. de probat.*

Contrarium tamen, quòd scilicet Papa, siue Imperator possit reuocare feudum propter ingratitudinem, de qua sibi constare assereret, dicunt multi allegati à *Gabr. in concl. 2. de probationibus, num. 30.* & præcipuè, *Ruynus cons. 22. col. 6. vol. 1. Dec. cons. 606. col. 1. Soccin. cons. 87. col. 8. lib. 3. Paris. cons. 1. col. 6. lib. 1. Gozadin. consil. 4. colum. 5. & facit decis. 6. & 7. Crescent. & 7. Mohed. de probat.*

Primam tamen opinionem ait esse veriorem *Gabr. ibi supra num. 31. cum alijs ibi per eum allegatis.*

Concorda tu tamen prædictas opiniones hoc modo; nempè vt prima procedat, quando notoriè de delicto constaret, siue adminicula concurrerent, seu quando de notorietate, & inexcusabilitate delicti assereret; secunda vero, quando secus sit iuxta doctrinam *Crescen. d. dec. 6 & 7. Marta in ver. Rebellis, c. 1. & 2. tom. 2. Gram. in sua dec 65. n. 6. Gabr. d. concl. 2. de prob.*

Et ratio super eò, quòd Principis assertioni non stetur aliquem esse rebellem attestantis, ea est, ne ille sit in propria causa iudex, & sic vnus de facto proprio iure destitueretur, vt ait *Vrsill. ad Afflict. dec. 14. num. 7.*

35 Amplia primò conclusionem principalem procedere etiam in Episcopo, cuius assertioni standum est, n ijs, quę proprium ipsius pręiudicium respiciūt, vt dicunt Doctores allegati in vna *Augustana Canonicatus Luna 20. Iunij 1605 coram Pamphilio, quæ est decis. 94. par. 1. in recent.*

36 Extende primò idem procedere in assertione ordinarij circa iurispatronatus probationem, cui in hoc valdè deferri solet, ob sui pręiudicium, vt ait *Rota in decis. 694. num. 4. par. 2. in recent & Card. Seraph. decis. 1232. num. 7. Put dec. 172. lib. 1. & decis. 237. lib. 2.* & ita quoque fuit dictum in alia *Eluen. beneficij 19. Decembris 1614. coram Dunozetto.*

Secus verò, si ordinarius in enunciādo iuspatronatus vsus fuisset aliquo termino, qui potius negatiuam, quàm affirmatiuam respiceret siue incertitudinem denotaret; veluti si vteretur ea dictione, vt prætenditur, vel prætensum, & alia huiusmodi, vt fuit dictum in *Afflo ricen. beneficij 26. Iunij 1586. cor. 3 Card. Pāph. & in Casertana beneficij 17. Martij 1627. coram Durano.*

37 Et ratio illius ampliationis est, quia ordinarij præsumuntur difficiles in admittendis præsentationibus, nisi de iurispatronatus substantia clarè appareat, vt ait *Rota decis. 674. num. 3. par. 2. in recentior. & in prima parte decis. 518. num. 3.* Quemadmodum etiam venit dicendum de Visitatore in visitatione asserente collationem alicuius beneficij ad summum Pontificem spectare, cui valdè deferendum est, vt dixi in *conclus. 140. sub num. 2.*

38 Et propterea videmus, quòd Rota solet multum deferre sententijs latis ab ordinarijs super canonizatione iurispatronatus, vt ait *Rota decis. 753. num. 3. par. 2. in recentior. & prius decis. 360. num. 12.* & sic igitur iuspatronatus probatum diceretur ex fundatione, & dotatione, quando adesset duæ enunciatiuæ antiquissimæ ab ordinarijs factæ in instrumentis, quòd illud de iure, & antiqua consuetudine spectaret ad aliquē; Quinimmo idem operarentur enunciatiuæ recentes, si tamen essent iunctæ, cum antiquis; aliàs de per se non operarentur, vt fuit dictum à *Rota per Baratt. in sua decis. 172. num. 25. & sequenti, & ibi per Ferentill. in addit. num. 33.* vbi multa ait in hac materia; secus tamen veniret dicendum de assertionibus ordinariorum emanatis in collationibus, ad effectum probandi ius patronatus, quando vrgeret vsurpationis præsumptio, etiam si dictæ assertiones essent authenticæ; & ratio est, quia cum Concilium Tridentinum in sess. 25. de reform. requirat pro forma præsentationes debere constare per scripturas authenticas; idcirco non sufficit easdē probare per testes, siue alio modo æquipollēti, & sic si per assertionē, quāuis authenticā ordinarij, vt fuit dictum

à Rota

à Rotaper Buratt. decis. 111. *num.* 4. *&* *decis.* 139. *& ibi per addentem, & per Gregor. in decis.* 222. *& ibi addens num.* 11. *& Card. Mantic. dec.* 89. *num.* 2. vbi testatur ita respondisse S. Congregationē Conc. Trid. vt ait *Card. Seraph. decis.* 1367. *num.* 5. *& Rota in Sorana Iurispatronatus* 28. *Aprilis* 1603. *coram* Car*din. Pamphilio, & in Iacen. Parochialis* 25. *Iunij eiusdem anni coram eodem, & in Hieracen. Iurispatronatus* 27. *Iunij* 1614. *coram* Cardin. *Verospio, & in Calaguritana Iurispatronatus de Viana* 15. *Nouembris* 1621. *coram Remboldo, & in Terracinen. Iurispatronatus* 10. *Aprilis* 1623. *coram Merlino*, vbi testatur ita semper sensisse *Rotam allegat. à Ferentillo in addit. ad dictam decis. Buratti* 139. *sub num.* 16 vbi extendit prædicta quoque procedere, etiamsi allegetur scripturas deperditas fuisse, ex quibus possent præsentationes probari.

Contrarium quamuis teneant *Genuen. in sua praxi, & Garz. ab eo allegatus*, cum quibus ego quoque pertranseo, quia valdè mihi durum videtur, quòd tunc non admittantur testes ad earum tenorem probandū, nec non dictum ordinarij, qui cum de illius præiudicio tractetur, nō est verisimile eum contra proprium commodum laborare; aliàs esset velle de illius integra fide dubitare, nec non parti aduersæ suas defensiones tollere, quod nullo modo ex prædictis venit permittendum; Sed ego puto prædictas opiniones hoc modo concordari posse; nempè, vt prima procedat, vbi ageretur de probatione tenoris scripturarum amissarum per viam testium; secunda verò per assertionem ordinarii; & ratio ea est, quia contra illum, & præsertim de proprio interesse agentem, non vrget subornationis timor; veluti contra testes. Item, prima opinio procedit, quando sumus inter personas Magnates, si tamen ad earum fauorem non concurreret immemorabilis; secunda verò, quando essemus inter priuatas personas contra quas vsurpationis præsumptio non vrgeret. Dummodo tamen immemorabilis probetur, eo modo quem tradit addens *ad Buratt. dec.* 139. *num.* 11.

39 Extende secundò pari modo procedere in assertione ab ordinario facta, circa qualitates beneficiorum suæ diœcesis, cui valdè deferendum est, vt ait *Rota decis.* 315. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & per Card. Mant. dec.* 318. *nu.* 2. *& dec.* 350. *n.* 3. *& in Regien. Iurispatronatus* 5. *Nou.* 1622. *corā Vbaldo, & in Neapolit. Iurispatronatus* 24. *Apr.* 1626. *corā Buratto, & per Coccin. decis.* 229. *& dec.* 230 *n.* 3. *& dec.* 518. *n.* 3. *par.* 1. *recent.*

Sed declara tamen id esse verum, dum assertiones sint ipsorum ordinariorum, necnon effectuatæ, quia tunc probarēt iuspatronatus; aliàs secus *Cardin. Caualer. dec.* 159. *num.* 3.

40 Extende tertiò procedere in iudicio ordinarij circa suppressiones beneficiorum, cui valdè tribuendum est, nedum ex dispositione Sacri Concilii Tridentini; verum etiam ex ea Iuris communis, iuxta tradita per *Rebuff. & Surd. allegat. à Rota in decis.* 316. *num.* 4. *par.* 2. *recentior.*

41 Et ratio prædictorum ea est, quia ordinarius præsumitur valdè informatus de toto statu suæ Ecclesiæ, vt ait *Rota decis.* 524. *n.* 6. *par.* 1. *recentior.*

Contrarium, quòd scilicet assertioni ordinarij non stetur, super eo, quòd beneficij suppressio sit valida, ait *Cardin. Caual. decis.* 439. *num.* 6.

Concorda vt prima opinio procedat, quando suppressio esset facta in visitatione, quia tali casu standum esse assertioni Episcopi, ait *Card. Seraph. dec.* 1272. *num.* 2. siue si essemus in assertione solemnitatum; secunda verò, quando ageretur de causa suppressionis quæ aliūde, quàm ex assertione Episcopi venit probanda; aut ageretur de ea extra visitationem facta, quia tunc Episcopo non esset credendum, quemadmodum fieret, vbi ageretur de probanda vnione, cui magis fauendum est, cum ea ad augmentū Eccl. tendat, quàm suppressioni, vti in illius diminutionem tendenti, vt ait *Rot. dec.* 316. *p.* 2. *rec. & Caualer. decis.* 439. *num.* 6. *& seqq.*

42 Extende quartò, quod assertioni Episcopi sit standum, etiam contra Capitulū, qñ ea sit in actis producta à Capitulo; licèt secus esset, qñ impugnatiuè, siue per cōpulsū fuisset producta, quia

amur ex Capitulo non obesset, vt dicam in verbo Instrumenta, & in verbo Producens; *& Rota dec.232. num.7. p.1. in recentior.*

Quod tamen declara verum, quādo essemus in productione facta de scriptura aliena; at secus si de propria, vt ait *Verall. decis. 135. num.5. par.1. & Rota in Ispalen. beneficiorum 2. Nouēb. 1611. coram Card. Pamphilio, & in Florentina pecuniaria 27. Ianuarij 1612. coram Pirouano, & per Buratt. dec. 709. nu.6.* Quemadmodum etiam productio per cōpulsum producēti non suffragaretur, si scriptura esset aliena, sed sub ea fieret fundamentum producentis, quia in prędictis casibus productio producenti nō opitularetur, sed productū eū approbasse censeretur, vt dicunt *addent. ad Greg. in sua dec.238. sub num.15.*

Et propterea *Vrsill. ad Afflict. decis.14. nu.14. ait*, quod productio facta si & in quantum, &c. producenti non suffragatur quominus Iudex capiat pro alia parte, veluti dicitur de productione facta in parte, & partibus, quia talis productio obesse potest producenti, vt ait *Osasch. dec.38. num.26. & Grat. lib.3. disc. c.490 num.40. & lib.5. c.739. num.37.*

43 Extende quinto, quòd illius assertioni stetur, quando asserit aliquem in possessione obiisse, vt fuit dictum in *Conchen. de Vetetta 13. Nouembris 1579. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 420. num. 3.*

44 Extende sexto, quòd illi sit credendum in materia præheminentiarum, cum in hac materia assertio Ordinarij multum probet, vt ait *Rot. decis.548. num.6. par.2. in recention.*

45 Extende septimò, idem procedere in assertione facta à Vicario in pertinentibus ad eius officium, vt ait *Rota decis.313. n. secundo par. prima in recent.*

46 Fallit tamen primò illa ampliatio prima, vbi dicitur, quòd assertioni Ordinarij sit standum, quando de commodo Ordinarij tractaretur, quia tunc illius assertio non probaret, vt ait *Rota decis.13. num.4. par. prima in recentior. & in Barchinonen. beneficij Lunæ 3. Iulij 1628. coram Durano*, vbi fuit decisum non esse standum assertioni ordinarij dicenti permutationem ex iusta causa fuisse factam, & quòd propterea ea aliundè probari debeat, ait *Cardin. Caualer. decis.439. num.6.*

97 Fallit secundò in literis ordinarij, quibus non creditur in præiudicium prouisi Apostolici, vt ait *Rota decis.1. de probat. in nou. Crescent. decis.13. eod. tit. & Rota decis. 206. num.6. par.2. in recentior.*

48 Fallit tertiò, quoad interesse Ecclesię, & successorum, in quorum præiudicium assertio Ordinarij non probat, vt ait *Rota dec.421. num.3. par.2. in recentior. & penes Burattum decis. 453. num.3. & Cardin. Seraphin. decis.1278. num.3. & per Gregor. decis.375. num.6. & Gratian. lib.4. discept. cap.796. nu.5.* Quamuis tamen præbeat maximum veritatis argumentū, vt ait *Rota decis. 293. num.2. par.1. diuers. & in Hispalen. primitiarum 17. Iunij 1616. coram Card. Pamphilio.*

Contrarium tamen veniret dicendum, quando confessio Prælati fuisset facta per modum contentiosæ iurisdictionis, quia tunc Ecclesiæ, & successori præiudicaret, vt ait *Rota per Buratt. dicta decis.453. num. 3.* vbi ait, id procedere quoties sit absque collusione, & fraude, & maximè si sit iurata; secus autem in confessione voluntaria, *Rota decis.141. num. 4. par. secunda diuersorum, & in Regien. prouisionis coram Orano, quæ est penes Marchesan. de commiss. par.1. fol.616.*

Extende eodem modo procedere in confessione Syndici facta per modum contentiosæ iurisdictionis, quæ præiudicat capitulo, vt fuit dictum in *Treueren. Decimarum 17. Maij 1628 coram Dunozetto.*

Subextende prædicta, eò magis procedere, quando confessio Prælati esset adminiculata, vt dixi in *conclusione 85. num.... vbi recurras*, & veluti ait Cardinal. *Seraphin. decis. 292. num. tertiò, & decis.436. numero septimo, & decis.442. num.20. & Rota decis. 334. numero 2. & prius decis.177. numero quinto, par. secunda diuersorum, & in Hispalen. primitiarum 17. Iunij 1616. coram Cardinal. Pamphilio, & in Oscen. Portionis 25. Iunij 1628. coram Pirouano.*

Et pro

Et pro adminiculo sufficeret habere pro se assistentiam, siue præsumptionẽ iuris communis, vt dicunt addentes ad *Buratt. d. decis.* 453. *num.* 11. & *Rota decis.* 141. *num.* 6. *par.* 2. *diuersorum*, *Abb. in cap. si diligenti*, *num.* 4. *de præscript. cum alijs per Crauett. de antiq. temp. par.* 1. §. *propositum*, *num.* 73. & *sequentib.*

49 Fallit quartò, dictam primam ampliationem in assertione facta ab Episcopo circa animum residendi, cui non creditur, ad hoc, vt alternatiua illi prosit, vt fuit dictũ à *Rot. per Greg. XV. in dec.* 239 *num.* 8.

50 Fallit quintò in assertione ab ordinario facta, quòd scilicet alienatio rei Ecclesiæ fuerit facta præcedentibus solemnitatibus, cui standum non est, cum illę sint quid facti, & facta non pręsumuntur, nisi probentur, vt ait *Rota decis.* 752. *num.* 3. *par.* 1. *diuers.*

Quemadmodum neque illi esset credendum, quando assereret, quòd vna cã esset sufficiens pro alienatione rerũ Ecclesię, vt ait *Card. Caual. dec.* 439. *n.* 6. secus autẽ post lapsum 30. annorũ, quia tunc solemnitates interuenisse pręsumi tur, vt de insinuatione, ait *Seraph. decis.* 742. *num.* 4.

51 Extende eodem modo procedere in assertione alienantiũ, super eo, quòd res sit facultas alienari, quibus nõ est credẽdũ veluti de communi testatur *Rota dec.* 160. *num.* 2. *par.* 2. *diuers.*

52 Et ratio est, quia nõ creditur assertioni partium, circa causam vtilitatis; secus autẽ, quãdo forma esset seruata à iure requisita, vt ait *Rota. decis.* 181. *num.* 3. *par. prima diuersor.*

53 Amplia secundò, d. conclusionẽ principalem procedere in assertione à Cardinali facta, cui standum est, ait *text. in cap. nobilissimi* 97. *distinct.* & ita ait *Rota decis.* 33. *de probation. in antiq. Aegid. decis.* 183. *Put. decis.* 2. *num.* 4. *lib.* 1. & *alij allegati à Rota in Seguntina admissionis ad Capitulum, Veneris* 15. *Aprilis* 1611. *coram Cardinali Caualerio, quę est decis.* 339. *par. secunda in recent.* & *decis.* 95. *de probationib. in antiquis*, & *Grammat. decis.* 65. & *per Burattum decis.* 228. *num.* 7. & multa ait in hac materia *Gabriel in sua conclus.* 3. *de probationib.* & *Mascard. concl.* 160. *de probationib.*

54 Extende primò, quòd etiam literis Cardinalis Legati sit credendum, quando tamen haber etiam sigillum, & subscriptionem officialium; licèt secus esset, quando de præiudicio tertij ageretur, vt ait *Francisc. Marc. dec.* 990. *num.* 18. & *seqq.* & *decis.* 1321. *num.* 9. *par. prima*, & ita fuit dictum à *Rota dec.* 1. *in fin. de probation. in nou.* & *decis.* 10. *eodem tit.* & *lib.* & *in Ciuitaten. Prasti monij* 23. *Octobris* 1589. *coram Clemente Octauo, quæ est inter crim. Farinac. decis.* 42. *num.* 2. veluti eodem modo dicitur de apoca manu Cardinalis subscripta, quæ ex vi statuti Vrbis vim publici instrumenti, & paratam executionem habet, *Mantic. decis.* 238.

Contrarium, quòd scilicet non credatur assertioni Cardinalis, etiam iuratę coram notario, & testibus, si fuerit facta non citatis his qui interesse habent in causa, ait *Francisc. Marc. decis.* 674. *num.* 3. *par. prima*, & *Rota decis.* 33. *de probation. in antiq.* & *per Gregorium dec.* 214. & *ibi in annot. in lit. B.* vbi propterea ait, quòd nõ creditur assertioni Cardinaliũ nisi circa ea, quę sũt eorũ iurisdictionis; At secus circa alia ad trad. per *Farinac. de opposit. contra person. test. q.* 65. *n.* 55. *cum plurib. seqq. Abb. in c. quod super his n.* 5. *de fid. instr.* & *Menoch. consil.* 322. *sub n.* 45. *vers. Nec dici potest*, & *num.* 46. Quemadmodũ neq; etiã illius assertioni est standum, super probatione familiaritatis sui seruitoris, ad effectum reseruationis in pręiudiciũ tertii, vt ait *Rot. per Burat. dec.* 228. *n.* 8. & veluti dixi in *cõcl.* 73. *sub num.* 16.

Quod tamen intellige verũ, qñ principaliter fundamentum super illius assertione fieret, & de illius interesse agerec; Secus autẽ, vbi illius attestatio adduceretur solũ ad ipsius mẽtẽ probãdã, quia ad hũc effectũ eius assertioni ẽt non iuratæ esset standũ, vt ait *Franc. Mar. dec.* 990. *n.* 11. *par.* 1. *Socc. cons.* 97. *n.* 22. *lib.* 4. *Aym. cõs.* 5. *n.* 16. *Menoch. de arb. casu* 86 *n.* 6. & *Rot. per Buratt. in d. dec.* 228. *n.* 8. & sic igitur medio illius distinctionis illæ opiniones concordari poterunt,

55 Extende secundò, quòd assertioni Cardinalis confirmanti statutum de speciali mandato Sedis Apostolicæ est credendum, vt ait *Put. decis. 2. num. 4. lib. 1. & Rota d. decis. 339. num. 1.*

56 Extende tertiò, quòd asserrioni Cardinalis sit credendum, quando aliquid assereret in præsentia Papæ, etiamsi de præiudicio tertii ageretur, vt ait *Put. in decis. 3. lib. 1. vers. Circa primum.*

57 Extende quartò etiam procedere, quādo Cardinalis assereret aliquid fuisse mandatum sibi viuæ vocis oraculo, quia tunc ei esset credendum, etiamsi de prçiudicio tertij ageretur, vt ait *Sayr. decis. 6. de testament. & cæteri Doctor. alleg. à Gabr. concl. 3. de probat. nu. 15. & licet Cappella Tholosana decis. 463. & cæteri Doctores alleg. & Gabr. ibi supra,* distinguant id non habere locum in prçiudicium tertij; Nihilominus *Balb. in sua decis. 300.* indubitanter tenet, quòd vtroque modo semper Cardinali sit credendum, ex ea ratione, quia sicut Imperatori asserenti de rebellione subditi creditur, ita etiam, & Cardinali, *Crescent. decis. 9. de probat. & Mohedan. decis. 6. eodem tit. & Franc. Marc. decis. 988. num. 2 par. 1.*

58 Extende quintò, idem procedere in assertione Principis de facto sui prædecessoris, cui standum erit, etiam in præiudicium tertij, vt ait *Rota per Puteum in sua decis. 349. num. 3. lib. 1.*

59 Extende 6. codē modo procedere in quolibet alio officiali Papæ, vt est Legatus, Nūcius, Visitator Apostolicus, siue quilibet alius grauis minister, qui assereret rem ita se habere, vel aliquid esse rale, quia eis erit credendum, vt fuit dictum à *Rota in vna Aquen. irregularitatis Lunæ 14. Maij 1607. coram Card. Caualerio, & est decis. in eius impress. 1. num. 5. & in hac materia vide Gabr. in sua concl. 3. de probat.*

60 Extende septimò, quòd licèt attestatio Cardinalis ad fauorem sui familiaris non plenè probet; tamen magnum adminiculum facit, vt ait *Rota d. decis. 656. num. 9. par. 2. in recent.*

Subextende prædicta, quæ fuerunt dicta de Cardinale de latere Legato, procedere etiam, vbi assereret de sua potestate, vt puta legitimandi; at secus in eo, quod tenderet in præiudicium subditorum, siue in his, quæ non essent sibi specialiter reseruata, cū in illis, quç ita sibi reseruaretur Iudices ordinarij dicantur, neque isto casu est necessaria potestatis exhibitio, vt ait *Francisc. Marc. decis. 978. num. 5. & 8. & decis. 1182. num 14. par 1.*

61 Amplia 3. conclusionē, quòd etiā viro graui, & nobili sit credendum, ac illius assertioni sit standum, vt ait *Tiraquell. qui plures allegat in tract. de nobil. cap. 20. num. 39. Gabriel in conclus. 8. in 8. ampliat. cum pluribus seqq. allegat. à Rota in Pampilonen. Matrimonij Lunæ 19. Nouembris 1607. coram Card. Caualerio, quæ est in eius impress. decis. 20. num. 4. & prius dec. 1. num. 5. & dec. 238. par. 3. recent.*

62 Subamplia primò eò magis procedere circa ea, quæ ad illius officium spectant, *glos. in l. Titio cui fundus, ff. de condit. & demonstr. Decian. cons. 29. nu. 19. lib. 1. & Rota in vna Aretina confidentiæ Lunæ 23. Ianuarij 1595. coram Litta.*

63 Subamplia secundò idem procedere in viro probatæ vitæ, & famç, cui credendum est, etiam si aliqua iuris prçsumptio aduersetur, quādo dolus excluditur in eo, qui bono uiro credit, ait *Card. Caualer. decis. 10. num. 5. & ita dicunt DD. allegati ab Honded. in suo cons. 55. num. 41. lib. 1. & facit decisio Buratti 553. num. 11. Cæsar de Graff. decis. 9. num. 5. & decis. 12. num. 1. de testib. & Rota decis. 444. num. 1. & 2. par. 1. in recentior. & in Parmen. status 16. Martij 1594. coram Card. Seraph. & in Signina pœnarum, Lunç 28. Iunij 1621. coram Buratto, quæ est in eius impress. decis. 9. num. 553.* & multò magis, quando aliàs veritas haberi non posset, licèt nunquam in totum repellatur, vt ait *Rota per Buratt. decis. 349. nu. 14. & seq.* quamuis contrarium dixerim in *conclus. 55. num. 3. in materia criminali loquendo.*

Vnde videmus in proposito, quòd testimonium alicuius Sacerdotis, qui sit probatç vitç vim duorum testium operatur, vt ait *Menoch. cons. 91. nu. 89. & cons. 114. num. 7. Gabriel concl. 4. num. 40. de testib. Dec. cons. 109. num. 5.*

idem

idem Menoch. cons. 221. *nu.* 3. *lib.* 3. *& Mazon. decis.* 9. *num.* 21.

Quinimmò etiam, quòd testis non sit Sacerdos, sed sit pauper, sed probatæ vitæ; nihilominus ad probandum admittitur, quia sola paupertas non est sufficiens ad quem repellendum à testificando, *Alex. cons.* 131. *vers. concurrit lib.* 6 *& cons.* 176. *col.* 2. *versic. Tertius testis lib.* 7. *Socin. in regul.* 289. *in* 2. *fallent. & hoc fuit originale dictum Baldi in cap. si qui testium num.* 5. *vers. sequitur quarta pars de testib. Gabr. in conclus.* 18. *in* 5. *limitat. num.* 16. *eodem tit. & Cardin. Seraphinus decis.* 1076. *num.* 3.

Sed huiusmodi occasione hic obiter erit notandum, ad effectū sciendi, quando paupertas, siue necessitas alicuius sit damnabilis, ita vt aliquem excuset, vel non, tam in deponēdo in iudicio, quàm in alijs; Et de tali modo erit distinguendum; nempè aut sumus in necessitate, siue in paupertate culpabili, in quam quis facto proprio incidit, aut in fatali, idest in ea, quæ à casu fortuito prouenit; aut in naturali, idest, quæ instinctu naturæ inducitur. si loquamur de prima specie necessitatis, idest de culpabili; tunc ea quemquam non excusat, quia quod propria culpa venit sibi soli imputari debet, *l. damnum, ff. de reg. iur. l. si fideiussor*, §. *necessaria, ff. si quis caut. l. Papinianus, ff. de minor. cap. intelleximus de iudic. & ita fuit decisum à Rota per Burattum decis.* 320. *num.* 4. vbi ait, quòd priuilegium paupertatis amittitur, quando dolo, & propria culpa, & malis moribus fuit causata, cum dolosis non sit iuris beneficio succurrendum, neque quis ex sua improbitate ius consequi debeat, vt dixi *in conclus.* 161. *num.* 83.

Si verò loquamur de fatali, siue de naturali, tunc subdistinguendum est; nempè, aut loquimur in ciuilibus, aut in criminalibus, si in ciuilibus, & tunc ob eam multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur, si verò in criminalibus, & tunc paupertas facit, vt crimen non habeat nomen criminis; aut id non operatur, veluti si quis aliqua necessitate fatali, idest ex aliquo fortuito casu proueniente, siue à natura causata faciat aliquod delictum, & illud in aliam speciem delicti non transeat, vt potè si quis necessitate famis furtum committat, & tunc id tanquam à diuino fatu proueniens excusat illud committentē, cum tempore famis omnia communia fiāt, *Lod. Mol. in* 2. *tract. de iust. quæst.* 20. *in* 4. *conclus. & cap. si quis propter necessitatem de furt.* Aut verò illud operatur necessitas, quod scilicet delictum remaneat delictum, & tunc, aut necessitas causatur ex peccato alterius, qui illud agit, quod non debet, tali casu necessitas facit licitum, quod antea erat illicitum, & propterea videmus, quòd si quis, ob aggressionem, vel violentiam illicitam alterius sit in discrimine vitæ constitutus, tunc potest ipsum aggredientem impunè occidere, vt dicunt omnes Doctores in *l. vt vim, ff. de iust. & iure*; Aut verò quis ex alterius peccato non est in necessitate positus, & tunc in criminalibus necessitas non facit licitum, quòd aliàs erat illicitum; vndè fit, quòd necessitate famis non liceat mulieri fornicari, *Couarr. in regul. peccatum par.* 2. § 1. *num.* 5. *& 6. de reg. iur. & Menoch. cons.* 31. *num.* 30. *lib.* 1.

64 Amplia 4. conclusionē procedere in assertione iudicis in his, quę spectant ad eius officium, & sic illi creditur si in sententia diceret, visis actis, &c. quod tamen secus esset, quando appareret acta non fuisse transportata; Et ratio est, quia iudex non visis actis, neque absoluere, neque condemnare potest, *Cæsar de Graffis decis.* 9. *num.* 5. *& 6. de caus. possess. & propriet. & ita sæpissimè fuit decisum à Rota, sequendo dispositionem Sacri Concilij Tridentin. in sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat. & signanter in Britinorien. bonorum* 4 *Iunij, &* 15. *Nouembris* 1598. *coram Penia, & in Imolen. Saluiani* 30. *Octobris* 1600. *coram Cardin. Lancellotto, & in Albanen. beneficiorum, Lunæ* 9. *Aprilis* 1612. *coram Pirouano, quæ est inter crimin. Farinac. decis.* 356. *num.* 1. *& est dec.* 173. *nu.* 2. *par.* 3. *recent.*

65 Extende illam secundam partem in tantum esse veram, vt propterea ista qualitas transportationis actorum iudicis assertione in sententia verificari non possit,

possit, sed ex ipsis actis omninò iustificandum venit, vt ait *Socin. cons.47. nu. 15. lib.4.* & ita fuit dictum in *Lauden. deuolutionis 23. Maij 1594. coram Corduba allegata in dicta Albanen. coram Pirouano.*

66 Et ratio est, quia assertioni iudicis nō est standum, nisi eius fides comprobetur ex actis, & sic nisi circa ea, quæ ad eius officium spectant, iuxta *text in cap. quoniam contra de probat. Crescent. decis. 5. num. 2. de fid. instrum. & Bellam. dec. 245. de prebend.* & ita fuit dictum à *Rot. in Placentina Cappellaniæ 13. Ian. 1597. coram Card. Seraph. allegata in Pampilonen. Sepulturæ Mercurij 27. Maij 1609 coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 413. num. 1. Magen. dec. 22. Lucens. num. 5.* vbi firmat iudici non esse credendum nisi appareat, & præsertim in his, quæ non sunt modici præiudicij, iuxta doctrin. *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 76. sub num. 7. vers. Declara primo, & Clar. in §. fin. quæst 31. Ruin. cons. 56. num. 5. lib. 1. Rota decis. 573. num. 6. lib. 3. par. 3. diuers. & decis. 525. num. 5. par. 2. recentior.*

Fallit tamen dicta extensio, quando assertio iudicis attestantis se vidisse processum esset adminiculata, & eò maximè, quando lapsum esset biennium ex cursu, cuius actorum productio præsumitur realis, siue si in proemio sentiæ legerētur illa verba, nēpè (visis omnibus actis) vt fuit dictum à *Rota in Pistorien. beneficij Veneris 13. Ianuarij 1617. coram Buratto, quæ est in eius impress. dec. 217. num. 6. & seqq.*

Extende prædictam fallentiam multò magis procedere in foro Ecclesiastico Florentino, vbi sufficit generalis, & verbalis actorum productio, quia ea de illius tribunalis stylo habetur pro reali, qui enim stylus in ordinatorijs venit attendendus, & ad hunc effectum sufficit eum per attestationes extraiudiciales notariorum, & Curialium fuisse probatum, vt fuit dictum in *Florentina Iurispatronatus 3. Decembris 1607. coram Card. Lancellotto allegata in illa Pistorien. beneficij coram Buratto.*

Fallit secundò, quando illius assertio versaretur super eis, quæ ad eius officiū spectant, vt ait *Rota per Gregor. dec. 214 & ibi in addit.* & propterea videmus, quòd fides facta à Iudice de actis gestis coram se plenè probat, ad effectum consequendi salarium à procuratore, sine aduocato, vt fuit dictum *à Rota per Aegid. dec. 183. & in 2. par. recentior. decis. 483. num. 9. & dec. 525. n. 2.*

67 Subextende primò prædictam extensionem in tantum procedere, vt neque etiam credatur assertioni iudicis attestantis se esse talem, vigore Bullæ plumbatæ, etiamsi describeret eam esse scriptam in pergameno, & lingua latina cum quodam sigillo plumbeo, pendente in filis sericis rubei, croceique coloris, quia non ob id necessariò infertur realis literarum productio, sed hæc possunt esse verba notarij de stylo apponi solita, vt fuit dictum in *Triden. beneficij coram Penia, quæ est penes Marchesan. par. 3. fol. 87. num. 3.*

68 Subextende secundò, idem pari modo procedere in assertione executoris mixti, qui non potest dare gratiam pro iustificata, nec ei est credendum, nisi ex actis de illius iustificatione constet, vt ait *Rota decis. 413. num. 1. penes Gregorium XV.* & ibi latè habetur in annotationibus, quando mercus, aut mixtus dicatur executor.

69 Subextendè tertiò, procedere in assertione iudicis, per quam illius sententiam iustificare vellet, quia tunc ei standum non esset, vt ait *Socin. cons. 47. num. 15. lib. 4. & Rota in dicta Lauden. deuolutionis 23. Maij 1594. coram Corduba, & decis. 451. num. 12. par. 2. in recentiorib.* & præsertim vbi ageretur de re graui; At secus si de modico præiudicio, *Rot. per Card. Caualer. dec. 4. n 4.*

Veluti eodem modo diceretur, quādo assereret se aliquid fecisse de mandato Principis, quia tunc illi est credendū præsente tñ ipso Principe, & dummodo assertio sit explicitę, & dispositiuè emanata; at secus si implicite, & enunciatiuè, vt ait *Farinac. in suo cons. 99. num. 7. & 38.*

70 Subextende quartò, in assertione facta à Iudice, quę tenderet ad illius iurisdictionem fundandam, quia ei non creditur, vt fuit dictum in *Romana Laudi Ven. 28. Iunij 1615. corā Burat. quæ est in 1. par. recent. dec. 515. n. 11.*

Vnde

Vnde videmus, quòd appellatio datur à pronuncia iudicis, per quam se competentem declarat, vt fuit dictum à *Rota in Licien. beneficiorum coram Cardin. Caualerio, quæ est in eius impress. decis. 2. num. 8.*

71 Amplia quintò, quòd etiam assertioni arbitrorum standum est, quando tamen illis sit data potestas procedendi etiam sine scriptis, vt fuit dictum à *Rota in dicta Romana Laudi coram Buratto, num. 6.*

72 Contrarium tamen firmauit *Rota ibidem num. 9. & seqq.* ea ratione, quia illi assertioni Arbitrorum non est standum, quæ versatur circa fundamentum suæ potestatis, *Iason. in l. 1. num 60. vers. Ego teneo contrarium, ff. de offic. eius, & ibi Curt. in addit. ad Alexand. num. 55. Purpurat. num. 547. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 130. vers. Non obstat de constit. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 9. num. 27. & Gabr. cons. 40. num. 17. lib. 1.*

73 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende primò eam quoque procedere, quando essemus in assertione facta circa ea, quæ concernunt iustitiam vel iniustitiam sui laudi, quia tunc illi non est credendum, vt ait *Rota dicta decis. 515. & in eadem 13. Ian. 1614. coram eodem Buratto, quæ est in d. 1. p. recent. dec. 553. num. 4.*

74 Extende secundò eam quoque procedere in assertione ab arbitro se esse talem attestanti, quia tunc illi non statur, nisi de compromisso appareat; alias laudum ab eo datum non valeret, tanquam à non habente auctoritatem arbitrandi latum, & præsertim si compromissum esset conditionale, quia tunc nisi de illius purificatione constaret, illius laudum non valeret, vt ait *Rota d. decis. 553. num. 7. & prius decis. 515. num. 11. & seq.*

75 Extende tertiò procedere etiam in omnibus iis, quæ non nisi per scripturam probari possunt, quia tunc assertioni arbitri credendum non venit, vt ait *Rota ibi supra dicta decis. 553 n. 9.*

76 Extende quartò, etiam procedere in assertione arbitri se esse impeditum attestantis, quia tunc ei non est credendum, nec ob id posset ex eo illi renunciare, sed circa illud tunc esset necessaria causæ cognitio, & impedimentum debet esse futurum, & perpetuum; non autem præteritum, & parum durabile, quemadmodum etiam illius renunciatio deberet fieri cum consensu partium, aliàs posset cogi ad ferendum sententiã postquam illud acceptauit, etiam captis pignoribus, vel mulcta illi, seu carceratione indicta, vt fuit dictum à *Rota in Anconitana Compromissi Luna 10. Iunij 1613. coram Vbaldo, quæ est dec. 298 num. 1. & seqq. par. 1. in recentior.*

77 Declara tamen illam secundam opinionem esse veram, veluti si essemus in causis magni ponderis, & præiudicij; quia verũ est, q tunc arbitro nõ esset credendũ, si assereret se sine scripsit, & sic sine tela iudiciaria potuisse procedere, aliàs esset velle nimis potestatẽ arbitri relaxare, & sic reductionem ad arbitriũ boni viri tollere, vt ait *Rota mox citanda*; Prima verò opinio procederet, quãdo versaremur in causis leuibus, ac modici præiudicij, vt tali modo concordando dicunt *DD. allegati à Rota in dicta decis. 553. num. 3.*

78 Declara secundò, illam secundam opinionem non procedere in Præside, cui credendum est, si asserat se delegasse causas meri, & mixti imperij, ex aliqua iusta causa, iuxta tradita per *Ruinũ cons. 35. num. 38. & cons. 50. in fin. lib. 1. allegat. à Rota ibi supra.*

79 Sed tu pro concordantia istorum terminorum dicas, quòd Præsidi venit credendum, quia est iudex ordinarius, & quia de illius iurisdictione non dubitatur; At secus in Delegato, & Arbitro, cum eorum iurisdictio ab alterius concessione procedat, vt dicunt *Butr. Menoch. Gabriel, & alij allegati à Rota in dicta decis. 553. num. 6. par. 1. in recentior.*

80 Amplia sextò principalem conclusionẽ procedere in assertione notarij, quæ probat contractum fuisse celebratum cum numerata pecunia manualiter, & in contanti, vt fuit dictum in vna *Beneuentana census Veneris 16. Decembris 1594. coram Card. Pamphilio, quæ est inter criminal. Farinacc decis. 89. num. 1 & in eadem Veneris 22. eiusdem mensis, & anni, coram Cardin. Mantica, quæ est in eius*

in eius impressis decis. 302. *num.* 1. *& prius in Florentina bonorum* 17. *Aprilis* 1592. *coram Cardin. Mellino, & in alia Calaguritana census Mercurij* 11. *Decembris* 1592. *coram Litta, quæ est inter dictas criminal. Farinac. dec.* 190. *num* 3. *& prius decis.* 132. *num.* 5. *apud eundem*, & postremo *in Fauentina pensionis Mercurij* 23. *Ianuarij* 1619. *corã Card. Caualerio me scribente*, vbi habetur, quòd verba præsente, soluente, & exbursante in tot zecchinis, & vngheris aureis idẽ important, quod in pñtia notarii pecuniç actualiter fuerint numeratæ; quo enim casu vera numeratio probata censetur dicto tempore confectionis instrumenti, vt fuit quoque dictum *in Bononien. census* 24. *Aprilis* 1600. *coram Cardin. Pamphilio, & in alia Terdonen. pensionis* 7. *Iunij* 1616. *&* 16. *Ianuarij* 1617. *coram Vbaldo, & melius in dicta Fauentina pensionis Luna* 16. *Decembris* 1619. *coram Cardin. Caualerio*, ibi respondendo contrariis, *Rota inter crim. Farinac d. decis.* 132. *& apud Cinc. decis.* 127. *num.* 1. *& decis.* 355. *num.* 5. *&* 375. *num.* 2. *& prius decis.* 157. *apud Gregor. & decis.* 404. *n.* 1. *par.* 2. *in recent. & in Romana seu Nepesina census* 13. *Maij* 1614. *coram Manzanedo, & in Interamnen. Census* 2. *Iunij* 1621. *coram Vbaldo seniori*, in qua plures aliæ decisiones referuntur.

81 Extende primò eam ampliationem adeò esse veram, vt propterea, qui contrarium dixerit per contrarias, & concludentissimas probationes illud probare debet; & ratio est, quia quoties habemus casum instrumenti omnis disputatio cessat, quia illud facit probationem probatam euidentem, & manifestam, vt ait *Rota dicta decis.* 89. *penès Farinac. sub num.* 1. *& in Romana fructuum census Sabbati* 23. *Ianuarij* 1599. *coram Litta, & in alia Reatina depositi* 18. *Decembris* 1600. *coram Penia, & in Romana census Luna* 23. *Febr.* 1604. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impressis decis.* 157. *num* 6. *& Rota penes Pacific. de Saluiano decis.* 227. *num.* 4. *& Cincius de censib. artic.* 8. *num.* 20. *&* 21. *& sub num.* 22. *&* 23. ait quòd testes debent esse omni exceptione maiores, & deponere per necesse.

Et propterea tali casu attestatio procuratoris ad emendum censum constituti non noceret principali, si ille diceret pretium non fuisse solutum in pecunia numerata, quia illud non sufficeret ad tollendam fidem instrumento, in quo assereretur pecuniam fuisse numeratam, etiam si attestatio esset facta eadem die, & coram eisdem testibus instrumentariis, iuxta tradita per *Cinciũ par* 2. *cap.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 8. *num.* 15. *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 796. *num.* 5. *& seqq.* & ita fuit dictum in *Romana census Luna* 22. *Martij* 1621. *coram Buratto*.

82 Fallit tamen dicta ampliatio si in cõfessione facta de recepto solùm adessent illa verba (confessus est habuisse, & recepisse à Francisco dante, & soluente) quia nisi etiã adderentur illa verba (prout actualiter habuit, & recepit) tũc vera numeratio probata non censetur, iuxta doctrinam *Baldi in l. si ex precio, num.* 3. *C. si cert. petat. & in l. si ex cautione num* 8. *in* 4. *quæst. C. de non numer. pecun. Felyn. in cap. si cautio num.* 53. *versic. Nota secundo de fide instrument.* & ita fuit dictum in dicta *Fauentina pensionis Luna* 16. *Decembris* 1619. *coram Card. Caualerio*.

38 Et propterea fuit ibi responsum non obstare decisionem factam in *Ianuen. Pecuniaria* 15. *Aprilis* 1611. *coram Cardin. Lancellotto*, quia ibi non aderant illa verba (actualiter præsente soluente, & exbursante prout tantam quantitatem esse dixit) sicuti aderant in casu illius decisionis coram *Cardin. Caualerio*; Vltra quod ibi agebatur de saluando instrumento à falsitate, & ob id nulla fuit habita consideratio, quòd ibi testes adessent, qui numerationem excludebant, vt fuit dictum in illa *Fauentina pensionis* 16. *Decemb.* 1619. *coram Card. Caualerio*.

84 Subextende prædictam ampliationẽ procedere, etiã si notarius fuisset vsus illis verbis (prout tantam quantitatem partes esse dixerunt, &c. quia non ob id necessario infertur, quin ille fuerit præsens numerationi factæ in tot zecchinis & vngheris, ex ea ratione, quia si verè fuisset præsens veram quantitatem soluti sciuisset; sed quod ea ratio non

conclu-

concludat, ex duobus optimè probatur, & primò quia quotidie illorum valor solet, vel saltem potest augeri, & minui. Secundo quia potest esse, quòd illa quantitas non fuerit numerata, sed in sacculo, vel in vno accerno actualiter tamen, & in pręsentia notarij tunc soluta, quod quidem eò magis comprobaretur, quando adessent illa verba (prout tantam quantitatem esse dixerunt) veluti in simili casu apponere solent notarij, vt testatur *Speculat. in tit. de empt. & vendit. §.1. num 27. Bertaz. clausul. 37. glos. 1. allegat à Rota in d. Fauentina pensionis 1619. coram Card. Caualerio.*

85 Sed est benè verum, quòd si deregeretur pecuniam in dicto instrumento non fuisse numeratam, tunc notarius de falso puniendus veniret, vt ait *Surd. dec. 284. num. 1.*

86 Extende secundò, illam dictam ampliationem quintam procedere in assertione notarij facta de sua commissione, cui creditur de stylo Rotæ, *vt ait Verall. decis. 245. & 266. par. 2.* & sępius fuit ita decisum aliàs, & signanter in *Dertusen. iuris conferendi 24. Maij 1596. coram Cardin. Seraphino, & in Gerunden. vini 13. Maij 1598. coram Penia, & in Ferrarien. bonorum 23. Maij 1601. coram Cardin. Lancellotto,* Item quòd de stylo Curiarum credatur notario de sua commissione asserenti clarè firmat *Menoch. de præs. lib. 2 præs. 79. num. 30 sequendo Caputaqu. d. decis. 266.* & ita fuit decisum in *Mediolanen. Decimarum sancti Donati Lunæ 23. Ianuarij 1612. coram Pirouano, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 351. num. 3.*

Contrarium tamen venit dicendum de iuris rigore, cuius dispositione non creditur notario asserenti se rogatum de commissione sibi facta, vt ait *Rota decis. 766. num. 3. par. 3. recent.* secus autem, veluti si essemus in deputatione iudicis deperdita, ob incuriam notarij eam non adnotantis, quia si notarius faceret fidem de ea, & partes semper comparuissent sine oppositione, & dictus notarius seruauerit terminos corā eodem iudice, tunc sententia sustinebitur, si tamen alia verisimilia concurrant, quia isto casu non potuit exaduerso dari de defectu iurisdictionis de gestis coram eo iudice deputato, ex ea pręsumptione, quòd iudici fuerit facta fides de deputatione sua; aliàs quod ille non se ingessisset in causa, & eò minus poterit de huiusmodi nullitate dari, si in vim illius mandati fuisset susceptus terminus ad soluendum, vt ait *Marchesan. de commiss. nullitatum sanatoria par. 3. §. 4. cap. 4. num. 106. & Rota in Romana pecuniaria 23. Iunij 1603. coram Mellino, vt refert Marchesan. vbi supra*; Et prędicta de deputatione iudicis prędicto modo facta, extende multò magis procedere, si prius pręcessisset citatio ad dandum listam confidentium, & diffidentium coram A. C. ad effectum concordandi de iudice, aliàs videndum deputari ex officio, & postea partes coram eo, vti deputato semper comparuissent, & iudex vti talis se gessisset, & pronūciasset, & minimè quādo per acta notarij A. C. & eo in Curia pręsente, ad quem facile potuisset haberi recursus, ex quibus enim vtique arguitur dictam iudicis deputationem præcessisse, & notarium ex obliuione eam ponere in calce citationis omisisse, & tantò magis prędicta procederent, quando adesset confessio à parte emanata in casu appellationis, vbi diceretur à quadam sententia lata per R. P. D. talem à D. A. C. Iudicem deputatum; & ratio est, quia cum deputatio sit iudicis ordinarij: idcircò potest etiam sine scriptis probari pro quibus optimè facit *text. in l. Barbarius, ff. de off. Prat. & in l. cum prætum, C. de liberal. causa, Bald. in l. 2. n. 7. C. de sent. Felin. in cap. cum in iure n. 10. de off. deleg. & Rota in Romana restitutionis dotis Lunæ 10. Martij, seu Maij 1590. seu 1599. coram Penia, & dec. 5. num. 3. & ibi in addit. de offic. Vicar. in nouis.*

87 Extende tertiò, eam procedere in assertione à notario facta, dum dicit testis iuratus tactis scripturis, siue in forma, &c. aut si diceret iurauit, quia tunc ei est credendum; at secus, si simpliciter sine enunciatiue dixerit iuratus, &c. quia tali casu Rota fidem huic tali testi adhibere non solet, vt ait *Gregor. decis. 368. num. 5. Verall. decis. 123. & 246. par. 2. & in decis. 295. par. 3. & in decis. 211. in manuscript.* testatur, quòd ita

seruat

seruat Rota, & fuit quoque dictum in *Cathanien. Antiquæ Illegitimitatis 29. Maij 1598. coram Orano, & in Cordubeu. liquidationis fructuum 6. Februarij 1626. coram Merlino, & per Greg. decis. 39. num. 3. & 4. & decis. 368. num. 6. & per Card. Caualer. decis. 322. num. 3. & decis. 334. num. 2. & decis. 415. num. 3. & in Neritonen. habitus 24. Ianuarij 1618. coram Card. Verospio, & prius in Meliten. Cōsertæ Mercurij 21. Ianuarij 1616. coram Buratto, & per Coccin. decis. 182. num. 4. & seq. & decis. 704. la prima num. 1. par. 1. recent.*

88 Subextende primò id pari modo procedere, si cum eo verbo Iuratus, &c. notarius vlterius procederet aliquid addendo, ex quo deprahenderetur iuramentum fuisse præstitum, quia id sufficeret pro fide eidem adhibenda, vt fuit dictum in *Vicentina feudi Mercurij 27 Ianuarij 1573. coram Clemente Octauo, quæ est inter criminal. Farinac. decis. 4. num. 3.*

Subextende secundò, quòd testes præsumantur iurati, quando illi essent examinati coram iudice in diebus certis distinctis, & non feriatis, siue si fuerunt examinati citata parte ad videndū illos iurare, aut quando pars non opposuit de defectu iuramenti, vt ait *Rota d. decis. 704. la prima num. 2. & seqq. par 1. recent.*

Subextende tertiò procedere, quando testes fuerunt examinati in loco, in quo de communi stylo iuramentū probatur ex sola notarij assertione, & ille de dicto iuramento testaretur in actu separato ab actu examinis, & eò magis si appareret iuramentum fuisse præstitum sub termino citationis ad videndum illos iurare, sed regulariter testis, vt supra dixi, iuratus non præsumitur tactis scripturis, nisi idem notarius expressè rit illum iurasse, & aliàs prout in *decis. 393. num. 8. cum seqq. par 1. recent. & d. decis. 704. la prima num. 5. & 6.*

Subextende quartò prædicta eò magis procedere, si de iuramenti defectu nil fuerit oppositum ex aduerso, licèt sit bene verum opus non esse, vt testes in eorum iuramento scripturam tangant, sed sufficit, vt illi verbis iurent, *cap. & si Christus de iur. iur. & ibi DD.* ex eo, quia ista forma est de iure positiuo, vt ait *Rota d. decis. 704. num. 1. & seqq. par. 1. recent.*

Subextēde quintò, quòd creditur notario actuario asserenti se recepisse iuramentū testiū in proprijs manibus, etiam sine testibus, & absque eiusdem notarij subscriptione, quia ea solum sufficit in fine processus pro singulis actis, & ita practicatur in Curia; licèt *Beltram. ad decis. Gregor. 368. num. 9.* dicat, quòd notario potest committi examen testiū per iudicem, sed non totum examen subdelegare; nempè citationem testiū, receptionē iuramentorum, cum hęc sapiant iurisdictionem, quamuis contrarium dicat *Seraphin. decis. 781. num. 5. & Rota in Compostellana Thesauraria 24. Martij 1608. coram Coccino, Farinac. de testib. quæst. 77. num. 175. & seq. & ibi latè.*

89 Extende quartò, vt scilicet notarij assertioni sit standum, quando essemus in dubiis assertionibus enunciatiuis antiquis, & quæ hominum memoriam excederent, quia tunc plenè probant, vt fuit dictum in *Spoletana bonorum Veneris 13. Iunij 1608. coram Cardin. Marcomontio, quæ est inter criminal. Farinacc. dec. 258. num. 4.* Quinimmò, etiamsi enunciatiua esset simplex, sed adminiculata probaret, vt ait *Afflict. decis. 87. num. 1. & Rota d. decis. 258. num. 3.*

90 Extende quintò procedere in assertione à notario facta se esse notarium, & scribam alicuius capituli, cui stādum est; veluti fuit decisum in *Firmana Beneficij 27. Ianuarij 1610. coram Card. Marcomontio, quæ est decis. 217. nu. 1. par. 1. in recent.*

Subextende eodem modo procedere in assertione notarij de commissione sibi facta, siue super auctoritate exemplandi, & publicandi instrumenta, cui creditur, vt ait *Rota decis. 404. num. 3. par. 3. recent.*

91 Extende sextò procedere in assertione à notario facta super eius stylo, vt fuit dictum in *Romana de Soderinis 28. Ianuarij 1602.* & in alijs pluribus causis, vt fuit dictum in *Romana Venea Luna 3. Iunij 1619. coram Buratto, & decis. 298. num. 2. par. 3. recent.*

92 Decla-

92 Declara tamen prædictam quartã subextensionem esse veram, quando assertio extensionis styli, seu alterius clausulæ proueniret à persona Notarii principalis, non autem ab ea alicuius tenentis officii, qui solum attestaretur cum esse Notarium in dicto officio, sed non appareret eum stipulatũ fuisse instrumentum, & de eo rogatũ; quinimmò eo casu rogitus præsupponeretur sub nomine Notarii, qui esset Dominus officii, vt fuit dictum in *Romana Hæreditatis Paragij dotis* 12. *Iunij* 1615. *coram Buratto.*

Et id, quod fuit dictum de assertione facta à Notario super eius stylo procedit in eo circa ordinatoria iudicii, cui standum est, vt ait *Ossasch. decis.* 22. *num.* 15. *Rot. decis.* 644. *num.* 4. *par.* 1. *recent. & per Coccin. decis.* 141. *num.* 2. *in eius impress. & denique in alia Romana Census Luna* 15. *Nouembris* 1627. *coram Merlino.*

Secus autem, vbi ageretur de probando stylo decisoria respiciẽte, quia tunc ille vti contra ius deberet concludenter probari, neque per consequens sufficeret extraiudicialis informatio, ex fide Aduocatorum illarum partium, vltra quod stylus isto casu nõ esset sufficiens, sed requireretur consuetudo, & per consequens essent probandi tot, & tales actus, vt ad notitiã populi, vel maioris partis deuenire potuerint, veluti in stylo ordinatoria respiciente tantum, & sic de eo, qui non esset cõtra ius non sufficeret simplex fides de eo, nisi etiam ex ea appareret fuisse oppositũ de nullitate, & ea oppositione non obstante fuisse pro illius validitate obtentum, vt fuit pulchrè deductum à *Rota per Coccinũ in sua decis.* 182. *per totam.*

93 Extende septimò, quòd creditur Notario asserenti omnia in instrumento contenta de partium consensu apposuisse, vltra quod id de iure præsumitur, etiam si essemus in clausula codicillari, & hanc esse communem sententiam, ait *Menoch. consil.* 37. *n.* 104. *et seq. & n.* 173. *cum seqq. & Rota in vna Maceraten. Hæreditatis Ven.* 15. *Feb.* 1585. *corã Robusterio, & prius in vna Anconitana Bonorum* 1576. *corã eod.*

94 Contrarium licèt teneant multi in materia clausulæ codicillaris, & multarum aliarum clausularum, vt ait idẽ *Menoch. d. cons.* 37. *nu.* 157. *& Gabriel conclus.* 4. *de consuetud.*

95 Extende octauò, quòd magis creditur Notario aliquid in voce asserẽti, quàm in eo, quod scripsit, vt ait *Magon. in decis.* 65. *Lucen. & ibi in annotat. in ver. Se errasse, sub littera A.* Et præsertim prædicta procederent, quãdo assertio Notarii esset de actu, qui potuerit interuenire tempore sententiæ, vt ait *Rota decis.* 516. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.*

96 Fallit tamen primò in Notario asserenti Titium produxisse instrumentũ mandati in actis, cui non creditur nisi totum instrumentum mandati fuerit registratum, vt ait *Boer. decis.* 281. *n.* 6 *& seqq.* & ita fuit quoque decisum in *Anconitana Censuum Merc.* 20. *Nou.* 1613. *coram Buratto, quæ est in* 1. *par. recen. dec.* 535. *nu.* 1. *in fine.*

97 Sed hic opportunè erit animaduertendum, quòd licèt assertio Notarii non probet mãdatum debitoris, datũ ad soluendum, tamen ea multum operatur, & de eo magnã præsumptionẽ inducit, & præsertim, quando ille talis in aliis partitis, & libris procurator inueniretur enunciatus, vel si pluralitas solutionum cum diuturnitate temporis, & summa notabilis pecuniarum soluta, quia tunc Rota solet mandatum arguere, vt considerauit in vna *Bisgnaten. Pensionis* 26. *Iunij* 1617. *corã Buratto, & prius in Mindonien. Canonicatus Sabb.* 26. *Nouembr.* 1616. *coram eodem, & est decis.* 196. *par.* 1. *diuers. & decis.* 591. *num.* 2. *& seq. & dec.* 440. *nu.* 5. *par.* 2. *in rec. & decis.* 43 *nu.* 3. *penes Statil. de Saluiano, & apud Zachiam de oblig. Camer. decis.* 56. *in fine, & in Toletana Pensionis* 23. *Iunij* 1617. *coram Pamphilio, & in Sancti Martini Pensionis coram Card. Sacrato, quæ est penes Marches. de commiss. to.* 2. *fol.* 486. *& per Greg. dec.* 111. *n.* 2. *& in Vasionen. Capellaniæ* 23. *Maij* 1625. *corã Vbaldo, & in Roma. Officij* 31. *Ianuarij* 1628. *coram Pironano,* Item, quòd mandatum ex coniecturis præsumatur ait *Martinus Andreas de-*

rif. 28. *num.* 9. Item mandatum procuræ præsumitur in producente scripturas pro principali ad causam facientes, quas nonnisi à dicto principali habuisse præsumitur, veluti dixi in *conclus.* 148. *sub num.* 34. *versic. Secus autem.*

Extende eam magis procedere, quando mandatum fuisset enunciatum in aliquo instrumento præsente, & consentiente domino, siue eo non contradicente, vt fuit dictum in dicta *Romana Officij* 31. *Ianuarij* 1628. *coram Pirouano.* Et quemadmodum etiam, si illud enunciaretur in aliquo instrumento antiquo, quod quidem esset sufficiens pro eo præsumendo, vt dicunt addentes ad decisionem *Buratti* 209. *nu.* 18. & eò magis si illud mandatum fuisset ab ipso domino productum, vt ait *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 505. *num.* 1. *& seqq.*

Declara tamen prædicta esse vera, vbi ageretur de probando mandato procuræ incidenter, quia tunc ex Notarii assertione probaretur, & aliis coniecturis, de quibus per *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 737. *num.* 21. *& seqq.* At secus, si principaliter de illius probatione ageretur, quia tunc illud plenè esset probandum, vt ait *Rota decis.* 503. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & Gratian. ibi supra*, vbi multa ait in hac materia.

Item, quòd mandatum probetur ex litteris missiuis, etiam quòd alteri sint directæ de aliquo negotio tractantes, ait *text. in l.* 1. *ff. mand. Rot. Ianua decis.* 48. *num.* 3. *& decis.* 51. *nu.* 4. *& decis.* 68. *num.* 3.

98 Contrarium tamen seruat Rota, quando non concurrant adminicula, vt ait *Rota decis.* 2. *de caus. possess. & decis.* 44. *num.* 12. *penes Pacific. de Saluiano*, &, quòd plus est, *Veral. in decis.* 105. *par.* 3. *& Rota in Camerinen. Pensionis* 22. *Maij* 1592. *coram Gypsio, & in alia Vrbinaten. coram Gregorio*, fuit dictum, quòd dicta decisio secunda non procedit, nisi cõstet de scientia titularis, & principalis debitoris, quòd tamen non placet *Beltramino addenti ad decisionẽ* 275. *num.* 20. vbi ait credere scientiam illam non requiri, dummodo illa admi- nicula concurrant, dicens ad id corroborandum, quod numquam Rota in tot decisionibus eam scientiam cõsiderauit principalis debitoris, veluti de adminiculis fecit, quia tunc ea iuncta cum illa assertione Notarii in instrumento prolata, maximè mandatum probant, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium in dicta decis.* 111. *& decis.* 183. *num.* 1. *par. prima diuers.* multa ait *Mascard. de probation. conclus.* 1006. *per tot.* Alias, quæ per solam enunciationem Notarii nõ probetur mandatum, ait *Surd. dec.* 231. *num.* 3. *cum seqq. & Rota in Viglanen. Locationis* 31. *Ianuarij* 1605. *coram Corduba, Mascard. d. conclus.* 1006. *num.* 10. *Afflict. dec.* 48. *num.* 2. *& Rota in d. Romana Officij* 31. *Ianuarij* 1628. *coram Pirouano.*

Licèt vt dixi, prædicta procedant, quoties ageretur de probando mandato principaliter, quia si incidenter, tunc illud satis probaretur ex sola Notarii assertione dicentis se illud fuisse rogatum à tali Notario, & à se lectum, vt fuit dictum à *Rota in Fauentina Beneficij Ven.* 21. *Iunij* 1613. *coram Buratto*, & ita distinguendo ait quoque *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 737. *nu.* 20.

99 Fallit secundò, quãdo Notarius assereret nuncium sibi retulisse aliquẽ citasse, prout in schedula, si dicta schedula integrè in actis registrata nõ reperiretur, quia tunc ei non creditur, veluti fuit decisum in vna *Lauretana Bonorum* 28. *Iun.* 1604. *coram Penia, & prius decis.* 55. *par.* 1. *diuers. & decis.* 628. *num.* 3. *par.* 3. *recen.* Et ratio est, quia non creditur referenti, nisi constet de relato; secus autẽ, si Notarius simpliciter assereret citationem fuisse legitimè executam, quia tũc ei creditur, si tamen constaret de relatione Nuncii, super illius executione, *Rota per Burat. dec.* 324. *num.* 4. Et id cum testibus assereret, vt ait *Put. dec.* 5. *lib.* 3. *Rot. dec.* 55. *n.* 1. *par.* 1. *diuer. & in Cortonen. Spolij* 28. *Nou.* 1603. *cor. Iusto, & in Cephaluden. Pensionis Vener.* 11. *Maij* 1628. *corã Buratto, & dec.* 624. *n.* 11. *par. prima recentior. & in Anconitana Pratensa Repetitionis indebiti*

1. *Mar-*

1. *Martij* 1621. *coram Dunozetto seniore*. At secus, si Notarius illud sine testibus assereret, quia tunc assertioni illius non esset standū; veluti etiā si super executione alicuius intimationis illius assertio versaretur, vt ait *Rota decis.* 651. *nu.* 2. *in fine par.* 3. *recentior.*

100 Quam quidem fallentiam extende præcipuè procedere, quando assertio Notarij sine testibus esset facta, cui non creditur, vt ait *Put. decis.* 5 *lib.* 3. *& Rota decis.* 614. *num.* 11. *par.* 1. *in recentior.*

101 Subextende primò dictam fallentiam eò magis procedere, quando ea assertio in præiudicium tertij tenderet, quæ sine testibus non probat; at secus si cum testibus, vt ait *Put. dict. decis.* 5. *num.* 1. *lib.* 3. *Rota decis.* 15. *par.* 3. *lib.* 1. *diuersor. Ossasch. decis.* 170. *num.* 6. & ita fuit dictum in vna *Marsi. ana Cappeliæ* 21. *Iunij* 1613. *coram Pirouano, & decis.* 687. *num.* 1. *in vltimis verbis par.* 1. *in recentior.*

102 Subextende secundò prædicta præcipuè procedere; veluti si essemus in scripturis alienis, & non suis, siue etiam in his, quæ ad Notarij officium non spectant, cui nullo modo creditur, vt ait *Card. Seraphin. decis.* 623. *num.* 12. & veluti ait *Rota decis.* 13. *num.* 3. *par.* 1. *in recentior. & per Card. Caualerium in decis.* 25. *per totam, & decis.* 301. *num.* 5. *par.* 3. *recentior.* vbi habetur, quòd non creditur libris Notariorum circa expeditiones factas, nisi contra eos ad quos pertinent expeditiones.

103 At secus si essemus in assertione Notarij, actuarij in ordinariis, & iudicialibus, cui tunc esset credendum, vt fuit dictum in *Bracharen. Parrochialis de Basto* 15. *Decembris* 1606. *coram Card. Sacrato, quæ est inter crimin. Farinacc. decis.* 229. *num.* 1. *& decis.* 704. *la prima, num.* 6. *par. prima in recentiorib. & decis.* 30. *par.* 2.

104 Veluti eodem modo dicendum venit de aliis quoq. officialibus, quibus plenè creditur in his, quæ eorum officiū respiciunt, & id præcipuè procedere, quādo stylus, qui ab eo probari potest ita vigeret in loco, vt fuit decisum in *Mediolanen. Decimarum Sancti Donati Lunæ* 23. *Ianuarij* 1612 *coram Pirouano, quæ est inter crimin. Farinac. decis.* 351. *num.* 4. *& Riccius in sua decis.* 50. *Cur. Archiepisc. Neapol. & Rota decis.* 298. *n.* 2 *par.* 3. *recent. & per Andream dec.* 1. *num.* 9.

105 Licèt id non procedat in nuncii assertione, cui standum non est circa solemnitates in subhastatione necessarias, vt ait *Rota per Gregorium decis.* 485. *num.* 10.

106 Veluti quoque dicitur de assertione à birruariis facta de vi sibi illata, cui non creditur, vt ait *Farinacc. in sua praxi crimin. lib.* 1. *q.* 32. *num.* 83 *& Rota Luccen. in decis.* 21. *& Thoming. decis.* 39. *Rota Lipsien.*

107 Et id eò magis, quando vis esset eis illata in loco, vbi alii testes haberi possent, & quando birruarii alios defectus paterentur, quia tunc contra reum, vtpotè repertum in actu homicidii plenè non probarent, pulchrè *Franch. decis.* 376. Licèt tamen secus esset in leuibus delictis, vt ait idem *Farinac. in præcitato loco q.* 21. *nu.* 157. *Faber in sua decis.* 38. *C. de testib. Rota Sabaudiæ.*

108 Quinimmò extende eò magis procedere ea, quæ fuerunt dicta de nuncio, quando essemus in Cursoribus, qui essent Clerici, quia cum ob clericatum, tunc in eis vilitas cessaret, idcirco illi admittuntur ad plenam fidem faciendam, etiam in causis grauibus sanctæ Fidei, veluti si deponeret penes talem personam libros Hæreticorum, aut Nigromanticorum inuenisse, *Riccius in decis.* 47. *Curiæ Archiep. Neap. & in sua collect.* 646. *p.* 3

109 Subextende 3. dictam fallentiam secundā procedere, veluti, qū essemus in assertione Notarii contra tertium absentem à stipulatione contractus, quia tunc ei credendum nō est, vtpotè si idem Notarius enūciaret se fuisse rogatū de vna adepta possessione, nam eo casu huiusmodi fides Notarii contra aliquem tertium non probat, vt fuit decisum in *Turritana Bonorū Lunæ* 27. *Aprilis* 1613. *coram Vbaldo, quæ est in* 1. *par. recent. dec.* 476. *nu.* 5.

110 Et ratio est, quia assertioni Notarii

 enua-

enunciatiuę regulariter non creditur, vt ait *Rota decis. 393. num. 8. par. prima in recent.*

Secus autem, quando essemus in eo, qui diceret eum fuisse præsentem alicui actui iudiciali, & Notarius assereret in citatione illum fuisse præsentem, quia tunc illi esset credendū, vt ait *Magon. decis. 54. num. 14. & seq. Rota Lucens.* Et ratio est, quia verba Notarij dicuntur illa partis, quando respiciunt actum, de quo agitur, vt ait *Natt. consil. 483. num. 7.*

111 Subextende quartò idem procedere in assertione facta à Notario de actu, siue de possessione de præterito, & præsertim si sine testibus factum fuisset, quia tunc illi fides non adhibetur, vt ait *Afflict. dec. 317. num. 4. Aegid. dec. 61. num. 5. Put. decis. 65. num. 2. lib. 1. Rota decis. 285. nu. 1. par. prima diuers. & in Seguntina Iurisdictionis 27. Iunij 1584. coram Gypsio, & Rota decis. 687. num. 1. par. prima in recentior.*

Quinimmò eam subextensionem, rursus Amplia procedere, etiam si assertio de præterito concerneret actū à se ipso vti notario gestum, vt ait *Put. decis. 15. de fid. instrum. Card. Caual. decis. 609. num. 4. & Rot. decis. 289. num. 6. inter crimin. Farinac. & per Gregor. decis. 177. num. 1. & ibi in addit. Card. Seraph. decis. 1430. num. 4. idem Card. Caualer. decis. 644. num. 4. Card. Mantic. decis. 302. num. 1. Corn. consil. 154. num. 4. lib. 4. Becc. consil. 5. num. 5. Castr. consil. 241. nu. 2. lib. 1. & consil. 52. lib. 2. Crau. consil. 171. num. 5. Rota decis. 289. par. 2. diuers. & in Calaguritana Iurisdictionis de Nargera 26. Aprilis 1621. coram Vbaldo.*

Veluti neque illius assertioni standum est circa approbationem exēpli alicuius scripturæ publicæ, etiam si diceret se originale in authenticam formam vidisse, si id à parte fuerit oppositum, & præsertim si non constaret de Notariatu illius, qui exemplum extraxit, vt fuit dictum a *Rota per Burat in sua dec. 472 num. 1. & 2.* siue si nō adesset inscriptio, aut subscriptio, vt ait *Rota ibi supra nu. 7.*

Eodem modo quoque procederet in illius assertione, dum diceret compulsum esse factū ex originali, siue ex originali illud extraxisse, vt ait *Rota per Buratt. decis. 290. num. 6.* & ibi docet quomodo exemplatio fiat.

112 Subextende quintò, id eò magis procedere, quando essemus extra ea, de quibus ipse Notarius fuit rogatus, quia tunc illius assertioni non est credendum; vnde videmus, quòd ex assertione, siue enunciatiua Notarij facta in fide productionis scripturæ, illius recognitio non probatur, quia de ea non fuit rogatus, vt ait *Gozad. cons. 11. num. 5. Surd. decis. 231. nu. 2. Rota decis. 452. num. 1. par. 3. recent. & fuit dictum in Vlixbonen. Iuris Conferendi Veneris 14. Ianuarij 1600. coram Litta, qua est in 2. par. recentior. dec. 22 num. 3. & prius in Toletana Parochialis de Alubandete 10. Maij 1596. coram Card. Arigonio.*

Et prædicta extende quoque procedere, etiam quando instrumenta, siue aliæ scripturæ publicæ à Notario rogatę, aliquod commodum, siue vtilitatem Notarij continerent, quia tūc illi non creditur; & ratio ea est, quia eum nullus possit esse testis, & Iudex in causa propria. Idcirco tali casu nūquam ei est credendum, etiam si cum iuramento, & firmiter ita assereret, vt fuit dictum a *Rota per Burat. dec. 281. nu. 5. Bart. & Bald. allegati ibi ab addent. num. 12. & Rota per Gregor. decis. 400. num 1.*

Quamuis tamen id duobus modis fallat, & primò, si vltra illius assertionem, & fidem etiam adminicula concurrerent, ex quibus posset suspicio, & sinistra interpretatio excludi, quia tunc crederetur illi instrumento Notarij, etiam si aliquod illius commodum contineret, vt ait *Rota per Greg. d. dec. 400. n. 3.* & ita fuit resolutum in vna *Romana, seu Anagnina Societatis officij 7. Aprilis 1628. coram Cardin. Virili.*

Fallit 2. si illud instrumentum Notarij aliquod suum preiudiciū, siue incōmodū cōtineret, quia tūc illi esset cre-

credendum, iuxta textum in *l. si puberes, ff. de falsis. Guidopap. dec.* 318. *num.* 2. *Bald. consil.* 43. *num.* 1. *& consil.* 476. *num.* 7. *lib.* 1. *Alexand. consil.* 174. *num.* 6. *lib.* 7. *& Aym. de antiquit. tempor. par. prima limit.* 4. *num.* 67. *quos omnes sequuta fuit Rota in dicta Romana, seu Anagnina Societatis officij coram Card. Virili.*

Extende prædicta hic obiter eodẽ modo quoque procedere, veluti si essemus in memoria facta alicuius societatis officij, quæ si sit manu Notarij principalis subscripta, potest illius vigore, ne dum contra officialẽ, sed etiam contra fideiussores, & alios in societate obligatos, agi, & saltem iunctis adminiculis, veluti quoque poterit procedi contra officialem, quando ab eo esset subscripta, facta tamen prius illius manus, & subscriptionis recognitione, nec non etiam decreto Iudicis præcedẽte, super forma Cameræ extensione, veluti testatur *Salust. Tiber. in prax. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 1. *&* 2. *Castrac. de Societat. offic. cap.* 21. *num.* 15. & ita fuit resolutum à *Rota in Romana, seu Anagnina Societatis officij* 7. *Aprilis* 1628. *coram Card. Virili.*

Quamuis tamen fides, seu memoria societatis non sit necessaria, cum publicum instrumentum sufficiat. *Rota per Gregorium Decimumquintum decis.* 180. *num.* 2. sed non constando de instrumento ea non probat; aliàs secus, *Gratian. lib.* 3. *disceptat. cap.* 501. *num.* 10. *& sequentib.* licèt *in cap.* 500. dicat, quòd ex supradicta memoria non potest confici instrumentum, quando ea fuit data parti.

113 Secus igitur in his, de quibus fuit ipse rogatus, & in quibus interesse non habet, quia tunc illi est credendum, nisi contrariũ probetur, vt fuit decisum in *Leodien. Fideicommissi Lunæ* 10. *Iunij* 1613. *coram Card. Sacrato, qua est in* 2. *par. recen. decis.* 463 *num.* 2.

114 Et ratio prædictorũ est, quia assertio instrumẽti numquam veritati præiudicat, sed solùm ei statur, donec cõtrarium probetur, vt ait *Rota decis.* 176. *nu.* 4. *par.* 1. *in recentiorib.*

115 Subextende sextò, idem procedere in Notario asserenti se falsum instrumentum scripsisse, quia ei in tertii præiudicium non creditur, vt ait *Surd. in sua decis.* 107. *nu.* 1. *cum seqq. & decis.* 135. *num* 2. *& Rota decis.* 167. *num.* 10. *par. prima in recent. & in secunda decis.* 413. *nu.* 3. *Cæsar de Graff. decis.* 8. *num.* 1. *de testib. & Farinac. de testib. quæst.* 66. *num.* 24. *cum seqq. Guidopap. decis.* 433 *& Rota in Placentina Capellaniæ* 19. *Nouembris* 1603. *coram Cardinale Pamphilio, & in Boianen. Beneficij Veneris* 13. *Maij* 1616. *coram Buratto, & Rota in Bononien. Legati* 2. *Iunij* 1624. *coram Dunozetto.*

Et ratio prædictæ subextensionis est, quia illi non creditur, tanquam suam turpitudinem alleganti, vt ait *Surd. dicta decis.* 107. *num.* 1. *& decis.* 135. *num.* 2. *& ita fuit resolutum à Rota in Bononien. Legati* 21. *Iunij* 1624. *coram Dunozetto.*

Quinimmò extende id in tantum procedere, vt neque sententia lata in iudicio criminali contra Notariũ, per quam instrumentum illud fuerit declaratum falsum, præiudicat tertio eo vtenti, in illo iudicio non citato, sed & quòd plus est, neque sufficeret, quòd tertius habuerit scientiam illius causæ criminalis super falsitate, sed requiritur, quòd sit citatus ad hoc, vt processus illi præiudicet, & sententia eum afficiat, vt fuit dictum in dicta *Bononien. Legati* 27. *Martij* 1626. *coram Merlino, & prius in Romana Vinea de Cartarasio* 2. *Ianuarij* 1622. *coram Vbaldo, & in dicta Bononien. Legati* 15. *Decembris* 1623. *coram Dunozetto.*

116 Quinimmò nota, quòd neque tale dictum Notarij partibus noccre potest, vt ait addens ad *Magon in decis. Lucen.* 65. *in verbo se errasse, sub littera A*, & ibi habetur quomodo id procedat.

117 Fallit tamen, quando illa Notarij assertio esset verisimilis, & adminiculata, vt pluribus exemplificando tradit *Surd. dd. dec.* 107. *n.* 1. 2. *&* 3. *& dec.* 135. *nu.* 5. *& seqq.* & ibi latè discurrit. Sed nota tñ, q̃ debet concurrere

magna verisimilitudo, & quòd coniecturæ sint vrgentes, vt fuit dictũ à *Rota in Bononien. Legati* 27. *Martij* 1626. *coram Merlino*.

118 Declara tamen prædicta, non procedere, veluti si essemus in assertione facta à viro afferente se suam vxorem cognouisse carnaliter, quia tunc ei creditur, etiam si vxor contradiceret, vt fuit dictum in *Senensi Matrimonij Veneris* 17. *Maij* 1596. *coram Ratta, quæ est inter crimin.Farinac. decis.* 111. *num.* 2. *& in alia Romana Inualiditatis Matrimonij Veneris* 28. *Februarij* 1603. *coram Penia, quæ est inter dict. crimin.Farinac.decis.*192.*num.*6.

119 Secus autem esset veluti si ageretur de probando voto continentię ad effectum faciendæ separationis, quod ab vtraque parte coniugũ probari non potest. Et ratio est, quia in rebus prohibitis, quæ ex causa tantum permittuntur, assertio facientis dictam causam non probat, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium XV. decis.* 294. *num.* 5. Et ratio est, quia in prohibitis regulariter non statur assertioni partium, ne sit in eorum potestatę facere licitum, quod erat illicitum, vt ait *Rota decis.*273. *num.*4. *inter crim. Farinacij*.

120 Contrarium autem esset in assertione coniugum in tempore non suspecto facta, quæ valdè conferret ad probarionem Matrimonii, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium XV. dec.* 247. *num.* 16.

121 Amplia septimò, quòd assertioni publici Nuncii sit stãdum in his, quę ad illius officium spectant, & propterea si dicat eũ aliquẽ citasse illi prorsus credendũ est, licèt tñ pars admittatur ad probandũ contrarium, vt ait *Guidop. dec.* 628. *& dec.* 2. *Rot. Lituania allegat. à Riccio in sua Collectan.* 1169. *in princ. par.* 4. Et dummodo de commissione appareat, vt ait *Ossasch. decis.* 71. *Balb decis.*90. *Rota per Crescent. decis.* 1. *de iureiur. allegat. à Riccio ibi supra*. aliàs secus, & ratio est, quia citatio à Nuncio fieri non potest, nisi de mandato Iudicis licèt illud de consuetudine pręsumatur, vt ait *Rota dec.*393. *n*3. *p.*1.*recen.* At secus in his quæ fiunt extra suum officium, vt de communi testatur *Iason in l. properandum*, §. *& si quidem, colum.*2. *num.*8. *vers. adde*, *C. de iudic. Plot de in litem iurau.* §. 3. *num.* 33. *gloss. & Doctores in l. cum parati de appell. Bald. in l. vt perfectius C. de annal. except. Crescent. decis.* 1. *de dol. & contum. & Rota in vna Auellina Vnionis* 28. *Aprilis* 1595. *coram Gipsio. Card. Seraph. decis.* 498. *num.* 1. *& Tiraquell. de retract.* §. 8. *glos.* 9. *num.* 22. *Franc. Marc. dec.*51. *par.*2. Sed id, quod fuit dictum, quòd relationi Nuncij saltem standum sit in his quæ spectant ad eius officiũ, declara nõ procedere, quando vltra relationẽ adminicula quoque concurrerent, vt ait *Gratian. lib.*4. *discept. cap.*697. *nu.* 16. Aliàs si de facto alieno assereret illi absque adminiculo non crederetur, *Franc. Marc. dec.*418. *par.*2.

122 Extende primò id in tantum valere, vt propterea Nuncio sit standũ referenti se in tali re, vti de bonis Titii executionem fecisse, ita quod qui tali casu contrarium allegat, illud probare tenetur, veluti eodem modo dicitur de Notario asserenti possessionem fuisse captam, vti de bonis hæreditariis alicuius, cui creditur, vt ait *Rota per Burattum decis.* 511. *num.*10. vbi propterea ait hanc assertionem valde conferre ad manutentionem obtinendam in illis bonis, vt ait *Alex. in l. à Diuo Pio*, §. *si super rebus*, *num.* 27. *ff. de re iudicat. Alciat. in tract. de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 14. *num.* 5. *Gabriel de cit. conclus.* 4. *num.* 10. *Gratus consil.*30 *nu.* 58. *lib.* 1. *Grammat. in theorema* 19. *sub num.* 16. *& ita fuit decisum à Rota per Gregorium XV. in sua decis* 402. *num.* 2. vbi firmat illi esse credendum, ne dum quo ad actum immissionis in possessionem, verum etiam quòd bona illa sint debitoris contra quem executio fit. pulchrè facit *Rota per Burattum in sua dec.* 363. *num.* 1. *& decis.* 675. *num.* 3. *& prius decis.* 196. Immò si fortè Nuncius referat bona mobilia non extare, super quibus executio fieri posset, tunc ex huiusmodi relatione

ne poterit deueniri ad deliberationē stabilium, absque alia probatione, vt dicunt *Doctores allegati à Gratiano lib. 4. disceptat. cap. 697. num. 15.* & quòd illi tali casu sit eredendum, ita vt asserens cōtrarium illud probare teneatur, ait *Rota per Burattum decis. 236. num. 10.* & veluti dixi in *conclus. 152. sub num. 43.*

123 Declara tamen, quod relatio Nūcii in originali in actis facta, magis probat, quàm ea facta in manibus partis, vt fuit dictum in vna *Interamnen. Bonorum 14. Nouembris 1603. coram Gregorio, quæ est in eius impressis dec. 131. num. 2.* vbi loquitur de relatione Cursoris Vrbis.

124 Subdeclara ea, quæ fuerunt dicta de assertione Nuncii, cui eredendum est, esse vera, si tamen in assertione non erret, & ea cum iuramento fiat, vt ait *Riccius in sua decis. 16. Cur. Archiepis. & Collectan. decision. dec. 1169.* Aliàs illius error, & iuramenti omissio partibus nocere nō debet, vt fuit dictum in illa *Auellina Vnionis 28. Aprilis 1595. coram Gioifo*, Veluti eodem modo dicitur de errore Notarii, qui partibus non officit, *Magon. dec. 65. num. 2. & seqq.* vbi ait hunc Notarii errorem esse difficilis probationis; sed quomodo probetur tradit *Amat. in decis. 7.* Sed si forte Notarius dicat se errasse, illi in præiudiciū tertii non creditur, idem *Magon. ibi supra num. 5.* Sed in casu vbi Nuncius non erraret, tunc illi esset eredendum, etiam in his, quæ ad eius officium non spectant, dummodo adminicula concurrant, vt ait *Alciat. & Menoch. allegati à Gratiano dicto cap. 697. num. 16.*

Extende ea, quæ fuerunt dicta de Notarii assertione cui standum est, procedere etiam in relatione executoris, cui creditur, & pro ea in dubio venit præsumendum. Quamuis tamē admittantur probationes in contrarium; dummodo tamen sint plenæ, & concludentes, aliàs semiplenæ non sufficerent, nec præsumptiuæ, vt ait *Grat. lib. 4. discept. cap. 697. num. 20. & 23. & Alexand. consil. 114. nu. 9. Guido pap. dec. 628. Crauet. cons. 171. num. 8. Tiraquell. de retract. lignag. §. 4. glos. 1. num. 6. & Rota per Burattum dec. 191. & ibi per addent. & decis. 237. num. 8. Gregor. decis. 402. num. 2. & Rota in Ferrarien. de Tassonis 2. Decembris 1619. coram Vbaldo, & in Ariminen. Fideicommiss. 12. Februarij, & 31. Maij 1624. coram Merlino, & per Burattum dec. 196. num. 1. & dec. 425. num. 2. & decis. 675. num. 3.*

Secus autem vbi essemus in assertione eorum qui disponere possunt, quia tunc ea valeret saltem in vim nouæ dispositionis, vt ait *Rota decis. 8. num. 3. vers. secundum, par. 3. recent.*

Subextende prædicta eodem modo procedere in assertione à birruariis facta, se aliquem inuenisse cum armis, quibus eredendum est, licèt nō plenè, sed solum ad torturam, quando agitur de pœna corporali. Secus autem si dicerent, se ab aliquo fuisse vulneratos, quia tunc illis non ereditur, nisi ad inquirendum generaliter, iuxta tradita per *Farinacc. in suo consil. 100. num. 7. & 8. lib. 1. & Rota Lucen. diuer. dec. 21. de iniur. Guid. pap. dec. 628. & Riccius in sua collectan. 1169. par. 4.*

125 Amplia octauò, conclusionem principalem procedere in assertione partium, cui in non prohibitis standū erit; at secus in prohibitis, & propterea videmus, quòd vsura non excluditur ex contraria assertione à partibus facta. Et ratio est, quia, vt dixi, non est in earum facultate illud facere licitum, quod antea erat illicitum, vt fuit dictum in *Mediolanen. Pecuniaria Mercurij 27. Martij 1602. coram Litta, quæ est in prima par. recen. decis. 52. num. 3. & in alia Mediolanen. Prætensæ simulationis conti actus Veneris 27. Ianuarij 1604. coram Ortembergo, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 209. num. 1. & prius in decis. 174. num. 4. apud eumdem Farinac. & Card. Seraph. in decis. 1312. num. 2. Bellamer. decis. 222. de prob. & est decis. 173. num. 4. inter criminal. d. Farinacc.*

Et

116 Et ratio quare in his assertioni partium non sit standum ea est, ne via fraudibus aperiatur, vt fuit dictũ à *Rota decis. 559. num. 2. par. 2. in recentior.*

117 Extende idem procedere in assertione illius, qui esset prohibitus aliquem actum facere, veluti diceitur de patre, qui est prohibitus filium praeterire, cuius assertioni non est credendum, quæ ad illius actus probibiti validitatem tenderet, & præsertim quãdo ea exceptio præteritionis esset per filium incontinenti probata, & sic ex parte patris non vera, vt fuit dictum à *Rota decis. 526. num. 10. & 12 par. prima in recent. & per Gregorium decis. 294. & decis. 773. num. 3. par 3. recentior.*

Secus autem, vbi essemus in assertione eorum, qui disponere possunt, quia tunc ea valeret, saltem in vim nouæ dispositionis, vt ait *Rota decis. 8. nu. 3. vers. secundum, par. 3. recent.*

118 Extende secundò, quòd licèt pro validitate transactionis sufficiat timor litis, vel recessus ab ea, vt ait *Car. Seraph. decis. 638. n. 7. & decis. 737. & apud Zacchiam de obligat. camer. decis. 119. num. 4. & decis. 169. num. 3. par. prima in recent. & in secunda decis. 447. num. 2. & decis. 715. nu. 5. & in Romana Domorum 11. Martij 1616. coram Vbaldo, & in Mindonien. Canonicatus 14. Nouemb. 1617. coram Buratto, & prius per Card. Caualerium dec. 23. num 2.*

Nihilominus in hoc non statur assertioni partium talem timorem, vel litem extare, sed id aliundè probari debet, vt ait *Seraph. decis. 742. nu. 1. Surd. decis. 132. num. 20. & prius decis. 104. num. 2. & 3.*

119 Declara tamen, quòd iste timor litis ex coniecturis, & verisimilitudinibus probari sufficienter potest. Quinimmò, quod ad id latè verba sint interpretanda, vt transactio sustineatur, & quòd timor verificetur in lite extraiudiciali, quando partes ad iudicialẽ non se restringunt, veluti se restringere nõ dicũtur ex illis verbis quæstiones causæ, & differentiæ, &c. cũ illę veniant intelligẽdę de extraiudiciali, & præsertim cum subiecta materia non repugnet, nec nõ q; solus timor litis sufficiat, & præsertim si Iudicis decretum interueniat, pro quo venit præsumendum, ait *Card. Seraphin. decis. 737. per totam.* At secus, quando lis esset calumniosa, & quando litis dubium non esset probabile, vt fuit resolutum à *Rota in Romana Rescissionis contractus 13. Febr. 1591. coram Orano, & Card. Caualer. decis. 212. num. 2.*

Et tunc quis calumniosæ se gerere diceretur, veluti si suaderet alteri, & præsertim minori, & mulieri, vt cũ eo transigeret, allegãdo causam, quæ non esset vera, & ob eam credens esse veram ad transigendum allicere-tur, ita vt aliàs non fuisset contractus si illa causa non fuisset vera: & ratio est, quia quando quis alicui aliquid suadet, & suasio esset suadenti vtilis, & persuaso damnosa, tunc dolus venit præsumendus, & præsertim vbi reticeretur aliquid quod expressè commodum reticẽtis respiceret, & damnum ignoranti resultaret, & eò magis si in hac insolita diligentia concurrat, vt dixi in *conclus. 56. sub nu. 85. in fine*. Et ratio rationis est, quia vbi tractatur de iure minoris, & mulieris amittendo, tunc est necessaria explicita, & indubita scientia quarũcumque qualitatum, & circumstantiarum, vt fuit sæpè decisum à *Rota*, & præcipuè per *Gregorium decis. 425 num. 5. & decis. 525. num. 8.*

Sed quæ occasio ad id verè sufficiat, vide in *addit. ad Gregor. in sua decis. 138. & dec. 149. nu. 7.* vbi præcipuè ait, quòd modica occasio dubitandi sufficeret, etiam si prætensio nõ esset satis iuridica, veluti quoque auctoritas vnius Doctoris eximii esset sufficiens ad inducendam iustam causam litis, & transactionis, vt fuit dictũ in *Ramana vsufructus 15. Martij 1610. coram Card. Sacrato.*

Extende, quòd etiam transactio sustineatur, quando ea esset cõcepta verbis valdè prægnantibus, & vniuersalibus, quia tunc comprehenderet etiam ea, super quibus lis nõ extaret, quod tamen intellige verum, non in vim

vim transactionis, sed potius in vim pacti, quamuis secus esset, quando transactio efficeretur ipso iure nulla, quia tali casu, neque in vim pacti sustineretur, vt ait *Mandel. in suo consil. 89. num. 3. par. 1. & Rota per Greg. XV. in sua decis. 138. & ibi in addit. num. 7.*

Sed hic nota, quòd hoc, vt transactio sustineatur, & dicatur talis debet a lite recedi, dato aliquo, vel retēto, siue saltem promisso, aliàs diceretur pactum gratuitum, vt dixi in *conclus. 26. num. 88.* & veluti fuit vltimo loco fuit resolutum à *Rota in Romana Hæreditatis de Capizucchis Luna 10. 1630. coram Queipo.*

Extende id procedere, etiam si promissio esset inefficax, dummodo actor à lite recedat, siue etiam si aliquod minimum daretur, vt ait *Rota dec. 727. num. 3. par. 1. diuers.*

130 Extende tertiò, quòd neque assertioni partium in materia alicuius interesse credatur, nisi de illo constet liquidè, vt fuit dictum à *Rota in Ianuen. Pecuniaria Luna 7. Iunij 1610 coram Card. Lancellotto, quæ est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 882. num. 1.* & sic antequam deueniatur ad illius executionem prius est plenè liquidandum, *Greg. dec. 241. nu 6.*

131 Fallit tamen in his, quæ ab animo alicuius dependunt, quia tunc illius iuratæ assertioni esset standum; nam quæ in conscientia alicuius resident suo iuramento declarantur, vt fuit dictum à *Rota decis. 188. num. 2. & decis. 632. num. 3. par. 2. in recentior. & prius decis. 113. num. 2. & 5. dicta par. 2. recent. & per Gregorium XV. decis. 163. num. 4. & decis. 460. num. 13 & decis. 158. num. 4. & decis. 276. num. 5. & decis. 497. num. 3. in fine, par. 3. recent.*

132 Sed est benè verum, quòd ex præsumptionibus contrarium probari potest, vt ait *Rota decis. 3. de rescript. in nou. in vltima additione, Couar. in Regula Possessor. par. 3. §. 3. in fine, & Rota in Bononien. de Sancto Petro Veneris 13. Ianuarij 1589. coram Cardinali Platto.*

133 Fallit secundò, quando essemus in assertione partis aduersæ asserentis aliquem detentorem, vel occupat rem esse, quæ sufficeret ad probandā possessionem, ad effectum manutentionis obtinendæ, vt ait *Rota per d. Gregorium dec. 458. num. 3. 5. & 6. & per Andream in sua decis. impress. 1. num. 3.*

134 Amplia nonò dictam conclusionem principalem procedere in assertione facta à minore contrahente, cui standum est, si iuramentum in contractu fuerit appositum, & decretum Iudicis ibidem cōcurrat, cum illud fraudis, & doli suspicionem cessare faciat, vt fuit dictum in *Amerina Domus Veteris 13. Februarij 1615. coram Pamphilio, quæ est decis. 647. num. 2. par. 2. in recentior. & Card. Seraphin. dec. 217. num. 1. & seqq. & decis. 643. num. 2. par. 3. recentior.*

135 Fallit tamen primò, si assereret minor proximiores non habere, qui possent illi contractui interuenire, quia tunc huiusmodi negatiua per illius assertionem non probatur, aliàs si id admitteretur, facile fraus staturo fieret, vt fuit dictum à *Rota dec 713. nu. 5. d. par. 2. in recentior.*

136 Fallit secundò in contractibus sine solemnitatibus gestis, quia tunc illius assertioni non statur, vt ait *Crescent. decis. 3. de const. Gratian. lib. 3. discept. cap. 555. num. 30.*

137 Amplia decimò, quòd assertioni testatoris erit standum, quando de probando errore, & voluntate eiusdē ageretur, vt fuit dictum in *Auenionen. Hæreditatis 27. Nouembris 1598. coram Card. Seraph. qua est in eius impressis decis. 1302. num. 3.* Veluti quoque illius assertioni erit standum, si in suo testamento diceret aliquam rem fuisse in ipsius bonis contra habentes causam ab eo, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in sua dec. 693. n. 4.*

138 Extende primo idem pari modo procedere in assertione hæredis, & Notarij, circa voluntatem testatoris, cui maximè standum erit, vt ait *Rota decis. 35. num. 12. par. 1. in recentior. & Menoch. consil. 195. nu. 17. cum seqq.*

139 Extende secundò procedere in asser-

asscrtionibus iuratis testatoris super nullitate, & simulatione contractus, cui valde credendum est, vt fuit dictum in *Bononien. Bonorum Veneris* 30. *Maij* 1607. *coram Penia, quæ est inter crimin. Farinacc. decis.* 237. *num.* 8.

140 Subextende id eò magis procedere, quando ita asserens esset morti proximus, quia tunc intrat illa regula, quòd moribundus non præsumatur immemor salutis æternæ, & sic velle mentiendo in peccato mortali decedere, vt ait *Crauet. consil* 158. *num.*7. *& Rota in Romana Extinctionis Census* 18. *&* 20. *Maij* 1585. *alleg. in d. decis.* 237. *num.* 8. *propè med. inter crimin. Farinacc.*

141 Extende tertiò, in simili procedere in assertione facta ab offenso ad exculpandum, quæ quidem probat, etiam si enunciatiuè proferatur, vt ait *Magon. decis. Lucen.* 25. *num* 62. *&* 63.

142 Fallit tamen dicta ampliatio, quādo essemus in assertione testatoris dicentis se scripsisse testamentum coram testibus, quia tunc illius assertioni non statur, nisi tamen aliter ex coniecturis appareat, vt ait *Rota decis.* 752. *num.* 11. 24. *& seq.*

143 Amplia vndecimò, quòd assertio auctoris probat contra omnes habentes causam ab eo, vt fuit dictum in *Fauentina Bonorum de Nicolutijs* 15. *Ianuarij* 1582. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis.* 553. *num.* 3. *& Rota per Gregor. XV. decis.* 171. *num.* 1.

144 Quod tamen declara procedere, si successor indigeat, vel vti velit iure ipsius auctoris, vt ait *Faber decis.* 46. *& Guidopap. decis.* 52. *& Rota per Gregor. in decis.* 13. *num.* 2. *& Rota decis.* 90. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.*

145 Fallit tamen dicta ampliatio in assertione cedentis, quæ post cessionem cessionario non obest, veluti eodem modo dicitur de vendente, cuius enim assertio pari modo emptori non nocet, vt fuit dictum à *Rota per eundem Gregor. decis.* 157. *nu.* 9. *&* 10. *& decis.* 311. *num.* 13.

146 Contrarium tamen esset, vbi cessio esset facta ad commodum cedentis, vel quando cessionarius esset habiturus regressum contra cedentem, quia tunc assertio cedentis, etiā post cessionem factam cessionario noceret, vt infinitos cumulando tradit *Surdus in suo consil.* 22. *num.* 9. *&* 10.

Fallit secundò dicta ampliatio in confessione donantis, facta post donationem, quia ea donatario non nocet, vt ait *Rota dec.* 305. *nu.* 6. *par.* 3. *recentior.*

147 Amplia duodecimò, quòd assertio Parrochi inducit bonam fidem coniugibus, dum ipse diceret habuisse licentiam contrahendi matrimonium, quia tunc dicti coniuges habuerunt iustam causam credendi digno viro, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium in sua decis.* 461. *num.* 10.

148 Et ratio est, quia assertio viri legalis, & fide digni, iustam causam credendi præbet, ac bonam fidē inducit, etiā ad effectum præscribendi, vt ait *Rota decis.* 320. *num* 5. *par. secunda in recentior.*

149 Extende id in tantum esse verū, vt propterea bona fides etiam vnius coniugis ad legitimationē prolis sufficiat, vt ait *Rota decis.* 354. *num.* 3. *inter crimin. Farinac. Card. Seraphin. decis.* 1099. *num.* 1. *Sanchez de matrimon. lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 46.

150 Subextende idem procedere, etiam si bona fides in vno ex coniugibus concurrat, & mala fides in alio, quia nihilominus proles legitima censetur, vt ait *Gutierez de matrim. c.* 71. *per totum, & Sanchez lib.* 3. *disput.* 42. *& addent. ad decis. Gregor. XV.* 461. *num.* 11. vbi vnam limitationem, licèt à Rota non approbatam refert, & ad id allegat *Rotam decis.* 354. *nu.* 3. *inter crimin. Farinac.*

151 Amplia decimotertiò, quòd assertio facta in libello habet vim confessionis, eique contra proferentem standum est, quod tamē fallit primò, quando quis in impetratione commissionis confiteretur sententiā, quia illam non probat, vt ait *Bellamer. decis.* 125. *ac probat. cart. mihi* 43. & veluti dicitur de confitente mutuo recipisse centum, quia nō ob id fatetur pecu-

pecuniam fuisse cum effectu solutã. Item de confitente appellationem fuisse interpositam, quia non ob id fatetur eam legitimè interpositam, vt dixi in *conclus.* 129. *num.* 381. *& est decis.* 504. *num.* 8. *par.* 3. *recent.*

152 Fallit secundò, si essemus in petente veniam alicuius delicti, per viã libelli Principi porrecti, quia illud per huiusmodi libelli porrectionem non probatur, vt ait *Thoming. in decis. Lipsien.* 21. *par.* 1.

153 Fallit tertiò, quando vna assertio siue confessio esset incidenter facta, non autem principaliter, vt est *decis. Afflict.* 167. *cum alijs ibi per eum allegatis.*

154 Quod tamen declara non esse verum, quando essemus in delicto falsi criminis, quia tunc, etiam si ea incidenter esset facta in libello, probat cõtra asserentem, & ei standum esset, veluti ita fuisse decisum contra Notariũ Angelum Cicconum de falso inquisitum, testatur *Riccius in sua decis.* 122 *Curiæ Archiepisc. Neapol.*

155 Fallit quartò in absolutione in libello ab excommunicatione petita, quæ dictam excommunicationem nõ probat, vt ait *Rota in decis.* 11. *de senten. excommunic. in antiq.*

156 Contrarium, quòd scilicet assertio, siue confessio in precibus facta, ne dum confitenti noceat; verum etiam hæredi, ac omnibus aliis ab eo causam habentibus, textus est in *l. cũ, C. de liber. caus. & l.* 2. *C. de institut. & substit. Socin. sen. consil.* 244. *num.* 11. *lib* 2. *Rota decis.* 802. *par. prima diuer. & in Maceraten. seu Camerinen. Bonorum Luna* 28. *Iunij* 1621. *coram Remboldo*, & fuit dictum à *Rota in vna Perusina Vnionis beneficiorum Veneris* 15. *Martij* 1595. *& Rota per Papam Gregorium in decis.* 555. *num.* 9. vbi loquitur de assertione, seu confessione in commissione emanata, quæ plenè contra confitentem probat; veluti eodem modo dicitur de ea in positionibus facta, vt ait idẽ *Papa Gregor. decis.* 408. *num.* 1. *& decis.* 506. *num.* 8. vbi ait, confessionem factam in positionibus à curatore plenè probare contra pupillum, vclu-ti quoque ea per viam contentiosæ iurisdictionis quæ pupillo nocet donec de errore doceatur. Et ratio est, quia ponens fateri dicitur, vt ait *Beltramini in annot. ad decis. Gregor. XV.* 143. *sub num.* 4. Licèt *in annot. ad dec.* 555 *num.* 11. hoc modo distinguat, videlicet, Aut in commissione petit simpliciter reintegrari ad possessionem alicuius rei, & tũc nõ habetur se pro spoliato respectu ciuilis passionis, sed solum petita censetur reintegratio respectu naturalis, vt ait *Rota dec.* 561. *num.* 5. *par. prima recent. & dec.* 649. *num.* 10. *par. secunda. & in Brixien. Optionis* 7. *Februarij* 1620. *coram Manzanedo*. Aut quis simpliciter diceret se spoliatum, & non doceret ex circumstantiis facti, quod voluerit intelligere de molestationibus, & perturbationibus de facto, & quòd semper animo ciuilem retinuerit, & tali casu Rota hanc interpretationem nõ admittit, vt scilicet sit solum intelligendum de naturali, non autem de ciuili, vt ait *Rota decis.* 704. *la seconda num.* 2. *par. prima recent. & dec.* 500. *nu.* 3. *&* 4. *in d. prima par.* & latè in *Elnen. Cameraria* 3. *Iulij* 1617. *coram Buratto*.

Vnde pro concordantia prædictarum opinionum hoc modo erit dicẽdum, nẽpè si quis dixerit in commissione se spoliatum fuisse de facto, & statim addiderit eum velle in sua possessione manuteneri, & tunc ille se pro spoliato non habere fatetur, vt ait *Rota* in prædictis decisionibus, & signanter in illa *Elnen. coram Buratto*. Secus autem, quãdo quis narrat actũ positiuum spoliationis, & adit Iudicem pro recuperatione, & reintegratione, quia tunc ipse se pro spoliato habere censetur, vt plenè fuit dictum in *Romana Domorum* 23. *Ianuarij*, *&* 23. *Iunij* 1616. *coram Vbaldo*. Quãuis tamen Beltramin. ibi supra dicat, quòd cum Rota diuersimodè in hac materia senserit, quia hæc materia à solo animo prouenit, an scilicet quis habuerit se pro spoliato, nec ne. Idcircò ille concludit, quòd ex facti circũstãtiis id totum terminandum venit, & sic ex præcedentibus actibus, & verbis

verbis,& etiam ex postea gestis, vt ait *Rota decis. 644. num. 6. par. prima recent. & in Romana Spolij Domus 16 Martij. 1620 coram Cardinali Caualerio. & per Buratt. dec. 269. & ibi per aadent. & in Ianuen. Parochialis 13. Martij 1626. & 19. April. 1627. coram Durano.*

157 Fallit quintò, vbi essemus in verbis narratoriis, quia in illis intentio libellantis non fundatur, vt ait *Capice. in sua decis. 61.*

158 Fallit sextò, quando asserens, siue confitens suam assertionem reuocasset, vt decidit *Balb. Iaffred. in sua decis. 78.*

159 Amplia decimoquartò, quòd assertioni administratorum aliquid fuisse impensum standum est, si tamen doceāt de legitimis, & iustis causis, aliàs secus, vt fuit dictum à *Rota in decis. 217. num. 2. par. 2. diuers.*

160 Extende eodem modo procedere in assertione administratoris allegantis se non administrasse, sed alium cui non est credendum, si per eum alium administrasse non doceatur, vt ait *Rota in decis. 342. num. 1. inter creimin. Farinac.*

ARGVMENTVM.

DE OFFICIO ASSESSORIS.

CONCL. CLVI.

1 ASSESSORIS officium, nota, quòd est consulere Iudici, sed non iudicare, & propterea videmus, quòd Iudex tenetur eum perquirere in sententiando, sed non eum sequi *l. consiliarios, C. de assessor. & gloss. in l. 1. in fine*, & ibi *Bart & Alex. ff. de offic. Assessor.* licèt secus sit, quando consiliū Assessoris esset iustum, & iuridicum, vt ait *Franc. Marc. in sua decis. 295. num. 2. & 3. par. 2.* & ita fuit dictum in *Astoricen. Congruae Veneris 19. Iunij 1587. coram Card. Mantica, quae est in eius impressis decis. 5. num. 3. & est decis. Buratti 29. num. 16.*

Veluti eodem modo dicitur de arbitro, qui teneretur sententiare cum voto, & consilio alterius, quia tunc sat erit, si illum requireret; at secus si diceretur, quòd de voto, & consilio illius sententiaret, quia tali casu non sufficeret illum perquirere, sed teneretur sequi, vt ait *Gratian. lib. 3. discep. 524. num. 2.*

Fallit tamen in adiuncto, & praesertim Indicibus Romanae Curiae dato, quia tunc vnus sine altero indicare non potest priuatiuè, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. c. 837. num. 20. & veluti dixi in concl. 53. num. 9.*

2 Extende eodem modo procedere in Canonicis assistentibus Episcopo in visitatione per eum in forma iudicii facta, quia ab illis informationem recipere potest, vt ait *Rota in Iller. den. Visitationis 13. Nouembr. 1602. & 26. Iunij 1606. allegat. à Rota in decis. 168. num. 1. par. 1. in recent. coram Iusto.*

3 Subextende, quòd Assessores Principum non possunt aliorum Principū, & Statuum transactionibus interesse, nec propriis commodis inuigilare, sed solùm suo officio curam adhibere, vt ait *Gaspar Gulielm. decis. 19 par. 1. Rotae Spirens.*

4 Vnde ex praedictis infertur primò, quòd sententia debet proferri in personam Iudicis, & non Assessoris, & ita de stylo Parlamenti seruari, testatur idem *Franc. Marc. in dicta decis. 295. num. 2.*

5 Infertur secundò, quòd Assessor potest consulere tam partibus praesentibus, quàm etiam eis absentibus, & non citatis, nec requisitis; & propterea non est opus, vt coram eo allegationes Iuris per Aduocatos fiant, vt ait *Angel. & Gabriel allegati à Rota in dicta decis. 5. num. 3. coram Card. Mantica.*

6 Contrarium tamen tenet *Franch. in cap. cum speciali in princip. quaest. 17. num. 39. de appellat.* Et ratio istius secundae opinionis ea est, ne assessor suspectus partibus eligatur, iuxta textum in *cap. statutum, §. assessorem de rescript in 6. & Innocent. in cap. super quaestionum num. 6. de offic. delegat. allegat. à Ro a in dicta decis. 5. nu. 4.*

7 Concorda tu tamen, quòd scilicet

prima

prima opinio procedat, quando Iudex ſponte aliquem aſſeſſorē eligit, quod enim ab eo fieri poteſt partibus etiam inuitis, & nō citatis. Secunda verò procedit, quando aſſeſſor ex ſtatuto, ſiue ex conſuetudine, aut ex tenore, etiam commiſſionis à Iudice eſſet eligendus, quia tunc illius electio parte citata erit fiēda, ne (vt ſuperius dixi) ſuſpectus aſſeſſor partibus eligeretur; & hanc opinionem eſſe veriorem, & receptiorem teſtatur *Rota in d.deciſ.5.ſub num.4.*

8 Extende primò illam opinionem in tantū procedere, vt nec talis aſſeſſor ſpōte à Iudice electus, poſſit iurari ſuſpectus, quia talis aſſeſſor nil aliud, niſi quandam informationē, ſiue ipſiuſmet Iudicis inſtructionem facit, vt ait *Rota d.dec.5.n.4. in fi.& n.6.* vbi ait, quòd Iudex imperitus huiuſmodi electionem aſſeſſoris facere tenetur, vt ex iuribus ibi in *d.dec.alleg.* probatur.

9 Extende ſecundò, quòd in caſu primæ opinionis, laicus poſſit eſſe aſſeſſor Epiſcopi, & ſic quando ille ſpōte vult ſibi aſſeſſorē aſſumere, quia iſte talis tunc iuriſdictionem non habet, ſed ſolum datur ad Iudicem inſtruendum, & ad illum coadiuuādum, & ſic talis ſentētiare in cauſis ſpiritualibus nullo modo poteſt; At ſecus ſi eſſemus in altera ſpecie aſſeſſoris à Statuto, ſiue per commiſſionem electi, & cum facultate iudicandi, quia tūc iſte talis Iudex Delegatus, ſiue Ordinarius diceretur, neque per conſequens iſto caſu laicus poſſet eſſe Epiſcopi aſſeſſor.

10 Et ratio eſt, quia (vt dixi in verbo Adiunctus) laici ex ordinationibus, tum Legum, & Canonum, tum etiam Pontificum, & Conciliorum, & præſertim Bullæ in Cœna Domini ſunt adeò iuriſdictionis Eccleſiaſticæ incapaces, tam actu, quàm habitu, vt nullo modo in cauſis ſpiritualibus ſe intromittere valeant, ſub pœna excommunicationis incurrendæ, etiam per ſolam pacientiam, clericos coram ſe comparere tollerando, quod enim procedit, etiam ſi eſſemus in cauſis poſſeſſionis; quod tamen intellige eſſe verum de iure hodierno; At ſecus iuxta illud antiquū, vt latè fuit deductum à Rota in vna *Oſcen. Canonicatus 1.Dec.1595.coram Penia, quæ eſt apud Marcheſ.de com. to.3.f.127.*

Et propterea caueat Iudex laicus, ſed quàm cito ſibi de clericatu cōſtabit, debet immò tenetur de facto reuocare quidquid contra clericum fecit, cum, vt dixi, proceſſus ſit ipſo iure nullus, vt ait nouiſsmè *Ambroſin. in ſuis comment.in Bull. Greg.xiiij. de immun.& libert.Eccl.c.17.n.19.* quod quidem procedit etiam ſi clericus nō comparet ad declarādam iuriſdictionem, vt fuit deciſum in *Florentina Domus Lunæ 10.Iun.1591.coram Card. Seraph.& eſt dec. 305. inter crim. Farin.Surd.dec.26.n.7.& 11.Guidop.deciſ.77.* Immò, neque huic priuilegio fori poteſt renunciare clericus, vt ait *Rota in dicta Florentina Domus coram Seraphino.*

11 Sed tenendo opinionem inſpecto iure antiquo, extēde primò eam procedere in poſſeſſorio recuperandæ adipiſcendæ, & retinendæ, vt ait *Guidopap. deciſ.1.58.& 207. Grammat. deciſ.78. Boer.deciſ.69.Theſaur.dec. 82.& Oſaſch. deciſ.116.*

12 Extende ſecundò eam procedere quoque in poſſeſſorio cauſæ matrimonialis, vt ait idem *Theſau.dec.117*

13 Tenendo autem alteram opinionē de iure hodierno, extende primò eam multò magis procedere, quando in poſſeſſorio ageretur principaliter de titulo, vt ait *Caroc.in ſua deciſ.137.*

14 Extende ſecundò, quando poſſeſſio eſſet omnino iniuſta, vt ait *Frāch. in ſua dec.163.*

15 Et ratio prædictorum ea eſt, quia non debemus ſacra prophanis immiſcere, vltra quod perſonæ Eccleſiaſticæ, vt plurimum, ſunt legalioris integritatis, quàm ſint laici, & propterea videmus, quod duplici honore ſunt honorandi, vt ait Eccleſiaſt. *Vos Dij eſtis, & nolite tangere Chriſtos meos:* & propterea iuxta diſpoſitionē legū, & Canonum eorum dictum vim duorum teſtium habet, nec cōtra eos ſiniſtra ſuſpicio admittitur, vt ait *Magon.*

KKK *deciſ.*

decis. Lucen. 9. num. 21. & Rota per Gregorium XV. decis. 251 num. 10. Quinimmò, quòd clerici sint iure Diuino, veluti cęteri Ecclesiastici à iurisdictione laicali exempti, ait *Alexan. Ambrosin in suis comment. in Bulla Gregor. XIV. de Immunit. & libert. Ecclesiast. cap. 16, num. 4.*

Declara hic obiter, id quod fuit dictū de Sacerdotibus, vt scilicet illis magis adhibeatur fides, quàm cęteris non religiosis, procedere, quando illi religiosi si sint regulares, cum licentia suorum Superiorum deponant; aliàs secus, vt ait *Grasian. lib. 5. disceptat. cap. 910. num. 17.* licèt *sub num. sequenti* concludat, quòd postquam deposuit Monachus, eius dictum probet, absque licentia, ex doctrina *Abb. in cap. cum nuncius 12. num. 4. Aretin. ibi num. 11. Felin. num. 3. in fine de testib. Corn. consil. 135. nu. 7. lib. 1. Rolan. consil. 24. num. 77. cum seqq. lib. 1. & Farinac. de testib. ait*, hanc esse communem opinionem *quaestion. 61. num. 134. Mascard. de probationib. concl. 261. num. 13.*

16 Extēde id in tantū procedere, vt cōmissio causæ Ecclesiasticæ fieri non possit laico, etiam iuxta not. in *clem. Iudices de offic. delegat. & in cap. Statutum de rescript. in 6.* & ita fuit decisum in *Egitanen. Decimarum 17. Iunij 1577. coram Cardinali Blanchetto*, & In alia *Ariminen. Castrorum Lunæ 13. Martij 1600. coram Card. Lancellotto Iuniore.*

Secus autem, vbi de licentia Papæ fuisset delegata aliqua causa Iudici laico, quæ esset Ecclesiastica, & sic contra clericum, siue aliam personam Ecclesiasticam, quod sine difficultate optimè fieri potest ob eo, etiā si causa esset criminalis, quod tamen secus est in Ordinario, siue alio inferiori, iuxta tradita per *Alexand. Ambrosinum in suis commentar. in Bullam Gregorij Decimi quarti de Immunitate, & libertate Eccles. cap. 18. num. 1. & sequentibus.*

Declara tamen id, quod fuit dictum de priuilegio per Summum Pontificem alicui concesso, cognoscendi de delictis Clericorum, solùm procedere in certis delictis, & in Clericis certi loci, non autem per priuilegium generale totum Ordinem Clericalem comprehendens, vt ait dictus *Alexand. Ambrosinus ibi supra.*

17 Extende prædicta eò magis procedere, quando non deessent personę Ecclesiasticę idoneę, quibus causæ spirituales committi possent, quia tunc cognitio causæ ciuilis, & criminalis Ecclesiasticæ non esset laicis committenda, vt in puncto ait *Barbat. in suo consil. 45. nu. 8. & 10. lib. 2. & Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. num. 49.*

18 Sed est benè verum, quòd laicis nudum ministerium causarum spiritualium committi potest, vt ait *Aegidius decis. 45. Caputaqu. decis. 376. lib. 1. in manuscript. & Rot. in d. Ariminen. Castrorum coram Lancellotto.*

19 Nec obstant ea, quæ ait *Ricius in sua resolut. 540. fol. 438. in sua praxi Archiepiscop. Neapol. vltimo loco impress.* dum ait, quòd Episcopus potest sibi assumere laicum in assessorē, quia ea procedunt in assessore voluntario, at secus in electo per statutum, siue per commissionem, vt superius ex mente Rotæ dixi.

20 Et propterea videmus, quòd quando essemus in electo ex statuto, siue ex commissione, vt fit in Capitolio, tunc talis posset suspectus recusari, quando, verbi gratia, prius in eadem causa fuisset Aduocatus, veluti etiam fieret, si vnus fuisset factus Iudex, qui prius fuerat in causa Consultor, vt ait *Capic. decis. 146. num. 3. Gratian. lib. 1. discept. cap. 4. nu. 4. & 5.*

21 Extende eodem modo è conuetso procedere; nempè, quando quis prius sententiam tulisset, quia ille non prohiberetur postea esse Aduocatus in defendendo id, quod iudicauerat, vt ait idem *Gratian. ibi supra nu. 7.* & veluti dixi in verbo Aduocatus.

22 Sed declara tamen prædictam recusationem posse cōpetere ei tantū;

contra

contra quem ille talis fuit aduocatus, non autem ei, pro quo postulauit, licèt etiam secreta causæ propalauerit, vt ait idem *Gratian. in dicto cap. 4. num. 6.*

23 Infertur tertiò, quòd si quis assessor petierit munus aduocationis in Camera, stante assessoratum adnocationem exercuerit, tunc opus non esset iurare de nouo, sed si antea Aduocatus non fuit, iurare tenetur, cum iuramenta Aduocatorum, & Assessorum sint diuersa, vt ait *Gaspar. Gulielm. decis. 90. par. prima Rotæ Spirensis.*

24 Fallit tamen, veluti si essemus in Assessore ordinario, qui si in alium locum præsentatus fuerit, aut ex officio assumptus, ita vt ad alium locum altiorem peruenerit, veluti, quia prius erat Cæsareus circuli Rhenensis, & postea, aut Electoris, aut alterius circuli eminentioris fuerit effectus, tunc iterum iurare tenetur, sed non iterum examinari, & ita seruari in illa *Rota Spirensi*, testatur idem *Gaspar Gullielm. decis. 50. par. secunda.*

25 Infertur quartò, quòd si vnus assessor moriatur, tunc Collegium successorem ex pluribus propositis eligere solet, & propterea cum iam Elector Saxoniæ duos præsentaret; Camera noluit illos sine vlteriori præsentatione accipere, licèt aliquandò Cæsar vnum solum nominauerit, & receptus fuerit, idem *Gaspar Gulliel. decis. 89. par. 1.*

26 Infertur quintò, quòd Assessores non possunt esse illi, qui de legitimo matrimonio non sint nati, ita ex ordinatione Cameræ Imperialis; nam tales Consiliarij Principis esse non possunt; & ratio est, quia cum Doctoratus sit dignitas; Idcircò illi Doctoris titulo insigniri esse nō possunt, vt ait *Ioac. Mysinger. dec. 31. par. 4.*

27 Extende primò, quòd quando sumus in casu, vbi Assessores aliquod determinant faciendum, tunc eorum consilium excusat Iudicem, si ex eorum opinione aliquid incongruè actum resultet, vt ait *Franc. Marc. decis. 178. num. 1. par. 2.* vbi loquitur de tortura illata, cuidam de Assessorum consilio.

28 Subextende eodem modo è conuerso procedere, nempè, vt Assessores non teneantur stare opinioni Iudicis, quando illius sententia esset iniusta, sed tunc tenentur ei contradicere, & pro suo posse resistere, ne Populus defectu iustitiæ damnum patiatur, vt ait *Franc. Marc. dec. 570. num. 2. par. 2.*

29 Quod tamen intellige procedere de illis Assessoribus non sponte electis, sed de his, qui collegialiter interueniunt in subministranda iustitia, veluti dicitur de resolutionibus, quæ fiunt à maiori parte Capituli, altera parte contradicente. Aliàs daretur contrarietas ab eo, quod fuit dictum in principio conclusionis, vt scilicet officium Assessoris sit consulere, sed non iudicare, vt ait idem *Franc. Marc. dicta dec. 570. num. 2.*

30 Sed est benè verum, quòd si Iudex alicui iniustitiam faciat, si tali casu assessores non protestantur, & contradicant, puniendi sunt, & tunc quis pro contradictore habetur, veluti si in aliquo consilio assisteret, & recederet, ex eo, quia aliquo metu ibi liberè consulere non posset, vt ait *Gulielm. in sua decis. 61. par. secunda Rotæ Spirensis.*

31 Extende secundò, quòd huiusmodi Assessoribus salarium etiam non conuentum debetur, veluti dicitur de eo debito Vicario, & id procedit, licèt non fuerint ea requisita probata, nempè vt vnus conducere, alter verò operas locare esset solitus; & ratio est, quia dicta requisita procedunt in famulis, & aliis vilibus personis, quæ sæpè pro solis expensis inseruiunt sine salario; at secus in ijs, qui honoribus, muneribus, & disciplinis vacant, vt sunt Sollicitatores, Procuratores, Aduocati, Notarij, Tabularij, & Calculatores, quemadmodum contra Bartolum fuit dictum à *Rota in Turritana Mercedis coram Cardinali Seraphino, quæ est apud Marches. de commis. p. 1. fol. 1192. sub n. 2. & in impress. d. Seraph. dec. 74 num. 1. cum seqq.*

32 Subextende procedere, etiam si verba vrbanitatis causa per inseruientes prolata fuisset, veluti ex stylo Curialium, cum viris nobilibus tractando fieri solet, quæ seruitium gratuitum annuerent, quia talia verba ea proferentem non obligant, vt fuit dictum in alia *Romana Mercedis Lunæ 21. Iunij 1599. coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisio 1322. num. 1. & seq. & apud Marchesanum in dicta par. 1. fol. 1193. num. 2.*

33 Subextende secundò, idem quoque procedere, etiam si ille, qui salarium prætendit mutuo periisset pecuniam ab eo, cui inseruierat, quia id non arguit, quòd seruitium fuerit gratuitum, quando eo tempore nondum erat liquidum quid, & quantum pro salario habere prætenderet, vt fuit dictum à *Rota in dicta decisione 1322. num. 3. coram Seraphino*, & in hoc vide, quæ in hac materia late dixi in verbo Aduocatus.

Prætereà quomodo Assessores, qui dantur in causis Fori Capitolij, iuxta formam Statuti Vrbis se gerere debeant in eorũ Voti prolatione, videndũ est illud Statutum, & vide Lucam Petum in sua Praxi, necnon Leandrum Galganettum, Picum, & D. Fenzonium, qui dicta Vrbis Statuta copiosè commentarunt.

ARGVMENTVM.

ASSISTENTIA BONORVM ad hoc, vt alicui concedatur, quid sit ab eo probandum.

CONCLVSIO CLVII.

1 Assistentia bonorum nota, quòd dicitur remedium, quod requirit id, quod Salianum conceernit, vt ait *Afflict. decis. 383. num. 6.*

2 Et iste terminus Assistentiæ est valde frequens in sacro Consilio Neapolitano, vigore illius Pragmaticæ incipien Assistẽtiam, & appreciũ, &c. vt testatur *Ricc. in sua collect. dec. 175. par. prima.*

3 Licèt istud verbum, *Assistentia*, pluribus modis in iure accipiatur, & ideò secundum subiectam materiam illud intelligendum venit, vt fuit decisum à *Rota in decis. 168. num. 2. par. prima in recentior.* & ibi loquitur de ea assistentia Canonicorum in visitatione Episcopi dicens propterea, quod si Episcopus in visitatione vult procedere in forma iudicij, tunc tenetur requirere assistentiã Canonicorum, sed non eorum consilium, & consensum. At secus, si Episcopus vellet facere Visitationem generalem, sine solemni Inquisitione, quia tunc non teneretur coniudices adhibere, vt fuit dictum in *Illerden. Visitationis 13. Nouembris 1602. coram Iusto, & in eadem coram eodem 26. Iunij 1606.* Et quæ forma in visitando in utroque modo sit seruanda à Visitatore, Vide *Azor. Institutionum Moralium, tit. de Visitatione lib. 3. cap. 41. & seq. par. 2. fol. mihi 217. & sequen.*

4 Sed redeundo ad illam assistentiam bonorum; in primis animaduertendum erit, quòd ad hoc, vt ea concedatur, non est opus dominium principalis debitoris in re, de qua agitur, probare, sed solum sufficit docere debitorem illa bona obligata in genere possedisse; quod tamen intellige verum, qñ ageretur remedio Saluiani. At secus esset, qñ ageretur hypothecaria, iuxta doctrinam *Cyni in l. cum res, C. si res alien. pign. data sit*, quæ secundum Baldum ibidem, in hac materia coronam portat, vbi firmat, quòd agens hypothecaria contra tertium possessorem, qui habeat causam à debitore, siue non habeat, & siue titulus sit lucratiuus, siue onerosus, creditor tenetur probare dominium illius rei, quam dicit, sibi esse obligatam, & directum, vel vtile, siue quasi dominium ad debitorem spectare; sed *Bartol. in dicta l. cum res* ait, quod si tertius possessor habuit causam lucratiuam à debitore, tunc sufficit probare rẽ fuisse in bonis, & de bonis debitoris, veluti

fieret

fieret, quando ageretur contra ipsum debitorem, vel eius hęredem; at secus si habuisset causam onerosam, quia tunc teneretur probare de titulo; licèt sacrum Consil. Neapol. semper obseruauerit, quòd creditor probet solùm rem fuisse in bonis, & de bonis debitoris, quòd videtur esse idem, quàm probare dominium, vt ait *Ricc. in practicat. collect.* 175. & de huiusmodi obseruantia in illo Consilio testatur idem *Afflict. in dicta dec.* 383. *nu.* 6. Item, quando dominium fit probandum principaliter, siue incidenter, & quomodo in vtroque casu sit agendum, vide in *addition. ad decisionem Baratti* 236.

5 Extende, quòd neque aliquis in hoc iudicio cogitur prius liquidare debitum contra principalem debitorem, vt ait *Thesaur. in sua decis.* 53. *num.* 6. *in fine*, quicquid senserit alii ibi per eum citati.

6 Sed est benè verum, quòd ad hoc vt huiusmodi assistentia obtineatur, ea expresè, & clarè peti debet, ita vt nullo modo petita censeatur, sub illa clausula (Petens sibi ius, & iustitiam ministrari) vt fuit decisum à *dicto Senatu Pedemont. contra Roland. in conf.* 9. & alibi, vt testatur idem *Thesaur. in dicta decis.* 53. *num.* 5.

7 Vnde ex prædictis primò inferendum venit, quòd cum instrumentum, verbi gratia, factum vigore illius pragmaticæ, incipien. Assistentiam, & appretium debeat continere obligationem bonorum, pactumq. de capiendo possessionem, cum constitutione precarii. Igitur licèt hæc omnia in dicto instrumento apposita non reperiatur; nihilominus creditor poterit obtinere super executione sententiæ, super assistentia latæ, quia cum istæ clausulę soleant passim de stylo Notarii apponi, igitur illæ pro appositis habentur, & ad prædicta omnia Notarius rogatus censetur, nec propterea Notarius potest hunc stylum, absque poena falsi immutare, vt ait *Viuius in sua decis.* 518. *num.* 1. & 27. & *Riccius in dicta collectan.* 175. *in medio*, & *Surdus in decis.* 223. *num.* 9. & *sequentibus*.

Licèt contrarium videatur tenere *Rota per Gregorium in sua decis.* 90. *in fine*, vbi dicit, quòd clausula in instrumento ommissa censetur consulto ommissa, nec propterea venit attendenda, & pręcipuè id procedit in obligatione Camerali, quę non attenditur, nisi pro his, quę in instrumento expręssè leguntur, & propterea nisi exprimatur in instrumento apposita, non censetur, & pręsertim in loco vbi eam apponi non sit solitum. Quinimmò neque per Procuratorem potest apponi nisi Dominus illi dederit expressam facultatem eum tali modo obligandi, vel nisi gesta per eum Procuratorem ab eo fuerint ratificata, vt ait *Rota in decis.* 741. *num.* 11. *par.* 1. *diuers. Gallesi. de obligat. Camer. q.* 35. *n.* 14. *versic. Sed non propterea*, & *num.* 15. *in princip.* latè, & pulchrè fuit ita decisum à *Rota in Bononien. Census* 24. *Aprilis* 1600. *coram Penia*.

Concordari tamen optimè possunt prædictæ opiniones hoc modo, videlicet, vt prima procedat, vbi essemus in locis, in quibus passim solent quædam clausulæ in instrumento apponi, vt est in Vrbe, de obligatione in forma Cameræ, quæ per Notarios tam Auditoris Cameræ, quàm alios de Vrbe, ita, & taliter apponi solet, vt propterea illi alio modo rogitus recipere non consueścant. Immo isto casu ipsi eam, etiam omissam possunt in rogitibus ex se apponere. Secunda verò opinio procederet, quando essemus in locis, vt est Bononiæ, vbi ex Statuto expresè cauetur, vt ista obligatio numquam intelligatur opposita, nisi expresse dicatur, quia tunc omissa in consideratione non esset habenda, veluti dixi inferius in *conclus.* 167. *sub num.* 125. & 134.

Rursus concordare possumus, vt scilicet prima opinio procedat in illis clausulis, quæ sunt de natura contractus, & sine quibus ille non subsisteret.

Secunda verò procedit, quando contractus sine illis optimè subsistere posset, & tunc si tales clausulæ nō opponantur pro omissis habētur, neque

propterea poterat per Notarium extendi, neque suppleri, iuxta trad. per *Farinac. in suo consil. crimin. 59 lib. 1. in secundo responso nu. 14. & seq. cum alijs ibi per eum allig.* & ibi in additionibus plura ad id inuenies.

8 Infertur secundò, quòd illa pragmatica assistentiam solum habet locum, quando agitur de adiudicatione facienda creditori absque retardatione, at secus ad illum finem vendendi, & transferendi dominium eorum bonorum in alios, quia tunc executio esset retardanda in venditione, ob rationis diuersitatem, vt ait *Franch. decis.* 120. *num. 6. & Ricc. in d. collect. 175. vers. Quaeritur.*

9 Et ratio ea est, quia si adiudicatio fit creditori, tunc pro iusto pretio fiet eam rem per tabularios appretiando iuxta stylum loci, & veluti latè dixi in *verbo Adiudicatio*, sed si fiet venditio per viam subhastationis res in executione capta emptori consignabitur viliori pretio, quia tunc de iure laesio tolleratur in sexta parte ex constitutionibus sacri *Consil. Neapol.* & veluti fit in aliis locis in vim Statutorũ, vt ait *Franch. ibi supra.* Secus tamen, si subhastatio, & deliberatio fuisset nulliter facta, veluti sine partis citatione, & Iudicis decreto, siue minori oblatori, vel si fuisset facta oblatio à licitatore post mensem datum ad deliberandum absque nouo decreto, vt ait *Rota per Buratt. in sua decis. 703 per totam.*

Vnde sequitur, quòd si reus, verbi gratia in appellatione vincet, tunc si essemus in casu venditionis factae sub hasta, non datur ipsi reo actio contra legitimum emptorem ad illius rei relaxationem, sed tantummodo condictio ad precium contra victum, quod quidem cessat, quando fuit processum per viam adiudicationis eidem creditori factae, quia tunc vincendo reus in gradu appellationis, posset actor rem vna cum accessionibus illi restituere, & sic tot circuitus inutiles tollere; idem *Franch. dicta decis. 120. num. 7. & seqq.*

10 Fallit tamen si fuerit petita assistentia, etiam ad finem vendendi, veluti consueuerunt olim facere peritiores Aduocati, vt testatur, & animaduertit idem *Franch. d. dec.* 120. *num. 3.*

11 Extende, quòd veluti, quando est lata sententia super assistentia facto proprio, & adiudicatione, ea executioni demandatur pro concurrenti quantitate, ita etiam in causa appellationis executiuè retractatur, non obstante illa appellatione interposita, vt ait idem *Franch. decis.* 136. *& decis.* 283. *& Riccius in d. collect. 175. versic. Item super assistentia*, vbi ait eam decisionem non esse tutam, cum prima sententia executioni demandetur vigore pragmaticae, quae incipit M. C. V. quae loquitur in decretis assistentiae affirmatiuis; At secus in secunda sententia, quando essemus in decreto negatiuo, vt ait *Afflict. in decis.* 261. Licèt Riccius in praecitato loco relinquat cogitandum. Sed ego absolutè teneo, quòd pari modo vnica sententia possit executiuè procedi in secunda sententia ad retractandam primam executionem iam factã, vt ait *Franch. decis.* 136. *per tot. Scapuc. de Salutano lib. 3. q. 7. & Gratian. dec. March.* 20. *num. 4. & seq.*

12 Et ratio est ne actor, & reus ad imparia iudicentur, vt ait idem *Franch. d. decis. 136. num. 3. & alij ibi supra allegati.*

13 Contrarium tamen de stylo in Curia Romana seruatur, cuius enim dispositione fit, vt licèt aliquis debitor fuerit executiuè exactus, tamen pro reuocatione executionis, & repetitione iam soluti tres sententiae sunt necessariae, veluti dixi in verbo Aequalitas, in ampliatione octaua, versiculo Limita tamen, vbi recurras.

14 Infertur tertiò, quòd licèt sit lata sententia in assistentia super petitione plus debito facta; nihilominus valet, pro concurrenti quantitate, cum inseparabilibus vtile per inutile non vitietur; at secus, si essemus in indiuiduis, quia tunc sententia lata ex causa partim vera, & partim falsa in totum vitiatur, vt fuit dictum à *Rota in vna Laurinen. Frumẽti Ven. 22. Iun. 1576 coram Robusterio, & in Romana Pecuniaria de Pinellis Merc. 8. Aprilis* 1598.

1598. *coram Orano, & in Perusina Dotis Veneris 7. April. 1606. coram Ortembergo, & prius in alia Lucana Exp. nsarum Lunæ 26. Februar. 1601 coram Iusto, & Capic. decis. 51. in primo dubio*, vbi ait huiusmodi sententiã quoque de æquitate sustineri.

Secus autem, quando sententia expressum iuris errorem contineret, quia tunc ipso iure esset nulla, si tamẽ error sit taliter expressus, vt oculis sẽsus legi possit, quia non sufficit erroris cognitio isto casu per illos intellectus, & tunc expressus diceretur error, quando Iudex pronunciando se referret ad aliqua acta, quæ aut non reperirentur, aut in illis totum cõtrarium reperiretur, vt de hac materia latè discurris, *Natta in consil. 524. num. 18. & alij allegati à Rota per Buratt. dec. 139. num. 7. & ibi per addent. num. 19.*

15 Infertur quartò, quòd neque tertius possessor possit offerendo pretiũ huiusmodi executionem impedire, quia cum fuerit iam factum appretiũ per quod transfertur dominium; idcircò ius offerendi cessaret, veluti etiam post litem contestatam, quando prius super petitione executionis sententiæ fuit datus libellus, & postea lis sit contestata, vt ait *Afflict. in sua decis. 187. cum ibi alleg.*

16 Secus verò, quando essemus extra prædictum casum, cum habeamus, quod per ius offerendi saluianum tollatur, vt fuit dictum à *Rota in decis. 295. par. 2. diuers. & in Romana Domus 13. Iunij 1582. coram Bubalo, & in illa Romana Legatorum Veneris 3. Decembris 1597. coram Corduba.*

17 Sed nota tamen, quòd quando intentaretur istud interdictum à creditore posteriori, & ei obiiciatur ab anteriori de iure suo, tunc si fieret oblatio anterioris crediti illud saluianum procederet vigore hypothecæ, & nõ iuris offerendi, veluti fuit dictum in vna *Senogallien. Prædij Lunæ 14. Nouembris 1583. coram Bubalo.*

18 Infertur quintò, quòd quando bona fuerunt appretiata, & adiudicata, & ab illo appretio fuit appellatum, tunc illi fructus pendente appellatione decursi, donec aliud fuerit factum appretium per nouos tabularios, siue æstimatores spectabunt ad actorem, si tamen illi augerent appretium prius factum, vel illud confirmarent; at secus si è contra, vt ait *Afflict. in sua dec. 188. num. 1.*

19 Et ratio est, quia cum adiudicatio vim emptionis habeat, vt dixi in verbo Adiudicatio, & sic cum fructus rei venditæ post venditionem ad emptorem spectant, ita quoque venit dicendum de illis ex re adiudicata post adiudicationem perceptis, cum per eã transferatur dominium in creditorẽ, idem *Affl. in dicta decis. 188. num. 2. & sequentib.*

20 Extende dictam illationem quintam, etiam procedere, quando fuit actum de assistentia pro dote, & dotis vsufructu, & fuerit obtentum, sed ab eo decreto reclamatum, quia pendẽte dicta reclamatione actori vsusfructus debetur, vt ait *Affl. Et. in decis 93. num. 1.* & id procedit iuxta consuetudinem Neapolis, quæ dat vsumfructum pro dote non soluta ad rationẽ duorum tarenorum pro qualibet vncia; licèt secus esset de rigore iuris, vt dicunt Doctores allegati ab *Affl. d. decis. 93. num. 2. & ibi Vrsil. & in decis.* 284. & ibi latè de hac materia discurrit.

21 Infertur sextò, quòd creditor postquam per assistentia egit, & obtinuit, non potest amplius super aliis bonis variare, vt ait *Capic. decis. 33.* sed in verbo Actionum cumulatio, multa dixi, quando quis variare possit in exercendis remediis, vbi recurras.

22 Infertur septimò, quòd istud ius agendis per assistentia tempore triginta annorum præscribitur, vt ait *Affl. in decis. 136.*

23 Infertur octauò, quòd assistentia potest peti super feudo ex generali obligatione; quod tamen restringe procedere in subsidium, non autem primario, vt ait *Anna in sua allegat. 66. & Minad. decis. 6.* Licèt multoties fuerit præstita assistentia solum super fructibus feudi, vt ait *Georg. in sua alleg. 6. allegat. à Riccio in sua collect. 1421. par. 4.*

Præ-

24 Præterea notandum venit, quòd altera assistentia datur in iure ad fauorem Episcopi in omnibus locis suæ diœcesis, in quibus suam intentionē fundatam de iure habet exercendi iurisdictionem, & propterea in ea manutenendus venit, donec de contrario non doceatur, veluti fuit decisum à Rota per Card. Seraphinum decis. 948. & decis. 1278. num. 1. & prius decis. 1104. & in Burgen. Sancti Ioannis Mercurij 7. Februarij 1596. coram Orano, & in Constantien. Iurisdictionis Veneris 16. Februarij 1607. coram Ortembergo, & decis. 382. nu. 1. & decis. 493. num. 2. & decis. 501. n. 1. par. 2. in recentior. & in prima par. decis. 491. nu. 2. idem Card. Seraph. in decis. 1449. num. 1. & ibi testatur, quod Rota hanc opinionem perpetuò fuit amplexa, & plenè hanc materiam examinat Marescot. variar. resolutio. lib. 1. cap. 11. per totum.

25 Extende primò illam assistentiam, etiam Episcopo cōpetere circa quasi possessionem conferendi beneficia in sua diœcesi, in qua de iure manutenendus venit, etiam nulla alia possessione probata, textus est in cap. cum persona, de priuil. in 6. & veluti fuit dictum in vna Valentina Iurisdictionis 9. Aprilis 1590. coram Bubalo, & idem censuit Sacra Congregatio, pro ut refert Rota ibidem, & in alia Burgen. de Castro Xeriz coram Card. Seraph qua est in eius impress. decis. 1104. per totam.

26 Extende secundò id adeò ualere, vt propterea non sit inhibendum aduersus Episcopū, & si forte fuisset inhibitū tūc in primis, & ante omnia inhibitio erit reuocanda, vt fuit dictum à Rota in decis. 493. nu. 1. par. 2. in recentiorib.

27 Subextende id quoque procedere etiam si ex aduerso priuilegium exhiberetur, nisi etiam cum eo possessio probetur, veluti fuit latè resolutū à Rota in decis. 491. & ibi ponderan do textum in cap. cum persona de priuileg. in 6. & Marescott. dicto cap. 11. num. 5.

28 Fallit tamen primò, quando inferior de sua exemptione doceret, quia tunc illa assistentia Episcopi cessaret, vt fuit dictū in vna Buren. Iurisdictionis 15. Maij 1609. coram Card. Sacrato. Veluti quoque talis assistentia Episcopo non suffragaretur contra inferiorem in his, quæ dictus inferior aliunde habere potest, vt in iure instituendi vigore fundationis, & similium, quia tunc absque quòd Ordinario præiudicetur, manutentio inferiori datur, vt ait Rota per Card. Caualerium decis. 506. num. 3.

29 Fallit secundò, quando dicta assistentia alio modo turbida appareret, quia tunc ea Episcopo non suffragaretur pro manutentione obtinenda, vt fuit dictum in Vrbinaten. Decimarum Veneris 11. Maij 1607. coram Gregorio, quę est in eius impressis decis. 312. & Cardin. Seraph. dec. 1279. num. 4. & Rota decis. 382. num. 5. par. 2. in recentior. & fuit dictum in Marsicen. Iurisdictionis 16. Iunij 1618. coram Buratto.

30 Sed est benè verum, quòd licèt aliqua turbiditas concurrat; nihilominus venit manutentio concedenda ei, qui habet intentionem fundatam de iure, quando tamen concurrerēt aliqui actus possessorij pro eo, at secus si solum uis fieret in assistentia iuris communis, quia tunc offuscatio manutentioni obstaret, vt fuit dictum à Rota in dicta decis. 382. num. 5.

31 Fallit tertio, quando alius esset in possessione exercendi iurisdictionem spiritualem in eisdem locis super quibus Episcopus manutentionem peteret, ex sola iuris communis assistentia, quia tūc exercitiū dominij, & iurisdictionis temporalis in prædictis locis non sufficeret, & sic assistentia prędicta non suffragaretur Episcopo, cum manutentio semper sit danda in possessione existenti; non autem iuris assistentiam habenti, & sic tali casu teneretur Episcopus clarè, & concludenter probare ea loca esse sita intra fines suæ diœcesis, neque in hoc præsumptiones sufficerent, vt fuit dictum in Nullius, seu Apruntina Iurisdictionis 10. Martij 1624. coram Dunozetto, & in alia Lunen. Sarzanen. Oblationum 24. Maij 1624. coram eodem, & prius

& prius in Constantien. Iurisdictionis 16. Nouembris 1607. coram Ortemberg, & in alia Adrien. Iurisdictionis 28. Maij 1612. coram Vbaldo, & per Cardinalem Seraph. dec. 1278. num. 4. & veluti quoque ait *Rota decis. 685. sub num. 2. vers. Et praeterea par. 1. in recent.* Licèt ibi dicatur id solum procedere, quando possessio esset temporis considerabilis, veluti quoque fuit dictum in *Aquilana Iurisdictionis 1607. coram Pamphilio, quae est penes Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 980. & in Hispalen. Praeheminentiarum 20. Februarij 1619. coram Vbaldo*, vbi concluditur sufficere possessori ius vehementer non resistere. Et sic, quòd tunc inferioribus Praelatis, non autem Episcopo sit danda manutentio, fuit resolutum à *Rota in dicta Aquilana Iurisdictionis coram Card. Pamphilio, & in Vicen. Administrationis Episcopatus 16. Decembris 1624. coram Rembaldo, & in alia Tullen. Iurisdictionis 3. Iulij 1628. coram Cardinale Virili.*

32 Contrarium tamen, quando essemus in materia iurisdictionis, quia tunc manutentio datur ex sola iuris communis assistentia, etiã nulla concurrente possessionis probatione, si tamen illius assistentia esset clara, quia si redderetur turbida, tunc non suffragaretur, ad obtinendam manutentionem in iurisdictionis exercitio, vt ait *Rota per Gregorium in sua decis. 312. & ibi per addent. & in Ianuen. Parochialis 13. Martij 1616. coram Durano, & prius in Mascen. Iurisdictionis Lunae 16. Ianuar. 1617 coram Buratto*, & ibi docetur, quòd iurisdictionis quasi possessio inducitur ex cognitione causarum; eaque probatur per testes singulares; Immò sufficit solum in quadam generalitate esse contestes, vt ait quoque *Rota per Verall. in decis. 269. num. 2. par. 3.* Immò ex actibus particularibus infertur iurisdictio vniuersalis; & ratio est, quia magis attenditur causa actus in hoc, quàm exercitium ipsum, vt ait *Rota decis. 273. num. 2. par. 2. recent.* Secus autem, vbi versaremur extra iurisdictionalia, vt puta, si essemus in causa decimarum, quia tunc Rota, ob iuris assistentiam non dat manutentionem, nisi possessio probetur, vt optimè distinguendo ait *Card. Seraph. decis. 1449. num. 3. & Rota in Mediolanen. Decimarum 26. Nouembris 1613. coram Pirouano, & in alia Ciuitaten. Decimarum 26. Martij 1618. coram Verospio, & Marescott. dicto lib. 1. cap. 11. num. 13. & in Elboren. Decimarum 20. Maij 1616. coram Card. Sacrato, & prius in Reatina Decimarum 4. Decemb. 1606. coram Iusto, & in illa Mediolanen. Decimarum 9. Iunij 1610. coram eodem Pirouano, & postea in vna Mediolanen. Quartae funeralium 14. Martij 1622. coram Merlino.*

Et ideò decisiones, quae loquuntur extra casus iurisdictionales, vt .s. tunc sola assistentia, absque alia possessionis probatione sufficiat. Nota, quòd loquuntur de iure antiquo; at secus, de iure hodierno, veluti colligitur in praeallegatis decisionibus, & praesertim in illa *Reatina Decimarum coram Iusto.*

33 Extende illud, quod fuit dictum de assistentia Episcopo competeñ. super Decimis, procedere etiam in Parocho, qui, quoad illas habet intẽtionem fundatam omnium Decimarum intra limites suae Parochiae, quod tamen intellige procedere in illis dioecesibus, vbi sint distinctae Parochiae; at secus, quando non essent distinctae, quia tunc Episcopus solus diceretur vniuersalis Parochus totius dioecesis; & ideo illi deberentur Decimae, & praesertim in Hispaniarum Regnis, vbi Ecclesiae Cathedrales dignitates, & alia Beneficia sunt fundata super Decimis, & propterea Parochi non dicuntur habere fundatam intentionem super Decimis, sed probare tenentur eorum intentionem, vt ait *Rota per Gregorium decis. 429. nu. 6. & in Ciuitaten Decimarum 18. Iunij 1618. coram Card. Verospio, & prius in Conchen. Decimarum 11. Maij 1615. coram Pirouano, & Rota dec. 135. & 193. & 247. par. 2. recentior. & in 1. par. decis. 178. num. 5. & per*

Burattum

Burattum deciſ. 402. *num.* 2.

Sed declara tamen, quòd Parochis iſta aſſiſtentia competat in petitorio, ita vt illi non teneantur probare Decimas ſibi competere, ſed tunc illi, qui allegarent contrarium illud probare tenetentur, vt ait *Rota deciſ.* 135. & *deciſ.* 193. *par.* 2. *recent.* Secus autem in iudicio manutentionis ſummarijſſimo, quæ ex ſola aſſiſtentia iuris non datur niſi in iuriſdictionalibus, vt ſuperius diximus, & iuxta opinionem, quam hodie Rota ſeruat, licèt aliàs ſecus ſeruauerit, vt ait *Rota per Burattum* 219. & 402.

34 Altera quoque aſſiſtentia conſideratur in iure, quæ eſt, quando vnus in homicidio aſſiſtir, quæ enim præſumitur caſualis, & non præmeditata, veluti fuit deciſum in *Caſalen. Irregularitatis Lunæ* 29. *Nouembris* 1610. *coram Card. Sacrato, quæ eſt inter criminal. Farinac. dec.* 297. *num.* 4.

35 Vnde ex hoc inferti poteſt, quòd ex ea ſola aſſiſtentia in homicidio irregularitas nõ incurratur, niſi aſſiſtẽs directè, vel etiam indirectè in eo aliquid fuerit operatus, vt puta animando percuſſores, vel quid ſimile faciẽdo; ſecus autem, quando quis caſualiter reperitur in loco, vbi perpetratur delictum, vt fuit dictum à *Rota d. deciſ.* 297. *num.* 3 *coram Saerato*, & in hac materia vide quæ dicam infra in verbo Auxilium *conclus.* 175.

ARGVMENTVM.

ASSOCIATIO CVI, ET quando ſit concedenda.

CONCLVSIO CLVIII.

1 MAndatum de aſſociando, nota, quòd eſt ei concedendum, qui in inſtrumento ad ſui fauorem clauſulam conſtituti, ſiue præcarii habet; dummodo inſtrumentum ſit clarum, & liquidum, vt ait *Afflict. in ſua deciſ.* 326. *Magon. deciſ. Lucen.* 87. *num.* 17. *Chartar. deciſ. Genuæ* 12. *n.* 7. & *Rota apud Cincium de Cenſibus deciſ.* 253. *num* 10. Licèt tamen ſecus eſſet, quando clauſula conſtituti eſſet enunciata in inſtrumento inter alios celebrato, vt ait *Rota per Buratt. deciſ.* 145.

2 Extende primò id in tantum eſſe verum, vt propterea nulla ſit neceſſaria partis poſſidentis citatio, ſed propria auctoritate à familia aſſociatus poteſt bonorum ſibi obligatorum poſſeſſionem capere, vt ait idem *Afflict. dicta deciſ.* 326. *Neguſan. de pignor. & hipot. in* 4. *par. princ. n.* 24. *Menoch. de adipiſcen. remed.* 5. *num.* 150. *verſic. Tertius caſus, Surd. conſil.* 271. *num.* 45. *lib.* 2. *Magon. dicta deciſ.* 87. & *Chartar. dicta dec.* 12. & *Rota apud Cincium mox allegan. dec.* 150.

3 Extende ſecundò, id quoque procedere contra tertium poſſeſſorem, qui ex ſingulari titulo fuit poſſeſſionẽ adeptus, vt air idem *Chartar. d. dec.* 12 *num.* 7. & *Vrſil. ad Afflict. in dicta deciſ.* 326. *num.* 4. *Gallej ad form cam. oblig. in quæſt. poſt proceſſ. inciden. n.* 41 *in fine*, & *Felician. de Solis in ſuis commen. de cenſib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n* 3. & ita fuit deciſum in *Bononien. Bonorum de Zaualijs* 13. *Iunij* 1611. *corã Vbaldo, quæ eſt apud Cincium de cenſ. deciſ* 149. & *in eadem coram eodem* 4. *Iulij* 1612. *quæ eſt pari modo apud eundem Cincium deciſ.* 150. *num.* 1. & 2. Item, quòd ex clauſula conſtituti poſſeſſio probetur tam aduerſus conſtituentem, quàm habentes cauſam ab eo, necnon, quòd ea ſufficiat ad obtinendam manutentionem, etiam ad fauorem hæredis conſtitutarii, ob expreſſam Notarii ſtipulationem, pro hęredibus quibuſcunque fuit deductũ à *Rota in Narnien. Bonorum* 14. *Ianuarij* 1628. *coram Pirouano*, & latè *Auguſt. Barboſ. clauſul.* 31. *ſecundum impreſ. Lugduni*, & ibi multas ampliationes, & limitationes huic clauſulæ addit.

4 Subextende id, quod fuit reſolutũ ad fauorem Domini cenſus, cui eſt dandum mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem bonorum cenſualiũ, ob moram debitoris in ſolutione fructuum, procedere etiam ad fauorem

fideiuſ-

fideiussoris, ad illius Domini fauorem in contractu census adhibiti, cui pari modo cũ, ob solam clausulã precarii manuũ iniectio competat; quod enim de iure fieri permittitur; ergo multò magis ei concedetur associatio, vt ait *Rota apud Cincium dicta decis.* 149. *num.* 2. *& vt dicunt Doctores in l. penult. C. de pignor. act. & l. creditores C. de pignor. & Rota in dicta Bononien. de Zaualis quæ est* 150. *num.* 1. *apud Cincium.*

5 Extende tertiò, id etiam procedere contra minorem, & Ecclesiam, vt ait *Surd. consil.* 271. *num.* 25. *lib.* 2. *& Tiraquel. de constit. possessor. par. prima num.* 43.

6 Extende quartò, quòd ne dum procedit ad fauorem creditoris, vt fuit dictum in dicta *Bononien. de Zaualijs, quæ est decis.* 149. *apud Cincium*; Verum etiam illius cessionarij, vt ait *Rot. in dicta decis.* 150. *num.* 3. *apud eundem.*

7 Extende quintò procedere, etiam quòd eo interim sit mortuus, siue ille qui pro alio se possidere constituit, vel ille pro quo alter se possidere cõstitueret, nam licèt quoad constituentem constitutum per eius mortem expiret, vt ait *Thesaur. decis.* 38. in vltimis verbis; Nihilominus eius virtus apud hæredes illius remanere dicitur, veluti quoque ad hæredes cõstitutarii transit, vt ait idem *Thesaur. decis.* 105. Vnde, quando idem constitutarius viuit, ob mortem constituentis non priuatur ea possessione, quam virtute constituti acquisierat, vt benè ait *Gozadin. in suo consil.* 42. *nu.* 16. *&* 18. quem sequuntur *Tiraquel. dicta par.* 2. *ampliat.* 12. *num.* 1. *& seqq.* vbi respondet contrariis, quæ allegantur à Doctoribus ea opinione suffultis; quòd scilicet possessio in hæredem non transeat, & *Menoch. de adipiscen. remed.* 14. *num.* 67. vbi alios allegat, & *Crauett. consil.* 107. *num.* 1. *Neuizan. consil.* 82. *num.* 19. *& Thesaur. dict. decis.* 38. *num.* 5.

8 Fallit tamen, quando post mortem constituentis illa res, quam quis pro alio se possidere constituit, fuerit ab eius hærede apprehensa, & constitutarius postea neglexerit possessionem naturalem apprehendere, quia tunc etiam ciuilem amitteret, quam vigore constituti habebat, etiã si per modicum tempus fuerit ab eo commissa negligentia, quia eo ipso, quòd constitutarius scit ab hærede constituentis rem fuisse occupatam, quam sibi uigore constituti competere non ignorabat, tunc etiam ciuilem amittit, quasi, quòd suspicari uideatur eum posse repelli, ueluti fuit decisum in *Romana Domus* 4. *Decembris corã Vbaldo, quæ est apud Cincium decis.* 253. *num.* 12. *& prius ita fuerat resolutum in una Lucana Maiusculatus* 27. *Aprilis* 1587. *coram Orano.*

9 Declara tamen prædicta non procedere, qñ cõtractus vbi fuit hæc clausula constituti apposita efficeretur nullus, siue resolueretur hypotheca, cui illud constitutũ possessoriũ fuerit adiectũ, quia tũc ea quoque vti accessoria, redderetur elusoria, quia regula est, ꝙ omnes exceptiones, quæ contra principalem contractum competunt; competunt etiam contra constitutum, & sic eo casu necessaria fuisset actualis traditio, vt dicunt Doctores allegati in dicta *Romana Domus coram Vbaldo, quæ est decis.* 253 *num.* 14. *apud Cincium de censibus, & prius in vna Mediolanen. Donationis* 12. *Februarij* 1599. *coram Orano, Cacher. decis.* 34. *Riccius in sua collect.* 53. *par.* 1. *& Grat. lib.* 3. *discep. cap.* 483. *num.* 2. *& Rota decis.* 694. *num.* 9. *par. prima recentior. & in decis.* 224. *num.* 1. *par.* 2. *diuersor. & per Cardinalem Caualerium dec.* 473. *num.* 3.

10 Extende id in tantum esse verum, vt si nullitas contractus, lite pendente in controuersiam fuerit deducta, tunc immissio in vim constituti non esset concedenda, cum tunc illius virtus in suspenso stare dicatur, vt ait *Rota in decis.* 868. *num.* 4. *par.* 4. *diuersor. & penes Statil. de Saluiano decis.* 92. *num.* 6.

11 Quod tñ ego puto verũ, si exceptio nullitatis in controuersiam deducta

in

in continenti probaretur, & sic de ea illicò Iudici constaret; at secus, quando altiorem indaginem requireret, quia tunc non deber immissio retardari, & præcipuè vbi versaremur in aliquo iudicio summario, ad quod enim retardandum non admittitur exceptio, quæ incontinenti non probetur, sed tunc talis exceptio esset ad petitorium remittenda, vt fuit dictũ in *Bononien. de Maluetijs* 11. *Decembris* 1624. *coram Pirouano, & facit decis. Osasch.* 26. *per totam*.

Aliàs esset velle dare materiam, vt quiliber ad effectum immissionis euitandæ nullitatem contractus allegaret, & sic instrumenta, & pacta executiua illuderet, vt fuit dictum in *Mediolanen. Bonorum de Porris* 4. *Iunij* 1611. *coram Card. Pamphilio*, & denique in vna *Narnien. Bonorum* 1. *Decembris* 1628. *coram Pirouano*.

12 Contrarium tamen veniret dicendum, veluti si res esset incerta ratione loci, & quotæ, quia tunc per constitutum, neque possessio, neque dominium transferrur, vt fuit dictum in *Romana Pecuniaria* 14. *Ianuarij* 1628. *coram Pirouano*, & ibi Rota multa in hac materia tradit.

13 Declara tamen id non esse verum, quando res esset incerta tempore constituti, sed postea certificaretur, quia tunc constitutum operaretur, quod enim de sui natura non facit, quando constituens non possider, vt fuit dictum in vna *Bononien. Pecuniaria Lunæ* 23. *Ianuarij* 1617. *coram Buratto, & in d. Romana Pecuniaria coram Pirouano*.

14 Vnde hinc fit, quòd constitutum collatum post tempus mortis constituentis nihil operatur, ex ea ratione, quia tunc temporis constituens non possidet, cùm mors omnia soluat, licèt secus esset, si à principio fuisset apposita illa clausula, Ex nunc, prout ex tunc, quia ea tali casu operatur translationem possessionis ab initio, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in sua dec.* 179. *num.* 8. & ibi per D. Addent. *Thesaur. decis. Pedemont.* 38. *num.* 1. *& seqq.* & fuit ita resolutum quoque in *Florentina Subdiaconatus* 27. *Ianuarij* 1627. *coram eodem*.

15 Sed declara tamen, quòd licèt nõ valear cõstitutum collatum post mortem constituentis, tamen hæredes constitutarii siue ipsemet constitutarius non prohibentur cõtinuare possessionem eueniente casu, mediãte co constituto acquisitum, & eò magis, quando non adsit hæres constituentis, qui eam apprehenderit, & versa vice constitutarii non neglexerint illam naturalem possessionem capere, vt pulchrè fuit dictum à *Rota in decis.* 694. *num.* 6 *&* 8. *par. prima recen.*

Item, quòd illa clausula Constituri operetur veram possessionem, etiã ad fauorem hæredis constitutarii, fuit dictũ in vna *Romana de Incoronatis* 20. *Februarij* 1617. *coram Vbaldo, & in Romana Hæreditatis de Cincijs* 19. *Decembris* 1622. *coram Pirouano*, quæ loquitur in vxore suam dotem contra tertios possessores repetente, & in *Narnien. Bonorum* 1. *Decembris* 1628. *coram eodem Pirouano, & prius in Foroliuien. Bonorum* 16. *Ianuarij* 1617. *&* 28. *Aprilis eiusdem anni coram Dunozetto, & per Buratt. decis.* 145. *&* 182. *& ibi per addent. Osasch. dec.* 36. *num.* 12. *& decis.* 133. *num.* 6. *& Rota decis.* 270. *par.* 1. *recent. Barz. decis.* 49. *num.* 24. *& Ioseph. Ludou. dec. Perus.* 29. *num.* 6. *& Barbos. viden. de claus. claus.* 31. & ibi multa ait. Veluti neque constitutum expirat per decennium, sicuri per illud expirare solet, quando nullus corporaliter fuerit ingressus possessionẽ, quia tunc, etiam post decennium eam animo retinuisse præsumitur, aliàs secus, *Card. Mantica decis.* 172. *nu.* 5. Quemadmodum, neque etiam operatur contra tertium, sed solum ad fauorem illius, pro quo quis se possidere constituit *Grat. discep.* 502. *nu.* 4.

ARGVMENTVM.

ASTROLOGIA QVOTVPLEX SIT, & quibus eam exercere permittatur.

CON-

CONCLVSIO CLIX.

1 ASTROLOGIA, nota, quod duplex est; alia diuinatiua, & dæmonum consultiua, siue ambitiosa, & hæc est prohibita, iuxta illud dictum, caueant illi, qui aliquid esse fatum dicunt, cum non homines propter stellas, sed stellæ propter homines factæ sunt. Alia vero naturalis, per quam astrorum naturalis cursus inuestigatur vt ex eò inde aliquod iudicium habeatur, veluti serenitatis, pluuiæ, pestis, & similium, & hæc est præcipuè Agricolis, Nautis, & Medicis permissa, vt tradit *Socin. in cap. Ecclesia vestra num.* 40. *de sortileg. Troyl. de Maluet. in tract. de sortil. par. prima, num.* 20. *&* 31. *Dom. à Soto, in tract. de iustit. & iur. lib.* 8. *quæst.* 3. *artic.* 2. *in fine, Cassan. in catalog glor. mund. par.* 10 *consid.* 52. *Boss. in tit. de sortileg. num.* 2. *& Magon. decis. Lucens.* 26. *num.* 27.

2 Vnde in dubio, quando reus inquisitus respondet de Astrologia erit intelligendum de ea, quæ a iure permittitur ad hoc, vt delictum euitetur, vt ait *Boss. ibi supra, & Magon. dicta decis.* 26. *num.* 28. *in vltim. verbis.*

3 Et licèt Astrologiã multi appellẽt eam esse inutilem, & sic non de pane lucrando, nihilominus ea inter septẽ artes liberales connumeratur, vt ait *gloss. in l.* 1. *§.* 1. *ff. de var. & extraord. criminib. & Magonius ibi supra num.* 26.

Sed hic animaduertendum, quod Astrologia Iudiciaria à Sixto Quinto de anno 1585. fuit damnata, præterquam circa Agriculturam, Nauigationem, & artem Medicam ordinanis facultatem tribuendo, vt isti eam exercentes illius arbitrio seuerius puniantur, librique de eadem loquentes prohiberentur prudentissimè, more solito, prædictam Constitutionem Sixti V. innouauit Vrbanus VIII. die 1. Aprilis 1631. addendo insuper contra eos, qui de Statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, & morte Papæ regnantis illius, que consanguineorum, vsque ad tertium gradum inclusiuè consulunt Astrologos Iudiciarios, seu eorum Iudicia, etiam sibi oblata recipiunt, vel vtuntur, vel scienter retinent, vel alicui ostendunt. Præterea infligit, contrafacientibus pœnas excommunicationis latæ sententiæ, (non tamen reseruatę) ac vltimi supplicii, necnon confiscationis bonorum, & Ecclesiasticis pœnam prædictæ excommunicationis, priuationis beneficiorum officiorum perpetuæ inhabilitatis, ac vltimi supplicij Episcopis autem, & maioribus Prælatis easdem infligit, citra tamen eam vltimi supplicii Iudices de, & super prædictis sunt Ordinarii locorum, etiam respectu vicinorum exemptorum, extra verò Prouincias Sedi Apostolicæ subiectas sunt Inquisitores, vt de his omnibus clarè patet ex illius Papæ Vrbani VIII. Constitutione.

4 Declara tamen hic obiter, quòd si quis Astrologus, aliquid ab alio recipiat, ob Iudiciariam Astrologiam, illud in conscientia restituere non tenetur, etiam si mendacia dicat, si cuti regulariter isti Astrologi facere consueuerunt ad hoc, vt Principibus, vel aliis se gratos reddant, vt in proposito ego agnoui quemdam qui quinquaginta natiuitates fecerat, & cuilibet eorum supremum honorem prædicebat, sed nulli eorum licuit adire Corinthum; Vnde est talibus imputandum, qui sinunt se eorum mendaciis decipi, ac allucinari.

5 Et ratio illius illationis est, quia quando in opere, pro quo pretium accipitur, vt fit ab Astrologis aliqua industria, siue periculum, aut labor intercedit, tunc licitè pretium receptum retineri potest, veluti etiam si quis illud reciperet pro Idolo faciendo, vel pro ædificando idolorum templo, siue pro bello iniusto inferendo, aut propugnando in hastiludiis, torneamẽtis, gladiatoriis hode prohibitis, siue pro pugnando cũ feris

vt olim Romæ fiebat, vel pro homine occidendo, & similibus, quia tunc cum prædicta mediante industria fiant, & ibi labor, & periculum concurrat, idcircò pretium eorum occasione receptum iustè retineri potest. Et ratio est, quia illud non recipitur pro eo malo opere, quod fit, sed pro ea industria, labore, vel periculo, quibus subiacet. Veluti eodem modo diceretur, quando in dicto malo opere, quod fit, aliqua reperitur vtilitas, quæ in gratiam eius, pro quo illud malum opus fit, redundet, vtpotè, si daretur aliquid Scurræ, Iaculatori, Parasito, & aliis similibus personis, siue alicui, qui fineret se alaphis cedi, aut verberibus affici, quia cum in his aliqua vtilitas insit, quæ pretio æstimari possit, & etiam aliqua industria, igitur eisdem pretium receptum retinere licebit, vt ait *Couar. in regula peccatum, par. secunda, num. 5. & sequentib. & alij allegati ab Azorio in 3. par. Institutionum Moralium lib. 4. cap. 25. tit. de his, quę restituen. sunt ob turpem causam, fol. mihi 270. vers. Secunda opinio.*

6 Extende hic obiter idem quoque procedere in eo, quod dolosè fuit extortum à meretrice, siue ab alia fęmina ob copulam carnalem, vt ait *Diuus Thomas 2. 2. quæst. 62. artic. 5.* quæ, si verbi gratia, se iactando diceret se esse virginem, vel à nemine cognitam fuisse, siue semel ab vno tantum, vel ab aliquo nobilissimo viro, ad hoc, vt suas merces alicui, qui fatuus esset carius venderet, vt sęppissimè, id fieri solet, & veluti iam contigit quoque in Patria mea, vni amico meo, qui rem habuit cum vna quæ se esse virginem aiebat, sed taliter eum infelicitauit, siue (vt melius dicam) illum infracidauit, quòd neque illi vnus capillus per miraculum remansit. Vnde, si in prædictis casibus maiorem quantitatem ea talis ab vno extorsit, quam ille homo absque illis illecebris, & iactationibus dedisset, tunc tenetur restituere in conscientia non totam summam, sed benè excessū, quod ab eo per illas blandicias, & illecebras callidè recepit, retento solùm eo, quod regulariter dari solet, vel ille dedisset, si dicta mulier mentita non fuisset; sed est benè verum, quod id non procederet, si blandicijs, & illecebris mulier cum omnibus ex consueto vteretur, veluti faciunt ferè vbique meretrices, quæ vt marsupia tàm iouenibus, quàm etiam, & multo libentius senibus euacuent, fingunt statim cum eo, cū quo agūt se illius amore captas remansisse, licet postea marsupio euacuato, nolint eum amplius in sua domo recipere; & propterea benè illa mulier suo amasio dicebat, quando amplius pecuniam non habuit, & illius hostio pulsabat, *Sono i scudi d'oro, che fanno aprir la porta,* quod quidem dictum fuit deprompum ab illo *Ouid. 2. de arte.*

Aurea nunc verè sunt sacula plurimos auro
Venit honos auro conciliatur Amor,
Ipse licet venias musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Et propterea fit quisque cautus, ne blandiciis, & mendaciis istarum mulierum decipiatur, aliàs de huiusmodi fatuitate erit sibi imputandum, aliàs, nec tales in conscientia tenentur ab illis acceptum restituere, veluti dicunt Doctores allegati ab *Azorio in dicta par. tertia, fol. 269. versiculo Tertio quæres,* & vide quæ dixi in *conclus. 59. sub num. 128.* vbi pulchra inuenies in hac materia.

Videndus est omninò *Franciscus Turreblanca in suo tractatu de Magia operatrice, & diuinatrice;* qui copiosissime disserit, & satis doctè; & explicat Bullām Sixti Quinti.

7 Extende prædicta, quæ fuerunt dicta de acquisitis à muliere in sua vita meretricali, in tantum procedere, vt propterea de illis ad libitum disponere, ac de illis testari possit, cum ea testamenti factionem actiuam, & passiuam habeat. Immò potest etiam causa libidinis donari, nisi donatio fuerit facta à Clerico, siue Milite, quamuis id non semper procedat, vt dixi in *conclus. 59. num. 109. cum sequentibus.*

Et

& quemadmodum ait quoque *Farinac. in suis Fragmen. par. 2. in littera M, in verbo Mulier, fol. mihi 273. num. 387. cum seqq.* & ibi alios Doctores allegat, & idem ait in sua *quaest. 136. num. 470. cum seqq.*

8 Fallit tamen primo, si illi fuisset interdicta bonorum administratio, quæ illi interdici potest, etiam si nõ fteterit in loco lupanari meretricibus destinato, sed in propria domo vitã meretricalem exercendo, vt ait *Alexand. consil. 99. num. 12. lib. 6. & Ioseph. Ludou. conclus. 64. in prima ampliat. col. 4.*

9 Amplia primò, idem procedere in muliere maritata, vitam tamen meretricalem ducente, vt ait idem *Ludouic. ibi supra in ampliat. 2. & Corn. consil. 232. num. 2. lib. 2.*

10 Amplia secundò in meretrice secreta, vtputa in ea, quæ noctis tempore faciet ad se venire viros, vt ait *text. in l. Imperialis, C. de nupt. & Doctores allegat. à Ludouico ibi supra in ampliat. 3. & Farinac. in pracitat. loc. num. 394. & seq.*

11 Secus autem, vbi essemus in muliere, quæ ab illa vita meretricali destitit, & honestam ducat, quia tunc non obstante dicta bonorum suorum administrationis interdictione, de illis testari poterit, vt dicunt *Farinac. & Ludouic. in pracitatis locis.*

12 Vnde ex hoc inferri potest, quòd quamuis adsit priuilegium Consuetitarum Vrbis, super eo, quod hæreditates mulierum inhonestè viuentiũ ad eos peruenire debeant, nisi illis fuerit relicta quinta pars suorum bonorum; ex turpi tamen quæstu acquisitorum ex *Constitutione Leonis Decimi 39. incipien. Saluator, & altera Clementis Septimi 14. incipien. Cum ex corpore.* Id tamen nõ procedit in illis fœminis, quæ legitimã prolẽ habẽt & ad meliorem frugem deuenerunt, & quæ honestam vitam ducunt, siue quando essemus in muliere prouectæ ætatis, siue infirma, quæ vitio inhonestatis laborare, & sic immemor salutis æternæ esse non præsumitur, vt ait *Salycet. in l. vnica, C. de rapt. virg.* vbi latè, *& Marsil. in repetit. dicta legis, & Rota in Romana, seu Florentina Hareditatis Mercury 1. Iulij 1591. coram Cardinali Blanchetto, & in alia Spoletana Optionis Veneris 4. Nouembris 1611. coram Reuerendissimo Coccino Decano, & per Card. Seraphinum dec. 999. per totam.*

13 Declara tamen ea, quæ fuerunt dicta de facultate meretricis, de illius bonis in vita meretricali acquisitis disponere valentis, non procedere, in ea muliere, quæ re vera esset inhonesta, sed more meretricali non viueret, & sic in ea, quæ propriè meretrix non dicitur, quia nihilominus fiscus aufert ea bona tanquam ab indigno, vt dicunt *Bald. Ias. Natta, Bessius, & Cardinalis Tuschus allegati à Farinaccio dicta secunda parte Fragmentorum crimin. in verbo Mulier num. 391. folio mihi 273.*

ARGVMENTVM.

ATTENTATA QVAE DIcantur, quando, & quomodo, & à quibus sint purganda, necnon de pœnis attentare volentium.

CONCLVSIO CLX.

1 CVM huiusmodi materia attentatorum sit valdè frequens, & in praxi contingibilis circa fabricationem processuum, & in illi plerumque hoc genere morbi laborare soleant; Idcircò ad hoc, vt quis se ab illis benè tueri discat, ne processus paruo fabricantium decore, ac ingenti principalium dispendio inualidi, ac elusorij reddantur. Item ad hoc, vt detecta processuum nullitate ad eos postea sanandos sua vera medela adhibeatur multa in hac materia ad faciliorẽ dicendorum intelligẽtiã præmittenda fore putaui, sed in primis opus est docere, quid sit attẽtatũ, & deinde

clare, atque eleganti ordine de cæteris ad huiusmodi materiam spectantibus, Deo dante, discurrere.

2 Attentatum igitur nil aliud est, quàm omnis actus, sine rationabili causa, lite, appellatione, aut his æquipollentibus pendentibus a Iudice, siue à parte, aut habentibus causam ab eis in contemptum iurisdictionis, & præiudicium partis factus officioque Iudicis, cuius fuit læsa Maiestas in primis, & ante omnia reuocandus, vt ait *Lancellot. de attent. in præfat. num. 14. fol. 3. Afflict. decis. 396. num. 10. Cappell. Tholos. decis. 107. & ibi Aufrer. in addit. Cassad. decis. 3. n. 2 vt lit. pend. & ita fuit dictum in vna Placentina Cappellaniæ Veneris 14. Nouembris 1614. coram Buratto, quæ est in 2. par. recent. decis. 592. & penes ipsum Buratt. dec. 177. num. 7.*

3 Extende primò, id adeò esse verũ, vt si eorum reuocatio coram alio Iudice, quàm eo, cuius maiestas fuit læsa, petatur in nihilo suffragetur, vt ait *Rota decis. 10. vt lit. penden. in nou. & in Vlixbonen. Beneficij 24. Nouembris 1597. coram Card. Lancellotto Iuniore, & per Gregorium in decis. 486. num. 4. & decis. 264. nu. 3. par. 1. in recent.*

4 Subextende idem procedere, etiam si in commissione adesset facultas reuocandi attentata, quia cum ea sit, prout de iure intelligenda, vt ait *Crescent. decis. 1. de rescript. per totam.* Igitur eorum reuocatio non nisi coram Iudice appellationis erit fienda, vt ait *Rota d. dec. 592. n. 3 in 2. par. recentior. coram Buratto.*

5 Fallit tamen primò, quando Iudici fuisset etiam commissa causa attentatorum, quia tunc ea non ab eo, cuius maiestas fuit læsa, sed ab alio Iudice, cui dicta causa fuit commissa, erit cognoscenda, vt ait *Rota decis. 586. n. 5. p. 2. in recent. & per Buratt. dec. 72. n. 5.*

6 Fallit secundò, quando lis non esset extincta, sed per appellationem fuerit deuoluta, quia tunc quicquid potuit facere Iudex primæ instantiæ, idem potest etiam Iudex appellationis, vt ait *Bellamer. decis. 41. & Rota in Zamoren. Pensionis coram Corduba, quæ est penes Marches. to. 1 fol. 330.*

7 Extende prædictas limitationes procedere, vt scilicet attentata Iudicis à quo debeant reuocari à Iudice ad quem, non obstante clausula (sine retardatione executionis litterarum Apostolicarum) quia Iudex ad quem potest per viam attentati, & manutentionis reuocare executionem factam à Iudice à quo, quod tamen intellige procedere, quando ab eo illa rite, & rectè facta non fuerit; aliàs secus, vt ait *Marta qui plures decisiones cumulat in tractat. de clausulis clausul. 160. num. 4 & seq. idem quoque ait Garzias de Benef. in prima par. cap. 5. num 573. & 574.* vbi alias plures decisiones cumulat, & ita quoque fuit dictum in *Hispalen. coram Gipsio, quæ est apud Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 36.*

8 Licèt in alia *Bergomen. Beneficij 24. Nouembris 1614. coram Vbaldo,* fuerit dictũ, quòd multi ex Dominis valde dubitabant; immò potius in contrariam sententiam inclinabant, quando scilicet erat apposita illa clausula, sine præiudicio executionis litterarũ Apostolicarum, dicendo, quod tunc reuocari executio non posset, nisi via ordinaria à Iudice à quo fuit facta.

9 Sed, ea tamen opinione non obstante, Rota pluries primam fuit amplexa & sic per viam attentatorum, & manutentionis reuocauit executionẽ a Iudice à quo nulliter factam, vt fuit latè deductum in vna *Verdunen. Vicariæ 1. Iunij 1616. coram Buratto, & in alia Senogallien. Bonorum 14. Aprilis 1617. coram Remboldo,* & ibi propterea fuit decisum, quòd per eam clausulam censetur reseruata executio Iudici à quo, & executori quatenus de iure executioni sit locus, & ea ritè, & rectè fiat, & nõ aliter. Et sic igitur prædictæ opiniones ita concordari possunt; nempè vt prima procedat, quando executio ritè ac rectè facta non fuerit à Iudice à quo, & de iniustitia ex eisdem actis appareret. Secunda verò, quando secus, vt ait *Rota in prædictis decisionibus num. 7.*

10 Et tenendo prædictam opinionem extende eam, tanto magis procedere

si

pars nouam commissionem obtinuisset, cum facultate manutenendi quē de iure, vt fuit dictum in dicta *Verdanen. Vicaria coram Buratto*. Veluti quoque, si eorum causa fuerit commissa, vt ait idem *Burat. dec. 72. nu. 5.* & veluti superius dixi sub num. 8.

11 Ratio autem, quare attentatorum reuocatio fiat à Iudice offenso, ea est, quia in hoc magis Iudicis contemptus, quàm ius partis venit attenden. & propterea hinc fit, q̃ Prætoris maiestas in eorum reuocatione vindicatur, vt ait *Oldrad. consil. 206. & Rota per Aegidium Bellamer. decis. 49. Rota decis. 2. de restit. spoliator. in nouis, & decis. 2. vt lit. penden. in nou. Verall. decis. 57. par. 1. & idem Bellamer. decis. 553.*

12 Extende prætera illum Iudicis contemptum, adeò esse in iure exorbitantem, vt propterea in illius odium in quacumque parte litis eorum reuocatio peti possit, antequam tamen sit conclusum in causa, vt ait *Rota decis. 6. vt lit. pend. in antiq. & decis. 4. eodē tit. in nou. & dec. 27. de appel. in nou.*

13 Subextende primò, quòd quando ab vtroque latere litigantium attentata adsunt, tunc vnico contextu omnia hinc inde reuocanda veniunt, vt ait *Rota decis. 51. par. 3. nouiss.*

14 Subextende secundò prædicta in tantum procedere, vt si fuerit attentatum in parte, in totum attentatum dicatur, & sic vna pars totum vitiat; & ratio est, quia contemptus Iudicis per quem illius maiestas læditur, dicitur indiuisibilis, vt dixi in verbo Alienatio, & veluti ait *Rota decis. 6. par. 2. nouiss. coram Cantuccio.*

Declara tamen, quòd attentata lite pendente non reuocātur, nisi quando maiestatem Iudicis offendunt, & interesse partis lædunt, vt ait *Rota decis. 708. num. 13. par. 3. recentior.* & præcipuè, quando pars non opposuit, sed immo potius attentari permisit, *Rota dicta par. 3. dec. 657. n. 1.*

15 Circa autem ad inuentionem attentatorum, nota, quòd Doctores vario modo loquuntur, & in primis multi volunt, quòd ex iure positiuo ea fuerint adinuenta, alii verò de iure naturali, & quidam de iure Diuino, & multi tenent, quòd ea sint cognita de iure Ciuili, ratione tamen naturali dictante, vt ait *Lancellot. de attent. in præfat. num. 50. & seqq.*

16 Sed est benè verùm, quòd ista vox Attentatum, antiquis Doctoribus fuit incognita, vt ait idem *Lancellott. in in præcit. loco num. 7.*

17 Secundò erit notandum, quòd multipliciter à Doctoribus attentata considerantur, quemadmodum multiplices sunt causæ vnde fiunt, vt sunt Pendentia litis, Recusatio Iudicis, Dilatio, Causæ Auocatio per Superiorem facta, Appellatio, & similes.

18 Tertiò erit animaduertendum, quòd attentata præsupponunt dolum in attentante; & propterea istud delictum adeò dicitur exorbitans à Iure (cum eodem tempore, per ea Ius, Iudex, & pars lædantur) vt propterea attentans dicatur detestabilior spoliante, & odiosior quodammodo Diabolo, & quod hoc sit verum videmus, quòd si Diabolus in Iudicio veniret illi appellatio non denegaretur, quæ tamen attentanti denegatur, & id in odium illius delicti; Immò cum de sui natura semper portet secum delictum, vt quis in eo puniatur in quo deliquit; & propterea, qui appellationem spernit, illius beneficio priuatur, *Rota decis. 16. aliàs 354. num. 3. de dolo, & contumac. in nou. & decis. 5. aliàs 25. de restit. spoliat. in nou. & decis. 235. num. 1. par. 1. in recentior. & per Gregorium decis. 465. num. 3 & decis. 183. num. 1. par. 2. in recentior. & ibidem decis. 411. num. 1. Acchil. de Grass. dec. 26. de appellat. num. 4. & Lancell. de attent. par. 3. cap. 31. nu. 221. fol. mihi 604.* Et propterea videmus etiā, quòd temeritas attentantium pluribus pœnis coercetur, & quibus ponit idem *Lancel. ibi supra num. 7. cum plurib. seqq.*

19 Vnde ex prædictis inferri potest, quòd istud remedium attentatorū dicatur æquum, iustum, vtile, ac facile; necnon magis priuilegiatum, quàm illud spolii, vt ait idem *Lancellott.*

de attent. in dictâ præfat. in princip. fol. 3. & Rota in præcit. locis.

20 Et propterea videmus, quòd quan do sumus in spolio attentato, illud omnibus, & per omnia æquiparatur spolio violento, vt ait Rota dec. 139. num. 4. par. 1. in recentior.

Extende, quòd spolium violëtum, neque per mille annos præscribitur de iure Canonico, vt ait Card. Seraphin. decis. 1360. num. 2. Quamuis sub num. 15 dicat contrariam opinio nem esse veriorem, & sic quòd omnes actiones, tam de Iure ciuili, quàm canonico quadragenaria præscriptione tollantur, & id ne dominia rerum super incerto vagentur, quod maximè abhorrent leges, ne litium immortalitas detur; de qua tamen opinione ego valde dubito, ne via fraudibus aperiatur, credens melius esse tollerare ouoietatem dominij, quàm illud malâ fide hominum in totum tollere. Et sic ego prædictas opiniones tali modo concordarem; nempe, vt prima procedat, quando essemus in attentato cum violentia, & sic qualificato. Secunda verò procedat in simplici; Item, quod prima procedat de iure canonico, quod valdè malam fidē, ac dolum hominum abhorret. Secundaverò de iure Ciuili, quòd non tam rigorosè contra malæ fidei possessores procedit.

21 Quartò erit notandum, quòd eorum reuocatio fit, aut Iudicis officio mercenario, quando scilicet ea ad instantiam partis petitur, aut fit officio nobili, sine partis instantia, vt ait Lancellot. ibi supra num. 28. fol. 4. & Guidopap. decis. 495. Mysinger. obseru. 55. centur. 4. Rota decis. 1. vt lit. pend. in nou. & decis. 319. num. 2. par. 1, recent. & ibidem decis. 637. num. 6.

22 Illa autem purgatio, quæ fit Iudicis officio, dicitur remedium extraordinarium, cui non est locus, quando per viam ordinariam agi possit, vt ait Rota per Gregorium decis. 503. nu. 3. & in decis. 79. num. 2. par. 2. in recent. & decis. 357. num. 2. par. 3. recent.

23 Vnde hic obiter erit notandum, quòd officium Iudicis duplex est, & primum dicitur mercenarium. Alterū verò nobile; mercenarium illud dicitur, quod actioni propositæ, siue proponendæ inseruit; illud verò nobile dicitur, quod de per se stat, & actioni deficienti inseruit, vt dicunt omnes Doctores in l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. iudic. & Rota per Coccin. decis. 123. num. 29. & per Burattum in sua decis. 174. & ibi per adden. qui ad id alios Doctores, & decisiones allegat sub num. 16. & seq. Ofasch. decis. Pedem. 40. nu. 7. & decis. 329. n. 2. par. 1. in recent.

24 Quod quidem Iudicis officium nobile tunc imploratur, vbicumq; actio deficit, si tamen æquitas inde eo accepto resultet, & illud nō impartitur, nisi petenti, Rota decis. 197. num. 2. par. 3. recentior. & Guidopap. dec. 362 num. 2. & Rota ibi supra per Coccin. dicta decis. 123. Et tunc illud ad instar actionis exercetur, ad consequendū id, quod suum est, siue ad compellendum aliquem, ad hoc, vt impleat id, ad quod actione adstringi nō potest, vt ait Rota per Gregorium decis. 503. num. 4. & infiniti alii Doctores allegati à Rota in Nouarien. Decimarū 5. Decembris 1629. coram Pirouano, vbi ait, officium Iudicis actionem appellari posse, latè tamen sumpto vocabulo, aliàs secus, vnde in proposito fuit resolutum à Rota in vna Romana Salarij 23. Ianuarij 1626. coram Remboldo, quod licèt ex vi reformationis Pauli Quinti sub Rubrica de Aduocatis, & procuratoribus §. 13. nō possit peti à procuratoribus, & solicitatoribus salarium, quòd non fuerit conuentum inter partes. Nihilominus illi non prohibentur, quominus possint officium Iudicis nobile implorare, pro eo salario consequendo per modum laborum, veluti latè dixi in verbo Aduocatus, & ibi recurras, quia in hac materia multa scitu digna inuenies.

25 Declara igitur, quòd, vt superius diximus, attentata possunt officio Iudicis reuocari, etiam quòd ad instantiam partis nō essent reuocanda, & præsertim, quando ea fuerint in- ipte-

spretum inhibitionis Rotalis commissa, vt fuit dictum à *Rota in decis. 2. in fine de re stitut. spoliat. & decis. 235. num. 7.* & postea *in decis. 637. num. 6 par. prima recentior. & per Gregorium decis. 465. num. 11.*

Et prædicta procedunt, etiã quòd pars appellationi expresse, siue tacitè renunciauerit, veluti coram eodẽ Iudice cõparendo, vt fuit dictum in vna *Ferrarien. Decimarum 28. Iunij 1621. coram Vbaldo, & Rota d. decis. 235. num. 7. par. prima in recent. & decis. 70. num. 2. in par. 2. & in Barchinonen. Beneficij sanctæ Mariæ 15. Martij 1620. coram Manzanedo, & per Burattum in sua decis. 406 num. 1. & ibi in addit.*

Quinimmò tali casu attentans obiectus dare non valet, licèt extra istum casum attentatorum id facere possit, vt ait *Lancellott. de attent. in 3. par. cap. 31. num. 196. & Rota decis. 7. aliàs 419. de except. in antiq. & decis. 4. aliàs 160. de re iud. & decis. 5. aliàs 433. vt lite pend. in antiq. & apud Bisignett. decis. 1. eodem tit. idem Lancellot. dicta par. 3. cap. 24.*

26 Extende primò prædictam declarationem procedere, etiam si inhibitio esset iniusta, sed Rotalis, quæ quocunque modo sit, timenda uenit, vt ait *Rota decis. 637. num. 2. par. 1. in recentiorib. Caputaquen. decis. 93. par. 2. Cæsar de Graff. decis. 6. num. 2. de caus. possess. & propr. & Put. decis. 121. lib. 1. & decis. 395. lib. 2.* & ita fuit dictum a *Rota in una Cæsaraugustana Pecuniaria de Melia Veneris 15. Iunij 1601. coram Card. Pamphilio, & per Gregorium decis. 435. n. 4.*

27 Extẽde 2. procedere, etiam si quis, verbi gratia, adeptus fuerit possessionem vigore subrogationis, & illa subrogatio inhibitionem præcedat, quia nihilominus, quando ea est Rotalis sit tantæ efficaciæ, vt propterea ea vitio attentatorum possessionem captam subiacere faciat, vt ait *Rota d. decis. 637. num. 5.*

28 Extende 3. quòd attentata possint etiam reuocari ad instantiam illius, de cuius interesse non constet, cum pro reuocatione eorum sola litis pendẽtia sufficiat, absque ꝙ de iure litigantis doceatur, licèt quando lis indecisa penderet, tunc de nullius partis litigantis iure constare dici possit, qua propter sufficit ad id, ꝙ exceptio non iuris alicuius discussione indigeat, quia tunc attentatorum reuocatio retardari non posset, cum ad hoc, vt de notorio non iure alicuius constare dicatur, id non nisi per confessionem partis, aut per tres sententias, & rem iudicatam probandum venit, vt ait *Rota decis. 235. num. 6. & decis. 628. num. 3. par. 1. in recentiorib. & per Gregorium in decis. 465. num. 8. Aegid. decis. 103.* & ita quoque fuit dictum à *Rota in Faucntina Beneficij Veneris 21. Iunij 1613. coram Buratto, quæ est in dicta par. 1. recentior. decis. 503 num. 6. & Card. Seraph. decis. 1306. num. 6. & Coccin. decis. 165. num. 8. & Rota penes eundem Burattum decis. 177. num. 6.*

29 Secus verò, quando verè constaret de notorio non iure illius petentis reuocationem, quia tunc attentata sunt reuocanda, non ad instantiam partis, sed benè ex officio Iudicis, vt ait *Rota per Gregor. dicta decis. 465. num. 10. & prius in Eluen. Hæreditatis coram Card. Mellino, quæ est apud Marches. de commiss. tom. 2 fol. 35. num. 5. Aegid. decis. 103. & idem Gregor. decis. 91. num. 8. Caputaquen. dec. 135. lib. 1. in manuscript. & Rota decis. 235. num. 7. par. prima in recen. & penes eundem Marches. tom. 1. num. 12. fol. 308. & Burat. in dicta decis. 177. num. 4.*

30 Extende id eodem modo è conuerso procedere; nempè ad hoc, vt attentata non purgentur, ob bonum ius attentantis, tunc de eo constare debet, aut per rem iudicatam, siue per partis confessionem, vt ait *Rota in decis. 701. par. 2. in recent.* & veluti diffusius inferius dicam.

31 Quibus quidẽ sic præsuppositis, & firmatis, modo ad hoc, vt in hac materia magis distinctè procedatur, opus est de ea plures regulas constituere, & prima erit in videndo, quibus

casibus

caſibus attentata commiſſa dicantur.

32 Regula igitur prima ita erit firmanda, vt ſcilicet quicquid appellatione, ſiue tempore ad appellandum pendẽte erit actum, tunc illud innouatum, ac attentatum dicetur, & per conſequens illud in primis, & ante omnia cum omnibus inde ſecutis reuocandũ, vt ait *Rota deciſ. 269. nu. 1. & deciſ. 478. num. 3. & deciſ. 514. num. 1. & deciſ. 637. num. 1. par. 2. in recen. & per Gregorium deciſ. 339. num. 5. & Rota deciſ. 598. num. 1. dicta par. prima in recentior. Card. Seraphin. deciſ. 530. num. 1. & deciſ. 1176. nu. 2. Coccin. deciſ. 293. num. 2. & coram eodem fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Luna 7. Februarij 1618. Cæſar de Graſſ. deciſ. 2. de appellat. & Rota deciſ. 235. num. 1. & deciſ. 682 num. 1. par. 1. in recentior. & in 2. par. deciſ. 182. num. 1. & deciſ. 393. eodem num. 1. & prius fuit dictum in Pampilonen. de Ianzi 2. Martij 1592. coram Card. Mantica, & in Aurien. Parochialis 1. Iulij 1596. coram tunc temporis Reuerendiſſimo Decano, & per Burattum deciſ. 13. num. 1. & deciſ. 251. num. 1. par. 3. recentior. & ibi dec. 32 num. 3. & poſtea dec. 685. num. 2. dicta par. 3. recent.*

33 Declara tamen primò, eam regulã eſſe veram, dummodo cauſa eſſet appellabilis, vt ait *Card. Seraph. dec. 1383 n. 1.* Item illud procederet, quando appellatio verè fuerit interpoſita, aliàs quis non diceretur attentare intra tempus ad appellandum, ſi poſtea non fuerit appellatum, veluti quoque veniret dicendum, ſi ea interpoſita, poſtea fuerit ſublata; ſiue ſi eſſemus in illis caſibus, in quibus de iure appellare non licet, vt inferius dicemus, quia tunc attentata ceſſarent, quia paria ſunt nõ appellare, vel minus legitimè, & nulliter appellare, vt ait *Rota deciſ. 75. de appell. in antiq. Card. Seraphin. deciſ. 406. num. 3. & Rota deciſ. 598. num. 1. & deciſ. 618. num. 2. par. 1. in recent. & dec. 406. num. 2. par. 1. diuerſor. & per Gregorium deciſ. 91. nu. 8. & deciſ. 339. num. 4. & ibi per adden. num. 6. Surd. dec. 160. num. 54. & Rota Bononien. deciſ. 76. nu. 1. Gabed. deciſ. 120. num. 5. par. prima, & fuit dictum in vna Taraiſina Feudi 15. Ianuarij 1624. coram Remboldo, & in alia Piſcien. Beneficij 20. Maij 1628. coram Vbaldo, & deciſ. 183. nu. 3. p. 2. in recentior. & in Foroliuien. Fidei commiſſi Lunæ 16. Iunij 1614. coram Buratto.*

Subdeclara tamẽ, quòd licèt geſta intra terminum ad appellandum non purgentur vti attentata, quando appellatio non fuit legitimè ſubſecuta, reuocantur tamen per viam nullitatis, vt ait *Rota dec. 176. num. 1. par. 3. recentior.*

34 Declara ſecundò dictam regulam procedere, ſi de litis pendentia fuerit habita notitia, aliàs ſecus, quia errantis nullus eſt conſenſus, nec per conſequens, tunc dolus in eo concurreret, qui in attentante eſt tàm neceſſarius, vt ſuperius diximus, & veluti fuit dictum à *Rota in deciſ. 500. nu. 5 & 9. par. prima in recentior.*

Quinimmò data etiam litis notitia, & quis aliquid ageret, ſine tamen præiudicio litis pendentiæ, tunc illæ talis attentare non diceretur, cum tali caſu dolus non concurreret; qui, vt dixi, eſt neceſſarius in attentante, vt ſupra diximus, & veluti in iſtis terminis fuit dictum à *Rota per Burattum deciſ. 4 num. 1.*

35 Extende primò regulã illam adeò valere, vt propterea attentata ſint purganda, quoad omnes proceſſus, cũ ea ſemper reſoluant executionem, cũ omnibus inde ſecutis, vt ait *Rota deciſ. 690. num. 3. par. 2. in recentior. & in 1. par. deciſ. 264. num. 5.*

36 Extende ſecundò, id in tantum eſſe verum, vt ante eorum purgationẽ in negotio principali non ſit procedendum, etiam ſi iudicium eſſet ſpolij, vt ait *Card. Seraphin. deciſ. 1176. n. 4 Rota deciſ. 682. num. 4. par. prima in recentiori.*

37 Quæ tamen declara primò non eſſe vera, quando cauſa attentatorum altiorem indaginem requireret, quia tunc ea vna cum negotio princi-

pali

pali esset expedienda: Vnde cautela pro appellante erit, vt in casu notorio ante omnia attentata reuocari petat, quod enim Iudex ex officio facere debet, sed vbi essemus in obscuro, tunc libello, atque litis contestatione opus esset, & sic eo casu vtraque causa esset simul agitanda, ita vt si prius super attentatis concluderetur, prius ea esset terminanda, sed si ea aliter rescindi non possent, quàm per diffinitiuam sententiam super appellatione ferendam, tunc expectandum esset, vt ait *Andr. Gayll. decis.* 146. *par. prima, & Ioachim Mysinger. decis.* 33. *par.* 3. *Gaspar Gullielm. decis.* 127. *dicta par. prima, & par.* 3. *decis.* 56. *idem Mysinger. decis.* 26. *par.* 1.

38 Subextende illam extensionem quoque in cessionario procedere, vt scilicet per eum ante purgationem attentatorum nō possit in negotio principali procedi, vt ait *Rota per Put. decis.* 51. *lib.* 3. & ratio est, ne per indirectum priuilegium illud attentatorum tolleretur, veluti esset, si illud cessionario competeret, quod cedenti prohibetur, vt ait *Put. dicta decis.* 51. *num.* 1. *lib.* 3.

39 Declara secundò prædicta nō procedere, quando decisio attentatorū penderet a negotio principali, quia tunc id operaretur, ne interim attentata consideranda venirent, vt fuit dictum in *Nepesina Locationis Veneris* 19. *Iunij* 1598. *coram Litta, quæ est penes Marchesan. de commiss. tom.* 1. *fol.* 1081. *num.* 3. *& Rota decis.* 251. *num.* 1. *par.* 3. *recent.* & ibi hanc conclusionem declarat sub num. 3.

40 Et ratio illius declarationis est, quia attentata, quando habent causam cū negotio principali coniunctam, tunc separari non possunt, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 219. *num.* 1. At secus, si causa esset diuersa, quia tunc ex ea attentata causari non posent, vt ait *Rota per Burattum in sua decis.* 644. *num.* 5. *& ibi per addentem sub num.* 10. docetur, quando causa dicatur diuersa.

41 Amplia id eò magis procedere, quando sententia lata in causa connexa pareret exceptionem rei iudicatæ in causa principali, vt ait *Rota per Cancinum dec.* 304. *num.* 2.

42 Subdeclara tamen quòd causa attentatorum non impedit quominus in negotio principali procedatur, quā do post commissionem causæ de attētatis non fuit oppositum, sed immò in negotio principali discuti fuerit tolleratum, vt ait *Verall. decis.* 60. *par.* 1 *& Marta in compilat. decis. in verbo Attentata tom.* 1. *cap.* 85. At secus, quando attentata essent gesta in causa connexa, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in dicta decis.* 644. *& ibi per Addentem*, qui docet, quando causa dicatur connexa sub num. 12.

43 Extende tertiò, quòd purgatio attentatorum debet esse actualis, adeò vt neque depositio vnius iulii sufficeret, etiam si fieret obligatio de restituendo reliquum liquidatione facta, vt fuit dictum à *Rota per Cardin. Seraph. decis.* 1176. *num.* 15. *& decis.* 269. *num.* 1. *par.* 1. *in recentior.*

Subextende, quòd immò res sit reducenda ad pristinum statum, vt ait *Rota per Burattum decis.* 355. *num.* 1. *& seqq. & Rota decis.* 64. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*

44 Contrarium licèt tenuerit *Mohedan. in decis.* 311. *aliàs* 17. *de restitut. spol. & Sarnen. decis.* 15. *lib.* 1.

Concorda vt prima opinio indubitanter procedat, quando datetur possibilitas ea purgandi in attentāte Secunda verò, quando secus, quia eo ipso attentata purgata dicuntur, quando attentans facit id, quod potest, vt ait *Rota decis.* 194. *num.* 4. *in fine par.* 3. *recent.*

45 Sed primam opinionem vti veriorem tenendo, extende eam quoque procedere in iudiciis priuilegiatis, veluti in illis spolii, & attentatorum, quia tunc Rota, ad hoc, vt prorsus eorum purgatio, vsque ad minimum obolum sequatur depositionem alicuius summæ non tollerat, sed actualis restitutio debetur, vt ait *Verall. decis.* 150. *par.* 1. *Card. Seraphin. dec.* 1176. *& Rota decis.* 269. *num.* 1. *par. prima in recentior.* & pulchrè *in Panormitana Archidiaconatus coram Penia, quæ est penes Marches. de commiss. par.* 3. *fol.*

in continenti probaretur, & sic de ea illico Iudici constaret; at secus, quando altiorem indaginem requireret, quia tunc non debet immissio retardari, & præcipuè vbi versaremur in aliquo iudicio summario, ad quod enim retardandum non admittitur exceptio, quæ incontinenti non probetur, sed tunc talis exceptio esset ad petitorium remittenda, vt fuit dictū in *Bononien. de Maluetijs* 11. *Decembris* 1624. *coram Pirouano, & facit decis. Ofasch.* 26. *per totam*.

Aliàs esset velle dare materiam, vt quilibet ad effectum immissionis euitandæ nullitatem contractus allegaret, & sic instrumenta, & pacta executiua illuderet, vt fuit dictum in *Mediolanen. Bonorum de Porris* 4. *Iunij* 1611. *coram Card. Pamphilio*, & denique in vna *Narnien. Bonorum* 1. *Decembris* 1628. *coram Pirouano*.

12 Contrarium tamen veniret dicendum, veluti si res esset incerta ratione loci, & quotæ, quia tunc per constitutum, neque possessio, neque dominium transfertur, vt fuit dictum in *Romana Pecuniaria* 14. *Ianuarij* 1628. *coram Pirouano*, & ibi *Rota* multa in hac materia tradit.

13 Declara tamen id non esse verum, quando res esset incerta tempore constituti, sed postea certificaretur, quia tunc constitutum operaretur, quod enim de sui natura non facit, quando constituens non possidet, vt fuit dictum in vna *Bononien. Pecuniaria Lunæ* 23. *Ianuarij* 1617. *coram Buratto, & in d. Romana Pecuniaria coram Pirouano*.

14 Vnde hinc fit, quòd constitutum collatum post tempus mortis constituentis nihil operatur, ex ea ratione, quia tunc temporis constituens non possidet, cùm mors omnia soluat, licèt secus esset, si à principio suisset apposita illa clausula, Ex nunc, prout ex tunc, quia ea tali casu operatur translationem possessionis ab initio, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in sua dec.* 179. *num.* 8. & ibi per D. Addent. *Thesaur. decis. Pedemont.* 38. *num.* 1. *& seqq.* & fuit ita resolutum quoque in *Florentina Subdiaconatus* 27. *Ianuarij* 1617. *coram eodem*.

15 Sed declara tamen, quòd licèt nō valeat cōstitutum collatum post mortem constituentis, tamen hæredes constitutarij siue ipsemet constitutarius non prohibentur cōtinuare possessionem eueniente casu, mediātē co constituto acquisitum, & eò magis, quando non adsit hæres constituentis, qui eam apprehenderit, & versa vice constitutarii non neglexerint illam naturalem possessionem capere, vt pulchrè fuit dictum à *Rota in decis.* 694. *num.* 6. *&* 8. *par. prima recen.*

Item, quòd illa clausula Constituti operetur veram possessionem, etiā ad fauorem hæredis constitutarii, fuit dictū in vna *Romana de Incoronatis* 20. *Februarij* 1617. *coram Vbaldo, & in Romana Hæreditatis de Cincijs* 19. *Decembris* 1621. *coram Pirouano*, quæ loquitur in vxore suam dotem contra tertios possessores repetente, & in *Narnien. Bonorum* 1. *Decembris* 1628. *coram eodem Pirouano, & prius in Foroliuien. Bonorum* 16. *Ianuarij* 1617. *&* 28. *Aprilis eiusdem anni coram Dunozetto, & per Buratt. decis.* 145. *&* 182. *& ibi per addent. Ofasch. dec.* 36. *num.* 12. *& decis.* 133. *num.* 6. *& Rota decis.* 270. *par.* 1. *recent. Barz. decis.* 49. *num.* 24. *& Ioseph. Ludou. dec. Perus.* 29. *num.* 6. *& Barbos. viden. de claus. claus.* 31. & ibi multa ait. Veluti neque constitutum expirat per decennium, sicuti per illud expirare solet, quando nullus corporaliter fuerit ingressus possessionē, quia tunc, etiam post decennium eam animo retinuisse præsumitur, aliàs secus, *Card. Mantica decis.* 172. *nu.* 5. Quemadmodum, neque etiam operatur contra tertium, sed solum ad fauorem illius, pro quo quis se possidere constituit *Grat. discep.* 502. *nu.* 4.

ARGVMENTVM.

ASTROLOGIA QVOTVPLEX SIT, & quibus eam exercere permittatur.

CON-

CONCLVSIO CLIX.

1 ASTROLOGIA, nota, quod duplex est; alia diuinatiua, & dæmonum consultiua, siue ambitiosa, & hæc est prohibita, iuxta illud dictum, caueant illi, qui aliquid esse fatum dicunt, cum non homines propter stellas, sed stellæ propter homines factæ sunt. Alia vero naturalis, per quam astrorum naturalis cursus inuestigatur vt ex eò inde aliquod iudicium habeatur, veluti serenitatis, pluuiæ, pestis, & similium, & hæc est præcipuè Agricolis, Nautis, & Medicis permissa, vt tradit *Socin. in cap. Ecclesia vestra num. 40. de sortileg. Troyl. de Maluet. in tract. de sortil. par. prima, num. 20. & 31. Dom. à Soto, in tract. de iustit. & iur. lib. 8. quæst. 3. artic. 2. in fine, Cassan. in catalog. glor. mund. par. 10 consid. 52. Boss. in tit. de sortileg. num. 2. & Magon. decis. Lucens. 26. num. 27.*

2 Vnde in dubio, quando reus inquisitus respondet de Astrologia erit intelligendum de ea, quæ a iure permittitur ad hoc, vt delictum euitetur, vt ait *Boss. ibi supra, & Magon. dicta decis. 26. num. 28. in vltim. verbis.*

3 Et licèt Astrologiã multi appellēt eam esse inutilem, & sic non de pane lucrando, nihilominus ea inter septē artes liberales connumeratur, vt ait *gloss. in l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. criminib. & Magonius ibi supra num. 26.*

Sed hic animaduertendum, quod Astrologia Iudiciaria à Sixto Quinto de anno 1585. fuit damnata, præterquam circa Agriculturam, Nauigationem, & artem Medicam ordinariis facultatem tribuendo, vt isti eam exercentes illius arbitrio seuerius puniantur, librique de eadem loquentes prohiberentur prudentissimè, more solito, prædictam Constitutionem Sixti V. innouauit Vrbanus VIII. die 1. Aprilis 1631. addendo insuper contra eos, qui de Statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, & morte Papæ regnantis illiusque consanguineorum, vsque ad tertium gradum inclusiuè consulunt Astrologos Iudiciarios, seu eorum Iudicia, etiam sibi oblata recipiunt, vel vtuntur, vel scienter retinent, vel alicui ostendunt. Præterea infligit, contrafacientibus pœnas excommunicationis latæ sententiæ, (non tamen reseruatę) ac vltimi supplicii, necnon confiscationis bonorum, & Ecclesiasticis pœnam prædictæ excommunicationis, priuationis beneficiorum officiorum perpetuæ inhabilitatis, ac vltimi supplicij Episcopis autem, & maioribus Prælatis easdem infligit, citra tamen eam vltimi supplicii Iudices de, & super prædictis sunt Ordinarii locorum, etiam respectu vicinorum exemptorum, extra verò Prouincias Sedi Apostolicæ subiectas sunt Inquisitores, vt de his omnibus clarè patet ex illius Papæ Vrbani VIII. Constitutione.

4 Declara tamen hic obiter, quòd si quis Astrologus, aliquid ab alio recipiat, ob Iudiciariam Astrologiam, illud in conscientia restituere non tenetur, etiam si mendacia dicat, sicuti regulariter isti Astrologi facere consueuerunt ad hoc, vt Principibus, vel aliis se gratos reddant, vt in proposito ego agnoui quemdam qui quinquaginta natiuitates fecerat, & cuilibet eorum supremum honorem prædicebat, sed nulli eorum licuit adire Corinthum; Vnde est talibus imputandum, qui sinunt se eorum mendaciis decipi, ac allucinari.

5 Et ratio illius illationis est, quia quando in opere, pro quo pretium accipitur, vt fit ab Astrologis aliqua industria, siue periculum, aut labor intercedit, tunc licitè pretium receptum retineri potest, veluti etiam si quis illud reciperet pro Idolo faciendo, vel pro ædificando idolorum templo, siue pro bello iniusto inferendo, aut propugnando in hastiludiis, torneamētis, gladiatoriis hodie prohibitis, siue pro pugnando cū feris

& quemadmodum ait quoque *Farinac. in suis Fragmen. par. 2. in littera M, in verbo Mulier, fol. mihi 273. num. 387. cum seqq.* & ibi alios Doctores allegat, & idem ait in sua *quaest. 136. num. 470. cum seqq.*

8 Fallit tamen primo, si illi fuisset interdicta bonorum administratio, quae illi interdici potest, etiam si nõ steterit in loco lupanari meretricibus destinato, sed in propria domo vitã meretricalem exercendo, vt ait *Alexand. consil. 99. num. 12. lib. 6. & Ioseph. Ludou. conclus. 64. in prima ampliat. col. 4.*

9 Amplia primò, idem procedere in muliere maritata, vitam tamen meretricalem ducente, vt ait idem *Ludouic. ibi supra in ampliat. 2. & Corn. consil. 232. num. 2. lib. 2.*

10 Amplia secundò in meretrice secreta, vtputa in ea, quae noctis tempore faciet ad se venire viros, vt ait *text. in l. Imperialis, C. de nupt. & Doctores allegat. à Ludouico ibi supra in ampliat. 3. & Farinac. in praecitat. loc. num. 394. & seq.*

11 Secus autem, vbi essemus in muliere, quae ab illa vita meretricali destitit, & honestam ducat, quia tunc non obstante dicta bonorum suorum administrationis interdictione, de illis testari poterit, vt dicunt *Farinac. & Ludouic. in praecitatis locis.*

12 Vnde ex hoc inferri potest, quòd quamuis adsit priuilegium Conuertitarum Vrbis, super eo, quod haereditates mulierum inhonestè viuentiũ ad eos peruenire debeant, nisi illis fuerit relicta quinta pars suorum bonorum; ex turpi tamen quaestu acquisitorum ex *Constitutione Leonis Decimi 39. incipien. Saluator, & altera Clementis Septimi 14. incipien. Cum ex corpore.* Id tamen nõ procedit in illis foeminis, quae legitimã prolẽ habẽt & ad meliorem frugem deuenerunt, & quae honestam vitam ducunt, siue quando essemus in muliere prouectae aetatis, siue infirma, quae vitio inhonestatis laborare, & sic immemor salutis aeternae esse non praesumitur, vt ait *Salycet. in l. vnica, C. de rapt. virg.* vbi latè, *& Marsil. in repetit. dictae legis, & Rota in Romana, seu Florentina Haereditatis Mercurij 1. Iulij 1592. coram Cardinali Blanchetto, & in alia Spoletana Optionis Veneris 4. Nouembris 1611. coram R. Reuerendissimo Coccino Decano, & per Card. Seraphinum dec. 999. per totam.*

13 Declara tamen ea, quae fuerunt dicta de facultate meretricis, de illius bonis in vita meretricali acquisitis disponere valentis, non procedere, in ea muliere, quae re vera esset inhonesta, sed more meretricali non viueret, & sic in ea, quae propriè meretrix non dicitur, quia nihilominus fiscus aufert ea bona tanquam ab indigno, vt dicunt *Bald. Ias. Natta, Bossius, & Cardinalis Tuschus allegati à Farinaccio dicta secunda parte Fragmentorum crimin. in verbo Mulier num. 391. folio mihi 273.*

ARGVMENTVM.

ATTENTATA QVAE DIcantur, quando, & quomodo, & à quibus sint purganda, necnon de poenis attentare volentium.

CONCLVSIO CLX.

1 CVM huiusmodi materia attentatorum sit valdè frequens, & in praxi contingibilis circa fabricationem processuum, & in illi plerumque hoc genere morbi laborare soleant; Idcircò ad hoc, vt quis se ab illis benè tueri discat, ne processus paruo fabricantium decore, ac ingenti principalium dispendio inualidi, ac elusorij reddantur. Item ad hoc, vt detecta processuum nullitate ad eos postea sanandos sua vera medela adhibeatur multa in hac materia ad faciliorẽ dicendorum intelligẽtiã praemittenda fore putaui, sed in primis opus est docere, quid sit attẽtatũ, & deinde

clare, atque eleganti ordine de cæteris ad huiusmodi materiam spectantibus, Deo dante, discurrere.

2 Attentatum igitur nil aliud est, quàm omnis actus, sine rationabili causa, lite, appellatione, aut his æquipollentibus pendentibus a Iudice, siue à parte, aut habentibus causam ab eis in contemptum iurisdictionis, & præiudicium partis factus officioque Iudicis, cuius fuit læsa Maiestas in primis, & ante omnia reuocandus, vt ait *Lancellot. de attent. in præfat. num. 14. fol. 3. Afflict. decis. 396. num. 10. Cappell. Tholos. decis. 107. & ibi Aufrer. in addit. Cassad. decis. 3. n. 2 vt lit. pend. & ita fuit dictum in vna Placentina Cappellaniæ Veneris 14. Nouembris 1614. coram Buratto, quæ est in 2. par. recent. decis. 592. & penes ipsum Buratt. dec. 177. num. 7.*

3 Extende primò, id adeò esse verũ, vt si eorum reuocatio coram alio Iudice, quàm eo, cuius maiestas fuit læsa, petatur in nihilo suffragetur, vt ait *Rota decis. 10. vt lit. penden. in nou. & in Vlixbonen. Beneficij 24. Nouembris 1597. coram Card. Lancellotto Iuniore, & per Gregorium in decis. 486. num. 4. & decis. 264. nu. 3. par. 1. in recent.*

4 Subextende idem procedere, etiam si in commissione adesset facultas reuocandi attentata, quia cum ea sit, prout de iure intelligenda, vt ait *Crescent. decis. 1. de rescript. per totam.* Igitur eorum reuocatio non nisi coram Iudice appellationis erit fienda, vt ait *Rota d. dec. 592. n. 3 in 2. par. recentior. coram Buratto.*

5 Fallit tamen primò, quando Iudici fuisset etiam commissa causa attentatorum, quia tunc ea non ab eo, cuius maiestas fuit læsa, sed ab alio Iudice, cui dicta causa fuit commissa, erit cognoscenda, vt ait *Rota decis. 586. n. 5. p. 2. in recent. & per Buratt. dec. 72. n. 5.*

6 Fallit secundò, quando lis non esset extincta, sed per appellationem fuerit deuoluta, quia tunc quicquid potuit facere Iudex primæ instantiæ, idem potest etiam Iudex appellationis, vt ait *Bellamer. decis. 41. & Rota in Zamoren. Pensionis coram Corduba, quæ est penes Marches. to. 1 fol. 1330.*

7 Extende prædictas limitationes procedere, vt scilicet attentata Iudicis à quo debeant reuocari à Iudice ad quem, non obstante clausula (sine retardatione executionis litterarum Apostolicarum) quia Iudex ad quem potest per viam attentati, & manutentionis reuocare executionem factam à Iudice à quo, quod tamen intellige procedere, quando ab eo illa rite, & rectè facta non fuerit; aliàs secus, vt ait *Marta qui plures decisiones cumulat in tractat. de clausulis claus. 160. num. 4 & seq. idem quoque ait Garzias de Benef. in prima par. cap. 5. num 573. & 574.* vbi alias plures decisiones cumulat, & ita quoque fuit dictum in *Hispalen. coram Gipsio, quæ est apud Marchesan. de commis. tom. 1. fol. 36.*

8 Licèt in alia *Bergomen. Beneficij 24. Nouembris 1614. coram Vbaldo,* fuerit dictũ, quòd multi ex Dominis valde dubitabant; immò potius in contrariam sententiam inclinabant, quando scilicet erat apposita illa clausula, sine præiudicio executionis litterarũ Apostolicarum, dicendo, quod tunc reuocari executio non posset, nisi via ordinaria à Iudice à quo fuit facta.

9 Sed, ea tamen opinione non obstante, Rota pluries primam fuit amplexa & sic per viam attentatorum, & manutentionis reuocauit executionẽ a Iudice à quo nulliter factam, vt fuit latè deductum in vna *Verdunen. Vicariæ 1. Iunij 1616. coram Buratto, & in alia Senogallien. Bonorum 14. Aprilis 1617. coram Remboldo,* & ibi propterea fuit decisum, quòd per eam clausulam censetur reseruata executio Iudici à quo, & executori quatenus de iure executioni sit locus, & ea ritè, & rectè fiat, & nõ aliter. Et sic igitur prædictæ opiniones ita concordari possunt; nempè vt prima procedat, quando executio ritè ac rectè facta non fuerit à Iudice à quo, & de iniustitia ex eisdem actis appareret. Secunda verò, quando secus, vt ait *Rota in prædictis decisionibus num. 7.*

10 Et tenendo prædictam opinionem extende eam, tanto magis procedere

si

pars nouam commissionem obtinuisset, cum facultate manutenendi quẽ de iure, vt fuit dictum in dicta *Verdanen. Vicaria coram Buratto*. Veluti quoque, si eorum causa fuerit commissa, vt ait idem *Burat. dec. 72. nu. 5.* & veluti superius dixi sub nnm. 8.

11 Ratio autem, quare attentatorum reuocatio fiat à Iudice offenso, ea est, quia in hoc magis Iudicis contemptus, quàm ius partis venit attenden. & propterea hinc fit, q̃ Prætoris maiestas in eorum reuocatione vindicatur, vt air *Oldrad. consil. 206. & Rota per Aegidium Bell. mer. decis. 49. Rota decis. 2. de restit. spoliator. in nouis, & decis. 2. vt lit. penden. in non. Verall. decis. 57. par. 1. & idem Bellamer. decis. 553.*

12 Extende præterea illum Iudicis cõtemptum, adeò esse in iure exorbitantem, vt propterea in illius odium in quacumque parte litis eorum reuocatio peti possit, antequam tamen sit conclusum in causa, vt ait *Rota decis. 6. vt lit. pend. in antiq. & decis. 4. eodẽ tit. in nou. & dec. 27. de appel. in nou.*

13 Subextende primò, quod quando ab vtroque latere litigantium attentata adsunt, tunc vnico contextu omnia hinc inde reuocanda veniunt, vt ait *Rota decis. 51. par. 3. nouissim.*

14 Subextende secundò prædicta in tantum procedere, vt si fuerit attentatum in parte, in totum attentatum dicatur, & sic vna pars totum vitiat; & ratio est, quia contemptus Iudicis per quem illius maiestas læditur, dicitur indiuisibilis, vt dixi in verbo Alienatio, & veluti ait *Rota decis. 6. par. 2. nouissim. coram Cantuccio.*

Declara tamen, quòd attentata lite pendente non reuocãtur, nisi quando maiestatem Iudicis offendunt, & interesse partis lædunt, vt ait *Rota decis. 708 num. 13. par. 3. recentior.* & præcipuè, quando pars non opposuit, sed immo potius attentari permisit, *Rota dicta par. 3. dec 657. n. 1.*

15 Circa autem ad inuentionem attentatorum, nota, quòd Doctores vario modo loquuntur, & in primis multi volunt, quòd ex iure positiuo ea fuerint adinuenta, alii verò de iure naturali, & quidam de iure Diuino, & multi tenent, quòd ea sint cognita de iure Ciuili, ratione tamen naturali dictante, vt ait *Lancellot. de attent. in præfat. num. 50. & seqq.*

16 Sed est benè verùm, quòd ista vox Attentatum, antiquis Doctoribus fuit incognita, vt ait idem *Lancellott. in in præcit. loco num. 7.*

17 Secundò erit notandum, quòd multipliciter à Doctoribus attentata considerantur, quemadmodum multiplices sunt causæ vnde fiunt, vt sunt Pendentia litis, Recusatio Iudicis, Dilatio, Causæ Auocatio per Superiorem facta, Appellatio, & similes.

18 Tertiò erit animaduertendum, quòd attentata præsupponunt dolum in attentante; & propterea istud delictum adeò dicitur exorbitans à Iure (cum eodem tempore, per ea Ius, Iudex, & pars lædantur) vt propterea attentans dicatur detestabilior spoliante, & odiosior quodammodo Diabolo, & quod hoc sit verum videmus, quòd si Diabolus in Iudicio veniret illi appellatio non denegaretur, quæ tamen attentanti denegatur, & id in odium illius delicti; Immò cùm de sui natura semper portet secum delictum, vt quis in eo puniatur in quo deliquit; & propterea, qui appellationem spernit, illius beneficio priuatur. *Rota decis. 16. aliàs 354. num. 3. de dolo, & contumac. in nou. & decis. 5. aliàs 25. de restit. spoliat. in nou. & decis. 235. num. 1. par. 1. in recentior. & per Gregorium decis. 465. num. 3 & decis. 183. num. 1. par. 2. in recentior. & ibidem decis. 411. num. 1. Acchil. de Graß. dec. 26. de appellat. num. 4. & Lancell. de attent. par. 3. cap. 31. nu. 221. fol. mihi 604.*

Et propterea videmus etiã, quòd temeritas attentantium pluribus pœnis coercetur, & quibus ponit idem *Lancel. ibi supra num. 7. cum plurib. seqq.*

19 Vnde ex prædictis inferri potest, quòd istud remedium attentatorũ dicatur æquum, iustum, vtile, ac facile; necnon magis priuilegiatum, quàm illud spolii, vt ait idem *Lancello in*

de attent. in dicta præfat. in princip. fol. 3. & Rota in præcit. locis.

20 Et propterea videmus, quod quando sumus in spolio attentato, illud omnibus, & per omnia æquiparatur spolio violento, vt ait *Rota dec. 139. num. 4. par. 1. in recentior.*

Extende, quòd spolium violētum, neque per mille annos præscribitur de iure Canonico, vt ait *Card. Seraphin. decis. 1360. num. 2.* Quamuis sub num. 15 dicat contrariam opinionem esse veriorem, & sic quod omnes actiones, tam de iure ciuili, quàm canonico quadragenaria præscriptione tollantur, & id ne dominia rerum super incerto vagentur, quod maximè abhorrent leges, ne litium immortalitas detur; de qua tamen opinione ego valde dubito, ne via fraudibus aperiatur, credens melius esse tollerare dubietatem dominij, quàm illud malâ fide hominum in totum tollere, Et sic ego prædictas opiniones tali modo concordarem; nempè, vt prima procedat, quando essemus in attentato cum violentia, & sic qualificato. Secunda verò procedat in simplici; Item, quod prima procedat de iure canonico, quod valdè malam fidē, ac dolum hominum abhorret. Secunda verò de iure Ciuili, quòd non tam rigorosè contra malæ fidei possessores procedit.

21 Quartò erit notandum, quòd eorum reuocatio fit, aut Iudicis officio mercenario, quando scilicet ea ad instantiam partis petitur, aut fit officio nobili, sine partis instantia, vt ait *Lancellot. ibi supra num. 28. fol. 4. & Guidopap. decis. 495. Mysinger. obseru. 55. centur. 4. Rota decis. 1. vt lit. pend. in nou. & decis. 319. num. 2. par. 1. recent. & ibidem decis. 637. num. 6.*

22 Illa autem purgatio, quæ fit Iudicis officio, dicitur remedium extraordinarium, cui non est locus, quando per viam ordinariam agi possit, vt ait *Rota per Gregorium decis. 503. nu. 3. & in decis. 79. num. 2. par. 2. in recent. & decis. 357. num. 2. par. 3. recent.*

23 Vnde hic obiter erit notandum, quòd officium Iudicis duplex est, & primum dicitur mercenarium. Alterū verò nobile; mercenarium illud dicitur, quod actioni propositæ, siue proponendæ inseruit; illud verò nobile dicitur, quod de per se stat, & actioni deficienti inseruit, vt dicunt omnes Doctores in *l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. iudic. & Rota per Coccin. decis. 123. num. 29. & per Burattum in sua decis. 174. & ibi per adden.* qui ad id alios Doctores, & decisiones allegat sub *num. 16. & seq. Osasch. decis. Pedem. 40. nu. 7. & decis. 329. n. 2. par. 1. in recent.*

24 Quod quidem Iudicis officium nobile tunc imploratur, vbicumq; actio deficit, si tamen æquitas inde eo accepto resultet, & illud nō impartitur, nisi petenti, *Rota decis. 197. num. 2. par. 3. recentior. & Guidopap. dec. 362 num. 2. & Rota ibi supra per Coccin. dicta decis. 123.* Et tunc illud ad instar actionis exercetur, ad consequendū id, quod suum est, siue ad compellendum aliquem, ad hoc, vt impleat id, ad quod actione adstringi nō potest, vt ait *Rota per Gregorium decis. 503. num. 4.* & infiniti alij Doctores allegati à *Rota in Nouarien. Decimarū 5. Decembris 1629. coram Pirouano*, vbi ait, officium Iudicis actionem appellari posse, latè tamen sumpto vocabulo, aliàs secus, vnde in proposito fuit resolutum à *Rota in vna Romana Salarij 23. Ianuarij 1626. coram Remboldo*, quod licèt ex vi reformationis Pauli Quinti sub Rubrica de Aduocatis, & procuratoribus *§. 13.* nō possit peti à procuratoribus, & solicitatoribus salarium, quòd non fuerit conuentum inter partes. Nihilominus illi non prohibentur, quominus possint officium Iudicis nobile implorare, pro eo salario consequendo per modum laborum, veluti latè dixi in verbo Aduocatus, & ibi recurras, quia in hac materia multa scitu digna inuenies.

25 Declata igitur, quòd, vt superius diximus, attentata possunt officio Iudicis reuocari, etiam quòd ad instantiam partis nō essent reuocanda, & præsertim, quando ea fuerint in

spre-

spretum inhibitionis Rotalis commissa, vt fuit dictum à *Rota in decis. 2. in fine de re stitut. spoliat. & decis. 235. num. 7.* & postea *in decis. 637. num. 6 par. prima recentior. & per Gregorium decis. 465. num. 11.*

Et prædicta procedunt, etiã quòd pars appellationi expressè, siue tacitè renunciauerit, veluti coram eodẽ Iudice comparendo, vt fuit dictum in vna *Ferrarien. Decimarum 28. Iunij 1621. coram Vbaldo, & Rota d. decis. 235. num. 7. par. prima in recent. & decis. 70. num. 2. in par. 2. & in Barchinonen. Beneficij sanctæ Mariæ 15. Martij 1620. coram Manzanedo, & per Burattum infra decis. 406 num. 1. & ibi in addit.*

Quinimmò tali casu attentans obiectus dare non valet, licèt extra istum casum attentatorum id facere possit, vt ait *Lancellott. de attent. in 3. par. cap. 31. num. 196. & Rota decis. 7. aliàs 419. de except. in antiq. & decis. 4. aliàs 160. de re iud. & decis. 5. aliàs 433. vt lite pend. in antiq. & apud Bisignett. decis. 1. eodem tit. idem Lancellot. dicta par. 3. cap. 24.*

26 Extende primò prædictam declarationem procedere, etiam si inhibitio esset iniusta, sed Rotalis, quæ quocunque modo sit, timenda uenit, vt ait *Rota decis. 637. num. 1. par. 1. in recentiorib. Caputaquen. decis. 93. par. 2. Cæsar de Graff. decis. 6. num. 2. de caus. possess. & propr. & Put. decis. 121. lib. 1. & decis. 395. lib. 2.* & ita fuit dictum a *Rota in una Cæsaraugustana Pecuniaria de Melia Veneris 15. Iunij 1601. coram Card. Pamphilio, & per Gregorium decis. 435. n. 4.*

27 Extẽde 2. procedere, etiam si quis, verbi gratia, adeptus fuerit possessionem vigore subrogationis, & illa subrogatio inhibitionem præcedat, quia nihilominus, quando ea est Rotalis sit tantæ efficaciæ, vt propterea ea vitio attentatorum possessionem captam subiacere faciat, vt ait *Rota d. decis. 637. num. 5.*

28 Extende 3. quòd attentata possint etiam reuocari ad instantiam illius, de cuius interesse non constet, cum pro reuocatione eorum sola litis pendẽtia sufficiat, absque ꝙ de iure litigantis doceatur, licèt quando lis indecisa penderet, tunc de nullius partis litigantis iure constare dici possit, qua propter sufficit ad id, ꝙ exceptio non iuris alicuius discussione indigeat, quia tunc attentatorum reuocatio retardari non posset, cum ad hoc, vt de notorio non iure alicuius constare dicatur, id non nisi per confessionem partis, aut per tres sententias, & rem iudicatam probandum venit, vt ait *Rota decis. 235. num. 6. & decis. 628. num. 3. par. 1. in recentiorib. & per Gregorium in decis. 465. num. 8. Aegid. decis. 103.* & ita quoque fuit dictum à *Rota in Fauentina Beneficij Veneris 21. Iunij 1613. coram Buratto, quæ est in dicta par. 1. recentior. decis. 503 num. 6. & Card. Seraph. decis. 1306. num. 6. & Coccin. decis. 265. num. 8. & Rota penes eundem Burattum decis. 177. num. 6.*

29 Secus verò, quando verè constaret de notorio non iure illius petentis reuocationem, quia tunc attentata sunt reuocanda, non ad instantiam partis, sed benè ex officio Iudicis, vt ait *Rota per Gregor. dicta decis. 465. num. 10. & prius in Eluen. Hereditatis coram Card. Mellino, quæ est apud Marches. de commiss. tom. 2 fol. 35. num. 5. Aegid. decis. 103. & idem Gregor. decis. 91. num. 8. Caputaquen. dec. 135. lib. 1. in manuscript. & Rota decis. 235. num. 7. par. prima in recen. & penes eundem Marches. tom. 1. num. 12. fol. 308. & Burat. in dicta decis. 177. num. 4.*

30 Extende id eodem modo è conuerso procedere; nempè ad hoc, vt attentata non purgentur, ob bonum ius attentantis, tunc de eo constare debet, aut per rem iudicatam, siue per partis confessionem, vt ait *Rota in decis. 701. par. 2. in recent.* & veluti diffusiùs inferius dicam.

31 Quibus quidẽ sic præsuppositis, & firmatis, modo ad hoc, vt in hac materia magis distinctè procedatur, ꝙpus est de eâ plures regulas constituere, & prima erit in videndo, quibus

casibus

caſibus attentata commiſſa dicantur.

32 Regula igitur prima ita erit firmanda, vt ſcilicet quicquid appellatione, ſiue tempore ad appellandum pendẽte erit actum, tunc illud innouatum, ac attentatum dicetur, & per conſequens illud in primis, & ante omnia cum omnibus inde ſecutis reuocandũ, vt ait *Rota deciſ. 269. nu. 1. & deciſ. 478. num. 3. & deciſ. 514. num. 1. & deciſ. 637. num. 1. par. 2. in recen. & per Gregorium deciſ. 339. num. 5. & Rota deciſ. 598. num. 1. dicta par. prima in recentior. Card. Seraphin. deciſ. 530. num. 1. & deciſ. 1176. nu. 2. Coccin. deciſ. 293. num. 2. & coram eodem fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Luna 7. Februarij 1618. Cæſar de Graſſ. deciſ. 2. de appellat. & Rota deciſ. 235. num. 1. & deciſ. 682 num. 1. par. 1. in recentior. & in 2. par. deciſ. 182. num. 1. & deciſ. 393. eodem num. 1. & prius fuit dictum in Pampilonen. de Ianzi 2. Martij 1592. coram Card. Mantica, & in Aurien. Parochialis 1. Iulij 1596. coram tunc temporis Reuerendiſſimo Decano, & per Burattum deciſ. 13. num. 1. & deciſ. 251. num. 1. par. 3. recentior. & ibi dec. 32 num. 3. & poſtea dec. 685. num. 2. dicta par. 3. recent.*

33 Declara tamen primò, eam regulã eſſe veram, dummodo cauſa eſſet appellabilis, vt ait *Card. Seraph. dec. 1383 n. 1.* Item illud procederet, quando appellatio verè fuerit interpoſita, aliàs quis non diceretur attentare intra tempus ad appellandum, ſi poſtea non fuerit appellatum, veluti quoque veniret dicendum, ſi ea interpoſita, poſtea fuerit ſublata; ſiue ſi eſſemus in illis caſibus, in quibus de iure appellare non licet, vt inferius dicemus, quia tunc attentata eeſſarent, quia paria ſunt nõ appellare, vel minus legitimè, & nulliter appellare, vt ait *Rota deciſ. 75. de appell. in antiq. Card. Seraphin. deciſ. 406. num. 3. & Rota deciſ. 598. num. 1. & deciſ. 618. num. 2. par. 1. in recent. & dec. 406. num. 2. par. 1. diuerſor. & per Gregorium deciſ. 91. nu. 8. & deciſ. 339. num. 4. & ibi per aden. num. 6. Surd. dec. 160. num. 54. & Rota Bononien. deciſ. 76. nu. 1. Gabed. deciſ. 120. num. 5. par. prima, & fuit dictum in vna Taruiſina Feudi 15. Ianuarij 1624. coram Remboldo, & in alia Piſcien. Beneficij 10. Maij 1628. coram Vbaldo, & deciſ. 183. nu. 3. p. 2. in recentior. & in Foroliuien. Fidei commiſſi Lunæ 16. Iunij 1614. coram Buratto.*

Subdeclara tamẽ, quòd licèt geſta intra terminum ad appellandum non purgentur vti attentata, quando appellatio non fuit legitimè ſubſecuta, reuocantur tamen per viam nullitatis, vt ait *Rota dec. 176. num. 1. par. 3. recentior.*

34 Declara ſecundò dictam regulam procedere, ſi de litis pendentia fuerit habita notitia, aliàs ſecus, quia errantis nullus eſt conſenſus, nec per conſequens, tunc dolus in eo concurreret, qui in attentante eſt tàm neceſſarius, vt ſuperius diximus, & veluti fuit dictum à *Rota in deciſ. 500. nu. 5 & 9. par. prima in recentior.*

Quinimmò data etiam litis notitia, & quis aliquid ageret, ſine tamen præiudicio litis pendentiæ, tunc illæ talis attentare non diceretur, cum tali caſu dolus non concurreret; qui, vt dixi, eſt neceſſarius in attentante, vt ſupra diximus, & veluti in iſtis terminis fuit dictum à *Rota per Burattum deciſ. 4 num. 1.*

35 Extende primò regulã illam adeò valere, vt propterea attentata ſint purganda, quoad omnes proceſſus, cũ ea ſemper reſoluant executionem, cũ omnibus inde ſecutis, vt ait *Rota deciſ. 690. num. 3. par. 2. in recentior. & in 1. par. deciſ. 264. num. 5.*

36 Extende ſecundò, id in tantum eſſe verum, vt ante eorum purgationẽ in negotio principali non ſit procedendum, etiam ſi iudicium eſſet ſpolii, vt ait *Card. Seraphin. deciſ. 1176. n. 4 Rota deciſ. 681. num. 4. par. prima in recentiorsa.*

37 Quæ tamen declara primò non eſſe vera, quando cauſa attentatorum altiorem indaginem requireret, quia tunc ea vna cum negotio princi-

pali

pali esset expedienda: Vnde cautela pro appellante erit, vt in casu notorio ante omnia attentata reuocari petat, quod enim Iudex ex officio facere debet, sed vbi essemus in obscuro, tunc libello, atque litis contestatione opus esset, & sic eo casu vtraque causa esset simul agitanda, ita vt si prius super attentatis concluderetur, prius ea esset terminanda, sed si ea aliter rescindi non possent, quàm per diffinitiuam sententiam super appellatione ferendam, tunc expectandum esset, vt ait *Andr. Gayll. decis. 146. par. prima, & Ioachim Mysinger. decis. 33. par. 3. Gaspar Guillelm. decis. 127. dicta par. prima, & par. 3. decis. 56. idem Mysinger. decis. 26. par. 1.*

38 Subextende illam extensionem quoque in cessionario procedere, vt scilicet per eum ante purgationem attentatorum nõ possit in negotio principali procedi, vt ait *Rota per Put. decis. 51. lib. 3.* & ratio est, ne per indirectum priuilegium illud attentatorum tolleretur, veluti esset, si illud cessionario competeret, quod cedenti prohibetur, vt ait *Put. dicta decis. 51. num. 1. lib. 3.*

39 Declara secundò prædicta nõ procedere, quando decisio attentatorũ penderet a negotio principali, quia tunc id operaretur, ne interim attentata consideranda venirent, vt fuit dictum in *Nepesina Locationis Veneris 19. Iunij 1598. coram Litta, quæ est penes Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 1081. num. 3. & Rota decis. 251. num. 1. par. 3. recent.* & ibi hanc conclusionem declarat sub num. 3.

40 Et ratio illius declarationis est, quia attentata, quando habent causam cũ negotio principali coniunctam, tunc separari non possunt, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 219. num. 1.* At secus, si causa esset diuersa, quia tunc ex ea attentata causari non possent, vt ait *Rota per Burattum in sua decis. 644. num. 5. & ibi per addentem sub num. 10.* docetur, quando causa dicatur diuersa.

41 Amplia id eò magis procedere, quando sententia lata in causa connexa pareret exceptionem rei iudicatæ in causa principali, vt ait *Rota per Coccinum dec. 304. num. 2.*

42 Subdeclara tamen quòd causa attentatorum non impedit quominus in negotio principali procedatur, quã do post commissionem causæ de attẽtatis non fuit oppositum, sed immò in negotio principali discuti fuerit toleratum, vt ait *Verall. decis. 60. par. 1 & Marta in compilat. decis. in verbo Attentata tom. 1. cap. 85.* At secus, quando attentata essent gesta in causa connexa, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in dicta decis. 644. & ibi per Addentem,* qui docet, quando causa dicatur connexa sub num. 12.

43 Extende tertiò, quòd purgatio attentatorum debet esse actualis, adeò vt neque depositio vnius iulii sufficeret, etiam si fieret obligatio de restituendo reliquum liquidatione facta, vt fuit dictum à *Rota per Cardin. Seraph. decis. 1176. num. 15. & decis. 269. num. 1. par. 1. in recentior.*

Subextende, quòd immò res sit reducenda ad pristinum statum, vt ait *Rotaper Burattum decis. 355. num. 1. & seqq. & Rotã decis. 64. num. 2. par. 3. recent.*

44 Contrarium licèt tenuerit *Mobedan. in decis. 311. aliàs 17. de restitut. spol. & Sarnen. decis. 15. lib. 1.*

Concorda vt prima opinio indubitanter procedat, quando daretur possibilitas ea purgandi in attentante Secunda verò, quando secus, quia eo ipso attentata purgata dicuntur, quando attentans facit id, quod potest, vt ait *Rota decis. 194. num. 4. in fine par. 3. recent.*

45 Sed primam opinionem vti veriorem tenendo, extende eam quoque procedere in iudiciis priuilegiaris, veluti in illis spolii, & attentatorum, quia tunc Rota, ad hoc, vt prorsus eorum purgatio, vsque ad minimum obolum sequatur depositionem alicuius summæ non tolerat, sed actualis restitutio debetur, vt ait *Verall. decis. 150. par. 1. Card. Seraphin. dec. 1176. & Rota decis. 269. num. 1. par. prima in recentior.* & pulchrè *in Panormitana Archidiaconatus coram Penia, quæ est penes Marches. de commiss. par. 3. fol.*

fol. 233. *& in Papien. Coadiutoriæ coram Reuerendissimo Coccino Decano penes eundem Marchesanum par.* 2. *fol.* 38. *& in Placentina Iurispatronatus* 1. *Februarij* 1199. *coram Corduba, idem Coccin. decis.* 371. *num.* 5. *in eius impressis, & denique in Ferrarien. Dotis* 16. *Decembris* 1618. *coram Buratto, quę est in eius impress. decis.* 355.

46 Et propterea ex stylo Curiæ in hac materia ille, qui petit ad vlteriora procedi, erit cautus, aut liquidare, siue commissionem obtinere, in qua petatur præfigi terminum aduersario ad liquidandum, vt fuit dictum à *Rota in dicta Placentina Iurispatronatus coram Corduba, idem ait Marta de clausulis par.* 1. *clausf.* 92. *sub num.* 5. *vers. vide iuxta stylum.*

47 Subdeclara igitur prædicta procedere respectu restitutionis liquidi; secus autem, vbi ageretur, quoad expensas, & interesse, & quando ea non essent liquida, quia tunc sufficeret illud depositum vnius iulii, cum obligatione de soluendo reliquum, post illius liquidationem, & eo sic facto posset postea ad vlteriora procedi in causa, vt ait *Rota decis.* 715. *num.* 2. *par.* 1. *in recent. & in alia Vercellen. Pensionis* 28. *Iunij* 1619. *coram Pirouano*, & ibi concludit ita fore intelligendũ *Lancellott. de attenta. par.* 3. *cap.* 31. *num.* 96. 166. 174. *cum seqq.* & ita quoque prius fuerat tentum in vna *Asten. Canonicatus* 27. *Iunij* 1616. *coram Card. Sacrato.*

48 Extende huiusmodi opinionem de damnis, & interesse loquentem procedere, etiã si de illis, neque in genere constaret, quam quidem opinionẽ esse veriorem, testatur *Rota in dicta Ferrarien. Dotis coram Buratto.*

49 Contrarium tamen in materia expensarum, videtur tenere *Rota in eadem Ferrarien. Dotis coram Burat.* vbi ait, quòd in earum materia, neque depositio vnius iulii sufficeret, sed actualis restitutio esset necessaria.

50 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat in expensis extraiudicialibus, de quibus nullo modo cõstaret. Secunda verò procedit in ijs, quæ fiunt in iudicio, & hæc opinio de plano procedit, veluti ita distinguendo ait *Rota per Gregorium XV. in decis.* 503. *num.* 1. *cum ibi alleg.*

51 Extende quartò regulam illam primã procedere, etiam si non fuerit appellatum, quia nihilominus eorum reuocatio daretur, quod tamen intellige verum, quando illa non per viam attentatorum, nec ex eorum priuilegio, sed per eam nullitatis petatur, veluti eodem modo procederet, etiam si fuisset appellatum, sed nulliter appellatum, quia paria sunt non appellare, sed minus legitimè appellare; & sic igitur in hoc quoque casu omnia intra decem dies ad appellandum gesta per illam viam nullitatis essent reuocanda, vt fuit ita deductum à *Rota in vna Mediolanen. Iurispatronatus* 17. *Ianuarij* 1612. *coram Vbaldo, & per Gregorium XV. decis.* 513. *num.* 3. *Card. Seraph. decis.* 406. *nu.* 3 *& Rota decis.* 598. *num.* 2. *& dec.* 618 *num.* 2. *par. prima in recentior. & decis.* 406. *num.* 2. *par.* 2. *diuersor. & per d. Gregorium decis.* 91. *nu.* 8. *& decis.* 339. *num.* 4. *& ibi per addentem num.* 6. *& tandem in vna Piscien. Beneficii* 20. *Maij* 1628. *coram Vbaldo, & prius in Foroliuien. Fideicom.* 16. *Iunij* 1614. *coram Buratto*, & ad id infinitas decisiones allegaui supra sub num. 33.

52 Contrarium, quòd scilicet attentata, non causentur ex appellatione nulla, & sic quod ea cessent, si appellatio deficiat, fuit dictum à *Rota decis.* 420. *num.* 3. *& decis.* 562. *num.* 1. *par. secunda in recentior.* & veluti dixi superius sub num. 33.

53 Concorda huiusmodi opiniones fœdere prædictæ distinctionis; nempè, quòd vtraque procedat, si eorum reuocationem consideremus per viã nullitatis, aliàs secus; nam etiã, quòd non fuerit appellatum, vel minus idoneè appellatum; nihilominus gesta intra illud tempus per viam nullitatis, non autem attentatorum erunt reuocanda, vt fuit dictum in illa *Mediolanen. Iurispatronatus coram Vbaldo, & per Gregorium dicta decis.* 513. *n.* 3. *Cæsar de Grassis decis.* 2. *de appellat.*

& prius

& prius Rota in Calaguritana Beneficij de Burgo 7. May 1574. coram Card. Seraphino, quę est in eius impressis decis. 229. num. 3. & Rota decis. 176. num. 1. par. 3. recent.

54 Rursus declara id, quod fuit dictũ de attentatis pendente appellatione causatis, ea scilicet in primis fore, & esse reuocanda, dummodo inhibitio præcesserit, alias secus. Et ratio est, quia vis inhibitionis est tanta, vt actũ tunc temporis gestum in attentatum transire faciat; & propterea videmus, quòd in Iudice daro cum clausula Appellatione remota, à quo etiam si de facto postea appelletur, nihilominus si Iudex cui fuerat commissa causa appellationis illi inhibuerit, & post inhibitionem exequeretur, tunc talis executio diceretur attentata. Sed est benè verum, quòd ille primus Iudex cum ea clausula deputatus, posset dicto tempore ad appellandum pendente ad executionem suę sententiæ procedere, si non fuisset inhibitus, vt ait *Lancellot. in præfat. num. 40. & seqq. & in 8. limitat. princip. in secunda par. cap. 12. & in cap. 20. in prima ampliat. Rota decis. 420. num. 1. & decis. 735. num 3. par 2. in recentior. & in prima par. decis. 653. num. 1. & Card. Seraph. decis. 1168. num. 1. Put. decis. 414. lib. 3. & Marta in sua compilat. decis. in verbo Attentata cap. 39. tomo primo.*

55 Sed ea quæ fuerũt dicta de vi, & efficacia inhibitionis subdeclara esse vera, & sic eo casu inhibitionẽ afficere, si ea actualiter fuerit præsentata, & executioni demandata, aliàs secus, etiam si in eo, cui erat præsentanda, daretur scientia decreti, & relaxationis inhibitionis, quia scientia idem non operatur, quam ipsa denunciatio, quando tamen non essemus in his, vbi ea requireretur solum ad effectum solius scientiæ, quia tunc denunciatio sufficeret; at secus, si ea requireretur ad effectum incitãdi aliquem ad aliquid faciendum, siue quando esset prohibitoria, ne aliquid fiat, quia tunc, nisi præsentetur, attentata non causat, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 1046. num. 1. & per Burattum decis. 180. per totam, & per Card. Caualerium decis. 499. num. 1. & Lancell. de atteut. post inhib. declar. 1. num. 1. cum seqq. idem Buratt. decis. 177. & ibi per addentem sub littera A.*

56 Extende primò illam vltimam declarationem pluribus modis procedere, & primò, quando inhibitio fuisset Rotalis, quia, siue iusta, siue iniusta esset timenda, vt pulchrè ait *Rota decis. 637. num. 2. & decis. 715. num. 1. & prius 464. num. 1. par. prima in recentior.* & plures alias decisiones allegaui superius in *versic. Extende primo num. 26.* & multa dicam in verbo Auditor Rotæ, & ibi recurras.

57 Extende secundò, etiam procedere, si actus, qui diceretur post inhibitionem gestus fuisset alias antequam inhiberetur facienti licitus, quia inhibitio facit illicitum, quod antea erat licitum, vt ait *Guidopap. decis. 213. per totam.*

58 Extende tertiò procedere etiam si pars tantum, & non Iudex fuerit inhibita, quia nihilominus ea attenta causaret, vt ait *Rota decis. 375. lib. 3. diuersor. & Gregor. XV. in decis. 243. num. 5. & Rota decis. 762. num. 2. par. 4. diuersor. & in Tullen. Scholastria 5. Iulij 1621. coram Remboldo.*

59 Vnde opportunè hic erit notandũ quòd ne dum inhibitio causat attentata respectu appellantis, sed etiam respectu aliorum, vt ait *Gayll. obseru. 126. lib. 3.*

60 Extende quartò procedere tam in tacita, quàm etiam in expressa inhibitione, veluti eodem modo dicitur, quando de eorum excusatione tractatur, quia tunc, tam consensus expressus, quàm tacitus ad id erit sufficiens, vt ait *Rota decis. 183. num. 1. par. 2. in recentior. & Card. Seraphin. decis. 1003. num. 5. & decis. 1013. n. 4. & decis. 1168. nu. 7. & ait Rota dec. 3. de appellat. in nou.*

61 Extende quintò procedere, etiã si appellationi, cuius vigore emanauerat inhibitio fuerit per appellantem tacitè, vel expresè renunciatum, vt ait *Rota decis. 130. aliàs 20. de appellat. in nou. Boer. decis. 256. & Bellamer. dec. 624.*

Extende

62 Extende sextò, vt ea declaratio procedat, etiam si per Iudicem ad quem, qui inhibuerat, pronuncietur malè fuisse appellatum, & benè per Iudicem à quo Pronunciatum, quia per huiusmodi pronunciationem non conualidatur processus post inhibitionem factus, vt ait *Rota decis.* 58. *de appellat. in nou. secundum antiquã impressionem.*

63 Extende septimò, procedere etiam in inhibitione per procuratorem assertum, cum cautione de rato obtenta, vt ait *Put. decis.* 24. *vt lit. penden. Verall. decis.* 53. *par.* 1. *Acchill. de Graff. decis.* 253. *aliàs* 27. *de appell.* & *Rota in Senagalien. Parrochialis* 9. *Iunij* 1559. *coram Oradino,* & *Coccin. dec.* 380. *num.* 5.

64 Extende octauò, etiam si executio esset facta in vim litterarum executorialium, & brachii secularis legitimè obtenti, quia tunc ea attentata diceretur, si post inhibitionem fieret, vt fuit dictum in vna *Portugalen. Parochialis* 19. *Octobris* 1565. *coram Oradino.*

65 Subextende id primò procedere, etiam si earum intimatio fuisset, verbi gratia facta Canonicis ex eo, quia debebat fieri Capitulo, vt ait *Rota decis.* 1. *de dol. & contum. & decis.* 1. *de sent. excomm. in antiq. & Seraph. mox. allegan.*

66 Subextende secundò, idem procedere quoque, si earum intimatio in Rota non fuerit reproducta, vt ait *Card. Seraph. decis.* 1116. & *Cassador. decis.* 6. *de caus. possess. & proprietat. Mohedan. decis.* 182.

67 Subextende tertiò procedere, etiã si executoriales emanassent vigore trium conformium, vt fuit dictum in vna *Toletana Matrimonij* 24. *Ianuarij* 1555. *coram Oradino.*

68 Contrarium, quòd scilicet ingressus ad possessionem post tres sententias attentata non causet, etiam si eã fuerit ingressus absque intimatione executoriallum, ait *Rota decis.* 35. *de appell. Achill. de Graff.* vbi de prædictis ea ratio assignetur, vt quia verisimile esset eum intrusum post tres sententias à possessione recessisse, & eam vacantem reliquisse, & præsertim quando ille, qui obtinuerat eas tres sententias per 20. annos in possessio, ne stetisset, per quod quidem temporis interuallum omnia solemniter gesta fuisse præsumitur, vt latè dixi in verbo Alienatio rei Ecclesiæ.

69 Subextende quartò, eo magis procedere, si ante captam possessionem non fuerint seruati illi quatuor termini, vt ait *Rota per Crescent. decis. prima tit. de sequest. possess. & fruct. alleg. à Marta in compil. decis. tom.* 1. *in hoc verbo Attentata, cap.* 38.

70 Extende nonò illam regulam procedere, etiam si instrumentum inhibitionis careret die, anno, & Pontificatu, vt fuit dictum in vna *Merenden. Parochialis* 18. *Iunij* 1555. *coram Chisanen.*

71 Extende decimò, etiam si inhibitio oretenus, & sine scriptura fuisset facta, vt ait *Cassad. decis.* 2. *de pens.*

72 Extende vndecimò, etiam si essemus in gestis pendente recursu, quæ licèt regulariter non dicantur attentata. Fallit tamen, si inhibitio præcederet, vt ait *Magon. decis. Lucen.* 23. *num.* 1. *cum seqq.*

73 Extende duodecimò proceder e etiam si inhibitio emanauerit in vim commissionis appellationis, quæ ob non redditionem pro apostolis prætenderetur deserta, vt fuit dictum in *Nucerina Attentatorum* 16. *Maij* 1568. *coram Card. Lancellotto Seniore.*

74 Subextende idem procedere in his, quæ fuerunt gesta post inhibitionem emanatam vigore commissionis restitutoriæ prout de Iure, vt ait *Put. decis.* 291. *num.* 1. *lib.* 1.

75 Fallit tamen primò, quando non ex causa quis petiisset restitutionem, sed solum ex priuilegio causæ beneficialis, quia tunc sententia in eis in rem iudicatam non transiret, idem *Put. d. decis.* 291. *in fine.*

76 Fallit secundò, quando causa non esset instructa, vt ait idem *Put. decis.* 322. *lib.* 3. & *Achill. decis.* 239. *aliàs* 35. *de appellat.* & *Rota per Coccin. decis.* 314. *num.* 3.

77 Extende decimotertiò regulam prædictam quoque procedere, etiam si inhi-

ſi inhibitio emanauerit ad inſtantiam intruſi, contra diſpoſitionem, *cap. ſi contra quos, vt lite pend in 6. Creſcen. in ſua deciſ. 142. cum alijs ibi per eum allegatis.*

78 Extende 14. quòd neque excommunicatus, qui commiſit attentata contra formam inhibitionis abſoluendus veniat, niſi prius illis purgatis ab eo, *vt ait Card. Seraph. dec. 432. in vna Aquinaten. Beneficij* 1579

79 Subextendo, quòd neque attentatorum reuocatio impediatur per exceptionem excommunicationis, ob recurſus ad Iudices laicos incurſæ, *vt ait Rota deciſ. 586. num. 6 par. 2. in recent. & per Buratt. dec. 72. num. 7. & ſeq. & in alia Conchen. Archipresbyteratus* 13. *Nouembris* 1605.

80 Extende 15. quòd neque etiam fatalia currant, quando fuit datum de attentatis, *vt fuit dictum à Rota per Card. Seraph. dec. 797. num. 2. & deciſ. 983. num.* 13.

81 Extende 16. vt non ſolum attentata ſint purganda de iure, ſed etiam quando ea de facto nocere poſſunt, *vt ait Rota dec. 329 num. 2. par. . in recent. & dec. 357. n. 1. par. 3. recent.*

82 Extende 17 prædicta quoque procedere in criminalibus, *vt ait Guidop. in ſua deciſ. 74. & Cappel. Tholoſ. in deciſ.* 176.

83 Extende 18. prædicta etiam procedere in attentatis factis in appellatione ab interlocutoria, quia ea cauſat attentata, ſi tamen Iudex ad quem inhibuit, *vt ait Rota per Card. Seraph. deciſ.* 1168. *num.* 1. *& deciſ.* 420. *nu.* 1. *& deciſ.* 735. *num.* 3. *par. ſecunda in recent. & in prima par. dec.* 655. *nu.* 1. *& Achil. dec.* 256. *aliàs* 30. *de appel.*

84 Declara tamen primò, quòd appellatio ab interlocutoria cauſat attentata, dummodo concurrant requiſita *deciſionis* 44. *de appellat. in nou.* quæ ſunt, vt ea non reuocentur, niſi prius conſtiterit de grauamine, vel quod appellans ſe illud probaturum obtulerit, vel niſi reſpectu eius, quod contra appellationem fit, *vt ait Card. Seraph. deciſ. 397. num.* 1.

85 Declara ſecundò, quòd attentata non reuocentur poſt ſententiam interlocutoriam, vel grauamen extraiudiciale, intra tempus appellandi, vel poſt appellationem à falſo procuratore interpoſitam, niſi poſt talem appellationem iuſtificatam, *vt ait Achil. de Graſſis d. dec.* 256. *aliàs* 30. *de appell.*

86 Extende 19. quòd eorum reuocatio non impediatur, etiam ſi non fuiſſet iuſtificata cauſa in appellatione expreſſa, *vt ait d. Achil. de Graſſis dec.* 34. *de appellat.*

87 Quod tamen declara verum reſpectu appellantis, non autem appellati, quia appellatio extraiudicialis ſemper appellantem ligat, etiam ante iuſtificationem cauſæ, cum ipſe non poſſit dare de iniuſtitia propriæ appellationis, quod quidem in appellato non ſuccedit, vt ſingulariter *ait Innocent. in cap.* 2. *de reſcript. & Achil. d. deciſ.* 34. *de appell. num.* 5. *&* 6.

88 Extende 20. Regulam prædictã procedere, etiam ſi Iudex, ſiue Auditor, qui inhibuit iuriſdictione careret, ſaltem donec non clarè conſtet, quòd ille iuriſdictione careat, *vt ait Rota per Card. Caualer. in ſua dec.* 543. *nu.* 3.

89 Extende 21. procedere, etiam ſi inhibitio fuerit emanata in vim commiſſionis ſubreptitiæ, & nullæ, veluti ſi fuiſſet impetrata vigore appellationis à ſententia nondum lata, *vt ait Rota per Achill. de Graſſis deciſ.* 7. *tit. de attentat. & deciſ.* 29. *de appellat. & deciſ.* 762. *n.* 1. *par.* 4. *diu.* quam ſequuta fuit *Rota per Gregorium in ſua deciſ.* 19. *num.* 8. Et nota, quòd in dicta deciſione 762. reprobantur aliæ deciſiones antiquæ, quæ contrarium tenebant.

90 Extende 22. procedere etiã ꝙ faciẽs actum contra inhibitionem non fuerit nominatus in commiſſione, cuius vigore inhibitio emanauit, ſi tamen habuit cauſam à Iudice inhibito, veluti ſi ab eo inſtitutus fuiſſet, *vt ait Rota in deciſ.* 328. *num.* 2. *par. prima in recentior.*

91 Extende vigeſimotertiò, vt ſcilicet Rotalis inhibitio ſit timenda, etiam in illis caſibus, in quibus de iure appellatio non venit concedenda, *vt fuit*

dictum *in Senogallien. bonorum 14. Aprilis 1617. coram Remboldo, & in alia Ceneten. seu Nullius Monasterij 27. Nouembris 1626. coram Merlino, & decis. 670. num. 3. par. 2. in recentior.*

92 Extende vigesimoquarto, quòd inhibitio Rotalis sit timenda, etiamsi solùm procuratori fuerit intimata, quia tunc gesta per principalem causarent attentata, dummodo tamen post præsentatam inhibitionem intercesserit tantum tempus, intra quod principalis potuerit à suo procuratore certiorari, vt ait *Rota per Gregor. dec. 435. num. 2. Cæsar de Graff. decis. 6. num. 3. de caus. poss. & propriet. & Rota in Bobien. Parrochialis 27. Iunij 1611. coram Cardinal. Sacrato, quæ est penes Marchesan. de commissionibus par. prima, fol. 963. num. 2. Martin. Andr. dec. 10.* & ratio est, quia regulariter præsumitur procuratorem suum principalem certiorasse de aliquo actu gesto, quando intercessit tantum tempus intra quod si non aduisasset de negligentia imputatus fuisset *iuxt. conf. Rom. 481. num. 7.* vt ait *Rota in Tarantina Canonicatus 3. seu 10. Decembris 1612. coram Coccino.* Quod ampliatur eò magis procedere vbi concurreret actuum multiplicitas siue si aliquid fuisset factum à principali, quod præsumitur ab eo fuisse factum ex procuratoris certioratione, veluti acta ad causam causam facientia transmittendo, vt ait *Put. decis. 258. num. 1. lib. 1. & decis. 287. lib. 2.* licèt secus tamen esset, vbi essemus in procuratore asserto, sed non vero idem *Put. decis. 287. lib. 3.* sed quòd Dominus non præsumatur scire gesta per procuratorem in dubio ait. *Gratian. lib. 4. disceptation. cap. 752. num. 19.*

93 Contrarium licet fuerit dictum à *Rota per Cardin. Caualer. in sua decis. 493. num. 1.* quæ enim opinio mihi magis æqua, & contraria magis periculosa videtur; & ratio est, quia æquitas non patitur, vt principalis in partibus à procuratore, ob illius negligentiam de prædicta inhibitione non certioratus, agendo aliquid in causa attentaret, quia cum solus Deus sit scrutator cordium, & sciat mentes hominum, ergo sequitur illa regula, quod impossibilium nulla sit obligatio, & quòd nemini per alterum debeat inferri iniqua conditio, vltra quod non præsumitur, vt quis velit illud facere, quod facere non poterat, vt fuit dictum *à Rota per Gregor. in sua decis. 531. num. 3. & sub num. 9.* subdit, quòd si procurator attentat opus est, quòd principalis statim habita notitia dictis attentatis renunciet, alias ea ratificare censetur.

94 Sed ego prædictas opiniones tali modo concordarem; nempè, vt prima procedat, quando procurator, & Dominus essent in eodem loco intentati iudicij ex ea ratione; quia tunc inter eos continua conuersatio præsumitur, & per consequens inuicem negotia causæ communicare censentur. Secunda vero, quando procurator esset in Curia, & Dominus in Patria. Licet, si de rigore loquamur, posset Domino imputari quare diligentem, & fidelem procuratorem non elegit, & propterea illi in hoc ex æquitate venit succurrendum; Vnde ad hoc, vt vtrique parti rectè consulatur melius erit, vt obtinens inhibitionem faciat, vt iudex in Curia scribat illi in partibus, vt in causa supersedeat, & sic hoc modo, vtrique parti satisfiet.

95 Ratio autem generalis prædictarum extensionum est fundata super contemptu, qui iudici infertur in non obtemperando suæ inhibitioni, qui multò magis consideratur in hac materia, quàm ius partis, vt dixi in principio tractatus in versiculo Ratio autem num. 11. & est doctrina *Oldr. cons. 206. & Rota per Aegid. Bellam. in sua decis. 49.*

96 Sed reassumendo principalem regulam in ea parte, vbi habetur, quod attentata in primis, & ante omnia sunt reuocanda.

Re-

Restringe primò, eam non procedere in ijs attentatis post sententiam interlocutoriam, siue extraiudiciale grauamen factis, quia tunc non per viam attentatorum, sed per illam nullitatis reuocanda venirent, *vt ait Achill. de Grassis decis. 30. de appellat.*

97 Et ratio est, quia quando proceditur ad aliquam prouisionem extraiudicialiter, tunc illa prouisio attentata non causat, *vt ait Gonzal. super regul. octaua, in annotat. contra nullitat. num. 27. Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 12. limitat. 40. num. 5. 6. & 12. Cardin. Seraphin. decis. 152. & ita fuit dictum in Cæsaraugustana Portionis 3. Iulij 1606. coram Coccino Decano, quæ est in eius impressis decis. 314. num. 3. & Rota in decis. 38. de appellation. in nouis, & in alia Calagurritana de Oloueri iurispatronatus 22. Iunij 1615. coram Rembaldo.*

98 Quod tamen secus esset, si Iudex de dicta extraiudiciali appellatione cognoscere cœpisset, quia tunc attentata causaret, *vt fuit dictum à Rota per Coccin. in dicta decis. 314. nu. 3.*

99 Item secus esset, quando iudicialiter alio modo fuisset prouisum, vt inferius dicam.

100 Restringe secundò dictam regulam non procedere, quando sententia transiuisset in iudicatum, quia tunc gesta pendente appellatione nō per viam attentati, sed per alteram nullitatis reuocanda venirent; & ratio est, quia tunc attentata passus illis renunciare censetur, per eum transitum, quem in rem iudicatam illa sententia fecit, *vt ait Rota decis. prima de appellat. in nouis, & Crescent. decis. 140. & per Gregorium decis. 91. num. 6. Cæsar de Grassis decis. 2. de appellat. & Rota decis. 586. num. 3. par. 2. in recentior. Burat. decis. 72. nu. 3.*

Fallit, quando ille talis ignorauit eā nullitatem, siue spolium, aut attentatum, quia tunc illis numquam renunciasse censeretur, & ad id in dubio ignorantia præsumitur, nisi contrarium probetur *ex reg. quam firmat gloss. in l. non dubium, versic. agnouerit, C. de inoff. test. Bal. in l. mater, num. 3. C. de rei vendic. Gabr. consil. 36. n. 59. lib. 1. Castr. cons. 465. vers. Restat, lib. 1. Surdus cons. 49. nu. 32. Rota dec. 662. n. 6. p. 2. recen. Card. Seraph. dec. 477. n. 10. Gregor. dec. 311. num. 15. & Rota in Perusina Laudi 22. Aprilis 1630. coram Durano, & in Romana Syluæ 26. Februarij 1627. coram eodem, & in eadem 15. Maij 1628. coram Verospio.*

101 Extende primò id eò magis procedere, quando partis ratificatio concurrat, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 1003. num. 6.*

102 Extende secundò idem procedere, veluti quando attentans fuisset admissus ad probandum suum bonum ius, & illud probasset, quia tunc tacitè censetur priuilegio attentatorum renunciasse, *vt ait Rota per Gregoriū in dicta decis. 91. num. 5.*

103 Et ratio prædictorum ea est, quia attentata excusantur, ne dum ex consensu expresso, sed etiam ex tacito, *vt ait Rota dec. 183. nu. 1. par. 2. recent.*

104 Secus tamen esset, si ille attentata passus de illis dederit, & causam super eis committi fecerit, quia tunc licèt fuerit passus de bono iure discuti, non per hoc tamen ab attentatis exclusus venit, *vt ait Lancellott. de attent. lit. penden. limit. 15. num. 14 & Rota per Greg. in d. dec. 91. n. 7. & dec. 79. n. 2. p. 2. rec. & ibid. dec. 592. n. 4.*

105 Contrarium tamen quando quis passus fuerit pronunciari super iustitia sententiæ. Et postea patiatur super bono iure cognosci, quia tunc viam attentatorum deseruisse censetur, *vt ait Rota decis. 586. nu. 4. par. 2. in rec.*

Quod enim procedit, etiam si quis prius opposuisset de attentatis, *vt ait Rota per Burattum decis. 72. num. 4.* Sed tu concorda prædictas opiniones, & sic, quòd prima procedat, quādo attentata passus non permiserit sententiam in rem iudicatam transijsse. Secunda verò, quando secus, *vt ait Rota decis. 592. num. 3. & in dicta decis. 79. num. 2.* vbi ait quòd in omnem euentum, si non ad instantiam partis, saltem ex Iudicis officio veniret. reuocanda executio, nec non sequestranda possessio cum attentans, numquam commodo vitiosæ

possessionis gaudeat, vt dicunt Doctores allegati in *dicta decis. 79. nu. 1.* vltra quod ea saltem per viam nullitatis reuocanda veniunt, vt mox dicetur sub num. 207.

106 Restringe tertiò non procedere in attentatis appellatione deserta, quæ reuocanda non veniunt, ex prædicta ratione, *vt ait Card. Seraphin. dec. 797. Cæs. de Graff. dec. 2. de appel.* Si tamen ex actis notoriè de desertione constaret, *vt ait Rota decis. 1. de appell. in nou.* vbi ad id comprobandum quatuor fundamenta, adducit *& Guidopap. decis. 213. n. 6. & alij allegati à Lancellotto de attentat. par. 2. cap. 12. num. 8. fol. mihi* 207. Sed in dubio pro non desertione venit iudicandum, *vt dixi in verbo Appellatio, & ita quoque ait idē Lancellott. ibi supra in prima Ampliatione nu. 22.* licèt ipse declaret quomodo id procedat *sub nu. 16.* dicens illud esse verum, quando constat, aut adest fumus de bono iure in causa principali; aliàs secus.

Extende, quòd, neque etiam ea reuocanda veniât, postquam fuit cōclusum in causa, quod tamen intellige verum in ea, non autem in alia instantia, *vt dicunt Berous, & Lancellot. allegati à Card. Mantica in decis. 33. in fine.*

Fallit tamen illa restrictio in casu decisionis 685 *num. 3. & seqq. par. 3. recent* vbi ad hanc regulam duæ limitationes afferuntur, quas per te videre poteris.

107 Declara tamen, quòd saltem dicta attentata per viam nullitatis reuocanda venirent, *& ita in Rota seruari ait Cæsar de Graffis decision. 108. num. 5. de appellat.* & hunc esse inueteratum stylum in *Rota fuit dictum in vna Aurien. Parrochialis coram Penia, quæ est penes Marchesan. de commissionib. par. secunda, fol. 471. num. 4. & in alia Romana Vineæ coram Cardinali Seraphino, quæ est apud eundem Marchesanum dicta par. secunda fol. 214. num. 4. & in impressis eiusdem Cardin. Seraph. est decis. 777. num. 11. & in Elnen. Hæreditatis penes eundem Marchesanum dicta par secunda, fol. 35. num. 4.*

108 Licèt sit benè verum, quòd ad effectum euitandi attentata ea non præsumuntur in dubio, *vt ait Burat. decis. 644. & Crescent. decis. 1. de caus. possess. & propries.* Et ideo ea concludenter veniunt probanda, veluti inferius dicam *sub num. 131.* & ibi recurras.

109 Restringe quartò, non procedere in illis attentatis factis à Procuratore speciale mandatum non habente, quia tunc gesta ab eo per viā attentatorum reuocanda non veniunt, sed per illam nullitatis tolluntur, *vt ait Caputaquens. decis. 53. par. prima.*

110 Et ratio est, quia ab eo non committuntur, nisi cum legitimo, & sufficienti mandato ad attentandum, *vt ait Rota per Gregorium decis. 486. & decis. 705. num. 4. par. 1. in recentior. & in secunda par. decis. 562. n. 3. & prius decis. 201. num. 4.*

Immò alio modo factum dictum mandatum non facit Dominum incidere in pœnā, & propterea ad id nō sufficit speciale, sed debet esse indiuiduum, vt pulcrè dicunt addentes *ad decis. Buratt. 190. num. 1.* secus autem, vbi essemus in materia transigendi siue petendæ absolutionis à iuramento, aut restitutionis in integrum siue ineundæ transactionis, quia tunc speciale sufficeret & tale diceretur, quando alicui daretur facultas petēdi absolutionem à quocunque iuramento, in quocunque instrumento præstito, quamuis instrumentum non fuerit expressum in specie, vt fuit dictum in *Signina Castrorum 9. Decembris 1616. coram Remboldo*, veluti ququoque speciale diceretur datum ad transigendum, etiamsi non exprimeretur res, super qua transigendum veniret, vt fuit dictum *a Rota per Burattum decis. 54. num. 4. cum alijs ibi per addentes, & postea in decis. 190. & in illa Signina coram Remboldo*. Item speciale diceretur mandatum ad petendam in integrum

grum restitutionem, licèt non exprimatur causa, siue actus, super quo esset petenda restitutio; Aliàs si causa exprimeretur, tunc illud diceretur indiuiduum, veluti requiritur ad faciẽdum aliquem incidere in pœnam, vt superius dixi, quod tamen intellige verum, vbi ageretur de fauore mandantis, at secus, si de illius præiudicio, vt fuit dictum in illa *Signina Castrorum, & veluti ait Addent. ad Burattum d. decis.* 190.

111 Declara tñ, quòd si Dominus statim habita attentatorũ notitia illis nõ renunciet, tunc ea ratificare censetur, *vt fuit dictum à Rota per eundem Gregorium decis.* 531 *num.* 9.

112 Declara præterea eam restrictionem non procedere, quando Procurator fuisset admissus cum cautione de rato, quia tunc habita per Dominum notitia de illius admissione, si ei non contradixit, supersedere tenebatur, nec inhibitioni sibi factæ contrauenire poterat, *vt ait Put. decis.* 142. *per totam lib.* 3.

113 Sed quod inhibitio à [illegible] procuratore obtenta causet attentata, *ait Rota per Coccinum dec.* 380. *num.* 5.

114 Et quomodo sint reuocanda attentata per assertum procuratorem, *ait Aegid. decis.* 551. *alleg. à Put. dec.* 515. *lib.* 2. Sed ad hoc, vt attentata possint purgari per procuratorem, ille debet habere ad id mandatum legitimum, & sufficiens, vt superius diximus, & tunc sufficiens dicetur, quando erit speciale; item tale diceretur, quando esset factum ad renunciandũ attentatis; licèt tamen opus non esset, vt fiat ad renunciandum talibus, & talibus attentatis, *vt fuit dictum à Rota in Bononien. Dotis Veneris* 18. *Decembris* 1620. *coram Buratto, & per Gregor. dec.* 485. *num.* 19. *& in Paduana Sedilium* 28. *April.* 1617. *coram Card. Sacrato, & decis.* 722. *in fine lib.* 3. *par.* 3. *diuersor.*

115 Restringe quintò, non procedere in casu, vbi de nullitate appellationis, vel de interesse partis, siue Iudicis offensa non constaret, quia tunc reuocanda non venirent, per viam attentatorum ad partis instantiam, sed per illam nullitatis ex officio Iudicis, veluti dixi supra in versic. Extende tertiò, num. 28. vbi docetur, quando de non iure partis constare dicatur, & *Rota decis.* 75. *de appellat. in antiq. & dec.* 76. *ibidem Laurent. decis. Auenion.* 8. *cum alijs ibi per eum allegatis, & Rota decis.* 768. *num.* 1. *& dec.* 769. *nu.* 3. *par.* 3. *recent.*

116 Quod tamen declara verum, quando clarè constet de non iure petentis ita, & taliter, vt altior indago super eo non requiratur; aliàs secus, *vt ait Rota per Coccinum decis.* 397. *num.* 2. *& decis.* 418. *num.* 3. *& decis.* 151. *num.* 1. *par.* 3. *recent.* & quando dicatur constare de non iure alicuius, *ait Rota dicta decis.* 769. *num.* 1 *dicta par.* 3. *recentior.* Et tunc, quandò constat de non iure petentis, eorum reuocatio fit ex officio Iudicis, & maximè quando causantur, ob spretum inhibitionis, *vt ait Rota decis.* 272. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

117 Extende prædicta eò magis procedere, quando essemus in casu, vbi inhibitio Rotalis emanata fuisset, quia tunc dato, etiam quòd appellationi non esset locus, tamen ea attentata causar, vt superius dixi, num. 19. & dicam inferius in Regula 2. versic. Subamplia tertiò, & *Rota dicta decis.* 272. *num.* 5. *par.* 3. *recent.*

118 Restringe sextò, non procedere in tertio attentante, *vt ait Acchill. de Graff. decis.* 28. *de appellat. & Rota in Romana sancti Thomæ* 21. *Februarij* 1603. *coram Coccino, quæ est penes Marchesan. de commiss. par.* 2. *fol.* 207. *num.* 8. *& in eius impressis decis.* 97. *num.* 1. *Fastol. in decis.* 19. *cum alijs ibi per eum allegatis.*

119 Et ratio est, quia tertius regulariter nõ attentat, veluti, nec eũ attentata capiunt, *vt fuit dictum à Rota in Vercellen. Archidiaconatus coram Gypsio, quæ est apud Marchesan. par.* 2. *fol.* 573. *num.* 3. *Cardin. Seraphin decis.* 58. *num.* 2. *& Rota decis.* 2. *vt lite pen. in antiq. Achil. de Graffis d. decis.* 28. *de appellat. & Rota per Gregor. decis.* 14. *num.* 5.

Contrarium tamen venit dicendũ in eo, qui cum attentante participauit, quia tunc gesta per eum post inhibitionem attentata dicuntur, vt ait *Rota decis.* 317. *num.* 1. *par.* 3. *recentior.*

Concorda tu tamen prædictas opiniones tali pacto; nempè, vt prima procedat respectu attentatorum, quę à tertio non committuntur. Secunda verò procedit respectu nullitatum, quia gesta per partem, non per viam attentatorum, sed per illam nullitatũ reuocanda veniunt, vt ait *Bisignett. decis.* 3. *de appellat.*

121 Extende primò dictam restrictionem in tantum procedere, vt neque tertius de attentatis dare possit, quando non fuit in causa eo tempore attentatorum, vt ait *Rota per Coccinum decis.* 90. *num.* 4. *& decis.* 130. *num.* 8.

122 Extende secundò, quòd neque attentata causentur ex gestis in diuersa causa, & circa diuersa ab his, quæ sunt in lite, vt fuit dictum à *Rota in decis.* 500. *num.* 10. *par.* 1. *in recen. & per Coccinum in decis.* 252. *num.* 1. *& per Gregor. decis.* 345. *num.* 1. *Anton. Faber decis.* 8. *vt lit. pend. & per Buratt. decis.* 4. *num.* 3. *Cassador. decis.* 6. *num.* 2. *super regul. Verall. decis.* 59. *par.* 1. *Paleott. decis.* 222. *& plura exempla ad id alleg. Lancel. de atten. p.* 2. *c.* 4. *limit.* 2. *& c.* 12. *limit.* 2. *& Corset. in suo sing. in verbo Appellatio, cap. regula est, limit.* 5. *& Rota per Buratt. decis.* 644. *& ibi per adden. sub nu.* 10. docetur, quando causa dicatur diuersa, at secus, quando causa esset connexa, & quando talis dicatur, ait idem *Addens ad dictam decisionem Buratti* 644. *sub num.* 12.

123 Item quæ dicatur causæ diuersæ, ait *Rota per dictum Gregorium in dict. decis.* 345.

124 Subextende prædicta procedere, etiam si aliquid fuisset innouatum circa ius, quod secundario, & in consequentiam veniret ab illo iure, super quo causa pendet, vt fuit dictum in *Romana Domus* 16. *Martij* 1618. *coram Andrea.* Et ratio est, quia attentata non principaliter, sed secundariò, & consequutiuè idem modo operantur, quod operantur attentata circa principale, vt ait *Rota decis.* 768. *num.* 12. *par.* 3. *recent.*

125 Fallit tamen primò, quando ille tertius haberet causam à parte, quæ est in lite, quia tunc tertius attentaret, vt ait *Afflict. decis.* 354. *num.* 2. *Anton. Augustin. decis.* 1. *lib.* 1. *& Rota per Greg. dec.* 14. *num.* 6.

126 Contrarium, quòd scilicet habẽs possessionem à tertio attentare non dicatur, ait *Put. decis.* 216. *num.* 3. *lib.* 1. *& Aegid. in sua decis.* 349.

127 Vnde ad id nota, quòd si Iudex reuocaret sequestrum factum ad instantiam tertij, tunc attentare non diceretur, vt ait *Verall. decis.* 101. *par.* 3. Et quis dicatur tertius, docet idem *Put. decis.* 411. *num.* 1. *lib.* 2.

128 Fallit secundò, quando tertius comparuisset, & protestatus fuisset nihil fieri, nisi eo citato in quolibet actu, quia tunc quicquid postea à Iudice fuerit gestum, nõuocato diceretur attentatè factum, *vt ait Rot. in decis.* 500. *par.* 1. *in recent.* Et ratio est, quia attentatorum reuocatio peti potest ab eo, cuius illa reuocari interest, vt ait *Rot. decis.* 769. *n.* 4. *p.* 3. *recent.*

129 Declara tamen eam fallentiam non procedere, vbi comparendo tertius dixit citra consensum in iurisdictionem, quinimmò id eò magis procederet, si ille adiecisset eam clausulã Nisi si & in quantum, quia tunc si dictus comparens non tenebatur corã eo Iudice comparere, non censetur per eam clausulam prorogara iurisdictio, & præsertim, quando non petiit eum ad causam admitti, quia tunc non posset dici collitigans, iuxta decisionem 3. *Crescentij de rescru.* neque minus quicquã faceret, si iura fuerint per Iudicem admissa, si & in quantũ, & præsertim quando ex comparitione appareret, ad quem effectum ille tertius eam protestationem fecerit, quia tunc ea vltra suam intentionem operari, & sic ad causam eum inuitũ admitti non debet, neque vice uersa Iudex in causa eo non citato agendo dicitur ab eo gesta attentasse, *vt ait Rota*

Rota dicta decis. 500. *num.* 7. & 8.

130 Restringe septimò, quòd attentata non purgentur post appellationẽ à grauamine, nisiprius de eo constiterit, *vt ait Rota decis. 44. de appellat. in nou.*

131 Et ratio est, quia cum attentare dicatur delictum, idcircò de eo clarè constare debet, *vt ait Rota decis.* 411. *num.* 1. *par.* 2. *in recentiorib.* & ideo animaduertendum est, quòd testes de auditu non probant, nec minus assertioni Notarij statur de mandato Iudicis sibi facto, & quando causa, in qua fuerit attentatum, esset in Curia, quia tunc non datur remissoria pro illis probandis in partibus, cum probationes super attentatis fieri debeant in Curia, *vt ait Rota per Simonet. decis.* 48. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 351. *num.* 6. *& Rota in Ferrarien. attentatorum* 22. *Iunij* 1607. *coram Reuerendissimo Patriarcha Antiocheno, & in Bononien. Portionis* 9. *Martij coram Penia, &* 10. *Iunij* 1609. *coram dicto Domino Antiocheno*. Veluti quoque denegaretur remissoria ad excusanda illa attentata, quæ iam probata fuere, nisi tamen maximus funus extaret, *vt ait Put. decis.* 212. *lib.* 2. *in nou. & Rota per Buratt. decis.* 4. *nu.* 1. *cum seqq. Cassad. dec.* 3. *de dilat.*

Secus autem prædicta procederet, quando attentata deducerentur ex scripturis informibus, ex quibus ea non causantur, neque ex gestis ex diuersa causa, siue ex decretis prouisionalibus, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in decis.* 644. *& ibi per Addentem*.

132 Restringe octauò, quòd ea non reuocantur, quando talis reuocatio scandalum afferre posset, veluti si ageretur de exhumando corpore mortuo, cui ad hoc, vt illius vexatio non detur, innouatum non purgatur, vt ait *Rota per Gregorium XV. decis.* 276. *num.* 6. *& Menoch. de arbitr. cas.* 387.

Et ratio ea est, quia vbi agitur de reuocatione attentatorum, quæ posset causare scandalum in populo, tunc non intrat ea regula, vt attentata, in primis, & ante omnia sint reuocanda, *vt ait Addens ad dictam decisionem Gregor.* 276. *num.* 9. *ex doctrina Lancellot. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 13. *num.* 1. *& seq. cum alijs ibi per eum alleg. & Rota decis.* 657. *par.* 3. *recentior.*

Et prædicta secundum me, eò magis procedere deberent, vbi ea corporis exhumatio tentaretur, non tantum ad effectum reponendi illud corpus in alio sepulchro, forsan ab hærede de auctoritate testatoris electo. Verum etiam, ob aliquod lucrum, quòd Ecclesia (vbi illud corpus sepeliendum venit) consecutura foret; licèt tamen, si in tali casu ego essem Iudex, corpus exhumari non permitterem, vt illius vexationem vetarẽ; sed benè illi loco, vbi de iure corpus sepelliendum veniebat luerum, si quod à testatore fuisset relictum, applicarem.

Extende ea, quæ fuerunt dicta de attentantis non reuocandis, quando ageretur de materia aliquod scandalum causare valente, procedere etiam, vbi tractaretur de diminuendo cultu Diuino, nisi tamen fauor cultus Diuini militaret in vtroque litigãte, quia tunc intraret illa regula, vt inter pares priuilegiatos ius commune seruetur, *vt ait Rota decis.* 251. *num.* 1. *&* 4. *par.* 3. *recent.*

133 Restringe nonò, non procedere in gestis à Papa, quia ille non attẽtat, *vt fuit dictum à Rota in decis.* 25. *n.* 4. *de rescript. in antiq. Aegid. decis.* 749. *in fine, Paleott. decis.* 146. *& Rota decis.* 641. *num.* 12. *par.* 1. *diuers. & per Gregorium decis.* 2. *num.* 1. *& per Addentem*, ibi, multa ait in hac materia.

134 Et ratio ea est, quia non solum Princeps numquam attentat, sed immò potius prouidẽdo vitium litigiosi tollet, & præsertim quando mentio de lite facta fuisset, *vt ait Rota decis.* 70. *de rescript. in nou. Acchill. decis.* 9. *eodem tit. Card. Seraph. decis.* 1403. *num.* 2. *& Rota decis.* 293. *num.* 11. *par.* 1. *in recentior. & in dicta decis. Gregor.* 2. *& ibi in addit.*

Decla-

135 Declara tamen, quòd licèt Papa non attentet prouidendo, potest tamen fieri, quòd possessio capta in vim suæ prouisionis attentata fiat, *vt ait Rota per Gregorium decis.* 10. *& ita quoque fuit dictum in vna Terdonen.* Iurispatronatus 13 *Maij 1616. coram Pamphilio, & in alia Conchen. Beneficij de Trieste* 20. *Decemb.* 1619. *coram Coccino Decano.*

136 Prædictã nonã restrictionem extende quoque procedere in eo, quod Apostolica auctoritate fuerit gestum lite pendente, quia tunc illud attentatum non diceretur, *vt ait Rota decis.* 411. *num.* 2. *par.* 2. *in recentior.*

137 Subextende idem procedere, quãdo essemus in inhibitione emanata cum clausula, Sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, quia ea attentata non causat, *vt ait Rota per Cardin. Seraphin. decis.* 1013. *nu.* 2. *& prius dec.* 1003. *num.* 2.

138 Rursus subextende procedere, quando essemus in executore litterarum Apostolicarum in litteris ipsis deputato, qui non attentat, *vt ait idẽ Card. Seraphin. dicta decis.* 1003. *n.* 3.

139 Fallit tamen primò, quando executor esset mixtus, quia tunc gesta post sententiam à qua fuisset appellatum, attentata dicuntur; At secus, si executor esset merus, *vt ait idem Card. Seraphin. decis.* 1031. *num.* 4. & quando dicatur talis dixi supra in verbo Appellatio, quando detur ab executore, & ibi recurras in versic. Amplia quintò, *num.* 95. *cum seqq.*

140 Fallit secundò, quando talis executor ad immissionem procederet ap pellatione pendente, *vt fuit dictum à Rota per eundem Card. Seraphin. vbi supra, & decis.* 562. *num.* 1. *par.* 2. *in recentior.*

Veluti eodem modo diceretur de executore litterarum Apostolicarum cum clausula Vocato, & amoto, qui procederet ad executionem gratiæ ante eius iustificationẽ, aut post appellationẽ, quia cũ tali casu ab eo vti mixto, possit dari appellatio; Idcircò ille adeò nulliter processisse diceretur, vt neq. quemquã sua possessione priuaret, sed vti persona priuata attentasse diceretur, quia in vim prædictæ clausulæ Vocato, & amoto, tenebatur partes Iudicis assumere, & sic cũ causæ cognitione procedere, & propterea tali casu poterit Iudex ad quẽ, non obstante commissione, cum clausula Sine retardatione executionis litterarum Apostolicarum, dicta attentata reuocare, si tamen illi fuerit ad id concessa expressa facultas, nec non poterit anteriori possessori manutentionem concedere, absq. quòd via ordinaria procedatur, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis.* 185. *num.* 3. *cum seqq. & postea in Senogallien. Bonorum* 14. *Aprilis* 1617. *coram Remboldo, & per Gregorium decis.* 91. *& ibi in addit. num* 13. *& per Buratt. dec.* 306. *num.* 4. *& decis.* 491. *num* 13. *& in Colonien. Præcedentiæ* 9. *Iunij* 1617. *coram Vbaldo, quamuis in Rota fuerit de huiusmodi dubitatum in vna Bergomen. Beneficij* 24. *Nouembris* 1624. *coram Vbaldo.*

141 Restringe io. quòd attentata considerari non possunt respectu Iudicis qui post delationem appellationis nil innouauit; at secus si è conuerso vt ait *Rota decis.* 562. *num.* 1. *par.* 2. *in recentior.*

142 Extende 1. idẽ procedere respectu partis, quæ attentata non causat, si ignorauit, quòd Iudex appellationi detulerit, vt ait *Rota d. decis.* 562. *num.* 2.

143 Extende secundò, quòd parimodo attentata non causentur ex iniustitia in terminis Aegidianæ, nisi ea sit notoria, veluti declarat *Cõtard. de mo ment. possess. in limit. nona allegat. à Rota d. decis.* 562. *in fine, & per Coccin. in sua decis.* 150. *num.* 4.

144 Extende tertiò prædicta quoque procedere in ommibus alijs casibus, in quibus esset prohibita appellatio, quia tunc attentata cessant, veluti si essemus in iudicio possessorio manutentionis, in quo appellare non licet, & in similibus, vt ait *Beninten. decis.* 17. *num.* 5. *& Rota decis.* 183. *num.* 3. *par.* 2. *in recentior.* & veluti latè dixi in verbo Appellatio in principio, vbi

vbi recurrere poteris, si in hac materia pulchra scire desideras.

Et ratio prædictorum ea est, quia in huiusmodi Iudicio manutentionis non est quærendum de iustitia, siue iniustitia possessionis, immò sola detentio sufficit, & propterea videmus etiam, quòd prædoni manutentio datur, si tamen ex eisdem actis eum esse talẽ non appareret, vt dicũt Doctores allegati ab addente ad *decisionem Buratti* 194. *& Gratian. lib.* 5. *discept. cap.* 899. *num.* 22. *Franc. Marc. decis.* 273. *in fin. par.* 1. *Surd. cons.* 93. *num.* 11. *& fuit dictum in vna Tiburtina Parochialis*, 2. *Decembris* 1619. *coram Pirouano, & prius in Recanaten. Hæreditatis*, 10. *Nouembris* 1617. *coram Vbaldo, & per Card. Caualer. decis.* 588. *num.* 5. *& decis.* 620. *num.* 6.

Extende, quòd manutentio datur detentori in statu, in quo reperitur, si tamen illius possessio non sit violenta & turbatiua, vt ait Rota *per Buratt. in sa decis.* 566. *num.* 21.

Subextende etiã, quòd iuris resistẽtia manutentionem non impediat, nisi sit vehemẽs, & ineuitabilis, vt ait *Rota in Ianuen. Parochialis S. Andreæ Lunæ* 19. *Aprilis* 1627. *coram Durano.*

Declara tamen prædicta de manutentione non procedere, quando ageretur contra immissum ex Iudicis sententia, quia tunc esset agendum via ordinaria ad illius reuocationem, si tamen sententia non esset iniusta, vt fuit dictum à *Rota per Burattum dec.* 158. *num.* 4. Sed nota, quòd isto casu iniustitia, siue nullitas debet adeò esse euidens & notoria, vt Iudex tanquam priuata persona meritò processisse videatur; aliàs remedium ordinarium dandi de nullitate sententiæ redderetur elusorium, si per quamlibet leuem nullitatem admitteretur contradictor, & sic remedium ordinarium appellationis tolleretur, vt fuit dictum *in Firmana Beneficiorum*, 13. *Ianuarij* 1614. *coram Remboldo, & decis.* 674. *nu.* 3. *par.* 1. *recent. & in* 2. *decis.* 646. *num.* 2.

145 Sed hic in proposito erit notandum, quòd ille, qui nunquam habuise pro spoliato poterit pro eorum reuocatione dicto mandato manutentionis vti, nec sibi præiudicabit, quin fructus per viam attentatorum recuperare possit, vt ait *Rota per Card. Seraphin. decis.* 1176. *num.* 6. *& Gregor. decis.* 105. *num.* 22.

146 Rursus erit notandum, quòd reuocatio attentatorum, quoad præterita habet vim possessorii recuperandæ, & retinendæ, si pars non habuit se pro spoliata, sed quoad futura vim retinendæ sapit, vt ait *Rota per Coccin. decis.* 380. *num.* 3. *& decis.* 418. *num.* 4. *& Greg. d. dec.* 105. *nu.* 22.

147 Declara tamen dictam restrictionẽ decimam esse veram, & procedere in eo possessorio iudicio manutẽtionis, vbi per decretum procederetur; at secus si per sententiam diffinitiuam, quia tũc appellatio daretur, vt ait *Benintend. dec.* 79. *per totam, & Contard. in præcit. loco in limit.* 13. *n.* 48. & ita quoque fuit decisum *in vna Valentina Decimarum* 23. *Octobris* 1598. *coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impressis dec.* 1295. *num.* 1.

148 Ratio autem istius differentiæ ea est, quia si per decretum manutentio datur, tunc illud, quoad Iudicem nunquam transit in judicatum, ita quòd ab eo illud semper retractari poterit quoties pars aduersa de sua possessione legitimè docere valeret; secus autem si per viam sententiæ diffinitiuæ in iudicio procedatur, quia tunc dicta sententia lata Iudex, vti suo officio functus non poterit eam amplius retractare, & sic nimirum, si isto secundo casu appellatio sit dabilis, vt pulchrè distinguendo ait *Rota in d. dec.* 183. *num.* 4. *in* 2. *par. recent.*

149 Restringe vndecimò regulam illã non procedere, etiam in attentatis lite pendente super remedio retinendę possessionis, quia tunc ea non essent tunc temporis reuocãda, vt ait *Capic. in sua decis.* 72. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 156. *& Ioseph. Ludouic. dec. Perus.* 69.

150 Et ratio istius regulæ ea est, quia istud interdictum retinendæ est talis vis, & efficaciæ, vt ille vincat, qui tempore motæ litis possidet, vt dixi in verbo assistentia, & veluti Deo

dante

dante dicam in verbo Mandatum de manutenendo, idemque ait *Caualcan. decis. fori Triuisani* 22. Immo ad hoc, vt possidenti tali tempore manutentio detur in hoc summarijssimo iudicio non est necessarium alicuius tituli exhibitio, & præsertim si ageretur contra attentantem, vt ait *Rota per Buratt. decis.* 491. *nu.* 1. & prius *in decis.* 263. & ibi in additionibus concordantes allegantur. Vnde nota, quòd possessio ad istum effectum probari potest ex sententia Iudicis ad possessionem dimittendam condemnatoria, vt ait *Rota in Romana Domorum,* 20. *Maij* 1611. *coram Pirouano, & in Bononien. Census,* 29. *Nouembris* 1627. *coram Dunozetto, & prius in Pampilonen. Beneficij,* 6. *Februarij* 1615. *coram Vbaldo, & in alia Vrbeuetana Bonorum,* 26. *Ianuarij* 1624. *coram eodem.*

151 Extende pari modo dictam vndecimam restrictionem procedere in casu *decis. Pisanell. ad Afflict.* 156. vbi ait, quod si fuerit attentatum in causa interdicti recuperandæ, interim super attentatis non erit procedendum, sed eo casu erit capienda informatio super iudicio summario, ommisso eo ordinario possessorij, vt fuit dictum *à Rota in Auximana Bonorum coram Coccino Decano, quæ est penes Marchesan. par.* 1. *fol.* 963. *num.* 4.

152 Et hinc infertur, quòd attentata non causantur, vbi Aegidiana intrat, vt fuit dictum *à Rota in Rauennaten. Attentatorum, Veneris* 1. *Iulij* 1611. *coram Coccino, quæ est apud eundem Marchesan. de commiss. dicta par.* 2. *fol.* 31. *num.* 1. *& inter impress. eiusdem Coccini est decis.* 150. *num.* 4. *in vna Auximana Bonorum* 1604. Item, quòd appellatio in possessorio attentata non causet, neque faciat, vt executio, siue aliàs gesta, ea pendente sint reuocanda, fuit dictum *in Ferrarien. de Tassonis Vener.* 20. *Nouembr.* 1619. *coram Vbaldo.*

153 Secus autem quando sententia mixturam contineret, quia tunc attentata fierent, si in ea intra tempus prohibitum procederetur, vt fuit dictum *in Elnen. Hæreditatis coram Cardin. Mellino, quæ est penes dictum Marches. d. par.* 2. *fol.* 35. *n.* 1.

154 Sed est benè verum, quòd mixtura debet esse clara, & euidens in sententia, aliàs secus, vt ait *Rota per Cardin. Seraphin. decis.* 616. *num.* 6. *& veluti dixi in verbo appellatio, ampl.* 3. *in concl.* 128. *num.* 44. *cum seqq.*

155 Subextende prædicta procedere quoque in alia quauis appellatione suspensionem non recipiente, quæ attentata non causat, *vt ait Rota per Coccin. decis.* 144. *num.* 1.

156 Restringe duodecimò non procedere, veluti quando essemus in vltimis audienntijs Rotæ, quia tunc attentata non purgantur, veluti quoque eodem modo dicitur de actorum transportatione, quæ eo casu non erit necessaria, *vt dicunt Doctores allegati in vna Asten. Feudi* 16. *Iunij* 1597.

557 Et ratio est, quia cum in vltimis audientijs, ordo sit ordinem non seruare, *vt ait Rota per Gregorium XV. in decis.* 176. *num.* 10. Idcircò ex benignitate libenter concedit Rota, vt solum videantur scripturæ originales absque registri cōfectione, quod quidem in expeditione causarum seruare potest Rota, *vt fuit dictum in vna Orioken. Beneficiorum Veneris* 12. *Ianuarij* 1596. *coram Litta.* Immò etiã extra istum casum de vltimis audientiis, non est opus transportare omnia acta, ad effectum cognoscendi de attentatis, sed sufficit solum transportatio eorum, ex quibus ea iustificari possint, *vt fuit dictum in Nucerina Parochialis* 10. *Aprilis* 1630. *coram Motmanno.*

158 Declara tamen, quòd quando agitur de purgandis attentatis, semper vltima sunt reuocanda, *vt ait Rota decis.* 27. *de appellat. in nou. & ita quoque fuit dictum in vna Cortonen. Bonorum Veneris* 19. *Decembris* 1586. *&* 9. *Maij* 1587. *coram Card. Platto.*

159 Fallit tamen, veluti si essemus in spolio violento, quia tunc illud prius veniret purgandum, quod quidem non sequeretur, quando illud solum esset attentatum, *vt ait Rota per Coccin. decis.* 97. *in fine.*

Re-

160 Restringe decimotertio regulam non habere locum, quando esset conclusum in causa, quia tunc attentata non essent purganda, quod tamen intellige verum in illa instantia in qua fuit conclusum; at secus in alia, vt fuit decisum in vna *Bononien. attentatorum, Lunæ 24. Octobris 1588. coram Cardin. Mantica, quæ est in eius impressis decis. 33. num. 19. & penes Marches. de commiss. in 1. par. fol. 646. num. 9.*

161 Contrarium, quòd scilicet possessio capta post conclusum in causa sit attentata, & per consequens reuocanda, ait *Afflict. decis.* 352. iuxta impressionem antiquam.

162 Restringe decimoquarto, quòd attentatis non sit locus, quando iudex executiuè procedere potuit, siue quando lis calumniosa esset, vt fuit dictum *in Auximana dotis 5. Maij 1581 coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impressis decis.* 514. *num.* 4.

163 Extende primò idem procedere quando essemus in inhibitione circa ea, in quibus lis non esset, vt ait *Card. Seraph. dec.* 1003. *num.* 4.

164 Extende secundò, idem pari modo procedere, quando lis esset nulla; licèt secus tamen fieret, si lis ex vno tantum capite esset finita, & ex alio penderet, vt fuit dictum *à Rota per eundem Card. Seraphin. in dec.* 797 *num.* 3.

165 Subextende idem pari modo procedere, quando appellatio esset nulla, quia tunc gesta non essent attentata, vt ait *Amat. decis.* 59. *Rota Marchiæ & Bellamer. decis.* 239. sed reuocarentur per viam nullitatis, vt superius diffusè diximus.

166 Extende tertiò procedere, quando lis esset friuola, & contra iuris clari dispositionem, quia ea attentata non causat, vt fuit dictum *a Rota in Calaguritana quartæ portionis 21. Nouembris 1576. coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impressis dec.* 310 *num.* 1. At secus, quando attentata essent clara, quia tunc possent reuocari etiam quòd eorum reuocatio sit remissa arbitrio Rotæ, vt ait *Rota dec.* 769. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*

167 Restringe decimoquintò, quòd ignorantia decreti; ob temporis breuitatem, intra quod non potuit eius notitia in partibus haberi, ab attentatis excusat, vt fuit dictum *in Fauentina bonorum 26. Nouembris 1594. coram eodem Card. Seraphin. quæ est in eius impress. dec.* 1096. *num.* 2.

168 Restringe decimosextò, quòd attentata reiecta per signaturam Sanctissimi, cum ea clausula (constito de bono iure) sententiam non annullant, nec nullitas ex eo capite attentatorum opponi potest, vt fuit dictum *à Rota in vna Maceraten. Parrochialis 29. Aprilis 1580. coram eodem Cardin. Seraphin. quæ est in eius impress. dec.* 457. *num.* 2.

169 Restringe decimoseptimò, quòd attentata non dicuntur ea, quæ fiunt à iudice post inhibitionem, post tres sententias ad executionem procedente, in vim commissionis restitutionis in integrum, prout de Iure, vt ait *Put. decis.* 116. *lib.* 1. & ratio est, quia talis inhibitio calumniosa censetur, neque per consequens manu iudicis à quo ligare debet.

170 Contrarium, quòd scilicet attentata pendente causa restitutionis sint reuocanda, *ait Rota decis.* 51. *de appell. in nou.*

171 Ratio autẽ illius primæ opinionis ea est, quia talis inhibitio post tres sententias obtenta vti calumniosa manus iudicis ligare non debet, quod quidem extende quoque procedere si inhibitio esset Rotalis, quia tunc ea non esset timenda, quando tamen constat à principio eam calumniosè factam fuisse; at secus, si canonicè fuisset obtenta, siue etiam quando ab initio esset dubia, quia tunc ea esset timenda, vt pulchrè ita distinguendo ait *Put. dicta decis.* 116. *sub num.* 1. *lib.* 1.

172 Itẽ, quando anterior præsumatur sententia, siue inhibitio, docet *Ant. Thesaur. decis.* 49. *cum ibi allegatis ab eo.*

173 Restringe decimo octauò, attentata non esse reuocanda post lapsum viginti annorum; licèt tamen secus esset in spolio attentato, quia tunc illud

illud non præscribitur nisi spacio annorum triginta, vt ait *Rota decis. 309. num. 8. par. 1. in recentior.* & prius *decis. 5. par. 3. lib. 2. in nouiss. coram Fabio*, licèt secus sit in violento vt dixi sub num. 20.

175 Et propterea hinc infertur, quòd, si eorum reuocatio non fuerit petita in prima instantia, poterit tamen peti in secunda, vt ait *Rota per Buratt. decis. 72. num. 6. & decis. 586. num. 5. par. 2 in recent.*

176 Restringe vigesimo prædictam regulam non procedere; veluti, si ageretur vigore obligationis Cameralis, siue guarentigiæ, quia tunc gesta ab A.C. post inhibitionem Rotalem non dicerentur attentata, si tamen in commissione, cuius vigore introducta fuit lis in Rota, & deinde inhibitio Rotalis emanauit, non esset expressè facta mentio obligationis Cameralis, vel guarentigiæ, vt fuit dictum *à Rota per Card. Seraphin. in decis. 53. & decis. 641. num. 11. par. 1. diuers. & decis. 120. nu. 6. penes Zacch. de oblig. Camer.*

177 Declara tamen prædicta esse vera, quando clarè constaret facultates Auditoris Cameræ intrare, quia si esset dubium, tunc inhibitio Rotalis timenda veniret, aliàs gesta post illam fierent attentata, vt optimè distinguendo ait *Card. Seraph. in d. decis. 53. & in d. decis. 120. nu. 5. penes Zacchiam, & Card. Caualer. decis. 611. num. 1.*

178 Et tunc clarè diceretur constare de facultatibus A.C. quando adesset instrumentum publicum, vt ait *Rota, in dicta decis. 641. num. 13 par. 1. diuersorum.*

179 Restringe vigesimoprimò regulam non procedere, & sic quòd inhibitio Rotalis attentata non causet, quando fuerit concessa in vim commissionis conditionalis; vnde si inhibitio Rotalis emanata vigore commissionis continentis illam clausulam (non retardata executione) vel (sine præiudicio legitimæ executionis), tunc ea non causaret attentata, vt ait *Rota per Gregor. in sua decis. 119. & ibi addent. sub num. 11. Cæsar. de Grass. decis. 3. in fin. de sentent. & reiudic. & Rota in Spoletana attentatorum, 5. Iunij 1599. coram Corduba*, & denique *in Ceneten. seu nullius Monasterij, 27. Nouembris 1626. coram Merlino.*

180 Extende eodem modo procedere, quando commissio esset signata cum clausula (prout de iure) vt ait *Lancell. de attent. par. 2. cap. 17. nu. 67. vers. hæc tamen, & Scacc. de appell. quæst. 19. remed. 1. concl. 4. num. 17. cum ibi allegat.*

Subextende prædicta eò magis procedere, si causa fuisset commissa in petitorio tantum, quia tunc possessio capta post inhibitionem Rotalem non diceretur attentata, vt fuit dictum *à Rota per Coccin. in sua decis. 103. num. 1.*

Restringe vigesimosecundò, quòd attentata in primis, & ante omnia non reuocantur, quando manu Regia venit procedendum, & sola facti veritate inspecta, quia illæ clausulæ operantur, vt iudex possit procedere vti Princeps, & Deus secundum eius voluntatem in tantum, quod neque isto casu exceptio spolij admittatur ad impediendum processum, ob vim illarum clausularum, vt benè ait *Gratian. lib. 2. discept at. cap. 206. num. 1. & seqq.*

181 REGVLA secunda super eo versatur, quando scilicet possessio, siue sententia, & similia attentata dicantur.

182 Sed ad hoc, vt verè possessio talis esse dicatur, erit hoc modo distinguendum; nempè, aut illius processus fuit iudicialis, aut extraiudicialis; veluti tali modo distinguendo dicunt Doctores, & Rota, & præsertim *Gonzal. super regul. 8. & ibi in addit. n. 14.* & veluti quoque fuit ita distinctum *à Rot. in vna Calaguritana de Oliuari 22. Martij 1604. coram Penia, & per Card. Seraph. decis. 152.*

183 Vnde, si verbi gratia, fuerit deuentum extraiudicialiter ad aliquam prouisionem, & institutionem, tunc possessio in vim illarum non esset attentata, vt ait *Gonzal. in præcit. loco n. 27. & Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 40. num. 2. & seqq. idem Card. Serpab.*

Seraph. d. decis. 152. & Rota in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 22. Iunij 1615. coram Remboldo, & prius in d. Calaguritana de Oliuari coram Penia, & postea in Cæsaragust. Portionis 3. Iulij 1606. coram Coccino, quæ est in eius impress. decis. 314. num. 2.

184 Declara, quod si fuisset processum ad eã prouisionem, & institutionem iudicialiter, idest ordine Iuris seruato, tunc si dicta institutio, & possessio intra terminum decem dierum, vel post appellationem sequeretur eo casu diceretur attentata, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 502. & dec. 505. n. 2. & dec. 598. in fine par. 1. in recentior. & Garz. de benefic. par. 4. cap. 4. num. 16. cum seq. & ibi plures decisiones Rotæ allegat, & ita quoque fuit decisum in d. Lunen. Serzanen. corã Remboldo, & in alia Compostellana Parrochialis 27. Maij 1619. coram Andrea.*

185 Extende, quòd pari modo diceretur possessio attentata, licèt fuisset extraiudicialiter deuentum ad institutionem, & confirmationem, sed ea tamen fuisset capta postquam lis fuit deducta in Iudicium, quia tunc ea vti post motam litem adepta diceretur attentata, *vt fuit dictum in Leodien. Abbatissatus 31. Maij 1606. coram Card. Sacrato, & in dicta Cæsaraugustana Portionis corã Coccino Decano.*

186 Vndè tunc capta possessio attentata dicetur, quando Iudex superior incæpisset cognoscere de causa extraiudiciali, *vt ait Rota per Coccinum in d. sua decis. 314. num. 4.*

187 Contrarium licèt dicat *Lanccl. Iott. d. par. 2. cap. 4. limitat. 5. nu. 9. & in præfat. num. 370.* vbi ait, quòd quando actus est gestus post litem motam, attentatus non dicitur, quando est consecutiuus, & accessorius ad titulum, qui præcedit ante litem, idẽque ait *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 3. num. 28. & seq.* ibi dicens, quòd si resignatio fuerit facta ante litem motam, potest resignatarius capere possessionem postea lite pendente absque attentatorum incursu, & ratio est, quia ex actu consecutiuo attentata non causantur, *vt ait Rota decis. 119. num. 4. par. 3. rec[illegible]*

188 Cõcorda igitur, quòd prima opinio quæ fuit deducta à *Rota in illa Leodien. Abbatissatus coram Sacrato*, procedere possit, quando post motam litem fuit etiã emanata inhibitio, quia tunc eo modo capta diceretur attentata; secunda verò procedit, quando post litẽ motã non fuisset emanata, quia tunc illa nõ diceretur attentata, vigore illius tituli litem præcedentis, *vt ait idem Lancellott. in d. limitat. 5. nu. 10. & ita fuit dictum in Neapolitana Altaris priuilegiati 23. Iunij 1614. coram Coccino Decano.*

189 Sed reassumendo eam Regulam secundam, Amplia primò eam in tantum procedere, nempè quòd possessio capta pendente termino ad appellandum attentata dicatur, vt propterea ea attentatorum priuilegio reuocanda veniat, *vt ait Rota per Cardin. Seraphin. decis. 1583. num 1. & in decis. 592. n. 1. par. 2. in recentior. & decis. 701. num. 1. idem Card. Seraph. decis. 938. num. 12. & decisio 1383. & prius in decis. 396. n. 2. & Rota per Gregor. decis. 336. num. 6. & per Coccin. decis. 103. num. 2. & decis. 196. & decis. 265. n. 1. coram eodem Coccino.*

190 Subamplia primò idem quoque procedere, quando post appellationem, & emanatam inhibitionem, & præsertim Rotalem fuisset capta possessio, *vt ait Rota decis. 10. num. 4. vt lit. penden. in non. & ita fuit quoque decisum in Vlixbonen. Beneficij 24. Nouembris 1597. coram Card. Lancellotto Iuniore, & Rota decis. 351. n. 1. & decis. 598. num. 1. par. 1. in recent. & ibidem decis. 618. num. 2. & dec. 656. num. 1. & decis. 751. num. 1. & in 2. par. recent. decis. 592. num. 2. & per Gregor. dec. 243. num. 1. & dec. 305. num. 2. & per Cocc. in sua dec. 314. n. 5.*

191 Subamplia secundò, quòd pari modo dicatur attentata possessio subrogati, veluti erat attentata possessio illius in cuius locum fit subrogatio, & propterea videmus, quòd exceptio attentatorum defuncti retardat immissionem subrogato, *vt fuit latè deductum in vna Pampilonen. Parrochialis 6. Iulij 1611. coram Vbaldo, & prius in*

alia Pampilonen. Parrochialis de Euarin 21. Octobris 1583. coram Clemente Octauo, & in Vrgellen. Beneficij 16. Maij 1594. coram Cardin. Arigonio, & in Gerunden. Parrochialis 1. Iulij 1602. coram Penia, & est quoque decis. 120. num. 6. par. 4. in recentior. & Gregor. decis. 251. num. 5. & 15.

192 Subamplia tertiò, quòd etiam possessio capta in uim prouisionis Apostolicæ possit esse attentata, licèt ipsa prouisio non sit attentata, vt fuit dictum à Rota per Gregor. in sua dec. 10. nu. 2. Et ratio ea est, quia licèt Papa prouidendo numquam attētet, potest tamen esse attentata possessio, quæ fuit capta in vim prouisionis prędictæ, veluti, quia litteræ vitio subreptionis laborarent, veluti quia nō fuisset facta mentio de lite. Imò licèt isto casu clausula (cuius litis statum) præseruet gratiam à subreptione, ob non factam mentionem de lite, non operatur tamē, vt possessio posset capi absque vitio attentatorum, sed est benè animaduertendum, quòd neque prædicta clausula (cuius litis statum) præseruat à subreptione, nisi fuerit facta specifica mentio de re iudicata; licèt secus esset, quando res iudicata iam fuisset in cōtrouersiam deducta, quia tunc sufficeret facere mentionem de lite, per eam clausulam, Cuius litis statum, &c. quæ quando fit indefinite facta, tunc non vnam, sed plures lites contineret, vt de his omnibus latè dicunt adden. ad Greg. in sua dec. 2 n. 15 & seqq. & Rota in Terdonen. Iurispatronatus 13. Maij 1616. coram Card. Pamphilio, & in alia Conchen. Beneficij de Trieste 20. Decembris 1619. coram Coccino, & in eius impress. decis. 396. & prius in Abulen. Cappellaniæ 21. Aprilis 1602. coram Card. Lancell. & in Toletana Benef. 14. Nou. 1605. coram Iusto, quæ est apud Marchesi. de cōmis. 10. 1. fol. 384. & Mart. de Claus. claus. 174. p. 1. vbi plura dicit, circa prędictā clausulam Cuius litis statū, &c.

193 Subamplia quartò dictam regulam secundam procedere, etiam in possessione capta in uim Monitorij habentis clausulam, si quis &c. & legitimus contradictor adesset, vt ait Rota per Coccin. in decis. 492. num. 7.

194 Subamplia quintò quoque procedere in prouiso, pendente lite, per Ordinarium, quia tunc ille attentaret; secus autem, veluti si essemus in titulo regressus ante litem concesso, quia tunc nō procederet, dec. 1. & 2. vt lit. pend. in antiq. vt ait Put. dec. 74. lib. 2.

195 Subamplia sextò procedere, quando possessio esset capta post intimationem executorialium, si non fuerint seruati illi quatuor termini seruati soliti, vt ait Rota dec. 53. n. 5. p. 2. rec. & per Cresc. dec. 2. vt lit. pend. & Rota dec. 445. n. 4. p. 2. in recen. & per Greg. decis. 43. num. 14. & veluti latè dixi in verbo Auditor Rotæ.

196 Secus autem, si possessio non esset capta vigore executorialium, sed loco earum esset relaxatum mandatum executiuum, vt plerunque fieri solet, & præsertim in prophanis, vt ait Cassad. decis. 6. de caus. possess. & propriet. in fine, & Rota d. decis. 53. num. 5. in fine.

197 Extende idem parimodo procedere in casu, vbi fuissent lapsi dicti termini ad docendum de appellatione, ac illius legitima prosecutione, quia tunc Iudex à quo posset suam sententiam, citra vitium attentatorum exequi, non obstantibus impedimentis, vt ait Card. Seraphin. in sua decis. 1335. num. 1.

198 Sed declara tamē, quòd licèt impedimenta non suffragentur ad effectum, vt causentur attentata, suffragantur tamen ad excusandum à desertione causæ, vt ait Card. Seraphin. d. decis. 1335. nu. 2.

199 Fallit tamen primò, quando in prædictis actibus præiudicium alicuius non adesset, quia tunc ea facerent, vt pendente lite, attentata non essent, vt ait Bellam. decis. 528. & cæteri allegati à Rota in decis. 500. num. 5. par. 1. in recent.

200 Fallit secundò, quando possessio esset capta à non collitigante, quia tunc non diceretur attentata, veluti quoq. procederet, qn̄ quis possessionē habuisset à tertio, qui eo casu attētare non diceretur, vt ait Put. decis. 28. & decis.

& decis. 216. *num.* 3. *lib.* 1.

201 Fallit tertiò, quando possessio esset capta vigore instrumenti, & sic esset instrumentalis, quæ suum effectum non habuerit, quia tunc ea attentata non causat, & perinde est, ac si capta non fuisset, *vt fuit dictum in vna Seguntina* 2. *Iunij* 1603. *coram Litta*, *allegat. in alia Barchinonen. Parrochialis Mercurij* 27. *Martij* 1613. *coram* Card. *Sacrato, quæ est decis.* 445. *nu.* 4 *par.* 2. *in recent.*

202 Fallit quartò, quando possessio fuisset tradita pendente appellatione, sed non fuisset iudicialiter processum, quia tunc ea non causat attentata, *vt ait Rota in Burgen. Canonicatus* 21. *Iunij* 1596. *coram* Card. *Seraph. quæ est in eius impressis dec.* 1196. *num.* 3.

203 Fallit quinto, quando causa non erat appellabilis, quia tunc possessio, etiam quòd pendente lite fuisset capta, non diceretur attentata, *vt fuit dictum à Rota in Pampilonen. Parrochialis* 31. *Ianuarij* 1601. *coram* Card. *Seraphino, quę est in eius impressis decis.* 383. *num.* 1. *& veluti superius dixi sub num.* 152.

204 Fallit sexto, in eo, qui suam possessionem continuaret; & ratio est, quia, qui continuat inhibitione non obstante, non attentat, *vt ait Rota decis.* 74. *num.* 4. *par.* 1. *in recentior. &* Card. *Seraphin. decis.* 432. *num.* 4. *Acchill. de Grassis decis.* 36. *tit. de appellat. & Rota decis.* 411. *num.* 3. *par.* 2. *in recentior. & per* Card. *Caualerium dec.* 615. *num.* 2. *& dec.* 39. *num.* 6. *par.* 3. *recent.*

205 Secus autem, si iudicium redderetur elusorium, vt mox dicetur ex mẽte *Rota in decis.* 339. *nu.* 2. *penes Coccinum.*

Et veluti eodẽ modo procederet, quando post motam litem non eodẽ iure, sed diuerso modo possideret, *vt ait Rota per Greg. in dec.* 557. *n.* 1. *& in addit. n.* 5. *& decis.* 110. *nu.* 1. *& dec.* 637. *n.* 4. *p.* 1. *in recentior.* siue etiam si post inhibitionem possessio fieret turbida, vel si modus possessionis esset mutatus, *vt ait Rota per* Card. *Caualer. d. dec.* 615.

206 Amplia secundò dictam regulam secundam procedere in possessione lite pendente capta, quæ (vt superius diximus) attentata dicitur, *vt ait Rota per Gregorium in decis.* 305. *num.* 1. *& decis.* 465. *num.* 4. *& decis.* 393. *nu.* 1. *par.* 2. *in recent. &* Cardin. *Seraph. decis.* 1153. *num.* 1. *& per Buratt. decis.* 642. *num.* 8.

207 Declara tamen prædictam ampliationem, & alia superius adducta, non procedere, quando possessio in spretum Iudicis, siue partis non fuisset capta, quia tunc ea, lite pendente capta, non diceretur attentata, *vt ait Rota per* Coccinum *dec.* 103. *nu.* 2. Quemadmodum etiam talis non diceretur, quando esset vacans, quia tũc ea absque vitio attentatorum capi posset; quod tamen subdeclara verum respectu partis, quia tunc ad illius instantiã attentata reuocari non possent; secus autem quoad Iudicẽ, quia ex illius officio dicta possessio reuocari poterit, imò debet de stylo Rotę sub sequestro poni; veluti idem quoque de iure fieri debet, *vt ait Rota decis.* 79. *num* 1. *par.* 2. *in recen. Put. dec.* 46. *lib.* 3. *Card. Seraph. dec.* 797. *num.* 7. *& Rota per Gregor. dec.* 305. *num.* 4. *& in alia Romana, seu Tiburtina Castrorum* 15. *Martij* 1619. *coram Buratto, & decis.* 159. *num.* 6. *& dec.* 185. *nu.* 4. *p.* 2. *in rec. & Caputaq. dec.* 70. *p.* 1. *& dec.* 153. *p.* 3 *& Rota per Gregorium decis.* 10. *num.* 1 *& decis.* 91. *nu.* 1. *& dec.* 251. *eod. nu.* 1.

Et quòd ex inueterato stylo Rotæ, possessio attentata sequestretur, si tamen remotis attentatis maneat vacãs aut alio modo turbida, fuit vltimo loco resolutum à *Rota in Nucerina Parrochialis Lunæ* 29. *Nouembris* 1629. *coram Motmanno, & prius in Florentina Iurispatronatus* 3. *Iulij* 1628. *corã Durano, & dec.* 685. *nu.* 1. *p.* 3. *recent.*

Et ratio est, quia quando possessio est vacans, tunc nemini fit præiudicium apponendo sequestrum, aliàs secus, veluti dicunt *adden. ad decis. Burat.* 72. *num.* 7. *sub lit. B. & Rota in Compostellana Paroch.* 27. *Maij* 1619. *cor. Andrea, & in ead.* 26. *Iun. eiusdẽ an.*

decis. 545. *num.* 10. *& per Coccin. decis.* 251. *num.* 1.

218 Veluti eodem modo diceretur, quando executio sententiæ non fuisset facta, iuxta formam statuti, antè eam executionem non seruatam, quia tunc ea causaret attentata, quemadmodum fieret, si aliquis executionem faceret, pendente causa restitutionis in integrum, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraphinum decis.* 777. *nu.* 2. Licèt secus, si iudex post tres sententias ad executionem procederet, non obstante inhibitione vim commissionis restitutionis in integrum, prout de iure, vt ait *Put. decis.* 106. *lib.* 1.

Et ratio est, quia talis inhibitio videtur calumniosa, & per consequens manus iudicis à quo ligare non debet, vt ait idem *Put. ibi supra num.* 2.

219 Subamplia primò idem pari modo procedere, si ea esset facta pendente termino ad appellandum, vt ait *Rota per eundem Gregorium decis.* 546. *nu.* 5 & prius *in vna Rauennaten. Attentatorum* 20. *Maij* 1611. *coram Reuerendissimo Coccino Decano*.

220 Subamplia secundò procedere, si appellans pro Apostolis non redierit, vt ait *Rota per Card. Seraphin. in sua decis.* 565. *num.* 1.

221 Subamplia tertiò procedere etiam, si quis transmiserit ad Curiam pro commissione causę, quia id est aptum inducere attentata, vt ait *Card. Seraphin. in d. decis.* 565. *num.* 2.

222 Subamplia quartò procedere, etiamsi nulliter commissionem obtinuerit, vt fuit dictum *in Romana Saluiani coram Pamphilio, quæ est penes Marches. par.* 2 *fol.* 35. *de commiss.*

223 Subamplia quintò procedere, quando executor possessionem traderet prouiso, lite etiam inter alios pędente, quia talis agendo hoc modo attentat, vt ait *Rota per Coccin. in sua decis.* 443. *num.* 1. *&* 3.

224 Subamplia sextò procedere, si executio esset facta post Rotalem inhibitionem, non obstantibus tribus conformibus, quia ea attentata causat, & est reuocanda, vt ait *Caputaq. dec.* 131. *lib.* 1. *in manuscript. & Rota per Gregorium decis.* 435. *num.* 3.

225 Extende id procedere, etiam si executio, ob iustitiam decreti esset de nouo fienda, *vt ait Rota decis.* 117. *num.* 4. *penes Zacbiam de oblig. Cam. & decis.* 670. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. & fuit quoque ita decisum in Senogallien. Bonorum* 14. *Aprilis* 1617. *corā Remboldo*, vbi fuit in omnibus tesolutum inhibitionem Rotalem attentata causare, licèt in casibus dictarum decisionum appareret non esse locum appellationi de iure, & *Rota per Coccinum in sua decis.* 251. *num.* 2. *& dec.* 315. *num.* 1.

226 Contrarium licèt dixerim supra in *versic.* Restringe 17. *nu.* 169. vbi habetur, quòd attentata nō dicuntur ea, quæ fiunt à Iudice, post inhibitionem, post tres sententias emanatam, & ibi ea ratio assignatur, quia tali inhibitioni post tres sententias obtentę calumnia non deest, ex doctrina, *Put. decis.* 116. *num.* 1. *lib.* 1.

227 Concordare tu tamen prædictas opiniones poteris hoc modo distinguēdo; nempè, vt prima procedat, qñ inhibitio esset Rotalis, quia tunc siue iusta, siue iniusta, est timenda. Secunda verò, quando ea inhibitio esset alterius Tribunalis, quàm Rotæ Romanæ, *vt ait dicta Rota per Gregorium in dicta decis.* 435. *num.* 4. *Caputaq. decis.* 93. *par.* 2. *Cæsar de Graffis decis.* 6. *num.* 2. *de caus. possess. & propriet. & ita fuit dictum in Cæsaraugustana Pecuniaria de Mella Veneris* 15. *Iunij* 1601. *coram* Cardinali Pamphilio, *Put. decis.* 121. *libro primo, & decis.* 395. *lib.* 2.

228 Rursus eas tali modò concordarē secundum me; nempè vt prima opinio procedat, quando facilis esset accessus ad Iudicem inhibentem, quia tunc coram eo comparendo prius vocata parte facilè, quando ea esset iniusta, illius reuocatio haberetur. Secunda verò procedere debet, quando inhibitus in longinquis partibus moraretur, ita vt difficillimus esset accessus ad Iudicem, & euidens, ac imminens periculum esset in mora, quia tūc meo iudicio liceret (salua pace, & & reuerentia tanti Tribunalis Rotæ

à me nunquam satis honorandæ) à regulis iuris, & à tali consuetudine resilire, nec esset quidem inconueniens eo casu illius spreti tollerantia, quia cum illud Tribunal incorrupta integritate sit inter cætera caput, & fulgentissimum iubar per totum Orbem terrarum micans, non debet ob id pati, vt quis aliquo repentino casu alicui irreparabili damno se subiiciat; vltra quòd habemus, quòd de iure inhibitio potuit sperni, quando ea est iniusta, vt ait *Boccacc. super constitut. Aegidiana num.* 64. & iuxta prædictam distinctionem fuit quoque tentum ab ipsa *Rota in illa Cæsaraugustana pecuniaria de Mella, Veneris* 15. *Iunij* 1601. *coram Card. Pamph.*

229 Sed tenendo hanc secundam opinionem, extende primo eam procedere, quando inhibitio fuisset emanata, vigore commissionis, eam clausulam (sine retardatione executionis) continentis, quia tunc attentata causare non posset, vt fuit dictum *à Rota per Gregorium in decis.* 119. *nu.* 11. & prius fuit dictum *in vna Spoletana attentatorum*, 5. *Iunij* 1599. *coram Corduba, & Gonzal. super regula* 8. *in annotat. contra nullitat. num.* 224. *& Cæsar. de Graffis decis.* 3. *de sentent. & re iudic.*

230 Extende secundò, quando inhibitio Rotalis esset conditionalis, quia tunc ea attentata non causat, vt ait *Put. decis.* 13. *vt lit. penden. Carthar. decis.* 2. *& decis.* 9. & ita quoque fuit dictum *in vna Antonitana attentatorum* 16. *Iunij* 1556. *coram Oradino, & in alia Romana de Magdalenis*, 4. *Martij* 1569. *coram eodem, & per Gregor. decis.* 119. *num.* 9. *in fin.*

231 Extende tertiò, quando possessio esset capta de manu procuratoris Cameræ, qui etiam post inhibitionem Rotalem, attentata non causat, vt fuit dictum *à Rota per Coccin. in sua dec.* 90. *num.* 2.

232 Contrarium tamen esse verius, *ait Lancellott. de attentat. cap.* 4. *limitat.* 1. *num.* 14. *& in præfat. num.* 16. & ibi testatur ita fuisse decisum *à Rota coram Quiroga, & alijs, & Coccin. d. decis.* 90. *num.* 6.

233 Sed primam opinionem tenendo, vbi habetur, quòd inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta sit timenda. Extende eam quoque procedere, si ea fuisset emanata, vigore commissionis subreptitiæ, quia nihilominus ea est timenda, nec per consequens, ea manente, erit ad executionem procedendum, vt fuit latè deductum in *Romana Saluiani interdicti de Columna* 14. *Decembris* 1598. *coram Card. Lancellotte iuniore, & per Greg. decis.* 119. *num.* 8.

234 Extende secũdò eam procedere, vt scilicet dicta Rotalis inhibitiò causet attentata, quando iudex processit inhibitus, non obstante partium consensu in illius iurisdictionem præstito; Quinimmò nota, quòd ad hunc effectum attentatorum sufficit, quòd inhibitio sit præsentata patti tantum & non iudici; nam partium consensus ab attentatis adeò non excusat, quin iudex, cuius Maiestas fuit læsa, ea reuocare possit; Licèt secus, si ea essent reuocanda ad instantiam partis, quia tunc consensus etiam tacitus sufficeret, vt pulchrè dicunt addentes *ad Gregorium in decis.* 243. *nu.* 5. *& per Card Seraphin. decis.* 1003. *nu.* 5. *& decis.* 1013. *num.* 4. *& decis.* 1168. *num.* 7.

235 Extende tertiò procedere, etiam si essemus in eo, qui post inhibitionem in sua possessione continuaret, & nil de nouo innouaret, quia licet regula sit, quòd qui continuat non attentat, vt superius diximus in hac secunda regula, vers. fallit sexto, & veluti ait *Aecbill. decis.* 36. *de appellat. Paris. cons. vlt. lib.* 4. *& Rota per Card. Seraph. decis.* 431. *num.* 4. *& decis.* 74. *num.* 4. *par.* 1. *in recent. & in Mediolanen. Optionis* 27. *Iunij* 1608. *coram Manzanedo.*

Nihilominus hæc regula duobus modis non procedit, & primò, quando inhibitio esset Rotalis, quia tunc de illius iustitia, siue iniustitia inferiores iudices cognoscere non possunt, vt fuit dictum in vna *Gerunden. Administrationis* 1. *Iulij* 1619. *coram Dunozetto.* Secundò ea non procedit, quãdo causa super continuatione repe-

reperiatur super illo actu particulari commissa, vt ait *Rota in cap. cum M. Ferrarien. num. 93. propè finem vers. sed ad istum respondeo de consuet.* & ita quoque fuit dictum à *Rota in vna Terracinen. Attentatorum*, 4. *Iulij* 1608. *coram Coccino*, *quæ est in- ferius impressis decis.* 418. *num.* 2. *& in eadem coram eodem* 14. *Martij* 1618. & fuit ita quoque dictum *in dicta Gerunden. Administrationis coram Dunozetto.* Tertio loco dicta regula Qui continuat, &c. non procederet, si actus subsequens non esset conformis illis antecedentibus, vt ait *Rota per Coccinum decis.* 251. *num.* 3. *& decis.* 365. *num.* 1. *& decis.* 380. *num.* 6. *& decis.* 399. *num.* 2. *& decis.* 418. *num.* 2.

236 REGVLA tertia erit super eo, scilicet, quomodo attentata sint purganda, & quando ea sufficienter purgata dicantur.

237 Vnde in primis erit notandum, quòd ea sunt purgãda per cessionem, seu renunciationem puram, & liberam non autem conditionalem, vt est *decisio Paleotti* 273. *& Rota in decis.* 264. *num.* 6. *par.* 1. *in recent. & per Coccin. decis.* 371. *num.* 1. *& per Greg. dec.* 486. *num.* 14. *&* 15. *& ibi in addit. num.* 19. *& per Card. Seraphin. decis.* 864. *& Rota decis.* 715. *nu.* 1. *par.* 1. *recent & per Cardin. Caualer. decis.* 138. *num.* 1. *& in Barchinonen. Parrochialis* 27. *Martij* 1612. *coram Card. Sacrato.*

238 Et ratio est, quia conditionalis cessio post se discussionem relinquit, necnon litem super purificatione, & liquidatione illius appositæ conditionis remanere facit, vt ait *Lancellot. de attentat. cap.* 29. *num.* 73. *Cæsar. de Graffis decis.* 5. *num.* 3. *de restit. spoliat. & Rota per Gregorium in decis.* 486. *num.* 15. *& per Card. Seraph. dec.* 864. & fuit dictum *in Papien. Coadiutoria coràm Coccino, quæ est penes Marchesan. de commiss. tom.* 2. *fol.* 38. *& in Corduben. Beneficiorum*, 7. *Februarij* 1615. *coram Card. Caualerio, & prius in dicta Barchinonen. Parrochialis*, 27. *Martij* 1612. *coram Card. Sacrato.*

239 Et veluti eodem modo procederet si post factam cessionem adhuc impedimentum aliquod facti remaneret, quia tunc talis cessio attentatorum non suffragaretur, vt ait *Rota per d. Card. Seraph. d. decis.* 864.

240 Et propterea videmus, quòd ad hoc, vt attentata benè purgentur, cedens omni iuri, quod sibi ex illis eom petere posset, renunciare tenetur, vt ait *Paleott. decis.* 358. *Lancellott. in præcit. loco, & cæteri allegati à Rota in decis.* 264. *num.* 7. *par.* 1. *in recent.*

241 Et ratio istius conclusionis ea est, quia eorum purgatio perpetuum silentium continere debet, necnon in pristinum restitutio, siue reuocatio ab ipso attentante fieri debet, vt ait *Rota per Gregorium d. decis.* 486. *num.* 18. *& decis.* 303. *num.* 9. *par.* 3. *recent.*

242 Extẽde primò, quòd ea sint, quoad omnes processus quoque purganda, vt ait *But. decis. penult. lib.* 2. *& Gregorius in d. decis.* 486. *num.* 13.

243 Et ratio est, quia renunciationes, quando sunt defectiuæ attentant, & non suffragantur, vt ait *Cæsar. de Graffis decis.* 5. *de restit. spoliat. & Rota per d. Gregorium d. decis.* 486.

244 Extende secundò, quòd ea sunt purganda nomine omnium, à quibus perpetrata fuere, & cum legitimo mãdato, vt ait *Paleott. d. decis.* 358. *Lancellott. in præcitato loco, & Rota d. dec.* 264. *num.* 9. *in fine par.* 1. *recentior. & decis.* 317. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

245 Vnde ex hoc inferri potest, quòd si, verbi gratia, possessio fuerit capta pendente lite ab vna partium, deinde dimissa, sed ab alia parte esset apprẽhẽsa possessio, tũc ea attentata censetur; licèt secus esset, si ille, qui eam cæpit fuerit tertius, quia ille non attentat, vt superius diximus, nisi tamen ille tertius cum attentante participasset, quia tunc attentata post inhibitionem, etiam ex parte illius esfent nulla, vt ait *Rota decis.* 317. *num.* 1. *par.* 3. *recent.* & veluti ait *Rota per Card. Seraphinum decis.* 582. *num.* 1. *Acchill. de Graffis decis.* 3. *de testibus, & decis.* 6. *de citat. Aegid. decis.* 309. *Put. decis.* 74. *lib.* 2. *Mohedan. dec.* 205. *idem Acchill. decis.* 6. *de attentat.*

246 Ex-

246 Extende tertiò, quòd attentata possint præcipuè per renunciationem purgari, quando per Procuratorem commissa fuere, *vt ait Acchil. decis. 43. de appellat. Paleott. dicta dec 358. & Rota decis. 264. num. 1. par. 1. in recent.* Itē si fuerunt per principalem met commissa, tunc per legitimam attentantis cessionem reuocari possunt, *vt ait Rota dec. 303. nu. 1. par. 3. recent.*

247 Subextēde, quòd ea quoque purgari possint in loco iudicij, etiā quod alibi fuerint commissa, *vt fuit seruatū in vna Calaguritana de Ausero, 2. Decembris 1605. & in alia Toletana Cappellania de Pastrana 21. Ianuar. 1608. coram Pamphilio, & in Burgen. Visitationis de Couaruuias 23. Maij 1609. coram Pirouano, & in alia Tirasonen. Legati 19. Iunij 1609. coram Card. Caualerio, & aliàs sæpè.*

248 Contrarium, quòd scilicet si quis attentans fuerit condemnatus in Curia ad restitutionem fructuum ea non sit facienda in Curia, sed in partibus, veluti dicitur de condemnato in spolio ad restituendos fructus, qui eos nō in Curia, sed in partibus soluere tenetur. Ex ea ratione, quia cōuenit purgari atteotata in eo Tribunali, cuius Maiestas, siue Iurisdictio læsa remansit, *ait Put. decis. 1. de solut. Riccius in sua collectanea decisionum 1330. in vltimis verbis par. 4. & facit decis. 264. num. 2. in fine par. 1. in recent. & decis. 303. num. 2. & 4.* vbi extendit id procedere etiam, si ab eodem Tribunali fuerint commissa.

249 Concorda tu tamen, & declara verum; quòd attentata sint ab eo Iudice reuocanda, cuius maiestas fuit læsa, quando lis esset extincta; at secus, quando ea noo esset extincta, sed per appellationem fuerit deuoluta, quia tunc quicquid potuisset facere Iudex primæ instantiæ, idem poterit quoque facere Iudex appellationis, *vt fuit dictum à Rota in vna Zamoren. Pensionis coram Corduba, quæ est penes Marches. de cōmiss. p. 1. fol. 1340. nu. 5.* Et eò magis, si illi fuisset quoque commissa causa attentatorum, veluti dixi in principio conclusionis *n. 5. & seq.*

250 Extende quartò, quòd dictis attentatis possit quoque cedi in actis, quod sufficit *iuxta doctrinam Alex. in cons. 27. num. 6. vers. & est verum lib. 1. & Rota per Coccin. in sua decis. 171. in fi.* Et ad hoc, vt attentata sufficienter purgata dicantur cedens debet renunciare omni iuri, quòd ex actu attentato sibi competere posset, ita vt ex eo nec ipse cōmodum, neq. aduersarius damnū, seu interesse pati possit, at secus si dicta cessio, siue renunciatio esset defectiua, siue conditionalis, aut obscura, & periculosa, vt pulchrè ait *Rota dicta decis. 303. n. 7. & seqq. par. 3. recent. & penes Gregor. decis. 486.*

251 Extende quintò, quòd purgatio tacētatorum etiam inducatur per eū, qui possessioni captæ renunciaret, per mittendo insuper aduersarium ex eo fructus colligere, quæ enim renunciatio sufficienter purgationem attentatorum inducit, vt ait *Put. dec. 244. lib. 1. Mohedan. decis. 9. de sentent. & re iudic. & ita fuit decisum in Burgen. Iurisdictionis de Barbiesca, 10. Decembris 1597. coram Peregrino, & Rota decis. 715. num. 1. par. 1. in recentioribus.*

252 Extende sextò, quòd ea quoque per simplicem renunciationem iudicialium actuum ab aduersario factorū siue illius nomine, siue per cessionem factam omnibus actibus possessoriis induci possit, vt ait *Rota decis. 743. num. 2. par. 2. in recentior.*

253 Extende septimò, quòd ad hoc, vt ea reuocentur non attenditur, an status sit bonus, vel malus, sed quilibet erit sufficiens, vt ait *Rota dec. 393. nu. 1. par. 2. in recentior.*

254 Et ratio est, quia in reuocandis attentatis nō requiritur tituli probatio; immò nec illius colotatio in beneficialibus attenditur, sed sufficit solum statum, atque detentationem, in qua tunc erat, probare, *vt ait Gratian. decis. 91. Rota Marchia, & Put. decis. 268. num. 1. lib. 2. Acchill. decis. 25. de appellat.*

255 Subextende primò id adeò esse verum, vt in huiusmodi causa nullo iuris ordine seruato procedatur, sed sūmariè,

mariè, & absque vlla terminorum obseruatione, neque exceptio vendemiarum, aut aliarum feriarum huic purgationi attentatorum obstare debet, licèt secus, quando ageretur ad eorum reuocationem vna cum negotio principali, quia tunc eadem incũbentia probationis, quæ in causa principali erunt necessaria; at secus, si istud iudicium seorsum fieret, quia eo casu nulla terminorum obseruatio est necessaria, quoniam non iure actionis, sed officio Iudicis mercenario reuocari petuntur, *vt ait Gratian. dec. 70. Rota Marchiæ, & Rota Romana decis. 2. de restit. spoliat. in nou. & decis. 2. vt lit. penden. in nou. & Verall. decis. 57. par. 1. & Bellamer. decis. 553.* Licèt tamen id falleret, quãdo aduersarius de iure communi, vel aliquando verisimiliter possidere præsumatur, quia tunc verè tempore attentationis possedisse probare teneretur, *vt ait Rota decis. 10. de appellat. in antiq.*

256 Subextende secundò, quòd quando in rebus mobilibus attentata com missa fuere, tunc sola detentatio sufficiet, *vt ait Rota dicta decis. 393. n. 2. par. 2. recentior.*

257 Extende octauò regulam, nempè quòd attentata sunt purganda, vt non solum de iure vnquam nocere non possint, sed nec etiam de facto, *vt ait Rota decis. 329. num. 2. in fin. par. prima in recentior.*

258 Declara tamen, quòd ea purgata non dicantur, nisi etiam damna, & interesse reficiantur, quæ tamen opinio quatenus sit vera, tunc ea solum procedit, quando damna, & interesse essent liquida, aliàs secus, vt animaduertit *Rota in decis. 715. num. 2. par. 1. recentior. & Raudens. decis. 15. Collegij Pisani.*

259 Et in casu, quòd sint liquida, tũc pro eis non admittitur depositio vnius Iulii, cum perfixione termini facta parti ad ea liquidanda, nec non cum promissione de restituendo reliquum liquidatione sequuta, veluti, si superius dixi in *Regula prima, in versic. Declara tertiò, num. 42, cum seq.* vbi recurras. Secus autem, quando non essent liquida, etiam in genere, *vt ait Rota in decis. 269. num. 1. & decis. 329. num. 1. & decis. 715. num. 2. par. prima in recentior. & decis. 357. num. 1. par. 3. recent.*

260 Subdeclara tamen, quòd expensæ factæ in iudicio, non debentur post liberam attentatorum cessionem, licèt secus esset, si cessio esset conditionalis, *vt ait Rota per Coccinum in sua decis. 371. num. 2. & 3.*

261 Declara Secundò, quòd damna, & interesse refici debent à die attentationis in eo iudicio attentatorum, non autem à die motæ litis, *vt ait Lãcellot. de attentat. cap. 31. num. 173. & Rota per Coccin. in decis. 371. num. 3. in fine.*

Extende eodem modo procedere in expensis, quæ refici debent à die attentationis, quia si illæ non veniunt appellatione expensarum, tamen sub nomine damnorum, ac interesse venirent, quas, vt diximus, à die attentationis attentans reficere tenetur, & non à die motæ litis, *vt ait dictus Coccin. d. dec. 371. num. 4.*

Contrarium, quòd scilicet appellatione expensarum, damna, & interesse non veniant, *ait Surd. decis. 261. num. 1. & seq.* vbi tamen declarat id tñ non procedere, quando damna contingunt ratione personæ, quia tũc appellatione expensarum ea venirẽt. Vnde, si verbi gratia, aliquis artifex ab arte desisteret, vt suam litem defenderet, in qua lucrari consueuerat tantum quolibet die, tunc illud appellatione expensarum non veniret, cum non sit propriè damnum, sed lucrum cessans, & expensæ regulariter magis includunt damnum emergens, quàm lucrum cessans, *vt ait ita pulchrè distinguendo Surd. ibi supra sub num. 2.*

262 Declara tertiò, quòd ad hoc, vt attentata purgentur ea ex eisdem actis sunt iustificanda, non autem ex nouiter deductis, ita vt sine actorum transportatione ea purgari non possint, *vt ait Rota decis. 751. num. 2. par. 2. in recentior. & Cassaneus in sua decis.*

decis. 172. & fuit quoque dictum à Rota in Romana Census 4. Decembris 1595. coram Cardin. Pamphilio, & per Coccin. in decis. 73. num. 2. in fin.

264 Declara 4. quòd ea sunt purganda antequam remissoria petatur, *vt ait Caputaquen. decis. 52. par. 3. & Rota per Gregorium decis. 276. num. 5.*

264 Declara quintò, quòd tā per Principem, quàm per Iudicem, & partem ea purgari possunt, *vt fuit dictum à Rota per dictum Coccinum decis. 371. num. 6.*

265 REGVLA quarta erit super pœnis attentātium. Vnde in primis erit notandum, quòd illi in eorum odium tenentur fructus, & expensas restituere, & in eis per Iudicem ueniunt condemnandi, nec tunc valeret depositio vnius Iulij, cum obligatione de restituendo residuum facta liquidatione, sed in hoc esset procedēdum cum ea, distinctione, de qua supra dixi in prima regula in uersic. *Subdeclara tamen, sub n. 47.* vbi plures decisiones allegantur, & est quoque *decisio Rotæ 5. de restit. spoliat. in nou. & decis. 39. de re iudic. in antiq. Cassad. decis. 6. vt lit. penden. & ita alias quoque fuit resolutum in vna Placentina Canonicatus 28. Nouembris 1548. coram Augustino Veral. decis. 219. par. 1. Peregrin decis. 145. Mohedan. decis. 23. & Rota decis. 708 par. 3. diuers. & idem Veral. decis. 56. par. 1.*

266 Extende primò, quòd nedum attētans sit condemnandus in fructibus perceptis, verum etiam in illis, qui percipi potuerunt, *vt sentit gloss. in c. bona in verbo statua de appellat. & Rota in d. decis. 5. de restit. spoliat. & in decis. 552. lib. 1. diuer. Put. dec. 373. lib. 1. & Rot. in una Carpentoraten. Restitutionis Ouium 23. Iunij 1625. coram Pirouano, & prius in Rom. de Benefacere 17. Mar. 1587. coram Orano, & in Farfen. Spolij 28. Maij 1614. coram Card. Verospio, & in Rom. Pensionis Domus 1. Iul. 1619. coram Pirouano, & in alia Elnen. Hæreditatis 8. Nouembris eiusdem anni 1619. coram eodem Pirouano.*

Subextēde 1. procedere, siue fructus extent, siue sint consumpti, quia nihilominus ueniunt restituendi; & ratio est, quia talis dicitur iure resistenre possedisse, & propterea nimirum, si illi vtroque modo in restitutione ueniant, *vt ait Surd. decis. 45. num. 14.*

Secus autem vbi essemus in casu, cui ius non resisteret, quia tunc illi bona fide consumpti non venirent restituendi. Imo sufficit ad id, quòd mala fides absit, *vt ait Rota decis. 310. num. 1. & decis. 665. num. 6. par. 2. recentior. & decis. 333. num. 1. par. 3. recent.* Quamuis Rota de eius stylo nō soleat facere restituere eos fructus, qui percipi potuerunt, nisi à violento spoliatore, aut in malæ fidei possessore, *vt ait Rota decis. 551. num. 2. par. 1. recent. & decis. 583. num. 4. par. 3. recent.* Quod quidem procedit etiam si agereiur de interesse pupilli, vel Ecclesię, *vt ait Crescent. dec. 126.* & sic fœdere prædictæ distinctionis concordari possunt supradictæ opiniones, item facit *decis. 320. n. 1 par. 2. recentior.*

267 Subextende secundò procedere, etiam si in sententia fuerit omissum dicere de illis fructibus, quos aliquis percipere potuisset, *vt ait Achill. de Graffis decis. 140. cum ibi alleg.*

Fallit tamen, quando attentata reuocari non possunt ad partis instantiam, sed solum officio Iudicis, *vt ait Lancellot. de attent. in 3. par. cap. 31. num. 36. fol. 593.*

268 Subextende tertiò, quòd sub huiusmodi condemnatione distributiones quotidianæ quoque ueniant, quāuis illæ verè fructibus non dicantur, *vt ait Cassad. d. dec. 6. vt lit. pend.*

269 Vnde hic obiter inferri pōt, quod si lis fuerit super Canonicatu, & illius possessor in fructibus condemnetur, tunc in eorum restitutione dictæ distributiones quotidianæ quoq. uenirent, *vt ait Rota dec. 239. p. 2. diu.* Licèt contrariū scripserit *Boer. in sua decis. 740. & Veral. decis. 19. par. 2. num. 1. ait,* quòd condemnatio fructuum eas distributiones non conprehendit.

270 Concorda tu tamen, quòd prima opinio sit uera, quando sumus in distributio.

butionibus, quæ in fine anni sunt distribuendæ, quia tunc illæ appellatione fructuum veniunt. Secunda verò opinio procedit in iis, quæ singulis diebus distribuuntur, quia tunc tales sub appellatione fructuum non ueniunt, *vt ait idem Veral. in d. decis. 29. num. 3.*

271 Rursus concorda, vt prima opinio procedat in odium attentatorum, ob quod in dictorum fructuum restitutione distributiones prædictæ debent quoque venire. Secunda verò opinio procedere debet, quando essemus in alio iudicio, quàm in hoc, attentatorum, & ratio istius differentiæ ea est, quia attentans dicitur detestabilior spoliante, & odiosior Diabolo, veluti dixi in principio istius principalis conclusionis *in versic. Tertio erit animaduertendum, num. 18. & Bellamer. decis. 294. & facit dec. 449. num. 1. par. 2. recent.* & vide quæ dixi in hac materia *in conclus. 145. nu. 23. & seq.*

272 Extende 2. dictã quartam regulam, vt scilicet etiam attentans ad euitandam huiusmodi fructuum restitutionem non admittatur ad illud beneficium, *cap. Odoardus de solut. veluti ait Rota dec. 22. de rest. spol. in antiq.* Veluti neque illi cõtra quem fuerunt relaxatæ executoriales, nec minus excommunicato istud beneficiũ Capituli Odoardus venit concedendum, *vt ait Rota per Card. Caualeriũ decis. 514. num. 2. & 3. Mohed. decis. 1. nu. 2. de solut. & Rota in Mediolanen. Fructuum 7. Iunij 1596. coram Card. Pamphilio,* & præsertim, quando post relaxatas executoriales fuisset facta condemnatio in expensis. *Puteus decis. 54. num. 4. lib. 1.* sed vide quæ dixi in *conclusione 107. numero 10.*

273 Et ratio prædictorũ est, quia dolosis tale beneficium non est communicãdum ex eo, quia nemo ex sua improbitate ius consequi debet, neque minus delictum vnquam alicui immunitatem præstat, *Lancellot. de attent. in 3. par. cap. 31. nu. 44. fol. mihi 594. Et Veral. decis. 278. lib. 1. Cappell. Tholos. decis. 466. & ita fuit sæpè decisum à Rota & præsertim in Romana Fideiussionis de repræsentando 3. Iulij 1617. coram Coccino Decano, & prius in Romana Computorum Veneris 13. Maij 1594. coram Cardin. Arigonio, & in alia Romana Aperitionis oris Veneris 8. Martij 1613. coram Cardin. Sacrato.*

274 Et propterea videmus, quòd attentans in dolo versari dicitur, dum attentat, eum ea sine dolo non committantur, *vt fuit dictum à Rota in decis. 183. num. 1. par. 2. in recentior. & in decis. 5. de restit. spol. in nouis, & decis. 11. secunda par. diuers.*

At secus, quando essemus in possessore bonæ fidei, quia tunc ille non tenetur, nisi ad fructus à die motæ litis perceptos, & tũc sufficiet, vt mala absit, immo quęlibet causa, etiam bestialis excusat ab hac fructuum restitutione, necnon sufficit etiam erronea opinio, tàm in iure, quàm in facto, *vt ait Rota decis. 518. num. 7. par. 2. in recent. & per Card. Caualerium dec. 409. in fine, & decis. 467. & decis. 645. n. 1. & in Elboren. Fructuum 16. Februar. 1618. coram Remboldo.*

Quãuis tñ secus esset improbus, veluti si ageretur de vsuraria prauitate, & similibus, quia tunc bona fides non esset sufficiens ad excusandum vnum a restitutione fructuum, veluti *fuit dictum in vna Foroliuien. Societatis 5. Maij 1621. coram Cardin. Verospio, & per Gregorium decis. 74. & ibi in addit. Card. Seraph. decis. 1106. & per Burat. decis. 184. num. 1. & seq.*

275 Extende tertiò, quòd non solum ista condemnatio ad instantiam partis peti possit, sed etiam officio Iudicis fieri poterit, *vt ait Guid. pap. decis. 405. Veral. decis. 57. num. 1. par. 1. Misynger. obseruat. 55. centur. 4.* Quemodmodum potest etiam Iudex eo modo attentantem in expensis condemnare, *vt ait Rota decis. 1. vt lit. pend. in nou.* & præsertim, quando essemus in excommunicato, quia tũc non iure actionis, sed Iudicis officio veniũt reuocanda, nec isto casu istorũ reuocatio impediretur, vt puta, ob eam exceptionem excommunicationis, ob recursus ad iudices laicos in cursæ, *vt ait Rota per Buratt. dec. 72. num. 7.*

num. 7. & seq. & in alia Conchen. Archipresbyteratus 12. *Nouemb.* 1605. *allegat. ibi per addent. coram Penia.*

276 Extende quartò, vt etiam fructus veniant restituendi non tantum à die motæ litis, sed multò magis à die attentationis, *vt ait Rota decis. quarta de restit. spol. in nou. & ita fuit dictum in vna Nullius Castrorum* 18. *Martij* 1568. *coram Oradino, & per Coccin. in sua dec.* 371. *num.* 4.

Veluti eodem modo procedit in aliis interdictis possessoris, in quibus fructus à die motæ litis sunt restituendi, sicuti vltimo loco fuit dictum à *Rota in Romana Domus de Nochiollis* 26. *Iunij* 1624. *coram Vbaldo, & Card. Caualer. dec.* 409. *num.* 1. *& in Romana Palatij Lunæ* 30. *Maij* 1616. *coram Buratto, & prius in Cortonen. Decanatus* 27. *Maij* 1616. *coram Card. Pamphilio, & in Bononien. Fructuum* 12. *Nouembris* 1612. *& in Elboren. Decimarum* 23. *Maij* 1622. *& in Romana de Cincijs* 1. *Iulij* 1624. *& in Marsicen. Beneficiorum* 20. *Martij* 1628. *coram Pirouano, & per Burattum in decis.* 449. *nu.* 1. *& prius in dec.* 357. *num.* 15.

Sed prædicta intellige procedere iuxta distinctionem Rotæ seruari solitam; nempè quando principaliter ad rem aliquam ageretur, ad quam fructus accessoriè venirent. At secus, si principaliter ad ipsos fructus ageretur, quia tali casu fructus, etiam ante litem motam restituendi venirent, vt ait *Card. Seraph. dec.* 835. *& dec.* 1268. *num.* 3. *& dec.* 689. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers. & in Mediolanen. Fructuum, quæ est penes Marchesan. de commiss. par.* 2. *fol.* 206. *& in dicta Romana de Cincijs coram Pirouano, & in Toletana Pensionis* 16. *Februarij* 1618. *coram Card. Pamphilio.*

277 Extende quintò, vt si fructus in huiusmodi iudicio restituendi redderentur aliquo modo obscuri, tunc Iudicium liquidationis ante omnia, parte petente, absoluendum uenit, *vt ait Rota decis.* 352. *par.* 1. *diuers. Caputaq. decis.* 32. *lib.* 3. *& Peregrin. decis.* 48. *& decis.* 65. *lib.* 3.

278 Sed hic erit notandū, quòd tunc fructus liquidi dicuntur, quando in libris computorum descripti repentuntur, *vt fuit dictum à Rota dicta decis.* 352. *num.* 2.

279 Declara tamen prędictam regulā non procedere, si attentans esset pauper, quia tunc Signatura quandoque concedit commissionem vt fructus, & expensę in fine litis reseruentur, *vt fuit dictum in vna Leodien. Attentatorum* 20. *Decembris* 1576. *coram Clemente Octauo.*

ARGVMENTVM.

DE AVARITIA, AC ILLIVS effectibus, atque pœnis in vtroque Foro.

CONCLVSIO CLXI.

1 AVARITIA, nota, quòd est nimia pręter modum pecuniarum, & diuitiarū libido, & sic auri sacra fames appellari potest, *vt definit Azor. in suis institut. moral. par.* 1. *cap.* 8. *fol. mihi* 129. *& D. August. lib.* 3. *de lib. arbitr. & Theolog. in* 2. *senten. distinct. Diuus Thom.* 2. 2. *quæst.* 118. *artic.* 1. *& Alber. Magn. in suo compend. Theolog. lib.* 3. *cap.* 19.

2 Item auarus dicitur ab auendo; nā auere est cupere, & hinc dictus est auarus, quasi quòd sit auri auidus, ita vt numquam opibus ipse expleri possit, *vt ait Isidor. lib. ethymologiar.*

3 Sed pro intelligentia istius materiæ animaduertendum erit, quòd tres species auaritię reperiuntur, & prima est lucri turpitudo; secunda parcitas, & tertia animi angustia. Item tribus modis in ea peccatur, nempè, aut in appetendo, aut acquirendo, aut retinendo, & tunc illius peccatum est lethale, quando vno ex istis modis alteri graue damnum inferatur, *vt ait idem Azor. ibi supra fol.* 330. *sub littera B. & Cicero lib. Tuscul. quæst.* 4. dicebat, quòd auaritia superabundat in amando, acquirendo, & retinendo, sed deficit in dando.

4 Extende huiusmodi vitium auaritię adeò esse in Mundo, & apud Deū exoi-

exorbitans, vt propterea in Ecclesiastico dicatur, quod nil sit scelestius auaro, nil iniquius, quam amare pecuniam, quia isti tales sæpè faciunt animam suam venalem, & ratio ea est, quia auaritia est omnium malorũ radix, & ob id merito dicitur, quod à quatuor Rotis vitiorum vehitur, quæ sunt pusillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, & mortis obliuio; Iumenta autem, quæ illam trahunt sunt rapacitas, & tenacitas, auriga vero, qui illi præsidet, sitis, siue ardor habendi vocatur, vt ait *Diuus Bernardus in suo sermone* 39. vbi propterea subiungit, quòd amor insatiabilis diuitiarum longè amplius animam torquet, quàm vsu suo refrigeret, quia earum acquisitio laboris est, possessio timoris, & amissio plena doloris inuenitur, & *Isidorus* aiebat, quòd qui bona mundi diligit, velit, nolitque timoris, & doloris pœnæ succumbit, & ad id solebat quoque dicere Diuus *Marcus* filioli facilius est camelum per foramen acus transire, quàm Diuitem in Regnum Cœlorum intrare, subdens, quod hæc erat pestis longè luxuria peior, quia licèt ea quanto plus exerceatur tantò magis desideretur, nihilominus ea fugiendo fugatur, quod secus fit de auaritia, quia illa est inferno similis, qui quantoscumque deuorauerit, nunquam satis dicit, & propterea videmus, quod licèt in auarum omnes thesauri confluxerint, nunquam sufficit; vt ait *Augustinus* ad Comitem. Item de interpellatione Iob aiebat, quòd modum auaritia non habet, nec propterea capiendo expletur; sed incitatur magis, quo plura quæsiuit, & Diuus *Hieronymus* ait, quòd auaritia modum ignorat, & si omnia deuoret; tamen penitus satiari nescit, & Diuus *Ambrosius* auaritia quo plures gradus ascendit, eò ad altiora tendere festinat, vt grauior ruina lapsuro fiat, *&* *Gregorius libro* 15. *Moral.* dicit, quòd auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur, nam ea more ignis facit, qui cum ligna, quæ consumit accescit, perit excrescit, & vnde videmus ad momentum flamma comprimi, & inde paulò post cernitur dilatari.

5 Et propterea hinc fit, quòd in illius pœnam auarus nunquam iniustũ lucrum, sine iusto damno habet, quia si vestem acquirit, fidem perdit, & sic si habet lucrum in arca, habet etiam damnum in conscientia, vt ait *August. in serm. de decem plagis*, subiungens veh ei, qui multiplicat non sua, quia aggrauat contra se densum lutum? Item veh illi, qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius de manu mali liberari putat, & denique ait *Ecclesiast.* seminastis multum, & collegistis parum, comedistis, & non estis satiati, bibistis, & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti, & mercedes, quas cõgregastis eas in sacculũ pertusum posuistis, vnde *idẽ Ecclesiast. cap.* 14. ait, quòd qui aceruat ex animo suo iniustè aliis congregat, & in bonis suis alius luxuriabitur, & sic qui sibi nequam est, cui alii bonus erit?

Demum dicamus, quòd auaritia est vnus morbus adeò contagiosus, vt in quilibet præsumatur absque quod probetur, *vt ait Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 185. *num.* 85.

6 Vndè ex prædictis hic inferendum est primò, quòd quemadmodum ob sitim auri Simon Magus volebat gratiam Spiritus Sancti à Diuo Petro mercari, ita quoque hodie reperiuntur multi Simones, qui emunt, vt aliis carius vendant simoniam, & vsuras committẽdo, quod quidẽ est facinus turpè, & valdè animæ perniciosum, quia si quis vsuram accipit, rapinam facit, & vita non viuit, vt ait *D. Ambros. in lib. de bono mortis & 14. quæst. 4. cap. si quis vsuram.*

7 Infertur secundò, quòd etiam apud Gentiles vsura reputabatur scelestè crimen, & propterea cum vnus à Catone quæreret, quid maximè in re familiari expediret, respõdidit benè pascere, quid secundum? satis benè pascere, quid tertium? benè vestire, quid quartum? arare; sed cum ille, qui interrogabat dixisset, quid fœnerari? tunc

Cato respondidit quid hominẽ occidere? Item Io. Chrysost. in Matthæo dicebat, quod vsurarii pecunia est similis mortui aspidis, quia vnus percussus ab aspide quasi delectatus in somnum vadit, & ob suauitatẽ soporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra discurrendo, eum interficit, sic ille, qui sub vsura accipit sub tempora quasi beneficium sentit, licèt tamen vsura per omnes suas facultates discurrendo, & totum in debitum conuertendo faciat illum tandem morte Ciuili obire, & ideo scriptura sacra ait, quòd melius est pugillum cum requie, quàm vtraque manus plena diuitiis, sed cum dolore, & afflictione animi.

Infertur tertiò, quòd etiam apud Canonistas, & Iuristas, istud crimen auaritiæ, & vsurę vocatur sceleratissimum, quia sæpè miseri pauperes grauātur, ob eorum paupertatem, & propterea vsurarii in eorum odium, nedum tenētur ad restitutionem vsurarum receptarū pro quibus eorum bona hypothecata fiunt, *vt ait Gamm. decis.* 271. Verumetiam in Regno Neapolis est illis imposita pœna publicationis bonorum, veluti testatur *Ricciu in sua collect.* 2046. *in princip. par.* 5. *item ait de eorum pœnis* latè *Peguerr. dec.* 31. *per totam.*

Vnde ex supradictis subinfertur, quòd quamuis *Ecclesiast. in cap.* 24. dicat in iudicando esto pupillis misericors, tamen *Dauid in psalmo* 108 *ait*, scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius, & non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius.

9 Infertur quartò, quòd neque vsurarius possit testari, & ratio est, quia cum vsurarii dicantur infames à iure; idcircò illis omnes actus ciuiles sunt interdicendi, vt est factio testamenti, *vt ait Menoch. consil.* 11. *num.* 16. *& Rot. decis.* 202. *num.* 1. *& seq. inter crimin. Farinac. & Cacheran. dec.* 137. Licèt tamē testamentum reconualescat, si post illud cautio præstetur, *vt ait Garz. decis.* 65. veluti eodem modo inquisitus de hoc crimine potest sub fideiussoribus relaxari, *ait Hieronym. de Laurent. decis.* 48. *& Rota inter crimin. Farinac. decis.* 202. *nu.* 1. *& seq.*

Extende id in tantum procedere, vt propterea liceat vsurario procuratorem relinquere, qui post illius mortem cautionem præstet, quia tunc etiam reconualesceret testamentum; Secus autem succederet in testamento furiosi, siue minoris, quod non reconualescit, etiam si ætas, siue mens sana superueniret. Et ratio differentiæ ea est, quia maior defectus est in consensu, quo carent furiosus, & minor, quā ille solemnitatū in testamēto, vt est in vsurario, qui quidē non est intestabilis, sed solum prohibetur ne in illius testamento interueniant testes, quod tamen reconualescit, vt dixi, si cautio prædicto modo præstetur, veluti de veriori opinione testatur *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 79. *num.* 15. *& seqq.* & ibi plures ad id confirmandum allegat; imò si ob impotentiam restitui non possent vsurę, tunc excusatur vsurarius, *vt ait Cacheran. decis.* 137. *num.* 2.

10 Fallit tamen in donatione causa mortis, quia tunc non habet locum, *textus in cap. quamquam, de vsur. in sexto, vt ait Gargias in sua decis.* 81.

11 Quod tamen declara verum, quando donatio esset facta in testamento, & interuenisset quoque Notarii stipulatio, aliàs secus, *vt ait Menoch. conf.* 11. *num.* 21. *&* 22.

Contrarium, quòd neque vsurarius possit causa mortis donare, sub ea ratione, quia dispositio *cap. quamquam de vsur. in* 6. habet locum in qualibet vltima voluntate, aliàs sæpè hoc modo diluderetur intellectus illius textus, quemadmodum etiam dicitur de statuto prohibente virum aliquid relinquere vxori, quod quidem donationem causa mortis quoque compræhendit, *dicunt Doctores allegati à Gratiano in dicto cap.* 79. *nu.* 17. & ibi plures DD. allegat, qui hanc opinionem esse veriorem, & magis animæ fauere testantur.

12 Extende illationem prędictam pari modo procedere, quando testator post

post factum testamentum iterum vsurarum cōmittat etiam si id clandestinè, & in occulto fieret, quia tunc ea cautio præstita secundum Canones non sufficeret, *vt ait Rota decis. 202. n. 1. & 2. inter crim.* Farinac.

13 Et tunc nota, quòd post obitum vsurarii testamentū illud per declaratoriam venir annullandum, cum ipso iure ille fiat intestabilis, *vt ait Rota per Card. Seraph. in sua decis. 393. num. 4.*

Item de iure Canonico vsurariis sunt indictæ pœnæ spirituales, nempè priuationes à communione altaris à sepultura in Ecclesia, & eorum oblationes non recipiuntur, de Iure autem ciuili notantur infamia, & multa alia ponit *Cacheran. dicta decis. 137. num. 2. & seqq.*

14 Infertur quintò, quòd neque Princeps possit permittere Iudæis vsuras committere, *vt ait Thesaur. in sua decis. 57. & Riccius in sua collect. dec. 2045. par. 5.*

15 Extende id in tantum esse verum, vt propterea Princeps in suis Regnis possit arbitrariè pœnas contra vsurarios imponere, *vt ait Peguer. in decis. 31. & Ricc. in collect. 372. p. 2.*

16 Sed contrarium videtur seruari in multis ciuitatibus Christianorum, & id fit ad euitanda maiora mala, nempè furta, rapinas, proditiones, & assassinia, quę plerumque, ob indigentiam pecuniarum committi solent; quemadmodum videmus etiam in simili, quòd tollerantur meretrices ad euitandos raptus, & deflorationes puellarum, necnō alia maiora mala, cū deduobus malis minus malū semper sit eligendum, & propterea ad eas accedens puniri non potest, si tamen inter solutos agatur, *vt ait Marsil. in suo singul. 150. & Afflict. decis. 22. num. 4. & Gratian lib. 5. discept. cap. 962. num. 19 & Vasq. controu. Illustr. c. 48. n. 1. & 2.*

Quinimmò extende, quòd mulier cogi potest, & astringi ad patiendum; absque quod talis violans vlla pœna puniatur, quod tamen secus est ab illa peccati, *Decius in l. inuitus nemo, ff. de regul. iur.* sed in hoc est videndus *Boer. in decis. 317. nu. 8. Didac. variar. resolution. cap. 14. lib. 3. num. 2. cum sequen. Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 291. centur. 3. lib. 2. Clar. in § raptus, in sua praxi crimin. vers. quaro numquid pœna raptus, idem Menoch. de arbitrar. cas. 420 n. 21. & 22.*

17 Subextende id adeò esse tollerabile, vt propterea meretrix possit vice versa conuenire accedentem ad eam, vt sibi iusta merces soluatur; quinimmò illi quoque ferre testimonium permittitur, ac hęres instituti potest, nec non de suis bonis testari valet, soluta tamen eleemosyna decimæ partis illius substantiæ, & in Vrbe soluta quinta parte Conuertitis, iuxta Bullam Leonis Decimi, & Clementis Septimi, quæ quomodo sint intelligendæ, dixi superius in *conclus. 159. sub num. 9 & veluti fuit dictum à Rota in Romana, seu Florentina hæreditatis Mercurij 1. Iulij 1592. coram Card. Blanchetto, & per Seraph. dec. 939. per totam, & in alia Spoletana Optionis Veneris 4. Nouembris 1611. coram Reuerendissimo Coccino Decano, Marsil. in l. vnica, C. de rapt. virgin.* & de prædictis actionibus ad meretrices spectantibus, vide *Gratian. lib. 1. disceptat. ca. 135. num. 5. cum seqq. Capyc. in sua decis. 44. Farinac. in sua quæst. 27. nu. 56. & Riccius in sua collect. 163. par. 1* & ibi docent, quæ dicantur meretrices, & de earum pœnis, & qualitatibus, *& Menoch. consil. 18. num. 18. & Rota decis. 445. num. 2. par. 1. in recentior. idem* Farinac. *in suis fragmen. crimin. par. 2. in verbo mulier num. 391. fol. mihi 273.*

Contrarium, vt scilicet meretrix nō possit cogi ad exhibēdum corpus suū alicui ad coitum, sed quòd eam in vitam cognoscens extraordinariè puniatur, *ait Grat lib. 4. discept. c. 653. n. 51.*

Concordarē ego prædictas opiniones hoc modo, nempè, vt prima procedat attento iuris rigore, ad euitanda maiora mala, nēpè raptus, deflorationes, & crimina nefanda. Secunda verò de honestate, quia indecorum quidem, atque inhonestū videtur, vt quis mulierē inuitam carnaliter cognoscat, sed est benè verū, quòd pœna deberet esse mitis, nisi violentia esset ingens.

Cato respondidit quid hominē occidere? Item Io. Chrysost. in Matthæo dicebat, quod vsurarii pecunia est similis mortui aspidis, quia vnus percussus ab aspide quasi delectatus in somnum vadit, & ob suauitatē soporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra discurrendo, eum interficit, sic ille, qui sub vsura accipit sub tempora quasi beneficium sentit, licèt tamen vsura per omnes suas facultates discurrendo, & totum in debitum conuertendo faciat illum tandem morte Ciuili obire, & ideo scriptura sacra ait, quòd melius est pugillum cum requie, quàm vtraque manus plena diuitiis, sed cum dolore, & afflictione animi.

Infertur tertiò, quòd etiam apud Canonistas, & Iuristas, istud crimen auaritiæ, & vsuræ vocatur sceleratissimum, quia sæpè miseri pauperes grauātur, ob eorum paupertatem, & propterea vsurarii in eorum odium, nedum tenētur ad restitutionem vsurarum receptarū pro quibus eorum bona hypothecata fiunt, *vt ait Gamm. decis.* 271. Verum etiam in Regno Neapolis est illis imposita pœna publicationis bonorum, veluti testatur *Ricciùs in sua collect.* 2046. *in princip. par.* 5. *item ait de eorum pœnis* latè *Peguerr. dec.* 31. *per totam.*

Vnde ex supradictis subinfertur, quòd quamuis *Ecclesiast. in cap.* 24. dicat in iudicando esto pupillis misericors, tamen *Dauid in psalmo* 108 *ait*, scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius, & non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius.

9 Infertur quartò, quòd neque vsurarius possit testari, & ratio est, quia cum vsurarii dicantur infames à iure; idcircò illis omnes actus ciuiles sunt interdicendi, vt est factio testamenti, *vt ait Menoch. consil.* 1. *num.* 16. *& Rot. decis.* 202. *num.* 1. *& seq. inter crimin. Farinac. & Cacheran. dec.* 137. Licèt tamē testamentum reconualescat, si post illud cautio præstetur, *vt ait Garz. decis.* 65. veluti eodem modo inquisitus de hoc crimine potest sub fideiussoribus relaxari, *ait Hieronym. de Laurent. decis.* 48. *& Rota inter crimin. Farinac. decis.* 202. *nu.* 1. *& seq.*

Extende id in tantum procedere, vt propterea liceat vsurario procuratorem relinquere, qui post illius mortem cautionem præstet, quia tunc etiam reconualesceret testamentum; Secus autem succederet in testamento furiosi, siue minoris, quod non reconualescit, etiam si ætas, siue mens sana superueniret. Et ratio differentiæ ea est, quia maior defectus est in consensu, quo carent furiosus, & minor, quā ille solemnitatū in testamēto, vt est in vsurario, qui quidē non est intestabilis, sed solum prohibetur ne in illius testamento interueniant testes, quod tamen reconualescit, vt dixi, si cautio prædicto modo præstetur, veluti de veriori opinione testatur *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 79. *num.* 15. *& seqq.* & ibi plures ad id confirmandum allegat; imò si ob impotentiam restitui non possent vsuræ, tunc excusatur vsurarius, *vt ait Cacheran. decis.* 137. *num.* 2.

10 Fallit tamen in donatione causa mortis, quia tunc non habet locum, *textus in cap. quamquam, de vsur. in sexto, vt ait Gargias in sua decis.* 8 t.

11 Quod tamen declara verum, quando donatio esset facta in testamento, & interuenisset quoque Notarii stipulatio, aliàs secus, *vt ait Menoch. conf.* 11. *num.* 21. *&* 22.

Contrarium, quòd neque vsurarius possit causa mortis donare, sub ea ratione, quia dispositio *cap. quamquam de vsur. in* 6. habet locum in qualibet vltima voluntate, aliàs sæpè hoc modo diluderetur intellectus illius textus, quemadmodum etiam dicitur de statuto prohibente virum aliquid relinquere vxori, quod quidem donationem causa mortis quoque comprehendit, *dicunt Doctores allegati à Gratiano in dicto cap.* 79. *nu.* 17. & ibi plures DD. allegat, qui hanc opinionem esse veriorem, & magis animæ fauere testantur.

12 Extende illationem prædictam pari modo procedere, quando testator

post

post factum testamentum iterum vsurarum cómittat etiam si id clandestinè, & in occulto fieret, quia tunc ea cautio præstita secundum Canones non sufficeret, *vt ait Rota decis. 202. n. 1. & 2. inter crim. Farinac.*

13 Et tunc nota, quòd post obitum vsurarii testamentum illud per declaratoriam venit annullandum, cum ipso iure ille fiat inrestabilis, *vt ait Rota per Card. Seraph. in sua decis. 393. num. 4.*

Item de iure Canonico vsurariis sunt indictæ pœnæ spirituales, nempè priuationes à communione altaris à sepultura in Ecclesia, & eorum oblationes non recipiuntur, de Iure autem ciuili notantur infamia, & multa alia ponit *Catheran. dicta decis. 137. num. 2. & seqq.*

14 Infertur quintò, quòd neque Princeps possit permittere Iudæis vsuras committere, *vt ait Thesaur. in sua decis. 57. & Riccius in sua collect. dec. 2045. par. 5.*

15 Extende id in tantum esse verum, vt propterea Princeps in suis Regnis possit arbitrariè pœnas contra vsurarios imponere, *vt ait Peguer. in decis. 31. & Ricc. in collect. 372. p. 2.*

16 Sed contrarium videtur seruari in multis ciuitatibus Christianorum, & id fit ad euitanda maiora mala, nempè furta, rapinas, proditiones, & assassinia, quę plerumque, ob indigentiam pecuniarum committi solent; quemadmodum videmus etiam in simili, quòd tollerantur meretrices ad euitandos raptus, & deflorationes puellarum, necnō alia maiora mala, cū deduobus malis minus malū semper sit eligendum, & propterea ad eas accedens puniri non potest, si tamen inter solutos agatur, *vt ait Marsil. in suo singul. 150. & Afflict. decis. 2 1. num. 4. & Gratian lib. 5. discept. cap. 962. num. 19 & Vasq. controu. Illustr. c. 48. n. 1. & 2.*

Quinimmò extende, quòd mulier cogi potest, & astringi ad patiendum; absque quod talis violans vlla pœna puniatur, quod tamen secus est ab illa peccati, *Decius in l. inuitus nemo, ff. de regul. iur.* sed in hoc est videndus *Boer. in decis. 317. nu. 8. Didac. variar. resolution. cap. 14. lib. 3. num. 2. cum sequen. Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 291. centur. 3. lib. 2. Clar. in §. raptus, in sua praxi crimin. vers. quæro numquid pœna raptus, idem Menoch. de arbitrar. cas. 420 n. 21. & 22.*

17 Subextende id adeò esse tollerabile, vt propterea meretrix possit vice versa conuenire accedentem ad eam, vt sibi iusta merces soluatur; quinimmò illi quoque ferre testimonium permittitur, ac hęres institui potest, nec non de suis bonis testari valet, soluta tamen eleemosyna decimæ partis illius substantiæ, & in Vrbe soluta quinta parte Conuertitis, iuxta Bullam Leonis Decimi, & Clementis Septimi, quæ quomodo sint intelligendæ, dixi superius in *conclus. 159. sub num. 9 & veluti fuit dictum à Rota in Romana, seu Florentina hæreditatis Mercurij 1. Iulij 1592. coram Card. Blanchetto, & per Seraph. dec. 939. per totam, & in alia Spoletana Optionis Veneris 4. Nouembris 1611. coram Reuerendissimo Coccino Decano, Marsil. in l. vnica, C. de rapt. virgin.* & de prædictis actionibus ad meretrices spectantibus, vide *Gratian. lib. 1. disceptat. ca. 135. num. 5. cum seqq. Capyc. in sua decis. 44. Farinac. in sua quæst. 27. nu. 56. & Riccius in sua collect. 163. par. 1* & ibi docent, quæ dicantur meretrices, & de earum pœnis, & qualitatibus, *& Menoch. consil. 18. num. 18. & Rota decis. 445. num. 2. par. 1. in recentior. idem Farinac. in suis fragmen. crimin. par. 2. in verbo mulier num. 391. fol. mihi 273.*

Contrarium, vt scilicet meretrix nō possit cogi ad exhibēdum corpus suū alicui ad coitum, sed quòd eam in vitam cognoscens extraordinariè puniatur, *ait Grat lib. 4. discept. c. 653. n. 51.*

Concordarē ego prædictas opiniones hoc modo, nempè, vt prima procedat attento iuris rigore, ad euitanda maiora mala, nēpè raptus, deflorationes, & crimina nefanda. Secunda verò de honestate, quia indecorum quidem, atque inhonestū videtur, vt quis mulierē inuitam carnaliter cognoscat, sed est benè verū, quòd pœna deberet esse mitis, nisi violentia esset ingens.

Ooo 2 Sed

18 Sed tenendo illam secundam opinionem extende eam in tantum procedere, vt proprerea liceat aliquando Episcopo tollerare concubinarum in clerico, ob metum maiorum malorum, & quando id permitti possit, *ait Riccius in sua praxi variar. resolut. resolut. 23.*

19 Infertur sextò, quòd in huiusmodi crimine possit procedi instante fisco desistente parte, *vt ait Minador in sua decis. 39. & est etiam Pragmat. 4. Regni Neapol. tit. de vsur. Peguer. decis. 55. & Ricius in dicta collectan. 2045 versic. 2.*

20 Infertur septimò, quòd neque consuetudo fœnerandi per vsurariam prauitatem à pœna temporali excuset, *vt ait Peguer. dec. 34. & pulchrè Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 137. per totum, & Rota decis. 84. num. 1. & 2. inter crimin. Farinac. Mohedan. dec. 45. & Rota per Gregorium decis. 310. nu. 5. & 6. Put. decis. 457. lib. 2. & Rota in Oriolen. Iuris conferendi 19. Nouembris 1576. coram Card. Blanchetto.*

21 Contrarium, quòd scilicet consuetudo ab vsuris excuset, si ita in loco consuetum sit, *latè ait Crauett. consil. 6. num. 78. & num. 103. Gratus consil. 39. & 49. lib. 2. Natta consil. 498 nu. 24. cum seqq. & Rota in Romana Societatis 2. Iunij 1570. coram Card. Lancellotto, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 2. & in Foroliuien. Census corā Orano, quæ est inter dd. crim. Farinac. decis 43. per totum.*

22 Et tenendo hanc secundam opinionem Amplia hic obiter eam primo procedere, etiam in consuetudine falsum fabricandi, quæ Notarium excusat, *vt dicunt Hostiens. Butr. Ioan. Andr. Alexand & alij allegati à Seraph. in d. priuil. 137. num. 3.*

23 Et ratio ea est, quia consuetudo facit licitum, quod antea erat illicitum, *vt fuit dictum à Rota in Foroliuien. Census Lunæ 13. Nouembris 1589 corā Orano, quæ est d. decis. 43. inter crim. Farinacc.*

24 Amplia secundò idem procedere in homicidio, à quo quis excusatur, si verbi gratia, alium pugillo interficiat ludendo, si ita tamen consuetum esset in loco pugillis ludi, prout Senis fieri soler, *veluti testatur Capoll. in cons. 30 & 31. & alij allegati à Seraphino in d. priuil. 137. num 4.*

25 Amplia tertiò, vt consuetudo excusset quoque blasphemantem à pœna, veluti quoque facit iracundia, si tamen à iusta, & graui causa proueniat, aliàs secus, *vt ait Natta consil. 498. num 24. & 25. lib. 3. Papiens. in pract. libel. in forma inquisitionis, vers. sic. contrectando, & amouendo, Farinacc. in sua prax. crimin. quæst. 20. num. 47. par. 1.*

26 Limita tamen prædicta non procedere in consuetudine peierandi, quæ peierantem non excusat à pœna periurii, quod est secundum delictum post idolatriam, & est homicidio grauius, *vt dicunt Doctores allegati à Seraph. in præcitato priuil. 137. num. 7.*

27 Limita secundò, & declara prædictas ampliationes procedere quoad pœnam ordinariam, At secus, quoad extraordinariā, à qua vnus ex prędictis modis delinquens excusari non potest, veluti neque huiusmodi contractus validitas sustineri potest, ob vsuram, licèt secus, vt dixi, quoad pœnę euasionem, & sic huiusmodi limitatio pro concordantia prædictarum opinionum inseruire poterit; nempè, vt prima procedat quoad euasionem pœnæ ordinariæ. Secunda verò quoad extraordinariam, *vt fuit latè deductum à Rota inter crimin. Farinacc. decis. 2. & decis. 84. idem Seraphin. in præcit. loco, num. 7. & seq. & Natta dicto cons. 498. lib. 3.*

Secus autē vbi essemus in blasphemante Deum, qui si fecit pœnitentiā confitendo peccatum suum confessori pœnam non patitur, si statutum dicit, quod habens pacem ab offenso nō puniatur, *vt ait Vrsil. dec. 36, nu. 4.*

28 Infertur 8. quòd neq. vsura possit à sponte dante solui, nec minus à Papa remitti, cum id sit prohibitum de iure Diuino, *vt ait Rota dec. 96, nu. 1. inter crimin. Farinac.*

29 Extende φ neq. propterea vsuræ transeant in dominium recipientis ex cōi Theologorū, & Canonistarū sententia, *vt ait Rot. penes Farinac. dec. 189. n. 2.*

Et

Et sic moltò minus vsurę vsurarũ exigi possunt; & ratio est, quia onus oneris, neque multiplicatio specialium datur in iure; nam speciale est, immò principiis naturæ repugnat vsura, sed solum per quandam fictionem tolleratur: vnde vna fictio aliam fictionem non gignit, & prædicta procedunt etiam, si vsuræ vsurarum fuissent redactæ in sortem ex noua conuentione, quasi, quod tali casu censerentur de nouo breui manu mutuatæ, quia id non præsumeretur euenire ex spontanea voluntate debitoris, licet id quoque non sufficeret (vt superius diximus) sed potius ex callida fœneratoris ingluuie, & illius studiota auaritia in fraudem prouisionis legis prouenire, nam veluti est prohibita vsura vsurarum, ita etiam videtur prohibitus omnis modus, per quem indirectè, & fraudulenter daretur occasio fœnerandi, quamuis tamen secundum communiorem opinionẽ; secus sit dicendum de interesse alterius interesse, quia illud debetur, si tamen vti lucrum cessans petatur, & illud fuerit probatum, iuxta requisita. *Castren. in l. 3. §. ratione, ff. de eo quod cert. loco*, veluti latè, & pulchrè fuit decisum a Rota, omnibus contrariis respondendo in *Romana Vsurarum Mercurij 13. Iunij 1629. coram Merlino*. Sed est bene verum, quod *Afflict. in sua decis. 291. num. 2. & ibi Vrsil. in fine* dicunt, prædictam conclusionem non habere locum, quando vsurę deuenerint ad notabilem summam, quia tali casu non dicuntur vsurę vsurarum. Item *Caualcan.* ait, easdem deberi, quando illę fuerunt calculatę, & ad creditum positæ in sua *decis. 21. num. 30.* & sine difficultate dictas vsuras vsurarum pupillis deberi, ait *idem Caualcan. de tut. & curat. allegando Laurent. de Pina, & alios in d. decis. 21. siue 2. ferè per tot.* Quod tamen intelligd verum probata negligentia, culpa, & dolo administratoris, quia tunc absque vlla interpellatione debentur: nam ille ex se tenetur eorum pecunias ad honestum lucrum ponere, *vt ait Gratian. lib. 2. disceptation. cap. 240. num. 12. & 14. & Rota decis. 142. num. 6. inter criminal. Farinacc. & Surd. decis. 326. num. 75.* Item, ad hoc, vt vsuræ vsurarum dentur ex aliis casibus, quid sit faciendum vide *Gratian. lib. 5. disceptat. cap. 987. num. 10.*

30 Infertur nonò, quòd istud iudiciũ merè Ecclesiasticum dicatur, ita vt, si dubitatio oriretur, an contractus sit vsurarius nec ne, tunc huiusmodi cognitio Iudici Ecclesiastico remittenda venit, *vt ait Gamma decis. 194. Peguerr. decis. 30. & Rota decis. 16. num. 7. inter dictas criminal. Farinac. & ad id multos Doctores allegat Azor. par. 3. institut. moral. lib. 5. cap. 18. fol mihi 449.*

31 Sed est benè verum, quòd interim debet supersederi in causa, donec quæstio fuerit terminata, veluti ita sæpius fuisse decisum, testatur *Vincentius de Franch. dec. 189. Gamma dicta decis. 194. & Franeisc. Marc. decis. 185.* Quod tamen secus esset, quando ageretur interdicto retinendæ, quia tunc vsuræ exceptio manutentionem non impedit quamdiù sui per validitate contractus discutiatur, *vt ait Rota per Gregorium in sua dec. 107. num. 2. cum ibi allegatis.*

32 Extende hic obiter, idem pari modo procedere in causa criminaliter intentata, in qua venit supersedendum, donec de iudicio ciuili, vbi fuit productum instrumentum cognoscatur, dato etiam, quòd causa criminalis fuerit prius intentata, *vt ait Rota decis. 217. num. 1. & 2. inter crimin. Farinacc. Afflict. decis. 103. Grammat. decis. 66. Capyc. decis. 25. Put. decis. 268 & prius dec 93. num. 4. lib. 1.*

Possunt tamen istæ opiniones hoc modo concordari, veluti dixi in verbo Actio criminalis, in *conclus. 35. ferè in fi.* & sic, ꝙ prima procedat, quã actio ciuilis criminali præiudicat, veluti, quia criminalis ab illa ciuili depẽderet; quo casu esset in criminali supersedendum, donec de ciuili discuteretur, *vt ait Franc. Marc. decis. 497. n. 3 in fi. p. 1. Rota in Romana Stochi 9. Mart. 1598. coram Gypsio, alleg. à Grat. lib. 2. discept. c. 394. num. 23.*

Secunda verò opinio procederet, qñ è contra, nempè vbi essemus in causa ciuili à criminali dependente, & sic, qñ criminalis ciuili præiudicaret, & ad hoc, vt dicatur talis opus est, vt, si verbi gratia, fuerit intentata accusatio falsi in causa criminali, & tunc, ne dum accusatio debet intentare contra partem principalem; verum etiam contra testes, quia non sufficeret contra vnum ex illis tantum querelam porexisse, veluti ita distinguendo testatur de communi *Rota in dec. 206. n. 2. & 5. par. 2. diuers. & ita quoque ait Affl. decis. 103. & 229. Peregr. dec. 295 lib. 2. & prius dec. 135. n. 4. Put. dec. 93. lib. 1. & ibi latè in hac materia Cas. de Grass. dec. 92. altàs dec. 3. num. 1. & 2. de except. & Grat. ibi supra num. 22.*

Item causa ciuilis diceretur criminali præiudicialis, & è contra, quando sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia, *vt latè fuit deductum in Romana Iurisdictionis 1. Iunij 1616. coram Buratto, & prius in Oxomen. Archidiaconatus 21. Februar. 1614 coram eodem*, sed in hac materia omninò videndus est *Farinac. in sua quæst. 100. per totam.*

Et prædicta, quę fuerunt dicta de causa criminali de falso intentata ciuili non pręiudicare, neque in ea supersedere facere, non procederent, si ius totius causę ciuilis consistat in probatione accusata, *vt ait Rota per Buratt. dec. 47. num. 1.*

33 Contrarium tamen & sic, quòd crimen illud vsuræ sit mixti fori, & quòd propterea ab vtroque Iudice possit puniri, *ait Franc. Marc. dec. 536. par. 1. per totam, Osasch. decis. 117. Gayll. obser. dec. 9. lib 1. & Riec. collect. 1384. p. 4.*

34 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, vt potè, si Princeps secularis illud crimen sub pœna non prohibuisset, & præsertim, quando essemus in interdicto retinendę, quia tunc non esset supersedendum per vsurę exceptionem Secunda verò, quādo secus. *vt ait Osasch. dicta decis. 137 & Riccius collect. dec. 1078. par. 5.*

35 Rursus concordare possumus, quòd prima opinio procedat, quando dubitatur de substantia contractus, nempè si sit vsurarius, vel nōn, quia tunc solus Iudex Ecclesiasticus cognoscit, cum hæc sit determinatio peccati, & propterea Episcopus in hoc potest pœnitentiam Canonicam, & sic excommunicationis pœnam imponere, quæ dicitur peculiaris vsurarij in foro Ecclesiastico, *vt ait Azor. alleg. sub num. 30.* Secunda verò opinio procedit, quando dubitaretur de viribus contractus, sed de facto, an scilicet sit solutum, vel non solutum, quia tunc id peti potest coram iudice seculari, & præsertim, si notoriè de vsura constaret, quia tunc nō dicitur de vsura, sed de vsurarii criminis correctione cognosci, *vt pulchrè ait Franc. Marc. d. dec. 536. nu. 7. cum seqq. p. 1. & bene Gram. dec. 194. n. 1. & dec. Pedem. 137. & Lupus de vsur. 9. 4. nu 8* Vnde ad id nota, q vsura in illius odium probatur per testes singulares, necnō per eos, qui sub vsuris receperunt, *vt ait Affl dec. 20. num. 9.*

Amplius concorda, vt prima opinio procedat absque difficultate, qñ esset clericus, qui vsuras commisisset. Secunda verò, quando secus, vt colligitur ex doctrina *Azorij superius alleg.*

36 Infertur decimò, quod contractus in dubio pręsumatur potius fœneratitius, quàm licitus, *vt ait Rota dec. 67. par. 1. diuers. alleg. à Riccio*, licèt male more solito in *dicta collect. 1078.*

37 Contrarium, quòd scilicet contractus in dubio licitus, & non vsurarius præsumatur, & quod propterea vsura ab allegante sit probanda, *ait Rota dec. 6. n. 7. & Cacher. dicta dec. 137. in prin. & per Card. Seraph. dec. 616. nu. 3. Menoch. consil. 343. num. 1. Roland. consil. 98. num. 8. lib. 4. & prius consil. 40 lib. 2. idem Menoch. consil. 109. num. 3. Caualcan. decis. 1. num. 91. par. 2. & Rota in dec. 304 num 6 par. 2. in recen. & dec. 340. num. 1. & prius decis. 229. num. 2. par. 1. diuer.*

38 Concorda tu tamen, vt prima opinio procedat fauore animę, & sic in foro interiori. Secunda verò procedit quoad forum exterius, *vt ait idem Menoch. d. consil. 109. num. 24 & 27 Caualcan. dicta dec. 1. num. 102. & 103. & Seraph. de priuil. iur. priuil. 74. n. 130.*

39 Primam autem opinionem tenendo

do, Extende primo eam multò magis procedere, quando aliqua præsumptio vrgeret in contrarium, *vt ait Menoch. d. conf. 109. num. 26. & Caualcan. decif. 1. num. 94. cum feqq. par. 2.*

40 Extende fecundò, quòd contractus dicatur talis, quando, verbi gratia, emptio redditus solitum modum excederet, *vt ait Papo. lib. 12. arrest. 8. Gayl. obser. 5. n. 10. lib. 2. Caualcan. dec. 14 par. 2. & in decif. 13. de contract. d. par. 2.* docet, quando contractus dicatur vfurarius, licèt fub nomine emptionis, & venditionis fuerit celebratus; itè multa ait in hac materia, *Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 17. 18. 19. & 20. tomo 1.*

41 Extende tertiò, quòd contractus reputetur illicitus, vbi à Principio intereffe fuit taxatum, *vt ait Iaffred. in fua decif. 355.*

42 Subextende id in tantum effe verum, vt propterea de eo nulla fit habenda ratio, tam de Iure Canonico, & Ciuili, quàm etiam Diuino, *vt fuit decifum à Rota in Romana Vfurarum 16. Decembris 1569. coram tunc temporis Decano, allegata in alia Romana Societatis Veneris 16. Aprilis 1591. coram Card. Blanchetto, & eft decif. 2. num. 1. inter crimin. Farinac. & ibidem dec. 16. nu. 7.*

43 Declara tamen primò, eam extenfionem non procedere, quando intereffe à principio taxatum effet iuftum, & verifimile, & quando mora debitoris intercederet, fiue effemus in folito negotiari, & pecunias ad honeftum lucrum dare, quia tunc etiam in contractu mutui poreft intereffe à principio taxari, *vt ait Vrfill. ad Afflict. decif. 20. num. 3. & Rota in vna Spoletana Vfusfructus Lunæ 13. Martij 1589. coram Cardin. Mantica, quæ eft in eius impreffis decif. 53. num. 2. & in Romana Releuationis indemnitatis, feu pecuniaria Mercurij 9. Iulij 1604. coram Cardin. Lancellotto Iuniore, & Rota decif. 96. num. 2. inter crimin. Farinac. & decif. 331. n. 3. & 4. par. 1 in recentior.*

44 Subdeclara tamen id, quod fuit dictum de mora neceffaria, ad hoc, vt vfuræ debeantur, non procedere, qñ effemus in vfuris pupillaribus, quia illæ abfque mora, & interpellatione debentur, fed eft benè verum, quòd prædictæ vfuræ non debentur, nifi prius probata negligentia, culpa, & adminiftratoris dolo, *vt ait Gratian. lib. 2. difcept. cap. 240. num. 12. & 14. Caualcan. in decif. 2. & 21. num. 30. idemque ait in fuo tract. de tut. & cur.*

45 Declara fecundò eam extenfionem non procedere, quando potentia propinqua lucrandi, fiuè inueftiendi pecunias, fuerit probata, quia tunc intereffe illud meritò veniret foluendum; animaduertendo tamen, quòd ifto cafu non fufficeret allegare, quòd fimus in loco, in quo paffim pecuniæ dentur ad lucrum, fiuè inueftiantur, & fic in Ciuitatibus Infignibus, veluti Romæ, Venetijs, Genuæ, & in fimilibus, quia id in fpecie uenit probandum, *vt fuit dictum à Rota in decif. 7. num. 2. & dec. 331. n. 1. & decif. 362. n. 2. inter crim. Farinac. & Seraph. dec. 186.*

46 Fallit tamen, quando proteftatio fuiffet facta de habendo promptam occafionem inueftiendi, cum fide Notarii, nec non depofitiones proxenetarum in actis adeffent, quia tunc ca etiam non citata parte habente intereffe fufficeret, neq. tūc eft neceffaria expreffio nominum vendere volentium, cum in huiufmodi vēditionibus non foleant nominari perfonæ, quæ vendere volunt, *vt ait Rota per Card. Seraphin. d. decif. 186. & decif. 714. n. 2. Rota Genuen. dec. 37. Afflict. decif. 2. & ib Vrfill. & Put. decif. 231. lib. 1.*

47 Declara tertiò illam extenfionem non procedere, quando effemus in mercatore negotiari folito, & quando pecuniæ non fuerunt per debitorem in tempore, fed poft moram folutæ, quia tunc damna mutuatæ pecuniæ reftituenda veniunt, iuxta *decif. Mobed 13. de vfur. & Capyc. dec. 19. Rota Genuę dec. 37. Afflict. decif. 20. & Put. d. decif. 231. lib. 1.*

48 Secus autem, qñ in mutuo fuiffet facta certa taxatio intereffe à principio, quia tunc etiam in mercatore abfque labe vfuræ illud dari non poffet, *vt ait Rota dec. 331. n. 1. p. 1. in recent.*

recent. & per Card. Seraph. dec. 599. *n.* 3. *& dec.* 1006. *n.* 5.

49 Quod tamen videtur contrariare Constitutioni Pij Quinti, quę prohibet taxari interesse à principio solùm in cambijs, non autem in alijs contractibus, *vt ait Rota in decis.* 331. *num.* 8. *inter crim. Farinac.*

50 Sed prædicta hoc modo concordari poterunt; nempè, vt prima opinio procedat attenta iuris communis dispositione; secunda verò ex illa particulari Pontificis prouisione, vt ex prædictis optimè colligere possumus. Licèt sit verum de iure, quòd vsura propriè committatur in mutuo, in alijs verò contractibus impropriè, & palliato modo teste *Hostiens. quem refert, & sequitur Castrens. consil.* 160. *num.* 1. *lib.* 1. *Menoch. in consil.* 109. *nu.* 4. *Scacc. de Iudic. caus. ciuil. & crim. cap.* 9. *num.* 142. *& seqq. & Rota decis.* 16. *num.* 1. *& decis.* 177. *num.* 1. *& decis* 235. *num.* 4. *inter criminal. Farinacc.*

51 Declara quartò non procedere ad fauorem matrimonii, pro quo possumus interesse à principio taxare, *vt ait Rota in decis.* 331. *num.* 5. *par.* 1. *in recentior.* & eodem modo possent à Vidua vsuræ dotales recipi, quando fecit quicquid potuit pro suæ dotis exactione, *vt ait Surd. dec.* 345. *nu.* 17.

52 Declara quintò pari modo non procedere, quando taxatio esset facta pro commodo rei fructiferæ, quia tūc ad hoc, vt res, & pretium penes eundem non extet, dicta taxatio non esset vsuraria, sed honesta, *vt ait Rota in dicta decis.* 331. *num.* 2. *&* 5.

53 Subdeclara tamen id esse verum, quādo agitur de re fructifera, & quòd fructus ad interesse ascenderent, & ei æquiualerent, *vt ait Rota dicta decis.* 331. *num.* 4.

54 Tenendo autem secundam opinionem extende eam primò tantò magis procedere, quando ratio fœnoris cessaret, quia tunc contractus licitus, sed non vsurarius censeretur, cum dolus absque spe alicuius lucri numquam sit arguendus, *iuxta tradita per Menoch. in consil.* 343. *num.* 7. *&* 8. *cum alijs ibi per eum allegatis, & prius in consil.* 109. *Card. Seraphin. dec.* 616. *n.* 3. *Caualcan. dec.* 1. *n.* 91. *Rot. dec.* 304. *n.* 6. *par.* 2. *in rec. & dec.* 340. *n.* 1. *& prius decis.* 229. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & Magon. decis.* 49. *Rotæ Lucen. & Rota in Romana Nullitatis obligationis Lunæ* 27. *Iunij* 1605. *coram Ortembergo.*

55 Extende secundò, quando contractus esser publicè, & palàm, necnon inter nobiles personas celebratus, quia tunc omnis suspicio sinistra remouetur, *vt dicunt Doctores allegati à Menoch. in dicto consil* 343. *num.* 9. *&* 18. *& Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 679. *num.* 27. *& Rota decis.* 43. *num.* 2 *inter crimin. Farinac.*

56 Extende tertiò idem procedere, quando vrgente necessitate fuerit celebratus contractus, quia tunc fœneraritius non præsumeretur, *vt ait Menoch. in præcit. loco num.* 12.

57 Sed animaduertendum tamen erit, quòd coniecturæ sufficiunt pro præsumenda vsuraria prauitate, *vt ait Menoch. & alij in dicto consil.* 343. *nu.* 19. Itē quales sufficiant, *docet Rolan. consil.* 40. *&* 96. *lib.* 2. Immò, quòd vsura probetur per testes singulares, & per eos, qui sub vsuris receperunt, superius dixi sub illatione 9. *vers. Rursus in fine, num.* 35. *& veluti ait Afflic. dec.* 20. *num.* 9.

58 Infertur vndecimò, quòd contractus vsurarius dicatur, quando pœna adijciatur dationi quantitatis, *vt ait Franc. Marc. dec.* 411. *& Rota in vna Romana Contrauentionis* 3. *Martij* 1570. *coram Orano, & in alia Romana Casalis Marsigliani* 19. *Iunij* 1587. *coram Card. Seraph. qua est in eius impressis dec.* 819.

59 Declara tamen non procedere, quando ageretur pro rata interesse, quia tunc licitè posset ea exigi, quatenus dictum interesse concurrat, *vt ait Rota ibi supra, Afflict. dec.* 139 *Thesaur. decis.* 79. *Balb. decis.* 355. *& & Rota dec.* 371. *par.* 1. *nouiss. diuers.*

60 Declara secundò dictam illationē non procedere iuramento concurrente, quia tunc non solum, quis tenetur obseruare promissa, cum illud habeat vim illius clausulæ rato manente pa-

cto, vel etiā teneretur ad illius pœnę conuentæ præstationem, nec non pacti obseruantiam, *vt ait Seraphin. de priuil. in priuil.* 85. *num.* 1. *Vitallin. de camb.* §. *Clausula Rato manente pacto, num.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 7. *num.* 13. *tit.* 5. *in* 2. *par.*

61 Declara tertiò non procedere, quādo pœna esset adiecta facto, quia tunc tollitur suspicio vsuræ; at secus si esset adiecta quantitati, *vt ait Surdus in sua decis.* 259.

62 Et nota, quòd semper vsuræ præsumptio cessat, vbi alia præsumptio capi potest, *vt ait Rota decis.* 16. *nu.* 7. *inter crim. Farinac.* Et in omnem euentum vsura per eum, qui illam allegat, probanda venit, *Rota penes eundem Farinac. in d. decis.* 16. *eodem num.* 7. *& in hoc viden. est Afflict. decis.* 65. *& Capyce. dec.* 175.

63 Infertur duodecimò, quòd contractus dicatur vsurarius, quando fuit facta venditio cum pacto redimendi, cum modicitate, precij, licèt contrahens non sit solitus fœnerari, dummodo tamen modicitas precij esset vltra dimidiam iusti valoris, *Affl. dec.* 65. *Gram. decis.* 76. *Cassad. dec.* 1. *de vsur. Osasc. dec.* 41. *Boer. dec.* 102. *Rot. Burgundia, Cornazan. decis.* 41. *Rota Lucen. vbi ait* hanc opinionem sine difficultate in Rota Florentiæ transire, *Misinger. obseruat.* 92. *centur.* 3. *Cam. Imper. Franc. Marc. decis.* 484. *par.* 1. *Ant. Faber. in decis.* 7. *tit. de vsuris*, vbi vult aliquam simulationis præsumptionem debere concurrere, *Capicc. decis.* 144. *& Cacher. dec* 142.

64 Contrarium, quòd scilicet in præsumendo vsuram in venditione facta cum eo pacto redimendi, sit necessaria, vltra modicitatem pretii, quoque fœnerandi consuetudo, *ait Grattan. lib.* 2. *discept. cap.* 258. *num.* 1. *cum seqq. Honded. cons* 33. *n.* 93. *cum. alijs ibi per eos allegatis.*

65 Concordari tamen possunt huiusmodi opiniones hoc pacto, nempè vt prima procedat, quando pactum illud redimendi fuit ad certum, & determinatum tempus limitatum. Secunda verò procedit, quando non ad certum tempus, sed indefinitè, & quandocumque illud fuerit appositum. Et ratio istius differentię in eo consistit, quia pactum, quando adimit facultatem redimendi post certum tempus, tunc fit valde legibus de vsura suspectum, illud verò quandocumque fit illis amicum, itaut illud æquipolleat quoque adminiculo, vt quis non sit solitus fœnerari, & propterea videmus etiam, quod, quando sumus in 1. casu, tunc illud pactum, vti de fœnore suspectum rem venditam de pretio non diminuit, veluti facit è cōtra illud pactum, per quod venditor rem venditam quandocumque redimere potest, *vt optimè distinguendo ait Rota in decis.* 240. *num.* 3. *& decis.* 256. *inter crimin. Farinac.*

66 Et in omnem euentum ad hoc, vt quis solitus fœnerari dicatur, opus est vt per triennium tenuerit altare paratum ad mutuandum, *iuxta tradita per Menoch. cons.* 343. *n.* 43. *cum ibi alleg. Osasch. dec.* 72. *Affli. dec.* 92. *& Capyc. dec.* 19.

67 Infertur 13. quòd vsura illud dicatur, quod ob dilatam solutionem tribuitur, *vt fuit dictum à Rota in Romana Fructuum* 11. *Decembris* 1602. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impressis decis.* 80. *num.* 2. *& decis.* 72. *num.* 1. *par.* 2. *in recentior.*

68 Extende, quòd neque vsuræ dotales debeantur, quando fuit data dilatio ad soluendum, *vt fuit dictum in Perusina, siue Ciuitatis Castelli dotis Lunæ* 30. *Ianuarij* 1612. *coram eodem Gregorio qua est in eius impressis dec.* 573. *n.* 6. *licet secus in casibus quos ego adduxi sub nu.* 51.

69 Subextende idem quoque procedere in materia fructuum debitorum ex æquitate, *L. curabit, C. de act. empt.* quia illi tunc non debentur, quando fuit concessa dilatio ad soluendum alicuius rei emptæ pretium, *Rota per eundem Gregor. in sua decis.* 297. *nu.* 2. *& ita quoque fuit dictum in Asculana pecuniaria* 11. *Dec.* 1606. *coram Coccino, qua est in eius impres. dec.* 320.

70 Declara tu tamen illud procedere, quandò dilatio contineret certum, & determinatum tempus ab initio, at secus, quando ea incerta, & indeterminata

minata foret, & quæ de sui natura quãto citius veniret implenda, veluti ita distioguendo, *fuit dictum à Rota in Romana Casaletti* 20. *Iunij* 1611. *coram Card. Sacrato*.

71 Extende secundò, & è conuerso pari modo procedere, nempè, vt solutio facta pro arrenda anticipata solutione, faciat contractum esse vsurarium, *vt fuit dictum à Rota per Card. Seraph. in sua decis.* 616. *num.* 2. Sed ad hoc vide quæ dixi supra *conclus.* 145. *num.* 47. *in verbo Arrendamenta*.

72 Infertur decimoquartò, quòd contractus etiam vsurarius dicatur, quando dantur animalia, vt dicitur à Socida, cum pacto, vt capitale restituatur saluum, quemadmodum etiam dicitur de pacto adiecto in societate, vt pecunia in ea posita salua reddatur, *vt ait Rota decis.* 137. *num.* 3. *&* 4. *inter criminal. Farinacc. vbi ait* secus esse, si diceretur, vt capitale redderetur pro ut in fine societatis extrabit, *vt dicunt Doctores ibi allegati*. Et super prædictis facit Constitutio Sixti Quinti super contractibus societatum ad caput saluum edita, quæ prorsus damnat eas societates, quæ fiunt, vt capitale pecuniarum, siue animalium saluum reddatur, etiam si iuramentum, siue cameralis obligatio intercedat, et est etiam *decisio* 773. *num.* 6. *par.* 2. *in recent. & decis.* 558. *num.* 11. *par.* 1. *& veluti dixi in conclus.* 108. *sub num.* 20 *vbi recurras in hac materia. & Viuius in sua decis.* 142. *Afflict. decis.* 39. *Ioseph Ludouic. decis.* 10. *Rota Perus. &* veluti dixi in verbo Animalia, *concl.* 108. *num.* 1. *cum seqq.* vbi recurras, & ibi distinctionem inuenies.

73 Infertur decimoquintò, quòd neq. fœminæ excusantur, ob sexum, quando faciunt contractum vsuræ ad effectum percipiendi fructus, quia tunc, nec etiam bona fides potest operari illorum acquisitionem esse licitam, cũ ipso iure, ex Bulla præsertim Pij Quinti fructus census in contractu vsurario computentur in sortem, *vt fuit dictũ à Rota in Romana Census de Mutinis Mercurij* 10. *Decembris* 1602. *coram Card. Sacrato, quæ est decisio* 189. *num.* 1. *cum seqq. inter crim. Farinac. & Cardin. Seraphin. dec.* 1006. *num.* 8.

74 Extende primò prædictam illationem adeò esse verã, vt propterea causa vsurarum non solum bonam fidem, & æquitatem non recipit, sed nec etiã præscriptionem admittit, *vt fuit dictũ in dicta Romana Census de Mutinis coram Card. Sacrato, quæ est inter crimin Farinac. dec.* 189. *num.* 3.

75 Extende secundò, quòd pactum appositum in censu, quòd si res perierit, super qua census imponitur, intelligatur super aliis rebus extantibus impositus dicitur vsurarium, *vt fuit dictum à Rota per Card. Seraphin. in dec.* 1418. *num.* 1.

76 Extende tertiò pari modo procedere in eo pacto, per quod pecuniarum restitutio in arbitrium emptoris conferatur, quia illud diceretur vsurariũ, & ipso iure redderet censum nullum, cum illud sit contra substantiam census, ita vt fructus exacti, isto casu in extinctionem sortis cederent, *vt fuit dictum à Rota per Card. Seraph. in sua decis.* 1006. *num.* 4. *cum seqq.*

77 Subextende illam tertiam extensionem quoque procedere in pacto per quod venditor census teneatur arbitrio emptoris sortem principalem restituere; quia census quoad eum debet esse perpetuus, licèt respectu venditoris sit temporalis, & ideò neque à principali creditore, neque à cessionario sors pati põt, *vt sæpè fuit decisum à Rota, & præsertim per Card. Cauallerium decis.* 539. *num.* 3. *& in decis.* 670. *num.* 3. *par.* 1. *in recentior.* Et istud pactum esse fœneratitium, *ait Azorius mox allegandus fol. mihi* 775. *ver. quarto quæritur. p.* 3.

Secus autem vbi essemus in pacto, vt per venditorem possit census in parte extingui, quia tunc iuxta Constitutionem Martini Quinti, & Calixti Tertii huiusmodi facultas conceditur venditori, vt pro parte census extinguatur quamuis illud pactum, quod in totum, & non in parte extinguatur census nõ sit à iure improbatum, *vt ait Azor. in* 3. *par. instit. moral. lib.* 10. *cap.* 17. *tit. de decimaseptima conditione census, fol.* 774. *vbi ad partes hanc materiam examinat.*

Infer-

78 Infertur decimosextò, quòd vsuræ exceptio executionem obligationis cameralis impedit, quando ea est clara; at secus quando dubia, veluti eodem modo dicitur de instrumento iurato, *vt fuit dictum à Rota in decis. 540. num. 10. & 11 par. 2. in recent.*

79 Fallit tamen primò, quando essemus in illa exceptione vsuræ, quæ altiorem indaginem requireret, veluti si ageretur de impedienda executione alicuius laudi iuramento, & camerali obligatione vallati, quia tunc dubia exceptio vsuræ executionē nō impediret; licèt secus, vt dixi, qñ esset clara, vt fuit decisum *à Rota in decis. 490. nu. 5 par. 2. in recen. & ibidem decis. 773. num. 6. & in prima parte, decis. 558. num. 11. & Gratian. decis. Marcb. 228. num. 14.* vbi ait, quòd iuxta constitutionē illius Rotæ §. 46. huiusmodi exceptio executionem nō impedit, præstita tamen per exequi volentem idonea cautione de restituendo in casu succūbentiæ in vim litterarum Iulij Papæ II. quarum uis, & effectus ad alios casus, etiam similes extenditur, vt ait idem *Gratian. in decis. 4. in fine.*

80 Fallit secundò, quando ea admitteretur contra promissionem iuratam de soluendo, quia tunc ad eam retardandam exceptio debet esse clara, alias secus, *vt ait Rota in d. dec. 558. num. 11. par. 1.* Et ad id fuit facta dicta constitutio Sixti V. super contractibus societatum ad caput saluum, etiam si obligationes essent iuratæ, necnō obligatione camerali munitæ.

81 Vltimò nota, quòd vsuræ solutę repeti possint, etiamsi à sponte dantibus fuissent solutæ, vt ait *Rota decis. 96. num. 1. inter crimin. Farinac.*

82 Quod quidem amplia procedere, etiam si soluens eas titulo donationis remisisset, quia tunc illas remisisse præsumeretur, vt gratiosiorem, ac humaniorem inueniret creditorem in exigendo, vt ait *Surd. in dec. 328. n. 4.*

83 Fallit tamen, quando essemus in vsurario, siue in illius hęrede, qui vellet contra alium vsurarium eas repetere, siue si de illis non soluendo exciperet, quia tunc, si prius ille vsuras non restitueret, non valeret se huiusmodi actione, siue exceptione se defendere; Sed tunc vnus posset alteri dicere, Medice cura te ipsum, vt in terminis ait *glos. in cap. Michael Laicus de vsuris,* & ratio ea esse videtur, quia mores, quos quis in se approbat, non potest in alijs reprobare, aliàs esset velle permittere, vt quis ex sua improbitate ius consequeretur, & sic vt dolosis beneficio iuris succurreretur, quod non est permittendum, cum delictum nunquam illud committenti immunitatē præstæt, & sic facit illa regula, quod qui committit in legem illius beneficio non iuuatur, veluti in simili dixi *in conclus. 42. num. 195. & veluti fuit decisum à Rota in vna Romana Computorum, Veneris 13. Maij 1594. coram Arigonio, & in Romana Aperitionis oris, Veneris 8. Martij 1613. corom Card. Sacrato, & in alia Romana Fideiussionis de repræsentando, 3. Iulij 1617. coram Coccino Decano.*

ARGVMENTVM.

DE AVCTORITATE CAPITVLI Sede vacante.

CONCLVSIO CLXII.

1 CAPITVLVM nota, quòd Sede vacante per mortem Ordinarij succedit in omni iurisdictione, quæ ipsi Ordinario competebat, tam in spiritualibus, quàm etiam in temporalibus, vt fuit dictum *à Rota in decis. 346. num. 2. par. 1. in recent. & in 1. par. decis. 632.*

2 Extende primò procedere etiam in iure visitandi, in quo succedit Capitulum mortuo Episcopo, vt fuit dictū *à Rota in Burgen. Procurationis, 10. Martij 1587. coram R. P. D. Orano, & Maynard. in sua decis. 22. lib. 3.*

3 Extende secundò pari modo procedere in Capitulo Collegiatæ Sede Abbatiali vacante, quod in iure visitandi suo Prælato spectante succedit, Imo id extende etiā procedere, quando ius visitandi Abbati mortuo ex iure præscriptionis, vel ex priuilegio compe-

competebat, *ut ait Rota in dicta decis. 346. num. 4. & 5. dicta par. 1. in recentior.*

4 Extende tertiò, quòd possit litteras dimissorias, siue Reuerendas concedere post annum vacationis Sedis, *vt pulchrè ait Sayr. in decis. 65. de tempor ord. quod facit ad Concil. Trid. in sess. 7. cap. 10. de reform.*

5 Extende quartò procedere ne dū in collatione beneficiorum, verum etiam in institutione præbendæ pœnitentialis, *iuxta Concil Trid. sess. 24. cap. 8. de reform. & dictus Sayr. dec. 1. ne sed. vacan.*

6 Extende quintò, quòd Capitulū habet auctoritatem concedendi licentiam Episcopo exercendi iurisdictionem in sua Diœcesi, *vt ait Monald. decis. 39.*

7 Extende sextò, quòd possit illegitimos ad ordines minores dispensare, *vt ait Sayr. decis. 34. de tempor. ordin.* quod inseruire potest ad limitandum *text. in cap. 1. de fil. presbyt. in 6.*

8 Declara tamen, quod Capitulum tenetur reddere rationem successori de administratis Episcopi sede vacante, & tunc, quòd computator Capituli, siue illius libri probent contra Capitulum, & pro Capitulo, *fuit dictum in Hispalen. Voti 11. Decembr. 1613. coram Manzanedo, & postea in eadem Veneris 4. Iunij 1621. coram Buratto.*

ARGVMENTVM.

DE AVCTORITATE CVratoris in rebus, & actibus minoris adhibenda.

CONCLVS. CLXIII.

1 ACTVS quilibet per minorem factus, absque auctoritate Curatoris regulariter redditur nullus, *vt vbique Doctores loquuntur, & veluti latè dixi in verbo Alienatio minoris, & mulieris, vbi recurrere poteris.*

2 Declara tamen primò non procedere, quando minor torqueretur, & ratio est, quia tortura non infertur ad solemnizandum iudicium, sed ad veritatem indagandam, *vt ait Ricčius in sua decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 38. & de hac materia plura inuenies apud Farinacium in sua praxi de indit. & tortur.*

3 Contrarium dicunt *Afflict. decis. 208. Ioseph. Ludouic. decis. 17. Rotæ Lucen. Rauden. decis. 91. Clar. in §. fin. q. 55. versic. Vlterius, & prius q. 50. Menoch. de arbitr. iud. cas. 268. num. 2. Roland. consil. 31. num. 8. & consil. 51. num. 32. cum seqq. lib. primo,* qui dicunt confessionem à minore absque auctoritate Curatoris emanatam esse nullam.

4 Primam tamen opinionem hodie de consuetudine seruari refert *idem Clar. dicta quæst. 50. in princip. & 55. in §. vlterius, & ait eum ita seruasse in iudicando, & Ioseph. Ludouic. in dec. 13. Rotæ Perusinæ, & Menoch. ibi supra num. 3.*

5 Declara secundò non procedere in confessione sponte facta in iudicio, quæ illius iudicij calore, etiam absq. solemnitatibus sustinetur; licèt sit bene verum, quòd si ex ea confessione allegauerit se fuisse læsum, tunc eidē restitutio in integrum daretur, *vt ait Afflict. decis. 208. num. primo, & est doctrina Salycet. in l. vnica, in tertia oppositione, gloss. 2. C. de confess.* Licèt *Ias.* huic conclusiōni multas fallentias adducat *in l. cum ostendimus, final. ff. de fideiuss. tut. & ibi Bart.*

Extende eam declarationem intantum esse veram, vt propterea pro actione, quæ oritur in confessione iudiciali possit officium Iudicis implorari pro illius executione, licèt in eodem territorio, sed non in alieno; nisi tamen fieret ad requisitionem Iudicis, coram quo emanauit talis confessio, *vt ait Francisc. Marc. decis. 307 num. 1 par. 1.*

6 Declara tertiò, quòd sententia ad fauorem minoris indefensi lata absq. auctoritate Curatoris valet, eo ita volente, cum iudicium claudicet ad fauorem minoris, & Ecclesiæ, *vt dixi in verbo Alienatio rei Ecclesiæ*, aliàs seque-

quereretur, quòd illa iura, quæ loquuntur de solemnitatibus ad fauorem minorum adhibendis retorquerentur in eorum odium, *Iason in l. non eò minus, C. de procurat. num. 3. & Rota per Put. decis. 2. lib. 1. & fuit dictum in vna Bononien. Census Veneris 20. Februarij 1609. coram Card. Marcomontio, quæ est decis. 177. par. 1. in recentior. sub nu. 3.*

7 Vltra, quòd nullitas numquam opponi potest, nisi ab eo, ad cuius fauorem fuit inducta, & non ab aliis, & præsertim, qui non sunt in causa, *vt ait Rota per Coccin. dec 81. num. 6. & per Card. Seraph. decis. 334. & decis. 347. & decis. 356. num. 21. viden. & postea in vna Romana Domus, & Hospitij Veneris 11. Maij 1584. coram Clemente Octauo.*

8 Declara quartò non procedere, quando essemus in sententia contra minorem lata sine curatore, ex processu cœpto per illius auctorem, quia tunc ea esset valida, *vt ait Rota per Crescentium decis. 11. de sentent. & re iudicat.*

Et ratio est, quia cũ auctor fuerit effectus Dominus litis per illius contestationem, & sic cum inde ab ipso mãdante reuocari non potuisset, ita neque ab illius hærede, in quem re non integra semper transit mandatum, *vt fuit dictum à Rota in Imolen. Bonorum Lunæ 16. Dec. 1619. corã Buratto.*

Licèt sit quoque verum, quòd procurator post litis contestationem inuitus reuocari possit ex causa iusta; & quando sit talis remittitur arbitrio Iudicis, super qua aliqualis illius cognitio, saltem summaria requiritur, si tamen procurator se opposuerit, aliàs secus, *vt ait Card. Seraph. dec. 195. n. 1. & Rot. dec. 172. n 1. p. 2. recen. & dec. 353. n. 1. par. 4. diuer. & Gratian. lib. 4. disc. cap. 618. num 19.*

Sed id, quod fuit dictum de eo, quod procurator post litem contestatam inuitus reuocari non possit, declara non procedere in causa appellationis: & ratio est, quia procurator solum censetur effectus Dominus instantiæ, non autem totus causæ, si tamẽ in mãdato non adesset illa clausula (*Releuant, &c.*) quia tunc procurator censetur per eam effectus Dominus, nedũ instantiæ, sed totius litis, & causæ, *vt fuit dictum à Rota per Coccin. dec. 319. nu. 6. & per Greg. in dec. 548. & ibi per addent. sub nu. 12. & per Card. Seraph. in decis. 180. nu. 1. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 61. num. 7. & sequen.* Veluti quoque regula non procederet, si fuisset tacitè reuocatus, at secus, quando expresè, quia tunc sine causa reuocari non posset, *vt ait Rota dec. 386. nu. 3. par. 1. recent.*

Extende id, quod fuit dictum de procuratore, qui post litis contestationem reuocari non possit inuitus à Domino, procedere etiam in aduersa parte, qua inuita illa reuocari non potest, quę, ad hoc, vt dicatur renuere sat erit, si prosequetur Iudicium cum procuratore reuocato, veluti *fuit decisum à Rota per Buratt. in sua decis. 729. num. 2. & in Rom. Pecuniaria 29. Apr. 1624 corã Manzanedo. & vide quæ in hoc dixi in verbo Aduocatus concl. 60. num. 21.*

Secus autem in casu, vbi procurator fuisset protestatus se nolle amplius comparere, & procuratorem esse, quia tunc ille in futurum legitimè citari nõ poterit, *Rota per Burat. dec. 164. n. 6.*

Contrarium licèt dixerim in *concl. 60. sub num. 21. vbi recurras.*

9 Declara quintò non procedere, quãdo tractaretur de vtilitate minoris, quia tunc auctoritas curatoris non esset necessaria, *vt ait Viuius in sua dec. 51. & multa dixi in ver. Alienatio minoris.*

Declara sextò, quando ex actis sententiæ contra pupillum, seu minorem indefensos latæ constaret nullam minori cõpetere legitimam defensionẽ, *vt fuit dictum à Rota in Ferrarien. Saluiani 5. Decembris 1614. coram Dunozetto, & in Perusina Pecuniaria 13. Nouembris 1024 coram eodem, & per Card. Caualerium in decis. 585. nu. 2. & per Gregorium XV decis. 43. num. 10. & decis. 485. num. 6. & in decis. 674 num. 6. par. 1. recentior.*

Subdeclara tamen id esse verum, dummodo notoriè constaret nullam defensionem pupilli, siue minori com-

petere; *vt fuit dictum à Rota per Gregorium XV. in dicta decis. 489. num. 3.*

Veluti eodem modo esset dicendum, si sententiæ latæ cõtra pupillũ præcessissent duę deciũones Rotales, quia Rota supplet in iure in his, in quibus partes deficiunt, *vt fuit dictum in Ariminen. fideicommissi. Mercurij 5. Maij 1621. coram Buratto.*

Sed hic erit animaduertendum, quòd quando agitur cum minore impubere, tunc citandus est illius tutor, si quem habeat, *vt ait Rota decis. 535. num. 4. par. 1. recentior.* Sin minus, erit citandus ipse minor ad legitimè comparendum, aliàs videndum sibi deputari curatorem; Nec de stylo Curiæ citantur illius consanguinei, & amici, sed sufficit solum eum prædicto modo citare, *veluti testatur Mãdos. de commiss. form. 4. in verbo ad legitimè comparendum, versic. in summa, Gratian decis. 73. num. 28. & seq. & Crescent. decis. 10. num. 4. de dolo, & contumac.*

Contrarium, quòd scilicet Curator, vel actor ad lites pupillo non detur, nisi prius citatis omnibus eius coniunctis, affinibus, & amicis ad effectum videndi, si tale munus ipsi suscipere noluerint, ad hoc, vt iudex postea illum ex officio deputet, *ait Osasch. decis. Pedemont. 89. num. 6. Gratian. lib. 4. discept. cap. 668. in fine. Mastril. decis. 73. nu. 7. & Affl. decis. 262. num. 2.*

Concordarem ego prædictas opiniones hoc modo videlicet, vt prima procedat attento stylo Curiæ, *veluti testatur Mandos. in præcitato loco.* Secunda verò procedit extra Curiam, *vt dicunt Doctores superius allegati.*

10 Sed quando quis præsumatur minor ex eo, quia Curatorem habet; tali modo erit distinguendum, nempè, vt ille in dubio minor præsumatur, nisi ex aduerso eum esse maiorem appareat, *vt ait Laffred. in sua decisione 193. & multa in hoc dixi in verbo Aetas.*

11 Extende, quòd etiam quis minor præsumatur, quando fiscus pateretur eos curatorem destinari, & tunc ei onus incumberet illum ostendere esse maiorem, ad hoc, vt eum pœna ordinaria punire posset, *vt ait Laurent. in decis. 63. Rota Auenionen & Riccius in sua decis. Curiæ Archiep. Neap. 35.*

ARGVMENTVM.

DE AVCTORITATE IN seipsum, siue de his, quæ propria auctoritate fieri possũt, vel non.

CONCLVSIO CLXIV.

1 AVctoritate propria, nota, quòd quis non potest Cõductorẽ à re locata expellere, sed benè ex auctoritate Magistratus id fieri debet, *vt ait Faber. decis. 13. C. de locat.*

2 Extende, quòd neque etiam conductor expelli possit auctore Prætore, nisi ex quatuor casibus, & primò, si res refectione egeat. Secundo, quando locator in proprios vsus relocata vti velit, si tamen huic proprio vsui nõ renunciauerit, *vt ait Rota per Burat. decis. 195. Greg dec. 68. n. 1. & Card. Mantic. dec. 30. n. 5.* Tertiò, qñ conductor in profanos vsus re conducta vtatur, veluti inducendo meretrices in eam. Quartò, & vltimo, quando suo debito tempore pensionem non soluat; si ab eo id dolosè fuerit actum, quod tamen in dubio non præsumitur, *vt ait Afflict. decis. 238. & ibi Vrsill. in addit.* & sic per cõsequens in illis quatuor casibus priuilegium inquilinatus cessat, *vt ait Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 223. & ita fuit dictum à Rota in Romana Pensionis domus coram Cardinali Sacrato, & Cardin. Seraphin. decisione 415. cum ibi allegatis.*

3 Extende id, quod fuit dictum de locatore in prædictis casibus conductorẽ è domo expellere valente è conuerso quoq. procedere, nempè vt cõductor possit à locatione resilire, ob superuenientẽ causã, veluti belli, pestis, ruinæ

ruinæ domus, necnon, ob timorem non præsumptum, sed verum malorũ spirituum, & similium, *vt fuit decisum à Rota per Burattum decis. 295. num. 1. & seqq.*

Et ratio est, quia locatoris, & conductoris par debet esse ratio ad hoc vt in contractibus æqualitati sit locus nisi aliter inter contrahentes fuerit conuentum, *vt fuit dictum in dicta dec. Burat. 295. n. 2 & ibi per adden.*

Contrarium tamen veniret dicendum, quando conductor prætenderet à locatione recedere, ob causam superuenientis dignitatis, Præsidatus, & similium, ita vt ipse etiam ab Vrbe recedere cogeretur, veluti idem veniret quoq. dicẽdum de locatore, siue illius filio, qui, ob superueniẽtẽ dignitatem domo locata indigeret, quam uis locator pinguius priuilegium iure dominii in re locata habere dicatur, & sine vlla difficultate, quando in instrumento locationis fuisset expressè conuentum de non expellendo inquilinum, *vt fuit dictum à Rota per addentem ibi supra coram Buratto.*

Sed pro concordantia prædictarum opinionum tali modo distinguere debemus, nempè, vt prima procedat, & sic, quòd conductor à locatione recedere possit, quando causa migrandi ex ipsa re proueniret, ita, vt ea nullo modo vti valeret, cum in inquilino necessitas debeat esse præcisa, ac vsus prorsus impeditiua, vt in prædictis casibus expressis, & similibus fuit exemplatum, in quibus conductor non cogitur soluere pensionem domus in futurum, *vt dicunt Doctores allegati à Rota per Burat. ibi supra.*

Secunda verò opinio procedit, quando defectus, siue impedimentum ex parte inquilini proueniret, quia tunc audiendus nullo modo veniret, quãdo maximè obligatio camerali intercederet, cum recessus à locatione iudiciũ ordinarium respiciat, *vt ait Rota ibi supra.*

4 Declara tamen conclusionem principalem esse veram, quando Dominus possideret, & colonus non; Secus autem veluti, si essemus in colodo, qui vellet introuettere possessionem Domini, & qui nomine proprio possidere cœpisset, quia tunc neque etiam authore Prætore eum expellere posset, nisi prius dominium rei ad sui fauorem verificasset, *vt ait Menoch. allegat. à Rota per Cardinalem Seraphinum in dicta decisione 415. & ita quoque fuit dictum in Mediolanen. Bonorum, siue emphyteusis 18. Aprilis 1603. coram Gregorio XV.*

5 Extende primò dictam principalem conclusionem; vt scilicet neque legatario liceat rem sibi legatam propria auctoritate capere, sed de manu hæredis, siue de consensu illius, vel testatoris expresso, aut tacito capere debet; *Cornazan. decis. quarta, & Rota in Romana Fideicommissi domorum Mercurij 10. Maij 1606. coram Cardinali Lancellotto, & in alia Burgen. Fructuum Lunæ 1. Februarij 1610. coram Penia, & decis. 315. num. 5. & 7 par. 3. recent.*

6 Fallit tamen primò, quando in re legata esset apposita dictio (Liberè) quia tunc censetur data facultas capiendi propria auctoritate, *vt ait Rota ibi supra, coram Penia.*

7 Fallit secundò, quòd essent legati fructus fundi, & quod quis liberè eos percipere posset, quia tunc posset illos propria auctoritate capere, *vt ait Rota ibidem coram Penia.*

8 Declara tamen prædicta procedere existente possessione vacua; aliàs secus, *vt ait Rota in dicta Burgen. coram Penia.*

Et propterea videmus, quòd potestas data possessionem ingrediendi propria auctoritate in litteris Papæ, venit intelligenda possessione existente vacua, *vt ait Rota decis. 187. num. 2. in fine par. 3. recent.*

Subdeclara non procedere in terminis de quibus in *decis. 511. num. 5. dicta par. 3. recen.*

9 Sed est benè verum, quòd legatarius antequam possessionem rei lega-

tæ capiat, debet per eum identitas illius rei concludenter probari, *vt fuit dictū in Beneuentana Domus 4. Maij 1612. coram Pamphilio, quæ est decis. 391. par. 2. in recent.*

10 Rursus declara, quòd illa facultas capiendi legatum propria auctoritate tempus mortis respicit, *vt ait Rota per Coccinum decis. 24. nu. 6.*

11 Extende secundò, quòd neque Dominus directus potest propria auctoritate possessionem rei emphytheuticæ, ob deteriorationem capere, neque ob lineam finitam, veluti latè dicam in verbo Emphyteuta, si Deo placuerit, *idemque ait Marsill. decis. 193. & Rota per Gregorium decis. 105. num. 12. & Afflict. decis. 97.*

12 Et ratio est, quia requiritur declaratoria Iudicis, ad effectum exequendi caducitatem, & sic, vt emphyteuta à possessione remoueatur, *vt ait Guidop. dec. 107.*

13 Subextende primò procedere, etiā stante pacto ingrediendi possessionem propria auctoritate, Et ratio ea est, quia potest ei exceptio melioramentorum competere, *vt fuit dictum in Romana Domus 5. Nouembris 1599. coram Cardinali Lancellotto Iuniore, & prius in Cesenaten. Spolij 22. Iunij 1592. coram Card. Mantica, quæ est decis. 194. num. 6. in eius impress.*

14 Vnde nota, quòd in prædicto casu opus erit citare, & coram Iudice deuolutionem allegare, necnon ibi insimul melioramenta facta liquidare, *vt fuit dictum in vna Regien. Bonorum 20. Decembris 1613. coram Dunozetto.*

Secus tamen esset, quando deuolutio prætenderetur ex capite non soluti canonis, quia tunc dictus Dominus directus posset propria auctoritate possessionem capere, *vt ait Rota per Gregorium decis. 105. num. 12.*

15 Declara tu igitur, quòd tunc Dominus directus poterit remedium possessorium intentare, quando clara & indubitata erit deuolutio. Secus autem, si esset dubia, & quando probabiliter controuerti posset, quia tūc ille iudicio petitorio vti deberet, *vt fuit resolutum in Ariminen. Deuolutionis coram Cardinali Sacrato, quæ est penes Marchesan. de commission. tom. 1. fol. 595. & in alia Romana Deuolutionis 18. Aprilis 1616. coram Andrea, & in Colimbrien. Prædij 18. Maij 1618. coram Dunozetto.*

16 Subextende secundò, quòd neque ex eo, quòd sit linea finita, sequitur, quòd Dominus directus possit possessionem propria auctoritate capere, *vt ait Rota per Coccinum decis. 199. num 5.*

17 Subextende præterea illam extensionem eò magis procedere, quando posset constare possidenti aliquam competere defensionem, quia tunc pactum, quòd quis propria auctoritate possessionem capere possit, absque citatione, non procederet; secus verò, si constaret aliquam non posse illi competere defensionem, *vt ait Rota per Cardinalem Manticam in dicta decis. 194. num. 6.*

18 Et ratio est, quia ille non est citandus, qui citatus comparendo actum impedire non poterat, cum frustra illud fiat, quod postea factum non releuet, *vt ait Gratian. lib. 5. discept. cap. 874. num. 41. & Rota decis. 591. num. 6. par. 1. recent. Surd. decis. 260. num. 5. & seq. & decis. 276. num. 4. cum seqq. Peregrin. de fideicommiss. artic. 23. num. 52. & Rota in Romana Vinea de Panellinis 26. Februarij 1603. coram Card. Mellino.*

Veluti, neq. ille citandus venit, qui nolle amplius comparere dixit, & ad id probādum assertio nūcij sufficeret, qui dicat eum audiuisse dicere se nolle amplius in iudicio comparere. *Put. dec. 187. lib. 3. & Ricc. collect. 1169. p. 4 in fi. & Rota dec. 567. n. 6. par. 1. recent.*

19 Limita tamen primò prædicta non procedere, quando in petitione possessionis coram Iudice facta actor expresè sibi facultatem reseruasset ingrediendi eam propria auctoritate, quia eo casu, non obstante recursu ad Iudicem, ille posset ommissa via ordina-

ordinaria de facto possessionem in vim illius facultatis sibi reseruatæ capere, iuxta tradita per *Mantic de tacit. tit. 5. num. 20. lib. 11. & tit. 22. num. 16. lib. 22. Decius cons. 460. nu. 7. & ita fuit resolutum a Rota in vna Pisanæ Domus, 13. Ianuarij 1589. coram Orano.*

20 Extende dictam protestationem in tantum valere, vt neque ea tolleretur, etiamsi postea lis fuerit contestata, vt ait *Mantic. dicto titulo 22. num. 18. cum alijs Doctoribus per eum ibi allegatis.*

21 Limita secundò ea non procedere, quando adiretur Iudex solùm pro obtinenda associatione familiæ, ad effectum euitandi scandala, & ne inter partes deueniatur ad arma, vt ait idē *Mantica d. tit. 22. nu. 17. Surd. cons. 221. num. 4.* At secus si ex vrbanitate tantum, quia tunc sibi præiudicaret Dominus, *vt ait Gregor. dec. 105. n. 14. Card. Seraph. decis. 1003. num. 1. & Rot. in Bononien. Attentatorum Luna 24. Oct. 1588. coram Card. Mantica*, & ratio est, quia quis adeundo Iudicem familiā petendo, non dicitur renunciare facultati capiendi possessionem propria auctoritate, sed id facit vrbanius agendo, ad euitanda scandala, vt fuit dictum in *Cortonen. Bonorum, 19. Decembris 1586. & 9. Maij 1587. coram Card. Platto, & in alia Pisana Domus, Luna 19. Ianuarij 1589. coram Orano, & in alia Tarraconen. Villa, Veneris, 4. Decembris 1592. & Gregor. in sua decis. 105. & ibi multa in addit. in hac materia.*

22 Extende tertiò principalem conclusionē, vt scilicet neq. creditor possit propria auctoritate, & furtiuè rem à suo debitore capere, cum nemo possit sibi ius dicere, vt ait *Ioseph Ludouic. in decis. 1. Rota Lucens. Gratian. lib. 4. discept. cap. 779. num. 3. text. est in l. extat, ff. de eo quod metus causa, & l. si filia tua, C. de donat. ante nupt.* vbi habetur, quòd ablatum de facto non inducit permissionem auferendi propria auctoritate, & de facto, sed remedio ciuili opus est, & ratio illius extensionis est, quia qui contra legem facit legis beneficio non iuuatur; Item qui sibi ius dicit, beneficium legale perdit, cum nemo ex sua improbitate ius consequi debeat, *Roland. à Valle de Lucro dotis quæst. 63. num. secundo, Rota in vna Romana Computorum, Veneris 13. Maij 1594. coram Cardinali Arigonio, & in alia Romana Aperitionis oris, Veneris, 8. Martij 1613. coram Cardinali Sacrato, & in Romana Fideiussionis de repræsentando, 3. Iulij 1617. coram Reuerendissimo Coccino, Decano.*

23 Subextende prædicta procedere, etiamsi quis pro illius rei recuperatione difficilem haberet aditum, vt ait *Iaffred. in sua decis. 16.*

24 Contrarium, quòd scilicet ego possim rem, quæ in rei veritate mea est, sed talem non possum probare, furtiuè recuperare, etiam sine peccato, ait *Viuius conclus. 133. & inter communes opiniones lib. 16. versic. Reus inuentus, Beccius consil. 49. col. 1. lib. 1. Alexand. consil. 135. lib. 1. & consil. 127. lib. 4. Cagnol. in l. 2. §. post originem num. 207. ff. de orig. iur.* Dummodo concurrant quatuor requisita, de quibus *Ang. in sua summa in verb. Furtum, §. 40.*

25 Concorda igitur, vt prima opinio procedat, quando mediante iustitia menm recuperare valerem. Secunda verò quando non, iuxta tradita per *Cagnol. in præcitato loco, & per Papiens. in practic. libell. in forma inquisitionis, versic. furto, & per furtum, Marsil. in suo singul. 177. & Clar. in §. furtum, & ibi Baiard. num. 108. & 109. vbi alios allegat.*

26 Rursus concorda, vt prima procedat, quando periculum non esset in mora. Secunda verò, quando secus, quia tunc vrgeret necessitas, cuius enim respectu à regulis Iuris communis recedere possumus, & sic isto casu cuilibet liceret sibi propria auctoritate ius dicere absque incursu pœnæ, veluti dicitur de creditore, qui capit suum

debitorem de fuga suspectum, & postea Iudici illum consignat, veluti in istis terminis loquitur *Marsil. in consil. 135. num. 20. & seq. Ripa in cap. 1. num. 89. versic. secundo intellige, de iudic. Farinacc. in tract. de carcer. & carcerat. q. 27. num. 23.*

27 Quod tamen intellige procedere dummodo ille captus ante 20. horam Iudici præsentetur, aliàs priuatum carcerem ille committere diceretur, *vt ait idem Farinac. ibi supra num. 24.*

Et id, quod fuit dictum de creditore valente suum debitorem aufugere volentem propriis manibus capere, procedit etiam in domino, qui potest propria auctoritate famulum fugientem vestibus à dicto Domino factis spoliare, vt de vtroque casu dicunt *Doctores allegati à Fuluio Benignono ad Statutum Agricult. Vrbis cap. 66. sub litt. A.*

28 Extende quartò, quòd nec minus donatarius potest propria auctoritate possessionem rei donatæ capere, quod tamen secus esset, ob vim clausularum in donatione oppositarum, *vt ait Laurent. decis. 19. Rota Aucnton.*

29 Extende quintò, quòd neque mulier possit propria auctoritate possessionem rei dotalis ingredi, alias incurreret in pœnam, *l. si quis in tantum, C. vnde vi.* Et ratio est, quia possessio dictæ rei dotalis in vxorem sine traditione non transit, licèt secus sit de illius dominio, quod soluto matrimonio in eam, absque traditione pertransit; Et ratio rationis est, quia facilius acquiritur dominium, quàm possessio, veluti quoque illud postquam est acquisitū difficilius perditur, quàm possessio, *Surd. dec. 211. num 2. 4. & 13.*

Declara tamen dictam extensionē non esse veram, stante clausula precarii, quia tunc vxor post mortem sui viri potest propria auctoritate possessionem rei dotalis capere, *vt ait Rota decis. 770. num. 2. par. 3. recent.*

30 Extende sextò, quòd neque administrator debet propria auctoritate sibi de proprio credito in rebus administratis satisfacere, sed ab hoc se abstinere debet, ob timorem subornationis, *vt ait Magon. decis. lucen. 46. num. 36. & ita fuit dictum in Bononien. de Guidalottis Lunæ 28. Ianuarij 1613. coram Card. Verospio.*

31 Extende septimò, quòd nec minus filius potest propria auctoritate rem aliquam pro legitima, nec illius possessionem capere, *veluti fuit dictum in Perusina 26. Martij 1589. coram Gypsio, & in Romana de Valle 14. Iunij 1591. coram Comitulo. & in Viterbien. 6. Iunij 1603. coram Cardin. Pamphilio & Robert. decis. 4. lib. 2. rer. iudicat.*

32 Declara tamen illam septimam extensionem non procedere, quando filio esset relicta legitima titulo institutionis, seu in aliqua re particulari tunc potest filius propria auctoritate suam legitimam capere, necnon illi isto casu potest remedium *l. final. C. de edict. Diu. Adria. tollen.* intentare; secus autem quando legitima non fuisset illi modo pradicto relicta, quia tunc ille non posset illius possessionē propria auctoritate capere, *vt ait Menoch. de adipiscen. possess. remed. 4. num. 643. Petr. de fideicom quæst. 15. num. 46. & seq. Ripa Picus, & alij in l. inquartam ff. ad l. falcid Bursatt. consi. 9. num. 13. & seq & Angel. de legit. contrad. quæst. 13. art 1. per tot.*

33 Extende octauò quòd neque fideicommissarius possit propria auctoritate res fideicommisso subiectas capere, etiam si hæreditas esset iacens, *vt ait Rota per Cardin. Seraphinum decis. 171. & decis 115. num. 3. par. 1. in recentior. cum alijs infinitis allegatis.*

Et ratio ea est, quia possessio huiusmodi, cum ea facultate negotio prius non liquidato, capi non debet, cum possit esse, vt in aliqua hæreditate fideicommisso subiecta adsint bona, quæ sub eo non cadant siue potest contingere, quòd tractu temporis fuerint facta melioramenta ad grauatum, siue illius hæredes spectantia, vel obstet ius detractionum legi-

legitimæ, trebellianicæ, aut dotium matris, & similium, vt ait *Rota per Coccinum decis.* 15c. *num.* 6. *& per Gregor. decis.* 105. *num.* 18. *& prius in Montis Falisci Bonorum*, 13. *Maij* 1589. *coram Card. Pamphilio alleg. in illa coram Reuerendissimo Coccino.*

34 Extende prædicta eodem modo procedere, quando essemus in emphyteusi ob lineam, siue generationem finitam deuoluta, quia tunc est necessaria citatio, non obstante pacto expresso capiendi possessionem propria auctoritate, ad effectum liquidandi, si euenerit casus deuolutionis, vt ait *Card. Mantic. decis.* 194. *num.* 4. *& Gregor. decis.* 105. *num.* 15. *cum seqq. & Rot. in illa Montis Falisci coram Card. Pamphilio, & Afflict. dec.* 97. *num.* 2. *&* 3.

35 Subextende primò, prędicta multò magis procedere, quando essemus in dubio; nempe an emphyteutæ aliqua defensio cōpeteret, quia tunc citatio esset necessaria, vt fuit dictum in *Cesenaten. Pradij, quæ est dicta decis.* 194. *Cardin. Mantica num.* 6. *& in Bononien. de Canalibus, Veneris* 11. *Ianuarij* 1602. *coram Cardinali Pamphilio.*

36 Subextēde secundò, etiam si adesset obligatio cameralis ad fauorem Domini in pacto capiendi possessionem propria auctoritate, quia nihilominus est necessaria liquidatio, vt ait *Cardin. Mantic. dicta decis.* 194. *nu.* 5. *& in illa Montis Falisci coram Pamphilio.*

37 Subextende tertiò idem procedere in deuolutione, ob non solutum canonem, quia dicto pacto non obstante, Dominus non potest propria auctoritate possessionem capere, saltem de æquitate, vt fuit dictum *in Beneuentana Deuolutionis*, 6. *Nouembris* 1587. *coram Orano, & Vrsill. ad Afflict. d. decis.* 97. *num.* 7.

38 Subextende quartò procedere, etiam in casu, vbi res emphyteutica diceretur in commissum cecidisse ob alienationem factam sine consensu Domini, vt ait *Afflict. in d. dec.* 97. *nu.* 3. *& ibi Vrsill. num.* 7.

39 Subextende quintò, vbi etiam fuisset conuentum, quòd intra tantum tempus fieret renouatio, quia nihilominus est necessaria citatio ad docendum de renouatione, & sic Dominus in vim illius pacti non poterit propria auctoritate possessionem capere, vt ait *Rot. per Mantic. dicta decis.* 194. *in fine, & est tex. in cap. licet quis de præben. in* 6. *& cap. in litteris de restit. spol.*

40 Declara tamen prædicta non procedere, quando deuolutio esset clara, quia tali casu Dominus posset propria auctoritate possessionem capere, vt fuit dictum *in dicta Bononien. de Canalibus coram Pamphilio, & decis.* 409. *n.* 7. *par.* 1. *recent.*

41 Extende huiusmodi declarationem eò facilius procedere, quando in instrumento concessionis adesset pactum expressum de capienda possessione propria auctoritate, in euentum non solutionis canonis, & pro obseruantia promissorum adesset constitutum ad fauorem Domini emphyteusim concedentis, vt ait *Vrsill. ad Afflict. d. decis.* 97. *num.* 6.

ARGVMENTVM.

DE AVCTORITATIBVS Principum.

CONCLVS. CLXV.

1 AVctoritas Principis alia dicitur ordinaria, alia verò absoluta, & hæc alio modo plenitudo potestatis vocatur, & quæ tunc à Principe exercetur, quando ille aufert mihi rem meam, cum ingenti mea incommoditate, nec non precio non soluto, licèt ista non possit dici potestas, sed tirania potius; secus autem quando aliqua causa adesset, quia tūc esset potestas absoluta, sed à iure regulata. Ordinaria autem auctoritas, siue potestas Principis ea est, qua ille ratione prȩheminentiæ vtitur & eam exercere potest dispensando contra ius, sed cum modico tamen partis incommodo, veluti in dilationibus, & inducijs, quæ debitoribus dantur

dantur, iuxta tradita per *Thesaur. in sua decis. 91. per totam.*

2 At cum de huiusmodi materia sim tractaturus ad partes, hinc est, quod prius erit incipiendum ab illis auctoritatibus, quibus Princeps de plenitudine suæ potestatis vti valet, & sic igitur erit in primis notandum, quòd Princeps gratiam, siue remissionem delicti vnicuique facere potest, & ratio est, quia soli Principi ius gratiandi conuenit, ad pulchrè tradita per *Caber. in sua decis.* 101. Secus autem in Baronibus, & feudatarijs, qui gratias delictorum subditis concedere minimè possunt, nisi specialiter id in eorum inuestituris fuerit sibi concessum, vt ait *Rubin. in sua decis.* 13. *& veluti multa dixi in verbo Absolutus, vbi recurras.*

3 Declara tamen huiusmodi conclusionem non procedere, nisi prius pars fuerit concordata, vt ait *Gramat. in sua decis.* 34. vbi testatur de generali consuetudine totius orbis, & præcipuè per Italiam, & veluti idem seruari in Senatu Pedemontano testatur *Thesaur. in sua decis.* 21.

4 Extende primò hanc declarationem in tantum esse veram, vt propterea talis gratia, absque pactis remissione per Principem concessa sit ipso iure nulla, vt ait Ioseph Sessa *in decis.* 176. *par.* 2. *Rotæ Aragoniæ, & Gabed. dec.* 75. *par.* 1. *Rotæ Lusitan.*

5 Extende secundò, quòd licèt ea fuerit à Principe facta, non debet tamen ab officialibus approbari, quoties illis de dicta partis remissione nõ apparebit, veluti in Senatu Mediolani fuisse seruatum testatur *Clar. in sua decis.* 59. *& ibi quoque ait per Sacrum Consil. Neapol.* fuisse reuocatam gratiam absque partis concordia factam.

6 Extende tertiò procedere, etiamsi in gratia diceretur saluo iure partis, quia non per hoc ea sustineri posset, vt ait *Ricc. in sua decis.* 600. *Curiæ Archiepisc. Neapol. & Caracc. in Ritu Magnæ Curiæ* 171. *num.* 28.

7 Subdeclara tamen primò non procedere, quando gratia esset à Principe pro bono pacis, vel publicæ vtilitatis concessa, quia tunc illa, absque concordata parte valebit, vt ait *Peguer. in sua decis.* 39. *& ita pluries fuisse iudicatum in Prætorio Perusino, ait Ioseph Ludouic. in sua decis.* 17. *num.* 72.

8 Subdeclara secundò non procedere, quando offensus esset mortuus, siue exterus, aut hominibus incognitus, quia in his casibus huiusmodi gratia, absque remissione partis fieri posset, vt ait *Rubin. in decis.* 43. *Clar. in præalleg. quæst.* 59. *& ibi refert ita fuisse seruatum de anno* 1554.

9 Amplia primò conclusionem principalem, adeò esse veram, vt ob id Princeps possit pro bono publico vnũ re sua priuare; quod tamen declara verum in ijs casibus à iure expressis tantùm, vt ait *Rubin. in sua dec.* 29. *& Anna in sua obseruat.* 4. vbi ait, quòd in illis casibus Princeps tenetur dare suum æquiualens, aliàs diceretur potestate Tirãnica vti, vt ait *Thes. d. dec.* 91. *in princip.*

10 Declara tamen huiusmodi ampliationem procedere, quando publica vtilitas alio modo sequi non posset, nisi ei illam rem tolleret, vt ait *Capic. dec.* 51. *& dec.* 166. *n.* 4. *&* 6.

11 Subamplia primò, quòd Princeps possit pro bono publico consanguineos, & affines delinquentiũ in bonis punire; & ratio est, quia illi præsumuntur præstare auxilium suis consanguineis delinquentibus, qui facilè extirpantur, quando defensores eis auferuntur, & hoc modo iustificantur Pragmaticæ contra bannitos, & eorum affines, veluti ita fuisse decisum refert *Dominus de Ponte in suo tract. de potest. Proreg. in tit. de prouis. fieri solitis,* §. 5. *& Reusner. decis.* 1. *lib.* 2. *& Ricc. in sua collect.* 1858. *in princip. par.* 5. vbi firmat non posse Principem iure ordinario, & suæ priuatæ vtilitatis ius alterius lædere, sed ob causam ius publicum respicientem, vt refert *Claper. in sua dec.* 69. *allegat à Riccio in d. collect* 1858.

12 Subamplia secundò, quòd Princeps possit reuocare demanium, veluti refert ita decisum *Capic. in sua decis.* 166. vbi ait id licere Principi, quando subest causa necessaria belli,

& Rex

& Rex non habet vndè soluere possit, & tunc Regi attestanti se alienationem facere, ob causam necessariam standum est, quia iusta causa in Principe semper præsumitur; quod tamen secus esset, quando ageretur de reuocanda eo, quod debetur de iure naturæ, vel gentium, *vt ait idem Capicc. ibi supra nu.* 8.

13 Contrarium tamen procederet, quando Princeps disponeret circa ea, quæ sunt iuris positiui, quia tūc iusta causa in eo præsumitur. Itē id verum esset, si ille motu proprio, & ex certa scientia aliquid disponetet; at secus, si ad alterius postulationem, quia tunc illud potius, ob petentis importunitatem, quam iusta causa concessum censeretur, *vt ait Misynger. decis.* 8. *par.* 4. *Camera Imperial. & Andr. Gayll. decis.* 58. *parte* 2. *eiusdem Camera.*

14 Sed quod in dubio Princeps præsumatur velle vti suo ordinario iure, *ait idem de Claper in d. sua decis.* 69. *& Riccius dicta collect.* 1858.

15 Contrarium, quòd scilicet Princeps, siue Papa semper plenitudine vti velle præsumatur, *ait Caualcan. decis.* 4. *num.* 26. quod quidem ait procedere etiam si essemus in modica quantitate.

16 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, qñ actus potest fusti neri ex ordinaria potestate. Secunda verò, quādo actus alio modo ualere, nisi iure plenario haud poteat, *vt ait Seraphin. de priuileg. Iuram. priuileg.* 33. *num.* 2. *& Cardin. Seraphin. dec.* 731. *num.* 3.

17 Declara tamen eam subampliationem non procedere in foro fori, quia illud sine peccato facere non potest, & aliàs faciendo Deum vltorem habet, *vt ait idem Capicc. ibi supra nu.* 13. *&* 14. *& Dinus August. de Ciuit. Dei lib.* 2. *cap.* 20 *ait*, quòd Rex eum est iniustus Tyrannus est, & ratio est, quia Rex dicitur à rectè regendo, & ideo rectè faciendo nomen Regis meretur, sed illud peccando amittitur, *vt ait Isidor. de sum. bon. lib.* 3.

18 Declara secundò non procedere, quando priuilegium transiisset in contractum, vel esset remuneratorium, quia tunc illud à Principe reuocari non posset, *vt ait idem Capicc. ibidem num.* 1. *cum seqq. & Menoch. cons.* 307 *nu.* 42. *& seq. vbi ait*, quòd remuneratio dicitur in se causam onerosam continere, ita vt in contractum transeat gratia concessa à Principe remunerationis causa, cuius enim obseruantia magis conuenit Principi ex æquitate naturali, quàm priuatæ personæ, *iuxta text. in l. final. & ibi Doctores in glos. ff. de hered. instit. & Menoch. d. cons.* 307. *num.* 38. *& vide omnino quæ dixi in conclus.* 103. *sub num.* 11.

19 Licèt secus sit in his, quæ ex sua mera liberiate proueniunt, *vt dicunt Paris. consil.* 11. *num.* 2. *lib.* 1. *Curt. iun. consil.* 1. *colum.* 7. *Brun. consil.* 21. *colum. vltima. Bald. consil.* 28. *num.* 1. Quamuis tamen in isto quoque casu de honestate Principis id facere non debeat, *vt ait Roland. consil.* 13. *nu.* 52. *lib.* 3. *& Menoch. dicto consil.* 307 *num.* 42. *&* 43. *& est decisio Pedemon.* 90. *num.* 7. *&* 14. *& Decius cons.* 286 *& consil.* 291. *num.* 3. *& consil.* 580. *in princip. & consil.* 600. *num.* 3. *& consil.* 689. *per totum, Gabriel latissimè in conclus.* 5. *per totam, & concl.* 6. *num.* 4. *cum seqq. tit. de iur. quæs. non tollen. Roland. consil.* 66. *num.* 33 *lib.* 2. *& prius in consil.* 1. *eodem lib.* 2 *num.* 26. *cum seqq. idem Menoch. consil.* 156. *num.* 29. *& est decisio Pedem.* 140. *num.* 22.

20 Quinimmò multi volunt id quoque procedere, ne dum in contractu oneroso, sed etiam in merè lucratiuo, *vt ait Gabriel in dicta conclus.* 5. *num.* 28 *cum seqq. & conclus.* 6. *num.* 10. *& Roland. consil.* 66. *num.* 23. *lib.* 2.

21 Animaduertendo insuper, quòd ex solo ipso contractu Princeps dominium, absque traditione transfert, *vt ait Decius consil.* 187. *num.* 4. *& consil.* 688. *num.* 20. *Gabriel conclus.* 3. *de emption. & vendit. num.* 39. vbi limitationes ponēdo id pulchrè declarat, *& ita fuit dictum in vna Romana Dationis in solutum* 18. *Decembris*

bris 1592. coram Card. Blanchetto.

22 Vnde nota, quòd tunc priuilegiũ visum censetur ex causa onerosa concessum, quando id, quod fuit impensum pro illius consecutione equiualeat concessioni, aliàs potius diceretur gratiosum, quàm onerosum, *vt ait Rota decis. 58. num. 8. & decis. 88. nu. 4. par. 1. in recent. & prius in Perusina de confinio 3. Decembris 1576. coram Cardinali Blanchetto, & in Lucana Decanatus 22. Martij 1577. coram Clemente Octauo.*

23 Extende præterea dictam principalem regulam in tantum procedere, vt etiam Princeps de plenitudine potestatis possit ius alteri quæsitum tollere, etiam per modum iuris naturalis, siue gentium, quinimmò licèt etiam actio tollatur, non tamen illa iustitia naturalis tollitur, per quam ipse debet sibi iustitiam ministrare, saltem in forma iurisgentium, & manu Regia, *vt ait Menad. decis. 41. & D. de Claper. in sua decis. 69. vol. 2.*

24 Declara tñ, q in dubio non præsumitur Principẽ voluisse priuilegiũ in alterius præiudicium, & iniustam concedere, nisi adsit clausula specialis derogatoria, *vt ait Rota per Gregorium decis. 383. num. 2. & decis. 226. par. 2. in recentior. Rubin. decis. 22. & Card. Seraphin. decis. 1401. num. 5.*

Et propterea gratia ab eo concessa semper erit restringenda, vt minus, quàm fieri possit ius tertij lædat, & præsertim, quando præiudicium non esset leue, *vt ait Rota per Cardin. Seraphinum decis. 351. num. 6. & decis. 931. num. 2.*

25 Subextẽde prædicta procedere, quibuscumque verbis, & clausulis, quibus Papa fuerit vsus, non obstantibus, quia nihilominus derogatio expressa regulæ de iure quæsito non tollendo erit necessaria, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 1082. num. 6. & 7. & decis. 174. par. prima in recentior.*

26 Subdeclara tamen prædicta non procedere, quando in gratia fuisset apposita clausula Motu proprio, quia tunc id cum alterius præiudicio intelligendum venit, *vt ait Anto. Faber. in decis. 20. & 22. C. de sacrosan. Eccl. Ecclesia, & Bellamer. decis. 166.* Et multò magis, vbi in gratia ius tertii fuisset expressum, quia tunc alia derogatio illius regulæ non esset necessaria, vnde restitutus à banno recuperat etiam bona tertii acquisita, quando tamen ille fuisset plenariè restitutus, & bona illa non fuissent per fiscum in tertios translata, *vt ait Card. Seraph. dec. 965. num. 6.* Secus autem, si reperirentur per fideicommissum deuoluta, *vt ait idem Seraph. decis. 998. num. 8. & 9. & alij Doctores allegati à Card. Caualerio dec. 313 num. 2.*

Sed quando restituatur gratiatus, etiam ad bona in alios per fiscum alienata, vide in *concl. 167. num. 69.*

Vnde hic obiter erit notandum, quòd si quis tutor, verbi gratia, esset obligatus alicui pupillo pro mala administratione, & interim deportetur cum confiscatione bonorum, si postea plenariè restituatur à Principe, etiam quoad bona, tunc iura, & actiones reuiuiscunt ad fauorem suorum creditorum, ita vt illi possint cõtra illum eorum iura pro sui crediti satisfactione exercere. Secus autem, si illi bona non restituantur, quia tali casu dictus debitor liberatur per publicationem bonorum, & fiscus tenetur ad ea omnia, ad quæ ille adimplere tenebatur ante illius deportationem, & bonorum publicationem, & ratio prædictorum ea est, ne dum, quia obligatio semel extincta amplius non reuiuiscit; Verum etiam, quia amittens bona dicitur amittere personam, ita vt habeatur pro mortuo, cum nomen deportationis dicatur spoliatio omnium rerum, & propterea dici solet, quod nudus exulans, nudus reuertitur. Immò publicatio bonorum eximit debitorem, non solum ab obligatione personali, & ciuili, sed etiam à naturali, quæ in fiscum transeunt, & propterea, neque etiam in obligationibus de nouo faciendis, ex causa tamen de præterito obligatur naturaliter

ter talis deportatus quicquid fit in illis de nouo contrahendis, quasi, quod retineat ea, quæ sunt iuris gentium, vt de prædictis omnibus latè fuit comprobatum à *Gratiano*, ex auctoritatibus quamplurimorum Doctorum in *lib. 3. discept. cap. 423. num. 1. cum pluribus seqq. & Rota decis. 565. par. 3. recent.*

Extende prædicta, quæ fuerunt dicta de deportato, cum publicatione bonorum, vt scilicet, neque ille actione personali teneatur, in tantum procedere, vt propterea ad solutionem suorum debitorum non teneatur, etiā si ad pinguiorem fortunam deuenerit postquam fuit restitutus ad gratiam, etiā si prius esset cū iuramento, & obligatione camerali obligatus, quia cum tàm iuramentum, quàm cameralis obligatio sequantur naturam cōtractus super quo apponuntur, & sic cum obligationem non augeant, sed solum eam validiorē reddant; id circò cessāte contractu, illorum virtus quoq. cessat. Vnde erit notandum, quòd quādo creditores alicuius deportati pro eorum satisfactione volunt agere contra Principem illius bona detinentē, tunc prius petita venia, ac si filius conueniret patrem debēt illius fiscū præmonere, an scilicet velit acceptare bona confiscata, vel non, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano in præcitato loco, & ita quoque fuit resolutum à Rota in Romana Fructuum dotis Veneris 28. Nouembris 1625. coram Coccino, & est decis. 575. num. 1. par. prima recent. ex l. 4. C. de sent. pass. & ibi Angel. num. 14.*

27 Sed reassumendo id, quod superius dicebam de gratia plenaria bannito per Principem concessa, Extende eam valere, absque derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo, quando Princeps sciuit dictam gratiam non nisi cum præiudicio iuris alterius verificari posse, & nihilominus illam concedit, quia tunc necessariò venit intelligendum illi iuri derogare voluisse, *vt ait Cassad. decis. 1. de priuileg. Caputaq. decis. 265. lib. 1. in manuscript. & Rota decis. 140. nu. 22. par. 1. diuers. & in Nullius de Stepa 19. Nouembris 1585. & in Burgen. Quindenniorum 5. Decembris 1601. coram Cardin. Seraphino, & prius in Oscen. indulti 10. Decembris 1599. coram Cardin. Mellino, idem Card. Seraph. dec. 731. n. 3. & decis. 922. eod. n. 3.*

28 Sed declara tamen, quòd scientia illa Papæ non debet desumi ex narratis, cum circa ea, ob inuolucrum verborum, facile decipi potuisset; & propterea isto casu ad sustinendam gratiam fuisset necessaria, nedum scientia Papę, sed vlterius requirebatur etiā derogatio regulæ de Iure quæsito nō tollendo, *vt ait Rota decis. 174 & decis. 666. par. 1. in recent. & decis. 569 par. 2. in recent.*

29 Secus autem quando scientia orta fuisset ex natura rei, de qua agebatur, quia tunc illa fuisset sufficiens pro iustificanda gratia, absque derogatione illius Regulæ, *vt ait Cæsar de Grassis decis. 3. de rescript. & Rota in Cæsaraugustana Iurisdictionis 13. Iunij 1594. coram Card. Seraph. & in decis. 174. num. 3. par. 1. in recen.*

30 Et propterea dici solet, quòd ad hoc, vt Papa censeatur validasse gratiam, quæ esset nulla, tunc opus est, vt benè sciuerit defectus, & nullitates gratiæ, *vt ait Rota decis. 158. num. 6. par. 1. in recentior.* & quando aliquid fecisse dicatur Papa ex certa sciētia, docet *Rota in decis. 192. n. 3. d. parte 1. in recentior.*

31 Extende, quòd quādo Papa certò scit, & aliquid expresse concedit, tunc etiam, quòd illud videatur esse contra iuris dispositionem; nihilominus est seruandum, quia illud censetur concessum omni iuris remoto obstaculo, *vt ait Rota per Cardin. Seraph. in decis. 922. num. 3.* Et sic igitur quando verè constat, quòd Papa voluerit iuri quæsito præiudicare, tunc prædicta regula non obstaret, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 1082. num. 6. & 7. & decis. 174. num. 8. par. prima in recent.* Et in omnem euentū Gratia, & concessio Papæ taliter est interpræ-

interpretanda, vt non reddatur frustratoria, *vt ait Rota decis. 115. nu. 6. par. 2. recent.*

32 Animaduertendo præterea, quòd certa scientia Principis probari etiam potest per testes, *vt ait Rota dec. 210 par. 1. in recent.*

33 Extende, quòd etiam scientia Principis valdè arguitur ex scientia suorũ officialium, & præsertim Cancellariæ Apostolicæ, quando loquimur de Papa, *vt ait Rota decis. 356. num. 8. par. 1. in recentior.*

34 Secus autẽ si Princeps ignoret præiudicium, quod fieri posset aliis in gratia, quia tunc solum intelligeretur eam fecisse ex sola iuris communis dispositione, & non aliàs, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 268. num. 3.*

35 Sed declara tamen, quòd non est Principi imputandum, si (ob multiplicitatem negotiorum, quibus facile obliuiscitur, & plerumque circumuenitur) aliquid male agat, quia non omnia, quæ geruntur ab eo sciri possunt, *vt ait Card. Seraph. in sua decis. 818. num. 6.*

36 Præterea erit notandum, quòd quãdo dicitur de regula illa de iure quæsito, &c. id intelligendum venit de eo iure plenè quæsito, & radicato, vt sonant verba regulę, & veluti *ait Rota decis. 174. num. 8. par. 1. in recent. & Put. dec. 257. lib. 2.*

37 Amplia secundò dictãm principalẽ conclusionem de auctoritate Papę loquentem, adeò esse veram, vt propterea plenaria dicatur in his, quæ à iure humano, & positiuo prohibentur, & ob id potest vbique hereditatem auferre, & deferre, *vt fuit dictum à Rota decis. 166. num. 5. & dec. 191. nu. 7. par. 1. in recentior. & ibidem decis. 456. num. 3.*

38 Declara tamen, quod Papa reuocando ea, quæ sunt iuris positiui, dicitur ea reuocare, vt ex tunc, *vt ait Rota decis. 142. num. 4. & decis. 687. n. 8. par. 2. in recentior.*

Subamplia ea, quæ fuerunt dicta de auctoritate Papæ in his, quæ sunt iuris positiui, in tantum procedere, vt propterea ille possit matrimonium, etiam per verba de præsenti contractum dissoluere, si tamen copula carnalis inter coniuges non fuerit secuta, & aliqua causa illius dissolutionis vrgeat veluti disparitas, periculũ mali exitus, quia tũc sufficeret Ecclesiæ dictos malos exitus verisimiliter esse futuros, item capitale odium ortũ inter eos, vel indignatio parentum, immò etiam indignatio Dei intercedit, quando filius sine consensu patris, & sine iusta causa matrimonium contrahit, *iuxta text. in cap. non omnis, 32. quæst. 2. Nauar. in Manual. cap. 14. nu. 15. Diuus Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 7. Bellarmin. de controuers. Christian. fidei tomo 2. de sacro matrim. lib. 1. cap. 19. vers. Tertia propositio*, & id eò magis procederet, si ex tali indignatione parentum immineret certum periculum amissionis paternorum bonorum, quod quidem esset iustus metus dissoluendi matrimonium, vt latè de hac materia tradit *Maceraten. variarum resolution. resolut. 2. per totam, lib. 1. vbi ad id allegat decisionem Rotæ in Tullen. Matrimonij Luna 13. Maij 1596. coram Penia*, & ibi habetur, quòd arbitrio Iudicis remittitur, quando iusta causa dicatur multa quoque *ait Menoch. in consil. 385. num. 4. & sequen.*

Declara tamen ea, quæ fuerunt dicta de auctoritate Papæ circa dissolutionem matrimonii non procedere, quando copula carnalis fuisset secuta, quia tunc matrimonium non esset iuris positiui, sed diuini, & sic isto casu intraret illa regula, *Quod Deus coniunxit homo non separet, vt ait Rota in decis. 101. num. 7. par. 2. diuersor. & Menoch. ibi supra.*

Sed quando Papa possit dispensare professos, veluti Monachum, siue alium Religiosum, vt vxorem capiat ad tempus, nempè ad sobolis procreationem, dixi supra in *conclus. 65. num. 15. cum seqq.*

39 Rursus ex prædicta ampliatione aliæ multæ illationes fieri possunt, & primò, quòd Papa solus possit ex priuile-

uilegio particulari separare diæcesim, & illam alicui Abbati, siue inferiori Prælato supponere, *vt ait Rota dec.* 324. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* vbi aliæ decisiones allegantur.

40 Infertur secundò, quòd Papa habet omnimodam auctoritatem in reseruatione, & translatione pensionũ, *vt ait Rota decis.* 281. *num.* 1. *par.* 1. *in recentior.*

41 Et ratio est, quia Papa in beneficialibus est absolutus Dominus, *Cardin. Seraphinus decis.* 45. *num.* 4. & idem ait *Rota decis.* 613. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.* & postea *decis.* 644. *num.* 2. Immò nec Papæ voluntas, & factum probationem in contrarium admittit, *vt ait Rota decis.* 612. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. & dec.* 864. *num.* 9. *ibidem.*

42 Extende, quod immò potest ad libitum suæ voluntatis de beneficijs disponere, etiam priuando sine causa, *vt ait Cardin. Seraphin. decis.* 997. *num.* 7.

43 Infertur tertiò, quòd auctoritas Papæ in alienationibus rerum Ecclesiæ omnes defectus supplet, licèt non tũ defectum causæ, vt dixi in *conclus.* 85. *num.* 184. *idem ait Rota dec.* 577. *num.* 2. *dicta par.* 1. *in recentior.*

44 Et ratio est, quia ipse in dictis alienationibus solet respicere vtilitatem Ecclesiæ in præstando suum beneplacitum, *vt ait eidem Rota ibi supra num.* 10.

Extende, quòd neque in alienationibus minor factis de ordine Principis sunt necessariæ solemnitates, *text. cit in l.* 2. *vbi glos. C. quando decret. Iudic. opus non sit*, & ibi *Bald. num.* 1. & veluti etiam dicitur in obligationibus pupillorũ, per eos tutores factis, quando de versione pecuniarum in eorum vtilitatem verè constat, *vt ait Greg. dec.* 31. *num.* 1. *& ibi per adden.*

Subxtẽde eodẽ modo procedere in societatibus officij per minores, & mulieres maximè sagaces contractis, necnõ in cẽsibus vitalitijs, qñ tamẽ pecunia daretur super vita minoris, & mulieris, at secus, si daretur super vita alterius, nã timor amissionis istatũ pecuniatũ tolleratur per lucrũ, quæ ex illis percipitur, *vt ait Grat. lib.* 4. *discept. c.* 756. *per totum.* Licèt ego tamen maximũ discrimen facerem inter societates, quæ actiuè fiunt, ab illis passiuè, & sic in primo casu forsan esset tollerandus defectus solemnitatum, at secus in secundo, & maximè quando minor, & mulier non haberet vndè commodè viuere possent, vide tamen quæ dixi in *conclus.* 86. *num.* 451. *& Fenzon. ad Statutum Vrb. lib.* 1. *c.* 151.

45 Infertur quartò, quòd etiam Papa possit reuocare Priuilegia de Consilio Cardinalium concessa, etiam sine eorundem Cardinalium participatione, & consilio, *vt ait Rota decis.* 666. *num.* 4. *par.* 1. *in recent.*

46 Fallit tamen, quando versaremur circa ea, quæ mutationem vniuersi Status Ecclesiæ concernunt, quia tũc quomodo Papa id disponere soleat, dixi *in Concl.* 128. *in verbo appellatio nu.* 4. *&* 237. *& Rot. d. dec.* 666. *nu.* 4. *& facit etiam decis. Francisc. Marc.* 546. *per tot. par.* 1.

47 Sed nota, quòd quando Papa reuocat priuilegium per viam legis generalis, tunc in reuocatione non tenetur narrare formulas speciales derogationis in dicto priuilegio appositas, *vt ait Rota in dicta dec.* 666. *num.* 3. Et propterea videmus, quòd ille sæpè in concessione, siue derogatione priuilegiorum vtitur ea clausula, quorum tenores &c. quæ vim specificæ, atque indiuiduæ expressionis habet, veluti dixi *in conclus.* 167. *sub nu.* 3. *& seq.* Et ibi ratio allegatur, licèt multi dicãt, quòd, ad hoc, vt Papa dicatur aliquid concedere, siue confirmare ex certa scientia, opus sit totum factum narrare, vel inseri totus tenor priuilegij, quia confirmatio ex certa scientia, & in forma specifica dicitur, qñ fit cũ cognitione causæ; in forma verò communi, & generica dicitur, quando non adest causæ cognitio, *vt ait Barbat. inter cons. Alex.* 123. *nu.* 18. *vol.* 4. *Alex. cons.* 15. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 5. *& alij allegati à Rota in Leodien. Collectarum veneris* 19. *Aprilis* 1610. *coram Buratto.*

48 Extende primam opinionem in tantum procedere, quòd Immò illius voluntas satis declarata censetur per verba vniuersalia, etiam circa ea, quæ particularem, & expressam mentionem requirunt, dummodo tamen verba generalia post casum expressum apta sint omnem casum comprehendere, *vt ait Rota per Card. Seraphin. decis. 325. num. 6.*

49 Infertur quintò, quòd constitutio Papæ per non vsum tolli non potest, nisi concurrat scientia, tollerentia, & acquiescentia ipsius Papæ, nec tacitus illius consensus sufficit, neque ille minori spacio, quadraginta annorum præscribi potest, *vt ait Rota decis. 197. nu. 3. & 4. & decis. 213. & decis. 221. num. 5. & 6. parte prima in recentior.*

50 Sed redeundo ad principalem conclusionem, Amplia eam tertiò, quòd scilicet Principis auctoritas operetur, vt ille possit, iuxta suam conscientiam iudicare, cum legibus solutus dicatur, licet secundum eas viuere profiteatur, iuxta *text. in l. digna vox.* & ibi communiter scribentes *C. de legib. & Guid. pap. in decis. 55.*

51 Amplia quartò, quòd Princeps possit cogere partes ad compromittendum, ad hoc, vt inter eas lites dirimantur, *vt ait Dominus de Ponte in sua decis. 33. cum alijs ibi per eum allegatis.*

52 Amplia quintò, quòd Princeps sua auctoritate potest mandare, vt super possessorio, & petitorio simul, & semel procedatur, & sententietur, *vt ait Gabriel. in sua conclus. 5. num. 143. tit. de restit. spoliat.* Quamuis *Thesaur. in sua decis.* 15. animaduertat, quod Princeps deberet se ab huiusmodi rescriptis abstinere, neque ea sine magna causa concedere, & ratio est, quia regulariter de Iure possessorium venit prius terminandum, quàm petitorium, *vt fuit dictum in vna Montis fai - sci Cappellaniæ 13. Ianuarij 1605. coram Cardin. Lancellotto Iuniore, & in alia Narnien. confinium Veneris 7. Aprilis 1606. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est in eius impress. decis. 278. num. 3.*

53 Extende id, quoque procedere, attenta Iuris communis dispositione, etiamsi adesset in rescripto clausula in petitorio tantùm, arbitrio Rotæ, & id præcipuè debet habere locum, quando ageretur inter personas priuilegiatas, veluti inter Communitates, & similes, quibus maximè expedit, vt quanto citius finis litibus imponatur, *vt fuit dictum à Rota in dicta Narnien. confinium coram Coccino in fine.*

54 Extende præterea id, quod fuit dictum de cognitione possessorij prius finienda, eò præcipuè procedere, quando prætenderetur spolium, cum illud iudicium sit magis priuilegiatum, quàm aliud possessorium, *iuxta clement. primam de Caus. possess. & propriet. & Rota in Corregien. Gabellarum Lunæ 17. Martij 1603. coram Iusto, & in alia Romana Cottiui Lunæ 6. Martij 1606. coram Card. Sacrato.*

55 Amplia sextò, quòd Princeps solus committit causas cognoscendas cum clausula summariè, & de plano, iuxta terminos, *clemen. sæpè de verb. signific. vt ait Guid. pap. in sua decis. 199.*

56 Fallit tamen de consuetudine, quia Comes, Marchio, & quilibet alius inferior dignitatem, & administrationem habens, potest causas cognoscendas committere, ea clausula, quòd enim sequitur, *Reusner. in decis. 91. Rota Germaniæ, & Calcid. decis. 39. Rotæ Lusitan.*

57 Subamplia, idem quoque procedere in commissione causæ, cum ea clausula, appellatione remota, quam solus Princeps facere potest, *vt ait Balb. in sua decis. 32.*

58 Amplia septimò, quòd ille pari modo auocat causas Viduarum, pupillorum, & aliarum personarum miserabilium ad Curiam, *vt ait Cancer. decis. 2. lib. 2. Franch. decis. 100. Mastril. decis. 28.*

59 Subamplia primò, id in tantum esse verum, vt propterea sententia post auocationem lata, sit ipso iure nulla, *vt pulchrè ait Mastril. in sua decisione 127. lib. secundo.*

Sub-

60 Subamplia secundò id quoque procedere, quando Curia à qua auocatio fieret, haberet priuilegium in contrarium, cum Princeps possit denegare priuilegia per seipsum, sine per legem communem concessa, *vt ait Mastril. ibi sup. & Balb. in dec.* 22.

61 Sed est benè verum, quòd Princeps non deberet id, quòd semel cõcessit in dubium reuocare, sine magna causa, iuxta illud, Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita, *Rota decis.* 461. *num.* 5. *parte* 1. *in recent.*

62 Sed in omnem euentum allegans priuilegium debet illud expressè probare, aliàs non suffragaretur, neque concessum diceretur, *vt ait Franch. decis.* 192. *Thesaur. decis.* 177. *Castil. decis.* 39. *& Viu. decis.* 521.

63 Declara præterea, quòd facta per Principem auocatione causæ semper ea remanet in illius Curia, nec amplius inferior in ea se ingerere posset, veluti dicam inferius in verbo Auocatio *concl.* 171. *num.* 2. *& vt ait Card. Seraphin. decis.* 1027. *num.* 8. *Franch. decis.* 157. *& Mastril. decis.* 228. *Mobedan. decis.* 18. *de sent. & re iudic.*

64 Quod tamen intellige verum, quando Papa, siue Princeps vlterius procedẽdo reseruauit, vel annullauit, aliàs secus, *vt ait Rota per dict. Cardin. Seraphin. in sua decis.* 580. *num.* 1. Sed nota, quòd in dubio non præsumitur Papam velle causam auocare, *vt ait idem Cardin. Seraphin. in sua decis.* 1155. *num.* 3.

65 Amplia octauò, quòd solus Princeps concedit licentiam mulieri transeundi ad secundas nuptias, cum retentione filiorum, non obstante voluntate testatoris in contrarium, *vt ait Franch. in decis.* 350. *& Gabed. decis.* 99. *par.* 1.

66 Amplia nonò, quòd solus Princeps dispensat proximum pubertati, vt possit testari, *vt ait Thesaur. in sua decis.* 92.

67 Amplia decimò, quòd solus Princeps ferias Tribunalibus inducit, *vt ait Gabed. in decis.* 87. *parte prima.*

68 Subamplia quòd ille etiam concedere possit dilationem temporalem debitoribus ad soluenda sua debita, *vt ait Gaspar Thesaur. decis.* 186. *p.* 2. sed hic obiter, sed opportunè erit notandum, an dilatio concessa principali debitori censeatur quoque concessa fideiussori pro cuius resolutione erit hoc modo distinguendum; nempè aut dilatio fuit concessa respectu causæ, aut contemplatione personæ, primò casu concessa debitoti censetur quoq. concessa fideiussori, quia vterque in causa concurrit; secus autem in secundo, quia illa qualitas considerata intuitu personæ non migrat de subiecto in subiectum, *iuxta trad. per Marsil. in Rub. de fideiuss. num.* 275. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 5. *num.* 3. *Bald. in l.* 2. *C. de precib. Imper. offer. Surd. cons.* 327. *num.* 23. *lib.* 3. *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 290. *num.* 38. *& prius lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. *&* 2. vbi habetur, quòd dilatio per Principem concessa cruce signatis non prodest fideiussori, nisi tamen priuilegium concessum principali remaneret inutile, si fideiussori non prodest, aliàs secus.

Declara tamen prædictam conclusionem non procedere, quando reus, siue principalis debitor compareret ad fideiussoris, siue sequestrararij defensionem, opponendo de dilatione sibi concessa, *vt ait idem Surd. decis.* 301. *ferè in fine, & Grat. lib.* 1. *discept. d. cap.* 12. *sub nu.* 12.

Extende prædicta procedere non attenta distinctione, an defensor sit necessarius, vel voluntarius, quia illa habilitas dilationis consideratur in fideiussore, ratione illius interesse, quod imminet principali consecutiuè damnato fideiussore, ob indemnitatẽ, quam ille consequi debet à principali debitore, pro quo fideiussit, & sic igitur prædictæ opiniones hoc modo cõcordari possunt; nẽpè vt in primo casu procedat, quando actio cõtra fideiussorem non redundaret in damnum principalis debitoris, vel quando executio non tentaretur in proprijs bonis illius, cui fuerit concessa securitas, & dilatio, siue quando idẽ principalis nõ cõpareret pro defẽdẽdo fideiussore;

Secunda verò opinio, quando secus, veluti ita distinguendo air *Surd. dict. decis.* 301. *in fine.* & *Grattan. dicto cap.* 12. *num.* 12.

69 Amplia 11. quòd solus Princeps insufflat spiritum peremptæ instantiæ, *vt ait Boer. decis.* 247. *Castil. decis.* 11. *Mastril. decis.* 90. *Capicc. decis.* 165. *Gram. decis.* 103.

70 Declara tamen illud non procedere, quando Princeps rescribendo impediret executionem alicuius sententiæ supremi Magistratus, quia tunc iniustum esset illud rescriptū, per quòd rei Iudicatæ effectus tolleretur, *vt ait Guid. pap. decis.* 420. vbi refert, quòd de stylo Parlamentorū Franciæ non statur rescripto Principis indulgentis sententiam executioni non demandari, donec de meritis causæ in reuisione sit cognitum, *vt ait Valasc. in decis.* 51. *num.* 29. *Anna singul. decis.* 448. *Masul. ad Capicc. in decis.* 228. *n.* 4.

71 Et ratio rationis est, quia integra, & illesa supremis Tribunalibus debet esse auctoritas in rebus Iudicatis, *vt ait Giurb. decis.* 7. *Rotæ Sicil. num.* 2. *licet num.* 7. & 9. dicat id duobus modis non procedere, Et primo si ex certa scientia istud rescriptum à Principe concederetur, qui de plenitudine potestatis condemnatum molestari inhiberet, *vt ait Guid. pap. d. decis.* 420. & *Marilian. decis.* 20. *num.* 5, Secundò nō procederet si Ritus 188. in precibus Principi oblatis esset facta mentio cum clausula, Non obstante, & ille responderet, non exequi sententiam donec in reuisione sit cognitum, *idem Guid. pap. d. decis.* 420. *Gayll. obseruat.* 58. *centur. secunda* & *Giurba vbi supra in decis.* 7. *Rotæ Siciliæ*.

72 Extende igitur primò, quòd neque etiam reuisio causarum debet de sui natura earum executionem suspendere, *vt ait Thilleman. in sua decisione* 5. *Voto septimo, Francis. Marcus decis.* 83. *num.* 1. *parte prima,* & *decis.* 315. *num.* 2. *par. secunda, Magon. decisione Florentin.* 120. *num.* 14. & 15. *Afflict. decis.* 231. *num.* 2. & *decis.* 341. *num.* 2. & *decis.* 358. *Guid. pap. decis.* 50. *Misynger. centur. prima decisione* 48. & *centuria* 6. *decis.* 15. *Andr. Gayll. decis. obseruat.* 47. *lib.* 2. *seu decis.* 40. & *idem Guid. pap. in decis.* 69.

73 Et ratio est, quia reuisio causæ vim appellationis non obtinet, nec per consequens, executionem suspendere debet, *vt ait Magon. in dicta decis.* 120. *num.* 14. & 15. *Rotæ Florentinæ*.

74 Extende, quòd tātò minus censetur sublata res iudicata per reuisionem; quando illius iniustitia non fuit detecta, *vt ait Caputaq. decis.* 87. *lib.* 1. & *Rota in vna Veneta Legitimitatis Lunæ* 1. *Iunij* 1602. *coram Card. Pamphilio*.

75 Et licèt *Franc. Marc. in d. decis.* 83. *num.* 1. dicat, quòd recursu interposito, si sententia executioni demandetur cautione non præstita, dicta executio sit retractanda; Nihilominus de stylo illius Curiæ, contrarium seruari ille testatur, nisi prius ille recursus per recurrentem parti recursæ notificetur, quia præterquam quòd ignorantia in recurso præsumitur, deinde quoties cautioni sit locus id intelligendum venit, si ea petatur, veluti quoque in materia recursus seruatur de stylo in omnibus Tribunalibus Vrbis vbi, si non citatur ille contra quem recurritur ad dicendum contra recursum, tunc erit locus executioni, aliàs secus, quando fuit petitus recursus, qui vim appellationis habet, *vt ait Rota per Card. Seraphin. in decis.* 495. *n.* 3. & *dec.* 972. *num.* 15.

76 Et hic nota, quòd recursus ad superiorem dicitur quædam benignitas superioris ad remouendum ea, quæ malè acta credit, *vt ait idem Card. Seraphin. in dicta decis.* 495. & ad id hic erit quoq. notandū, q expensæ factæ in recursu ad superiorem sunt illi imputandæ, qui recursui causam præbuit, *vt ait Rot. decis.* 343. *num.* 1. *part.* 3. *recent.*

De-

77 Declara insuper, quòd nulla est differentia inter recursum, & appellationem, in materia, vt quis audiatur ex nouiter deductis, & ad effectum reuocationis sententiæ; Immò potest etiam in d. recursu dici de illius nullitate, & iniustitia, *vt ait Cardinalis Seraphinus in dicta decisione* 495. *num.* 9.

78 Extendè, quòd etiam idem reputatur supplicatio, quàm reuisio causæ per recursum reprobata opinione *Riminal. & Grammat. vt ait idem Cardinal. Seraphin. in dicta decisione* 495. *num.* 9.

79 Qui quidem recursus in causis mercedis cuiuscumque summæ semper admittitur in d. tribunali Gubernatoris Vrbis, in uim suorum priuilegiorum. In illo verò A.C. ille non conceditur in causis, quæ summam scutorum viginti non excedunt, quemadmodum etiam seruatur in eo Gubernatoris extra materiam causarum mercedis, quia illæ causæ non possunt fieri, ob paruam summam commissariæ, nec per consequens per Signaturam Iustitiæ reuideri. Quamuis audierim dicere à pluribus Dominis Votantibus Signaturæ Iustitiæ, quòd iuxta illius intentionem, in dicto Tribunali Gubernatoris, etiã extra causas mercedum possint cognosci causæ cuiuscumque summæ, si tamen à partibus fuerit renunciatum appellationi per dictã Signaturã committendæ; quamuis ex noua reformatione Pauli V. in Rub. de Gubernatore Vrbis habeamus, quòd in causis appellabilibus appellatio interponi debeat ad Sanctiss. siue ad illius sanctã sedem, ne idem Tribunal duas sentẽtias in eadẽ causa ferat; in causis autẽ vbi appellatio non datur, possit haberi recursus à Locumtenente ad ipsummet Gubernatorem; Intentio autem Signaturæ super modo dato ad renunciandum per partes appellationi, ad hoc, vt in dictis causis, etiam de sui natura appellabilibus possit peti recursus ad Gubernatorem, ea fuit, quia aliàs ex illius inueterato stylo annullarētur infiniti processus earũ causarũ de sui natura ad sanctã sedem appellabilium, & meritò quidem, quia Papa est æque supremus Princeps & Dominus quarumcunque Tribunalium.

80 Extende secundo ea, quæ fuerunt dicta in materia reuisionis causæ executionem non impedientis adeò procedere, vt neque condemnati in sententia sint audiendi in reuisione, nisi prius soluto debito, ad quod per sententiam condemnati fuere; & ratio est, quia rescriptum illud, quod à tramite iustitiæ deuiat, non debet delegatus adimplere, *vt ait Giurba in sua decis.* 7. *cum alijs ibi per eum allegatis.*

81 Vltra quod res Iudicata suo effectu carere non debet, cum virtus legis in executione consistat, *text. est in cap. cum in aliquibus, de re iudic. & Andr. Gayll. decis.* 17. *lib.* 2. *de pac. public.*

82 Declara tamen id, quod fuit dictũ de impedimento rei Iudicatæ non dando, procedere, si per viam restitutionis in integrum non fuerit præuentum, quia tunc per eam executio impeditur, nisi ea fuerit cæpta, vel petita, *vt ait Put. in sua decis.* 285. *lib.* 2. *& decis.* 10. *de restit. in integ. & Rota in Bononien. Census* 11. *Decembris* 1602. *coram Iusto, Thesaur. decis.* 181. *num.* 7. *Odd. de restitutione in integrum quæstione* 42. *num.* 22. *& quæstione* 43. *num.* 1. *& sequen. Cæsar. de Graffis decis.* 1. *nu.* 13. *de restit. in integrum.*

83 Contrarium, quòd scilicet non sufficiat, quòd fuerit solum petita executio ad impediendum effectum restitutionis in integrum, *ait Odd. in d. quæst.* 42. *num.* 95. *vers. quid dicendum, Lancellott. d. cap.* 18. *num.* 117. *& Benintend. decis.* 85. *num.* 15. qui dicunt primam opinionem procedere, quando executio, ne dum fuit petita, sed commissa, & consumata.

84 Subdeclara tamen primò, illud non procedere, quando restitutio in integrum suspicione calumniæ ad impediendam executionem non caret, quia tunc executio non impeditur, vt dicunt omnes Canonistæ

in c. suscitata de restit. in integr. Odd. in d. quaest. 43. num. 63. & Rota decis. 346. num. 8. par. 1. diuers. Thesaur. d. dec. 181. num. 3. & 4. Afflict. decis. 356. num. 6. Cassad. decis. 1. de restit. in integr. & Rota in vna Mutinen. Canonicatus 23. Iunij 1603. & in illa Bonon. censui coram Iusto.

85 Et quando dicatur constare de calumnia restitutionem petentis, id est positum in arbitrio Iudicis, *vt ait Oddus in praecit loco num 77. Lancellott. de attentat. cap. 18. num. 93. & Benintend. decis. Bonon. 85. nu. 14.* qui dicunt quomodo illud arbitrium sit regulandum.

86 Subdeclara secundò non procedere, quando restitutio peteretur aduersus tres conformes, veluti dixi in verbo *Appellatio* aduersus tres conformes, *iuxta clem. vt calumnijs de re iudic. idemq. ait Nonius cons. 68. num. 9. & 10. Couarr. pract. quaest. cap. 25. num. 7. Lancellott. d. cap. 18. num. 81. & seq. Odd. d. quaest. 43. nu. 55. & Caputaq. decis. 330. num. 2. par. 1. Card. Seraphin. decis. 616. num. 8. & ita fuit decisum in Rauennaten. Bonorum 15. Aprilis 1575. coram R. P. D. Robusterio, & in Bononien. Bonorum 20. Iunij 1586. coram Orano, & in alia Pistorien. Beneficij 31. Maij 1607. coram Buratto.*

87 Vndè in hoc opus est vt addi debeat per Signaturam clausula Parito Iudicato, vt latè *ait Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 86. num. 18. & Rota penes Marches. de commiss. tom. 2. fol. 247. & in Placentina beneficij 1. Iunij 1615. coram Cardin. Verospio, & in Vallis Oletana Exemptionis 14. Martij 1616. coram Pirouano cum alijs adductis per aedentes ad decis. Gregorij 361. num. 4.*

88 Contrariam igitur opinionem esse magis communem testatur *Odd. in praecit. loco, vbi plures allegat.* vt scilicet sit impedienda executio, quando prę cipuè restitutio aduersus tres conformes peteretur, sub eo pretextu, quòd essent iniustae, siue aduersus duas, quae ex forma Statuti vim trium haberent, *idem Odd. d. quaest. 43. num. 55. & 61.*

89 Concordatu tamen, quòd prima opinio procedat, quando de notorio grauamine non appareret. Secunda verò, quando de illo notoriè, & manifestè appareret, & quando d. restitutio prorsus absque omni fraude peratur, iuxta opinionem *Saliceti in l. vnica in fin. C. ne liceat tertio &c. quam sequuta fuit Rota per Cassad. in decis. 1. circa fin de restit. in integr. Vestr. in sua praxi lib. 8. cap. 3. num. 15. Mil. in repertorio in verbo trium sententiarum, & Cappell. Tholos. in sua decis. 44.* Item prima procedit, quando damnum est irreuocabile; Secunda verò quando esset irretractabile, quia tunc executio suspenditur, etiam si aliàs non suspenderetur. Declarando insuper hanc secundam praecipuè procedere, quando restitutionem petens incontinenti doceret aliqualiter de suo bono iure, idest, quod praeberet Iudici fumum aliquẽ de impedimento, vel alia iusta causa, cuius intuitu restitutionẽ petit, reseruata postea pleniori probatione laesionis in eodem iudicio restitutionis in integrum, quam enim opinionem esse in iudicando tenendam, & maximam continere in se aequitatem, tam pro victore, ne eius executio retardetur per calumniam, quàm etiam prouicto, ne patiatur praecipitem executionem, dum de aliquo suo bono iure docet, *testatur Odd. in praecit. loco num. 58.*

90 Sed est bene verum, quod in dubio semper pro sententia, & re iudicata est praesumendum, etiam si esset per vnicam sententiam, quae transierit in rem Iudicatam, *cap. cum inter, & c. sicut de Iudic. Capiec. decis. 16. Rota decis. 636. num. 1. par. 1. diuersor. Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 67. num. 48.* & sic multò magis, quando essent tres sententiae conformes, *Put. decis. 198. num. 1. lib. 1. in nouis, & Rota in Barbastren. Pecuniaria 1. Iulij 1616. coram Andrea cum alijs adductis in d. Pistorien. beneficij 31. Maij 1617. coram Buratto. Card. Seraphin. decis. 984. num. 3. & decis. 1415 n. 5.*

91 Aliàs in casu retardationis aduersario incumberet onus transportandi processum, & acta ad effectum docendi de

de nullitate, & iniustitia sententiarum, *Rota decis. 636. num. 3. par. 1. diuersor. Seraphin. decis. 290. num. 20. & decis. 1307. n. 3. & Rota in Romana de Cansacchis 20. Maij 1589. coram Card. Blanchetto, & in illa Pistorien. coram Buratto.*

92 Extende etiam, quòd quando admittatur restitutio in integrum aduersus rem iudicatam, tunc expensæ reficiendæ veniunt, *Acchill. de Graffis decis. 14. de sent. & re iudic. & Odd. d. quæst. 43. n. 70. & seqq.*

93 Limita tamen primò prædicta non procedere, quando Princeps ex certa scientia illud rescriptum super retardata executione concederet, quia de plenitudine potestatis inhibere potest condemnatum non molestari, nec non potest etiam sententiam rectè latam, & quæ in rem iudicatam transiisset rescindere, & abolere, *vt ait Rubin. in sua decis. tertia, & facit quoque decis. Cardin. Seraphini 341. num. 19. & Rota in decis. 687. num. 8. par. 2. in recentior. vbi ait,* quòd Princeps facere potest, vt res factæ pro infectis habeantur.

94 Limita secundò non procedere, quando in precibus Principi oblatis fuerit facta mentio de re iudicata, cum clausula, non obstante &c. *Guid. Pap. decis. 420. & Gayll. lib. 2. obseru. decis. 48.*

95 Et ratio prædictorũ est, quia Principis auctoritas, facit actum reuocabilem, qui antea erat irreuocabilis, & è contra; quod tamen sublimita esse verum in eo actu, qui sinè Principis consensu fieri non poterat; secus autem in eo, in quo illius auctoritas non erat necessaria, *vt ait Rota per Cardin. Seraphin. in decis. 341. num. 19.*

Et propterea videmus, quòd licèt bona subiecta fideicõmisso alienari nõ possint à grauato; Nihilominus Papa potest illi derogare cum expressa prohibitione, ne vocati vllo modo emptorem dictorum bonorum molestare audeant, & id eò magis procederet ad emptoris fauorem, quando huiusmodi derogatio esset facta cum clausulis amplissimis, vt scilicet de subreptione, & obreptione dari non possit decreto irritanti, & sublata, per quã quis non solum dicitur habere os clausum, sed etiam manus Iudicis prorsus ligatæ censentur, *vt ait Rota per Card. Caualerium decis. 430. num. 2.*

96 Prætereaerit hic quoq. notandum, quando Princeps dicatur aliquid agere ex certa scientia, & tunc id facere dicitur, quando parte citata, & cum causæ cognitione agit; Quinimmò data etiã, quod citatio deficeret, non ob id tñ defectus illius excludit, quo minus ille actus ex certa scientia factus dici posset, quando alio modo constaret Principem ex certa eius scientia egisse, *vt fuit dictum à Rota in decis. 210. num. 2. par. 1. in recentior.*

97 Secus autẽ quando essemus in aliqua gratia extraiudicialiter concessa, quia tunc ea, etiam citationem non requirit, & præsertim, quando colligeretur Principem gratiam valere voluisse, quoad interesse habentes, etiã quòd non fuerint citati, *vt fuit dictum à Rota in d. decis. 210. num. 3. & 4.*

Amplia 12. principalem conclusionem de auctoritate Principis loquentem vt ille tempore penuriæ possit statuere iustum pretium frumento, & vino, *vt ait Graff. in sua decis. 115. num. 4. lib. 2. Franch. decis. 9. & Cappell. Tholos. decis. 446.*

99 Subamplia, quòd ille pari modo possit tempore necessitatis decernere vt frumentum Ciuibus & non exteris vendatur, *vt ait Coppen. in decis. 59.*

100 Subamplia præterea, quòd Princeps possit etiam d. tempore prohibere ne frumenta, siue victualia extra illius territorium extrahantur, siue subditis mandare, vt in tempore frumentum emant, veluti dixi in verbo Annona, vbi in hac materia multa notanda inuenies, *idemque Choppen. tradit in præcit. loco.*

101 Amplia 13. quòd Princeps mandare, potest, quòd bãnitus possint impunè & absque peccato à quocumque occidi, veluti parimodo indulgentias & impunitates concedit socijs criminum, ad hoc, vt delicta in lucem prodeant, cum Reipublicæ intersit, vt homi-

homines facinorosi extirpentur, *vt ait Franch. decis.* 330. *& deci.* 360. *& decis.* 463. *& Ioan. Valer. de differ. inter vtrumq. forum in verbo Adulterium differ.* 1. *num.* 4.

102 Subamplia, quòd etiam Princeps concedit gratiam delinquenti alium delinquentem capienti, *vt ait Franch. decis.* 403. *& decis.* 463. *& decis.* 468. Vnde videmus, quòd delinquentes alter alterum occidentes, vel capientes vigore banni publicati fruuntur indulgentia admissorum, *vt ait idem Franch dec.* 499. *num.* 1. & ibi docet, qui ab huiusmodi indulto criminosi excludantur, quem per te vide.

103 Amplia 14. quòd solus Princeps iudicat de suis concessionibus, si sint iustæ, vel iniustæ, & validæ, vel inualidæ, *vt ait Cancer. in sua decis.* 3. *lib.* 3.

104 Amplia 15. quòd beneficia Principum sunt latè interpretanda, dummodo interpretatio sit talis, quæ cōcessionem non augeat, nec minus comprehendat eos, qui in ea comprehensi non reperiuntur; Item id est verum, vt scilicet beneficium Principis latè sit interpretandum, sed contra ipsum concedentem, non autem contra tertium, & præsertim, quando esset benemeritus, quia tunc illud ad sui fauorem latè interpretandum veniret, Quinimmò neque lata interpretatio etiam fieret contra Principem, quando essemus in reseruatis alti Dominij, licèt secus si essemus in consuetis, vt pulchrè *ait Franch. in decis.* 275. *num.* 9. *& ita quoque ait Rota decis.* 663. *n.* 21. *par.* 1. *in recent.*

105 Amplia 16. quòd Mandato Principis sit obtemperandum, nec ei potest replicari, & dici cur ita facis, quāuis mandatum esset durum, *vt ait Roland. à Vall. cons.* 12. *lib.* 3. *& Farinacc. in sua praxi criminal. in* 2. *parte quæst.* 97. *per totam.* vbi hanc materiam latè examinat.

106 Subamplia, vt superius dixi, quod etiam Princeps potest mandare aliquem occidi, & tunc id ne dum fieri posset impunè; verum etiam, absque labe peccati, *vt ait Ioan. Valer. de differ. inter vtrumque forum in verbo Adulterium differ.* 1. *n.* 4 Et ratio est, *vt ait Salamon in parabolis in c.* 8. quia Deus ait, Per me Reges regnāt, & legū conditores iusta decernunt, per me Principes imperant, & potentes iustitiam decernunt, & hinc fit, quòd lex dicitur sanctio sancta, & qui eam spernit mortaliter peccat, *vt ait text. in cap.* 2. *de maior. & obed. latè Menoch. de arb. iud. cas.* 380. *& Natt. in consil.* 405. *num.* 9. *& Diuus August in cap. in illis, distinct.* 4 *& Cicero in Theoricis.*

107 Fallit tamen, quando aliquid mandaret expressè iniustum, & iniquum, quia tunc ei non esset parendum, *vt ait idem Roland. ibi supra num.* 8. *cum seqq. Cartar. de execut. sent. bannito capto.* Et ratio est, quia, quando illius officium excedit, tunc vti priuata persona procedere diceretur, & sic ei non esset parendum, *ad tradita per Dec. in l. factum à Iudice num.* 1. *ff. de regul. Iur. & Vrsill. ad Afflict. decis.* 265. *n.* 99

108 Extende prædicta eò magis procedere, quando præceptum Principis circa grauiora delicta versaretur, quia tunc mandatum illud exequentem non excusaret, *vt ait Franc. Marc. decis.* 666. *par.* 1. Secus autem, quando essemus in leuioribus, quia tunc mandatum Principis illud exequentem à pœna excusaret, *ad tradita per Menoch. cons.* 244. *num.* 45. *cum seq.* Et ratio est, quia nulla culpa est imputanda cui necesse est parere, *Bald. in cap.* 1. *§. iniuria, col. fin. in verbo sed pone de pactis iur. firman. & videndus est Menoch. cons.* 255. *n.* 37. *cum seqq.* Quod tamen secus esset, qn̄ lex nō esset de præcepto, sed de cōsilio, siue reuerentiæ, vel perfectionis, quia tunc eam non obseruās non peccat mortaliter, sed benè in Principis reuerentiam eam obseruare tenetur, quamuis esset dura, *text. est in l. prospexit. & ibi Doctores ff. qui, & à quibus pulchrè Menoch. de arbit. casu* 380. *n.* 1. *cum seqq. melius Bart. in l. si quis pro eo in* 5. *quæst. n.* 11. *ff.* de-

de fideiuss. & optimè Seraphin. de priuileg. iur. priuil. 83. *per totum*, & ibi multa ait in hac materia, & inter cætera, quòd non obseruans legem, mortaliter peccat, si haberet causam perpetuam prohibendi aliquid dicta prohibitio, veluti etiam id procederet, quando essemus in lege à Deo ordinata, vt sunt Iura Canonica, cum leges ciuiles non possint illaqueare animam, nisi essent emanatæ super aliqua materia, quæ esset illius naturæ, vt illius transgressio induceret peccatum, vel nisi fieret contra legem in contemptum, *vt benè comprobando ait Seraph. in præcitato loco num.* 10. *cum ibi allegatis ab eo.*

ARGVMENTVM.

AVCVPARI QVANDO liceat in fundo alieno.

CONCLVSIO CLXVI.

1 AVcupari, nota, quòd non permittitur aucupibus in alieno fundo contra Domini voluntatem, veluti nec etiam columbos in alterius columbario capere, *vt ait Guid. pap. in sua decis.* 218. *num.* 1. *& ad id multos alleg. Thesaur. Iun. quæst.* 22. *lib.* 2. *num.* 6.

2 Contrarium, quòd scilicet etiam contra Domini voluntatem, & prohibitionem venari possit in alieno fundo, *ait Franciscus Marc. decis.* 533. *num.* 3. *par.* 1.

3 Concorda, vt prima opinio procedat, quando Dominus venationem vetauerit per proclama. Secunda verò, quando ea non fuerit prohibita, aut essemus in locis publicis, *vt ait idē Fran. Marc.* 303. *n.* 1. *p.* 1. *& Franch. decis.* 158. *num.* 4. *& d. Thesaur. d. quæst.* 22. *num.* 7

4 Sed tenendo primam opinionem extende eam in tantum esse veram, vt si quis contra faciat, id, quod capit suum non fit, sed immò potius ille furtum committit, quando verbi gratia, columbos in alieno columbario caperet, *idem Guidopap. d. decis.* 218. *num.* 3. *Franc. Marc. decis.* 530. *nu.* 18. *par.* 1. *Idemque ait Azor. in sua summa Instit. moral. par.* 3. *l.* 1. *cap.* 13. *tit. de rer. domin. fol.* 47. *vers. tertio quæritur.*

5 Contrarium tamen ait *Gratian lib.* 1. *discept. cap.* 139. *num.* 1. *& seq. & præcipuè sub num.* 18. vbi ait, quòd præda fit capiētis, etiam in cōsciētia.

6 Rursus concorda, vt prima opinio procedat, quando per edictum publicum fuerit prohibita venatio. Secunda verò quando per Dominum fundi tantùm, quia ille non potest impedire ea, quæ à lege permissa fuere. Item prima procedit, quando esset prohibita venatio; secunda verò, quando solus ingressus prohiberetur in fundo, quia in primo casu censeretur, etiam prohibita animalium translatio, quod secus esset in secundo. Item prima procedit respectu actionis iniuriarum, qua Dominus contra ingredientem agere potest, & etiam ad pœnam; secunda verò respectu prædæ, quæ fit capientis secundum veriorem opinionem de qua testatur *Surd. cons.* 161. *lib.* 2. *& Gratian. ibi supra, & Thesaur. Iun. in sua q. forensi* 22. *nu.* 7. *lib.* 2.

7 Sed tenendo d. primam opinionem subextende illam eò magis procedere, quando animalia capta essent interclusa, veluti in Parcu, quia tunc ea fiunt Domini, & non capientis, *vt ait Franc. Marc. decis.* 530, *sub num.* 15. *&* 16. *parte prima.*

8 Subextende secundo id in tantum procedere, vt si quis Aprum capiat in alterius territorio, tunc tenetur dare caput Domino; & de ceruo patulam, *vt ait idem Franc. Marc. decis.* 533. *num.* 1. *d. par.* 1.

9 Subextende tertiò, quòd Dominus fundi possit de facto resistere fundum ingredi volenti, *vt ait Gratian. lib.* 1. *disceptat. cap.* 139. *num.* 4.

10 Subextende quartò, quòd Dominus possit agere actione iniuriarum, vt superius dixi, necnon ad pœnam aduersus eum, qui eo inuito illius fundum ingredi velit, licèt non ad prædam, quia ea fit capientis per venatorem, *vt ait idem Gratian. ibi supra num.*

num. 18. *& 19. & Benignus ad Statutum Agr sc ult. Vrb. cap.* 70. *sub lit. A.*

11 Rursus declara illã primã opinionẽ procedere, quoad pœnam, veluti, quãdo animalia essent in aliquo particulari loco interclusa; Secunda verò, quando in sua naturali libertate extarent, & ita intelligunt Doctores superius allegati, & *Thesaur. Iunior in sua quæst. forensi* 22, *num.* 9. *lib.* 2. Et quamuis multi dicant prædicta de parcu esse vera, quando parcus, siuè garena essent muro, siue sæpe circũdata; tamen *Gaspar. Thesa. ibi supra* ait id non habere pro uero, per ea, quæ *ait in* 3. *Fallentia num.* 6.

12 Subextẽde quintò id eo magis procedere in illis, qui vellent capere animalia in magna abundantia, ita vt de facili ea depopulari, & absorberi possent, & sic magnum præiudicium Reipublicæ fieret, quia tunc etiam per Iudices venatio prohiberi posset, *vt ait dictus Franc. Marc. in dicta decis.* 530. *sub num.* 16. *par. prima & nouissime Andreas Capanus de iure releuij parte* 4. *quæst.* 36. *num.* 13. *& seqq.*

13 Subextende sextò in illis, qui venationem facerent, sine licentia Domini, sed cum retibus, præterquam pro capiendo Vrsos, Apros, Lupos, & Leones, *vt ait Franch. decis.* 158. *num.* 2. *& Franc. Marc. dicta decis.* 533. *num.* 2. *dicta parte prima.*

14 Amplia id in tantum esse verum; quòd admonendi sunt quoque syluarum Domini, eorumque saltuarij, vt saltus innoxios habeant, ne feræ, quæ in illis reconditæ manẽt in agros priuatorum gregatim excurrant, & sata magno pauperũ rancore, & illorũ dãno depascantur, & si aliter faciãt integra damna soluere teneãtur, quæ sententia non solum est pia, sed etiam Iuri, & æquitati sit consentanea; & ratio ea est, quia, aut feræ iure gentium, sunt oĩbus communes, & tunc occupantium fiunt, & sic eorum venatio omnibus erit permissa; aut verò feræ sunt propriæ Dominorum, & tunc ad æstimationem damni dati actione vtili legis Aquiliæ tenentur. Vndè aut illi permittere debent libertatem venandi omnibus iure gentium permissam, aut damnum à feris datum plenè resarciant, ne cum diuite Euangelico pereant, *vt ait Gayll. in sua decis.* 68. *par. secunda.*

15 Subextende septimò tantò magis procedere, quando ageretur de agris qui vitibus essent consiti, aut seminati, aut septi, quia tunc nemini ibi liceret aucupari, & venati, aliàs valdè venator noceret prædictis vitibus, segetibus, & sæpibus, *vt ait Azor. in tertia par. instit. moral. fol.* 47. *in fine lib.* 1. *cap.* 13. *de rerum domin. & Gratian. in dicto cap.* 139.

16 Sed tenendo Secundam opinionem extendè primo eam in tantum esse veram, vt nec etiam venationes possint prohiberi per Principes, & Dominos superiorem recognoscentes in locis publicis, nisi cum immemorabili præscriptione illi fuerint in possessione prohibendi, *vt ait Franch. dicta decis.* 158. *nu.* 1. *&* 3. *& Gayll. pract. obser. decis.* 67. *per totam par.* 2. Quinimmò multi volunt, quòd eam sine peccato subditis prohibere non possint, *vt ait Thesaur. Iun. in sua quæst. forensi* 22. *num.* 1. *lib.* 2.

17 Et ratio est, quia non solùm venationes, & piscationes sunt de iure gentium, & naturali, *vt ait Franc. Marcus dicta decis.* 530. *num.* 14. *& Gratian. ibi supra num.* 19. *Guidopap. decis.* 514. *Anna singul. decis.* 58. *Franch. decis.* 158. Licèt Colerius testetur contrarium fuisse decisum in *Rota Lipsien. in sua decis.* 101. *& nouissimè Andr. Capanus de iure releuii par.* 4. *q.* 36. *nu.* 13. Verum etiam, quia, cum occupationis hominum tres species potissimum reperiantur, nempè, Venatio, Aucupium, & Piscatio; Igitur non tam Principibus, sed etiam cunctis viris dicta venatio concedi debet, aliàs Principes malè suos subditos tractarent, dum illis ea, quæ à Deo, & natura in hoc mundo pro hominum sustentatione fuerunt posita prohiberent; nam ipsis animantibus homo præpositus fuit à Deo, *vt ait Thesaur. ibi supra num.* 1. Deinde cum

Deinde cum ea comes rei militaris dicatur, atque rerum bellicarum meditatio fiat; idcircò illa à veteribus summoperè semper laudata fuit; Et ratio, vltra prænarratas, ea potissima esse videtur, quia venator diluculo homines surgere, equitare, currere, atroces feras obseruare, persequi, capere, ac iacu lo petere, necnon æstum, frigusque sufferre, & sæpè etiam famem pati discere facit. Deinde omnia bellica exercentur in venatione, & aucupio, *ait Andr. Gayl. in sua decis. 67. par. 2.* Et propterea Plutarchus scribit, quòd Alexander Magnus adeò venationibus delectabatur, atq. deditus erat, vt post prandium sæpè diem venatu consumpserit, & sic cum nullo exercitio Principes magis recreentur, quã venatione, hinc propterea videmus, quòd ius venandi inter eos sæpè controuersum est, illudque armata manu plerunque defenditur, *vt ait Gayll. ibi supra, num. 2. idemque ait Thesaur. ibi supra num. 2.*

18 Sed cum hodie prædictæ libertati præscriptione, & principali concessione omnino fuerit derogatum; hinc est, quòd cautela pro Baronibus optima erit, vt faciant vnam prohibitionem per viam bannimentorum pœnalium, quæ possunt fieri, quando tamen sunt iusta, & ob publicam vtilitatem, *Buratt. dec. 427. num. 2.* Quia si postea Vassalli se abstinerent à venando, tunc non contradicendo illis acconsentire viderentur, & per consequens Baro in quasi possessione prohibendi cõstitueretur, *vt ait Grammat. decis. 67. in tertio dubio, & Franch. decis. 158. & Thesaur. decis. 16. per totam, & Thes. iun. dicta quæst. 22. num. 8. lib. 2.*

19 Cautela autem è conuerso pro vassallis, ad id aufugiendum optima erit, si contradicerent, & à banno reclamarent, *vt ait Grammat. ibi supra, & Franch. in dicta decis. 158. num. 3. Riccius in præalleg. collect. 396. propè med. & Francis. Marc. dicta decis. 530. n. 16 in princip. par. 1.*

Contrarium tamen esset, si prohibitio fieret, circa modum venandi, vtputa ne venationes fiant cum retibus, & laqueis, & piscationes cum fermento venenato; nam tunc tenet illa prohibitio, & per consequens à supremis Magistratibus erunt confirmanda, si subditi reclamarent, quemadmodum etiam si venatio fuisset prohibita pro certo anni tempore, quod de iure fieri potest, *vt ait Medices in tract. de Aucupio, quæst. 11.* Et quamuis dicat contrarium *Vincent. de Franch. dicta decis. 158. num. 5. & seq.* tamen ille loquitur de stylo illius Regni Neapolis, mouendo se ab illa regula generali, vt scilicet venatio prohiberi non possit, quæ tamen limitatur non procedere in hoc particulari casu, veluti testatur *dictus Thesaur. iun. in dicta quæst. 22. num. 10. in fine. & viden. est Andreas Capanus in suo tract. de iure releuij quæst. 36. nu. 15.*

20 Animaduertendo tamen, quòd ad effectum manutentionis ad fauorem Domini acquiescentia Vassallorum, nisi sit diuturna non erit sufficiens, ex duobus, & primò, quia ea potius coacta, quã vltronea censetur, cũ in subditis metus præsumatur, *vt ait Surd. cons. 127. n. 25. & Rot. in Tiburtina Iuris molendi, Veneris 4. Iulij 1614. coram Remboldo;* secundò, quia bannimenta, siue præcepta pœnalia semper iustum metum inducunt in subditis, & sic ex actibus coactis nulla oritur consuetudo, neq. per cõsequẽs ius cogẽti acquiritur, *Natt. cõs. 106. n. 12. lib. 1.* Vltra quòd nunquam vllum ius incorporale acquiritur ei, qui clam, siue precario possidet, *vt ait Rota ibi supra.*

21 Aliàs sine eorũ acquiescẽtia diuturna, ad illũ effectum manutentionis in possessione, aut prohibitionis, verbi gratia, molẽdi, siue venandi non poterunt dñi ea prohibere, etiãsi per actus longissimo tempore continuatos essent in quasi possessione prohibendi constituti, *vt fuit latè deductum à Rota ibi supra, & in eadem coram eodem sabbati 26. Nouembris 1616.*

22 Extende prædicta adeò esse vera, vt propterea in primis ea prohibitio molendi, siue venandi esset plenè probanda per testes non subditos, si pos-

sibi-

sibile esset, cum attestationes subditorũ semper de fide diminuantur. Deindè illi deponere debent se ipsos vidisse bannimenta de tali tempore affixa, & quid continerent, siue eorum promulgationem seruatis seruandis fuisse factam, cum sono tubæ, & in pluribus, & magis frequentatis terræ partibus, aliàs cessaret ea præsumptio, quòd dicta prohibitio ad notitiam Populi, siue Communitatis peruenisset, ad notata per *Præpos. in cap. final. 16. quæst. Gram. decis. 36. num. 22. & sic id non nisi in præiudicium scientiam habentium euenire posset, vt ait Butr. in c. significante num. 17. de appell. Bald. in l. 3. §. Item lapis, ff. de rer. diuis. Capicc. decis. 209. num. 26. & Rota ibi supra coram Remboldo de anno* 1616.

23 Subextende, vt superius fuit dictum, prædicta quoque procedere ad fauorem subditorum, etiam, quòd illius bannimentis non se opposuerint, quia vltra quòd ista conclusio non est tuta in ijs, quæ sunt præiudicialia Communitati, *vt ait Thesaur. decis. 16. num.* 7. deinde id præsumitur metu reuerentiali ommissum, *vt ait Rota ibi supra coram Remboldo.*

24 Fallit tamen, quando constaret de aliquo titulo Domini, & sufficienti illius Iurisdictione, quia tunc etiam quòd non fuisset probatum paritum fuisse bannimento per homines alicuius Communitatis; nihilominus acquireretur quasi possessio Domino, *vt fuit dictum in vna Burgen. Seruitutis coram Litta allegata in illa Tiburtina Iuris molendi 26. Nouembris 1616. coram eodem Remboldo.*

25 Secus autem si de titulo non constaret, quia tunc patientia, quæ habetur loco tituli esset necessaria, *Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 43. & ibi Ripa num. 50. de caus. possess. & propriet. Capicc. dicta decis. 209. num. 29.* & sic isto casu nulli alteri quàm supremo Principi id competere potest, *vt latè ait Surd. cons. 127. num. 54. & Rota ibi supra coram Remboldo.*

26 Amplia hic obiter prædicta etiam procedere in prohibitione furnorum, & Molendinorum alicuius priuati, ad hoc, vt ad illud Domini subditi accedere debeant, cui parere ipsi non tenentur, etiam si sacramento fidelitatis sini adstricti, quod tamen secus esset, quando fuisset prohibitum subditis, ne ad alium furnum accedant ad coquendum panem, siue ad aliud molendinum ad molendum, quàm ad proprium, & huic prohibitioni subditi per plures annos obtemperauerint, in vim cuius præscriptionis tunc prohibitus videretur gerere actum non gratuitum, sed meræ seruitutis, quæ per præscriptionẽ non acquiritur, sed per negationẽ, & sic prædicta procederent præcipuè, quando talis ordinatio rem publicam, siuè Fiscalem Cameram respiceret, quia tunc ea valeret ex ea ratione, quòd quasi quæstus indè redactus publicis necessitatibus destinetur, & sic id munus publicum fieret, quemadmodum etiam diceretur, vbi essemus in Principe, qui suos subditos cogere valeret: at secus si ordinatio prædicta rem dominorum priuatam, idest eorum patrimonium respiceret, *vt ait Grat. lib. 1. discept. cap. 89. nu. 15.*

Quinimmò potest etiam consuetudine, siuè priuilegio induci, vt quis solus molendinum habeat, aut ad vnum tantum eatur, sicuti valet statutum, quod cogit ire ad molendina Communitatis, *vt ait idem Grat. dicto cap. 89. num. 11. 12. & 14.*

Licèt sit quoque verum, quod multi dicunt sufficere hanc prohibitionem maiori parti fuisse factam, & signanter *Boer. decis. 125. num. 5.* Aliàs si fieret vni personæ alijs non nocet *Afflict. decis. 388. num. 2. & 3.* Veluti etiam ait sufficere, si prohibitio esset extraiudicialiter facta, *Capicc. decis. 209. num. 26.* & præsertim, si subditi pro bono pacis tali prohibitioni obtemperarent, *idem Capicc. ibi supra, & alij allegati à Thesaur. in sua decis. 16. nu. 7. vers. sufficere, & Gratian. lib. 3. discept. cap. 564. nu. 51. & seqq. & Rota per Burat. in sua decis. 38. num. 2.*

Con-

27 Contrarium, quòd scilicet prohibitio fit facienda toti vniuersitati palam, & quòd pari modo obedientia fit per totam vniuersitatem præstanda, *ait Capice. dicta decis.* 209. *num.* 28. *& Thesaur. dicta decis.* 16. *num.* 7. *in fin.*

28 Circa illud autem, quòd fuit dictũ de iuramento fidelitatis, nempè illud non sufficere ad cogendum subditos ad molendum, & coquendum panẽ, contrarium videtur tenere *Gratianus ibi supra num.* 54. *vers. Alia opposita.* Et ratio est, quia quis potest sibi necessitatem imponere eundi potius ad vnum molendinum, quàm ad aliud, & sic quod talis conuentio obliget, ait etiam *Gaspar Thesaur. in addit. ad Thesau. in addit. ad Thes. dec.* 16. *post med.*

29 Licèt ego prædictas opiniones tali modo concordarem, & sic, vt prima procedat, quando subditus esset solũ iuramento fidelitatis in genere adstrictus. Secunda verò quando iuramentum in specie extaret, quòd eũ ad molendum cogeret, *vt ait Grat. ibidem.*

30 Vnde redeundo ad id, quod fuit dictum circa modum præscribendi illud ius prohibendi venationes coquendi panem, & frumentum molendi, nota, quòd illud vario modo induci potest, iuxta Doctores; Nam *Boer. in dicta decis.* 125. *nu.* 5. *ait* dictam præsumptionem sufficere decem annorũ inter præsentes, & inter absẽtes viginti, & istud secundum rarò euenit in Vniuersitate, quia rarò abest. Alii verò dicunt eam debere esse triginta annorũ, & præsertim *Ludou. dec. Perus.* 106. *nu.* 15. *alleg. à Thes. in d. dec.* 16. *num.* 7. *versic. Dissentiunt. & Gratian. dicto lib.* 3. *discept. cap.* 564. *num.* 51. *& seqq.*

31 Quamuis tamẽ ea opinio sit verior, quæ tenet etiam per mille annos huiusmodi præscriptionem non currere, & præsertim, si taciturnitas, & acquiescentia esset per metum causata, quæ facit, vt numquam præscriptio, & præcipuè in facultatiuis currat, *vt fuit latè deductum à Rota in illa Tiburtina Iuris Molendi coram Remboldo, & Thesaur. ibi sup. n.* 2. *&* 7 *ferè in fine, & pulchrè Grat. d. c.* 564. *n.* 44. *& seq.* vbi subdit id procedere, etiã si Dominus merũ, & mixtum imperium haberet, *idem ait in disceptat.* 89. *num.* 13. *lib.* 1.

32 Fallit tamen ista regula pluribus modis, & primo (vt diximus) quãdo subditi verè acquieuerũt prohibitioni, ex iuribus *ibi supra alleg. à Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 89. *num.* 110. *& seqq.*

33 Fallit secundò, quando Vasallus tale ius expressè nominatum in sua inuestitura acquisijsset, veluti, quia esset inuestitus de feudo cum molendinis, & furnis, cum similibus, *vt ait Guidopap. decis.* 298. *num.* 2.

34 Contrarium, quòd scilicet, neque vasallus inuestitus cum molendinis, & furnis possit cogere subditos ad molẽdum, & panem coquendum, *ait Grat. lib.* 3. *discept. dict. cap.* 564. *num.* 47. & eò magis, quando subditi essent personæ Ecclesiasticæ, quæ à laycis grauari non possunt, aliàs grauaretur Ecclesiastica libertas, *vt dicunt Doctores allegati à Gratian. in pracit. loco, & Vrsil. ad Afflict. in dec.* 388. *num.* 4. *Thes. dec.* 16. *n.* 9. *& Boer. dec.* 125. *nu.* 4.

Extende idem procedere in venatione, quæ à vasallo prohiberi non potest, etiam si fuerit inuestitus cum venationibus, nisi esset in possessione prohibendi, *vt ait Gasp. Thes. in quæst. forens.* 22. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2.

35 Fallit tertiò illa regula, si istud ius esset acquisitum ex facto prædecessorum, quia tunc diceretur imposita obligatio, & seruitus personalis subditis, ex qua posset hmõi prohibitio fieri de iure, *Boer. decis.* 125. *& Affl. dec.* 388.

36 Fallit quartò, si consuetudo in Patria extaret, vt vasallus habeat tales furnos, cum facultate prohibendi, *vt ait idem Boer. d. decis.* 125. *col.* 3. Et ratio istius fallentiæ ea est, quia tunc prohibitus gerit actum non gratuitum, sed meræ seruitutis, iuxta *doctr. Bal. in cap. significante, de appel. & ibi Abb. in* 1. *notab. Natt. cons.* 106. *num.* 9. *& consil.* 107. *lib.* 1. *& Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 91. *num.* 18.

37 Fallit quintò, si ad æmulationẽ subditi vellẽt cõstruere aliud molendinũ in præiudicium Domini, quod eis facere non licèt, *vt dicunt Doct. alleg. à Thes. ibi supra num.* 10.

38 Fallit sextò, quando primum molēdinum esset publicum, vel etiam si esset fiscale, quia tunc Dominus posset prohibere, ne alia construerentur noua Molendina, siue noui furni, *vt ait Thesaur. dicta decis. 16. num. 13. versic. Sexta sequitur exceptio, & Guidopap. decis. 298. num. 1. & Gratian. ibi supra.*

Declara tamen illud, quod fuit dictum de legitima prohibitione, per vnum fienda, ne Molendinum nouum ædificaretur in præiudicium antiquioris, procedere solum, quando primum Molendinum esset Domini, siue publicum. Secus autem si esset priuatæ personæ, quia tunc dicta prohibitio non afficeret, nisi aqua primi Molendini diminueretur, neq. illi suffragaretur allegare damnum, quod ex frequentiori concursu molentium habere solebat, & quem amplius, ob nouum Molendinum habere non potest, quia illud damnum consistens in aliorum voluntate non est habendum in consideratione, cum liberum sit accedere ad alia Molendina, vnde illud lucrum primi non potest dici radicatū, tamquam ab alieno arbitrio dependens, neque per consequens igitur dici debet, quòd per nouum ædificium diminuatur lucrum, quod alius antea faciebat, quia cum in dubio præsumatur illud fieri pro vtilitate propria, & non ad æmulationem, idcircò venit ædificans præferendus in suo. Quinimmò si id mixta ratione fieret, vt scilicet animo nocendi vicino, & vt sibi prodesset, tunc est potius sustinendū ex causa illa, quæ prodest; nam semper venit iudicandum ex effectu, & non ex affectu, cum ille non lædatur ex consilio, qui non offenditur re, veluti ita distinguendo ait *Gratianus lib. 1. disceptation. cap. 89. num. 1. cum sequentib.*

39 Præterea si contingeret dubitari, an vna cōsuetudo adesset, siue quòd acquiescētia fuerit per subditos, vel Dominos seruata in hac materia prohibitionis, tunc per eum, qui eam allegat probanda venit, *vt dicunt Doctores allegati à Thesauro dicta decis. 16. nu. 8. & Afflict. decis. 388. & facit Grat. lib. 3 discept. cap. 564. num. 54. & seqq.* Et prius *dicto lib. 1. cap. 89. num. 1 i. ait,* quòd ex consuetudine, ex priuilegio induci potest, vt quis solus molendinum habeat, siue ad vnum tantum ad molendinum eatur.

40 Et reassumendo dictam secundam opinionem super eo, quòd Principi nō sit licita venationis prohibitio, Extende illam secundò procedere in illis, qui verbi gratia, aliquam bestiam nigram, vel russam emodauerint, quia tunc illi possunt eam persequi, etiam in territorio alieno, & si forte alius accipiat, poterit illam occidere; & ventrem dare canibus, residuum tamen tenetur seruare per vigintiquatuor horas ad sciendum, si primus venator veniat, vt eidem seruetur, & præsertim, si primus iam illam feram bestiam vulnerauerat, aliàs efficitur occupantis, etiā si bestia esset in laqueum primi, quia de facili euenire poterat, vt ille primus eam accipere non posset, *vt ait idem Franc. Marc. decis. 533. nu. 5. par. 1.*

41 Extende tertiò, quòd venatio non sit impedienda in locis publicis, licèt secus, si ea cum sclopetis, & balistis ad sagittam exerceretur; & ratio est non, quia hæc venatio sit prohibita, sed quia cum talibus armis publica pax facilè violari posset, *vt ait idem Franch. dicta decis. 158. num. 7. Capiblanc. de officio Baron. prag. 14. nu. 40. & nouissimè Andr. Capanus de iure releuij par. 4. q. 36. num. 13.*

Et propterea hinc infertur primò, quòd licèt Barones non possint prohibere venationem ipsam, possunt tamen prohibere vsus armorum in venando, siue etiam aliorum instrumentorum, ex quibus genus animaliū perire posset, itaut, ne amplius inueniretur ratia, *vt ait dict. Franch. in dicta decis. 158. Capiblanc. dicta pragmatic. 14. Rebuff. in l. finali, C. de venat. ferarum lib. 11. & dict. Andreas Capan. ibi supra num. 13. & seqq. & sequenti.*

42 Infertur secundò, quòd Barones possunt prohibere aucupium, & venationem ad tempus, quando verbi

verbi gratia lepores sunt prægnantes, siue si fasiani, vel cæteri aues oua calefacerent, *vt dicunt Capiblanc.in d.prag.* 14.*sub n.* 4.*& Io. Andr. Capanus ibi supra num.* 15. Immò inferius testatur vidisse prohiberi, vt messitores non meterent frumentum circiter ea loca, vbi fasiani oua calefaciunt, ad hoc ne illi aufugiant, ex eo, quia non haberent vndè se abscondere valerent, licèt tamen id dicat procedere de facto, non autem de iure in territorijs particularibus in hac materia, vide quæ ait *Thes. Iun. in sua quæst.* 22. *num.* 10. *lib.* 2.

43 Subextende, quòd neque venator & vllo modo possit retineri in fundo donec restituat id, quod cæpit, *idem Gratian. ibi supra num.* 20. Aliàs si retentio esset per viginti horas, tunc retinens priuatum carcerem commisisse diceretur, *vt latissimè tradit Farinac. in quæst.* 27. *de carcer.& carcerat. ferè per totam.*

44 Extende quartò dictam secundam opinionem procedere, etiam si per Iudicem fuisset venatio prohibita, quia nihilominus, quis venari posset, ea prohibitione non obstante, quia ille non potest prohibere ea, quæ à lege, & præsertim naturali conceduntur, *vt ait idem Gratianus dicto cap.* 139. *num.* 19.

45 Extende quintò procedere, si fructus fundi prohibiti in venatione consisterent, veluti si essemus in locis montuosis, & saltibus, ex quibus sub. diti essent soliti lucrari ex venatione, & aucupio, licèt etiam si venatio cum auibus, & canibus, aut cum archibusijs, & tormentis fieret, & prædicta eò magis procedunt in conscientia, licèt secus sit in foro exteriori, vt supra diximus, *idem Gratian. in præcitato loco num.* 15 *&* 22. *cum ibi allegatis.*

46 Sed pro concordantia istarum opinionum circa venationes, quando scilicet illæ sint iustæ, vel non, erit attendenda consuetudo, siue Statutum locorum, *vt ait idem Franc. Marc. dicta decis.* 530. *num.* 15. *& decis.* 533. *num.* 5. *par.* 1. *& Thesaur. Iun. d. quæst.* 22. *num.* 10. *in fine lib.* 2. *& Vincentius de Franchis decis.* 158. *nu.* 5. *& seq.*

47 Subextende, quòd in hoc Statutum adeò inuiolabiliter venit attendendum, vt neque vnus si venaretur pro aduētu Principis à pœna dicti Statuti esset excusandus, *vt ait idem Franc. Marc. dicta decis.* 530. *sub num.* 16. *propè principium:* licèt sit benè verum, quòd aliquando Princeps siue Respublica soleat concedere iustis de causis ius quibusdam venandi, vel piscandi in certis agris, ac fluminum partibus, & diuerticulis, ea conditione, vt solum ipsis venari, siue piscari liceat, *vt ait Azor. in* 3. *part. instit. moral. lib.* 1. *cap.* 13. *tit. de rer. dom. fol.* 47. *vers. tertio quæritur & Thesaur. Iunior in sua quæst.* 22. *num.* 3. *lib.* 2.

48 Præterea notandum erit, quòd plures species venationum reperiuntur, & alia dicitur clamosa, & labotiola, veluti illa ad Apros, Vrsos, Leones, & similes bestias feras, & hæc erit licita laicis, sed non Clericis, nisi tamen necessitas in contrarium vrgeret, veluti, quando huiusmodi animalia fructus bonorum Ecclesiæ deuastarent, quia isto casu illis licita esset dicta venatio, *vt ait idē Franc. Marc. d. dec.* 530. *num.* 1.

49 Alia verò venatio vocatur arenosa, veluti, quando vnus homo cum aliqua bestia fera damnosa, siue etiam cornuta debellare vellet, ad experiendas, siue exercendas proprias vires, & tūc si ea fiet absq. precio, tūc laicis erit permissa; secus autē quando quis ad id suas operas locaret, quia tunc vltra quod ille mortaliter peccaret, & esse infamis, deinde conspicientes istud exercitium mortaliter quoque peccarent, *iuxta glos. in cap. qui venatoribus* 86. *distinct. & Franc. Marc. dicta dec.* 530. *num.* 2.

50 Pari modo altera venatio reperitur, q̄ vocatur saltuosa, & q̄ exercetur in syluis, saltibus, & nemoribus, & hæc per laicos exerceri pōt, nisi tamen tēpore quadragesimæ fieret, vel in die ieiunij, quę non est tñ licita clericis, quando fieret causa voluptatis, dimittendo

Rrr 2 officium

officium Ecclesiæ, siue diuinum seruitium deferendo; Vndè facit illa regula, quòd omne studium sit maledictũ ob quod relinquitur diuinum officium, *vt ait Franc. Marc. in dicta decis.* 530. *par.* 1.

51 Fallit tamen primò, si necessitas inevitabilis vrgeret, quia tunc etiam tẽpore Quadragesimæ, & Ieiunij fieri posset, *vt ait Franc. Marc. in dicta decis.* 530. *num.* 3.

52 Fallit secundò, quando venatio esset spatiosa, siue ea recreationis causa fieret, ad euitandum calorem naturæ, quia tunc est permissa, & præsertim laicis, *vt ait idem Franc.* Marc. *dicta decis.* 530. *num.* 4.

53 Altera autem venatio est, quæ vocatur oppræssiua, & in hac fuit primus inuentor Neroth, & talis venatio est permissa in bello iusto, aliàs minimè, *idem Franc. Marc. d. decis.* 530. *n.* 5.

54 Declara tamen, quòd qualibet venatio est prohibita Episcopo, *vt est text in c. quorundam* 24. *distinct.* Et id est præcipuè fundatum sub dicto sancti Hieronymi, qui ait, non inueniri vnum sanctum fuisse venatorem; quod tamen declara verum, quando vnus in venatione permanet, at secus in eo, qui pœniteret, & eam desereret, vt fecit Diuus Eustachius, & Diuus Iulianus, qui fuerunt venatores, sed illi eã deseruerũt, & pœnitentiã postea egerunt, aliàs vtique non fuissent sancti; Et reuera illud est exercitium tale, quod facilè maledicere, & blasphemare docet, vt ego experientia in quibusdam vidi, qui extra venationem erant Angeli, sed in ea erant Diaboli, *idem Franc. Marc. dicta decis.* 530. *num.* 7. *&* 8. *par.* 1. Et licet *sub nu.* 9. dicat, quòd recreationis, & necessitatis causa liceat Episcopo, & alijs Prælatis aliquoties venari; nihilominus *sub nu.* 10. ait, quòd venatio vix potest fieri sine peccato, sed, quòd neque clericis, neque rusticis sit concedẽda venatio, & clericis ne distrahẽtur à Diuinus, & mãsueti fiant; rusticis autem, ad hoc, vt facilius culturæ agrorum sint intenti, *Gasp. Thesaur. in sua quæst. forens.* 22. *ferè in fine lib.* 2.

55 Subdeclara tamen id non procedere in piscatore, & ratio istius differentiæ ea est, quia venatio fit cum clamore, & piscatio sine; Item, quia in venatione percipitur maior delectatio, quàm in piscatione, & parimodo, quia non ita in venatione, quis potest cogitare de diuinis, veluti in piscatione, quæ propterea non est Clericis prohibita, nisi esset continua, vt ex causa voluptatis, & ratio est, quia in secundo casu Clerici facile à diuinis distraherentur, & Ecclesia in spiritualibus, & temporalibus ingens detrimentum pateretur, *vt ait Franc. Marc. dicta decis.* 530. *nu.* 8.

56 Extende primò id in tantum esse verum, vt propterea Clerici in illo secundo casu possint deponi, licèt non ob venationem, sed propter inobedientiam, *iuxta tradita per Archidiac. in dicto c. quorundam distinct.* 24. *& sequitur Ioann. de Agn. in cap.* 1. *de cleric. venator.* vbi ponitur pœna contra Episcopum, Presbyterum, vel Clericum Venatores, *idem Franc. Marc. dicta decis.* 530. *num.* 9.

57 Subextende, quòd etiam Clericus canibus, & alijs Instrumentis priuabitur ad venationem aptis, quando contra edictum fuerit repertus venari, veluti dicitur de armis, quæ gestabat, quando cum eis fuit repertus, *vt dixi in verbo Arma concl.* 143. *num.* 35. *& veluti ait Gratian. ibi supra num.* 23. *&* 24. *cap.* 139.

58 Sed declara tamen, quòd Clericus non possit præda, per eum facta priuari, *idem Gratian. ibidem num.* 18. *&* 19. Et ratio est, quia prohibitio tàm priuata, quàm iudicialis acquisitionem dominij non impedit, tamquam quid à lege permissum, *Natta cons.* 375. *num.* 6. *quicquid glos. & alij contrarium sentiant*, quia contra eos verior est opinio, *vt ait Gratian. ibidem num.* 19. *Surd. cons.* 161. *lib.* 2.

59 Extende secundò, quòd neq. excusarentur Clerici per contrariã consuetudinem, & præscriptionem, *vt ait Host. iens. in dicto tit. de Cleric. venat.* alias talis consuetudo esset nutritiua peccati; Vndè videmus, quòd quãdo con-

sue-

consuetudo est irrationalis, & contra ius non est attendenda; sed ad hoc, vt dicatur talis, debet esse contra verba expræssa legis, vel contra rationem, siue contra mentem legis ex ratione desumptam, *Put. decis.* 457. *lib.* 2. *Mohedan. decis.* 45. *& Rota per Gregor. decis.* 310. *num.* 5. *& 6. & ibi* dat exemplum, Vndè videmus etiam, quod consuetudo fœnerandi, & falsum dicendi, vti abusus non valet, *vt pulchrè ait Seraphin. de priuileg. Iurament. priuileg.* 137. *& Rota in Oriolen. Iuris conferendi* 19. *Nouembris* 1576. *coram Card Blanchetto, & Franc. Marc. dicta decis.* 530. *num.* 9. vbi subiungit, quod venator currit per deuia sicut Diabolus conducit animam captiuam, *iuxtà Goffred. in sua summa de cleric. venat.*

60 Subextende, quòd scilicet neque piscatio sit Clericis permissa, nec propterea ea ratio suffragatur, quòd in piscatione non fiat acclamatio, *vt ait text. in c. Esau.* 86. *distinct. & ad id Io. de Agn. post Host. in dicto capitulo de cler. venat.* refert, quosdam versus in vita Beati Martini, quibus cauetur, quod iam est piscatio prohibita Clericis, quam venatio, licèt tamen ipse contrarium concludat, *vt refert idem Franciscus Marc. dicta decis.* 530. *num.* 10.

61 Ratio autem illius opinionis super permissione piscationis in Clericis est deducta ab exemplo Dei, quando Piscatores, & non Venatores vocauit, & ratio rationis est, quia piscatio fit sine peccato, sed venatio vix potest fieri sine eo, *idem Francisc. Marc. dicta decis.* 530. *num.* 10.

62 Licèt illa non mihi videatur bona æquiparatio, quia Piscatio Petri, & aliorum Apostolorum erat de animis, sed hæc de qua loquimur est de piscibus, & sic illa consistebat in fructu animarum, & hæc in delectatione piscium, Item vna erat cordis, alia verò corporis; Vndè in proposito nolo prætermitere hic obiter dicere, quantum distent deliciæ corporis ab illis cordis, Nam corporales deliciæ dum non habentur graue in se desiderium accendunt, sed cum habitæ postea eduntur, tunc comedentem protinus in fastidium ob satietatem vertunt, At secus in spiritualibus delicijs, quia dum illæ non habentur, non in desiderio, sed potius in fastidio sunt, cum vero habentur, tunc quantò magis à comedente esuriuntur, tantò amplius ab esuriente comeduntur. Quare erit notandum, quòd in primo casu appetitus placet, sed experientia displicet. In secundo autem appetitus est vilis, sed experientia magis placet, Item in primo appetitus saturitatem, saturitas autem fastidium generat. In secundò appetitus saturitatem, sed saturitas appetitum parit; Et propterea videmus etiam, quòd sanctus Petrus post conuersionem suam ad piscationem redijt, quia de illius lucro valdè delectabatur. Matthæus autem ad Thelonium non redijt, quia illud ad appetitum corporis, & non animæ tendebat; Et propterea ait *Diuus Gregorius in homil.* 24. *in Euangelia, quæ est in quarta feria infra Octauam Paschæ*, quòd plura sunt negotia, quæ sine peccatis exhiberi aut uix, aut nullatenus possunt, Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat.

63 Sed reassumendo materiam Venationis, Extende iterum, quòd ea sit quoque Monachis prohibita, & nedum per se, verum etiam per eorum familiares, quod tamen secus esset, si illi haberent saltus, viuaria, aut garenas proprias, siue ius venandi illis in alieno solo, & territorio competeret vbi essent Cuniculi, vel aliæ feræ, quia tunc venatio talis eisdem permitteretur, dummodo tamen intra monasteria, seu domos, quas inhabitant, aut eorum clausuras venaticos canes non teneant, nec pari modo personalem præsentiam venationi exhiberent, *vt fuit decisum à Rota Delphinatus per Franc. Marc. in dicta decis.* 530. *num.* 11.

64 Item secus esset, quã venatio esset in fructu, veluti, quia consisteret in annuo reddidu, puta cuniculorum, vt in Prouencia, & ferarum, vt in Anglia, quia tunc Clericis, & Religiosis de-

debito tempore venari liceret, & maximè deficiente familia in proprijs personis venationem capere, & vendere, & tunc isti non dicerentur vagari, sed necessitati, atque vtilitati Ecclesiæ subuenire, quod enim Clerici facere tenentur, *idem Franc. Marc. d. decis. 530. num. 13.*

65 Et nota, quòd quando venatio est in fructu, tunc ea ad vsumfructuarium spectat, *vt ait Maynard. in decis. 39. lib. 2. & Riccius in sua collectanea decis. 395. par. 2. in fin.*

66 Sed hic bonum erit declarare, quid sit Saltus, & quæ sint Viuaria; saltus igitur dicitur nemus habens arbores raras, vbi feræ, venatores, & canes benè saliunt; Viuaria autem dicuntur ea loca, vbi feræ viuunt, & nutriuntur, vt de hoc benè ait *Hostiens. in c. cum dilecti de donat. & Franc. Marc. dicta decis. 530. num. 12. & 13. par. 1.*

67 Præterea erit notandum ius venandi inter seruitutes reales poni, quia à syluis, tanquam à prædio seruienti; seruitus autem illa venandi Castro, seu villæ tanquam fundo dominanti debetur; nam habemus, quòd seruitutes non personis, sed prædijs debentur, *vt ait Andr. Gayl, in sua decis. 66. par. 2. & Marta in sua compilat. decis. tom. quarto, in verbo Venatio. cap. quinto.*

68 Extende, quòd seruitus venandi ad hæredes transit, pro qua assequenda, contra quemcumque Syluæ, siue agri possessorem actio in rem confessoria erit danda, & ea seruitus in aliena Sylua per actus possessorios probatur, veluti si quis aduersario sciente, & patiente in Sylua fuerit venatus, & sic ex patientia illa quasi possessio inducitur, quæ enim in incorporabilibus pro traditione habetur; sed est benè verum, quòd cum Venationes, sine facto hominis exerceri non possint, sequitur, ob id talem seruitutem esse discontinuam, & per consequens in ea præscribenda, lapsus tanti temporis requiritur, cuius initij in contrarium memoria non extet, *vt ait Gayl. & Marta in præcitatis locis.*

69 Restat modo videre, quando ex aucupio, & venatione, siue Piscatione releuium debeatur de eo, quod ex illis percipitur, & in hoc tali pacto venit distinguendum, & prætertim, vbi agitur de venationibus, & piscationibus, quæ conceduntur Baronibus in Regno Neapolis, vbi venationes, piscationes duplici modo considerari solent, nempè aut Baro retinet eas in demanio, cum iure prohibendi, veluti regulariter in dicto Regno concedi solent, & tunc nullus accedere potest; Secundo modo considerari solent, quando fidat personas ad venandum, vel piscandum, aut eas diffidat eum pecunia; in primo casu, quando eas retinet in demanio, & prohibet, vt nullus venari audeat sub aliqua pœna corporali, siue pecuniaria, tunc contrauentiones spectant ad Barones, *vt in cap. Regni Magistri forestarum, vbi Reg. Carol. Tapia*, & tunc huiusmodi pœnæ fructus venationis, & sic mediæ iurisdictionis dicuntur, quã habet vassallus in eo loco venation s, sic concesso, ex quibus enim fructibus tamquam incertis non debetur releuium, si tamen huiusmodi pœnę non locarētur pro vna certa summa pecuniarũ, quia tũc ex quo isti fructus ex eo feudo dicerētur incerti, ideo tali casu nõ deberetur releuiũ. *In 2.* vero casu, qñ Baro in demanio venationes, & piscationes non retinet, sed solum opponeret fidam, & diffidam, & quamlibet personam, quę venari vellet pro decem, vt puta, fidaret in anno, itaut cum huiusmodi fida quid certum reciperet, siue si illud ius fidandi, seu diffidandi alicui locaret, adeo vt certum redditum reciperet ex tali feudo cum venatione concesso, & illo casu, quia venatio, & priuatio diceretur certum introitum continere, & sic in fructu entrare; Idcirco releuium, siue decima deberetur, *vt est text. in cap. non est, de decimis, Capic. decis. 30. Franc. Marc. decis. 531. Gamm. dec. 150. Anna singul. 586. Franch. decis. 163. num. 2. Franc. Capiblanch. de offic. Baron. pragm. 14. num. 23. & seq.*

seqq. & Rossental. de feud. cap. 5. quæst. 94. num. 8. & seq.

70 Declara tamen, quod licèt fuerit concessum feudum cum venationibus, & piscationibus, non ob id tamen censeretur concessum ius prohibendi illas; & propterea id in specie venit concedendũ, aut q in hoc Baro præscriptione iuuetur, *vt ait Andr. Capanus de iure releuij par. 4. quæst. 36. num. 12. & prius in par. 1. quæst. 13. n. 29. Boss. de aquis, Capic. in sua inuestitura in verbo, & cum Pischerijs, & Capiblanc. d. pragm. 14. n. 47.*

71 Vltimò erit animaduertendum, quod aucupium, & venatio inter se specie differunt, & propterea videmus, quod exceptio rei iudicatæ super venatione, non prodest in aucupio, cum ex diuersis non fiat illatio, & sic non iuuaret dicere, ego habeo ius venandi, ergo etiam illud aucupij, sed opus esset nouo remedio super aucupio vti, veluti dicitur de eo qui vsus fuerit vna specie iurisdictionis, qui non acquirit ius in alijs diuersis speciebus, ex regula illa, quantum possessum tantum præscriptum, & non amplius, *vt dicũt Doctores allegati ab Andr. Gayll. de pignor. decis. 24. fol. mihi* 413.

ARGVMENTVM.

De FACVLTATIBVS AVDITORIS Cameræ, ac illius Officio.

CONCLVSIO CLXVII.

1 AVDITOR Cameræ Apostolicę, nota, quod dicitur legitimus Iudex obligationum Cameralium, *vt ait Rota decis. 52. num. 1. par. 3. recentior.* & inter cętera priuilegia illud habet gladij spiritualis, cum contra contumaces, & rebelles sententijs Cameræ Apostolicæ non parendo censuras Ecclesiasticas proferat, *iuxta doctrinam Vestr. lib. 2. cap. 4. & Azor. in suis instit. moral. cap. 37. lib 5. fol. 768. versic secundo ratione officij parte secunda.*

Declara tamen, quòd quando essemus in excommunicato, ob non solutionem debiti, propter illius impotentiam, tunc probata paupertate excommunicatio venit relaxanda, neque per consequens in hoc facultates A. C. haberent locum, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 650. num. 9 & seq. & Rota in Salamantina censurarum 14. Iunij 1594. coram Corduba.*

2 Amplia primò priuilegia Auditoris Cameræ adeò esse ampla, & pollere, vt propterea per ea censeatur derogatum illi priuilegio *l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* quod pupillis, & viduis ob eorum miserabilitatem, & imbecillitatem fuit concessum, *vt fuit dictum à Rota in vno voto facto de Ordine Signaturæ Iustitiæ coram Robusterio* 12. Maij 1594. *quod est apud Zacch. de Oblig. Camer. decis. 93. num. 3. & nouissimè Gratianus lib. 1. discept. cap. 182. nu. 6. cum seqq. & l. 3. cap. 421. num. 13.*

3 Et ratio derogationis illius priuilegij *d. l. vnica*, dicitur fundata, ob eas amplissimas clausulas in dictis facultatibus A. C. ad illius fauorem emanatas, & signanter ob illam (Quorũ tenores &c.) quæ ex stylo Curiæ habet vim specificæ, & indiuiduæ expressionis omnium eorum, ad quæ relata est, *vt fuit dictum sæpè à Rota & præsertim in decis. 466. par. 1. in recent. Put. dec. 85. n. 1. lib. 1. & in vna Bononien. Metropolis Veneris 23. Iunij 1606. coram Card. Lancellotto, & per Cardin. Seraphin. decis. 291. num. 7. & 9. & per Gregor. decis. 240. nu. 2. & nouissimè Gratian. dicto lib. 1. discept. cap. 182. num. 18.*

4 Et ratio rõnis prædictorũ ea est, quia Papa potest fingere, & pro expræsso habere id, quòd in indiuiduo erat exprimendum; & propterea videmus, quòd cum clausulis amplissimis derogat priuilegijs in corpore Iuris clausis, *vt ait Rota ibi coram Robusterio num. 18. & 19.*

5 Contrarium, quòd scilicet clausulæ illæ generales derogatoriæ non sufficiant ad derogandum priuilegio di-

ctæ

ctæ legis vnicæ in corpore Iuris pro ipsorum pupillorum commoditate clauso, & sic, quòd expræssa, & speci. fica derogatio fuisset necessaria, tenuerunt *multi Doct. allegati in dicto voto coram Robusterio*, *idemque ait Grescent. decis.* 16. *de priuileg.*

6 Et ratio istius secundæ opinionis est, quia in generali concessione nunquam venit id, quòd specialiter demandari solet, vt in simili vltra cæteros Doctores *ait Amat. in sua decis.* 77. *Rota Marchiæ per totam*, & præsertim cum simus in priuilegio in corpore iuris clauso, quòd donum Principis dicitur, & sic valdè fauorabile est, *vt ait Rota decis.* 504. *num.* 7. *par.* 1. *diuers.*

Contrarium tamen huic secundæ opinioni, *ait Gratian. lib.* 1. *discept. c.* 181. *num.* 13. *& ibi ait*, quod sufficiunt clausulę generales ad tollendū priuilegium miserabilis personis concessum.

Concordare tu tamen prędictas opiniones tali pacto poteris, nempè, vt prima procedat, quàndo sumus in dubio, an Papa voluerit huiusmodi priuilegio renunciare; secunda verò, quando de illius mente constaret, iuxta doctrina *Rip. in cap.* 1. *num.* 54. *de rescript. & Gratian. in præcit. loc. n.* 13.

7 Sed tenendo primam opinionem extende primo eam multò magis procedere, quando vltra clausulas generales concurrit etiam earū geminatio, quæ multum valet ad detegendam voluntatem disponentis, etiam in materia odiosa, & exorbitanti, & quod plus est, etiam circa ea, quæ specialem, & expræssam mentionem requirunt, *veluti fuit dictum in illo voto coram Robusterio.*

8 Extende secundò eam procedere, etiam si de pupillis, nisi in genere fuerit cogitatum, vt ibi in illis verbis facultatum, de quibusvis personis priuilegiatis, & priuilegijs directè, vel indirectè ex quibusvis causis concessis, sed quòd in huiusmodi facultatibus fuerit etiam in specie de pupillis, Viduis, & alijs miserabilis personis cogitatum, ex eo probatur, quia expræssè in facultatibus dicitur de Vniuersitatibus, & Communitatibus, in quibus sunt Pupilli, Viduæ pauperes, & omnes aliæ miserabiles personæ, & præsertim, quando Communitates priuilegijs pupillorum, & Viduarum, vterentur, *vt aiunt Doctores allegati in dicto voto, & veluti ait Crescent. decis.* 206. *aliàs* 9. *de re iudicat. & Gratian. ibi supra num.* 19. *Cephal. cons.* 40. *num.* 54. *Roland. cons.* 68. *lib.* 3. *Aymo. cons.* 131. *& latè Grat. lib.* 1. *discept. c.* 182. *per tot.* & licèt *in lib.* 5. *cap.* 962. *num.* 20. dicat, huiusmodi priuilegio meretrices, ob earum inhonestatem fieri indignas; nihilominus ego sum contrariæ opinionis, dum tractatur de conseruatione bonorū, & ex eo, quia ob earum fatuitatē sit illis magis, succurrendū, q̄ honestis, ex ea ratione potissimū, quia æquiparantur prodigo, & furioso, & ex altera, quia sicuti illę sunt prodigæ sui corporis, ita, & tales pręsumuntur, etiam quo ad bona, *vt ait ipsemet Gratianus dicto cap.* 962. *num.* 29. *&* 30. vbi æquiorem, & magis communem hanc opinionem vocat.

9 Subextende prædicta tanto magis procedere, quia in dictis facultatibus solum duo casus fuerunt excepti, quod facit, vt cæteri sub illis censeantur comprahensi, quia exceptio firmat regulā in non exceptuatis, *vt fuit dictum à Rota in dicto voto, & in decis.* 189. *num.* 2. *par.* 1. *in recentior.*

10 Contrarium licèt dixerit aliàs *Rota in Romana fructuum prima Iulij* 1577. *coram Clemente Octauo*, vbi fuit dictum exceptionem etiam ad casus similes expræssis extendi.

11 Concordari tamen possunt huiusmodi opiniones, scilicet, vt prima procedat in materia stricta, & odiosa; secunda verò in fauorabili, iuxta *regul. Odia de regul. iur. in.* 6. *Bart. Bald. Fulgos. & Roman. in l. final. & ibi glos. de in ius vocan. egregiè Ioann. Andr. in cap. dispendia, de rescript. in* 6. *Rota decis.* 60. *num.* 3. *par. prima in recent. & ibid. decis.* 661. *num.* 4. *& in par.* 2. *decis.* 502. *num.* 3.

12 Licèt secus esset, quando odium esset

esset rationabile, vt quia illud ad publicum bonum tenderet, quia tunc venit extendendum, *vt ait Rota decis. 454. num. 10. par. 1. diuers. & in decis. 182. inter crim. Farinac.*

13 Amplia secundò conclusionẽ principalem adeò procedere, vt pupillus hæres patris in forma Cameræ obligati, ob facultates illius possit conueniri coram Auditores Cameræ, quod tamen declara procedere, quando iudicium iam fuerat cęptum cum defuncto, & sic viuente patre, at secus, quãdo è contra, quia tunc non in foro patris, sed in suo erit conueniendus, *vt ait Franch. decis. 553. num. 1. & 2. & latè per Gratian. lib. 1. discept. cap. 182. num. 27. cum seqq. & ita dicunt Doct. allegati in dicto voto num. 2. & 20.*

14 Subamplia primò, quòd neque etiã conuentus ab alia persona miserabili in vim obligationis Cameralis coram Auditores Cameræ poterit illius forũ declinare, & se ad Principem remitti petere, *iuxta textum in dicta l. vnica, C. quand Imper. inter pupill. & vid. vt ait Gratian. ibi supra num. 20. dicto cap. 182.* Et ratio est, quia actor priuilegiatus, quando vtitur priuilegio iuri communi conformi, respectu istarum obligationum in forma Camerę; siue saltem vti magis regulis iuris consono, præferri debet, *vt ait Gratian. dicto cap. 182. num. 21.*

15 Subamplia secundò, quòd etiam Aud. Cam. poterit ad se causas auocare, etiam si sint extra Vrbem in partibus, & ibidem contraxissent, *Grat. ibid. num. 6. & 7.*

16 Et ratio prędictorum ea est, quia in illis casibus non tollitur priuilegium in totum pupillo, sed limitatur, quod quidem Auditori Cameræ est permissum, cum limitatio minus prę iudicet, quàm derogatio, *vt ait Franch. in cap. si duobus, § denique, num. 5. versic. & aduerte, de appellat. vt ait idem Gratian. ibidem num 28.*

17 Subamplia tertiò, quòd obligatio Cameralis transeat ad hęredes, quoad omnes affectus excepto eo periurii, & per consequens illa bona hæredũ comprehendit, at secus in singularem successorem, *Galef. & Garz. de obli. Cam. quæst. 5.* Veluti vice versa dicta obligatio cameralis operatur ad fauorẽ hęredis, quando tamen prius eum esse hæredem probauerit, *vt fuit dictum in Romana Pecuniaria 29. Maij 1628. coram Reuerendissimo Coccino, & in Romana Executionis 2. Iunij 1628. coram Vbaldo, & prius in Foroliuien. dotis 9. Iunij 1625. coram Durano. & Boer. decis. 10. num. 2. Franch. decis. 83. num. 6. Surd. decis. 159. in fine, & Rota apud Zachiam decis. 69. num. 1. & decis. 74. num. 10. & Afflict. decis. 381. num 8.* & in simili in materia efficaciæ iuramenti, vide *in conclus. 2. num. 77. & conclus. 11. eodem num. 77. & conclus. 78. nu. 101. & sequen.*

17 Et prædicta quæ fuerunt dicta de vi, & efficacia obligationis in forma Cameræ, ob quam censetur omni legum auxilio renunciatum, procedunt etiam, quoad illud beneficium *cap. Odoardus, de solut.* ad quod non admittitur obligatus cum iuramento in forma Cameræ, & præsertim id procedit in obligato in Curia, *vt fuit dictum in Bononien. Census coram Buratto, quæ est in eius impressis decis. 97. ferè per totam, & ibi etiam per Addent.* vbi ad id plures Doctores allegantur, *& Grat. lib. 4. disceptation. cap. 799. num. 19.* Quinimò notandum erit, quòd istud beneficium *cap. Odoardus*, ne dum gaudent in sacris ordinibus constituti, sed etiam illi, qui sint in minoribus, dũmodo tamen alicui Ecclesię inseruiãt & debitum fateãtur, *Coccin. decis. 306* Animaduertendo tamen, quòd illi nõ admittuntur ad illud *cap. Odoardus*, quoad expensas, in quibus per tres sententias fuerint in Litigando condemnati, *vt fuit dictum in Hipporegien. Expensarum 12. Decembris 1622. coram Remboldo, & per addent. ad Buratt. ibi supra*, sed postquam quis ad illud beneficium *cap. Odoardus*, fuerit admissus, tunc amplius non poterit concedi actio cędendarum contra clericum qui illud remedium suscepit, eique fuit assignata pensio pro sui sustentatione, *Buratt. ibi supra dicta dec. 97. num. 3.* vbi

vbi habetur, quod clerici illud remedium intemanti ea pensio denegari non potest, pro eius congrua sustentatione, & id ne mendicare cogatur in opprobrium ordinis clericalis; imò sufficiet, si de consensu maioris partis creditor fuerit assignata dicta pensio, *vt fuit dictum à Rota in dicta decis. 97. num. 4. & seqq. coram Buratto.*

Declara tamen quod antequam illud beneficium *cap. Odoardus* detur, prius debet de paupertate constare, & postea caueri, saltem per iuratoriam de satisfaciendo, si ad pinguiorem fortunam fuerit deuentum, *vt fuit dictum à Rota per Card. Cauallerium decis.* 514. *num.* 1. & quomodo constare dicatur de illius paupertate, docet *Riccius in sua collectan. decis. 1750. par. 5.*

Subdeclara tamē illud, quod fuit dictum super eo, quod obligatus in forma Cameræ censeatur communi legum auxilio renunciasse non procedere, neque extendi ad exceptiones superuenientes, & sic causam de futuro habentes, *vt ait Buratt. decis. 10. num. 11.*

18 Amplia tertiò principalem conclusionem in tantum esse veram, vt propterea si priuilegia piorum locorum, etiam cum efficacissimis clausulis motu proprio concessa à Papa concurrerent, cum illis Auditoris Cameræ, tunc ea Auditoris cæteris, vti ex causa onerosa sibi competen. sunt praferēda, & præsertim, quando ea essent posteriora, quia tunc omnia præcedentia compræhendere, ac illis derogare videntur, *vt fuit decisum in vna Lodien. Canonicatus Luna 12. Maij 1597. coram Penia.*

19 Subamplia prædicta eò magis habere locum in illis priuilegijs per fel. rec. Pauli V. concessis Eminentiss. & Reuerendissimo D. Ioanni Dominico Spinulæ ad præsens Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Tit. Sanctæ Ceciliæ Cardinali dignissimo Patrono meo Colendissimo, & à me nunquam satis honorando, quæ quidem priuilegia fuerunt omnibus alijs ampliora, & meritò quidem nedum, ob propria sua ingentia merita; verum etiam illius antiquissimæ, ac nobilissimæ familiæ, quæ semper tàm in literis, quàm in armis eleuatissimis ingenijs floruit; Immò si ea vnquam floruit, modo in vtraque disciplina, & quod magis est, etiam in Cœlis floret; nam (vt omnibus benè compertum est) ille Marchio Spinula, vbique terrarum fuit Decus, atque Iubar militum, Cardinalis autem Augustinus tituli Sanctorum Cosmi, & Damiani, & Archiepiscopus Granaten. illius filius est exemplar Pastorum, quoniam ille (vt videmus) terrenam substantiam (vt faciunt multi) non diligit, honore Prælaturæ non gaudet, temporalibus lucris non pascitur, non impensa sibi ab hominibus reuerētia lętatur, nec minus terrenis honoribus inhiat, sed solùm lucrum suarum animarum in Dei honorem hęsitanter quærit, vndè meritò nomen veri Pastoris habet.

20 Quid de prædicto Cardinali Sanctæ Ceciliæ, qui statim ac fuit mūdo editus statim fuit Cœlo præparatus? sed interim, dum hac lucis vsura fruetur (Deo fauente) ob ingentem illius prudentiam, atque morum probitatem, nec non in gubernando mirabilem dexteritatem, atque propè diuinam in iudicando rectitudinem, amplissimis Ecclesię dignitatibus decorari merebitur.

21 Denique de huiusmodi familia habemus de recenti Beatum Carolum è Societate IESV inter Martyres in Cœlo fulgentem, cuius quidem sanctitas, & exemplum adeò in Regno Iapponiæ fuit feruens, atque potens, vt propterea ferè innumerabiles ad Christi fidē conuerterit; Sed quid miraris igitur ò Lector, si fructus à spinulis ràm recolligantur vberrimi? nàm sat erit tibi scire, quòd illi oriuntur à spinis, quæ sedulò suaues rosas, ac fragrantia lilia florent.

22 Sed redeundo ad materiam nostram, Amplia quartò, quòd Auditor Cameræ dicitur solus executor, & Iudex ordinarius obligationis Cameralis priuatiuè, quoad alios, in vim facul-

facultatum suarum, *vt ait Rota decis. 60. num. 10. par. 3. diuers.*

23 Quod tamen declara procedere in Curia, at secus extra illam, veluti fuit decisum *à Rota per Burattum in sua decis. 492. per totam, & in alia Lucana Dotis, 19. Ianuarij 1629. coram Card. Virile*; vbi ampliat id, quod dicitur de Auditore Cameræ in materia procedendi executiuè, priuatiuè quoad alios Iudices in Curia, procedere etiam in deputato ab eo, idem *Buratt. ibi supra, & in decis. 537. n. 4.*

24 Subamplia primò, quòd A. C. dicatur executor talis, etiam cum derogatione aliorum priuilegiorum, & decreti irritantis, vt fuit dictum *à Rota in Leodien. Canonicatus, 12. Maij 1597. coram Penia, quæ est apud Marchesan. par. 3. fol. 108. num. 1. de commissionib.*

25 Subamplia secundò, id in tantum esse verum, vt propterea dictus Auditor in Curia reassumat ab alijs Tribunalibus, & inhibeat, etiam auctoritate suprema Papæ sibi attributa, *Afflict. decis. 302. & fuit dictum in vna Vergellen. Beneficij, 19. Decembris 1608. coram Card. Marquemontio.*

26 Et ratio potissima ea est; quia causę exequutiuę non possunt cognosci in Tribunalibus Vrbis, nisi ab Auditore Cameræ; quamuis secus, si per commissionem alteri fuerit data specialis facultas executiuè procedendi; & ideò eæ non venit sub clausulis generalibus, sed specialem expræssionem requirit, vt fuit dictum *à Rota in Bononien. Dotis, Mercurij 2. Iunij 1621. coram Buratto.*

27 Veluti etiam prædicta ratio falleret, quando partes consenserunt in mādatum executiuum vnica, vel nulla citatione præcedente, quia tunc alter etiā Iudex, quàm A. C. posset absque obligatione Camerali executiuè procedere, vt ait *Rota in decis. 103. num. 4. & 5. par. 1. in recent.* vbi subdit; quòd neque eo casu esset necessaria obligationis cameralis extensio, quando partes prædicto modo vnicæ vel nemini citationi consenserunt in mandatum, quod procedit, etiamsi essemus in obligationibus extra statū Ecclesiæ rogatis, *vt ait Rota ibi supra num. 4. & veluti dicam inferius sub num. 120.* secus autem, vbi via ordinaria ageretur; quia tunc illud priuilegium Auditoris Cameræ non impediret, quo minus coram quocunque alio Iudice via ordinaria ageretur, vt dicunt *Rom. & alij allegati à Galles. de obligat. Cameral. quæst. 7. num. 5. cart. mihi 56.*

28 Subamplia tertiò idem quoque procedere, quoad causas in partibus sub obligatione Camerali firmatas, quas ipse auocare potest, & sic in illis casibus extra Curiam sub illa obligatione contractis, & celebratis; Quinimmò id procedit, etiamsi coram Ordinarijs penderent, vt dicunt *Mast. Vestr. & Mandos. alleg. à Gratiano lib. 1. discept. cap. 118. num. 7. & cap. 182. num. 6. & in dicto cap. 118.* ait quando huic ait priuilegio Auditoris Cameræ censeatur derogatum ex decreto *Concil. Trident. sess. 24. de reform. in vim d. cap. causa omnes.*

29 Contrarium licèt fuerit dictum superius *in versic. Quod tamen declara ex mente Rota per Burat. in sua decis. 462. & in illa Lucana Dotis coram Card. Virili.* Sed prædictę opiniones tali modo concordari possunt; nempè vt prima procedat, quando causæ, quę in partibus fuerint cęptę non excederēt summam scutorum quinquaginta; secunda verò quando secus, vt ex illius facultatibus depræhenditur.

30 Sed est benè verum, quòd facultas Auditoris Cameræ in reassumendo causas attentata non excusat, vt fuit dictum *in Recanaten. Attentatorum, 21. Iunij 1591. coram Penia, quæ est apud d. Marches. p. 3. fol. 112. nu. 2.*

Vnde videmus, quòd si fuerit appellatum à sententia Auditoris Cameræ, & post commissam causam in Rota fuisset inhibitio emanata; tunc quicquid post eam fieret attentatum diceretur neque illud per consequēs, ob causę reassumptionem diceretur sublatum, vt ait *Rota per Accoramb. decis. 53. lib. 1. Achill. decis. 7. de attentat. & facit decis. Put. 385. lib. 2.*

31 Subamplia quartò, quòd Auditor Cameræ causas reassumit, & etiam

exc-

exequitur, quando in commissione non fuit facta mentio obligationis Cameralis; Immò neque tunc inhibitio post commissionem obtenta causat attentata, etiam si ea esset Rotalis, licèt secus esset in aliis Tribunalibus, *vt ait Lancellot. de attent. post inhibit. cap. 26. num. 2. Put. decis. 395. lib. 2. & Rota in Romana Attentatorum 21. Iunij 1591. coram Penia, idem Lancellot. de attent. lit. pend. limit. 15. num. 8. & limit. 26. num. 1. cum seqq.*

32 Declara tamen primò non procedere in causis ad Curiam Capitulinã, siue ex memoriali Papæ remissis, nisi causa cognita, quia memoriale Principis intelligitur prout de iure, *veluti fuit dictum in Romana Pecuniaria 5. Maij 1610. coram Pirouano, quæ est apud Marches. in prima par. fol. 721. num. 1. & 2. & Ofasch. decis. 78. num. 18.*

33 Et ratio est, quia Inter Ciues, & Incolas locus est præuentioni; at secus, si versaremur inter forenses, iuxtà dispositionem Statuti Vrbis Motu proprio, & ex certa scientia Papæ confirmati, *vt fuit dictum in illa Romana Pecuniaria Mercurij 5. Maij 1610. coram Pirouano.*

Subdeclara tamen id, quod fuit dictum de memoriali Papæ solum procedere, quando illud præcisum rescriptum haberet, quo casu iurisdictionẽ tribuit; immò eam etiam alterat illi cui dirigitur, *vt ait Felin. in cap. licet, num. 4. de offic. ordin. Ias. in l. & post, ff. de nou. oper. nunciat. num. 3. & 4. Bero. consil. 109. num. 3. & 4. lib. 2. & Rota per Acchill. de Grass. decis. 2. tit. de rescript.* Secus autem, si illud memoriale præcisum rescriptum non haberet, quia tunc solum iurisdictionem Iudicis, si quam habet excitare solet, *vt dicunt Abb. & alij scrib. in dicto cap. licet, & Decius consil. 408. sub num. 10. & Felin. in præcitato loc. & Rota per Cardinalem Seraphin. dec. 1276. num. 1. & in illa Romana Pecuniaria Mercurij 5. Maij 1610. coram Pirouano, quæ est apud Marchesanum de commiss. in loco per me superius allegato,* & vide quę dixi in hanc materia *in conclus. 154. num. 54. 57. & 61.*

34 Declara secundò non procedere, quando in litteris non esset datus executor, sed alius specialis in illis assignaretur, veluti Ordinarius, quia tunc Auditor Cameræ iurisdictione careret veluti fuit decisum *in Vrgellen. Beneficij 19. Decembris 1608. coram Cardin. Marcomontio, quæ est apud Marches. san. præcit. loco, & folio num. 1.*

35 Secus autem, quando in illis non fuisset deputatus alter executor, quia tunc Auditor Camerę vti generalis executor dictarum litterarum Apostolicarum procedere posset, iuxta doctrinam *Gigant. de pens. quæst. 96. per totam.*

36 Item secus esset, quando ille cumulatiuè esset datus, quia tunc per præuentionem procedere posset, *vt fuit decisum in Agrigentina Sancti Angeli Veneris 30. Aprilis 1604. coram Coccino, quæ est in eius impressis, decis. 169. num. 3.*

37 Declara tertiò, quòd Auditor Cameræ litteras Apostolicas non exequitur, nisi prius illis verificatis, quia Papæ rescripta semper intelliguntur si res ita sit, & si preces veritate nitantur. *Cæsar de Grassis dec. 12. de probat. Bellam. decis. 84. Mohedan. decis. 304. aliàs 230. & Rota in Salamantina coram Bubalo, quæ est decis. 211. par. 1. diuersor. & in Asculana Pensionis 28. Iunij 1588. coram Orano.*

38 Extende id in tantum procedere quòd interim donec litteræ sunt verificatæ earum executio est retardanda, *vt fuit dictum in Paduana Pensionis 28. Iunij 1588. coram de Rubeis.*

39 Declara quartò, quòd Auditor Cameræ causas non reassumit in vim facultatum, si obligatio Cameralis ab alio Iudice dependet, quia facultates Auditoris Cameræ cessant, & limitatę censentur, quando causæ coram alijs Iudicibus pro tempore fuerint introductæ, *vt fuit dictum in vna Recanaten. Attentatorum 21. Iunij 1591. coram Penia, quæ est apud Marches. par. 3. de commiss. fol. 112. n. 3.* Et ibi ait, quòd causæ dependentes, & connexæ dicuntur, si sententia lata in-

in vna, aliam iuuat, itaut exceptionem rei iudicatæ parere possit, *Dec. cons. 33. num. 4. Aymon. consil. 181. num. 5. & Caputaquen. decis. 122. num. 6.*

40 Et ratio prædictæ declarationis ea est, quia obligatus in forma Cameræ, potest vbiq. conueniri, neque propterea obligatus hoc modo potest opponere exceptiones fori declinatorias, nec incompetentiæ Iudicis, veluti nec potest allegari, quòd potius in vno loco, quam alibi solutio fiat, nisi ea tacitè, vel expressè fuerit in certo loco destinata, *vt ait Rota apud Zacchiam de oblig. Cameral. decis. 78. nu. 3. & 6. & 8.* Et prædicta procedit non habito respectu, an Iudices sint seculares, vel Ecclesiastici, quia obligatus in forma Cameræ se supponit Iurisdictioni omnium Iudicum, tàm secularium, quàm Ecclesiasticorum, *vt dicunt Doctor. allegati à Zacch. ad Gallesi. de oblig. Cameral. quæst. 7. num. 1. cum seqq.*

41 Ratio autẽ rationis prædictorũ ea est, quia facultates Aud. Cam. habent in ventre restrictionem, & exceptionem dummodo obligationes non dependeant à causis coram alijs Iudicibus pro tempore introductis, *vt fuit dictum à Rota in dicta Recanaten. attentatorum 21. Iunij 1591. coram Penia, quæ est penes Marches. tom. 3. fol. 102 num. 2.*

42 Declara quintò non procedere, quando obligatio Cameralis non esset clara, sed dubia, & essemus in re magni momenti, quia tunc Auditor Cameræ non reassumit, *vt fuit dictum in vna Hispalen. Pensionis 24. Maij 1586. coram Card. Seraphino.*

43 Sed in isto casu dubietatis, siue reassumptionis, solet Auditor Cameræ id remittere ad signaturam deciden dum, *vt testatur Marches. de commissionibus parte prima fol. 694. num. 26.*

44 Extende illud, quod fuit dictum de obligatione Camerali dubia intantum esse verum, vt propterea tunc ab ea appellatio detur, quo ad vtrumque effectum, veluti, quando ea in instrumento expressè non legeretur, vel si fuisset apposita à non habente mandatum oaligandi in forma Cameræ, siue quando Iudicium via ordinaria fuisset cœptum, vel alio modo de ea dubitaretur, *vt fuit decisum à Rota per Buratt. in decis. 203. & ibi in add. dit. & dec. 561. nu. 1. & seqq.*

45 Amplia quintò, quod Auditor Cameræ appellantem reponit de stylo, *vt fuit decisum in Romana Pecuniaria de Ruspolis Mercurij 20. Maij 1589. coram Card. Platto.*

46 Sed quid sit seruãdum, quando Iudex non in executiuis procedit, reponendo partem à grauamine docet *Ant. Gallesi. de oblig. Cam. alleg. à Rot. ibi coram Card. Platto, quæ est penes Marchesan. par. 1. de commission. fol. 1217. num. 3.*

47 Amplia sextò, quòd Auditor Cameræ habet in facultatibus posse reiterare terminos substantiales nulliter, & male tentos, *vt fuit dictum à Rota in Auximan. dotis, quæ est apud Marchesanum de commissionib. par. 3. fol. 93. num. 1.*

48 Amplia septimò, quòd Auditor Cameræ potest cognoscere causas eorum qui ad ipsum recurrunt, omisso medio, nec non potest primus Iudex omitti, & ipse variando adiri, Vndè ex hoc obiter hic inferri potest, quod subditi Baronum, & feudatariorum Ecclesiæ, quando habent suos Dominos pro suspectis possunt recurrere ad Auditorem Cameræ, vti Auditorem Papæ, nec ille debet ipsis ad eum consugientibus suas aures denegare, sed libenter eos amplecti, *vt fuit decisum à Rota in vno voto in materia Iurisdictionis Baronum Status Ecclesiastici coram Robusterio, quod est inter decisiones criminales Farinac. 27. in addit. in litera B. vers. Auditor Cameræ, & Gratian. lib. 1. discept. cap 118. n. 56. & Rot. in Roman Palatij Cãpi Floræ 16. Dec. 1588. coram Penia,* vbi ampliat id in tantum esse verum, vt propterea possit etiam actor variare, & mutare Iudicem sæpius, donec

fit satisfactus, nisi secus offerat se paratum ad obseruantiam contento. rum in instrumento, *vt ait Rota in dicta Romana Palatij Campi Floræ. coram Penia, quæ est apud Zacchiam de oblig. Camer. decis.* 56. *nu.* 10.

Declara tamen dictam ampliationē esse veram, vt scilicet actori liceret variare de Iudice vno ad alium in eodem loco, siue de illo de partibus ad alterum in Curia, at secus si prius agere cœpisset in Curia, & postea vellet redire ad partes, quia tunc non postet ex prædicta regula causa semel effecta curialis semper durat talis vt superius dixi,

49 Sed retento eò themate, quòd Auditor Cameræ sit Auditor Papæ, veluti à nemine denegari potest, cum Papa eum vti talem pluries in suis facultatibus vocet, *veluti ait Galles. de oblig. Camer. q. 7. sub n. 3. cart. mihi* 55.

Subamplia id primò procedere etiamsi Papa concessisset alicui feudatario omnimodam Iurisdictionem etiam cum mero, & mixto Imperio, quia ea facultas tunc solum ad primas Instantias restringitur, non autem ad illam appellationum; & ratio ea est, quia Papa, siue alius supremus Princeps, quando alicui supremam potestatem attribuit, nunquam tantum illi dat, quantum sibi reseruat, *vt ait Franch. decis.* 275. *num.* 1. *& seqq.* & dato etiam, quòd Papa concesserit primas, & vlteriores instantias; non obid tamen à se abdicat illam superioritatem ex suprema potestate prouenientem cognoscendi causas appellationum, in signum illius supremæ potestatis ac alti dominii, *vt fuit dictum à Rota in illo voto corā Robust. & est doctrina Rolandi in suo consi.* 80. *num.* 30. *& est decis. Card. Seraph.* 1188. *num.* 1. *& prius decis.* 615. *num.* 7. *& ita fuit quoque resolutū in vna Toletana Decimarum 2. Decembris 1620. coram Vbaldo mod Domini ex eo textu inc. veniens de iur.* vbi deciditur non valere consuetudinem, quòd appellari non possit ad Papam, etiam si esset iurata, cum iuramentū non extēdatur ad turpia, & inhonesta, & propterea merito *in Mutinen. Iurispatronatus, 29. Decembris 1619. cor. Remboldo, & in Iuuenacen, Iurispatronatus* 1. *Iulii* 1622. *coram eodem*, fuit denegata remissoria petita ad huiusmodi consuetudinem probandam, veluti de his omnibus testatur *addens ad decis. D. Buratti* 170. *sub littera B.*

50 Sed hic quoque obiter erit bene aduertendum, quòd sub concessione veri Imperij, pœna mortis quoque regulariter concessa censetur, *vt ait Franch. decis.* 275. *num.* 1. *&* 5.

51 Subamplia secundo procedere, etiā si talem omnimodam Iurisdictionem titulo donationis concessisset, quia non per id audientia appellationum eidem abdicata censetur; Secus autem, si essemus in donatione facta à Principe seculari, ex causa remunerationis, quia tunc suprema Iurisdictio secularis in alium priuatiuè transferri potest, absque magna Regni læsione, *vt ait Rota coram Robusterio in præcitato loco num.* 2. *&* 4. *& Card. Seraphin. & Rolan. ibi supra.*

52 Extende hanc secundam subampliationē quoque procedere, etiā si essemus in donatione facta à Principe Ecclesiastico, veluti à legato de latere, qui ne dum potest vigore facultatis cō cessę ex causa remunerationis, ob seruitia facta Sedi Apostolicæ derogare vnioni à Pontifice factæ Castrorum vel similium; verū etiam & multò magis potest ex sui potestate vnire Ecclesiam parochialē dignitati, etiam Episcopali ex rationabili causa, *vt ait Rota dec.* 4. *num.* 4. *de reb. Eccles. non alien. & dec.* 3. *num.* 1. *de offic. legati in antiq. & multa ait Riccius in sua collect.* 1974. *in princ. par.* 5. Et præsertim, quando illud sine damno Sedis Apostolicæ sequeretur; Immò id quoq; procederet, etiamsi illi ad quorum fauorem esset sequuta remuneratio essent subditi, quia licet ob seruitia ab illis præstita remuneratio non sit necessaria, cum teneantur seruire gratis suo Domino; nihilominus id non procedit, vbi seruitia non essent ordinaria, sed ampla, & magna, *vt dicunt Doctores allegati à Rota*

in Bononien. Exemptionis Veneris 21. *Maij* 1615. *coram Vbaldo, & prius* 29. *Nouembris* 1624. *coram Buratto.*

53 Subamplia tertiò prædicta eò magis procedere, quando essemus in ijs, quæ nisi de plenitudine potestatis cōcedi solent, sine ea, quæ cum magna difficultate conceduntur ad tradita *per Francbum in sua decis.* 275. *num.* 8.

54 Et ratio prædictorum ea est, quia supremus Princeps in suis terris duplex ius habere dicitur vnum tanquam particularis Dominus, alterum tamquam Vniuersalis, & Princeps supremus; Vnde hinc fit, quòd concedendo vnum semper aliud remanere dicitur, aliàs si omnimodam Princeps concessisset, vtrique seipsum nedum læsisset in abdicando à se illud ius honorarium, quod subditi in signum illius supremę potestatis exercent; verumetiā subditis ipsis præiudicasset, quia eorū valdè interest, vt potius supremo Principi, quàm inferiori efficiantur subiecti, *vt ait Rota ibi coram Robusterio num.* 12. *& est Doctrina Felyn. in cap. pastoralis colum. prima, & secunda, de offic. ordin. Decius conf.* 3. *num.* 3. *& Rota in Legionen. Canonicatus Lunæ* 25. *Octobris* 1577. *coram Clemente Octauo, & in Abulen. Iuris Visitandi coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis.* 4. *num.* 5 *& & Rolan. in d. conf.* 80. *num.* 30. *& seqq. cum ibi allegatis.*

55 Subamplia quartò procedere etiā, si in concessione iurisdictionis concurrerent verba quātumuis vniuersalia, & prægnantia, quia vltra quod ea passiua interpretatione restringuntur ad id, quod est de iure probabile, & verisimile, & propterea vidèmus, quòd verba statuti quamuis generalia debent recipere interpretationem laudabilem, etiam ea impropriādo, cum iustitiæ temperamento, *vt Rota per Buratt. decis.* 167. *nu* 9.

Deinde illa verba nunquam comprehendunt insolita, & excessiua nec minus id, quod à sapientibus, & prudentibus reprehendi possent, *vt dicunt Doctores allegat. à Rota ibi coram Robust. n.* 3. *& Franch. d. dec.* 275.

Vndè meritò, si Iurisdictionalia non veniant, vbi de illis specialis mentio non fuerit facta, *vt est tex. in l. prima, & in l. Imperium, ff. de iurisd. omn. Iudic. & cap. in literis de Iurepatron.* Licèt sit benè verum, quòd ea pertranseūt cum vniuersitate bonorū *vt fuit dictum in Roman. Donationis* 50. *mil.* 9. *Febr.* 1575. *coram Clem.* 8. *& Rot. dec.* 763. *n.* 3. *& dec.* 799 *nu.* 3. *& seq. p.* 2. *rec.* Vbi loquitur de iure patronatus, quod pari modo cum vniuersitate bonorum transit, & non aliàs, *& in alia Narnien. Iurispatronatus* 13. *Maij* 1633. *coram Dunozetto & prius in alia Ianuen. Iuris Honorifici Lunæ* 26. *Ian.* 1632. *coram Pirouano.* Vbi loquitur de iurepatronatus honorifico, et sic, quod illud veniat etiam in donatione omnium bonorum, & iurium, *idem ait Rota per Put. dec.* 341. *n.* 1. *lib.* 2. *Seraph. decis.* 725. *per tot. Viuian. de iurepatron. lib.* 4. *cap.* 4 *num.* 16.

Item quod illud in cessione omnium iurium vniuersalium, necnon illius quasi possessio præsentandi, quæ penes cedentem extabat in cessionarium transeat, & qui propterea in ea manutenendus veniat, *pluries fuit resolutum in decisionibus relatis per Cinc. de censib. par.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 5. *art.* 3. *num.* 4. *& Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 310. *cum seqq. & Rota apud Viuian. ibi supra in decis.* 43. *num.* 17. 18. 23. *& seqq.*

Sed reassumendo ea, quæ fuerunt dicta de concessione iurisdictionalium Extende, neque ea venire appellatione fructuum, *vt ait Rota decis.* 763. *num.* 3. *par.* 2. *recentior.* veluti quoque non venirent ex rei concessione, nisi specialis mentio de illis fuerit facta, *vt ait Rota in præallegatis decisionibus, & Franch. dec.* 275

56 Subamplia quinto, eò magis procedere, quando in concessione iurisdictionis non fuissent apposita verba taxatiua, nempè illa (vt talis solus cognoscat) licèt etiam isto casu illa verba solùm concluderent pares iudices, sed non maiores vniuersalem Iurisdi-

risdictionem habentes, vt est Auditor Cameræ, qui non excluditur, sed vbique locorum, tàm in districtu Vrbis, quàm extra iurisdictionem in causis appellationum quarumcumq. est destinatus Iudex in suis facultatibus, *vt dicunt Felyn. & alij superius allegati, Item faciunt decisiones superius allegatę in versiculo Et ratio est sub nu.* 54.

57 Subamplia sexto posse procedere etiam, secundum me, in causis appellationum in locis, qui gubernantur à Clericis Cameræ Apostolicæ, quibus Auditor præferri debet in cognitione causarum appellationum, & præsertim criminalium ex pluribus, & primo, quia Clerici in Oppidis, quæ eis in administrationem conceduntur, vti singuli sunt considerandi, & non vti corpus illud repræsentantes, quia ex eis in singulari, & non in vniuersali emolumenta, & vtilitatem percipiunt, cum sibi solis, siue eorum Auditoribus, sed non Cameræ illa attribuant, veluti in simili dicitur de testibus Vniuersitatis, qui quando vtilitatem in re de qua agitur in singulari percipiunt, tunc ad testificandum pro vniuerso non admittuntur, veluti in pascuis, & nemoribus, pro quibus testes ad fauorem vniuersitatis non admittuntur regulariter, *vt ait Franch. dec.* 301.*n.*3. *Surd. decis.* 236. *num.* 2. *Afflict. decis.* 400. *num.* 5. *Card. Caualer. decis.* 140. *& decis.* 143. *Gregor. decis.* 340. *& ibi addent. num.* 14. *& per Coccin. decis.* 140. *num.* 4. Licèt tamen id obiter fallat pluribus modis, & primò, quando Vniuersitas venderet pascua, & eorum lucrum poneret in arca communi, quia tunc illud lucrum considerateur in vniuersali, pro quo testes deponere possunt, *vt ait Rota per Gregorium ibi supra num.* 12. *& per Coccinum d. decis.* 140. *nu.* 5. *& decis.* 324. *num.* 1. *vbi aliæ decis. allegantur. & in Farfen. Bonorum Lunæ* 17. *Apr.* 1606. *coram Penia.*

Fallit secundò, quando Vniuersitas haberet animalia propria, quæ in pratis pascerent, *vt ait Card. Caualer. d. decis.* 140. *num.* 2. *& decis.* 143. *nu.* 3.

Fallit tertiò, quando testes pascerent animalia Vniuersitatis, siue propria, sed illius mandato, *vt ait Rota decis.* 330. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & Card. Caualer. dicta dec.* 140. *num.* 2.

Fallit quartò, quando testes soluerent mercedem pro pascuo, *vt ait Rota per Coccinum d. decis.* 140. *nu.* 8. *& per Gregorium dicta decis.* 340. *num.* 11. *Capyc. decis.* 152. *num.* 6. At secus, si illud à Communitate gratis haberent, siue si aliunde pascua haberi non possent, *vt ait Rota per Coccinum ibi sup.*

Fallit quintò, quando testis esset pauper, & non haberet animalia, quæ pascere in pratis, & sic ex illis commodum percipere posset, siue etiam quando Vniuersitas esset magna, & vtilitas pascui esset modica, quia tunc tales testes non essent reijciendi, *Cas. de Grass. decis.* 12. *de testibus.* Et ratio est, quia testes de Vniuersitate tunc repelluntur, si ex introitu, & commodo, de quo lis habetur, possent solui onera Communitatis, necnon eo cessante esset periculum, vt possent imponi collectæ, etiam si essent præsentanea, licèt tamen secus fieret, si essent incerta, siue si Communitas haberet sufficientes introitus ad soluenda eius debita, quamuis etiam succumberet in causa, de qua litigatur, *vt fuit dictum à Rota per Buratium decis.* 553 *ferè per totam, ibiq. per addent. & prius in decis.* 314. *& latè Farinac. de testib. q.* 60. *illat.* 17. *per tot. & Alex. cons.* 99. *nu.* 19. *lib.* 5. *& Rota in Calaguritana Erectionis in Parochialem* 11. *Ianuar.* 1619. *coram Card. Verospio, & in Clusina Beneficij* 28. *Iunij* 1628. *coram Dunozetto, & in Ciuitatis Castell. Beneficij* 16. *Mar.* 1629. *corã Card. Virili.* Extende prædicta in tantũ procedere, vt testes nõ repellantur à testificando, etiam si essent intereslati, quando interesse secundario veniret, *vt ait Put. decis.* 15. *li.* 3. Et propterea videmus etiã, ꝙ socius nõ prohibetur esse testis pro alio socio in societate, quando tñ mouetur quæstio de parte illius socii tantum, at secus si de tota, siue qñ causa esset vnius, & alterius, quia tũc vti in propriã non admitteretur, *vt ait Grat. lib.* 2. *discep. cap.* 320. *num.* 31.

Secun-

58 Secūdo loco debet A.C. præferri Clericis in cognitione prędictarū cau sarū, quia cū ille cōtinuò habeat in secūdis Instantijs cognitionē causarū ciuiliū in locis Clericorum dependentium, vt ex actis illiusmet Auditoris, vbique probari potest; Idcircò ea quoque criminalium ei non est deneganda, cum ex cognitione causarum ciuilium arguatur illa criminalium, vt optimè *fuit decisum à Rota per Gregorium in sua decis.* 325. *num.* 19. & *Roland. declarando doctrinam Felyn. in cons.* 80. *num.* 7.

59 Tertio id procedere præcipuè debet, cum cognitio causarum Criminalium in locis Clericorum non fiat ab ipsismet Clericis, sed mediate ab illorum officialibus ad id destinatis, quod enim non contingit in Auditore Cameræ, qui immediatè sententias condemnationum, & absolutionum subscribit, & sic de per se suam Iurisdictionem exercet; idcircò facit illa regula, Quòd causa immediata semper potentius operetur, quàm mediata, *iux. trad. per Bellam. in cons.* 22. *col.* 2. & *Crauet. cons.* 24. & 244. *n.* 7

60 Nec istud debet inconueniens videri Clericis, dum id neque inconueniens legatis de latere esse videtur, cum ipsi quoque in eorum legationibus, Ordinationibus Auditoris Cameræ contradicere non audeant, sed ipsis parent; q n. indubitanter confert ad faciendum credere, q Auditor Cameræ sit Auditor Papæ, & vti talis Ordinationes Pontificis vbiquè expediat, & propterea legati de latere ei vti tali obediunt, aliàs inconueniens esset, vt appellationes, quæ de sui natura dantur de minori ad maius Tribunal, si darentur à Legatis ad Auditorem Cameræ, si illum vti Auditorem Papæ non consideremus. *Rota per Cardin. Seraphin. decis.* 467. *num.* 8. & *decis.* 615. *num.* 3.

61 Nec valet dicere, quòd Clerici sint eminentiores Auditore in Camera, & quòd ille vti Auditor Illustrissimi Camerarij in ea in inferiori loco sedeat, & sic quòd ibi concurrat tamquam pars integralis vnà cum Clericis ad illud corpus formandum, & quòd propterea non præsumatur Papam eum magis, quàm Clericos in suis proprijs locis decorare voluisse, Quia pluribus modis ad id responderi potest; Et primo concedo id esse verum, quando, vt superius dixi, consideremus Clericos vti corpus; At secus, quando illi vti membra, & vti singuli in re de qua agitur concurrant, vt faciunt in illis locis, quorum fructus sibi solis, & non Cameræ attribuunt. secundo, quia dato etiam quòd Auditor Cameræ sit Auditor particularis Camerarij, non potest quoque negari, quin ipse sit quoque Auditor Papæ Vniuersalis, vt superius probauimus; Vndè si volumus eum excludere vti particularem Auditorem Camerarij, non tamen particularitas illa facit cessare generalitatem, quæ causatur ex repræsentatione summi Pontificis, & sic ille tamquam talis semper in pedibus manet, veluti eodem modo videmus de Papa, siue alio supremo Principe, qui in suis locis duplex ius habere dicitur & vnum tamquam particularis, alterum verò tamquam Princeps Vniuersalis; Vndè fit, quòd nunquam particularitas faciat cessare generalitatem, quia vnum ius concedendo, aliud penes eundem remanere censetur, *vt fuit dictum à Rota in dicto voto coram Robusterio num.* 3.

62 Deindè nemo, & hoc sit semper dictum salua reuerentia, quam Dominis meis Clericis debeo, & saluo omni, & quocumque eorum iure, cum id solū disputationis gratia dicā; Nemo in quam reperitur eorum, qui pro Auditoratu Cameræ hæsitanter non laboret, & ad illud non aspiret, & merito quidem nedum respectu auctoritatis, & præheminentiæ, tàm in Vrbe, quàm in toto terrarum Orbe; Verum etiam, respectu illius consequentiæ, quæ ex eo resultare solet, nec non, quia illius facultates nedum bona, sed corpus, & animā obligant, & demum ille adeò sunt priuilegiatæ, vt etiā priuilegijs in corpore iuris clau sis præiudicent, vt in principio istius

 con-

conclusionis dixi, & veluti *fuit dictũ à Rota in illo Voto coram Rubuslerio de ordine Signaturæ facto sub die 12. Maij 1594.*

63 Nec pari modo obstaret dicere, quòd per clericos fuerit præscripta contra Auditorem illarum causarum criminalium cognitio, quia respondetur, quod præterquam quod non valet consuetudo, vt ad Papam, & sic ad Auditorem Cameræ, vti Auditorem Papæ non appelletur, *vt fuit decisum in Pampilonen. Iuris visitandi 27. Aprilis 1583. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 615. num. 7.* Deinde consuetudo præscribendi iurisdictionem supremã cognoscendi causas appellationum nullo modo tolleratur, sed tãquam irrationabilis, & iniusta impræscriptibilis redditur, *vt ait Rota per Gregorium decis. 310 num. 5. & in illo Voto coram Rubuslerio inter crimin. Farinac. decis. 27. num. 7. & 17. Menoch. consil. 191. num. 20. & est pulchra decis. Franch. 275. num. 6.*

Secus autem, quando essemus in causis digestis in Camerã; quia tunc appellatur ad ipsam Cameram, & sic à Clericis, à Thesaurario, Camerario, & Commissario ad eam, & non aliunde in gradu appellationis iri debet, *vt ait Scacc. de appell. quæst. 8. num. 146. cum seqq.*

64 Amplia septimò hic obiter, quòd etiam Papa, siue illius Auditor, siue etiam Vrbis Gubernator in districtu ratione supremæ superioritatis, vel ratione dominii directi possunt in subditos sui Vasalli procedere, & mulctando iurisdictionem exercere, *vt dicunt Doctores allegati à Rota in Romana Confiscationis Veneris 14. Iunij 1624 coram Domino meo Merlino, & postea confirmata in eadem causa Veneris 18. Aprilis 1625. coram eodem.* Et veluti ego met obseruari vidi ab Illustrissimo Domino meo Hieronymo Grimaldo olim Almæ Vrbis Gubernatore dignissimo, qui ob ingẽtes illius virtutes, nec non ob prudentiã, atque in gubernãdo dexteritatẽ adeò feliciter in sua iuuenilį ętate se gessit, vt potius talem prudentiam, atque doctrinam diuinitus fuisse illi traditam, quam labore comparatam, omnibus fateri dignum erit.

65 Subamplia primò procedere, etiam in illis pœnis, quæ proueniunt ex contrauentione constitutionum Papæ, vti supremi Principis (veluti dicitur de ea receptationis bannitorum prohibente) quia tunc illę pœne sunt fisco Pontificis, non autem illi Baronis applicandę, quamuis etiam in eorum territorio bona subditi condemnati habe- rent, *vt dicunt Doctores allegati à Rota ibi supra coram Merlino, & Thesaur. decis. 250. vbi testatur ita fuisse iudicatum in Statu Taurin. Surd. in consil. 152. num. 16.* vbi latè *Menoch. consil. 604. num. 28. Panciról. consil. 605. num. 14. inter consil. Menoch. lib. 7.*

66 Subamplia secundò eò magis procedere, quando vltra spretum generalium constitutionum concurreret etiam inobedientia particularis præcepti, sibi specialiter, per viam monitorii Auditoris Cameræ, siue Gubernatoris directi, quia tunc pœna, quæ ex illius inobedientia, & contrauentione debetur, Pontifici est debita, quia illius Maiestas in eius officialibus læsa, & contẽpta fuit; nã pœna illius lucro cedit, cuius persona læditur, vt ille debitã vltionẽ suæ iniuriæ recipiat, vt in istis terminis *ait Natta consil. 580. num. 14. & 17. & Menoch. Panciról. & Surd. in præcitatis locis, & Rolan. cons. 73. num. 15. lib. 4. & Rota ibi coram Merlino.*

67 Subamplia tertiò id procedere præcipuè, quando constitutio, vt est illa Sixti Quinti contra receptantes bannitos pronunciaret reos rebelles, & læsæ maiestatis obnoxios, in quo delicto, etiam de iure communi bona veniunt applicanda fisco illius Principis læsi, non autem Principi inferiori, & feudatario, *vt ait text. in cap. 1 §. denique, quæ fuit prima causa, Roland. consil. 78. num. 22. lib. 2. & cons. 37. per totum lib. 4. & Rota ibi coram Merlino*, vbi contrarijs respondet, *& Peregr. cons. 25. num. 13. Natta d. cons. 580. num. 12. & 17.*

Contra-

68 Contrarium autem in aliis delictis extra casum istum criminis laesae maiestatis, quia tunc poenę à iure communi impositae inferiori Principi, & non supremo essent applicandae, vt videtur annuere, *Rota ibi supra coram Merlino in versiculo primo pro responsione cum ibi allegatis*.

Concorda tu igitur dictam primam opinionem esse veram, quando princepsmet fuit offensus; secunda verò, si ille fuerit offensus in consequentiam, & secundario, vt ob contrauentionem alicuius edicti ab eo emanati, siue ob resistentiam, vel oppositionem factam curiae, quia tali casu poena venit applicanda Vassallo, siue Principi inferiori, vti fructus suae iurisdictionis, & ratio praedictorum ea est, quia concessio poenarum ex delictis prouenientium eas poenas comprehendit, quae ex criminibus in alios, sed non in Principem perpetratis primariò, at secus si secundariò in eum cõmitteretur, *vt dicunt Doct. allegati à Gratiano lib. 4. discept. cap. 642. num. 3. & sequen.*

Et tenendo hanc secundam opinionem extende eam procedere, veluti, si alicui fuit concessa titulo oneroso poenarum exactio, ex delictis in aliquo loco patratis, prouenientium, quia tũc inferior poenae confiscationis debentur, etiam si per Iudices Principis fuerint detecta crimina, & postea facta bonorum confiscatio, quia cum finis condemnationis necessariò ex causa delicti descendat; igitur ad illud principium est reducendum, & sic non attenditur per quem fuerit iudicatũ, sed solùm, quod illud delictum fuerit patratum in eo loco, *vt ait Gratianus ibi supra num. 12. & 19*

Extende secundò idem procedere, & sic, quòd huiusmodi poenae, mulctae, ac bonorum confiscationes spectent ad Vasallum tamquam fructus suę iurisdictionis, etiam si ante finitum feudum, siue amissum fuerit lata sententia condemnatoria poenam irrogans, non tamen executioni demandata, & cò magis, si ab ea fuisset appellatum ante finitum feudum, & demum id procedit quoque, si ea sentẽtia iam finito feudo fuisset confirmata, quia nihilominus non ad Dominum, sed ad vasallum sunt debitae illę poenę, veluti quoque in sententia conditionali prędicta procederent, vt dicunt *Doctores allegati à Gratiano ibi supra in dicto cap. 642. num. 18*

Declara tamen praedictas extensiones primò non procedere, veluti quando essemus in poena corporali, ex Principis voluntate in pecuniariam commutata, quia tunc non ad Baronem, sed ad Principem spectabit, quia poena succedens in locum alterius, illius naturam sapere debet; secus autem quando condemnatio fuisset simpliciter pecuniaria, quia tunc ad vasallum, & non ad Principem spectare deberet, *vt ait Gratian. ibi supra num. 22.*

Declara secundò praedictas extensiones non procedere, quando Princeps prohiberet sub poena aliquem actum de iure communi licitum, quia tunc poena ad eum, non autem ad vasallum spectare debet, etiam quòd ille fuisset inuestitus de eo loco cum mero, & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione, atque Regalibus cum amplissimis clausulis, quia nihilominus ad Principem spectat; at secus, si quis titulo oneroso eas poenas conduxisset, *vt dicunt Surd. Menoch. & Pancirol. allegati à Gratiano in dicto cap. 642. num. 20.*

69 Subamplia quartò idem versa vice procedere, quando scilicet Princeps facit gratiam restitutoriam bannito Baronis subdito: quia tunc, quando illa est plenaria, & efficacissimis, ac praegnantibus verbis prolata, tunc restitutus, ne dum recuperat bona à fisco superiore in alium titulo oneroso translata, & sic tertio praeiudicando, sed multò magis ea extenditur ad illa bona per Baronem confiscata, & id validè fieri potest à Papa, quia ille in territorio Baronis, vel habet ius directi dominii, vti in bonis feudalibus consistentis, vel habebit illud saltem supremum, quod Doctores altum dominium vocant, cum illud numquam à Principe cẽseatur abdicatum, *vt ait Rota*

Rota in dicto Voto coram Robustetio vltra alios allegatos in illa Romana Confiscationis coram Merlino, facit decis. Io. Franc. à Ponte secunda num. 20. 21. vsque ad finem.

70 Opinio autem *Anchar. in cons.* 408. contrarium sentientis non procedit, quando gratia Principis superioris est plenaria, siue, quando de voluntate illius supremi Principis restituentis sic aliquo modo appareat, *iuxta notata per Paris. in suo cons. 1. n. 36. 37. & 43. cum seqq. & n. 752. lib. 4. Decian. in suo tract. crimin. lib. 3. tit. de abolit. num. 59. & dictæ Ancharani doctrinæ* respondet, *Bellam. decis. 742. & 743.* sed prædictas opiniones concordat *Peregrin. de Iure fisci lib. 5. tit. 2. num. 54. versic. in hac Doctorum, & Mastril. in comment. ad indultum gener. cap. 22. num. 79.*

71 Et de illius voluntate, nec non gratiam esse plenariam constare dicitur, si verbi gratia, Princeps mandaret cassari, & annullari processum, & sententiam cum omnibus indè secutis tam in Curia confiscantis, quàm alibi &c. quia tunc per illa verba apparet, quòd Papa intellexerit rettactare executionem sententiæ secutam, non solum in Vrbe, sed etiam in terra Baronis, ob vim illorum verborum, Quam alibi, &c. *vt ait Rota ibi coram Merlino.*

72 Subamplia quintò prædicta procedere, siue velimus attendere constitutionem Sixti Quinti sub receptationibus bannitorum facta, siue non; Nam in primo casu Baro confiscationes subditorum prætendere nequit, quia Bulla illa assignat bona delinquentium in hoc crimine fisco Pontificis ibi in §. octauo, siue etiam velimus attendere ius commune, nec minus Baro potest in receptatione banniti subditi confiscationem prætendere, quia solum à dictis constitutionibus, non autem à Iure communi pœna confiscationis imponitur, & eò magis id haberet locum, quando in loco Baronis de corpore delicti non constaret, sed solum per acta supremi superioris, & dato etiam, quòd de eò constaret; Nihilominus subditus pœna confiscationis non veniret plectendus, ex ratione superius adducta, veluti tali modo distinguendo ait *Panciroi. cons. 605. num. 15. vers. 4. videmur inter cons. Menoch. & Surd. in dicto suo cons. 152. num. 18.* & in terminis constitutionum Pontificum ita testatur *D. Lomellinus bon. mem. post cons. eiusdem Panciroi. vt refert Rota ibi coram Merlino.*

73 Nec suffragatur dicere appellatione fisci Principis, etiam fiscum feudatarij, & Baronis quoque contineri in illis delictis, per subditum perpetratis, tanquam in eius locum subrogatum nec minus valet isto casu illa regula, quòd scilicet in confiscatione quilibet fiscus cōfiscat, vt videntur tenere *Peregrin. in suo cons. 25. num. 13. versic. 4. lib. 5. & Ant. Thesaur. ad decis. Patris 132. num. 31. & Surd. decis. 280. num. 9. & Rot. in d. Rom. Confiscationis Veneris 18. Apr. 1625. coram Merlino, & Gratian. lib. 4. discept. 642. num. 14.*

74 Quia respondetur, quòd id fortasse procedere posset, quando simpliciter fuisset dictum bona delinquentis esse fisco applicanda; at secus esset, quando in sententia, siue in constitutione exprimeretur Cameræ nostræ, & Cameræ Apostolicæ applicanda fore, *vt ait Rota ibi coram Merlino 18. Aprilis 1625.*

75 Contrarium, quòd scilicet pœnæ spectent ad Vasallum tamquam fructus suæ Iurisdictionis, *dicunt Doctores allegati à Gratiano dicto lib. 4. disc. cap 642. num. 18. Osasch. decis. 29. nu. 9. Boer. decis. 264. num. 7. Guid pap. decis. 342. in verb. in criminibus. Thesaur. in decis. 133. & ibi in addit.*

76 Concorda tu igitur, vt prima opinio procedat, veluti, quando maiestas Principis, etiam secundariò fuisset læsa, vt potè in oppositione facta Curiæ, siue, quando Princeps prohiberet actum sub pœna de iure communi licitum, vel quando essemus in pœna corporali ex voluntate Principis in pecuniariam commutata, quia tunc in istis casibus non ad Baronem, sed ad Principem istæ pœnæ spe-

spectabunt, etiã si Baro fuisset inuestitus cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda iurisdictione, ac regalibus vnà cum alijs clausulis amplissimis, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano ibi supra num.* 11. *& 20. cum seq.*

77 Secunda verò opinio procederet extra illos casus, siue quando, quis haberet pœnas titulo oneroso, veluti emptionis, & locationis initæ cum Principe, quia tunc illę essent applicandæ contrahenti cum eo, etiam si compositiones essent factæ in Vrbe, vbi moraretur Princeps, & crimina essent detecta per Iudices, & Commissarios Principis, cum non attendatur, per quem fuerit Iudicatum, sed solum sufficit, quòd delicta sint cõmissa in loco, vbi pœnæ fuerint alicui locatæ, vel alio modo promissę, *vt dicunt multi Doctores allegati à dicto Gratiano in præcitato loco sub num.* 12. *cum seqq.*

78 Quinimmò extende prædicta intantum procedere, vt propterea confiscatio pro delicto in eo loco commisso, extendatur etiam ad alia bona extra territorium publicantis existentia, intelligendo tamen de immobilibus, at secus de mobilibus, veluti eodẽ modo procederet, vt puta, qñ pœna corporalis esset ex voluntate Principis in pecuniariã cõmutata, *vt iam dixi, & veluti ait Grat. ibi supra nu.* 15. *& 16. & num.* 22. *cum seqq. vbi plures Doctores alleg.* Et sic igitur venit concludendum, quòd bona immobilia semper illi Fisco sunt applicanda, vbi reperiuntur sita, non autem vbi sententia fuit lata, neque vbi condemnatus originem ducit, nam non habetur consideratio, per quos Iudices sententia feratur, quidquid sit de bonis mobilibus, & ratio ea est, quia tunc quilibet Fiscus confiscat, quod tamen intellige verum extra illos casus Maiestatem Principis merè respicientes, aliàs secus, *vt dixi sub num.* 76. *& vt ait Surd. in decis.* 280. *nu.* 9. *& cæteri allegati a Gratian. ibi supra num.* 16.

79 Subamplia præterea illam quartam subampliationẽ procedere, & sic gratiam illam restitutoriam, & plenariam quoque extendi ad omnia illa bona, quæ ad tertium, in vim illius sententiæ condemnatoriæ immediatè peruenerunt, & per consequens ad feudum per condemnationem Domino, & agnatis apertum, necnon etiam ad cętera alia bona, per quasuis personas in sententiæ executionem capta, & occupata, etiam quòd de illis non fuerit facta expressa mentio, & multò magis extenditur ad restitutionem peculij castrensis, vel quasi, necnon etiã aduentitij, licèt ea confiscari non possint, si pater tunc viuebat, quia tũc ea penes ipsum in solatium remanẽt, veluti *dixi in concl.* 42. *nu.* 373. *& ad tradita per Bald. in l. Gallus §. Et quid si tantum num.* 15. *versic secus si immediatè, & Alex. num.* 19. *ff. de lib. & posthum. idem Bald. in l. fin. num.* 5. *& 6. C. de sent. pass. & restitut. Anchar. cons.* 408. *num.* 8. *versic. Item verbum. Paris. cons.* 1. *num.* 47. *& 52. lib.* 4. *& Rota ibi in Romana Confiscationis de anno* 1624. *&* 1625. *coram Merlino.*

80 Declara tamen eam subampliationem, & cætera prædicta procedere, quando illa bona fuissent tertio acquisita, in vltionem illius iniuriæ, siue quando constaret Principem per suã restitutoriam gratiam, non tantum sententiam condemnatoriam, verum etiam, & bonorum applicationem in vim illius tertiò factam, auferre, & penitus abolere voluisse, quia tunc fiscus inferior omnia per eum capta in confiscatione restituere teneretur, licèt secus, quando de contrario appareret; nempè quod bona tertio in illius iniuriæ vltionem fuissent applicata, siue quando Princeps noluisset bona confiscata gratiato restituere, vt contrarias opiniones conciliando distinguit *Peregrin. de iur. Fisci in præcit. loco, quem allegat, & sequitur Rota ibi coram D. Merlino.*

81 Extende præterea ea quoque procedere in Baronibus Regni Neapolis amplissimum priuilegiũ meri, & mixti Imperij habentibus, vnà cum clausula abdicatiua, quia tunc illi possent obtinere

tinere remissionem suorum Vasallorum ab officialibus Regijs, vel ab alijs, qui forte in eorum captura præuenissent, veluti testatur Tappia ita fuisse iudicatum in vna Principis Bisiniani, qui petierat remissionem vnius subditi etiam post sententiam, sed *Riccius in sua collect. 1799. in princip. par. 5.* ait, quòd arbitratur illam restitutionem euenisse ob amplissima priuilegia illius Principis, *sed Anna per Tappiam relatus firmat contrarium in sua decis. 56.* & ita, quoque fuisse decisum testatur in Magna Curia Regni Siciliæ in causa vnius, qui fuerat condemnatus ad mortem pro nefando crimine, non obstante remissione petita per Fiscum Magni Admiratus post condemnationem de anno 1609. veluti refert *Mastril. in sua decis.* 147 sed quid si essemus in Clerico delinquente an & quando sit remittendus vide *Guid. pap. in sua decis.* 138. *per tot. & ibi in addit. Item vide quoque dixi in conclu.* 44. *num.* 80. *cum seqq. & concl.* 139. *& prius concl.* 12. *sub num.* 17.

82 Fallit tamen pluribus modis dicta declaratio, & primò quando Vasallus fuisset condemnatus per sententiam fori Iudicationis, vel alio modo in criminali, *vt ait idem Anna in suo singul. decis. 56. vbi testatur ita fuisse decisum in Collateralium Consilio*, quicquid sit in causa Ciuili, *vt ait idem in singul. decis. 86. idemque tenuit Grammat. decis. 26. & Georg. Gabed. in decis.* 210.

83 Fallit secundò, quando essemus in causis vsurarum, cum Barones non possint cognoscere de causis vsuræ, *vt ait Viu. in sua decis.* 273. dicens ita sæpius obtinuisse in Magna Cur. Vic. contra Barones.

84 Fallit tertiò in delictis clandestinis in quibus Barones se ingerere non possunt, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in sua decis.* 91. Et ratio est, quia Barones in talibus delictis pro medietate tenentur; Vndè si secus fieret, sequeretur, quòd illi essent Iudices in causa propria, vt ita fuisse decisum in *Sacr. Consil. refert Campagna in cap. Regni num.* 40. *allegata à Riccio in dicta collect. 1799. propè medium.*

85 Fallit quartò, quãdo per Vasallos offenderentur officiales Regij in exercitio sui officij, quia tunc eorum remissio Baronibus denegatur, *vt ait Frãch. in sua decis. 274. nu. 4.*

86 Et nota, quòd Ritus Magnæ Curiæ super excessibus officialium compræhendit omnes tàm Regios, quàm etiã illos Baronum, *vt ait idem Franch. in dicta decis. 274. num. 8.*

87 Extende dictam quartam fallentiã quoque procedere in teste falsum deponente, *vt ait Triuis. decis. 5. par. 2. & Franch. decis. 14.*

88 Fallit quintò, qñ Magna Curia assignasset terminũ, vt eorum causas Barones expedirent sub pœna auocationis earum; quia tunc dicto termino elapso amplius remissio Baronibus non concederetur, *vt ait Anna in sua singul. dec. 269.* vbi subdit nedũ huiusmodi præcepta posse fieri Baronibus, sed Viu. ampliat id quoque procedere, etiam si illi haberẽt priuilegium pro se cum clausula, quod mediante mandato non possint comminari, & causas à suis officialibus auocari, quia dicto priuilegio non obstante poterit Princeps, ob retardatam iustitiam, vel eam denegatam suis Vasallis istas comminationes facere, & ad se causas auocare, aliàs malitiosè possent causarum expeditiones retardare, *iuxta ea, quæ ait Grammat. in sua decis. 28. cum ibi alleg.*

89 Extende dictam fallentiam in tantum procedere, vt propterea liceat Iudicibus in remissionibus, quæ fieri contingunt, Baronibus mandare, vt de statu causarum certiorent statim lata sententia, & præsertim, si Baro malitiosè expeditionem retardaret, *vt ait Anna in sua decis. sing. 269. & Mastril. in dec. 147.*

96 Fallit sextò, quando essemus in delicto falsæ monetæ per Vasallum, perpetrato, quia tunc in eo denegatur Baronibus subditorum remissio, *vt ait Franch. in decis. 275. num. 5.*

91 Quod quidem extende procedere, etiamsi Baro haberet amplissimum priuilegium, etiam cognoscendi de deli-

ctis

ctis ad magnam Curiam Vicariæ spectantibus, vt sunt priuilegia Ducis Sueslæ, *vt ait idem Franch. in dicta decis. 275. num. 5.*

92 Contrarium licèt fuerit decisum in Sacro Consilio in vna causa Principis Bisiniani, cui fuit remissus vnus subditus inquisitus de falsa moneta, in vim suorum priuilegiorum, in quibus in specie dicitur de falsa moneta, necnon heresis, & læsæ maiestatis in primo capite, *vt refert Tappia in constitut. statuimus num. 8.*

93 Fallit septimò in Barone suos subditos malè tractante, quia tunc non solùm remissio denegatur, sed etiam Iurisdictione priuatur, *vt ait Gayll. in sua obseruat. 17. lib. 1.* & multos obid fuisse à Iurisdictione suspensos, & priuatos Barones, *ait Vrsill. ad Afflict. in decis. 265.*

94 Extende primo, quod immò possint priuari huiusmodi Barones, etiam nulla præcedente monitione, *vt ait D. de Ponte in sua decis. 16. num. 34.*

95 Extende secundò idem procedere in casu *decis. Gramm. 104.*

96 Fallit octauò, quando tractaretur de excessibus officialium, quia eorum cognitio spectat ad solam Magnam Curiam in Regno Neapol. ex antiquissima consuetudine fundata super ea constitutione statuimus, *vt ait Franch. in sua decis. 407.*

97 Fallit nonò, quando suspicaretur, quòd Baro, ad quem fit remissio, nollet punire remissum, veluti quia esset illi valdè amicus, siue aliquo modo, aliqua suspicio contra Baronem vrgeret, veluti ita sæpius fuisse decisum, *testatur Mastrill. ad decis. 147.*

98 Fallit decimò, & vltimo, quòd scilicet, neque Baro possit esse Iudex in causa propria, quam cum Vassallo haberet, etiamsi illi consultor adiungeretur; veluti ita fuisse resolutum testatur *Vrsill. in decision. 265. num. 35.*

Extende prædictas fallentias multò magis procedere in Curia Romana quæ nunque tàm de stylo, quam de iure remittit reos, atq; processus aliis Iudicibus locorum mediatè, vel immediatè Sedi Apostolicæ subiectorum, & propterea videmus, quod si Gubernator Vrbis, siuè A. C. habeat aliquem reum in carceribus, etiam quòd non sit principalis in delicto, tunc si sit opus eum cum principali delinquente confrontari, qui sit in alio loco carceratus, aut mediatè, siuè immediatè subiecto, tunc debet Iudex illum cum processu remittere ad Curiam, veluti quotidie huiusmodi remissiones de Neapoli, & Parma, & de similibus locis fieri videmus de illis personis, quæ aliquo modo ditioni Sedis Apostolicæ subsint & meritò quidem per ea quę dixi *sub num. 64. & seqq.*

Quinimmò id quoque seruari vidi in Diocesibus Episcopatuum Portus, & Hostien. & ratio ea mihi esse videtur, quia luminare maius facit cessare minus, & in Vrbes omnis iurisdictio cessat, & solum ea Papæ viget, nisi aliud ex priuilegio cautum reperiatur; Secus igitur veniret dicendum, quando remissio alicuius delicti peteretur infer eos, qui non essent eiusdē Iurisdictionis, quia tali casu non peteretur dicta remissio, *vt ait Capell. Tolos. in sua dec. 320.*

99 Sed redeundo iterum ad materiam facultatum Auditoris Cameræ; Restringe primo eas non habere locum in beneficialibus, in quibus ille Iurisdictione caret, & sic non potest cognoscere super titulo, & prouisione beneficij, *vt ait Card. Caualer. decis. 32. num 1. & decis. 224. eodem nu. 1. & fuit dictum in Agrigentina Sancti Angeli Veneris 30. Aprilis 1604. coram Coccino, quæ est in eius impressis decis. 169. num. 1. Achill. decis. 18. de appellat. & fuit resolutum in Casertana beneficij 5. Maij 1595 coram Card. Blanchetto, & in Oritana Parrochialis 12. Decembris 1593. coram Peregrino, & in alia Gerunden. Beneficij 13. Octobris 1600. coram Penia, Rota decis. 271 num. 5. par. 1. recent. Bellam. dec. 210. & fuit dictum in Cremonen. prabenda 21. Maij 1607. coram Cardin. Lancellotto.*

Exten-

100 Extende primò procedere, vt neque etiam in vim prorogationis partium valeat processus coram Auditore Cameræ in beneficialibus fabricatus, & ratio est, quia vbi nulla est iurisdictio, ibi frustra fit illius prorogatio cum non entis nullæ sint qualitates, Item quod nullum est, nullum parit effectum, *vt fuit dictum in dicta Casertana Beneficij coram Card. Blanchet to, quæ est in impress. Garz. de benef. par. 10. in cap. 3. num. 14. & Grat. lib. 2. discept. cap. 389. num. 51.*

101 Extende secundo id nō solū procedere in petitorio, sed etiam in possessorio, in quibus Auditor Cameræ Iurisdictionem non habet, *vt fuit dictum in dicta Gerunden. Beneficij corā Penia, & in illa Catarinen. coram Card. Caualerio*, vbi dicitur, quod pluries Signatura expresse prohibuit Locumtenentibus A.C. pro tempore existentibus, & in d. Signatura interessentibus, vt in beneficialibus non con cederent mandata de manutenendo.

102 Fallit tamen primò, quando causa benificialis non esset super titulo, sed super validitate, verbi gratia, alicuius vnionis, quia tunc Auditor Cameræ validè procedere potest, *Achil. decis. 4. num. 4. & decis. 5. nu. 6. de pens. Put. decis. 485. num. 2. lib. 2. Verall. decis. 99. par. 1. & fuit latè deductum in vna Terdonen. Præpositura tertia Februarij, & 26. Octobris 1601. coram Coccino, quæ sunt in eius impressis dec. 20. & 42.*

103 Fallit secundò, quando commissio in eius actis extaret, per quam illi committeretur causa super executione litterarum Apostolicarum, quia tunc in benificialibus se ingerere posset, *vt fuit decisum à Rota ibi per Coccinum in sua decis. 169. num. 3.*

104 Declara tamē, quòd ad hoc vt Auditor Cameræ posset in vim commissionis super earum literarum executione procedere, opus erit vnum ex duobus concurrere, nempè, vel citatio ad dicendum contra commissionem, aut quòd vtraque pars ea præsentata visa fuisset, absque citatione ad dicendum contra commissionem, licèt secus, si dicta commissio fuisset specialis iurisdictionem de nouo tribuens, quia tunc citatio fuisset ad eam fundandam necessaria, *vt ait Cassad. deis. 7. de restit spoliat.* At secus, si non esset specialis commissio, sed solum excitatoria Iurisdictionis, *vt fuit resolutum in Romana Castri Feliciani 12. Martij 1557. coram de Rubeis, & per Coccinum in dicta decis. 169. sub num. 3. versic. vigore etiam.*

105 Fallit tertiò, quando esset datus alicuius executor, sed cumulatiuè in literis, quia licèt in facultatibus antiquis Auditor Cam. prohiberetur, ne ad executionem literarum Apostolicarum procedere, quando earum esset datus certus executor; Nihilominus postea in nouis per fel. record. Gregorij Decimiquarti, & Clementis viij. ei facultas tribuitur exequendi cumu latiuè, cum alio executore certo dato, nec illa verba in fine facultatum Gregorij XIIII. prolata nocent, vbi ait, quòd non intelligeretur de rogatum Constitutionibus antiquis Pij Quarti, & Quinti, quia illa verba nunquam intelliguntur, nisi quoad expressa *iuxta doctrinam Iason. in l. doli clausula num. 2. ff. de verbor. obligation & Rota ibi coram Coccino decis. 169. sub numero 3. versiculo neque facit:* Aliàs, quando Auditor Cameræ non est datus executor literarum Apostolicarum Iurisdictione careret, *vt fuit dictum in Vrgellen. Beneficij 16. Decembris 1608. coram Cardin. Marcomontio, quæ est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 721. n. 1. in prima colum.*

106 Declara tamen, quòd licet Auditor Cameræ sit incapax iurisdictionis in beneficialibus, tamen iura coram eo in causa beneficiali producta suum robur non amittunt, *vt ait Rota decis. 271. num. 4. par. 1. in recent.*

107 Restringe secundò, quòd Auditor Cameræ vltra tres dietas, vbi ille non est datus executor ad iudicium non vocat ex constitutione Pij Quinti, *veluti fuit decisum in dicta Vrgellen. Beneficij 19. Decembris 1608. coram eodem Card. Marcomontio penes Marches. in præcit. loco.*

Sed

108 Sed quando est datur executor in literis, tunc potest etiam procedere contra Episcopos, *vt fuit dictum à Rota dec. 45. par. 1. in recent.*

109 Restringe tertio, quòd sententia Audit. Cameræ sit nulla non seruatis prius terminis substantialibus, siue simus in Iudicio ordinario, siue in alio paritionis literarum; at secus in Iudicio summario, & executiuo, necnon quando quantitas debita non excederet summam scutorum ducentorum; Vndè cautus erit ille Procurator, si ad tollendas difficultates illos etiam pro minori summa seruabit, prout fuit ita dictum *à Rota in illa Vrgellen. Beneficij coram Marcomontio.*

Sed animaduertas tamen, quòd Auditor Cameræ habet facultatem reiterandi terminos, ad effectũ sanãdi præcedẽtes defectus, licèt tñ id fuerit quoque postea extensum ad omnes Iudices, ex Constitutione Pij IV. edita super reformatione Signaturę Iustitiæ sub Kalend. Ianuar. 1562. *veluti testatur Scaccia de Iudic. cauſ. ciuil. & crimin. l. 2. cap. 3. quæſt. 13. nu. 271. Card. Serap. dec. 515. nu. 5. & Rot. in Signina Castrorum Lunæ 25. Iunij 1615. coram Buratto.*

110 Restringe quartò, quòd Auditor Cameræ suis facultatibus non vtitur in causis mercatorũ, q tñ intellige procedere, qñ nõ ordinariè; sed in vim Cõmissionis procedit, quia eo casu seruatis seruandis procedere tenetur, *vt fuit decisum in Rommana Pratansarũ Mercium Veneris 30. Maij 1597. corã Litta, quæ est apud Marcheſ. par. 2. de commiſſ. fol. 515. num. 3.*

111 Contrarium tamen *ait Gratian. li. 3. diſcept. cap. 569. num. 19.* vbi ait, quòd Auditor Cameræ summariè, & mãnu Regia causas Mercatorum terminare valet, de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta, iuxta suas facultates in S. 10 *& veluti fuit decisum à Rota in dec. 446. nu. 1. par. 2. in. recent. Rot. Ianuen. dec. 23. num. 15. & Rota Rom. dec. 641. in fine par. 1. recent.*

112 Concordari igitur possunt prædictę opiniones, vt scilicet prima procedat, quando non, iuxta suas ordinarias facultates, sed in vim commissionis procedit. Secunda verò è conuerso locũ habeat; nempè, quando non in vim cõmissionis, sed ordinariè procedit, vt colligitur ex illa *deciſ. 446. parte 2. in recentior.*

113 Extende, quod etiam Auditor Rotę potest vti facultatibus Aud. Cameræ, quando in commissione ea vti sibi fuerit cõcessum, aliàs secus, *vt fuit dictum à Rot. dec. 415. nu. 10. parte. 1. in recent.* Licèt aliqñ Rota eas facultates non attendat, etiam quod in commissione fuissent reseruatæ, quando tamen ageretur de eo, quod esset contrarium stylo Rotæ, veluti contingit in executione legati, pro quo via executiua attenditur in Tribunali A.C. sed in illo Rotæ, via ordinaria proceditur, *vt fuit resolutum in Rom. Dotis, & Legati 15. Iun. 1620. coram Manzanedo* & veluti latè dixi *in concl. 128. ſub. nu. 749.* & ibi recurras, & est *deciſ. Rota 391. n. 2. par. 2. recent. & Grat. in dec. 4. num. 70.*

114 Declara pręterea id, quod fuit dictum de facultatibus Auditoris Cameræ procedendi summariè, & manu Regia inter Mercatores habere locum in illis existentibus in Vrbe, at secus in exteris, & præsertim in illis Anconæ, quia ibi, & non aliundè conueniri debent, in vim Priuilegiorum Põtificum, *vt ait Grat. lib. 3. diſcep. cap. 569. n. 19. & Rota dec. 5. num. 1. de offic. ordin. in antiq.*

Extende prædictam declarationem procedere quoque in quibusuis alijs Mercatoribus totius Status Ecclesiastici, quando per viam literarum cambij fuisset conclusus contractus in Vrbe eorum consensu mediantè, quia vbi iunguntur consensus partium, ibi dicitur perfectus contractus, & non in loco à quo literæ diriguntur, *iuxta doctrin. Bald. in l. multum intereſt nu. 28. & Salicet. nu. 17. C. ſi quis alte, vel ſibi Rota Ianuen. dec. 161. nu. 4. Rota per Coccin. in ſua dec. 116. nu. 1. & tandem fuit ita quoque resolutum in Romana, ſeu Rauennaten. Pecun. Merc. 26. Iunij 1630. coram Pirouano.*

Subextende prædicta nedum procedere in Mercatoribus Vrbis contra ori-

origine forenses, sed etiam in illis forensibus contra illos de Vrbe, quia quilibet eorum potest coram Audit. Cam. executiuè procedere; dummodo non degant vitam extra statum Ecclesiasticum; & ratio est, quia per contractum in Curia, qui non est subditus efficitur subditus illius loci contractus etiam si non sit de eodem statu, sed habeat tamen domiciliū in statu, & quòd facultates Iudicis non deficiant; vndè veluti mercator origine forensis, sed subditus ratione contractus potest executiuè contra mercatores Curiæ agere, eadem quoque via debet Curialis posse agere contra alium mercatorem forensem, ex eisdem facultatibus Aud. Cam. quę cum concernant ordinatoria; ideo sunt seruandæ in loco iudicii, siue agatur de ordine processus, siue de ordine executionis, vt benè, & latè fuit deductum in illa *Romana, seu Rauennaten. Pecuniaria Mercurij 26. Iunij 1630. coram Pirouano.*

Extende, quòd etiam litterę inter mercatores habent vim publici instrumenti, & probant stipulationem prius factam, & in illis præsumitur contractus, ex quo ipsi conueniri possunt, *vt ait Gratian. lib. 3. disceptation. c. 500 num. 2. & seqq.*

115 Restringe quintò, quòd Auditor Cameræ non deputat Iudicem in caussis, nisi obligatio Cameralis adsit; quia cum in huiusmodi deputationibus, iuxta suas facultates procedat; vnde ea non existente, nec etiā Aud. Camerę deputare potest; *vt ait Marchesan. de commissionibus par. prima, fol.* 800. *num.* 120.

116 Restringe sextò, quòd Auditor Camerę non potest procedere, iuxta illius facultates, nisi obligatione in forma Cameræ extensa, alias cum de sua iurisdictione non esset certus, nec per consequens in ea procedere posset, *vt fuit dictum in vna Lauretana Pecuniaria 5. Aprilis 1597. coram Gypsio, & in alia Romana de Pinellis 20. Februarij 1398. coram Orano, & aliàs sæpè, vt fuit dictum in vna Romana Releuationis à molestijs Veneris 19. Ian. 1601. coram* Card. *Lancellotto.*

117 Et ratio est, quia Iudex ignorans fundamentum suę iurisdictionis validè pronunciare non potest, *Rota decis. 515. num. 21. par. prima in recent. & per Buratt. in dec. 683. num 4.*

118 Extende id, quoque procedere, si fuerit aliàs inter easdem personas in alio officio facta extensio, quia ea erat reproducenda in officio Notarii causæ; Nam Notarii Auditoris Cameræ habent acta separata, nec vnus se ingerit in negotijs alterius, *vt fuit dictum in Romana Census 4. Decemb. 1595. coram Card.* Pamphilio; *& in illa Romana Releuationis à molestijs coram Card. Lancellotto.*

119 Secus autem, quando obligatio esset rogata ab eodem Notario, quia tunc nulla extensio illius obligationis esset necessaria, *vt fuit dictum à Rota in dec. 555. num. 3. par. 1. in recent.*

120 Fallit tamen primo, quando partes in ea consenserunt relaxationi mādati, vnica tantum citatione, siue nulla citatione præcedente, quia tunc extensio obligationis Cameralis non esset necessaria *vt fuit dictum à Rota in decis.* 103. *num. 4. & 5. par. 1. in recen.* Veluti nec etiā illo casu opus est, vt relaxetur mandatū cum intimatione, nisi infra tres, *Rota decis. 630. nu. 3. par. 1. recent. & per Burat. d. decis. 683. num. 4. & ibi in addit. num. 7.*

121 Extende, quòd quando partes consenserint relaxationi mandati, vnica tantum citatione, siue nulla præcedente citatione, tunc potest Aud. Camerę dare executionē omnibus obligationibus, etiā extra statū Ecclesiæ rogatis *vt ait Rot. dec. 103. n. 4. & 5. p. 1. rec.*

122 Quod quidē subextende procedere etiam, quòd debitores, qui consenserunt in mandatum executiuum vnica, vel sine citatione non essent obligati in forma Cameræ, quia tunc etiā in alijs tribunalibus pōt executiuè procedi; dū in mandatū executiuū vnica, vel sine citatione fuerit consensum, *vt ait Rot. in d. dec. 103. nu. 4. & 5. & per Buratt. dec. 683. nu. 7. & in Reatina Iuris redimendi 10. Decembris 1628. coram Verospio, & per* Card. *Caualleriū dec. 38. num. 3.*

Secus

123 Secus autem quando partes in mandatum executiuum prædicto modo non consenserunt, nec minus obligatio Cameralis extaret, quia tunc executiuè in causis procedi non posset, nisi in Tribunali A. C. & non ab alijs Iudicibus, *veluti supra diximus sub nu. 26. & seq. & 120. & veluti fuit dictum à Rota per Burat. d. dec. 683. sub. nu. 5. & ibi in addit. nu. 7.* & prius ibi docet, quòd Instrumentũ, quando est in partibus rogatum, debet in Curia produci parte citata ad dicendum contra, & postea debet in Brogliardo adnotari, aliàs mandatum esset nulliter relaxatum, secus autem erit dicendum de instrumento in ipsis actis causæ rogato, quia tunc illud repeti non est necessè, quia de eisdem actis esse censetur, & præcipuè, si non fuerit oppositum ex aduerso, & multò magis, quando illud à Iudice sæpe visum fuerit, *vt fuit dictum in Romana Fideiussionis de repræsentando 17. Maij 1595. coram Corduba.*

124 Fallit secundò, quãdo (vt dixi) illius obligationis extensio fuisset semel facta inter creditorem, & debitorem, quia tunc amplius non esset facienda inter debitorem, qui soluit, & fideiussorem, *vt fuit dictum à Rota in dec. 630. num. 2. par. 1. in recent.*

125 Animaduertendo tamen, quòd dicta extensio debet à Iudice decerni in citatione solùm facta ad dicendum cõtra Iura, & non in illa ad soluendum; & ratio est, quia antequam Iudex relaxet mandatum pro summa petita, in apoca contenta obligatione Camerali vallata, debet esse certus de sua Iurisdictione, *vt fuit dictum à Rota in Anconit. pecun. 27. Martij 1623. coram Manzanedo*, & de hoc stylo testatur *Saluſt. Tiber. in sua praxi lib. 1. cap. 31. nu. 4. & 5.* quem approbauit Rota ibi supra, *& in Romana, seu Carthaginen. pensionis Luna 24. Ianuar. 1628. coram Dunozetto.*

Sed nota tamen, quòd appellatio daretur ab extensione obligationis Cameralis, etiam quoad vtrumque effectum, quando illa expressè non legeretur in Instrumento, siue quando dubium esset, an ea fuerit adiecta, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. in dec. 561. num. 4.*

Licèt secus tamen esset, quando Instrumentum esset rogatum per Notarios A. C. quia tunc non esset necessaria extensio, etiam si obligatio Cameralis fuisset omissa, quia nihilominus obligatio intelligeretur recepta in forma Cameræ, & illi per consequens extensio daretur, veluti Instrumento in forma Cameræ celebrato, iuxta declarationem factam in Tribunali A C. per eiusdem Locumtenentes, & Notarios veluti testatur *Saluſt. Tiber. in sua pra. lib. 1. cap. 40. nu. 1.* & eò magis, quando partes se obligauerunt cum clausulis solitis, & consuetis, & ratio est, quia cum obligatio in forma Cameræ apponi soleat in omnibus instrumentis receptis per Notarios A C. & totius Vrbis; quinimmò cum illi alio modo non soleant recipere rogitus, nisi sub illa forma, *vt testatur Saluſt. Tiber. ibi supra.* Idcircò talis obligatio semper censetur apposita & eam deficientem potest Notarius in instrumento apponere, iuxta ea, quę ait *Gabr. de consuet. concl. 3. num. 15. & 35. Menoch. consſ. 27. num. 61. Farinac. de falsit. quæſt. 167. num. 54. & fuit ita decisum in Rom. Quarti dotalis 19. Iunij 1628. coram Reuerendiſſimo Coccino.*

Extende ea, quæ fuerunt dicta de extensione per Iudicem fienda obligationis in forma Cameræ adeò procedere, vt propterea solùm sufficiat Iudicis decretum de illam extendendo, licèt postea in effectu non extendatur, veluti testatur *Tiber. Saluſt. in pracit. loco cap. 29. in fin.* & ita quoque tenuit Rota *in dec. 62. in fine penes Zacchiam ad Galleſ. de oblig. Cam. & in Anconitana pecuniaria 27. Martij 1623. coram Manzanedo.*

126 Restringe septimò, quòd Rota non obseruat stylum Domini Auditoris Cameræ, vt scilicet soluatur quinq. vel sex pro centenario factis diligẽtijs nõ potuisse fieri executionem, neque realẽ, neque personalem contra debitorem, ac in illius bonis, nisi etiam

concurrant requisita; *Castr. in l. 3. §. vltimo ff. de eo, quod certo loco*; & propterea absque illis resoluit dictum stylum non esse attendendum *in Romana Fructuum, & Interesse* 10. *Decembris 1624 coram Pamphilio*.

127 Vltimò erit notandum, quòd ea, quę fuerunt dictę de vi, & efficacia obligationis Cameralis, procedunt etiam in Instrumento guarentigiato, in quo Auditor Camerę potest procedere, cum expressa inhibitione, quoad alios Iudices, quibus causa commissa fuisset; *vt fuit dictum in Romana Attentatorum Mercurij 4. Iulij 1601. coram Penia, quę est apud Zacchiam de oblig. Cam. dec. 120. nu. 6. & idem Zacchias in quæst. 7. num. 14. & per Buratt. dec. 537. num. 1. & 4. & dec. 561.* Licèt secus tamen esset in eo, qui agere potuit in vim obligationis Cameralis, siue guarentigiæ, sed iudicium ordinariũ inchoasset, quia tunc à sententia inchoata appellare liceret, *vt ait Rota dec. 782. num. par. 3. recen.*

128 Sed nota, quòd guarentigia dicitur pręceptum, quod facit Notarius habens iurisdictionem habitu ordinariam debitori de soluendo adueniente die, per quod instrumentum, illud dicitur habere executionẽ paratam, *vt ait Corn. cons. 238. & cons. 259. lib. 3. & Seraph. de priuileg. Iuram. priuil. 77. num 5. & ibi alios allegat.*

129 Extende, quòd etiam clausula (& cætera) guarentigiam compræhendit quando in Instrumentis communiter ea solet apponi, *vt ait Card. Tusch. in litera C. in verbo clausula concl. 302 f. mihi 835.* Et veluti de obligationẽ Camerali dicã inferius ex mẽte Rotę.

Contrarium tamen venit dicendum de clausula constituti, quia ea non comprehenditur sub illa clausula quę omnia, & cætera, *vt ait Iafred. dec. 49. alleg. à Ricc. in sua collect. dec. 55. par. 1.* Licèt secus esset, quando ea fuisset omissa à Notario eam clausulã constituti in suis instrumentis opponere consueto, *vt ait Benintend. dec. 32 Rot. Bononien. & Ricc. in præcitato loco & est dec. Surd. 223. nu. 9. & seq.*

130 Declara tamen prędictã extensionẽ procedere, dummodo probaretur Notarium fuisse matriculatum in eo loco, vbi ponitur illud pręceptum guarentigię, quia ista facultas non datur Notarijs ex natura officij, sed ex auctoritate, & dispositione vnius statuti id dictantis, aut Principis istud mandantis, prout de veriori opinione, & magis cõmuni, *ait Crass. alleg. à Grat. lib. 3. discept. cap. 455. nu. 18. & seqq.*

131 Extende secundò, quòd neque guarentigia excussionem requirat, veluti neque eam obligatio Cameralis admittit, & eò magis, quando Iuramentum concurreret, quod omnem excussionem tollit, *vt dicunt Doctores alleg. à Gratian. d. lib. 3. cap. 593. n. 5.*

132 Limita tamen primò, quod annullato contractu, & deficiente causa obligationis, tunc annullatur quoque pactum executiuum, guarentigia, & obligatio Cameralis; & ratio ea est, quia extincta substantia contractus, siue illius solemnitate, tunc pręceptum guarentigię, iusiurandum, obligatio Cameralis, & similia nõ attenduntur; nam ea non augent obligationem, sed eam validiorem reddunt, vltra quod sit impossibile, vt accessoria principale vestiant, & dent illi robur, si de per se sit inefficax, *vt dicunt Doctores alleg. à Gratiano ibi supra cap. 423. nu. 48.* Et veluti latius dixi in verbo annullato principali contractu, & ibi multę decisiones ad id allegantur.

133 Fallit tamen, quando allegaretur obligationem fuisse sine causa, quia tunc huiusmodi exceptio guarentigiam, Cameralem obligationem, ac iuramentum non retardaret, *vt fuit dictum in Bononien. Pecuniaria 22. Martij 1602. coram Card. Lancellotto, & in alia Bononien. Executionis spocharum 27. Iunij 1611. coram Vbaldo, & Doctores allegati à Gratian. d. cap. 423. num. 48.* Et ratio est, quia cum talis obligatio per viam guarantigiæ dicatur confessio facta in iudicio, idcirco ea valet etiam si sit inefficax, & sine causa, nam talis confessus calore Iudicij pro condemnato habetur, *vt ex text. in l. sicut maior, in verbo confessus. & ibi Bart. ad Bald. C. de*

repud.

repud.& abst.hared. & l.si donatione. C. de collat. Cyn. in l. 1.C. de confess. & Gratian.lib. 1. discept.cap 280.n.6.

Secus autem, vbi essemus extra casum obligationis in forma Cameræ, siue quarentigiæ; quia tunc prohibitio alienationis bonorum, confessio, obligatio, dispensatio, cum similibus non valent, nisi causa fuerit illis adiecta, & propterea videmus, quòd prohibitio alienationis sine causa, vti inefficax fideicommissum non inducit, veluti talis dicitur, vt potè si testator nõ dixerit expressè, quòd talia bona remaneant in familia, siue ad suos posteros, & descendentes perueniãt, vel si pœna aliqua saltem non fuerit apposita; quia tunc non solum non inducitur fideicommissum in casu mortis; neque minus in euentum alienationis *vt ait* Eugen. *in suo cons.*81.*n.*48.*& 49 & Seraph. de priuil.iur.priuil.*94.*n.* 1. *cum seqq.allegati à Grat.in pracit.loco.*

Amplia prædicta esse vera, etiam si testator expressè, & efficaciter alienationem prohibuisset ea verba addendo nullo modo, vel alia similia, & illã annullando, quatenus ab hærede fieret; & ratio est, quia illa verba præceptum non inducunt; sed solum consilium, dum causa cessat, siue persona ob quam probibitio fieret, & sic id solum remaneret ad fauorem hęredis, cui per eum renunciari potest, & maximè adita ab eo hæreditate, per quã aditionem hæres fit Dominus rerum; neque per consequens ille dicta bona alienando diceretur tolli facultatem liberam testandi, quæ à lege conceditur, ex ea ratione, quia cum ista prohibitio sit à causa, & persona nuda; Idcircò ea non continet pręceptum, sed simplex consilium, quod efficaciter non obligat, *vt latè ait Gratian.in d. discept.* 280. *per totam omnino viden. In hac materia;* Surd. *decis.* 125. *nu.*8. *& decis.* 238. *num.* 16. *& seqq.*

134 Limita secundò, quòd instrumentum guarentigiæ, vt puta alicuius locationis exequi non potest per tacitã recõductionem, siue societatem, quia guarẽtigia, & obligatio Cameralis nõ dicitur apposita vti odiosa, nisi expressè apponatur, cum de iure à quolibet instrumento appellatio detur, *Afflict. dec.* 365. *in fine*; & præsertim quando essemus in loco huiusmodi obligationes apponi nõ solito, veluti Bononię; quia tunc etiam, ꝗ essemus nõ solum in tacita reconductione, siue societate; verum etiam in expressa per viam stipulationis inita dicta cameralis obligatio non attenderetur, nisi expressè diceretur; & propterea nec illud instrumentum guarentigiæ, siue illa obligatio Cameralis datur, nisi pro his, quæ expressè in instrumento leguntur; At secus Romæ, vbi obligatio Cameralis in omnibus instrumentis apponi solet, quia tunc ea in instrumentis pro apposita censetur, vt fuit dictum in vna *Bononien. Census*, 24. *Aprilis* 1600. *coram Penia.*

Contrarium quòd scilicet clausula in instrumento ommissa consultò ommissa censeatur, & sic, quòd ea tali casu vti ommissa non sit attendenda, ait *Rota per Gregor. in decis.* 90. *in fine*, & hãc opinionem ego puto veriorem, & pręsertim quia ad effectum euadendi viam executiuam dedita opera ommittitur illa obligatio in forma Cameræ, & propterea est creditori imputandum, si eam clausulam in instrumẽto facere apponi non curauit, per regulam iura vigilantibus, non autem dormientibus subuenire solent, licèt secus esset in his, quę venirent ex iuris interpretatione, vt mox dicetur.

135 Extende dictam secundam limitationem in tãtum procedere, vt neque etiam obligatio Cameralis, & guarentigię extendatur ad ea, quę veniunt ex interpretatione iuris, quod tamen non procedit si per viam replicationis & non per alteram actionis ageretur. Item secus esset, quoad ea, quæ enunciatiuè, & quæ tacitè in consequentiam veniunt, *vt ait Zacch. de obligat. Camer. q.* 31. *num.* 15. *cum seqq. cart. mihi* 179. vbi in specie ait, quòd id, quòd dicitur de obligatione Camerali procedit quoque in guarentigia. *Surd. decis.* 254. *num.* 39. *latè Grat. lib.* 1. *discept.c.*47.*n.*43.*cum seq. & c.* 111. *num.* 49. *& c.* 115. *nu.* 27. *& lib.* 3. *cap.* 444. *num.*45.*cum seq. Rot. Ianuen. dec.* 21. *num.* 15. *Card. Seraphin.*

phin. decis. 321. *num.* 20. *& fuit ita decisum in Reatina Iuris redimendi* 28. *Decembris* 1628. *coram Verospio.* vbi aliæ decisiones ad id comprobandum allegantur.

136 Declara præterea, quòd licèt obligatio Cameralis, & guarentigiæ sit odiosa, & strictè interpretanda, non per hoc tamen sequitur, quòd habens mandatum amplum ad obligandum non possit quoque obligationem Cameralem apponere, *vt fuit dictum in Romana Pecuniaria coram Card. Mellino, quæ est apud Zacchiam dec.* 50. Sed in quibus ex inter se differant istæ duæ obligationes, nempè in forma Cameræ, & Guarentigiæ, tradit *Gallesi. quæst.* 2. *num.* 13. *& Zacchias ibidem num.* 30.

137 Restringè tertiò, quòd licèt obligatio Cameralis, ob sui fauorem habeat executionem paratam, & quòd non possit exceptione altiorem indaginem requirente impediri, *vt ait Cassiador. decis.* 1. *de mut. pecun. & Rota in Romana Executionis de Anguillara Veneris* 6. *Martij* 1592. *coram Orano, & in Romana Responsionis Casalis* 15. *Ianuarij* 1597. *coram eodem, & in Maceraten. Transactionis Lunæ* 9. *Maij* 1594. *coram Litta, & in Romana Census de Pronanis* 8. *Aprilis* 1598. *coram eodem Orano, & in alia Romana Executionis contractus* 22. *Maij* 1594. *coram Litta.*

138 Fallit tamen, qñ de falsitate, noua conuentione, falsa causa, solutione, nec non enormissima læsione, seu simulatione incõtinenti daretur, & de illis illicò appareret, *vt fuit dictũ à Rot. in prealleg. decisionib. & per Greg. in decis.* 120. *num.* 17. & quemadmodum eodem modo procederet in casu nullitatis Instrumenti, siue contractus, si tamen nil esset probandum ab eam apponente, sed quòd illa incontinenti probaretur, quia tunc obligatio Cameralis ex ea impedienda veniret, *vt ait Zacch. de oblig. Camer. quæst.* 3. *num.* 1. *& seqq. & quæst.* 17. *num.* 101. *& Rota per Coccin. decis.* 8. *num.* 1. *& decis.* 162. *eodem num.* 1. *& per Buratt. decis.* 76. *num.* 1.

139 Animaduertendo præterea, quòd exceptio, quæ datur contra obligationem in forma Cameræ non sit releuans, quando esset obscura, incerta, & præsumptiua tantùm, *vt ait Rota per Cardin. Seraphin. in sua decis.* 372. *num.* 1. *& in decis.* 1107. *per totam*, & vt dixi supra in ampliatione 2. *ferè in fine vers. Extende illud num.* 44.

140 Declara præterea obligationem in forma Cameræ non esse retardandam, quando nedum negotium erit clarum, & limpidum, sed etiam si prius legitimatio personarum fuerit facta, aliàs secus, *vt fuit dictum à Rota in Romana de Trincijs Lunæ* 16. *Februarij* 1615. *coram Buratto, quæ est in eius impressis decis.* 98. *num.* 1. licèt tamen secus esset, quando obligatio Cameralis fuisset semel vulnerata, quia tunc executiuè exerceri non posset, sed via ordinaria esset procedendum, & quando dicatur vulnerata, vide *in concl.* 128. *num.* 724. *cum seqq.* Item secus esset, si tempus 30. annorum fuerit lapsum, quo casu præscribitur modo, & qualitati executiuè agendi, *vt benè ait Magon. decis. Flor.* 121. *num.* 1. *& seqq. quem alijs relatis sequitur Borel. in sua summ. decis. par.* 2. *tit.* 19. *de instrumen. liquid. & exeq. nu.* 104. *& Rot. decis.* 689. *num.* 5. *parte* 1. *recent.*

ARGVMENTVM.

DE FACVLTATIBVS Auditorum Rotæ.

CONCLVSIO CLXVIII.

1 AVDITORES Rotæ nota quòd olim vocabantur Auditores Sacri Palatij, & à Sixto Quarto fuerunt redacti ad numerum duodecim, quemadmodum duodecim fuerunt Apostoli, quos veluti Spiritus sanctus destinauit ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum suæ veræ fidei varijs linguis loquẽtes; Ità quoque Papa duodecim viros Iuris vtriusque peritissimos, ac varijs linguis loquentes destinauit, qui cau-

fas

sis ex toto vniuerso Christianorum Orbe ad summum Pontificem,tam de beneficijs Ecclesiasticis, quàm de alijs rebus,per litigatores delatas, iuxta eorum doctrinam,Prudentiam, æquitatem, Iustitiam, & Integritatem examinent, necnon vice Pontificis expediant, atque definiant, pro quibus faciunt ea quæ *ait Marta in sua compil. dec. to. 6. in hoc verb. Auditor cap. 3. & Veral. decis. 276. par. 1. & Franc. Marc. decis. 348. par. 1.*

1 Quorum quidē valor, & legalitas est adeò ingens ac toto vniuerso Orbi cō spicua, vt propterea illa meritò dicatur Magistra,& exēplar oīum Tribunaliū,& verū speculū ad imitandū,& omniū Curiarum Mater, *vt ait Grat. dec. 1. nu. 21. Rota Marchia.* Imò,quòd istius Sacræ Rotæ Romanæ decisio sit maioris auctoritatis, quàm communis Doctorum opinio, *ait Barb. in c. olim. de lit. contest. col. 12. post princip.* necnon illius decisiones à Doctoribus, & Iudicibus in re dubia sunt sequendæ, *vt ait Honded. cons. 59. nu. 48. lib. 1. & latè de hac materia ait Scac. de senten. & re iud. glos. 14. quæst. 24. num. 1. & seqq. sed num. 56.* ait, quòd Rota facit comunem opinionem in futuris causis, sed non tamen in ea causa in qua iudicat.

2 Contrarium, quòd scilicet illius auctoritas sit postponenda iuri, ac rationi habetur per *Scacc. in d. tract. de sent. & re iudic. glos. 14. quæst. 24. num. 7.* subdens præterea, quòd decisiones Rotæ Romanæ sunt probabiles, sed non necessariæ, nec allegabiles ad decisionem causarum ex ea ratione, quia Domini de Rota debent secundum iura iudicare, neque illi potestatem legis condendæ habent, immò ibidē *sub num. 17.* refert, quòd aliqui dicunt licèt temere,quòd Rota, quandoque non est sibi constans, & quòd propterea quidam illius iudicium impugnant, vt ibi *sub num. 9. licèt prius sub num. 3.* dicat, quòd Auditores Rotæ sunt Iuris Consulti eminentissimi, & quòd eorum Iudicium, & exemplum est sequendum, & meritò quidem, & qui audet dicere contrarium semper illius opinio erit sibilanda ab omnibus, qui sint sanæ mentis, & firmi intellectus; Nec licèt sæpè reperiatur Rotam à prima resolutione facta recedere, id tamen sequi solet, & rectè quidem, quando vna tantum parte informante resoluit, siuè quando de meliori Iure constat,& tantò magis,quādo informantem dolosè se egisse cognouit, *vt ait Cæsar. de Graff. in dec. 21. de probat.*

3 Vndè tenendo primam opinionem vti verissimam, & ab omnibus tenendam, extende primo eam in tantum esse veram, quòd huiusmodi decisiones Rotæ faciunt ius, & illud ostendunt; Et ratio est, quia ad eam principaliter spectat verba, & mentem Papæ in rescriptis interpretari, & est in hac quasi possessione sciente, & paciente, immò volente Papa, iuxta ea, quæ tradit *Io Andr. post Hostiens. in cap. 1. de postul. Prælat. & Rota per Gregor. XV. decis. 524. num. 4.*

4 Extende secundò, quòd istud Tribunal inter cætera dicatur supremum, *vt ait Put. decis. 401. lib. 1. Cæsar. de Grassis, Guidopap. & alij allegati à Rota in Romana domus de Cardellis Mercurij 22. Maij 1609. coram Cardin. Caualerio, & decis. 134. diuers. & decis. 151. num. 3. par. 1. in recent. & nouissimè Scacc. de sentent. & re iudic. in d. glo. 14. q. 24. num. 3.* Item, quòd Dominorum istius de Rota auctoritas sit summa *ait Martinus Andreas in sua decis. 9. num. 1.*

5 Extende tertiò, quòd Auditores Rotæ omnes habent Instructionem causarum coram alijs pendentium, sed est benè verum, quòd sententia fertur de consilio omnium Auditorum, & sic omnes proferre dicuntur; Immò in hoc Iuramentum habent in tantum, quòd si illi contrauenirent periuri efficerentur, *vt ait Castrens. cons. 282. col. 2. lib. 1. Accoromb. decis. 4. & Rota per Gregor. XV. decis. 176. num. 7. & Put. decis. 338. num. 1. lib. primo.*

6 Et ratio prædictorum est, quia Omnes Auditores faciunt vnum Tribunal, & sic vna est omnium Iurisdictio,

ctio, & vnus censetur loco alterius subrogatus, licèt rationes commodioris expeditionis distributiones particulares fiant, *vt ait Rota per dictum Gregorium XV. decis. 369. num. 2. & Card. Seraph. in sua decis. 318. num. 2. & Rota decis. 13. de offic. deleg. in nou. Pat. decis. 339. lib. 3. & Rota decis. 16. num. 4. part. 4. diuers. & in Callien. Canonicatus 16. Nouembris 1608. coram Card. Caualerio, & in Corduben. Decimarum Mercurij 9. Decembris 1616. coram Pirouano.*

7 Et hinc fit, quòd acta facta coram vno in causa alteri commissa sunt valida, & præsertim parte non opponente, *vt ait Put. dicta decis. 339. lib. 3. & prius decis. 460. lib. 2. & Rota in vna Burgen. Fructuum 28. Maij 1590. coram Pamphilio.*

8 Subextende primò prædicta præcipue procedere, si ibi iurisdictio esset perpetuata, *vt ait Rota per Coccin. in sua decis. 439. nu. 4.*

Vndè videmus, quòd si sententia feratur ab vno Auditore, & eo defuncto non fuerint subscripta, tunc ea poterit ab altero subscribi, etiam non citata parte, *vt ait Put. dec. 348. num. 1. lib. 1.*

9 Subextende secundò ea in tantum procedere, vt propterea, si vnus Auditor ad Cardinalatum promoueatur, tunc remanet Iurisdictio, quoad illius causas penes alios Coauditores, *vt fuit dictum à Rota in dicta Callien. Canonicatus 17. Nouembr. 1608. coram Card. Caualerio*, vbi fuit resolutum, quod examen factum coram vno Auditore esset validum, quamuis de illius subrogatione non constaret, & sic ibi fuit canonizata illa decisio *369. coram Greg. XV.*

10 Subextende tertiò, quòd valeat processus factus coram Auditore, etiam publicè excommunicato, *vt ait Rota in decis. 2. de Iud. in antiq.*

11 Subextende quartò, quòd valeat processus coram Auditoribus factus in vim rescripti per excommunicatum impetrari, sicuti valeret coram Ordinario factus, cùm Auditores quoque in procedendo ordinariam Iurisdictionem habeant; Licèt tamen non valeret sententia ab eis in vim talis rescripti lata, quia in decidendo dicuntur vere delegari, *vt ait Rota decis. 13. de offic. delegat. & decis. 6. de Iudic. in nou. Aegid. dec. 730. aliàs 51. de rescriptis. Gem. cons. 95. in princ. & Franc. in cap. 1. de rescript. in 6. num. 6. & Verall. decis. 276. par. 1. & Franc. Marc. decis. 348. par. 1.*

12 Animaduertendo tamen, quòd conclusio in prædicta subextensione contenta super eo, quòd Auditores vnum Tribunal faciant, & quòd vna sit omnium iurisdictio, fuit proposita *in vna Placentina, & Toletana Canonicatus, & Beneficiorum Mercurij 4. Februarij 1609. coram eodem Gregorio*, sed Rota noluit illam firmare, *quæ decis. est 399. inter impressas eiusdem Gregorij. nu. 1.*

13 Sed tenendo primam opinionem, subextende eam quintò, quòd scilicet vnus Auditor possit pronunciare in causa, in qua nullum dubium habeat de consensu aliorum Coauditorum, licèt causam illam in consilijs non poluerit, *vt fuit dictum à Rota in decis. 22. num. 1. de sent. & re iud. in antiq. & dec. 123. num. 2. par. 2. recent.*

14 Subextende sextò, quòd etiam Auditor nouus possit subscribere sententiam alterius Auditoris defuncti, etiam sine citatione ex generali commissione, *vt ait Rota per Put. dec. 338. lib. 1. & penes Marchesan. ait dicta Rota in parte 2. fol. 610. num. 5. & decis. 157. lib. 2. par. 3. diuers.* Quod intellige procedere, si coram antiquo non fuisset inchoatum disputari in causa, aliàs secus, & tunc excipiens de nullitate sententiæ, id tanquam suæ intentionis fundamentum probare tenetur, *vt fuit resolutum in d. Corduben. Decimarum Mercurij 9. Decembris 1616. coram Pirouano.*

15 Subextende septimò, quòd Auditor Rotæ successor reassumit causas originarias Auditoris antecessoris, *vt fuit dictum à Rota penes eundem Marches. par. 2. fol. 609. nu. 1.*

16 Secus autem in Auditore secundo, qui

qui non procedit in causa, stante præuentione primi, si tamen à primo inhibitio emanasset, quæ vim protestationis, & oppositionis haber, aliàs acta facta coram secundo valeret parte non opponente, vt fuit dictum superius in versiculo Et hinc fit nu. 7. & idem ait Rota per Put. decis. 460. lib. 2. in nou. & in illa Burgen. coram Pamphilio.

17 Sed hic erit notandum, quòd tribus modis committuntur causæ Auditori, tamquam Auditori, & istæ causæ sunt illæ, quæ distribuuntur per Turnũ, & in quibus scribũt Notarij Rotæ. Secũdò committũtur causę Auditori, sed extra Rotam, & in istis etiam Notarij Rotæ scribũt; sed ibi nulla causa diffinitur, nisi cum aliorum participatione. Tertio modo committuntur causæ Auditori, tamquam Prælato, & in istis Notarij Rotæ non scribunt, sed solum, aut Notarius Archiuij, vel Auditoris Cameræ, si ab ipso sit deputatus Auditor, vt ait Rota in decis. 6. in fin. de re iudic. in nou. & decis. 61. de facult. in nou.

18 Rursus erit notandum, quòd Auditores dicuntur Ordinarij in cognoscendo, sed delegati in desiniendo, vt ait Rota in præallegat. decisionibus & Aegid. decis. 55. aliàs 747. de Iudic.

19 Declara tamen primò, quòd Auditores dicuntur habere iurisdictionem prædictam habitu, sed non actu; & propterea commissiones, quæ illis fiunt non sunt nisi quædam distributiones, per quas eis solum exercitium iurisdictionis tribuitur, in quo exercitio plus attenditur factum Papæ, quàm illud partis, vt ait Rota dicta decis. 60. de appellat. in nouis, & dec. 61. eodem titulo, & decis. 13. de offic. deleg. in nou.

20 Subdeclara igitur, quòd cum Auditor non habeat iurisdictionem, nisi habitu, ideircò ante citationem commissio non sit inter eos cõmunis, licèt tamẽ ab huiusmodi opinione recesserit Rota, vt fuit dictum in vna Romana Pecuniaria, quæ est apud Marthesanum de commissionib. par. prima fol. 173. num. 5 & Mohedan. decis. 4. de rescript. Caputaquen. decis. 178. in manuscript. & Rota in Salamantina Pensionis 13. Ianuarij 1584. coram Bubalo, & in alia Mutinen. Canonicatus 23. Iunij 1600. coram Cardin. Pamphilio, & in Siracusana 1. Decẽbris 1603. & 16. Martij 1604. coram Ortembergo, & aliàs sæpè.

21 Declara secundò, quòd Auditor Rotæ nihil facere potest in causæ, quæ ab eo auocata fuerit, vt ait Put. decis. 339. num. 1. lib. 3.

22 Declara tertiò, quòd scilicet ponẽs non teneatur sequi sententiam votantium, quando sibi constaret de iniustitia, vt ait Rota per Coccinum decis. 399. num. 5.

23 Veluti eodem modo non teneretur extendere decisionem, quando processus, in quo est resolutio fundata non fuit in totum interpratatus, & non visus, vt ait Rota per eundem Coccinum decis. 313.

24 Declara quartò, quòd Auditores volentes habere consilia in causis coram eis vertentibus debent benè videre processum, & clarè dubia verè elicere, ad hoc vt sui Coauditores vera consilia tribuere valeant, vt animaduertit ipsa Rota in decis. 3. num. 1. de consilit. in antiq.

25 Sed si Auditor nullum dubium habear in causa, tunc consilia ab aliis petere non oporter, quia cum potestas omnibus ad inuicem data censeatur, ideircò in prolatione sententiæ dicere potest de consilio, atque consensu aliorum Auditorum, sed si forsan consilia, siue vota fiot discordia, tunc maiori parti erit standum, vt ait Rota decis. 22. de sentent. & re iudicat. in antiq. Sed animaduertendum benè erit, vt vota sint taliter ferenda, ne in cæteris instantiis ea non nisi ex rationabili, iusta, atque nouiter producta causa, retractari debeant, vt ait Rota decis. 3. de consilit. in antiq. & facit decis. 123. num. 2. par. 2. recentiorum. Sed est benè verum, quòd votis Auditorum existentibus variis in re exemplari litigiosa, non ita facilè solet ab illis affirmatio dari, vt ait Rota decis. 575.

575. *num.* 2. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers.* veluti quoque Rota facilè decidere non solet, parte non informante, & negotio graui existente, *vt ait Rota decis.* 653. *num.* 1. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers.*

26 Declara quintò, quòd etiam Auditor debeat prius videre processum Iudicis à quo, antequam inhibeat, *vt ait Rota decis.* 62. *num.* 1. *de appellat. in antiq.*

27 Extende eodem modo procedere, quando dubia erunt danda in causa, quia tunc Auditor debet diligenter processum videre, & dubia ex eo diligenter elicere, & interdum cum Aduocatis partium conferre; In illis verò dandis partes debent esse præsentes, & prius citari, aliàs Iudex suspectus reddi potest, *vt ait Rota dec.* 5. *de verb. sign. in antiq.*

28 Declara sextò, quòd neque Auditor secundæ instantiæ absoluit excommunicatũ ab Auditore primæ Instãtię, nisi visis actis d. primę instantiæ, *vt ait Rot. dec.* 24. *n.* 1. *de sen. excom. in antiq.*

29 Extende quartò principalem conclusionem, quòd scilicet Auditor dicatur egregia persona, & quòd propterea mittendum sit ad ipsum in eius domo pro testimonio ferendo, *vt fuit dictum à Rota in decis.* 7. *de testib. in nouiss.*

Amplia quoq. procedere in alijs personis Illustrib. siue valetudinarijs, & senibus, *vt ait Rota decis.* 221. *num.* 3. *lib.* 2. *diuers. & tex. est in l. ad egregias ff. de iure iuran.*

30 Extende quintò, quòd Rota non solet curare sententias extra eam, & in partibus latas, nisi prius cognito de earum iustitia, *vt ait Rota coram Gregorio decis.* 208. *num.* 5. *& decis.* 84. *num.* 1. *& decis.* 85. *eodem num. & decis.* 165. *par.* 1. *diuersor. Gonzal. super regul.* 8. *& ibi in annotat. contra nullit. & attentat. num.* 4. *& Rota decis.* 18. *nu.* 5. *& decis.* 594. *par.* 2. *in recent. & in dicta Romana domus de Cardellis coram* Cardin. *Caualerio, & in Romana Vineæ Lunæ* 24. *Ianuarij* 1622. *coram Vbaldo.*

Et prędicta procedunt, etiam si sententiæ fecissent transitum in iudicatum, quia nihilominus, nisi illæ exhibeantur in actis Rotæ non attenduntur, etiã si illę essent criminales, *vt ait Rot. per Card. Seraph. dec.* 723. *num.* 12. *Mohedan. decis.* 3. *num.* 1. *de testib. & ita fuit dictum in Romana locationis domorum* 14. *Aprilis.* 1614. *coram Card. Verospio, & in Mediolanen. Bonorum* 23. *Martij* 1620. *coram Vbaldo, & decis.* 385. *num.* 1. *par.* 1. *recentior. & decis.* 438. *in fin. par.* 1. *diuers. & per Burat. decis.* 636. *num.* 6.

31 Subextende id multò magis procedere, quando sententia lata fuisset in contumaciam, *vt ait Boss. de for. compet. num.* 94. *& nouissimè Scacc. de sen ten. & re iudicat. gloss.* 14. *quæst.* 11. *num.* 20. *&* 22. *& est decisio Rot. per Burattum* 76. *num.* 5. *& seq.*

32 Fallit tamen primò, quãdo de earum sentẽtiarum iustitia appareret, quia tunc illas exequi solet, *Put. dec.* 401. *lib.* 1. *Mohedan. decis.* 3. *de testib. & decis.* 11. *de re iudic. & Rota in vna Hispalen. Distributionum Veneris* 2. *Maij* 1603. *coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est in eius impressis decis.* 108. *num.* 2.

Veluti id eodem modo quoque procederet, quando sententiæ deducerentur non ad effectum obtinendi illarum executionem, sed excipiendo tantùm, *vt fuit decisum in Senogallien. Emphyteusis* 6. *Iunij* 1619. *coram Coccino Decano, & Rota decis.* 143. *nu.* 6. *cum sequentib. parte* 2. *diuersor. & in parte* 3. *lib.* 3. *decis.* 595. *num.* 5. *& Put. decis.* 198. *num.* 1. *& seq. & dec.* 391. *n.* 1. *lib.* 1. Quãuis id tamẽ nõ haberet locũ, quando exciperetur de sentẽtia, ex qua quis condẽnari posset, quia neque tali casu Rota attendit rem iudicatam, nisi ex actis iustificaretur, *vt fuit resolutum in vna Interamnen. Legatorum* 16. *Iunij* 1625. *coram Reuerendissimo Coccino Decano, Put. decis.* 198. *num.* 2. *lib.* 1. *& Rota per Burat. dec.* 94. *num.* 2.

33 Fallit secundò, quando essemus in sententiis latis ab Inquisitoribus hæreticę prauitatis, *vt fuit dictum in vna Conchen. Pensionis* 6. *Martij* 1598. *coram Prregrino*, vbi ratio assignatur.

Subex-

34 Subextende eam quintam extensionem versa vice procedere, vt nempè ad effectum reuocandi illas sententias Rotales, iam executioni demãdatas notoria iniustitia sit necessaria, & quæ nullo velamine offuscari, & nulla excusatione celari possit, *vt fuit dictum in Romana Hæreditatis de Comitibus 3. Iunij 1587. & in Perusina Bonorum 16. Nouembris 1607. coram Pacen. & per Gregorium XV. dec. 501 in fine.*

35 Extende sextò, quòd Rota rem iudicatam non attendit, *vt benè ait per dictum Gregorium dec. 317. num. 1.*

36 Quod tamen primò declara verum, quando iniustitia esset notoria, *licet Put. decis. 403. lib. 1. & Gaspar de Grassis decis. 10. de re iudic.* loquatur etiam in ea non notoria, & sic igitur multò magis, quando essemus in notoria, *vt ait Rota ibi in dicta dec. 317. num. 3. coram Gregorio.*

37 Licèt *Scaccia in præcitato loco nu. 66.* dicat, quòd Rota Romana non facit differentiam inter iniustitiam notoriam, & non notoriam, & quid dicatur notorium, & non notorium, *ait ibi num. 37. & seqq.*

38 Subextende primò illam sextam extensionem multò magis procedere, quando ille, qui obtinuerat pro se rem iudicatam passus fuisset discuti super illius iustitia; quod tamen intellige verum, si postea iniustitia rei iudicatæ deregatur, aliàs secus, quia non censetur aliquod præiudicium illatum fuisse rei iudicatę, quamuis super illius iustitia discuti, quis fuerit passus, *vt ait Capuleq. decis. 87. lib. 1. in manuscript. & Rota in Burgen. prębeminentiarum 3. Iunij 1605. coram Coccino, quæ est in eius impressis decis. 234. nu. 4.*

39 Subextende secundò prædicta in tantum esse vera, vt si ille, qui habet pro se rem iudicatam patiatur super illius iustitia discuti, ei non proderit, si protestetur illud pati, sine tamen præiudicio suæ rei Iudicatę, *Mohed. dec. 4. num. 3. de sentent. & rei iudic. Rota decis. 55. lib. 2. par. 3. diuers. Put. dec. 197. in fin. lib. 2. Gonzal. super regul. 8. Glos. 66. num. 39. & fuit ita decisum in Placentina decimarum 5. Iunij & 8. Octobris 1599. coram Penia.*

40 Declara tũ secundò illam sextã extensionem non procedere, velutiquando vna causa esset commissa in Rota, & commissio haberet annexam illam clausulam (prout de iure) quia tunc talis commissio rei iudicatæ non prę-iudicaret, *vt fuit dictum à Rota per Gregorium XV. in sua decis. 492. num. 4. cum alijs ibi allegatis.*

41 Declara tertiò illud, quod fuit dictum in extensione sexta, super eo, quod Rota rem iudicatam non attendit, non procedere in Iudicibus inferioribus, à quibus talis auctoritas rescindendæ, & paruipendendę rei iudicatæ vsurpari non debet, quia cum Tribunal Rotę Romanæ sit supremum, & sic exceptum inter alia, ideò non est trahendum in consequentiam cum alijs, *vt ait Scaccia in quodam suo responso fol. 747. num. 91. in tract. de sent. & re iudic.*

42 Extende septimò huiusmodi Tribunal Auditor Rotæ, adeò esse venerandum, vt propterea illius inhibitio, siue iusta, siue iniusta, semper sit timenda, *vt ait Rota decis. 159. num. 4. & dec. 770. num. 1. par. 2. in recent. & per Gregor. decis. 435. num. 4. & dec. 328. num. 1. & 2. par. 1. in recent. & postea decis. 464. nu. 1. ibid. & veluti latè dixi in verbo attentata.*

43 Subextende primò id procedere, etiam, quoad non nominatos in commissione, *vt ait Rota dicta dec. 328. num. 2.*

44 Subextende secundò procedere, etiamsi Rotalis inhibitio emanata fuisset, in vim subreptitiæ commissionis, quia nihilominus est timenda, ita vt ea manente ad executionem nullo modo sit procedendum, *vt ait Rota dec. 459. num. 3. par. 2. in recent. & apud Gregor. XV. dec. 119. num. 8.*

45 Subextende tertiò idem procedere, etiam in alia inhibitione alterius Tribunalis, quando tamen facilis esset accessus ad Principem eam concedentem, à quo facile posset illius reuocatio obtineri, *Put. decis. 485. lib. 2. & fuit*

subintret in locum exequutoris eo mortuo, *ait Rota dec. 606.nu.3. & 4. par.3. recent.*

53 Subextende primò, quòd Auditor Rotæ possit instituere præsentatum in beneficio, *vt tradit Clemen. Auditor de rescript.& ita quoque fuit dictum in vna Casalen. Parrochialis 5. Nouembris 1597. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impressis decis.1238.nu. 5. & Rota per Veral. dec. 61.par.1.*

Quod tamen intellige procedere in causis pendentibus, in quibus Auditor loco ordinarij succedit, *vt ait Rota dec. 398. nu. 1.par. 3. recent.*

54 Subextende secundò, quòd quando Auditor pronunciat beneficium alicui esse debitum, tunc poterit etiã possessorem in fructibus post litem motam perceptis, & non petitis condemnare, *vt ait Rota decis. 6. de re Iudic. in nou.*

55 Subextende tertiò, quòd etiam successor Auditor de beneficio præsentatum coram antecessore prouidet absque noua commissione, *vt ait Rot. dec. 9. de rescript. in antiq. & dec.488. num. 1.par. 3. recent.*

56 Subextende quartò, quòd etiam Auditor appellationis prouidet de beneficio, veluti primo Auditori fuerat commissum, *vt ait Rot. per Aegid. Bellam. in sua decis. 39. & decis. 10. de rescript. Bisigneti.*

57 Subextende quintò, quòd Auditor deputatus in causa beneficiali potest purificare gratiam, quia purificatio gratiæ est de pertinentibus ad causam, & ita stylus obseruat; Immò si executor lite pendente id faceret est reuocandum, *vt ait Rota decis. 667. Aegid. Bellamera.*

58 Declara tamen primò illam octauam extensionem non procedere, veluti si essemus in resignatione beneficij, quam Auditor Rotæ non potest admittere sine speciali mandato Papæ, sed illam litis, & causæ sic, & ita stylus seruat, *vt ait Rota decis. 15. num. 1. de renunciat. in antiq.* Veluti dicitur, quod illi possint etiã recipere cessionem litis, sed non iuris, *Rota decis. 3. in addit. num. 2. eodem titulo in nouis, & decis. 15. de renunciat. in antiq.*

59 Declara secundò pari modo non procedere in absolutione ad cautelã, quæ ab eo dari non potest, nisi ex speciali commissione, & non parito iudicato, licèt secus sit extra Curiam, si tamen sibi simpliciter absolutio committatur, *vt ait Rota in d. dec. 3. num. 1. de sentent. excomm. in antiq. & veluti dixi in verb. absolutio, & Rota per Buratt. dec. 88. num. 4. & seq. & Card. Seraphin. decis. 432. nu. 1.*

60 Sed in casu, quòd Auditor concedat literas absolutionis, tunc non dat præceptorias, sed intimatorias sic, *vt ait Rota decis. 26. num. 1. de senten. excom. in antiq.*

61 Et in casu istius absolutionis ab Auditore ad cautelam concessæ, nota, quòd ei ista facultas de stylo conceditur, absque quòd illa absolutio ad Ordinarium excommunicantem remittatur, *vt ait Rota decis. 699. nu. 1. p. 1. in recent.* Sed quando Auditor secundæ instantiæ absoluat Procuratorem, vel remittat ad primum, vt absoluatur, *ait Rota dec. 24. de sen. excom. in antiq.* Sed ibi subdit, id ab eo fieri posse visis tamen actis primæ instantiæ ad hoc, vt cognoscat, si primus Auditor id bene fecerit, quia tunc secundus remitteret eum absoluendum ad Auditorem primum, si verò malè fecit ille secundus absolueret eum incontinenti, & in dubio quis absoluendus venit ne lis, ob excommunicationem procuratoris, & similis personæ nimis in longum differatur, *vt ait Rota in dec. 22. eodem tit. allegati à Rota in d. dec. 24.* & facit quoque *decis. 11. eod. titulo in nouis.*

62 Declara tertiò non procedere in cognitione super iniurijs, super quibus Auditor cognoscere non potest, nisi de expressa commissione, *vt ait Rota decis. 2. num. 2. de iureiur. & damno dato in antiq.*

63 Declara quartò, quòd Auditor etiam in causa criminali non potest reum citare, vt compareat personaliter, nisi id ei fuerit specialiter commissum, *vt ait Rota decis. 7. num. 1. de dol. & con.*

& contumac. in antiqu.

64 Extende, quòd neque potest Auditor carceratum relaxare, non cognito prius de carcerationis iniustitia, sed benè potest interim eum à carceribus habilitare, & si forsan cautio fuerit præstita coram Auditore Cameræ, & nulla, aut non idonea prætendatur, tunc poterit Auditor Rotæ idoneam exigere, *vt ait Rota decis. 355. Aegid. Bellamer.*

Quinimmò, quando Auditor Cameræ, siue Gubernator Vrbis possint inhibere Auditoribus Rotæ, ne pendente criminali causa in ciuili vlterius procedant, *vide Rota dec. 59. lib. 3. nu. 1. diuersor. & dec. 121. lib. 2. nu. 1. diuersorum.*

65 Declara quintò, quòd Auditor non possit super desertione appellationis pronunciare, sine speciali commissione, *vt ait Rota decis. 72. num. 1. de appellat. in antiq.*

66 Contrarium licèt fuerit postea decisum à *Rota in decis. 86. eodem tit. in antiq.*

67 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando esset pronūcianda deserta appellatio à diffinitiua. Secunda verò, quando ab interlocutoria pronunciaretur deserta appellatio, & ratio differentię ea est, quia cum ab interlocutoria appellatio non detur, vndè absque alia citatione, & cōmissione posset ad executionem procedi, quod secus esset in appellatione à diffinitiua, vt ita distinguendo ait *Rota per Card. Seraph. dec. 565. & Franc. Marc. decis. 292. num. 6. par. 1.*

68 Licèt sit benè verum, quòd ad hoc, vt executio sententiæ fieri possit absq. alia citatione, hęc duo præcipuè debet concurrere, nempè, quòd appellatio sit deserta, & quòd Iudex de hoc sit certus, *vt ait Card. Seraph. in dicta decis. 565. num. 5.*

69 Extende eodem modo procedere, vt scilicet Iudex possit in causa, absque alia citatione partis procedere, quando causa appellationis fuit principaliter commissa, quia tunc Iudex poterit in consequentiam de desertione eti de accessorio cognoscere; secus autem, quando causa appellationis non principaliter, sed benè illa desertionis fuerit commissa, quia tunc Auditor non posset illum articulum, nisi citata parte discutere, atque diffinire, *vt ait Rota decis. 59. de appell. circa medium in nou.*

70 Sed quando Auditor pronunciat appellationem desertam, tunc non potest condemnare in expensis, neque imponere perpetuum silentium, nisi termini seruentur Sacri Palatij, & ita *per Rotam seruari fuit dictum à Rota decis. 35. in fine de senten. & re iudic. in antiq.*

71 Extende hic obiter procedere, quòd scilicet executoriales quoque de stylo Rotæ sunt parti intimandæ, cum reproductione intimationis, & postea debent seruari quatuor termini substantiales, ad docendum de paritione ad hoc, vt inde obtineatur declaratoria; animaduertendo tamen, quòd executoriales personaliter intimentur, & quòd paritio sit successiua, & continuata, aliàs ad excommunicationem esset procedendum, *vt ait Rota per dictum Burattum in sua decis. 268. num. 1. & 2. & Cassador. decis. 6 nu. 10. de caus. possess. & propriet. Crescen. decis. 1. de seq. poss. & fruct. Rota decis. 758. num. 2. par. 3. lib. 3. diuersorum. Mohedan. decis. 1. de senten. ex commun & Rota in Astoricen. Parrochialis 1. Iulij 1619. coram Buratto, & coram eodem in Valentina Castanearum 10. Ianuarij 1622. & in Toletana Applicationis 12. Ianuarij 1624. & prius in Valentina Emolumentorum 30. Maij 1609. coram Card. Marcomontio, & in Cremonen. Pensionis 4. Decembris 1619. coram Vbaldo, & in Pampilonen. Parocchialis 6. Martij 1616. coram Andrea, & in Tullen. Cappellania 4. Iunij 1625. coram Merlino*, in quibus testatur ita de stylo seruari in Rota, tam in executorialibus rei iudicatæ, quàm etiam in illis mandati de manutenendo animaduertendo præterea, quòd ad declaratoriam deueniri non possit, nisi præcedente liquidatione, *vt ait Rot. per Card. Serap. dec. 1113. & in Neritonen*

Pensio-

Pensionis 5. *Nouembris* 1601. *quæ est apud Marches. de comm. p.* 1. *fol.* 331. *et ibi aliæ decisiones allegantur*, sed de huiusmodi liquidatione ad prædictum effectum facienda, quomodo, & in quibus casibus ea sit necessaria, vide quæ dixi in *concl.* 128. *sub num.* 398. item quomodo in hoc sit procedendū tradit *Angel in l.* 4. §. *prætor ait nu.* 2. *ff. de re iudic. & Rota in Dertusen. Decimarum* 11. *Maij* 1609. *coram Card. Marcomontio, quæ est apud dictum Marches. par.* 1. *fol.* 675. *de commiss. & Rota in decis.* 478. *num.* 1. *& seqq. par.* 2. *recent. ait*, quòd ad hoc, vt declaratoria detur plura sunt necessaria, & primò, quòd executoriales sint legitimè relaxatæ. secundò in vim sententiæ, & rei iudicatæ: tertiò fulminatio censurarum in eisdem contenta; quartò vera contumacia in parendo; quibus sic seruatis, cum quatuor illis terminis est ferenda postea declaratoria, absque alia citatione, quia excõmunicatio promulgata in executorialibus incursa, ac promulgata censetur, ex lapsu terminorum ad parendum assignatorum, & præsertim, quando sumus in verò cõtumace, qui talis dicitur, quãdo illi intimatio executorialium fuit personaliter facta, *vt ait Rota dicta decis.* 478. *num.* 2. *& prius decis.* 445. *num.* 4.

Sed quomodo sit dignoscendum, quando quis teneatur docere de paritione intra dictos terminos ad parẽdum assignatos, distingue cum *Ferentil. in addit. ad decis. Buratti* 13. *nu.* 7. *&* 8. *vbi ait*, quod quando in litteris, quibus parendum est implicitè, vel explicitè aliquod particulare præceptū continetur, quod adimpleri non poss. sit, nisi mediante aliquo positiuo actu, vt si quis fuerit condemnatus ad certã summam pecuniarum persoluendam, aut aliam rem certam, penes ipsum existentem præstandam, siue fructus ab eo perceptos restituendos, & quid simile, tunc ille ita condemnatus debet intra terminum sibi assignatum docere se adimpleuisse mediantibus illis actibus positiuis ad dictam paritionẽ necessariis, aliàs ex eorũ omissione illius contumacia, siue inobedientia verè resultaret. Secus autem, si litteræ non positiuum, & particulare præceptum non continerent, quod ad eius implementum actum pariter positiuum expostularet, sed bene præceptum negatiuum, siue prohibitiuum, aut aliud, quod absque aliquo actu positiuo posset impleri, vt si quis esset condemnatus ad præstandam patientiam, quod alius illi præcedat, siue iussus alium non molestare, quia tunc paruisse diceretur ille talis, si dictam patientiam præstiterit, vel positiuè non turbauerit, quod quidem ex se absque alterius ministerio, & sic sola patientia adimpleri potest; at secus, si de molestiis, & perturbationibus, vel aliis actibus positiuis ad inducendam contumaciam, siue inobedientiam necessariis ab aduersario allegante doceretur, quemadmodum ita distinguendo dicunt *Mohedan. decis.* 9. *de re iudic. Garzias de benefic. par.* 6. *cap.* 3. *num.* 43. *cum sequentib. Rota decis.* 319. *num.* 1. *par. secunda recentior. & in Tullen. seu Nullius Monasterij* 5. *Iulij* 1618 *coram Cardinali Sacrato, & prius in Sorana Beneficiorum* 25. *Iunij* 16 6. *coram Piro. uano, confirmata* 20. *Februarij* 1617. *coram eodem, & in Toletana Admissionis* 16. *Nou. &* 2. *Dec.* 1619. *coram Vbaldo, vbi aliæ decisiones allegantur, & in Asloricen. Præstimoniorum* 13. *Iunij* 1622. *coram eodem, & in Calaguritana Sedilium* 11. *Martij* 1622. *coram Merlino, & in Leodien. Canonicatus sancti Pauli* 8. *Aprilis eodem anno coram eodem, & in Leodien. Declaratoriæ* 13. *Nouembris* 1624. *coram Buratto.*

72 Sed redeundo ad id, quod superius dicebatur de Auditore super desertione appellationis Audit. Cameræ pronunciante, declara, quòd ille postquam pronunciauerit appellationem desertam, poterit nihilominus reponere appellantem, si de sua diligentia doceatur, *vt ait Rota dec.* 9. *de appell. in nou.*

73 Sed est benè verùm, quòd in materia obseruationis terminorum in Rota & præsertim in causa appellationis Auditoris Cameræ, siue etiam alterius diffinitiuæ sententię, notandum erit, quòd Auditor deputatus, sicut in secunda, tunc procedere hoc modo debet, videlicet in decidendo consuetudo loci, vbi est negocium, seruãda est; quę verò litis ordinationem concernunt ille stylus est attendendus, vbi fit iudicium; Vndè in prima instantia seruantur termini illius fori; In secunda autem Auditor procedet secundum consuetudinem Palatij, *vt ait Rot. decis. 78. Bellamera*.

74 Sed tenendo eam primã opinionẽ, vbi fuit dictũ non posse Auditorem super desertione appellationis, sine speciali commissione procedere; Extende eam quoque procedere, quando remissoria fuerit Bullata, vt quia Papa manus apposuerit, quia tunc Auditor absque noua commissione procedere non posset, etiã si articuli non includantur in remissoria, aut partes illi renunciare vellent, *vt ait Rota in dec. 33. de testib. in antiq.*

75 Declara sextò, quòd Auditor habens solum articulum grauaminis non potest, nisi prius articulo grauaminis expedito, ad aliquem actum procedere, vigore commissionum, etiam de speciali mandato habentium clausulam, Quod si per informationem &c. sibi præsentatarum, *vt ait Rota dec. 23. de rescript. in nou.*

76 Secus autem, si essemus in articulo grauaminis, à quo in partibus fuerit appellatum, quia tunc Auditores possunt procedere in negotio principali sibi commisso, *Rota decis. 4. de foro competen. in antiq.*

77 Extende nonò, conclusionem principalem circa facultates Auditorũ loquentem, quòd scilicet dicti Auditores statim inhibent Iudicibus extra Rotam, post præsentatam commissionem; licèt secus in Rota, quia ibi prius de appellatione constare debet, & quòd per eam causa fuerit ad Sedem Apostolicam deuoluta, *vt ait Rot. decis. 3. de appellat. in nou.*

78 Subextende primò eodem modo etiam procedere, quando Auditori fuit commissa causa appellationis non deuoluentis, necnon negotij principalis, cum potestate citandi ad partes, quia tunc potest inhibere statim Iudici à quo, secundum ęquitatem Canonicam, & stylum Palatij; Immò tunc poterit Iudicare de negotio principali per appellationem deuoluto, etiam non existente grauamine, veluti etiam potest de ea cognoscere, etiam si malè fuisset appellatum ab Auditore Cameræ, *vt ait Rota in dicta dec. 63. de appellat. in antiq. & ita fuit dictum à Rota in dicta dec. 3 de appellat. in nou. & decis. 4. de foro competen. in antiq.* Item quando Auditores Rotæ litent in Curia, & extra, *ait Rota per Cassad. in dec. 4. de rescript.*

79 Subextende secundò procedere, quando Auditori fuisset commissum negotium principale, ex speciali mandato Papæ, cum potestate citandi ad partes, quia tunc Auditor, etiam nulla appellatione interiecta, inhibere potest citatione decreta, licèt nondum executa, *vt ait Rota in pracit. dec. 3. de appellat. in nou.*

80 Subextende tertiò, quòd Auditor Rotę potest partibus inhibere, quando illi negotium principale fuerit, aut principaliter, aut in consequentiam commissum, *vt ait Rota dec. 4. nu. 1. de foro compet. in antiq.*

81 Subextende quartò idem procedere in causis appellationum ab Auditore Cameræ, vel ab alijs Iudicibus, quia tunc Auditor Rotæ statim inhibere potest citata parte ad dicendum contra commissionem, nec vnquam causas remittit, sed eas penes se semper retinet, *vt ait Rota ibi supra, & in Rom. Palatij Campi Floræ Ven. 16. Dec. 1588 coram Penia, quæ est apud Zacch. de obligat. Camerali decis. 56. num. 8.*

Et propterea stante inhibitione Rotæ, ille debet se abstinere ab executione obligationis Cameralis, quando dubitatur, an in commissione fuerit facta prædictæ obligationis mentio, vt animaduertit *Zacc. ad Gal. de obl. Cam.*

quæst.

quæst. 7. num. 29. Et ratio est, ne detur occasio disputandi, an inhibitio sit iusta, vel iniusta, quia quocumque modo sit, timeri debet, & præsertim in Curia, vbi facilis est aditus ad Principem, *vt latius fuit deductum à Rota in Perusina Attentatorum coram Manzanedo, quæ est apud Zachiam ad Galles. de oblig. camer. dec. 87. nu. 6. & ipsemet in quæst. 7. num. 30.*

82 Fallit tamen, si essemus ante litem contestatam, quia tunc Auditor Rotæ Iurisdictionem non habet, *Rota decis. 10. num. 3. de testib. & attestat. in antiq.*

83 Extende decimò, quòd quando Auditori committatur taxatio fructuum alicuius beneficij, in quibus, quis fuit condemnatus per tres conformes, tunc nedum ille Auditor poterit taxare fructus, vsque ad vltimam sententiam, sed etiam post, vsque ad tempus, quo ipse taxationem faciet, per dictum condemnatum perceptos, *vt fuit dictum à Rota decis. 14. de re iudic. in nou.*

84 Subextende idem procedere in taxatione expensarum, quas Auditor taxat, etiam factas in partibus, lite coram eo pendente, *vt ait Rota decis. 42. de sent. & re iudic. in antiq.*

85 Contrarium, quòd scilicet Auditor non taxet, nisi solum expensas factas coram eo, siue simus in prima, aut in secunda, siue tertia instantia, *ait Rota in decis. 44. eodem tit. in antiq.*

86 Concorda tu tamen, quod prima opinio procedat in expensis factis post litem incæptam coram Auditore: secunda verò in illis, ante eam incæptam coram illo, *vt ait Rota dicta decis. 42. de sent. & re iudic.* Item prima opinio procedit, quando ex speciali commissione facultas vlterioris taxationis tribueretur, prout fit quotidie in Rota; secunda verò procederet, quando talis commissio non fuisset obtenta, veluti testatur ipsa *Rota in dicta decis. 44. eodem tit. in nouis,* licèt regulariter illæ non taxentur, nisi finitis tribus instantijs, & sic in fine litis, aliàs earum taxatio reuocatur per viam attentati, *vt ait Rota decis. 46. de sent. & re iudic. in nou.* Secus tamen esset dicendum in vim rei iudicatæ, in cuius exequutione earum solutio veniret, si illarum condemnatio adsit in sententia, *vt ait Rota decis. 705. n. 4. in fine p. 3. recen.*

87 Sed tenendo illam opinionem secundam, declara eam non procedere, quando Auditor pendente appellatione reuerentiales dedisset, veluti fieri debet, quando fuit à diffinitiua appellatum, quia tunc dicta appellatione pendente, eam taxationem expensarum facere non debet, nec aliquid innouare, nisi causa ad eum reducatur, & id etiam procedit licèt sibi earum taxationem reseruauerit in sententia, & ita seruari de stylo Palatij, testatur eademmet *Rota decis. 43. de sent. & re iudic. in antiq. & Marta in compilat. decis. tom. 6. cap. 29. in hoc verb. Auditor.*

88 Subextende præterea, quòd Auditor Rotæ taxat expensas coram Auditore Cameræ factas, si commissio mãdet procedere, prout Auditor Cameræ poterat, *vt ait Rota per Crescent. decis. 11. de rescript. &* ad id nota, quòd si taxatio earũ ab illius arbitrio pendeat, semper minorem summam amplecti solet, *vt ait Card. Seraphin. decis. 1464 num. 2.*

89 Extende 11. quòd Auditor in vim commissionis sibi factæ, vt procedat sola facti veritate inspecta, poterit etiam terminos Palatij obseruare; Itẽ si non obstaret stylus, id fieri quoque posset in causa beneficiali, & matrimoniali, *iuxta clem. sæpe de verb. significat. & Rota decis. 1. eodem titulo in nouis,* & quales termini tunc sint seruandi *docet Rota decis. 2. de rescript. in nou.* Vnde hic erit notãdum, quòd sufficiet vnica commissio in Rota in qualibet instantia, cuius enim vigore potest Auditor ad sententiæ executionem inclusiuè procedere, *vt ait Rota per d. Burat. in decis. 95. num. 7.*

90 Extende 12. quòd Auditores Rotæ adeò existimantur, vt propterea, si vnus Auditor Episcopus vel Archiepiscopus fiat, tunc debet sedere in suo loco, secundũ antiquitatẽ Audito-

ratus, nec vlla ratio dignitatis erit habenda, *vt fuit dictum in Romana Præeminentiarum 16. Decembris 1585 coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 716. nu 15.* Sed est bene verum, quòd extra Rotam, & præsertim in Capella Papæ cęteris præfertur, *vt ait Grat. discep 298. nu. 34. lib. 2.* Veluti quoq. sequeretur, vbi Episcopus, vel Archiepiscopus alicui Congregationi interesset, quia tunc cęteris, etiam antiquioribus de Congregatione veniret præferendus, *veluti dixi in concl. 1 20. num. 105.*

91 Subextende hic obiter eodē modo procedere, quando Episcopus sederet in Choro vti Canonicus, quia tunc cæteros non præcedit, sed in suo loco sedere debet; Veluti idem dicitur si Episcopus esset Consiliarius Principis, quia in sedendo vti simplex Consiliarius venit existimandus, *vt ait Franch. in sua dec. 138. num. 1. & seq.*

92 Extende decimotertiò, quòd si Auditores Rotæ, ac etiam Referendarij absint ab Vrbe de licentia Papæ, tunc habētur pro præsentibus, *vt ait Rota per Puteum decis. 103. nu. 3. lib. 3.*

Subextende etiam, quòd aut Auditores sint in Vrbe, aut in partibus cōmorentur, nihilominus eorum ordinarijs non subsunt, sed ab illis prorsus sunt exempti, veluti sunt quoque eorum Locatenentes, ex Constitutione Clementis Septimi de Anno 1525. vt recenset *Bartol. Gauantus in suo Manuali Episcoporum in verbo exempti num. 7. & 8.* Quod secus dicitur de Protonotarijs Apostolicis, qui non sint participātes, *vt ait Conc. Trid. sess. 24. ca. 11. 19.* Item hic erit opportunū dicere, quòd licèt illi in Cappella Subdiaconos non præcedant, ob eorum actuale seruitium; Fallit tamen extra eam, *vt ait Grat. discept. 845. num. 47. lib. 5.*

93 Extende decimoquartò, quòd gratijs Auditoribus factis non censetur derogatum, etiam si eorum priuilegijs in genere derogentur, cum in illis specialis derogatio sit necessaria, *vt ait Rota per dictum Puteum decis. 205. num. 1. lib. 1.*

94 Et ratio est, quia priuilegium, quod fuit concessum Auditoribus, dicitur fauorem publicum respicere, cum illi Decuriones, & Consiliarij Reipublicę dicantur, *Roman. cons. 436. Sarnen. dec. 1. super regul.* Vltra quod aliud est derogare gratijs Auditorum, aliud eorum priuilegijs, & propterea specialis eorum derogatio est necessaria, *vt ait Put. ibi supra in vlt. verb.*

95 Quinimmò subextende, quòd illi quoque dicantur Auditores, & familiares Papæ, *vt ait Aegid. consil. 40. num. 42.*

96 Declara tamen, quòd illi non veri, sed ficti familiares Papæ dicantur, & propterea hinc fit, quòd priuilegia de eorum familiaritate non tollunt ius alteri quæsitum; & id fit ex natura taciti, & ficti priuilegij, & ratio est, quia familiaris propriè, & verè dicitur, quem superior circa se, & sui cultus causa tenet, & continuus commensalis suæ domus existit, *l. cum quæreretur, §. 1. in fine & ibi Oldr. de publie. l. 1. §. familia circa fin. de edilit. edict. l. ediles §. familię de verb. signif. cap. vlt. lib. 6. eod. tit.*

At secus, quando aliquis Princeps, siue Prælatus solū vnū familiarem nominaret, sed alimenta non subministraret, neque sui cultus causa deputatus sit, quia tunc non verè, sed fictè talis reputatur familiaris, neque per consequens prærogatiuis familiarium gaudere debet, *l. alimenta §. libertis ff. de alim. & ciba. leg. l. semper §. finali. de iure immun. & l. qui sub prætextu C. de Sacrosan. Eccl. l. quidam ignauię C. de Decurion. lib. 10. & in d. cap. fin. lib. 6. in verbo ficte*, Et ratio rationis est, quia sola professio statum personæ non immutat, vt bene distinguendo ait *Castrens. in suo cons. 340. num. 2. lib. 1.*

97 Subdeclara tamen, quòd Auditores Rotæ non possunt esse familiares Cardinalium, etiam si vnus eorum concomitatetur Cardinalem in Legatione, & ab eo alimenta reciperet, nec per consequens potest esse talis vnus, qui sit familiaris Auditoris, & propterea illis non suffragatur regula

quarta

quarta Cancellariæ in articulo reseruationis beneficiorum familiarium; At secus in Papa, cuius sunt familiares Auditores Rotæ, & sic etiam sui famiiliares ipse illos vocat, *vt ait Loter. de re beneficiaria lib. 2. quæst. 32. nu. 7. & sequen.*

98 Extende decimoquintò, quòd Auditores Rotę possunt compellere partes ad concordandum, si diu fuisset ligatum, & de iure non liqueret, aliàs secus, *vt ait Loterius ibi supra quæst.* 40 *num.* 91

99 Extende decimo sextò, quòd ipsi subscribunt expeditiones, & remissorias ad partes trasmittendas pro recipiendis testibus, & similibus, siue simus in beneficiali, siue in prophana causa, vt minoribus expensis expeditiones fiant, *vt ait Rota decis.* 657. *Aegidij Bellameræ*; Et si forte vnus articulus esset nimis generalis potest Auditor cogere partes ad declarandum, vel eos à Iudicio repellit, *idem Bllam. decis.* 120.

100 Extende vltimò, quòd obseruantia, & stylus Rotæ, & Curiæ Romanæ in omnibus alijs Curijs venit seruandus, quando tamen de illius obseruantia per decisiones, & sententias in rem iudicatam transactas appareat; Secus autem, si de ea non doceretur, *vt ait Rota in decis.* 212. *num.* 2. *& seq. par.* 1. *in recent. & Put. dec.* 15. *lib.* 3.

Subextende, quòd etiam extra statum Ecclesię sit seruandus, & maximè vbi ageretur de interpretatione litterarum Apostolicarum, siue statuti à Sede Apostolica confirmati, *vt ait Rota decis.* 196. *num.* 2. *par.* 1. *recentior.*

101 Declara tamen illam extensionem non procedere, quando essemus in stylo, qui solum ordinatoria Iudicij respiceret, quia tunc sufficeret, quòd Iudex de illo extraiudicialiter se informaret, *vt fuit dictum in Romana Domorum de Ronctonibus Mercurij* 7. *Iunij* 1615. *coram Buratto, & per Gregor. dec.* 484. *num.* 6. *& ibi per adden. num.* 8. *& per Coccin. dec.* 141. *num.* 2. *in eius impress. & in Ferrarien. Decimarum* 21. *Aprilis* 1621. *coram Vbaldo, & prius in Militen. Conseruæ* 27. *Ianuar.* 1617. *coram eodem Buratto, & prius in Pistorien. Beneficij* 13. *Ianuar.* 1617. *coram eodem.*

102 Secus autem quando stylus decisoria respiceret, quia tunc ille concludenter veniret probandus, & sic tali casu extraiudicialis informatio Iudicis non sufficeret, veluti ex fide Notariorum, vel aliorũ Curialiũ, *vt ait Rota per Card. Mantic. decis.* 357. *nu.* 2. *& decis.* 259. *num.* 5. *par.* 1. *recent. & in Rom. Prætensæ subhastationis* 10. *Nouembr.* 1623. *coram Buratto*; Licèt sit quoq. verum, quòd si stylus semel fuerit probatus, tunc etiam inter alios alia probatione non indigebit, *vt ait Rota in Narnien. Dotis penes Marches. par.* 1. *fol.* 241. *de commiss. & Peregrin. decis.* 51. *lib.* 1. *& decis.* 33. *lib.* 2.

ARGVMENTVM.

DE POENIS AVFVGERE tentantium è Carceribus

CONCLVSIO CLXIX.

1 Aufugere tẽtans à carceribus publicis, nota, quòd puniri debet; sed est bene verum, quòd pœna erit arbitraria, *vt ait Riccius in sua collect. decis.* 543. *par.* 3. *in princip. & in sua decis. Archiep. Neapol.* 50. vbi fuerunt condẽnati quidam ad Triremes per decennium, pro sola attentatione, & nondum perfecta fractura.

Fallit tamen in illis casibus de quibus *per Farinac. in prima p. prax. crimin. quæst.* 30. *ferè per totam.*

2 Sed pro intelligentia istius materiæ notandum erit, quòd carceres publici dicũtur non solũ illi, qui habent ordinarios custodes, sed etiam si Camera, & Palatium loco carceris à Iudice assignetur, *vt ait Farinac. in dicta q.* 30. *n.* 47. licèt aliqui dicant contrarium allegati *ibidem nu.* 48. Sed distinguas tu tamen, quòd prima opinio procedat impropriè loquendo; secunda verò quando strictè loquamur,

quam

quamuis prima sit verior, *vt ait Mascard. de probation. conclus. 820. nu. 3. & Magon. decis. 90. num. 5. Rota Lucens.* Et hinc propterea fit, vt quis pro confesso habeatur, tam si aufugiat à camera, pro carcere assignata, quam si ab ipso carcere aufugisset, *vt dicunt infiniti Doctores allegati à Farin. ibi supra num. 46. & seq.* & ratio ea est, ait ipse, quia non solum dicuntur carceres illi, qui clauibus clauduntur, & operiuntur, ac perpetuos custodes habent, veluti tales dicuntur camera, siue alius locus per Iudicem pro carcere assignatus.

3 Fallit tamen conclusio, quando aufugere tentans nondum erat côuictus, quia tunc pœna mitiori puniendus venit, *vt ait idem Riccius in sua decis.* 40. vbi fuit condemnatus quidam in exilium per annum, qui per vnicum testem de visu imputabatur de fractura carceris.

4 Fallit etiam pluribus aliis modis, & præcipuè, quando carceratio esset iniusta, quia tunc nedum impunè potest fracto carcere aufugere, sed nec etiam tenetur ad aliquid in foro conscientię si vt iniustâ carcerationem aufugeret carceres fregisset; Et ratio est, quia quos natura nô obligat, conscientia nô ligat, veluti ex mente *Rotæ Romanæ, & aliarum, dixi in verbo Adulterium*, idemque tenet *Farinac. in dicta quæst. 30. num. 120. & 121. fol.* 307. & ibi multa notanda ait in hac materia.

5 Extende primò huiusmodi fallentiã in tantum procedere, quòd immò iniustè carceratus, nedum peccat, si dum potest aufugere non aufugiat, verum etiam criminaliter puniri debet, quia hoc casu diceretur sibi crudelis, & propriç mortis auctor, *vt dicunt Lucas de Penna, Marsil. Paris de Puteo, & alij allegati à Farinaccio in præcitato loco num.* 123.

6 Subextende eam extensionem procedere, etiam si quis iustè ad mortem condemnatus reperiretur, quia dicta iustitia non obstante à carceribus aufugere tenetur, si illud facilè, commodè, & absque vlla vi, ac detrimento alterius, & carceris, facere posset, ex ea ratione, quia aliàs se ipsum occidere videretur, *vt ait Diuus Thomas 2. 2. quæst. 64. art. 4. ad secundum, allegat. ab Azor in 3. par. institution. moral. tit. de homicid. lib. 2. cap. 3. fol.* 124. *sub littera B.*

Contrarium licèt multi dicant in eo, qui legitimè fuerit condemnatus, quia tunc absque peccato à carceribus aufugere non poterit; Et ratio istius opinionis ea esse videtur, quia non fugere, quando quis possit, non est propriè se occidere; sed bene dicitur id faciendo non se tueri, quod fieri potest, cum id agar, ob finem virtutis, veluti videmus de Martyre, cui licet non fugere ex carcere, etiam quòd possit, ob bonum Fidei, & Religionis, *vt dicunt Doctores allegati ab Azorio in præcitato loco sub litt. C.*

Vnde ex prędictis concordantiam illarum opinionum optimè elicere possumus, & sic vt prima procedat, quando agitur de periculo propriæ vitæ tantùm. Secunda verò, quando, ob bonũ Fidei, & Religionis, pro quibus millies, si fieri posset, mori tenemur, ex *vulgat.*

Extende secundò, quòd indebitè carceratus potest contrauenire iuramento, quod præstitit de redeundo ad carceres, sine labe peccati. Quin immò redeundo peccat; Quod tamen declara procedere, quãdo carceratus redeundo vitæ periculum incurreret, aliàs non redeundo periurus esset, & peccaret. Et ratio illius extensionis, vt diximus, ea est, quia quos natura non obligat, conscientia non ligat; vnde natura ipsa nihilmet mortẽ inferri non patitur, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaccio ibi supra, num.* 124. & 125.

7 Contrarium licèt teneant multi allegati à *Farinaccio ibidem.*

8 Sed huiusmodi opiniones hoc modo concordare poteris, nempè, quòd prima procedat, vbi essemus in causa criminali, sed non cum obligatione iurata, de redeundo ad carceres, & quan

do

do periculum non esset redeundo de morte, & carceratio esset iniusta; Secunda verò, quando essemus in ciuili, *licèt Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 132. num. 6 vers. Sed quid dicendum*, latè defendat, quòd etiam in causa ciuili, si constat notoriè de iniustitia carcerationis, non teneatur carceratus ad carceres redire, dicens, quòd, neque ob id diceretur iuramento contrauenire,

Rursus concordare possumus prædictas opiniones, nempè vt prima procedat, quando quis esset innocens, & contra iniustitiam fuisset ad mortem condemnatus, nimirum à Tyranno, vel à priuato Iudice, aut non competenti, siue ordine iuris non seruato procedente, quia istis modis nemine liceret ad carceres redire, *vt ait Glos. in Clementin. Pastoralis de senten. & re iudic.* quam communiter sequuntur Doctores, & præsertim *Abb. Andr. Hippolytus, Curtius, Anchar. & alij, quos allegat, & sequitur* Couar. *lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 8.*

Secunda verò opinio procedit, quando quis fuisset iustè condemnatus ad mortem, siue conuictus, secundum allegata, & probata, quia tunc ob iuramentum præstitum de redeundo, redire obligatur, & ratio est, quia quis seipsum non occidit, quando iustam sententiam mortis sustinet, & patitur, *vt ait D. Thomas cap. 2. quæst. 69. artic. 4. & alij allegati ab Azor. in præcit. loco.*

Sed tenendo primam opinionem declara eam non procedere, vbi ageretur de euitando scandalo, siue detrimento boni publici, vt est bonum fidei, vel religionis, quia tunc ille redire tenetur, *vt dicunt Doctores allegati ab Azor. in præcit. loco fol. 124.*

9 Et ratio illius opinionis affirmatiuæ ea est, quia nedum carceratio dicitur mala mansio, *vt ait Franc. Marc. in sua decis. 283. num. 4. par. 2.* Necnon, quia afficitur iniuria iniustè carceratus, *vt ex text. in l. si creditores in fin. de priuileg. credit. l. iniuriarum. §. si quis pro iniuria l. si creditor meus ff. de iureiur. & l. si vno ff. ne quis &c. Felyn. in cap. legebatur de maior. & obedient.*

Verùm etiam, quia carceratio dicitur sepultura viuorum, destructio bonorum, experientia, sed fallax amicorum, consolatio certa inimicorum, & eo magis, quando de morte dubitaretur, dicitur infelix mansio; Vndè merito quidem, si quis iniustè carceratus à carceribus aufugiat, siue ad illas redire recuset.

10 Sed tenendo illam opinionem de ciuili carceratione loquentem, Extende eam in tantum procedere, vt propterea, si quis fuerit indebitè carceratus ciuiliter, tunc obligatio per eum facta in carceribus erit quoque nulla, *vt fuit dictum in Foroliuien. nullitatis obligationis Lunæ 20. Maij 1613. coram Card. Sacrato.*

11 Subextende, quòd neque ille contractus in carceribus factus censeretur ratificatus, etiam si fuisset approbatus post carcerationem, si adhuc causa illius metus duraret, veluti si creditor sibi reseruasset iura mandati executiui contra carceratum in casu inobedientiæ, *vt ait Grat. lib. 3. discept. cap. 479. num. 31. & seq. & Surdus cons. 501. num. 19. & Rota in vna Affricana Matrimonij 6. Martij 1587 & in Toletana Professionis 15. Decembris 1595. & 18. Martij 1596. coram Card. Seraphino, & in istis terminis fuit decisum in vna Romana Repetitionis indebiti 30. Aprilis 1610. coram Pirouano alleg. à Grat. in præcit. loco num. 34.*

12 Et pro hac opinione facit illa regula, quòd vbi non est libertas corporis, ibi non est libertas mentis. *vt ait Farinac. in quæst. vlt. de carcerib. & carcerat. & ibi multos Doctores allegat.*

13 Declara tamen illam subextensionem esse veram, quando contractus esset factus cum eo, qui illum carcerare fecerat, at secus, si ad fauorem tertij, quia tunc non obstante iniustitia carceratione contractus sustineretur, *vt fuit dictum à Rota in dicta Romana Repetitionis indebiti 3. Aprilis 1610. coram Pirouano, & in alia Imolen.*

Imolen. Resciſſionis contractus Vener. 29. Aprilis 1611. coram Manzanedo.

Subdeclara tamen prædicta non procedere, quando ille tertius non cõtraxit cum carcerato ad proprium cõmodum, & ex motu proprio, ſed ad inſtantiam, vel commodum illius, qui eum iniuſtè carceratum detineret, quia tunc contractus factus cum illo tertio non teneret, *vt ait Caſtren. in l. non intereſt, C. de his quæ vi met. cauſ. fiunt, Ruin. conſil. 113. volum. 5. Marſil. ſingul. 306. Vrſil. ad Affiict. deciſ. 149. Guttier. de iuramen. confirm. par. 1. cap. 57. nu. 8. & ita fuit reſolutum à Rota in Romana Nullitatis obligationis Veneris 18. Februarij 1633. coram Dunozetto.*

14 Sed nota tamen, quòd carceratio in dubio præſumitur iuſta, *vt fuit dictum in vna Farſen. Pecuniaria 21. Aprilis 1603. coram Gregorio, quæ eſt in eius impreſſ. deciſ. 106. num. 2.*

15 Et ratio eſt ea, quia cum carceratio ſit Iudici arbitraria, præſumitur, ob id quòd Iudex in ea fuerit motus ex iuſta cauſa, *vt ait Caſtren. conſil. 299. nu. 4. lib. 2. Aym. conſil. 78. num. 8. & Rota ibi ſupra.*

16 Amplia præterea ea, quæ fuerunt dicta de nullitate obligationis per carceratum in carceribus factæ, multò magis procedere, ſi obligare ſe volens, prius ante obligationem proteſtatus fuerit non intendere vllo modo ſe obligare velle, quia tunc talis proteſtatio obligationem poſtea ſubſecutam reddit nullam, *vt fuit deciſum à Rota per Cardinalem Seraphinum deciſ. 1350. et in deciſ. 490. par. prima in recentior. & deciſ. 500. num. 1. par. 3. recentior.* At ſecus, ſi de aufugiente à carceribus proteſtatio fuiſſet facta poſt obligationem, *vt ait Gratian. diſceptat. 524. num. 35. lib. 3.*

Subamplia primò, quòd ne dum obligatio carcerati nulliter obligati non tenetur, ſed neque etiam illa facta à fideiuſſore extra carceres pro liberando carcerato, & ratio eſt; quia, quando obligatio principalis eſt nulla, veluti, quia vti minor ſe obligauit ſine ſolemnitatibus Statuti, ex quarum defectu neque ille etiam naturaliter obligatur, *vt fuit dictum in Romana Nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. quæ eſt apud Cincium in addit. deciſ. 141. & veneris 18. Februarij 1633. coram Durano.*

Et ſic igitur notandum erit, ꝙ corruente prima obligatione, vti ex falſa cauſa, corruit quoque illa acceſſoria fideiuſſeris, etiam ſi fuiſſet obligatus cum iuramento, & vti principalis principaliter, & inſolidum; & id procedit non ſolum ex eo, quia dicta obligatio eſſet nulla, ex quo fuerat facta à carcerato nulliter ſed, & quod magis eſt, quia in prima obligatione, quãdo erat minor non fuerunt adhibitæ ſolemnitates Statuti, vt erat opus ad ſuſtinendam obligationem, quarum quidem defectus operatur, vt minor neque ciuiliter, neque naturaliter obligetur, & quod neque etiam obligatio fideiuſſoris ſuſtineatur, cum lex in principio huic obligationi reſiſtat, veluti in iſtis terminis fideiuſſoris tali modo obligati, *ait Bart. in l. cum lex, ff. de fideiuſſ. Laurent. de Pinu. conſil. 71. & Maraut. de ord. iudic. par. 6. tit. de ſatiſd. num. 26. Rebuff. in l. qui neque 48. §. ſolutum, verſic. item infertur, ff. de verbor. obligat. Afflict. dec. 149. & ibi Vrſil. in addit. Gutier. de iuramen. confirm. par. prima, cap. 57. num. 11. & 12. latè Farinac. de carcer. & carcerat. quæſt. 35. num. 15. & Rota in dicta Romana Nullitatis obligationis veneris 18. Februarij 1633. coram Durano.*

Rurſus ſubamplia prædicta procedere, etiam ſi minor maior effectus ſuam obligationem ratificauerit, & pro maiori ſecuritate creditoris fideiuſſorem præſtiterit, quia nihilominus neque principalis, neque ea acceſſoria fideiuſſoris ſuſtinetur, ex ea ratione, quia ſtante nullitate primæ obligationis corruit quoque ſecunda facta contemplatione primæ, vti ex falſa cauſa nulla, *per text. in l. cum putarem, ff. famil. herciſcun. l. ſi poſt diuiſionem, C. de iur. & fact. ignor. & Dec. conſil. 600 per totum allegat. à Rota ibi coram Durann, omnino vide Grat. diſc. 669. n. 6.*

Et

Et tanto magis prædicta procederent, quando illa obligatio facta fuisset in carceribus ab eo iniustè detento, quia tunc non obstante iuramento, & quòd fuerit facta à maiori non valet, neque etiam respectu fideiussoris, ex rationibus superius allegatis, *iuxt. text. in l. qui in carcerem, ff. quod met. cauſ. vbi Bart. & cæteri Doctores, Castren. in l. qui à latronibus, ff. de testamen. Ruin. consil. 113. volum. 5. Neuiz. consil. 52. num. 43. Marsil. in praxi, §. attingat num. 22. Farinac. de carcer. & carcerat. quæst. 35. num. 29. Guttier. de iuramen. confirm. par. 1. cap. 87. per tot. Guidopap. decis. 253. Rota decis. 490. num. 1. & 2. par. 2. recent. & inter crimin. Farinac. dec. 246. & in Melphitana, seu Neuellen. Pecuniaria 3. Decembris 1618. & 16. Nouembris 1620. coram Vbaldo, & in Romana Domorum 14. Maij 1627. coram Durano. & in Romana Mutui 14. Martij 1631. coram Merlino, allegata in illa Romana Nullitatis obligationis 18. Februarij 1633. coram Durano.*

Subamplia tertiò prædicta præcipuè procedere, quando fideiussori fuisset facta permissio per principalem debitorem de releuando eum indemnem, & ea sibi non suffragetur, ob nullitatem obligationis eam promittentis, quia tunc obligatio illa fideiussoris, vti ex falsa causa efficeretur elusoria, vt dicunt *Decius, & Ancharan. alleg. in dicta Romana Nullitatis obligationis 1633. coram Durano,*

Subamplia rursus prædicta procedere circa nullitatem obligationis fideiussoris etiam si ille suscepisset terminum ad soluendum illud, quod fuerat ab eo promissum, quia non per hoc inducitur illius debiti ratificatio, & approbatio ex duobus, quę inseruire possunt pro limitationibus illi regulæ, vt scilicet post susceptionem termini factam in iudicio, nullæ sunt partes Iudicis, nisi in exequendo, *vt ait Rota decis. 773. num 5. par. 2. recent. & apud Picum ad Statut. Vrb. dec. 61.* Quia illa regula primo non procedit, quando terminus fuerit susceptus per errorē; nam tunc intrat alia regula, vt ettantis nullus sit consensus, *text. est in l. per errorem, ff. de iurisd. omnium iudic. & l. ad solutionem, C. de re iud. Rom. consil. 9. in fine, Franc. Becc. consil. 100 num. 41. Marsil. singul. 106.* & sic si fideiussor suscipiens terminum sub cre dulitate, vt principalis obligatio esset valida, tunc ille terminus non afficit tamquam per errorem, & ex falsa causa susceptus. Imò neque sufficit habuisse qualem qualem scientiam causæ in genere, ita vt, qui allegaret ratificationem, siue approbationem debiti teneretur probare scientiam veritatis causæ, *vt ait Crauett. consil. 192. in fine, Natt. consil. 162. num. 31. & 33. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 123. Alexan. consil. 135. num. 2. lib. 5.*

Secundo modo non procedit prædicta regula, quotiescunque potest prę sumi alia causa, quam ea approbationis debiti, veluti Doctores exemplificando dicunt de eo, qui sit obligatus in instrumento guarantigiato, siue obligatione camerali vallato, quo casu, etiam quòd solutio sequeretur non ob id diceretur facta debiti approbatio, sed illud vti indebiti solutum repeti posset, ergo multo minus censeretur facta illius approbatio per solam termini susceptionem, sed solum censeretur susceptus per metū ne debitor caperetur, & executionis iacturam pateretur, *vt dicunt Bart. Paul. & alij in l. 2. quod met. cauſ. idē Paul. in l penul. C. de cond. ob cauſ. Rom. consil. 399. nu. 10. latè, & pulchrè Padilla in l. interpositas num. 25. C. de transact. Gratian. lib. 3. discept. cap. 507. num. 1. & seqq. & lib. 1. cap. 824. num. 19. & Rota ita decidit in Romana de Perottis 3. Decembris 1602. coram Card. Mellino, & latius in dicta Romana Nullitatis obligationis Veneris 18. Februarij 1633. coram Durano.*

Contrarium, quòd scilicet ratificatio cum solemnitatibus facta actum confirmet, aliàs nullum, & inualidum licèt, nō prout ex tunc, sed benè prout ex nunc, *ait Bart. in obseruare nu. 4. ff. de offic. Proconſ. Decius consil. 367 num. 4. Paris. consil. 49. num. 20. & 61. lib. 1. Ruin. consil. 72. num. 10. lib. 3.*

Ceph.

Ceph. consf. 51.*nu.* 43.*lib.*1.*Osasch. dec.* 119.*num.*26. *Surd. dec.*70. *num.*17.*&* *latè decis.*245. *num.* 4.*&* 5. *allegati à Martino Andrea in sua decis.* 9.*nu.* 4.

Sed prædictæ opiniones hoc modo conciliari possunt nempè, vt prima procedat in ea obligatione ipso iure nulla, & cui lex à principio resistat ex regula, quod nullum est, nullo vnquã tpe recõualescere possit,& sic qñ ratificatio suum principium conseruabile nõ inuenit, *vt ait Surd.& alij Doctores superius allegati.*

Secunda verò, quando essemus in obligatione, cui lex neque assistit à principio, neque resistit, quia tunc mediante ratificatione solemniter facta reconualesceret saltẽ nõ pro vt ex tunc, sed prout ex nunc, quasi quòd actus diceretur de nouo factus,& non quòd ille iam factus ratificaretur, quod fieri non potest,iuxta decisionẽ Durani, quando scilicet à principio esset ipso iure nullus, sed vide in *concl.* 13 *t.num.* 24.*& Cassad. dec.*5. *de iure patr. Grat. discep.*480 *num.*13.

17 Extẽde 3. fallentiã in principio positã de aufugiẽte à carceribus,loquentẽ adeò procedere,vt propterea si carceratus aliter carcerem euadere nõ posset, tunc ei liceret custodes occidere,q̃ tñ declarata verum, his tribus concurrentibus, nempè primò, quando notoriè constaret de iniustitia carcerationis. Secundò, quando carceratus esset in euidenti periculo mortis, & tertiò, quando aliter illud periculum euadere non posset, nisi custodes offenderet; aliàs secus, *vt dicunt Doctores allegati à Farinaccio dicta quæst.*30.*nu.* 131.*cum seqq.*

18 Et reassumendo principalem conclusionem, vbi habetur,quod aufugere attentans à carceribus sit puniendus,Amplia primò eam quoque procedere in eo, qui attentauit aliquem eximere à carceribus,*vt ait Amat.in decis.*103.*Rotæ Marchiæ.*

Subamplia id in tantum esse verum vt propterea Bulla Sixti V. contra Bannitos loquens de eximentibus aliquem ex carceribus, & manibus Curiæ habet quoque locum contra eum, qui eximit à carceribus, siue manibus Curiæ Baronum infeudatorum, cum ea sit facta pro tranquillitate populorũ totius status Ecclesiastici, *vt fuit dictum in Rom. de Vrsinis super restit. feudorum* 3. *Ianuarij* 1596.*coram Seraphino, Blanchetto,& alijs qua est inter crim.Farinac.dec.*61

19 Amplia secundò procedere in ijs, qui tentant aliquem eximere à manibus familiæ,vel seruientium quarumcumque Curiarum, sed qua pœna isti veniant afficiendi, plures sunt opiniones, & secundum *Franch. in sua pulchra decis.* 442. fuit quidam condemnatus ad Triremes per biennium, qui captum pro debito ciuili à manibus familiæ exemit, sed secundum *Guidopap. in sua decis.* 579. decisum fuit talem eximentem pœna pecuniaria esse afficiendum illi Curiæ applicanda, à qua captus eximitur; vltra condemnationem expensarum, & interesse creditori, & secundum *Viu. in decis.* 19. Rotæ Audientiæ Apuliæ, fuit vnus condemnatus pœna exilij per biennium, qui eripuit captum pro debito priuato; Senatus autem Mediolanensis reliquit impunitam vnam mulierem, quæ exemerat à manibus familiæ suum virum capitaliter condemnatum, *vt ait Polidor. Ripa in sua obser.* 21.*& Viu. in dicta decis.* 92. *licèt Farinac. in prima par. sua praxis criminal. quæst.* 32. *num.* 79. dicat eam pœna mitiori esse puniendam, sed non prorsus absoluendam, ne delicta remaneant impunita, licèt illud egregium factum ab ea muliere mereatur iudicio meo impunitum euadere. Istos modos autem excessit Curia Magna Vicaria Neapolis tempore Illustrissimi, & Excellentissimi D. Petri de Toledo Proregis,qui mãdauit tres Iuuenes nobiles illius Ciuitatis, qui exemerant vnum pauperem hominem pro debito captum laqueo suspendi; & postea eorum cadauera per pedes ad plateam Castri noui trahi, *veluti testatur Viuius in d. sua decis.* 92.

20 Amplia tertiò, quòd eximens à manibus familiæ, tenetur præcipuè ad debitum pro quo fuerat captus tamquam si pro eo fideiussisset, *texe.* [illegible] *in-*

in l. quoties, C. de exact. tribut. lib. 10. *& ibi Doctores Bald. in l. aditos, C. de Episcop. audient. Angel. de Aretio in §. pœnales inst. de action. Doctores in l.* 1. *ff. ne quis eum, qui in ius vocat. vi eximat, & Bart. Bald. Angel. Castrens. in l. sed eximendi, & in l.* 2. *ff. eodem tit. ne quis, &c. & Magon. dec.* 90. *Rotæ Lucens. &* Farinac. *quæst.* 30. *num.* 107.

21 Subamplia primò id in tantum procedere, vt propterea ille talis eximens qui loco fideiussoris habetur, non habeat beneficium excussionis; Vndè si à creditore conueniatur non poterit apponere, quòd primò excutiat principalem debitorem, quia illud beneficium perdidit, dum carceratum eximendo executionem impediuit, nam quis non iuuatur beneficio legis, qui legem spreuit, & frustra legis auxilium ille inuocat, qui committit in legem, *cap. quia frustra de vsur. & cap. an sit de appellat. l. sancimus, §. sin verò postquam, C. de iur. deliberan. Castr. in l. inter eos, §. creditor de fideiuss. Roland. à Vall. de lucro dotis, quæst.* 63. *num.* 2. Necnon etiam, quia nemo ex sua improbitate ius consequi debet, iuxta notata *in l. in fundo, ff. de rei vendicat. l. quia sub prætextu, C. de sacrosanct. Eccles. l. creditor, §. huius, ff. mandat. l. illicitas, §. illicita est, & ibi glos. ff. de offic. Præsid. Alex. cons.* 108. *num.* 4. *lib.* 4. *Rota in Romana computorum*, Veneris 13. *Maij* 1594. *coram Card. Arigonio, & in Romana aperitionis oris*, Veneris 8. *Martij* 1613. *coram Card. Sacrato, & in alia Romana fideiussionis de repræsentando* 3. *Iulij* 1617. *coram Coccino Decano*. Imò isto casu datur creditori iuramentum contra eximentem in litem, & si erunt plures eximentes omnes tenentur in solidum, & exemptus remanet obligatus, vt ait Farinacc. *in quæst.* 30. *num.* 108. *par.* 1. *praxis crim.*

22 Subamplia secundò, nedum procedere in eo, qui facto exemit captum de manibus familiæ, sed etiam in eo, qui notificauit debitori alicuius, quod aufugeret, ex eo, quia suus creditor ordinauit eum capi facere, nam tunc talis notificans tenetur creditori ad soluendum illud debitum, si debitor fugam arripiat, quia cui causam damni dat, damnum dedisse dicitur, iuxta tradita per *Marsil. in rubr. de fideiuss. num.* 16. *&* 17. & pulchrè *Farinacc. mox citandus num.* 17. vbi loquitur de bitruarijs, quando notificant debitori mandatum habere, pro eo carcerando, quia tunc vltra interesse tenerentur etiam ad pœnam.

23 Subamplia tertiò procedere etiam si carceratus erat pro delicto captus, quia nihilominus eximens ad interesse tenetur, vt fuit dictum *à Rota in Romana pecuniaria, Veneris* 25. *Octobris* 1593. *coram Orano, quæ est inter criminal. Farinaccij decis.* 76. *in fine.*

Et prædicta, quæ fuerunt dicta de eximente aliquem è manibus familiæ, declara procedere quoq; in auferente bestias, siue pignus capto pro damnis datis, è manibus custodum, siue è loco, in quo per Baiulum fuerant inclusæ dictæ bestiæ, quia tunc possunt puniri pœna furti, si animalia essent tacitè obligata pro damno, siue si dominus eorum esset suspectus de fuga; aliàs secus licèt *Afflict. super constitutione peruenit rub.* 36. *num.* 6. *lib.* 3. relinquat cogitandum in secundo casu, nempè suspicionis fugæ, veluti testatur *Benignus ad statutum Agricult. Vrbis. cap.* 50. *sub lit. A.*

24 Rursus declara, quòd si multi facerent conuenticulam, ad effectum eximendi aliquem à carceribus, tunc illi essent puniendi pœna exemptionis, non autem ea conuenticulæ, vt fuit dictum à *Rota in vna Romana dè Vrsinis super restitutione feudorum* 3. *Ianuarij* 1596. *coram Card. Seraphino, Blanchetto, Orano, & alijs.*

Subdeclara, hic obiter, multò magis procedere, quando conuenticula, siue collegium esset factum ad bonum finem, quia tunc, loquendo tamen de iure communi, non dicitur prohibita,

& propterea videmus, quòd si fiat congregatio de non admittendo Prælatū excommunicatum, siue de eum expellendo, quia bona Ecclesiæ dilapidaret, vel aliud inconueniens Ecclesiæ ei ferré præsumeret, tunc coniuratio, siue conspiratio non est punibilis, quia potius dicetur concordia, quàm conspiratio, vt dicunt Doctores allegati à *Franc. Marc. decis.* 801. *num.* 1. *cum seqq. par.* 1. *& Crauett. consil.* 4. *lib.* 1. & vide *Nicolaum Losæum de iure vniuersitatum par.* 1. *cap. secundo, per totum*, vbi multa ait in hac materia.

25 Subdeclara prædicta esse vera de iure communi; at secus in vim Bullarum Summorum Pontificum, quia tunc pœna mortis eximens plectendus venit, etiam quòd non sit cōfessus, neque conuictus, vt ait latè *Farinac. in* 1. *par. prax. crimin. quæst.* 32. *num.* 61. *cum seqq. & prius quæst.* 30. *num.* 106.

26 Amplia quartò, principalem conclusionem procedere etiam in eodem capto, quando se ipsum eximere vellet à manibus familiæ, & præsertim cum armis, vel si populum ad arma acclamaret, alios etiam concitaret, & quod peius est, si nomen alicuius Magnatis inuocaret Franchitiam appellando, quia tunc vti reus læsæ maiestatis puniendus veniret, vt egomet vidi in quodam iuuene capto pro debito ciuili, tempore Pontificatus Pauli Quinti, qui statim fuit laqueo suspensus hora 22. eiusdem diei illius capturę, quia volens se in tuto recipere in palatio vnius Principis Franchitiam acclamare ausus fuit, quod enim executum fuit in vim Bullarum Summorum Pontificum, & præsertim Gregorij Decimitertij, & Sixti Quinti, quæ alias constitutiones Pontificum recitant, vt ait Farinacc. *in* 1. *par. suæ prax. crimin. quæst.* 32. *num.* 23. *cum sequentibus*, *& prius in quæst.* 30. *num.* 106.

Subamplia prædicta in tantum esse vera, vt propterea talis eximens carceratum pœna læsæ maiestatis sit afficiendus, si tamen carceratus erat confessus conuictus, vel condemnatus pro crimine capitali; imò debet esse crimen, pro quo detinebatur lęsę maiestatis, ad hoc, vt talis eximens sit hac pœna puniendus; licèt tamen verius sit, quòd pro crimine capitali solum detineatur, vt ait *Farinacc. dicta quæst. trigesima num.* 102. *&* 106. vbi ait id præcipuè procedere in vim bullæ Sixti Quinti, in qua mandat vti rebelles, & reos læsæ maiestatis criminis eos, qui carcerem, aut aliam quamcumque custodiam fregerint, inuaserint, aut quocunque modo violare tentauerint, siue ad hoc homines, & arma, aliaue ministrauerint, vel auxiliū, consilium, fauorem palā, siue in occulto per se, vel per alium, siue alio quoquo modo præstiterint, seu præstare permiserint; at secus, si in vim iuris communis dispositionis loqueremur, vt animaduertit idem *Farinacc. dicta quæstio.* 30. *num.* 106.

27 Declara præterea ea, quæ fuerunt dicta de pœnis eximentium à manibus Curiæ, non procedere, quando carceratio esset iniusta, siue quando quis esset carceratus de mandato iudicis iurisdictionem non habentis, aut si captus non poterat carcerari vigore alicuius constitutionis, vel quando quis esset captus à priuatis personis; licèt tamen secus esset, quando eum de ordine iudicis caperent, quod de iure fieri potest. Item, quando quis eximeret vnum, qui duceretur ad supplicium appellatione pendente, nec non etiam quādo vnus eximeret Clericum de manibus Curiæ sęcularis; nam in prædictis casibus eximens captum nulla pœna afficiendus veniret, vt dicunt Doctores allegati à *Farinacc. in præcitato loco num.* 62. *cum pluribus seqq. & prius q.* 30. *num.* 104 *cum seqq. & præsertim num.* 113.

28 Vltimò erit animaduertendum, quòd Birruariis non creditur, quando asserunt aliquem sibi ab vno fuisse ereptum, vel alias in executione fuisse præstitum impedimentum, nisi ad inquirendum, & ad capturam; secus

secùs verò, quando eorum assertio esset adminiculata, cum aliqua coniectura, vel hodie in vim bannimentorum Gubernatoris Vrbis, quibus eorum assertioni credendum venit, quoad faciendum indicium ad torturam; licèt id ego non approbem in personis tàm vilibus, & quæ tàm de leui possunt corrumpi, & sic vnum pro alio contra aliquem asserere, & præsertim, quando id de quo quærelatur contigisset in loco, vbi facilè alii testes habere potuerint, vt dixi in verbo Assertioni, & iuxta tradita per *d. Farinac. in præcit. loco, n. 81. cum seqq.* & multa dixi *in concl. 143. num. 56. cum seqq.*

ARGVMENTVM.

DE AVGVMENTO, AC ILLIVS natura.

CONCL. CLXX.

1 Augumentum nota, quòd dicitur omne id, quod principali accedit, & sic illius naturam sequitur, nec non secundum naturam sui præexistentis, cui accedit, regulatur, vt fuit dictum à *Rota in Rom. census vigintamil. Veneris 24. Februarij 1612. coram Gregorio XV quæ est in eius impressis dec. 544. nu. 14. Surd. decis. 78. nu. 11. & decis. 88. n. 10. Magon. decis. Florent. 34. num. 4. Rota decis. 391. num. 7. par. 1. in recent. & in 2. par. decis. 94. nu. 3. & per d. Gregor. XV. decis. 132. nu. 8. idem Surd. decis. 269. num. 16. & Rota decis. 589. num. 1. par. 1. diuers. & nouissimè Gratian. lib. 3. discept. cap. 446. num. 28. & cap. 540. num. 67.*

2 Vndè ex prædictis infertur, quòd augumenrum accedens fundo detinetur loco pignoris, vt ait *Franch. decis. 38. num. 4.*

3 Quod tamen intellige verum, si augumentum fieret ex facto, & sic per retinentem pignus; at secus, si valor illius rei ex tempore esset auctus, vt ait *Franch. ibi supra num. 5. & 6.*

Et propterea videmus etiam, quòd si augumentum superueniat in re, cuius dominium ad Capitulum spectat, ex quauis industria, tunc illud proportionabiliter inter Canonicos distribui debet, vt fuit dictum *à Rota in decis. 45. num. 3. par. 2. in recent.* Itē augumentum illud, quomodo sit diuidendum, docet *Franc. Marc. decis. 882. num. 3. par. 2. & Gard. Caual. decis. 579. num. 5.*

5 Extende primò id adeò esse verum, vt propterea augumentum eodem priuilegio gaudere debeat, quo principale gaudet, vt ait *Franc. Marc. decis. 449. num. 2. par. 2.*

6 Extende secundò, quòd idem ius statuitur in augumento, quod fit in principali aucto, vt ait *Rota decis. 682. num. 4. & 7. par. 2. in recent. & Grat. in decis. 213.*

Sed declara tamen, quòd idem iudicium fit de augumento, quòd fit de diminutione rei, *iuxta l. secundum naturam de regul. iur.* & propterea ex hoc optimè inferri potest, quòd illi, cui competit augumentum, quod alicui rei accedit, eidemmet competeret diminutio, per ea, quæ inferius dicam sub num 43. & latius *in conclus. 42. num. 725. cum pluribus sequentibus*, vbi omninò in hac materia recurras.

7 Vnde ex firmata conclusione infertur primò, quòd fideiussor teneatur ad augumentum, quando illud à natura actionis prouenit *Bart. in l. fin. num. 1. ff. de eo, quod cert. loc. Castrens. in l. quæro. ff. loc. Alexand. consil. 39. num. 5. lib. 2. Aretin. consil. 29. num. 18.* & ita fuit dictum *in vna Romana Tutelæ 16. Nouembris 1584.* Et ratio est, quia fideiussor semper censetur se obligare ad ea omnia, quæ veniunt ex natura obligationis, cui accedit; *vt ait Rota per Gregorium Decimum Quintum decis. 554. num. 3. & Rota decis. 304. num. 1. inter crimin. Farinacc. & Gratian. lib. 2. discept. cap. 224. num. 7.*

8 Amplia primò id quoque habere locum, quando augumentum ex natura illius negotij primariò, siue secundariò veniret, *vt ait Castrē. cōs. 23. col. 3 in fin.*

in fin. verſ. contrarium dico lib. 1 quem ſequitur Aym. conſ. 45. num. 6. & Rota in dicta Romana tutela 16. Nouembris 1584.

9 Amplia ſecundò procedere, ſi augeretur valor, ſiue pretium rei, pro qua ſoluitur pecunia; quia tunc etiam obligatio augeretur, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 707. num. 7. & deciſ. 745. num. 1.*

10 Amplia tertiò procedere, veluti quando augumentum ex delicto Tutoris prouenirer, vt eſt quando ille interrogatus negaret habere bona, ad alendos Pupillos, quia tunc conuictus de mendacio ad graues vſuras teneretur, *vt ait Rota ibi ſupra*.

11 Contrarium, quòd ſcilicet fideiuſſor ad augumentum non teneantur, cũ fideiuſſio ſit ſtricti Iuris, & ſic ſtrictè interpretanda, *ait Maſil. in rubr. de fideiuſſ. num* 92. Et ibi plures caſus pro vtraque parte adducit, ſed tandem pro hac ſecunda opinione concludit regulariter eſſe tenendum.

12 Concordari tamen poſſunt prædictæ opiniones tali pacto iudicio meo; & ſicut prima procedat, quãdo augumentum immediatè proueniat à negotio principali, veluti exemplificari poteſt in legato, cui ſi ſuperueniat augumentum ex natura rei, vt fœtus pecudibus, vel partus ex ancilla, tunc illud vtique commodo legatariis cederet. Secunda verò opinio procederet, quando illud legatum mediatè, ſiue extrinſecè facto tertij augeretur, quia tunc d. illius legatarij cõmodo nõ cederet, *vt ait Iaſ. in l. ſeruum filij §. ſi Pocula. ff. de leg. primo cum alijs ibi per eum allegatis & Surdus deciſione* 88. *num.* 11.

13 Rurſus concorda, vt prima opinio procedat, quando inter principale, & augumentum eadem ratio vigeret. Secunda verò, quando diuerſa, cum habeamus regulam, quod vbi viget diuerſa ratio, ibi vigere debet diuerſa diſpoſitio, *Rota in deciſ. 72. num. 4. par. 2. in recent.* Et propterea videmus in propoſito, quòd fideiubens ſuper poſſeſſorio, non cenſetur obligatus ſuper petitorio, & è contra, cum negotium poſſeſſionis ſit diuerſum ab eo proprietatis, *vt eſt tex. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ. & Franch. dec. 402. num. 3. 19. & 20 par. 4. & alij alleg. à Gratiano lib. 5. diſcep. cap. 960. num.* 19. Vltra quod quilibet minima mutatio facit huiuſmodi fideiuſſiones euaneſcere, *vt ait Franch. in deciſ 601. num. 9. par. quarta, allegat. à Gratiano in præcitato loco num.* 20.

14 Infertur ſecundò, quòd legatum alicui factum de re aliqua fructifera illi quoque fructus ex ea re prouenientes pẽdentes debentur, vt ſunt liuelli nõ exacti, & ſimiles, *vt ait Surd. dec. 88. n. 8. & fuit dictum à Rota in vna Prænestina hæreditatis 1. Februarij 1580. coram Vitecomite, Caſar de Graſſ. dec. 1. & 2. de vſur. & Rota in alia Romana Bonorum de Ceulis Lunæ 25. Iunij 1601. coram Penia.*

15 Extende etiam, quòd ſi hæres eſſet in mora rei legatæ tradendæ teneretur ad fructus, *vt eſt text. in l. apud Iulianum, & l. cum ſeruus §. 1. vbi Baldus num. 2. in fin. & Caſtrenſ. num. 3. & cæteri communiter Doctores ff. de legat. 1. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 9. num. 5. & Rota in dicta Romana Bonorum de Ceulis coram Penia.*

16 Fallit tamen primo, ſi à teſtatore fuerit dictum, lego rem talem, cum fructibus ſuis, quia tunc tale legatum intelligitur de fructibus ante legatum decurſis, non autem de decurrendis, *vt ait Aymon. conſ. 45. num. 4.* quem ſecuta fuit *Rota in illa Romana Bonorum de Ceulis Mercurij 11. Nouembris* 1585. *coram Orano.*

17 Fallit ſecundò, quando teſtator dixiſſet, lego fundum meum, quia tunc fructus, ex eo poſt mortem teſtatoris lagatario non acquiruntur, quia illud pronomen meus, mea, meum, tempus præſens ſignificat, & ſic illud ad fructus poſt mortem teſtantis non trahitur, quia illi amplius non dicerentur teſtatoris, ſed illius, à quo fuerit adita hæreditas, licèt ſecus tamen eſſet in aliquo augumento, quod

quod omnino esset annexum fundo legato, *ad tradita per Menochium in suo consil. 106. num. 188. vbi plures allegat.*

18 Fallit tertiò, quando restator dixisset, lego talem rem, cum suis commodis, quia tunc ea omnia præterita venirent, non autem futura; *vt ait Surd. decis. 88. num. 12.*

19 Fallit quartò, quando essemus in legato non modali, sed conditionali, quia tunc fructus medij temporis nō venirent, & sic legatum non augerēt, quod tamen intellige verum, si dies gratia hæredis fuerit apposita, at secus, si gratia legatarij, *vt ait Bartol. in l. sitta, S. Pegasus, ff. de legat. 2. & Rota in dicta Romana Bonorum de Ceulis coram Penia*, & in hac materia est videndus *Gratian. lib. 4. discept. cap. 646. num. 10. & cap. 766. num. 43* vbi ait, quando augmentum spectet ad hæredem, siue ad legatarium, vel ad creditorem. Item an illud augumentum, quod fieri debet ex fructibus censeatur potius ordinatum hæredis, aut fideicommissarij gratia, *ait Rota decis. 682. par. 4. recent.* Quod tamen extra difficultatem esset, quando testator augumentum ordinasset de hæreditate, habita per eum consideratione ad decus, & honorem familiæ, quia tunc ne dum censeretur ordinatum in gratiam hæredis; sed etiam in eam substituti, & fideicommissarii, *vt ait Rot. d. dec 682. n. 5.* Licèt tñ in dubio semper potius illud fauore hæredis, & non fideicommissarii inductum censeatur, licèt secus, qñ essemus in claris, *vt ait Rota ibidem n. 6.*

Extende prædictam fallentiam in simili procedere, quando filia fuisset dotata à patre cum promissione, quod si ipse, vel eius hæredes maiorem dotem aliis filiabus, & sororibus respectiuè dederint, tunc illi quoque esset dos augenda ad Paragium, quia isto casu augmentum filiæ non deberetur, etiam si postea maior dos fuerit alii filiabus data per vnum ex fratribus, sed nomine tamen proprio, & de bonis proprijs, etiam si haberet mandatum ab alijs fratribus, & cohæredibus con stituendi dotem, vsque ad eam summam sibi benè visam, necnon de bonis hæreditariis, quia prædictos non obstantibus illud augmentum dictæ filiæ, vel sorori non deberetur, dum nomine proprio, & non procuratorio contraxit, cum quilibet de re sua ad eius libitum disponere valeat, *vt latè fuit deductum à Rota per Burattum in sua decisione 696. ferè per totam.*

Secus autem absolutè procederet, quando pater non promisisset filiæ aliquod suæ dotis augmentum, quia tunc eo viuente filia non posset prætendere illius dotem augeri ad eam quantitatem alteri filiæ datam, quia vltra, quòd patri à legibus est attributa facultas constituendi dotem inæqualem inter filias, dummodo congruè dotentur, veluti id in dubio venit præsumendum, donec contrario probetur. Deinde, & quòd magis est ista inæqualitas tolleratur, si vna filia melius locetur, quàm altera; quia habemus, quòd filiç æquè bene dotantur dummodo æquè benè collocentur, *vt ait Rota per Gregorium in sua decis. 63. num. 22. & sequen. & ita vltimo loco fuit quoque resolutum à Rota in Romana Dotis Veneris 24. Ianuarij 1630. coram Pirouano.*

Et proprerea infertur ex prædicta regula, quòd maritus prçsumitur illius dotem habere constitutam in omnibus bonis vxoris si ille tāta dote sit dignus, & eò magis, si in capitulis fuisset facta mentio omnium prçtensionum, cum verbo vniuersali *omnia, vt ait Rota per Burattum decis. 254. num. 7. & 9. & Ludoui. decis. 99. omnino viden.*

Quamuis tamen contrarium veniret dicendum, si post mortem patris filia ageret contra fratres, pro æqualitate seruanda inter sorores, quia tali casu id illi facere liceret, neque fratres, siue alij possent exercitium istius actionis impedire, *vt ait Castr. in cons. 275. nu. 6. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 21. num. 35. Dec. cons. 26. num. 2.*

Secus autē si medio tempore patri-

monium patris fuisset diminutum, quia tunc dotem sororis augere non tenerentur fratres, Et in dubio diminutio non præsumitur, nisi ea ab allegante probetur, *vt pulchrè fuit resolutum à Rota ibi coram Pirouano, & inde, quæ dixi in conclus. 64.* Sed quòd congruitas dotis debeat regulari ad tēpus illius constitutionis, & non mortis patris; item quòd ea congrua dicatur, etiam quòd ad legitimam non ascendat, *ait Rota decisione* 538. *num.* 1. *& 3. par. 3. recentior.* & in hoc vide omnino *Card. Caualer. in sua decis.* 298.

20 Fallit quintò, quando in re legata adesset aliqua incertitudo, quia tunc dicti fructus ab hærede non debentur *vt ait Castrensis in l. si quis bonorum, ff. de legat. primo, & Rota in Romana Legati* 13. *Martij* 1581. *coram Clemente Octauo.*

Veluti eodem modo dicitur de legato conditionali, quod actionem non tribuit, ea conditione non purificata, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis.* 257. *num.* 9. *&* 10. Vbi ait, quòd illius purificatio debet probari, citatis omnibus, qui lædi possunt *vt dicunt Curt. I un. Zuccard. & Bald. alleg. à Rot. ibi supra.*

21 Infertur tertiò, quòd hypotheca, quæ datur pro sorte, datur etiam pro illius augumento, & sic pro fructibus, *l. Lucius ff. qui pot. in pign. hab. Magon. decis. Florent.* 124. *n.* 4. *Surd. dec.* 271. *num.* 2. *& Rota in vna Romana Pensionis domus Mercurij* 11. *Februarij* 1598. *coram* Corduba, *Cinc. de censib. par. secunda, cap.* 2. *quæst.* 5. *artic.* 9. *num.* 44.

Licèt tamen fructus etiam dotis, non sint tam priuilegiati, sicut est ipsa dos, *vt dixi in conclusione* 89. *num.* 360.

22 Extende dictam illationem procedere nedum in expressa hypotheca, sed etiam in tacita, & ratio est, quia qui est prior in sorte, est etiam prior in vsuris, quod procedit etiam in casu decisionis 186. *Afflicti, vt ait Mifyn. in sua centur. prima obseru.* 59. *Magon. d. decis. Florent.* 124. *nu.* 4. *Surd. decis.* 271. *num.* 2. *& Rota in Romana Pensionis Domus Mercurij* 11. *Februarij* 1598. *coram Corduba.*

23 Quod tamen declara verum, quando vsuræ sunt ab eo promissæ, qui ad sortem teneretur, & sic quando illam rem aliquam, tàm pro vsuris, quàm pro sorte hypothecare posset, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis.* 481. *n.* 5.

24 Extende secundò procedere etiam in anterioritate non solum ex tempore, verum etiam ex causa, iuxta terminos *l. priuilegia ff. de priuileg. credit. & pulchrè D. de Ponte in sua dec.* 34. *cum alijs ibi allegatis.*

25 Extende tertiò idem quoque procedere in hypotheca, tàm conditionali, quàm pura, etiam si nouata sit obligatio cum pignorum repetitione, *vt ait Iaffred. decis.* 93. *lib.* 1. *& Mysinger. in præcit. loco num.* 2. *& ibi allegat Neguſant.* referentem viginti casus, in quibus creditor posterior anteriori tā in sorte, quàm in augumento, & fructibus præferatur, per te viden.

26 Extende quartò, etiam prioritatem hypothecæ habere locū respectu pœnæ, quæ tamen loco interesse succedat, at secus in mera pœna, *vt ait Afflict. dicta decis.* 186. *& ibi Vrsil. nu.* 3. *cum ibi alleg.*

27 Fallit tamen in augumento dotis, pro quo mulier prælationem non habet, *vt ait Maynard. decis.* 26. *lib.* 3. *& Riccius in sua collect. decis.* 384. *in vltim. verb. par.* 2. Et ratio differentiæ ea est, quia in dote mulier tractat de damno euitando, in augumento autē, & antefato de lucro captando agit *vt ait Franch. dec.* 71. *num.* 13.

Contrarium licèt dicat *Rota per Card. Seraphinum decis.* 546. *num.* 1. *& Afflict. dec.* 154.

Concorda vt prima opinio procedat, quando mulier vellet vti priuilegio prælationis antefati contra tertiū, cum qua ille non contraxerat. Secunda verò quando ageret prætendens lucrum contra in specie obligatum, pro illius solutione, *iuxta tradita per Frāchum in sua decis.* 182. *nu.* 16. *& Card. Seraph.*

Seraph decis. 481. *num.* 5. Quamuis tamen *Franch.* ibi supra dicat dotem, & illius lucrum pari passu ambulare, & id multis argumentis comprobare conatur, quæ per te videre poteris,& hæc opinio seruatur in *Rota Romana, uti magis communis veluti ipse testatur*.

28 Infertur quartò, quòd vsufructu legato bonorum veniunt etiam bona post testamentum augmentata, *vt ait Thesaur. in sua decis.* 168.

29 Infertur quintò, quòd augmentũ bonorum dotalium ad vxorẽ spectat, nisi fuerat facta æstimatio, per quam emptio inducatur, veluti etiam diminutio rei dotalis in illius damnum resultaret. Quod quidẽ quoque extẽde procedere, etiam si res illa dotalis tẽpore restitutionis esset eiusdem valoris, pro quo fuit consignata, sed fuisset à viro in substãtia deteriorata, quia tunc hæredes mariti ad interesse vxoris tenẽtur in ea maioritate pretii, quo illa res, siue fundus dotalis æstimaretur, si ea deterioratio non euenisset, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano in lib.* 5. *discept. cap.* 826. *num.* 71. *cum seqq. &* Card. *Seraph. dec.* 931. *nu.* 3.

30 Secus autem, quando augumentum, & diminutio rei temporis varietate contingeret, quia tunc ad vxorem, nõ autem ad hæredes viri spectarent. *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 512. *num.* 4 *Nauarr. in comment. de vsur. num.* 104. *&* 140. *& Rota in vna Assisen. Census Mercurij* 9. *Iunij* 1604. *coram Car. din. Pamphilio, & in Rauennaten. Pineti Veneris* 23. *Martij* 1607. *coram Card. Pamphilio.*

31 Contrarium tamen, quando essemus in augmento dotis à natura proueniente, quia illud esset mariti, si tamen res dotalis fuisset data æstimata, quia tunc maritus fieret dictæ rei dominus, veluti si vestes darentur ęstimatæ in pecunia, quia tunc eas Maritus in pecunia restituere teneretur; aliàs si ęstimatio non intercessisset, tunc vestes restituerentur vsu consumptæ, prout repetirentur, *vt ait Afflict. decis.* 270. *& ibi Vrsill. num.* 3. & hic nota, quòd augmentum dotis, etiam per virum fieri potest post cõtractum matrimoniũ, & tale tunc verè illud dicitur, quando dote data, & quantitate aucta per virum fit vna summa, *vt ait Card. Caualer. decis.* 353. *num.* 4. *& dec.* 546 *num.* 4. & propterea illud augmentũ dotis non æstimatæ, matre defuncta spectat ad filios, quoad proprietatem, licèt quoad vsumfructum sit viri, *vt ait Rota per Card. Caualerium dicta decis.* 546. *num.* 5. Sed ad hoc, vt illud transeat in donationem propter nuptias, est habendus respectus ad dotem aliàs diceretur donatio, quæ est prohibita inter virum, & vxorem, veluti dicitur de illo facto post contractum matrimonium, quod in fraudem prohibitæ donationis factum præsumitur, *vt fuit dictum à Rota penes Burattum in sua decis.* 422. *num.* 2. *& seqq.* Licèt *prius in decis.* 396. *num.* 3. dicat, quòd dotis constitutio, siue augmentum, quando fit ante contractum matrimonium, & sic tempore habili illud posse constitui verbo, & sine scriptura; At secus in eo, quod fit post contractum matrimonium, quia tunc illud naturã donationis sapit, *vt ait Rota per Burattum dec.* 274. *num.* 3.

32 Infertur tertiò, quòd res subiecta restitutioni pro dote, erit quoque talis pro augmento, *vt ait Maynard. decis.* 26. *lib.* 3. *Card. Seraphin. decis.* 666. *per totam, & fuit dictum in Romana de* Cuppis *Lunæ* 14. *Decembris* 1609. *coram* Card. *Mareomontio.*

33 Extende id procedere, ne dum in augmento dotis, ex pacto partium proueniente, sed etiam in eo taxato per statutum, *vt dicunt Bald. in authen. res quæ, num.* 14. *C. com. de legat. Curt. Iuniori consil.* 46. *& alij allegati per Aym. consil.* 186. *num.* 4. *& Rota ibi coram Marcomontio, & per Coccinum in decis.* 457.

34 Et ratio prædictorum ea est, quia augmentum dicitur pars dotis, & idẽ iudicatur, quàm de ipsa dote, *vt fuit dictum in Cesenaten. Lucri dotis Lunæ* 5. *Nouembris* 1601. *coram Coccino, quæ est in eius impressis decisio* 43. *& in alia Romana Lucri dotis veneris* 9. *Ianuarij* 1609. *coram eodem, quę est*

in

in eius impressis dicta decis. 457. num. 3. & Card. Seraphin. dicta decis. 666. num. 2. & videndus est addent. ad decisionem Buratti 65. num. sexto. & ibi habetur, quòd respectus, qui habetur pro solutione fructuum dotis ad rationem tot scutorum pro centenario, procedit etiam in illis donationis propter nuptias, licèt à multis fuerit tentum contrarium, vt habetur in addit. ad eam decisionem Buratti, vbi per te recurrere poteris.

35 Fallit tamen, quando augmentum esset non verum, sed simulatum, quia tunc illud non gaudet priuilegio veri augmenti dotis, *vt ait idem Card. Seraph. decis. 201. num. 3.*

36 Declara tamen, quòd illud augmentum non debetur, nisi pro qualitate dotis solutæ, & non aliàs, *vt ait Franc. Mart. decis. 17. num. 1. par. 2. & Mohedan. decis. 1. de pignorib. & hypothec. & ibi in addit. Magon. decis. 34. num. 4. Rota Florent. Borgnin. decis. 42. num. 5. par. prima, Boer. dec. 22. num. 19. Rota decis. 316. num. 3. par. 2. diuers. Thesaur. decis. 46. num. 7. Guidopap dec. 368.*

37 Vndè ex prædictis sequitur, quòd vbi non est dos, ibi non est augmentū dotis, *vt ait Rota decis. 316. num. 3. par. secunda diuers. & decis. 589. nu. 1. par. 1. diuers.*

Contrarium, quòd scilicet dos promissa vera dos dicatur, ita vt Statutū loquens de lucro dotis habeat quoq. locum in dote promissa, licèt non tradita, *ait Menoch. lib. 6. de præsumpt. præsumpt. prima, num 21. & ibi plures allegat Gratian. lib. 4. disceptat. c. 666 num. 22. Rota per Burattum decis. 432 num. 3. & decis. 248. num. 6. par. 4. diuersor. & in Senogallien. Dotis 23. Ianuarij 1608. coram Card. Pamphilio*, & quòd huiusmodi opinio sit magis recepta, & æqua, *ait Gasp. Ant. Thesaur. in quæst. forens. lib. 2. quæst. 75. & sæpè fuit canonizata à Rota Romana, & prius per Achil. de Grass. decis. 13. de constit. & in dicta decis. 248. par. quarta diuersor. & per Gregorium decis. 51. num. 1. & ibi per eundem num. 11. & decis. 204. num. 20. & fuit dictum in Asculana Dotis 29. Maij 1596. coram Litta, & in Romana Dotis de Maximis 3. Martij 1606. & in Senogallien. Dotis coram Cardinali Pamphilio.*

Extende prędictam secundam opinionem procedere, etiam si statutum mandaret dotem apud virum remanere debere, *vt fuit dictum à Rota in dicta decis. 248. num. 2. par. quarta diuersor. & in dicta Asculana Dotis coram Gypsio, & in eadem 9. Martij 1603. coram Card. Sacrato.*

Subextende eam quoque procedere, siue statutum tacitè, siue expresse loquatur de dote data, quia nihilominus illud habet quoque locum in promissa non dum tradita, *iuxta ea, quæ ait Menochius dicta præsumpt. prima num. 21. & ita quoque fuit resolutum in illa Asculana Dotis coram Cardinali Sacrato.*

Declara tamen eam opinionem primò non procedere ad fauorem vxoris, quando ab ea fuisset facta promissio de dote, sed maritus eam minimè consequi potuerit, veluti, quia eatantum in bonis non habebat, vel alia causa simili, quia tunc de tali dote hoc modo promissa lucrum soluendū non veniret, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 883. num. 2. & sequen* vbi ait, quòd isto casu venit attendenda æstimatio de tempore obitus, non autem promissionis.

Declara prętereà, quòd illud lucrū dotis peti non possit ab vno ex coniugibus altero pręmoriente, antequam dies solutionis euenerit, sed tenetur expectare tempus datum ad soluendā dotem, quo elapso, poterit superstes ex coniugibus eius lucrum consequi, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Manticam decis. 337. per totam, & Neguf. quæst. forens. 441. num. 9.*

38 Infertur septimò, quòd veluti mulier pro dote se obligans Velleiano no gaudet, & ita quoq. augmento, & antefato, *vt ait Franch. in sua dec. 182. n. 1.* Et ratio est, quia pinguius est priuilegium dotis, quàm illud Velleiani, *vt ait Grat. lib. 4. discept. c. 647. nu. 17.*

Et

39 Et sic igitur veluti solemnitates statuti non curantur, quando mulier pro dote se obligat; Ita nec etiam pro illius augumento, *vt fuit dictum à Rota per Put. decis. 160. lib. 3. Caputaq. decis. 193. par. 3. & in vna Romana Dotis 29. Maij 1602. coram Ortembergo, & in alia Romana Refectionis contractus Lunæ . Decembris 1608. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est in eius impressis dec. 433. num. 1. & prius in Romana Societatis Officij Lunæ 4. Februarij 1602. coram Penia.*

Extende hic obiter eodem modo procedere in alijs contractibus, in quibus mulier, vti diligentissimus paterfamilias contraheret, quia tunc solemnitates non essent necessariæ, *vt ait Grat. discept. cap. 756. num. 18.*

40 Fallit tamen primò, quando essemus in augumento dotis, quod fit à persona, quæ dotare non tenetur, nec non ab ea, quæ donare prohibetur, quia tunc solemnitates sunt adhibendæ, & ratio est, quia illud augumentum præsumitur factum ad defraudandum statutũ. licèt secus si pro dote tantum mulier extranea se obligaret, quia tunc solemnitates non essent necessariæ, *vt dixi in conclus. 86. & vt ait Rota per Coccin. dicta dec. 433. nu. 2.*

41 Fallit secundò, quando essemus in muliere, sed minore, quo casu solemnitates essent seruandæ, licèt secus quando esset maior, *vt fuit dictũ in vna Bononien. Census 20. Februarij 1609. coram Card. Marcomontio.*

Licèt huiusmodi fallentia veniat regulanda *iuxta decis. Surd. 287. per totam.*

Declara tamen id, quod fuit dictum de muliere se pro dote obligante non procedere, si mulier obligaret se cum viro pro dote communis filiæ, quia illa obligatio tenet quasi, quòd videatur se obligare dicti mariti contemplatione; licet multi contrarium teneant, & maxime si Iudicis decretum intercedat, & eò magis, quia mulier contra virum potest se valere, aliàs si esset non soluẽdo, tũc mulier tenetur dotare filiam de proprio in subsidium *vt Grat. lib. 4. discept. cap. 647. num. 10. cum seqq.*

42 Infertur octauò, quòd augumentum pecuniæ in gabellis debeatur venditori, ad quem res principalis pertinet, *vt ait Thes. in sua decis. 214. per tot. & Ric. in sua collect. 384. propè med. par. 2.*

43 Infertur nonò, quòd augumentum, quod peruenit ex corporibus hæreditarijs lucro legitimæ cedit, *vt ait Rota per Cæsarem de Grassis decis. 160. num. 3.*

Quòd tamen declara procedere cum ea distinctione, vt supra dixi in *conclus. 42. num. 725. cum seqq. omnino viden. ex doctr. Grat. lib. 1. discept. cap. 165. num. 1. cum seqq.* Vbi subdit in hoc proposito, quod augumentum, siue diminutio hęreditatis nocet hęredi, non autem legatariis, quantitatis etiam, si citra dolum hæredis illud fieri contingat, *l. in ratione la 2. in princ. l. cum quo 56. ad leg. Falcid. Peregr. de fideicom. art. 4. num. 56.* & ratio est, quia aditio retrotrahitur ad tempus mortis testatoris, cum tunc obligatio contrahatur circa legatorũ præstationem, *l. ex maleficijs, §. hæres de act. & oblig. & l. hæredes quandoq. de acquir. hæred.* & propterea videmus, quòd in detrahenda falcidia debet cõsiderari tempus mortis testatoris, & ideo diminutio, & augmentum ad cũ spectat, prout est in quolibet hærede quantitatis. *l. incendium, C. si cert. pet.* nisi tamen aliquo casu res & testator insimul perijssent, *l. sed & in illo, in fine de reb. dub.* Secus autem, vbi essemus in legatariis certæ speciei, siue etiam quantitatis alicuius generis subalterni, aut respectu certæ speciei, quia tunc temotis dolo, & culpa hæredis, tunc diminutio ad legatarios spectaret: & ratio est, quia qui in specie tenetur, eius interitu liberatur, quando illa perit sine culpa eam præstare debentis, *l. si ex legati causa, de verb. oblig. l. in ratione la 2. & §. diligenter, ff. ad leg. Falcid. & alij allegati à Grattano ibi supra num. 3. & 4.* vbi multa alia in hac materia, & simili latè tradit.

Infertur

44 Infertur decimò augumentum temporis spectare ad emphiteutam, non autem ad dominum directum, *vt ait Marta decis. 69. Rotę Pisanę.*

45. Extende primò idem procedere in augmento manufacto, *vt ait Franch. decis.* 191. vbi tamen ait id esse verum, si deuolutio fiat non ex culpa emphiteutæ, veluti, ob lineam finitam, at secus si è contra, quia tunc tàm in illa emphiteusi priuati, quàm in ea Ecclesiæ augumentum spectat ad emphiteutam, *Franch. ibi sup. num* 1.

46 Extende secundò in eo facto in feudo, *vt pulchrè ait D. de Ponte in sua decis.* 12. vbi fuit dictum melioramenta deberi hæredi feudatarij, deuoluto feudo per lineam finitam; sed declara procedere solùm in eo tantùm, quod est melioratum, non autem impensum *vt ait Magon. decis. Florent.* 52. *& dixi in verbo æstimatio*, licèt *Franch. in decis.* 38. *num.* 5. *vers. Item aduertendum* dicat illud, quod fuit impensum esse reficiendum, solum procedere, quando fundus vendicatur à Domino, at secus si super fundo iure hypothecę agatur.

Licèt tamen secus elset, quando impensę, siue melioramēta respiciunt vtilitatem perpetuam, & vltra tempus conductionis duraturam, quia tunc illa spectarent ad dominum, non autem ad conductorem, vt ait *Rota per Buratt. decis.* 210. *num.* 11. *& ibi in addit.* Sed *Rot. in decis.* 473. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* dicit quòd melioramenta, & impensæ factæ in re conducta vtilitati domini cedunt, si ita inter locatorem, & conductorem fuerit conuentum; aliàs secus *Grat. discept.* 810. *&* 934. idem ait *Valasc. de iure emphyt. quæst.* 25. *num.* 18. *& Rota in Lucana Molendini* 27. *Iunij* 1611. *coram Penia*, sed quomodo id procedit dixi *in concl.* 136. *sub num.* 21.

Extende prædicta eodem modo procedere etiam in melioramentis ad perpetuam vtilitatem factis, quæ fideicommissarius soluere, & restituere tenetur, neque cum fructibus compensantur à grauato perceptis; & ratio est, quia expensæ semper debent refici ab illis, quibus res restituitur circa quam fuit vtiliter impensum, vt ait *Rota decis.* 86. *num.* 1. *par.* 3. *recent.* & ibi multa in hac materia, idem ait *Franch. decis.* 109. *Caualcan. decis.* 29. *par.* 2. & ita quoque fuisse decisum refert *Apostill. ad Magon. in decis. Rota Lucens.* 33. *& Riccius in sua collect. decis.* 2072. *in princip. par.* 5. & à quo tempore sint restituendæ huiusmodi expensæ, tradit *Thes. in decis.* 251. vbi concludit de communi tempus, quo factæ fuerint non esse attendendum, sed benè illud restitutionis in fideicommissis; Licèt secus sit in illis factis à conductore, quia tali casu tempus, quo fuerint factæ, & non illud petitionis venit attendendum, vt ait idem *Gamm. decis.* 137. *Gratian. decis.* 225. *& Ann. dec.* 282. *& Ricc. vbi supra*; licèt *Card. Seraph. in sua dec.* 1051. *n.* 1. dicat, quòd melioramenta sunt ęstimanda in id quod minus fuit impensum, *iuxta tex. in l. in fundo de rei vendicat.* & latè dixi in *conclus.* 69. *num.* 52. sed quæ melioramenta vtilia dicantur ad hoc, vt deduci possint, *ait Marescott. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 109. *&* 110.

Animaduertendo tamen, quòd tunc illa melioramenta reficienda non veniunt, quando ea fuissent eo animo facta, vt per impotentiam refici non possent per eum, qui aliàs ea reficere teneretur, vt ait *Gratian. lib.* 5. *discep. c.* 913. *nu.* 31. *& Mag. dec. Luc.* 33. *nu.* 21. *& seqq.* sed ad hoc, vt quis in mala fide constituatur, ne illi melioramenta reficiantur, nota quòd est illi facienda protestatio, ne melioramenta faciat in re empta, vel alio modo obligata, aliàs, quòd solo cedant, vt ait *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 193. *num.* 9. *& seqq.* vbi dat formam faciendi hanc protestationem, quā per te videre poteris.

47 Infertur vndecimò, in re vendita sub hasta, quia tunc creditor posterior non potest prætendere aliquid circa temporis augumentum, cum illud in beneficium possessoris cedat, vt pulchrè ait *Anchar. decis.* 56. *par.* 1. *Franch. decis.* 38. *num.* 4. *& seq.* vbi propterea ait, quòd adiudicatio fit solum

lum pro eo, quod valebat tempore obligationis; licèt secus, quando valor rei esset auctus ex tempore, & non ex facto possessoris, quia tunc cederet in beneficium creditoris, vt dicunt *Negusant. Couarruu. & Paris. allegati à Franch. in prӕcitat. loco num. 5. & seq.*

48 Infertur duodecimò, quòd augmentum temporis spectat ad filiam pro legitima, *vt ait Georgius in sua allegat. 40.*

49 Infertur decimotertiò, quòd augumentum monetę cedit commodo creditoris, non autem debitoris, vt latè ait *Surd. cons. 335. & cons. 349. Cinc. de censib. par. 2. cap. 2. quӕst. 4. artic. 4.* quæ enim opinio fuit canonizata à *Rota in decis. 114. par. 1. recent. & in 2. par. decis. 597. & in Roman.* Pecuniaria 23. *Ianuarij* 1589 *coram Penia, & in Cremonen. pensionis, 11. Iunij* 1598. *coram Orano, & in Cesenaten. pecuniaria* 1597. *coram eodem Penia, & in Foroliuien. census, 12. Iunij 1609. coram Iusto, & per Gregorium decis. 42. per totam*, vbi cum addente concluditur, quòd solutio monetæ fieri debet de antiqua quoties sit mutata pecunia in pondere, & bonitate ihtrinseca, si fieri potest; sin minus de noua, sed ad valorem antiquæ, & sic isto casu tempus obligationis est attendendum; at secus, quando illius mutatio esset in bonitate extrinseca, quia tunc tempus solutionis est attendendum; veluti dicitur, quando certa species monetæ fuit promissa, quia si repetitur tempore solutionis, tunc absque vlla difficultate, vel est soluenda species eadem promissa in corpore, vel altera species alterius monetæ, cum qua possit emi illa moneta in obligatione deducta, *vt fuit latè deductum in vna Mantuana pensionis* 12. *Iunij* 1617. *coram Dunozetto*, & ibi fuit resolutum, quòd pensio reseruata in ducatis de Camera est soluenda, vel in ducatis de Camera in corpore, siue in tot alijs nummis, quibus totidem ducati de Camera iusti ponderis emi possint, cum hodie dicti ducati in corpore reperiantur, licèt in parua quantitate, idem fuit decisum *in Capuana pensionis 6 Martij 1617. coram Card. Verospio, & in alia Placentina Vicariӕ, 10. Ianuarij 1620. coram Rembeldo,*

Sed quid erit dicendum de augmento contingenti in re vendita, cum pacto redimendi; an scilicet ad venditorem, siue potius ad emptorem illud spectet, vide *in verbo Alluuio, concl. 94. num. 13. cum seqq.*

ARGVMENTVM.

AVIAMENTVM APOTHECAE, siue alterius exercitij, quo modo sit in iure æstimandum.

CONCL. CLXXI.

1 AVIAMENTVM alicuius Apothecæ, seu exercitij, nota, quòd fit per artifices benè tractando auentores, iuxta adnotata *in l. 1. §. Caupones, & ibi glos. in verbo Atriarij, ff. de naut. caupon. & stabul. Caph. cons. 328. num. 19. & seqq. lib. 3. & Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. par. 1. & 11. in princip. num. 73.* & ita fuit decisum à *Rota in vna Romana executionis, Veneris 2. Maij 1614. coram Vbaldo, quӕ est in 2. par. recentior. decis. 540. num. 7.*

2 Vndè ex prædictis infertur primò, quòd auiamentum ęstimationem recipit arbitrio iudicis, siue arbitri, *vt ait Petr. de Vbald. ibi supra par. 1. & 11. Rota per Coccin. in sua decis. 459. & in illa coram Vbaldo, & Gratian. lib. 3. discept. cap. 547. num. 17.*

3 Sed est benè verum, quòd auiamentum differt à directo, vtilique dominio, *vt ait Caph. d. cons. 328. num. 25. & 66. lib. 3. & Gratian. in prӕcit. loco num. 18.*

4 Declara tñ prædicta procedere, qñ auiamentum esset bonum, & personarum frequens concursus in suo exercitio, quia tunc quæstum affert, aliàs, non entis nullę sunt qualitates, vt ait idem

idem Cephal. & Gratian. in præcitatis locis.

5 Infertur secundò, quòd illud auiamentum debet esse commune inter fratres, siue inter socios illius potest certo pretio æstimari, & taxari per arbitros, *vt ait Gratian. ibi supra num. 17. & Rota in dictæ decis. 540. num. 7.*

6 Infertur tertiò, quòd licèt signum alicuius apothecæ non sit de sua natura, neque lucrum, neque damnum; nihilominus, quia res, quæ sub tali signo venduntur, inducunt concursum aduenturum eos alliciendo, ad emendum ob earum legalitatem; idcircò concursus iste fit considerabilis, & sic venit inter fratres, siue socios æstimandus, *vt ait Petr. de Vbald. in prçcit. loc. Caph. d. cons. 328. num. 22. Gratian. d. cap. 547. num. 17.*

7 Infertur quartò, quòd post mortem mercatoris signum illius exercitij, siue auiamenti non diuiditur, nec quilibet hæres potest illo vti; sed pęnes vnum remanere debet signum, & solum cōmoditatis diuisio est fienda, per iudicem, qui arbitrari debet auiamentum illud, attenta commoditate, quæ ex eo signo percipitur, *vt ait Petr. de Vbald. in præalleg. loco num. 75.* vbi loquitur de signo testatoris, quo vtebatur in cartis, quæ fabricari fiebant, *idem ait Hector Felician. de societ. c. 40 num. 46. Bart. de insign. & armis, num. 12. Bald. in l. 1. num. 3. C. pro soc. Stracc. de mercatur. par. 2. num. 99. Gabriel. Bened. in cap. Raynutius in verbo Raynutius de clero, num. 59. cum seqq. de testament. & Gratian. lib. 3. discept. cap. 547. num. 19. & seqq.*

8 Infertur quintò, quòd iudex potest prohibere, ne alius vtatur signo alterius, etiamsi non fuerit requisitus, *vt ait Gulielm. in prçcit. loco*, & ibi dat cautelam ei, qui ius prçlationis in vtendo hoc signo habere prætendit, qui animaduertere debet, vt non reddat se actorem in petitorio, quia si hoc faceret, non posset lite pendente eo vti, sed id experiri debet remedio possessorio manutentionis, & retentionis possessionis, aduersarium tamquam turbatorem repellendo; nā alio modo agendo illum aduersarium possidere præsupponeret, iuxta ea, quæ ait *Bald. in l. 1. C. vt nemin. lic. sine iudic. auct. sign. imprim. reb.* & latè tradit *Cassan. in catal. glor. mund. par. 1. conclus. 31. vsque ad 35.*

ARGVMENTVM.

DE AVOCATIONE CAVSARUM.

CONCL. CLXXII.

1 AVOCATIO causarum est litis pendentis coram inferiore ad superiorem, absque prouocatione facta, translatio, *vt ait Beninten. decis. 41. Rota Bononiæ, Andr. Gayl. decis. 41. Camer. Imperial. & Marta in compilat. decis. tom. 1. cap. 4. ferè in fine in verbo Causa*; & nota, quòd est odiosa, & propterea non præsumitur, & præcipuè sine causa, *vt ait Rota per Card. Caual. dec. 117. num. 3.*

2 Vndè auocata, quando semel est causa, nota quòd semper auocata remanet, itaut iudex inferior amplius in ea se intromittere non valeat, *vt ait Magon. decis. Rotæ Flor. 90. num. 8. & Put. decis. 234. num. 1. lib. 2. Mohedan. decis. 320. alias 12. de sentent. & re iudic.* & ratio est, quia, vbi maius extat, minus tacet, *vt ait Card. Seraphin. decis. 1027. num. 8. & Put. decis. 234. num. 2. lib. 2.*

3 Extende id in tantum procedere, vt neque iudex inferior, etiam de consensu partium in ea amplius se intromittere possit, *vt ait Rota decis. 76. in nou.*

4 Extende multò magis procedere, quando Papa vlterius procederet, reseruando, siue annullando, *vt ait Cardin Seraph. decis. 580 num. 1.*

5 Contrarium licèt videatur tenere *Couarruu. practic. quæst. cap. 9. num. 7.* vbi ait, quòd si ille, cuius fauore auocatio causæ fuit facta ea vti nolit, vel illi renunciet, tunc iudex, à quo fuit facta auocatio, ca non obstante, immò etiam

etiam cum decreto irritanti procedere valebit.

6 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando reſcriptum auocatorium fuiſſet iudici, & parti præſentatum, aut intimatum, & ſic, quando eſſet commune effectū, quia tunc inuito impetrante, alter eo vti poſſet, vt dicunt *Doctores in cap. ex parte Decani, vbi Ant. de Butr. col. 2. de reſcript. Abbas, & alij in cap. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat.* & vt latè in terminis commiſſionis communis eſſe, ita fuit dictum *à Rota in vna Salamantina penſionis 15. Ianuarij 1584. coram Bubalo, & Rota deciſ. 24 & deciſ. 28. par. 3. lib. 3. nouiſſim.* & nota, quòd tunc fit communis commiſſio, & iurisdictionem tribuit iudici per citationem ad dicendum contra, & non aliàs, cum tunc pars ea, vti vellenon cenſeatur, *vt ait Buratt. in ſua deciſ. 138. num. 2. Aegid. deciſ. 46. & 419* & ita fuit d. iam *in vna Mutinen. Canonicatus Lunæ 23. Iunij 1603. coram Cardin. Seraphino, & in alia Bracchaten. de Ganphor Mercurij 19. Nouembris 1605. coram Card. Sacrato.* Quòd quidē procedit, etiamſi citatio fuiſſet nulliter facta, quando tamen pars illius notitiam habuerit, *vt ait Put. deciſ. 252. lib. 2. & Rota deciſ. 947. par. 3. lib. 3. nouiſſim.*

Secunda verò opinio, ſuper dicta auocatione cauſæ loquens forſan procedere poſſet, quando non fuiſſet facta, nec parti, nec iudici auocationis intimatio, & ſic re integra, vt ait *Magon. d. deciſ. 90. num. 9.* & ad id faciunt quoque deciſiones *Rotæ Romanæ ſuperius alleg. coram Bubalo, Seraphino, & Sacrato.*

7 Contra tamen hanc ſecundam opinionem tenent *Rota deciſ. 75. aliàs 6. vt lit. penden. in nou.* vbi ait, quòd eum ſemper lis pendere abſque intimatione dicatur in præiudicium committentis; ergo ſequitur, quòd illius reſpectu res integra dici non poſſit, & ſic quicquid ille faceret attentatum diceretur, *vt ait Put. dec. 234. nu. 4. lib. 2.*

8 Declara tamen primo illud procedere, quando aliquid ab eo fieret lite, ita pendente extraiudicialiter, veluti, ſi interim nouam gratiam impetraret, vel poſſeſſionem acquireret; ſecus autem, quando aliquid faceret, quod à iure permitteretur, vt ſi alterum iudicem ab eodem principe impetraret, ex ea ratione, quia cauſa vna poteſt pluribus iudicibus committi, & coram quocumque cauſa expediri, ſi non opponatur *iuxta doctr. Innoc. in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit.* necnon ex altera ratione, quia reſcriptum licèt ſubreptitium iuriſdictionem tribuit, parte non opponente; Vndè ſi poſt cōmiſsionem cauſæ in curia fuerit obtenta illius commiſsio de nouo extra curiam, tunc ſi procurator aduerſarius non opponeret de illius pendentia in curia, ſed ſolum diceret præſente procuratore exaduerſo, & non conſentiente, niſi in parte, & partibus, id non ſufficeret ad faciendam eam in curia remanere, quia erat opus, vt procurator opponeret ſimpliciter de litis pendentia in curia, *vt ait Aegid. in deciſ. 456. & deciſ. 462. allegat. Put. d. deciſ. 234. num. 6. lib. 2. & Rota per Buratt. in deciſ. 74. num. 2. & ibi in addit. num. 6.* vbi ait prædicta eſſe vera, quādo eſſemus in reſcriptis iuſtitiæ, quæ regulariter ſuſtinentur, donec aduerſarius ſubreptionem reſcripti alleget; Secus autem, ſi eſſemus in illis Gratię, quæ ſi ſubreptitiè fuerint obtenta fiūt ipſo iure nulla, etiam non opponente parte, ſed ſi forſan in literis eſſet reſcriptum Gratiæ, & Iuſtitię, tunc illud eſſet ſpectandum, quòd eſſet magis principaliter conceſſum; veluti ita diſtinguendo, *ait Ferentill. ad dec. Burat. 73. nu. 6. & 7.*

Licèt ſit benè verum, quòd clauſula (cuius litis ſtatum) excuſat reſcriptum à ſubſcriptione, ob non factā litis mentionem, vt fuit dictum *in Rom. Canonicatus S. Mariæ inuiolata 29. Maij 1624. coram Buratt. & prius in Senen. bonorum Ven. 4. Iul. 1614. coram eodē.* Aliàs d. clauſula nō appoſita, auocatio cauſę ſubreptitię obtēta eſset ipſo iure nulla, abſq; ſpe exceptionis, nec per cōſequēs vllā iuriſdictionē tribueret, vt dicūt *DD. alleg. à Ferē. in add. ad d. dec.*

Buratti 74. *sub littera A, & Rota in Cauellen. seu Melphien. pecuniaria*, 2. *Decembris*. 1618. *coram* V *baldo, & in eadem coram eodem* 19. *Dec.* 1610.

9 Declara secundò, illam secundam opinionem, vbi habetur, quòd intimatio sit necessaria, ad hoc, vt causa auocata censeatur, non procedere, quando appellatio, siue auocatio causæ esset approbata, quia tunc licèt intimatio non subsequatur; nihilominus causa non desinit esse talis, vt dicit *Bisignett. in sua decis.* 13. *de rescript. & Rota decis.* 48. *eodem tit. in antiq.*

Et ratio prædictorũ ea est, quia quã iudici non fuerit intimatum, quòd ab eo fuit auocata causa, tunc in ea posset absq; vitio attentatorũ procedere, sed de hoc tamẽ præsumitur iudex de partibus, siue pars ipsa de huiusmodi auocatione causæ certiorata; veluti, si signatura hoc modo auocationis causæ rescripsisset, audito aduersarii procuratore, qui tunc censetur suum principalem in partibus certiorasse, iuxta tradita per *Roman. consil.* 48. *nu.* 8. *vers. & igitur, ex præmissis sæpius a Signatura, & à Rota approbatum*; veluti testatur *in decis.* 398. *num.* 3. *par.* 1. *& decis.* 131. *num.* 7. *par.* 2. *diuers. & Seraphin. decis.* 856 *sub num.* 1. *versic. tertio concurrit, & decis.* 95. *num.* 2. *par.* 1. *in recent. & in* 2. *decis* 93. *num.* 4. *& in Aretina Cappellaniæ*, 9. *Februar.* 1618. *coram Buratto*, & alias sæpissimè, & testatur *Marchesan. de commiss. par.* 2. *cap.* 7. *de commiss. auocat. caus.* §. 1. *nu.* 5 *fol.* 272. quòd signatura, quando per viam commissionum causas de partibus auocat, solet considerare opportunum tempus, intra quod iudices possint facilè de huiusmodi auocatione certiorari in partibus, quo enim elapso, si ad vlteriora procedatur in causa, tunc omnia vti attentata reuocanda veniunt; perinde, ac si nunquam gesta forent, quia, concurrente huiusmodi verisimilitudine scientiæ, & præsumptæ certiorationis, fingunt contrarium in spretũ principis, & signaturę, quod non est sufferendũ, sed in materia, quã do sola sola scientia non sufficiat, ad effectum causandi attentata, sed quòd sit etiam necessaria denunciatio, vide, quæ dixi supra *in verbo Attentata in conclus.* 160. *num.* 54. *& seqq.*

10 Declara igitur tertiò, quod licèt appellatio non intimata causam deuoluat, quoad appellantem, id tamen non procedit, quoad appellatum, *vt ait Aegid. in sua decis.* 173. Licèt etiam, quando non esset intimata appellans non prohiberetur iudicem extra Curiam impetrare, *Put. d. dec.* 234. *num.* 3. *lib.* 2.

11 Subdeclara tamen, quòd post commissionem causę pars potest executioni illius citationis, & intimationis renunciare; veluti de resolutione maioris partis Dominorũ de Rota, 2. *Martij* 1545. *testatur Put. in d. decis.* 234. *in fine.*

12 Sed prædicta rursus declara procedere, quando Princeps, siue Papa de certa scientia id faceret; aliàs secus, quia causa semel effecta curialis, ex ea extrahi non potest, sine illius expresso consensu, Vndè veluti in dubio non censetur Papa velle auocare iurisdictionem à primo iudice, nisi de certa scientia id faciat, ita quoque in extrahendo illam à curia, *Aegid. dec.* 46. *&* 419. *Put. in prac. loco n.* 2. *Bisign. dec.* 13. *in fine, Grat. lib.* 3. *discep.* 5. 510. *n.* 15 vbi ait, quòd causa debet esse magna ad hoc, vt auocetur *à Rota Marches. de commiss. auocat. caus.* §. 1. *num.* 57. *& Rota in Romana pecuniaria*, 28. *Februarij* 1614. *coram* Card. *Verospio.*

Extende id in tantum esse verum, vt propterea si inhibitio à primo iudice in curia fuisset emanata, tunc omnia post eam gesta coram iudice, ad quem, inde fuit recursum, vti attentata essent reuocanda, & per consequẽs saltem officio iudicis veniunt purganda, *vt fuit resolutum à Rota in Romana Vineæ*, 5. *Maij* 1606 *coram Penia, & in alia Romana Prædij*, 10. *Maij* 1607. *coram Greg. & Marchesan. par.* 2. *de comm. deuolut. caus. fol.* 586.

13 Illud autem, quòd fuit dictum de Principe valente ad se causas à suis inferioribus auocare, Restringe non procedere in Camera Imperiali, a qua

qua ad ſe Imperator cauſas auocare non poteſt, nec illi, ne in cauſis procedat, inhibere; & ratio eſt, quia ille in iuriſdictionem illius Cameræ ex contractu conſenſit, & propterea ad illius obſeruantiam, etiam de iure communi tenetur, & ſic cum Camera illa ordinariam iuriſdictionem ab ordinatione Imperii habeat, quæ vim legis habet; idcircò ea contrario imperio impediri non poteſt, *vt ait Andr. Gayll. deciſ. 41. par. 1. & Benintend. deciſ. 41. Rota Bonon.*

14 Vndè ex prædictis infertur, quòd ſi Imperator mandet Cameræ, vt in tali cauſa iuſtitiam faciat, tunc non cenſetur delegare cauſam, ſed potius iuriſdictionem ordinariam excitare, quia regula eſt, quod commiſſio ſuperioris iudici ordinario facta illius iuriſdictionem excitat; Licèt ſecus, vbi per commiſsionem ſuperioris concederetur ordinario iuriſdictio tantum delegata, veluti ita diſtinguendo, ait idem Gayll. d. deciſ. 41. num. 6.

15 Et quæ cauſæ ad illam Cameram ſpectent, tradit *Marta in dicta com. pilat. deciſ. in verbo Cauſa, cap. 1. tom. 1 & Andr. Gayll. in ſua deciſ. 1. par. 1. Camer. Imperial.*

16 Delphinus autem in Statu Delphinatus alio modo procedit, quando ibi reſidet; nam ſæpè ad ſe cauſam in alio iudicio pendentem auocat, & interdum etiam ad ſuum magnum conſilium auocari mãdat, & tũc illud Præfecti Prætoris vim obtinet, quandoq; Curia Parlamenti, ſi illi iuſtum, & æquum videbitur, cauſas in aliis Curiis inferioribus indeciſas pendentes auocari iubet. Et tunc ille, qui cauſam auocari petit, ſiue ſit actor originarius, ſiue non, acta producere tenetur, ſicuti de conſuetudine illius curiæ obſeruari teſtatur *Guidopap. in ſua deciſ. 441. & Marta ibi ſupra cap. 5.*

18 Extende, quòd etiam cauſæ ſæpè auocari ſolent ad ſuperiorem, ſi iudices ordinarii intra menſem partibus inſtantibus iuſtitiam miniſtrare renuãt aut iudicium aperire denegent, ſiue illud in longum protrahant, ſed tunc in d. Camera Imperiali, ita ſeruari ſolitum eſt, vt mandatum, cum ea clauſula decernatur, quod intra certũ tempus iudex iuſtitiã miniſtret, & tũc niſi iuſtis de cauſis iudicium protraxiſſe doceat in pœnam mandari condemnatur, & ſic in iſto caſu promotoriales decerni ſolent, vt teſtatur ita ſeruari *Ioacchym Miſynger. in ſua deciſ. 82. par. 5. illius Imperialis cameræ.*

19 Sed ad hoc, vt cauſa aliqua, per viã denegatæ, ſiue dilatæ iuſtitiæ ad Principem deuoluatur, erit docendum, ſi per negligentiam Magiſtratus iuſtitia differatur, quia tunc, vt plurimum Promotoriales ad eum decerni ſolẽt, ſed ſi ea negata ſit, tunc proceſſus, & citationes contra ſubditos decernuntur, & iudex per tertiam denegationem iuriſdictionem perdit, & hoc caſu appellari poteſt, quòd à neglecta, aut dilata iuſtitia fieri non poteſt, quia per ſuperiorem cogi poterit ad miniſtrandam iuſtitiam, vt dixi in verbo Appellatio, *& Ioachim Miſynger. in ſua dec. 57. par. 3.*

20 Daclara tamen prædicta non procedere, quando Princeps, ſiue Papa cauſam auocaret, dummodo non eſſet inſtructa, quia tunc, ſi eſſet inſtructa, primus iudex pronunciare poſſet, non obſtante inhibitione ab altero iudice emanata, *vt ait Creſcent. deciſ. 1. de iudic.* at ſecus, quando è contra, *vt ait Caſar. de Graſſ. deciſ. 21. alias 5. de reſcript.*

21 Et cauſa inſtructa tunc dicetur, quã do pro altera partium fuerint factæ probationes, quia tunc pro ea pronunciare poſſet, *vt ait Verall. deciſ. 101. par. 1.*

22 Item, inſtructa dicetur, quando tempore auocationis pronunciari potuiſſet, *idem Creſcent. d. deciſ. 1. de iudic.*

23 In Regno autem Siciliæ cauſæ ſiculorum ex Capitulis Sereniſsimorum Regum non extrahuntur à Regno, ſed ſi contingeret cauſas feudales de mandato Catholicæ Maieſtatis, ſiue proprio motu, ſiue ex officio, aut partium inſtantia tranſmittit, tunc ſi infra ſex menſes reſponſum non fuerit, neq; iudicibus fuerit præſentata reſponſio, ſiue alio modo fuerit prædictis literis à

partibus renunciatum istis casibus iudices alia dilationem expectata à causarum decisionem poterunt impunè procedere; secus verò, si essemus in feudis quaternatis, quia tunc ad Regem spectat iurisdictionem concedere Magistro iustitiario, ac quatuor iudicibus M.R C. ea quomodo in definitione illarum causarum sit procedendum, tradit *Garz. Mastrill.in dec.*81 *illius Regni*.

24 Et circa illud, quòd fuit dictum de auocatione facta motu proprio, siue ad partis instantiam, nota quod inter se differunt, *vt ait Petr. Benintend. in sua decis.*41. *Rota Bonon.* Immo nota, quòd auocatio causæ inducitur ex petitione partis, cum rescripto, licèt in eo non fiat mentio auocationis; *Caual. decis.* 152. *num.* 1. quamuis tamen auocata non dicatur causa, ex quo rescriptum fuit, vt iudex procedere cum voto alterius, si illo dare recusante, fuit postea dictum, vt alius cognosceret, quia id solum intelligitur quo ad votum, *vt ait Rota per Caual. decis.*117. *num.*3.

25 Præterea notandum erit, quòd causa auocata nunquam censetur, nisi expræsse dicatur, *vt ait Card. Seraphin. decis.*1155.*num.*1.*& 3.* vbi ait, quòd auocatio causæ odiosa in dubio non præsumitur, & præsertim sine causa, *vt ait Card.Caualer.decis.*117.*num.*3. Secus autem, quando expetitione partis obtineretur rescriptum, quo casu causæ auocatio inducitur, etiam si in eo non fieret mentio auocationis, *vt ait idem Caualer. decis.*152.*num.*1.

26 Quibus vltimo loco hic obiter addatur in materia auocationis, quòd plerumque possessio auocatur, quando ea turbida reperiatur, ne deueniatur ad arma inter partes, quamuis tamē per huiusmodi auocationem, quis sua possessione non priuetur, quia, quando ea fit à iudice ex officio, quia tunc præsumitur facta causa custodire, *Card.Caualer. decis.96.in fine, & decis.*305.*num.*2.*Card.Seraph.decis.*756. *num.*3.*& decis.* 773. *num.* 2. *Cardin. Mantic.decis.*252.*in fine. Gregor.* XV. *decis.*9.*num.*2.*& ibi per addent.& Rot. decis.*513.*num.*6.*par.*1.*& per Coccin. decis.*158.*num.*2.*& decis.*243.*num.*1. *& decis.*259.*num.*3.*& decis.*278.*nu.*2. *& decis.* 478. *num.* 10. & prius ita fuit dictum *in Placentina* Canonicatus, 14. *Ianuarij* 1610.*coram Card. Canaler.*

27 Extende prędicta procedere, etiam si possessor sequestro consensisset; veluti sæpè fuit decisum à *Rota in Pampilonen. Vicaria de Huarte*, 4. *Maij* 1607. *coram Marcomontio, & per Coccin.decis.* 312.*in fine, & per Greg. decis.*9.*& ibi in annot. num.* 12.

28 Et sic igitur huiusmodi auocatio solum priuat possessorem commodo fructuum, sed non iuris effectibus, vt fuit resolutum in Vercellen. Cappellania 18.*Iunij* 1607.*coram eod.Card. Marcomontio.*

29 Declara tamen prædicta non esse vera, quando possessio esset nulla, vel vitiosa, siue attentata, *vt ait Rota per Card.Seraph. decis.*314.*num.* 3. Secus autem, vbi possessio esset clara, quia quando non apparet, quis nam possideat, tunc possessio sequestratur, & per consequens sequestrum priuat sua possessione possessorem, vt fuit dictum in *Placentina Canonicatus*, 22 *Aprilis* 1602. *& in Placentina Cappellania* 8. *Nouembris* 1602. *coram Pamphilio.*

ARGVMENTVM.

AVTHOR, QVANDO POSSIT præiudicare successori, & quando illius bona, vel mala fides in ipsum pertranseat.

CONCL. CLXXIII.

1 AVTHOR nota, quòd dicitur ille, à quo ius in nos transit, vndè venditorem rectè Authorē appellare possimus, & propterea ex huius domi diffinitione infertur, ꝙ mala fides authoris transit in successorem vniuersalem, licèt non tamen in singularem; & ratio est, quia successor vniuersalis tenetur seruare factum defuncti, quod non succedit in singulari, *Grat.in lib.*4.*disc.c.*649. *& Guido pap. decis.*

decis.416.num.10. idem Gratian.lib.3. discept.cap.422. num.8.

2 Extende primò id in tantum esse verum, vt propterea successor non possit iuuari ex possessione sui authoris, qui erat in mala fide, *vt ait Rota per Gregor.decis.249 num.1.* Immo id procedit etiam, si hæres esset in bona fide, quoad restitutionem fructuum, *vt ait Gratian. lib.3.discep. d.cap.422. num. 8.*

3 Etende secundò, quòd quando sumus in hærede, & successore, non solum temporis accessione sui authoris ille vti non potest, quando in mala fide erat, sed nec etiam potest ille à se ipso, ob malam fidem authoris præscriptionem inchoare, *Gratian. lib.2. discept. cap.203.num.15.& Gabr.conclus.5. num.2. de præscript.* vbi de magis communi testatur *Honded.consf.80 num.73.lib.2.*vbi ampliant id quoque procedere in hærede hæredis, *idem Gregor.d.decis.249. num.6.*

4 Extende tertiò, quòd authoris assertio probat contra omnes habentes causam ab eo, vt fuit dictum in vna *Fauentina bonorum de Nicolutijs 15 Ianuarij 1582. coram Card. Seraph. & per Greg XV.decis.172.num.1.*

5 Quod tamen declara procedere, si successor indigeat, vel iure sui authoris vti velit, *vt ait Fab. decis.46.Guid. pap. decis.52.& idem Gregor. decis. 13. num.2. Guidob.decis.52.* & fuit quoq; dictum in vna *Conchen.limitum 8. Ianuarij 1573.coram Oriolen.& in alia Hortunen. Mercurij 17.Decemb.1599 coram Card.Lancellotto.*

6 Extende quartò, quòd acta, & probationes factæ contra authorem, hæredi quoque præiudicent, vt fuit dictum à *Rota per eundem Greg. decis. 205. num. 1.*

7 Extende quintò, quòd etiam cedentis confessio cessionario noceat; quod tamen intellige verum, quando cessio esset facta ad commodum cedentis, siue si cessionarius esset habiturus regressum contra cedentem; aliàs secus, *vt ait Surd.in suo consf. 22. num.9. 10. & 31. & Rota per Gregor. decis.157. num.9.& decis.311. num.13.*

Sed hic obiter erit notandum, quòd regulariter cedens nomen debitoris taliter non liberatur, quominus cessio retorqueri possit, quoties cessionarius in vim illius cessionis, nihil, siue minus à debitore cesso exigere potuerit; & ratio est, quia cum cedere non sit soluere, hinc propterea fit, quòd datur cessionario regressus contra cedentem, si id quòd fuit cessum exigere non potuerit, vt fuit benè deductum à *Rota per Buratt. in sua dec. 476.* & ibi pulchrè *per addentem.* Quinimmò periculum debitoris cessi, tunc ad cedentem, non autem ad cessionarium spectat; quòd enim procedit etiam, quòd cedens cederet iura talia qualia, quia nihilominus tenetur manutenere ius cessum verum, & legitimum, aliàs cessio reincidit contra cedentem, vt ait *Rota ibi supra num. 4.*

Quod tamen primo declara verum adhibita prius diligentia excutiendi debitorem cessum, qui si fuerit non soluendo repertus, tenetur cedens reportata prius fide diligentiarum factarum in principalis debitoris excusione, quia tunc ea taliter existimantur, ac si non adessent, neque, ob id cessionarius eum excutere tenetur, vt fuit dictum à *Rota in Foroliuien.cessionis census 19. Maij 1626.coram Manzanedo,& 2.Iunij 1627. coram Vbaldo.*

Declara secundò, quòd cessionarius habeat regressum contra cedentem, postquam fecerit excussionem, nedum in bonis, sed etiam in persona debitoris; nempè faciendo eum carcerari, siue doceat ipsum arripuisse fugam, seu alio modo capi, aut inueniri non potuerit, *vt ait Scaccia de iudic. lib.1. cap. 76. num. 12. & de commercio, §.2 glos.5.num.255.cum seqq. alleg.ab addẽ.ad d.dec.Burat.476.n.17*

Subdeclara tamen prædicta non esse vera, quando bona debitoris essent taliter intricata, vt commodè ea extricari non possent, quia tunc ea existimantur, ac si non extarent in rerũ natura, vt fuit dictũ in illa *Foroliuien. Cessionis census, 19. Maij 1626. coram*

Manzanedo, & 2. Iunij 1617. coram Vbaldo.

Extende prædicta eò magis procedere, quando quis cesserit nomina debitorũ, & promiserit ea facere bona, & exigibilia; at secus, si ea promisisset vera, & realia, veluti talia, & absq; vlla promissione manuteneri deberẽt, quia ex natura delegationis nominum debitorum infertur solum, vt promissio veritatis, & realitatis iam cessi verificetur, *iuxta text. in l. si nomen, ff. de hæred. & act. vend. cum alijs allegat. à Rota in Romana pecuniaria 27. Martij 1627. & Veneris 26. Aprilis 1630. coram Pirouano.*

Extende prædicta, nedum procedere in vendente, & cedente nomen debitoris; verumetiam in administratore, & factore, qui nomine sui principalis contraxerit cum debitoribus, quia tunc non tenetur eos creatos de tempore, quo eis creditum est idoneos, & exigibiles manutenere; si tamen ille cum eis fecisset, id quòd diligens pater familias facere potuisset, cum ille regulariter non teneatur, nisi de dolo lata culpa, & leui, sed non de leuissima, vt dixi in verbo Administrator, & prædicta eò maximè procederent, quando nos non essemus in simplici administratore rationem reddente, sed in eo, qui ad extinctionem proprij debiti creditori consignasset listam suorum creditorum, quod quidem propriè spectat ad delegationem, quæ operatur restrictionem veritatis, & realitatis debitorum tantum, non autem eorum idoneitatis, iuxta terminos *d. l. si nomen,* & veluti fuit ita conclusum à *Rota in dicta Romana Pecuniaria, Ven. 26. Aprilis 1630. coram Pirouano, omnino vide Grat. discep. 126. per tot.*

8 Extende sextò conclusionem principalem, vt scilicet possessio acquisita contra authorem, etiam suffragetur contra illius hæredes, & successores ad effectum obtinendi manutentionem contra illos, & ratio est, quia possessio est metienda ex persona actoris, quæ non mutatur per mutationem rei, & possessoris, vltra quod hæres non potest dici diuersa persona ab authore, *vt ait Gregorius Decimus Quintus decis. 535. num. 5.* Item quòd neque in eius persona ius authoris mutetur, *ait idem Gregor. decis. 489 nu. 9. idem ait Guidopap. decis. 629. Put. decis. 151. lib. 3. Cardin. Seraphin. decis. 878. num. 1. & 2. & Rota decis. 562. num. 1. par. 1. in recent.*

9 Subextende idem pari modo procedere in pensionario existente in quasi possessione exigendi, cui competit manutentio contra successorem in beneficio, etiam quòd nõ soluerit, *vt fuit dictum in Spoletana pensionis, 21. Iunij 1618. coram Vbaldo, & prius in decis. 505. num. 1. par. prima in recentior.*

10 Subextende secundò, quoque procedere in censuario, cui est danda manutentio contra successorem in re censuara, etiam quod illum censum nunquam soluerit, ex ea ratione, quia per mutationem rei, & possessoris non mutatur possessio exigendi, cum ea semper ex iure actoris sit metienda vt mox diximus, *& Seraphin. dicta decis. 878. num. 1. Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 113. num. 16. & seq.*

11 Secus verò, veluti si essemus in possessione contra emphiteutam acquisita, quia ea non esset manutenibilis contra directum dominum, post deuolutionem secutam, *vt fuit dictum in Ciuitatis Castellanæ iuris pascendi coram Card. Millino.*

12 Et ratio est, quia quando feudum ad dominum est deuolutum, tunc omnes obligationes, seruitutes, & onera expirant, quæ super re feudali extabant, durante inuestitura, iuxta tradita per *Rosental. de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 11. num. 1. & 2. & concl. 18. in princip.*

Fallit tamen primò, quando (verbi gratia) dominus consentij sset vassallum posse illud alienare, siue pignori obligare, quia tunc, si feudum reuertatur ad dominum illud pignus venit soluendum *ex text. in cap. 1. §. quid ergo, vbi Præposit. de inuestit. de re alien. facit Zatius de feud. par. 6. nu. 18. & par. 9.*

& par. 9. num. 8. cum alijs per Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 19. num. 22. & veluti de subsistentia census super feudo impositi de consensu domini in euentum deuolutionis ad illum; fuit resolutum *à Rota in Romana census coram Iusto, quæ est apud Cincium de censibus, decis. 79. num. 1. & sequenti, Afflict. in cap. 1. num. 14. & 15. qui success. feud. dar. ten. & Menoch. cons. 378. n. 41. Rosent. de feud. c. 9. concl. 118 n. 9. cum seqq. & concl. 39. glo. B. in fine.*

Fallit secundò, si vassallus subinfeudasset alium de feudo, quia tunc per mortem subinfeudantis non expirat infeudatio, sed solum per eam subinfeudari; dummodo subinfeudatus sit paratus domino iuramentum fidelitatis præstare, illique seruire, atque ab eo feudum recognoscere; concurrentibus tamen aliis tribus requisitis de iure ad tollerandam subinfeudationem necessariis, quorum quidem primum est, quod sincerè, & sine fraude fiat, secundum quòd alteri fiat, qui sit eiusdem conditionis, & qualitatis, cum subinfeudante; Tertium, quòd subinfeudatio fiat cum eisdem legibus, & conditionibus, quibus tenetur infeudans, vt ait *d. Rosental. de feud. cap. 9. concl. 43. num. 3. & seq.* quo casu non valeret illa regula, vt scilicet resoluto iure dantis ius quòque receptoris resolutum dicatur, cum id videatur esse quædam delegatio vnius lineæ ad aliam lineam, veluti in fortioribus terminis fuit decisum *à Rota in Firmana pensionis 26. Februarij 1625. coram Remboldo, & in Mantuana pensionis, 4. Decembris 1626. coram Merlino,* vbi ad id aliæ decisiones allegantur *Aluarot. in cap. vnico, §. 1. num. 3. vers. item qual. olim. poter. feud. alien. Rosental. cap. 6. concl. 48. num. 1. & seqq. & concl. 49.*

Excude prædicta maximè procedere, si dominus directus translationi in alterum cõsentisset, absque expressa declaratione, quòd solum trãslatio duret, dicto iure transferentis durante; aliàs subinfeudatio de sui natura perpetua, & sic etiam post vitam subinfeudantis esset duratura, *vt ait d. Rosental. concl. 42. num. 7. cap. 9. & concl. 49. in glo. A.*

Imo nota, quòd ad id comprobandum valde confert ea ratio, vt scilicet per subinfeudationem alii vassalli domino directo acquirantur, & præcipuè, quia subinfeudans non desinit esse vassallus, etiam quòd ab eò feudum absit cum iure vassallagii ipse, ac eius successores obligati remaneãt, *vt ait Rosental. d. cap. 9. concl. 47. nu. 2. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 102. sub num. 11. vers. cum vera, & communis. & cons. 226. num. 181.*

Subextende, quòd immo huiusmodi subinfeudationes vtiles, ac fauorabiles reputantur directis dominis, & ratio est, quia multitudo vassallorum dicitur magnitudo principus, *Bald. in cap. sanè, num. 5. de renunciat. Dec. in cap. quæ in Eccles. num. 31. de constit. Becc. cons. 101. sub num. 32. & Abb. in cap. cum Apostolica sub num. 10. de his, quæ fiunt à Prælatis.*

Declara tamen prædicta non procedere, veluti si vassallus non haberet filios, & alium filios habentem inuestiret, quia tunc id non diceretur fieri bona fide ab habentibus filios, cum linea posset in longius conseruari in præiudicium domini, veluti ait *in §. feudum, quæst. 32. num. 5. Rosental. dicto cap. 9. conclus. 43. num. 2. & D. à Ponte in suo cons. 3. per totum, & consil. 64.* vbi multa air in hac materia.

Declara præterea prædicta non procedere in Regno Neapolis, in vim particularis constitutionis; incipiẽ constitutionem Diuæ memoriæ, vt ait *Affl. in præcit. loco de feud. & vide in concl. 154. num. 33.*

Et reassumendo principalem conclusionem, extende septimò, eam procedere, vt scilicet successor non possit venire contra factum, siue transactionem à suo authore initam, ex quocunque iure veniat; quod quidem procedit etiam in hæredibus, & successoribus primi hæredis, cum hæres hæredis dicatur hæres testatoris, vt air *Peregrin. de fideicomm. artic. 33. num. 15. Fusar. de substit. quæst. 557. num. 5.*

num. 5. *Surd. conf.* 353. *nu.* 4. *Menoch. conf.* 81. *num.* 9. *Bellon. Iun. conf.* 55. *num.* 50. & *Rota per Cardin.* Caualer. *decis.* 189. *num.* 3. & veluti fuit dictum *à Rota per Gregorium in sua decis.* 418. *num.* 5. *& prius in Romana bonorum de* Columna 13. *Nouembris* 1595. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress.* 1157. *num.* 2. *& Surd. dec.* 30. *num.* 14. *&* 32. *Card. Mantica, decis.* 326. *num.* 5. *Cardin. Caualer. dec.* 430. *num.* 6. *& Rota in Bononien. legati de Marescottis*, 14. *Iunij* 1627. *coram Merlino.*

14 Subextende primò id procedere quoque licèt hæres adiuisset hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarii, quia, etsi illud beneficium faciat eum vltra vires non teneri, nihilominus tenetur, quatenus est in hæreditate, & iuxta vires hæreditarias, *vt ait Rota decis.* 61. *num.* 4. *par.* 2. *in recentior. & decis.* 156. *num.* 5. *d. par.* 2. *in recentior.* & ita fuit dictum *in Romana domorum* 3. *Martij* 1617. *coram Andrea*, & prius *in vna Tiburtina Castri Viuarij* 16. *Februarij* 1596. *coram Cardin. Pamphilio, & Surd. Mantica, & aliæ decisiones superius allegatæ.*

15 Et ratio prædictorum ea est, quia inuentarium ad alium effectum adinuentum non fuit, nisi vt hæres indemnis præseruetur, non autem, vt ex eodem beneficio aliquod lucrum reportare valeret, *vt ait Rota per Manti. in decis.* 326. *num.* 4. *& decis.* 270. *par.* 2. *nouiss. Surd. decis.* 30. *num.* 13. *&* 14. Vndè sequitur, quòd hęres teneretur seruare factum de functi in totum, si nulliter inuentarium confecisset, vt dicunt addentes ad *Buratt. decis.* 154. *num.* 9. *& Socc. iun. conf.* 108. *num.* 43. *lib.* 2. *& Gabr. in concl.* 11. *num.* 12. *de regul. iur.*

16 Subextende secundò præcipuè procedere, quando author promisit, nec per se, nec per suos hæredes contrauenire, *vt ait Rota per Gregorium d. dec.* 418. *num.* 8.

17 Subextende tertiò, eò magis procedere, quando hæres ratificasset factum defuncti, ex perceptione fructuũ rei relictæ, quia tunc censetur eam acceptasse cum oneribus, & per consequens ad illud factum ab authore, se obligasse, vt fuit dictum in vna *Romana palatij lunæ* 15. *Martij* 1604. *coram Card. Pamphilio.*

18 Fallit tamen primò, veluti quando essemus in re alienata, in qua aliqua particularis affectio considerari posset, vtputa, si esset res antiqua suorum maiorum, quia tunc hęredi liceret eam vendicare restituto pretio, iuxta tradita per *Alber. in l. fin. §. in computatione num.* 20. *versic. si autem emptori, C. de iur. deliber. Gabr. consil.* 125. *sub num.* 12. *lib.* 1. *Laderch. Imbl. conf.* 138. *num.* 4. *& Rota in Romana de Theodolis* 10. *Decembris* 1593. *coram Card. Blanchetto, & Rosental. de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *conclus.* 72. *num.* 8 *sub glos. in litera* F. *sed Rota in Tiburtina Sancti Angeli fideicommissi de Vrsinis* 26. *Nouemb.* 1616. *coram Andrea*, noluit firmare eam doctrinam Angeli, sed eam in suspenso reliquit; Veluti pari modo dicitur de hærede beneficiato, qui præcisè non tenetur ad rẽ legatam quando super ea aliqua affectio caderet, siue in ea aliquod interesse haberet, vt fuit dictum *à Rota per Burattum decis.* 395. *num.* 6.

Extẽde, q immò hæres posset quoq; venire contra alienationem rei expressè alienari prohibitę, cum ea alienatio tali casu diceretur ipso iure nulla, *vt ait Barz. decis. Bonon.* 64. *num.* 18. latè *Rota decis.* 110. *num.* 31. *par.* 2. *diuers. & Fusar. de substit. quæst.* 557. *num.* 8.

19 Fallit secundò, quando hæres veniret non ex persona propria, sed ex diuersa, quòd ei facere non prohibetur; veluti, si legatarius ex iure, sibi aliundè prouenienti supplementum legitimæ peteret, vt fuit dictum in *Romana supplementi legitimæ* 13. *Martij* 1579. *coram Clemente Octauo, & in alia Romana Castri Carbogna.* 10. *Decembris* 1584. *coram Robusterio.* Et veluti eodem modo diceretur de filio inuentario legitimè confecto, quia tunc non tenetur seruare factum patris defuncti, nisi in eo, quod remanet

manet supra legitimam, veluti dici in verbo legitima, *& Parif. consil.* 33. *num.* 95. *&* 99. *lib.* 3. *& Gabr. conclus.* 11. *num.* 9. *de regul. iur.*

20 Contrarium videlicet dicat *Honded conf.* 3. *num.* 71. cum aliis ibi allegatis.

21 Concorda tu tamen, quòd licèt hę res ex propria persona, & non vti hæres contra factum authoris venire possit, nihilominus, aut exceptione doli mali repellitur, vel si exceptio non opponatur, tunc hæres de euictione conueniri posset, *vt ait Honded. in præcit. loco num* 78.

22 Et ratio differentiæ, quando hæres agat ex iure authoris, vel proprio ea, est, quia primo casu nullo modo hæres auditur; in secundo autem auditur sed exceptione repellitur, *vt ait Phanucc. allegat. ab Honded. in præcitato loco*.

23 Fallit tertiò, quando essemus in facto nullo, & inualido, veluti, quia ei lex resisteret, quia tunc hæres contra eum venire non prohibentur, vt fuit di ctum in *Arimineu. spolij*, Veneris, 4. *Martij* 1633. *coram Motmanno*; & veluti dicunt infiniti Doctores allegati à *Rota in dicta Romana supplementi legitima coram* Clemente *Octauo*, *Card. Seraph. decis.* 477. *num.* 1. *Rota decis.* 110. *par.* 2. *diuers.* latè *Phanucc. de inuent. par.* 4. *num.* 157. *& par.* 7. *in com.* 10. *num.* 110. *cum seqq. Affl. decis.* 230. *num.* 8. *& Grammat. decis.* 23. *num.* 8. *Gabr. conf* 173. *num.* 6. *lib.* 1 *Peregr. conf.* 7. *num.* 32. *lib.* 3. *Menoch. conf.* 559. *num.* 3. *lib.* 6. *Aym. conf.* 220 *num.* 28.

Extende eodem modo procedere, vbi essemus in singulari successore, cui confessio sui authoris non nocet, si ille iure prædecessoris nõ indigeat, ac illo vti nolit, *vt ait Rota in decis.* 90. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & per Gregor. decis.* 13. *num.* 2. *Guidopap. decis.* 52. *& Faber. decis.* 56.

24 Fallit quartò, quando lex ei in specie permitteret contra illius factum posse venire, *vt ait Grammat. dec.* 93. *num.* 9. *Surd. conf.* 91. *num.* 6. *& consil.* 196. *num.* 54. *Aym. conf.* 200. *num.* 6. *& Parif. conf.* 33. *num.* 97 *lib.* 3.

25 Fallit quintò, quando testator non reliquit hæredi illud, quòd ei necessario relinquere debebat, *vt ait Gram mat. dicta decis.* 93. *num.* 11 *& seqq.* multa ait in hac materia *Pinel. in repet. l.* 1. *par.* 3. *num.* 83. *limit.* 13. *C. de bon. quælib.* Gabriel. *dicta conclus.* 11. *per totam*, *& Ioseph. Ludouic. conclus.* 16. *illat.* 82.

26 Vltimò hic erit notandum, quòd mala fides authoris nocet, quoque illius hæredi, ita vt neque præscribere possit, & nedum in vim accessionis temporis dicti sui authoris, neque minus ex sua propria persona a se ipso dictam præscriptionem inchoando, vt dicunt *Doctores allegati à* Ferentill. *ad decis. Buratti* 505. *num.* 14. *& Gratian, lib.* 3. *discept. cap.* 403. *num.* 15. *& Rota in Romana Canonum*, 15. *Aprilis* 1622. *coram Vbaldo*, *& in alia Romana Palatij* 28. *Aprilis* 1623. *coram Manzanedo*, *& postea in eadem* 31. *Ianuarij* 1624. *coram Remboldo*, *& Gregor. decis.* 249. *num.* 6.

27 Quod quidem amplia procedere, nedum in hærede primo, sed etiam in hærede hæredis, vt ait *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 203. *num.* 15. *& Rota in Romana canonum coram* Vbaldo, *idem Gregor. ibi supra*.

Et ratio prædictorum est, quia mala fides de iure canonico nunquam pręscribitur, vt dicunt omnes *Canonistæ in cap. fin. de præscript. & d. Gratian. d. cap.* 403. *num.* 29. imo etiam per mille annos non præscribitur, *Card. Seraphin. decis.* 1360. vbi loquitur in violento spoliatore, & prius *in decis.* 614. *num.* 2. *Afflict decis.* 13. *num.* 6. *& Rota in dicta Romana Canonum coram* Vbaldo, *& cæteri Doctores quos alleg. Ferentill. in addit. ad d. decis.* 605. *n.* 13. *& Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 78. *nu.* 462.

28 Licèt sit quoque verum, quòd in hoc sufficiet bonam fidem allegare, quia ea semper in dubio præsumitur, & id operatur, quòd alleganti malam illam probare teneatur, vt dicunt *Doctores allegati à Ferentillo ibi supra, & Rota per* Coccin. *in sua decis.* 295. *nu.* 3.

AR-

ARGVMENTVM.

AVVS, QVANDO NEPTEM dotare teneatur, & an in dubio eam dotasse præsumatur, contemplatione filij, vel ipsiusmet, siue potius ipsius neptis intuitu.

CONCL. CLXXIV.

1 IN huiusmodi conclusione quatuor regulæ sunt constituendæ, & prima erit super eo, quod Auus teneatur dotare neptem, quando pater non habet, vnde dotare possit, vt fuit dictum *in Portuen. bonorum 26. Februarij 1580. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 447. num. 5. & decis. 233. nu. 1. par. 2. in recentior. & decis. 526. num. 5. par. 1. diuers.*

2 Et ratio ea esse videtur, quia Auus paternus habet neptem in sua potestate, sed ratio rationis est, quia ille, qui est in potestate aliena alium sub se habere non potest, *vt ait Gratian. lib. 5. discept. cap. 977. num. 6.*

3 Sed hic erit notandum, quòd quando Auus habet neptem in potestate, tunc tenetur eam indefinitè dotare, siue ea sit diues, siue non, sed quando eam in potestate non haberet, tunc non tenetur ei dotem, nisi in subsidium conferre; nempè, quando ea inops esset, vt fuit dictum *in Romana bonorum 28. Iunij 1596. coram Penia, & Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 259. num. 8.*

4 Extende primò, quòd immò Auus semper sub nomine patris continetur in omnibus dispositionibus, & statutis, etiam ex propria verborum significatione, *vt ait idem Gratian. ibi supra num. 3. & 4.*

5 Extẽde secũdo, hic obiter, q̃ si Auus paternus consentiat nepotem hæbreũ baptizari, tunc ille contradictioni patris præfertur, quia (vt supra dixi) Auus sub nomine patris comprehenditur in omnibus dispositionibus, nec per consequens huic obstat constitutio Martini Quinti per Eugenium confirmata; cuius enim dispositione Iudeis cõceditur, vt nemo ex eis, vel eorum filiis, qui nondum duodecimum annum suæ ætatis egerint, siue alio modo doli mali, vel discretionis non sint capaces, sine expresso parentum, aut altero eorum consensu, & voluntate non baptizentur; nam illa dispositio multò magis ad Auum extendi debet in hoc casu fauorabili, dum extenditur ad statuta, quæ sunt stricti iuris, *vt ait idem Gratian. d. cap. 977. num. 2. & 16.*

Neque huiusmodi opinionem tenendo, vt scilicet Aui consensus sufficiat, omisso eo patris contradicentis filium baptizari, contradicitur, illi D. Thomæ, & aliorum, qui communiter tenent, quòd filij hæbreorum non baptizentur parentibus inuitis, & ratio est, quia cum appellatione parentum, Auus quoque veniat, etiam in materia stricta; ergo multò magis in hac tam fauorabili, tum religioni, tum etiam animarum saluti; cuius quidem importantia adeò est ampla, vt propterea de vno casu ad alium sit extendenda; vnde meritò quidem in isto casu filij patris hębrei, vel alio modo infideles veniunt potius consignandi Auo conuerso, quam patri adhuc in infidelitate existenti, & eò magis, quia licèt patria potestas non attendatur in his, quę animę fauorem respiciunt; nihilominus in his, in quibus ea venit attendenda, Auus patri pręfertur, quia nepos in illius, non autem patris potestate existit, ex ea ratione, quia, qui est in potestate aliena non potest alium sub se habere, quę quidem patria potestas, vtique tam judeis, quam christocolis conceditur, cum ipsi quoque iure Romanorum vtantur, vt de prędictis omnibus dicunt Doctores allegati à *Gratiano in d. c. 977. per totum.*

Extende pręterea ea, quę fuerunt dicta de Auo patri pueri baptizandi præferendo in pręstatione sui consensus in eo baptizando, procedere quoque

quoque ad fauorem matris, cuius consensus præfertur tenuentiæ patris in conferendo baptismo filijs, & ratio est, quia illa conditio semper est attendenda, quæ magis fauet filijs, ac eorum animæ, & sic hæc opinio est ab omnibus tenenda, & reijcienda illa Nauaræ tenentis pro patre contra auum *in suo consil. 4. de conuers. infidel. & consil. 1. de baptism.* veluti ita repe ritur reprobata illius opinio in fine dictorum consiliorum, & contra illum fuit ita practicatum, per binas vices; nempè de tempore Pontificatus Clementis Octaui, & Vrbani Octaui; veluti testatur *dict. Gratian. in præcitato loco*; & veluti ita quoque mihi retulit Illustrissimus Dominus meus Hieronymus Lanuuius à me, ob illius ingentes, & singulares virtutes summoperè laudandus, & ob eius præclara merita ab omnibus honorandus, fuit ipse (inquam) qui mihi retulit istum casum, & inter cæteros, qui tàm egregiè hunc articulum examinarunt, fuit ille contra tenentes contrarium huic opinioni, accerrimus propugnator, atque defensor.

6 Et reassumendo principalem conclusionem, amplia primo eam quoque procedere in auo materno, quando tamen iusta causa intercedat; & iusta causa dicitur neptis paupertas, vt fuit dictum *in Romana dotis, & alimentorum de Verospis, Lunæ 16. Februarij 1568. coram* Card. *Seraph. quæ est in eius impressis decis. 41. num. 3. & dec. 48 num. 4.*

7 Amplia secundò idem procedere in hęredibus aui materni, ad quos istud onus dotandi neptem transit, *vt ait* Cardin. *Seraphin. in d. decis. 41. num. 4.*

8 Amplia tertiò procedere, etiamsi neptis sit ex filia illegitima, quia neptis ex illegitima filia, secundum naturam, saltem alimenta ab auo consequi debet; veluti latè dixi *in verbo Alimenta, concl. 89. num. 423. cum seqq.*

9 Declara tamen id, quod fuit dictum de auo materno diuite neptem pauperem dotare debente, habere locum, dummodo auus, per assignationem illius dotis in egestate non constituatur, & proptereà, ad hunc effectum non requiritur exuberantia, neque bonorum superfluitas in eo, & in hac materia communis reputatio sufficiet, vt fuit dictum à *Rota in dicta Romana de Verospis coram Seraphino, & in illa decis. 233. num. 2. par. 2. in recentior.*

10 Amplia quartò, quòd auus paternus tenetur prius dotare, & alere neptem, quàm mater; & ratio est, quia officium paternum est dotem dare pro sua sobole, & progenie, qui terminus extenditur vsque ad nepotes, & pronepotes, quod non est tamen ita dicendum de officio materno; & ratio est, quia illud officium dotandi aui pendet ab officio patris, quòd non potest applicari matri, idem *Gratian. dicto cap. 259. num. 6. & 12. lib. 2.* cum omnibus ibi per eum allegatis.

11 Amplia quintò, quòd auus, etiam neptem ex filio emancipato, in subsidium dotare tenetur, *vt ait Gratian. ibi supra num. 8. & Rota in d. Romana bonorum coram Penia.*

12 Subamplia idem quoque procedere in filio, qui hæredes relinquat, quia illi possunt cogi dotare filias filii defuncti emancipatas, cum ex persona hęredum mutari non possit obligatio eorum auctoris, *Gratian. ibi supra num. 10.*

13 Amplia sextò idem procedere in matre, quæ filias ex iusta, & probabili causa dotare tenetur, & causa probabilis ea erit, quando mater esset diues, filia autem pauper, & patre carens, siue eum, sed pauperem habens, quòd tamen secus esset, quando adesset auus paternus, licèt neptes in potestate nõ haberet, quia tunc (vt supra diximus) ille prius venit cogendus dotare neptes, quàm mater, quia licèt neptes sub eius potestate non extent, sunt tamen de illius agnatione, quod enim argui non potest de matre, de cuius agnatione non dicitur filia, *vt ait Gratian. ibi supra num. 17. cum sequentib* & ita fuit dictum *à Rota in Romana fideicommissi, Lunæ 29. Martij 1610. coram Gregorio, quæ est in*

est in eius impressis decis. 464. licèt in alia Farfen. *fideicommissi*, *Lunæ* 20. *Iunij* 1611. *coram eodem Gregorio*, dicat, quòd fœminæ dicuntur finis propriæ familiæ, & caput alienæ, *text. est in l. pronunciatio*, §. *fin. & l. familiæ*, §. *fœminarum*, *& l. fœmina*, *ff. de emancipat. & Surd. decis.* 9. *num.* 5. *& 6.*

Nec huic obstat, quòd mater in successione auo materno præferatur, quia ea obligatio dotandi est, quid diuersum à iure successionis; Nam videmus, quòd pater, & mater insimul filio æqualiter succedunt, & nihilominus pater est ille, qui filias dotare tenetur; veluti dicitur de matre, & fratre, qui insimul æquis portionibus filio, & fratri respectiuè succedunt, sed tamen prius tenetur mater, quàm frater dotare filias, *vt ait idem Grat. ibi supra num.* 21.

15 Contrarium, quòd scilicet ius dotandi à successione reguletur, *ait Meno. h. consil.* 151. *num.* 3. *lib.* 2. *& consil.* 231. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 3. & ita fuit quoque dictum à *Rota in vna Romana bonorum de Ceulis*, *Veneris* 28. *Iunij* 1596. *coram Penia*, vbi propterea concludunt, quòd veluti auus in eo releuatur, vt à nepotibus præteriri non possit, sub pœna nullitatis testamenti, ita quoque ille in altero grauatur, vt scilicet neptes dotare teneatur *Seraphin. decis.* 41. *&* 48.

16 Extende hanc opinionem eodem modo procedere in tutela, quæ ab hæreditate regulatur, & propterea, si adsit statutum, quod alicui hæreditatem deferat, eidem mer tutelam, quoque deferre censetur, vt fuit dictum *in vna Strigonien. Legati*, *Lunæ* 23. *Iunij* 1589. *coram* Cardin. Platto, *text. est in l.* 1. *ff. de leg. tut. Dec. consil.* 16. *in princip. & in l. fœmina num.* 18. *& in l. quę tutelę*, *ff. de regul. iur.*

17 Quod tamen declara non procedere in matre, quæ licèt ab aliquibus in hęreditate filij excludatur; nihilominus in tutela omnibus alijs, imo et auo præfertur, dummodo non adessent tutores testamentarij, & illa non esset minor decem & octo annis, vel nisi ad secundas nuptias conuolauerit; licèt etiam secus esset in illo casu, quando ea esset tutrix testamentaria, si tamen maritus ad eam conuolarionem non prouiderit, quia tunc non prohiberetur, etiam conuolando ad secunda vota esse tutrix filij; *Dec. consil.* 16. *& in l. fœmina num.* 18. *de reg. iur. Corn. consil.* 101. *lib.* 3. *Caualcan. de tutor. & curator. num.* 83. *Surd. decis.* 48. *& decis.* 106. *num.* 7. *Put. decis.* 310. *lib* 1. *& decis.* 417. *lib.* 2. *& Capell. Tholos. decis.* 288. *& ibi in addit. & dec.* 427. *lib.* 2. *Seraphin. decis.* 1004. *num.* 6. *& decis.* 1354.

18 Contrarium licèt dicat *Zanches de matrimon. lib.* 7. *disputat.* 88. *num.* 9. *tom.* 2. vbi firmat, quòd mater, ob conuolationem ad secundas nuptias priuetur tutela, cùm pater in hoc filijs pręiudicare non possit, & quòd, ob id ea teneatur secundis nuptijs renunciare, *ait Rota decis.* 723. *par.* 2. *in recentior. & per Put. decis.* 146. *lib.* 2. *& Surd. decis.* 106. *num.* 21. vbi ait, quòd quando mulier in viduitate extat, tunc in matrimonio extare censetur.

19 Extende ea quę fuerunt dicta de matre omnibus alijs præferenda in tutela procedere, etiam in matre naturali, *vt ait Afflict. decis.* 183. *& decis.* 281 *& ibi Vrsill.*

20 Fallit tamen dicta sexta ampliatio, quando mater, & frater omnes essent diuites, quia tunc mater tenetur in concursu dotare filiam cum fratre diuite; secus autem in concursu cum patre diuite, *vt ait Rota in vna Bononien. pecuniaria*, *Veneris* 28. *Iunij* 1602. *coram Reuerendissimo Coccino Decano*, *quæ est in eius impressis decis.* 77. *num.* 5. *& seq. & prius in Bononien. fideicommissi de Pansaratijs*, *Veneris* 17. *Nouembris*, *&* 15. *Decembris* 1599. *& in Romana dotis Veneris* 25. *Februarij* 1611. *coram Card. Sacrato.*

21 Fallit secundò, quando pater æqualiter instituisset, & substituisset omnes filios, neque magis voluit vno casu, quàm alio pro dote relinquere, quia tunc frater sororem dotare non

non

teneretur, *vt ait Rota per Card. Seraphin. in sua decis.* 120. *num.* 2.

22 Fallit tertiò, si mater promiserit do tem simpliciter pro filia, quia tunc ea censetur fideiubere pro marito, & non illam dare de suo, licèt tamen dicta promissio tali modo facta sustineatur, *vt fuit dictum in Anconitana dotis* 28. *Iunij* 1601. *coram Cardin. Mellino*.

23 Declara tamen, quòd quotiescumque essemus in dote, quæ debetur ab aliquo in subsidium, tunc ea non debet esse rigorosa, & quæ egestatem indotante inducat, *vt fuit dictum à Rota decis.* 249. *par.* 2. *in recentior.* Sed si non appareat à quo mulier fuerit nupta, & dotata, tunc in dubio à patre nupta, & dotata præsumitur, in tantum, quod alleganti contrarium onus probandi incumbit à quo fuerit nupta, *Card. Seraph. decis.* 811. *nu.* 6.

Declara pręterea, quòd quãdo dos fuit à fratribus profecta, tunc ea reuertitur ad illos, si de suo dotarũt; at secus si de bonis patris, veluti in dubio ea, vt diximus, de bonis patris dotata præsumitur, & præsertim si fratres vti administratores patris eã dotare dicerent, nulla habita consideratione, si allegarent illos ratione pietatis administrasse, *vt ait Rota per Card. Caual. decis.* 168. *num.* 5. & 6.

24 Regula secunda erit super altero, quando scilicet auus censeatur dotare neptem contemplatione filij, vel ipsiusmet, siue ipsius neptis; Sed in dubio nota, quòd ille censetur dotare neptem contemplatione filij, quia vt optimè scitur; licet officium paternum sit dotare filias; nihilominus illud postea aui subordinatum dicitur, & pendet ab eo patris, & per consequens ad filij exonerationem ab eo executum censetur, *vt ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 259. *num.* 6. & 12. & *ad id infinitos allegat Mascard. de probat. concl.* 156. *num.* 1. *vol.* 1.

25 Vndè ex huiusmodi conclusione sic præsupposita infertur, quòd quicquid neptis habuerit ab auo in legitimam computare tenetur, *vt dicunt DD. allegati à Mascard. ibi supra n.* 3. quemadmodum dicitur de dote data matri, quæ imputatur in legitimam nepoti, quãdo vult auo succedere, *vt ait Surd. dec.* 167, *nu.* 13. & *dec.* 314. *nu.* 4.

26 Contrarium, quòd scilicet illud datum ab auo nepti in illius legitimam non imputetur, *ait Decius, Card. Alban.* & *alij allegati à Mascard. in praecitato loco*.

27 Concorda tu tamen, quòd ea omnia, quę in dicta secunda regula continentur, hoc modo intelligenda veniũt, nempè datum nepti in dubio contemplatione filij datum censentur; in alijs verò duobus casibus, an scilicet illud neptis, vel sui ipsius contemplatione datum censeatur, procedit, quando de eo clare, vel per vrgentissima signa apparere poterit; veluti ex mente Rotarum tàm Romanæ, quàm aliarum ego dixi in verbo Actio personalis ex testamento in regula sexta, vbi diffusè de hac materia, & *Mascard. ibi supra nu.* 4. & *seqq.* vbi quasdam coniecturas ponit ad prædictorum decisionem.

28 Sed ego teneo, quòd quando pater esset diues, tunc id, quod fuit datum ab auo nepti, tunc non respectu filij, siue filiæ, sed sui ipsius, & illiusmet neptis contemplatione fuisse datum censeatur, & præsertim, quando essemus in nepte iam nata, & sic in ea, quæ potuerit benè mereri de suo auo, & præsertim, quando esset formosa, aut alijs virtutibus ornata, quæ quidem qualitates facilè ad dilectionem, & amorem alliciunt, siue etiam, quando essemus in nepte ex filia, quam, verbi gratia, auus ab incunabulis voluerit, eam penas se ali, & amplexibus, & illecebris suorum genitorũ priuari. Itẽ, si auus filium instituisset, & dotem ab eo nepti tradẽdã legasset, & sic de similibus, vltra quòd optimè scimus amorem de sui natura descendere, non autem ascendere, *vt ait Rot. in decis.* 94. *num.* 14. *par.* 2. *diuers.* & veluti dixi in verbo *Affectio*, & *in verbo Amor*. & *in concl.* 42. *num.* 354. & *seq.* & ibi habebis, quomodo id procedat, & *Gratian. lib. quinto disceptation. cap.* 847. *num.* 36.

29 Secus autem, quando auus legasset

aliquid nepti nasciturae, quae nondum potuerit mereri de testatore, siue iam nata, sed ei legando aliquid dixisset, quòd de eo deberet esse tacita, & contenta; veluti dicitur de legato facto vxori, siue à debitore pro dote, quia tunc non praesumitur illud animo compensandi factum, nisi id à testatore expressè dicatur; veluti ei onus iniungendo, quòd de eo deberet legatarius esse contentus; secus autem, si coniecturae in contrarium vrgerent, vt si summa legata non esset eadem, cum dote, siue debito; item, quando constitutio dotis esset facta in contractu diuerso tempore, siue cum duabus substitutionibus; legatum verò cum vna tantùm, quod tamen secus fieret: veluti si hereditas esset damnosa filio, aut si testator relinqueret plus vxori, quàm filiis, quia in primò casu compensatio non praesumitur, veluti fit in secundo, vt fuit latè deductum à *Rota in vna Tiburtina compromissi 26. Martij 1600. coram Cardin. Mellino, & in alia Romana Legati, Veneris 22. Iunij 1607. coram Manzanedo, Assist. decis. 44. & Rota prius in alia Romana de Gabriellibus 15. Ianuarij 1593. coram Orano*.

Vnde hic obiter notandum erit, quod lucrum dotale debitum vigore statuti Vrbis non dicitur debitum necessarium, sed voluntarium, & ideo animo compensandi factum non censetur cum legato, per vnum ex coniugibus facto, sed vtrumque debetur, & ratio quare illud voluntarium dicatur ea est, quia partes, si volunt ab eo recedere possunt; Licèt tamen secus esset, si coniecturae in contrarium vrgerent, vt mox dixi, & veluti ait *Rota per Baratt. in sua decis. 291. per totum, & ibi per addent.*

30 Et tenendo hanc secundam opinionē; Extende primò illam tantò magis procedere, quando legatum esset factum pro amore Dei, siue mutuo amore, quia tunc illud nunquam animo compensandi factum praesumitur, cum haec prorsus animum compensandi excludant, vt fuit dictum in *Spoletana vsusfructus, 28. Aprilis 1589. coram Cardinal. Mantica, qua non reperitur impressa*.

31 Extende secundò, quando dos esset data ab extraneo, quia ea animo compensandi data nō censetur; quod tamen intellige verum, quando extraneus stipulatus fuerit eam sibi restitui, vt fuit dictum in vna *Cameri. nen. dotis 1599. coram Cardin. Mellino*.

32 Subextende id quoque procedere, etiamsi stipulatio alternatiuè fuerit concepta; nempè de reddenda sibi, vel mulieri dote, quia tunc mulier videtur potius adiecta solutioni, quàm obligationi, vt fuit dictum à *Rota ibi coram Card. Mellino*.

33 Secus autem, quando dotans extraneus non fuerit stipulatus eam sibi reddi, & ille esset debitor mulieris, quia tunc dos animo compensandi data censetur, ad tradita per *Bartol. in l. vxorem, §. Pater naturalis de legat. 3.* Et ratio est, quia in hoc secundo casu extraneus dotando videtur gerere negotium mulieris, & sic de proprio dictae mulieris, non autem de suo dotare censetur, *l. Nesennius, ff. de negot. gest. l. fin. ff. de petit. haredit. & Gratian. in lib. 3. disceptat. cap. 565. num. 25.*

34 Sed est benè verum, quòd extraneus dotando de euictione non tenetur, nisi quando dos à promissione incaeperit; at secus, quando à traditione, quod tamen non procedit in patre, & in omnibus alijs, qui dotare tenentur; quia tunc in omni casu de euictione tenentur, *l. si pro re, §. 1. cum ibi notat. de euict. §. 4. num. 7. Roger. de dot. vers. 8. num. 8.* & ita fuit dictum *in vna Bononien. fideicommissi de Pansaratijs Veneris 17. Nouembris, & 15. Decembris 1599. & in Romana dotis 26. Aprilis 1619. coram Vbaldo, & Gratian. lib. 5. discept. cap. 882. num. 5. Mantic. de tacit. lib. 3. titulo quarto, num. 18. Cardinal. Seraphin. decis. 534. num. 3. Rota decis. 194. num. 12. penes Cincium de censibus*.

35 Extende id, quod fuit dictum de obligatione euictionis, quando dos à pro-

promissione incipit, adeò procedere, vt donans tali casu de ea teneatur, siue promissio fuerit facta per stipulationem, siue per pactum nudum, *l. si quis*, C. *de donat. Bart. in l. Aristo*, §. *fin. de donat. Bald. Salicet. & alij in l.* 2. C. *de euict. Iason. in l. si domus*, §. *de euictione num.* 10. *de legat.* 1. *Corn. conf.* 141. *lib.* 2. *Gozad. conf.* 60. *Alciat. conf.* 340. & fuit dictum *in vna Romana pecuniaria* 25. *Iunij* 1605. *corā Card. Pamph. Abb. conf.* 43. *col.* 1. *lib.* 1. *Dec. conf.* 313. *num.* 4. *Ruin. conf.* 184. *in princip. lib.* 1. *Iason. in conf.* 73. *dub.* 3. *lib.* 1. *Curt. iun. & alij, quos allegat Caballin. in pracit. loco num.* 2. & 7. & *Boer. decis.* 33. *num.* 26.

36 Et ratio quare, quis magis de euictione teneatur, quando donatio incipit à promissione, quàm à traditione, ea est, quia vbi quis tradit magis distrahit, quàm contrahat, sed qui promittit contrahit, & per consequens obligatur, vt donatarius rem promissam habeat, quia donatio dicitur doni datio, & dare significat dominium transferre, *l. vbi autem*, §. *fin. ff. de verbor. obligat. & instit.* §. 1. *tit. quib. mod. re contrah. oblig. Bart. in l. iurisgentium ae pact. & Rota in Romana pecuniaria* 25. *Iun.* 1601. *siue* 1605 *coram Pamphilio*.

37 Et nota, quòd dos, siue donatio à traditione dicitur incipere, quando donator se constituat nomine donatarij possidere. *vt ait Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 13. *titulo quarto, sub num.* 20.

38 Declara tamen primò prædicta non procedere, quando essemus in donatione remuneratoria, quia tunc licèt à traditione incipiat; nihilominus donans de euictione tenetur, quia hæc donatio est magis similis dationi in solutum, quàm donationi, cum ea liberalitatem excludat; Vndè nimirum, si hoc casu sit debita euictio, Quinimmò intereft quoque donatoris rem donatam non euinci, ad hoc, vt ab antidoralibus liberetur, eum benefacienti benefacere teneamur, *Bartol. & cæteri scribentes in l. Iulianus*, §. 1. *de verbor. obligat. Iason. conf.* 34. *col. fin. lib* 1. *Boer. decis.* 67. & *Rota per Card. Seraphin. decis.* 513. *num.* 1. *Menoch. conf.* 307. *num.* 8. *lib.* 4. & *Caballin. in d. suo tract. de euict.* §. 4. & 5.

39 Declara secundò ea non habere locum, quando essemus in donatione reciproca, quia tunc de euictione agitur, etiam si fuerit cæptum à traditione, vt fuit dictum *in vna Portuen. bonorum de Columna* 26. *Iunij* 1581. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 534.

40 Declara tertiò ea non procedere, quando quis scienter rem alienam donaret, quia tunc actione de dolo succurritur donatario, etiam, quòd euictio non fuerit promissa, nec donatario à promissione, sed à traditione inceperit, *text. est in dicta l. Aristo*, §. *fin. & ibi in glos. final. Rimin. consil.* 409. *num.* 21. *lib.* 3. *Paul. de Castro in d.* §. *finali*.

41 Et ratio est, quia quando quis promisit dare aliquam rem, & eam ex eau sa donationis tradit, quæ non erat sua, tunc ille eam tradendo à promissione non liberatur; nam promittens dare tenetur, & dominiū, cum effectu transferre; Vndè cum hoc non sequatur potest donatarius de euictione contra donantem agere, *l. cum quis*, §. *qui hominem de solut. & Caballin. in præcit. loco num.* 2.

Extende hic obiter idem procedere in promittente donare, qui ob spem, & ius futuræ donationis ipsi donatario quæsitum ea amplius reuocari, neque vllis conditionibus medio tempore alienari poterit, *vt ait glos. in l. perfecto in verbo non capit*, & *ibi Fulgos. num.* 1. *Cyn. in verbo glosa quaris, Salicet. in verbo sed potest saluari*, C. *de donat.* & ita fuit resolutum *in Romana donationis de Castellanis* 23. *Iunij* 1631. *coram Reuerendissimo Coccino Decano allegata in eisdem terminis in Taurinen. donationis, Veneris* 28. *Ianuarij* 1633. *coram Merlino*. Secus autem, vbi essemus in donatione facta

conditione suspensiua, quia tunc cum ea nihil inesse ponat, *l. cedere diem, ff. de verb. signif.* idcirco à tali promissione donans recedere posset, vt videtur consuluisse in eisdem terminis, *Menoch. cons. 92. num. 74. Ceph. cons. 118. num. 28. Milanen. in decis. 1. num. 66. & seqq.* & ita quoque fuit resolutum *in Romana de Mazzatostis 23. Iunij 1607. coram Card. Verospio allegat. in illa Taurinen. donationis coram Merlino.*

Rursus secus fieret, veluti, si essemus in contractu, in quo contrahentes quædam pacta fecissent, siue capitula intra certum tempus approbanda, & de nouo facienda, quia tunc ab illis recedi posset, cum ex defectu voluntatis imperfecta dicerentur, neque per consequens in contractum absolutum transire videntur, quod secus est dicendum in donatione, & contractu conditionali, qui dicitur verus, & perfectus ex sui natura, ad effectum, vt amplius locus pœnitentiæ esse non possit, *Crauett. cons. 540. num. 6. Decian. cons. 3. num. 15. lib. 1. & Laderch. cons. 41. num. 5.* & sic in hoc venit expectandus conditionis euentus, neq; interim priuandus venit donatarius illa spe, quæ quando est radicata, si amitteretur, vtique pro damno reputatur, nisi id ex consensu vtriusque contrahentis eueniret, vel nisi quando cõditio deficeret, *vt ait Cephal. consil. 312. num. 105. & 137.* & sic ex prædictis sequitur, quòd talis donatarius nõ tractat de lucro captando, quando pro sustinenda huiusmodi donatione agit, sed pro dãno euitando sic, vt latè fuit demonstratum à *Rota in d. Taurinen. donationis coram Merlino*, & ibi respondet *Menoch. contrarium tenenti in cons. 92. & cons. 388. num. 40.* prædictam distinctionem comprobando.

42 Regula tertia erit super eo, nempè de quibus bonis dos censeatur data ab auo; Vndè pro explanatione istius articuli, hic erit distinguendum hoc modo; nempè aut sumus in auo materno, aut paterno; In primo casu dos de suo data non præsumitur; in secundo autem sic, *vt ait Mascard. de prob. conclus. 56. num. 20.* & cum prædicta distinctione fuit ita decisum *à d. Rota per Put. decis. 176. lib. 1.*

43 Fallit tamen regulariter ista distinctio, quando essemus in matre, aut fratre, siue extraneo dotante, quia tunc de bonis mulieris, & non dotantis dos soluta censetur, *vt ait Put. in præcit. loco, & Rota in d. Camerinen dotis 17. Martij 1600. coram Card. Mellini.* Quod quidẽ eo magis esset credendũ, quando mulier bonis paternis, & maternis renunciasset, *vt ait Rota ibi supra.*

44 Declara tamen id esse verum, quando bona paterna, & materna iam in iterum natura extitisse, probaretur; at secus, si è contra, quia tunc non obstante illa mulieris renunciatione (cũ ea præsumeretur facta ad cautelam) dos de bonis dotantis, non autem mulieris data censeretur, vt fuit dictum tali modo distinguendo à *Rota in d. Camerinen. dotis coram Gard. Mellino.*

45 Extende præterea, quòd quando neptis fuit ab auo dotata non prohibetur tamen ex persona patris legitimam petere, vt fuit dictum *in Camerinen. fideicommissi 17. Februarij 1570. coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis decis. 93. num. 1.*

46 Declara illud procedere, quã tamen ea per statutum, siue per testamentum non fuerit prohibita, *vt ait Rota per d. Card. Seraph. decis. 107. per totam, & in decis. 128. num. 1.*

47 Subdeclara tamen id esse verum, dummodo per statutum, siue per testamentum de ea prohibitione fuerit facta specialis mentio; aliàs secus idẽ Card. Seraph. d. decis. 93. num. 3.

48 Regula quarta est, quòd auus, & auia præteriri non debent, aliàs testamentum esset nullum, veluti è contra, nempè quando filius, & nepos essent præteriti ab illis, cum habeamus in iure, quòd hæreditas ascendentium, & descendentium pari passu ambulãt, *iuxta tradita per Gabriel. in consil. 45. in princ. lib. 3. & ibi alios allegat Menoch. cons. 151. num. 3. lib. 2. & cons. 231. num. 13. & 14. lib. 3. & Rota in vna Romana bonorum de Ceulis, Veneris 28.*

28. *Iunij* 1596. *coram Penia*, & in hoc multa dixi in verbo Actio personalis ex testamento, vbi agitur de legitima.

49 Item nota, quòd auus paternus, & alii ascendentes in quocumque gradu existentes semper coniunctos, ex vno latere tantum excludunt, nulla ratione habita, an dicti ascendentes sint in tertio, vel in quarto, & vlteriori gradu, *iuxta tradita per Anchar. in quæst.* 2. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 3. & in hac materia quomodo auus succedat, *viden. est Caualcan. in sua decis.* 9. *per tot.*

50 Extende pari modo, quòd auus maternus in hæreditate nepotis præfertur pattuo dicti nepotis, *vt ait Thesaur. dec.* 5. *num.* 1. *cum seqq.*

51 Extende secundò, quòd auia in successione ab intestato succedit vnà cum fratre vtrinque coniuncto, *vt ait Gabriel. d. cons.* 45. *lib.* 3.

52 Extende tertiò, quòd etiam auia materna succedit ab intestato nepoti ex filia, *vt ait Rota decis.* 115. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.*

53 Extende præterea, quòd appellatione aui venit proauus; veluti appellatione auiæ venit proauia, quod intellige verum in fauorabilibus; secus autem in odiosis, *vt ait Rota per Cardin. Seraph. dec.* 1354. *Grat. discep.* 977.

54 Item nota, quòd auia, & mater non dicuntur agnatæ filio, siue nepoti, quia illi non matris, & auiæ, sed familiam patris sequuntur, *vt fuit dictum in vna Perusina bonorum, Lunę* 16. *Martij* 1592. *coram Penia*.

55 Veluti eodem modo dicitur de descendentibus per lineam fœmininam, qui non dicuntur de familia aui materni, *vt ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 259. *num.* 18.

ARGVMENTVM.

AVXILIVM, QVANDO QVIS præstare dicatur, ac de Auxiliatorum pœna.

CONCL. CLXXV.

1 AVXILIVM præstans alteri assistendo, nota, quòd de homicidio teneatur, *vt ait Franc. Marc decis.* 767. *num.* 7. *par.* 2. *& in hac materia viden. est Mascard. de prob. concl.* 159. *per totam.*

2 Declara primò id esse verum, dummodo vnà cum assistentia animus dolosus, & cogitatus concurrat; aliàs secus, *vt ait Barz. in decis. Rotę Bononię* 179.

Extende id in tantum esse verum, vt propterea ille auxilium præstare dicatur, etiam quòd aliquem actum non faceret, siue etiam si staret in loco remoto, & longinquo ab eo, in quo fit homicidium; & sic igitur, si quis per eum redderetur audacior, & offensus timidior, tunc auxilium ille præstare diceretur, *vt ait Innoc. in cap. continentiam de cler. percuss. Bald. in l. raptores in pen. not. C. de Episc. & Cler. & Angel. in l.* 3. *§. armis, ff. de vi, & vi arm.* vbi ait, quòd etiamsi ille deponeret arma, tamen eum armis offendisse diceretur, *Alex. cons.* 121. *colum.* 3.

3 Declara secundo non procedere, quando assistentia fuisset casualis, quia tunc nihil operaretur, *vt ait Laffred. decis.* 22.

Et nota, quòd in dubio assistentia casualis, & non præmeditata præsumitur, *vt ait Rota in dec.* 297. *n.* 4. *inter crim. Farin. & dec.* 316. *n.* 4. *p.* 3. *recēt.* & ibi docetur, quando casualis, siue potius opinata præsumatur.

4 Vndè ex prædicta declaratione infertur, quòd, si, verbi gratia, consanguinei, siue amici homicidæ statim homicidio completo in eodem loco perpetrati delicti, audito rumore populi comparuerint, ipsumque homicidam associauerint, & ad locum tutum reduxerint, ipsum à manibus inimicorum, & Curiæ defendendo, tunc si non apparet, quòd isti à principio communicato consilio, cum homicida agnato venerint ad hunc effectum, sed casualiter, de homicidio non tenerentur; secus autem esset, si ibi venissent

nissent cum agnato, siue amico homicida appensatè, & malo animo, propè locum criminis, & ibi expectando, donec homicidium perficeretur, & quatenus opus esset ei assisterent, quia tunc vti socii, & de auxilio tenerentur, *vt ait Specul. tit. de homicid. vers. pone quòd quatuor homines, Salicet. in l. vnica, C. de rap. virgin. col. 4. vers. ex nunc, Bald. in l. non ideo, C. de accus. col. 8. vers. quæro, an associans.*

5 Declara tertiò, quod, ad hoc, vt aliqui dicantur socii, & auxiliatores opus est, ad id illos fuisse coadunatos, vt pulchrè ait *Cacher. in sua decis. Pedemont. 104.*

6 Declara quartò, vt quis de auxilio cooperatiuo non puniatur, nisi probetur, quòd tractatus præcesserit ad maleficium committendum, vnà cum principali, *vt ait Mainard. decis. 22. lib. 3.* Et ratio est, quia auxiliator non datur, sine principali, vt fuit dictum *à Rota in Maceraten. prædij, Veneris 15. Maij 1615. coram Buratto, quæ est in eius impressis decis. 110. num. 9.*

7 Et propterea ex prędictis infertur, quòd si quis associauerit ante factum, & tunc de auxilio cooperatiuo tenetur, quia ad maleficium committendum cum associatis censetur; secus autem, si post factum, quia tunc aut immediatè facto maleficio ille apparuerit, & associauerit malefactorē, siue homicidam, & tunc certum erit indicium contra eum; nempè, quòd ille fuerit particeps, & consocius illius delicti, & sicuti auxiliator teneretur, aut verò associauerit illum homicidam, ex interuallo, & tunc non poterit vti socius puniri de auxilio, ex eo, quia opē maleficio præstiterit, sed solum erit puniendus, quemadmodum puniretur receptator, vt optimè ait *Bald. in præcitato loco,* & in hoc videndi sunt *Farinacc. in praxi par. 4. tit. de consultoribus quæst. 131. per totam, & quæst. 133. Menoch. de arbitr. iudic. casu 349. & 350. & 351, centur. 4. Bursatt. conf. 316 num. 32. & 33. & conf. 216. lib. 2. Nonius conf. 96. Clar. in §. fin. quæst. 60. idem Nonius conf. 101. Mascard. de prob. concl. 159. Natta conf. 499. num. 12. lib. 3. Maceraten. variar. resol. resolut. 10. lib. 3.* & ibi latè *Coler. in sua decis. 150. Rotæ Germaniæ, & Boer. decis. 167. num. 4.*

8 Sed in casu, vbi de auxilio constaret tunc si pœna fuisset delinquenti à statuto imposita, ea quoque auxiliatores, & opem præstantes comprehenderet, & præcipuè in statu Ecclesiæ, in vim Sanctissimarum constitutionum ad extirpandos facinorosos homines à Summis Pontificibus emanatatum, quibus conuersantes cum bannitis, illisquè opem præstantes publici Rebelles, & rei lęsę maiestatis dicuntur, vt dicunt DD *allegati à Farinac. in 2. p. prax. quæst. 103. num. 172.*

9 Extende primo id quoque procedere in præstante auxilium frangenti pacem, & illum associante, quia ille quoque de fracta pace tenetur, iuxta tradita per eundem *Farinac. in 4. par. 2 quæst. 107. num. 391.*

10 Extende secundo id quoque illatiuè procedere in eo, qui auxilium, consilium, & fauorem præstaret pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam, quia talis dicitur excommunicatus, iuxta constitutionem Gregorij XIII. in illis verbis Danteśq; illis, & alijs supradictis auxilium, consilium, & fauorem de datis, & promissis, idem ait *Farinac. ibidem in quæst. 111. num. 309.*

11 Declara tamen prædictam extensionem non habere locum, si effectus non sequatur; quod tamen intellige verum, si nulla ut sequuta pactio, promissio, datio, vel receptio; secus autem, si prædicta interueniant, etiam quod gratia, siue iustitia non fuerit obtenta, licèt *Virgil. Boccacc. in tract. de pact. par. 2. num. 22. allegat. à Farinac. ibi supra num. 310.* dicat, quòd neque in secundo casu illæ pœnę ex solo consilio, auxilio, vel fauore incurrantur, & *in num. 24. cum seqq.* docet, qui nam dicantur tale consilium, auxilium, & fauorem præstare, & isti vulgariter venditores fumi vocantur.

12 Extende tertiò prædicta pari modo procedere in mandante delictum perpetrari, qui eadem pœna, qua man-

mandatarius tenetur, nisi tamen idem mandatarius fines mandati excessisset, vel mandatum executus non fuisset, siue antedatum mandatum delictum perpetrasset, aut occidendus ab alio occisus fuisset, quia tunc mandans pœna ordinaria puniendus non veniret; veluti idem quoque contingeret, quando mandans erat aliàs facturus, siue quando ille re integra mandatum reuocasset, quia eo casu, etiamsi postea mandatarius deliquerit; nihilominus mandantem ad aliquam pœnam non obligaret, quod tamen intellige verum, quando essemus in delictis læuibus; at secus, si in atrocibus, quia in hoc secundo casu saltem mandans pœna extraordinaria veniret puniendus, quod enim benè adaptatur *Constitutioni Mediolani sub rubr. de pœn. in cap. mandantes, §. quod sic nec vulnus, vt ait Menoch. de arbitr. iud. casu* 352. *per totum centur.* 4. *Clar. Boss. Marsil. Carrer. & alij ibi per eum allegati, & Capic. decis.* 155. *num.* 5. *&* 16. *& Grammat. decis. fine voto* 11. *num.* 20.

13 Declara tamen prædicta non procedere quoties probationes super delicto non concluderent, quia tunc nul la pœna mandans, & mandatarius tenerentur; immò mandatario absoluto, etiam ille, qui illud mandauit perpetrari, absolutus diceretur, *vt ait Grammat. decis.* 38. *num.* 9. *& Antonin. decis.* 8. *lib.* 3. *& Riccius in sua collect.* 1835. *par.* 5. *& Rot. Lucens.* 37.

14 Subdeclara tamen istud esse verū, *iuxta Menoch. & alios ab eo allegatos in praecit. loco num.* 11. *cum seqq.* quando sententia pro mandatario lata ostenderet mandantem quoque fuisse insontem, veluti si diceretur delictum non fuisse, nec mandatum, nec perpetratum; Secus autem, si necessario id non inferret; Præterea dicta declaratio posset procedere respectu pœnæ ordinariæ; vt secus in extraordinaria, & præsertim addo ego, quando præsumptiones essent vehementes, quia tunc isti tales possent iudicis arbitrio extraordinariè puniri.

15 Extende id, quod fuit dictum de absolutione pro mandatario, prodesse quoque mandanti procedere, etiam in auxilium præstante, ob causam absoluto, quia tunc dicto auxiliatore absoluto, etiam principalis absolutus censetur, *iuxta opinionem Dyni allegati à Franc. Marco in sua decis.* 519. *num.* 13. *par.* 1 Et fuit dictum de auxiliāte, ob causam, quia assistentia non punitur in homicidio, nisi fuerit studiosè, & dedita opera adhibita, & propterea, si ea casu contingerit, tunc pœna ordinaria non punitur, *vt ait Merlin. conciuis meus in sua decis.* 13. *Rota Lucen. & prius in dec.* 11. ponit quando delicta pœna ordinaria puniantur, & prius *in decis.* 3. docet quāto tempore delicta casualiter perpetrata præscribantur.

16 Contrarium illi extensioni licèt teneat *Ricard. Malumb. alleg. ab eodem Franc. Marco ibi supra.*

17 Concorda tu tamen huiusmodi opiniones hoc modo, nempè, vt illa Dyni procedat de iure ciuili, idest, quoad damni refectionem, quia tunc absolutoria vim solutionis habet; illa verò opinio Malūbi in criminali procedit, in quibus enim terminis absolutio vnius alteri non prodest, *idem Franc. Marco ibi supradicta decisione* 519. *num.* 13.

18 Extende principalem cōclusionem procedere, etiam in Clerico, qui homicidio astiterit, & auxilium directè, vel indirectè malo animo præstiterit, quia tunc fieret irregularis, *vt fuit decisum in vna Casalen. Irregularitatis* 29. *Nouembris* 1610. *coram Cardin. Sacrato, quæ est inter crimin. Farinac. decis.* 297. *& decis.* 44 *par secunda in recentior.*

19 Et ratio est, quia ad hoc, vt irregularitas contrahatur dolus, & contemptus sunt necessarij, cum animus, & intentio sint, quæ maleficia distinguūt, quod procedit, nedum, de iure communi, sed etiam ex particulari Constitutione Pij Secundi, quæ loquitur contra eos, qui rem sacram, tunc amministrare præsumpserint, *vt fuit dictum in vna Aquen. Irregularitatis. Lunæ* 14. *Maij* 1607. *corā Card. Caual.*

20 Subex-

20 Subextende primò etiam in Irregularitatem incidere illum, qui operam dabat rei illicitæ, ex qua homicidium etiam casuale prouenerit, quod tamen declara verum, quando opera fuit causa homicidij; aliàs secus, *vt fuit dictū à Rota in d. Casalen. irregularitatis coram Card. Sacrato*.

21 Declara tamen, quòd in dubio assistentia Clerici in homicidio præsumitur casualis, & non præmeditata, *vt ait Rota d. dec. 297. num. 4. inter crim. Farinac. coram Card. Sacrato*.

22 Subextende secundò, quòd ille in irregularitatem quoque incidat, qui nedum oculum, alteri erueret; verum etiam ille, qui effossum oculum haberet; Quinimmò id quoque procederet, etiamsi solus defectus esset in pupilla, quia tunc ille oculo carere diceretur, & sic tali casu ob deformitatem, & ex illo corporis vitio, necnon ob scandalū à diuinis ministerijs ille talis priuatus censetur; immò huiusmodi irregularitas in tantum vnum inhabilitaret ad beneficia obtinenda, quòd si ei prouisio fieret, ipso iure esset nulla, *Card. Seraphin. decis. 625 nu. 1. & seqq. Veral. dec. 236. par. 2. & Rota in Salamantina dimidiæ portionis* 27. Ianuar. 1607. *coram Card. Marcomontio, & pulchrè Riccius in decis. 527. suæ praxis fori Ecclesiastici*.

23 Et nota, quòd arbitrarium est iudici in decidendo, an vitium sit tale, per quod deformitas inducatur; at secus in membri mutilatione; nam in primò casu, quando quis haberet maculam in facie, siue in oculo, quæ nimiam deformitatem non inducat, nec scandalum populo generet, tunc Episcopus solus dispensare potest, quod secus est in secundo, quia solus Papa dispensat. Animaduertendo tamen, quòd Episcopus dispensando cum corpore vitiato, id cum causæ cognitione fieri debet; secus verò, si Papa scienter faceret gratiam tali inhabili, quia tunc cū eo dispensare censetur, cum enim id sit speciale in Papa, *vt ait Rota per Card. Seraph. d. decis. 625. per totam*.

24 Sed est benè verum, quòd facilius dispensatio permittitur, vt quis in iam susceptis ordinibus ministret, quam quòd ad ordines nondum susceptos promoueatur, quia regula est, quòd facilius impediatur faciendum, quàm, quòd iam factum tollatur *DD. in l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & postlim. reuers. & est text. in cap. 1. & 2. de corp. vitiat. & cap. quicumque 50. distinct. & Rota per Card. Seraph. in d. dec. 625 num. 6*.

25 Extende quintò, idem pari modo procedere in nuncio literas homicidij scienter portante, qui de homicidio tenetur, etiam, quòd alter illud committeret, *vt ait Marsil. in cons. 27. n. 3*.

26 Extende sextò procedere in auxiliatore, siue receptatore scienter res furtiuas, qui pœna furti tenetur, veluti dicitur de fœneratore res, quas furto subtractas esse sciebat, pignori recipiēte, quāuis de receptatore furū, secus sit dicendum, quia ille pœna mortis afficiendus venit, *vt ait Marsil. in suo cons. 29. num. 1. & seqq. & latius in consil. 30. per totum*.

27 Declara tamen, quòd si in aliquo loco extet statutum, vt auxiliator eadem pœna puniatur, quæ principali venit imponenda; nihilominus auxilium præstans mitius puniendus venit, *vt ait idem Marsil. in d. cons. 30. num. 15. & sequentibus*.

Hic est finis istius Secundi Tomi, auxiliante Deo, ac illius Beata Virgine Matre, necnon Diuo Thoma de Aquino Protectore meo.